Digitized by Google

Digitized by Google

DISPVTATIONVM R. P.

IOANNIS DE SALAS GVMIELENSIS

E PROVINCIA CASTELLANA

SOCIETATIS IESV.

In Primam Secundæ Diui THOMAE.

TOMVS SECVNDVS.

Complectens à Quæſtio. 49. vſque ad 89. incluſiue, & tractatus de habitibus, virtutibus, donis Spiritus Sancti, & peccatis.

AD R. ADMODVM PATREM CLAVD. AQVAVIVAM Præpoſitum Generalem ſocietatis IESV.

PERMISSV SVPERIORVM.



BARCINONE M. DCIX.

Ex Officina SEBASTIANI MATEVAD, & LAVRENTII DEV.

Digitized by Google

Digitized by Google

EGO Chriſtophorus de los Cobos Prouincialis ſocietatis Ieſu, in Caſtellana Prouincia poteſtate ad id mihi facta à Reuerendo admodum Patre Claudio Aquauiua Præpoſito noſtro Generali, facultatem facio, vt ſecundus Tomus in primam ſecundæ D. Thomæ, qui continet tractatus de habitibus, de virtutibus, de donis Spiritus Sancti, & de peccatis à Patre Ioanne de Salas noſtræ ſocietatis ſacræ Theologiæ profeſſore compoſitus, & eiuſdem ſocietatis grauium, doctorumque hominum iudicio approbatus typis mandetur, in quorum fidem has litteras manu noſtra ſubſcriptas, & ſygillo noſtro munitas dedimus Valliſoleti ſexta die menſis Septembris, Anni. 1608.

Chriſtophorus de los Cobos.

ERVDITISSIMAS Diſputationes ſecundi voluminis R. P. Ioannis de Salas Societatis Ieſu in Primam Secundæ D. Thomæ, Illuſtriſsimi, ac Reuerendiſsimi D. D. Raphaelis Rouirolæ Epiſcopi Barcinonenſis iuſſu, magna cum diligentia euolui, ac ſumma voluptate per legi: nihilq. in eis reperi, quod ab Orthodoxa, & Catholica fide, ſincerisq. moribus diſſentiret. Quin vero Auctor mir..., ſed ſolita, ingenij ſui vbertate, & qua pollet in ceteris fæcunditate, & erudi tione, Sacræ Scripturæ, ac Sanctorum teſtimonijs Doctrinam confirmat ſuam, illuſtrat ingenio, ſententijs exornat. Itaq́ cenſeo eſſe opus, & doctrinæ ſubtilitate, & rerum quæ in eo tractantur copia, & varietate inſigne. In quo difficilia quæq. acutè diſſeruntur, abſtruſa ingenioſe, & obſcura dilucidè. Prodeat igitur in lucem ac Solem, & commune bonum, opus vere digniſsimum; quod non ſolum typis, verũ etiã immortalitati commendari debeat: & ab omnibus Theologis diurna verſetur manu, verſetur nocturna. Dat in Cœnobio S. P. N. Auguſtini Barcinonenſi, die decima menſis Nouembris. 1607.

M. F. Ioannes Andreu S. Inquiſitionis Conſultor.

Digitized by Google

NOS Don Raphael de Rouirola Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Barcinonenſis Epiſcopus Regius Conſiliarius. Attenta ſupradicta approbatione, tenore præſentium concedimus licentiam Imprimendi in Ciuitate, & diœc. noſtra Barcinonenſi huiuſmodi Diſputationes primæ ſecundæ partis Angelici Doctoris à Reuerendo Patre Ioanne de Salas Societatis Ieſu editas. Dat. in noſtro palatio Epiſcopali Barcinone die 24. menſis Aprilis. Anno à Nat. Domini M.DC VII.

R. Epiſcopus Barcinonenſis.

Digitized by Google

CLAVDIO AQVAVIVÆ
SOCIETATIS IESV PRÆPOSITO GENERALI, IOANNES DE SALAS

eiuſdem ſocietatis Theologus. S.

ARBOREM illam noſtram, quæ multis annis exculta, ſuperiore in lucem prodijt ſecundæ Theologici Horti parti mandatã, merito tibi colono præſtantiſsimo defendendam curandamq́ commiſi, vt eam tua iſta AQVAVIVA viuã, virẽtemq́ redderes irrigando; cũ tua humanitatis, religionis, ſapientiæ, curæ, tutelæq́ perenniter & abunde fluentia flumina in omnes iam ſocietatis campos & ſpatia toto terrarum orbe redundarint. En facti non modo non pœnitens, ſed æmula, & quaſi inuida ſuperioris conſilij recentior iſta eiuſdem Horti Arbor, quæ ad maturitatem iam perducta, ſuos etiã hoc anno flores & fructus tulit, ſummo lætitiæ rore perfuſa te ſolertiſsimũ quidem Agricolam præſcribi ſibi commodè exoptauit, quia tua eſt, quia tui ſunt ſatus, quia tua ſunt noſtratia, quia tuus ſum totus, & præſertim quia tu is es. Tibi namque triginta fere ab hinc annu ſupremum diuinitus iniunctũ eſt munus & cẽus ſerendi, rigandi, excolendi noſtræ ſocietatis amæniſsimũ viridariũ: quod tam varijs plantarum generibus conſitũ, quæ mirificos fructus viſui iucundiſsimos offerunt: omniũ vernantiũ florũ varietate depictum, & eleganter exornatum, ex quibus ſummæ ſuauitatis afflantur odores: cæleſtium ac diuinarum aquarum deductionibus irriguũ: præcelſas arborũ proceritates, & directos rerũ omniũ ordines: humum ſubactã iteratam, & puram cum homines, cũ Angeli contẽplentur, non modo diligentiã curam, ac tantã eius Agricolæ ſolertiam admirantur, atque ſuſpiciunt, à quo ſint iſta dimenſa, diſtincta, compacta, deſcripta, rigata, exculta: verũ etiã ſummo Agricolarum Patri Deo in gentes referant gratias, mortales, & immortales illi gen., laudes decantent rythmo ſenſum exuperante omnem ſingulares. Merito igitur noua iſta arbor in tuo ſocietatis Horto à te ipſo ſata, quæ inter pungentes vitiorum ſpinas, placidiſsimos virtutum fructus præſefert, merito, inquam, excolenda tibi traditur optimo colono & ab aduerſantium hoſtium tur-

 binibus

binibus protegenda, qui vitia radicitus euellere ac deſtruere, virtutes omnes ſerere atque plantare in te primum, in tuis deinde mira dexteritate conſueuiſti. Vt de Ierem.c. 1. te verè poſſet diuiniſsimus ille rerum omnium ſator Deus, quod de Ieremia, effari. *Ecce conſtitui te hodie ſuper gentes & ſuper regna, vt euellas & deſtruas, & diſperdas & diſsipes, & ædifices, & plantes. Accipe iam, Benigniſſime Pater, hilari, qua ſoles, ac lata fronte frondes huiusce arboris, flores carpe, lege fructus, qualeſcumq; illos quidem (ſat ſcio eſſe perexiguos) ideo ſaltem non acerbos tibi, ſed dulciores ſaccaro futuros, quia ex Horto tuo collectos. Reſtat vt quod plantaſti, curaſti, ſuſcepiſti, & vt AQVAVIVA frugifera irrigaſti,*

Deus ipſe fortunet, ac pracedentibus laborum fructibus, vberrimum det

& omni ex parte maximum incrementum. Vale AQVAVIVA,

& viue vitam in terris caleſtem, in calis ſempi-

ternam. Ex hoc tuo Barcino-

nenſi Collegio.

LECTORI AVCTOR
SALVTEM.

EN tibi Lector humaniſsime in Primam Secundæ Angelici Doctoris S. Thomæ volumen. 2. lucubrationum noſtrarum foras emittitur; quod primo nondũ bene orto, prælo mãdari cæpimus; idq. eo animo, vt tractatu de peccatis plura, quæ in diſputationibus de bonitate & malitia humanorũ actuum dicta fuerant, & augerentur & illuſtriora fierent. De legibus in opere hoc citra promiſſum non fuit à nobis diſputatum: tum quia res fuſior euadens integrum ſibi aliud volumen depoſcit: tum quia Iuriſperitorum multis hanc diſputationem ab alijs ſecretam quæ ad illos non pertinerent, petentibus ſatisfaciendum fuit: tum denique quia cum Typographiæ incumbere immenſi laboris ſit, præſertim extra proprium domicilium vbi Typographi ipſi latina lingua prorſus ſunt deſtituti, tantillum ocio & quieti dandum iure fuit. Superſedeo, non tantam vim pecuniæ in præſens nobis ſuppetere, quantam tot tantorumq. voluminum ſumptus abſumunt. Sed qui omnibus dat affluenter, plena manu nobis hæc elargiri dignabitur vt tandem in propria ſede reſtituti quæ ſuper ſunt D. Thomæ opera feliciter auſpicemur. Precare mecum Deum pie Lector vt id totum & ad maiorem ipſius gloriam, & ad tuum & commune bonum cedat.

BENE VALE.

(*.*)

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX TRACTATVVM DISP; ET SECTIONVM.

TRACT. DECIMVS DE HABITIBVS

DISPVT. I. DE NECESSITATE ET ESSENTIA HABITVVM.

Sectio.1. *An dentur aliqui habitus..*

2. *An habitus per ſe operatiuus concurrat effectiue ad productionem actus.*

3. *An habitus poſſit immediate efficere actum potentiæ in qua non eſt.*

4. *Quod ſit habitum inclinare ad actum.*

5. *An omnis habitus inclinet ad actus ſimiles illis à quibus genitus eſt.*

Diſputat. 2. de ſubiecto habituum.

Sectio.1 *Vtrum in aliqua potentia non cognoſcente, nec appetente, ſeu in corpore ſit habitus.*

2. *An in omni ſenſitiua potentia ſit habitus.*

3. *An in intellectu ſit aliquis habitus proprie dictus.*

4. *An in intellectu ſit habitus etiam in ordine ad prima principia.*

5. *An in intellectu angeli ſit aliquis habitus.*

6. *An in appetitu ſenſitiuo hominis ſit aliquis habitus.*

7. *An in appetitu ſenſitiuo Bruti ſit aliquis habitus.*

8. *An in voluntate ſint habitus.*

9. *An immediate in ſubſtātia animę ſit aliquis habitus*

10. *An in eadem potentia ſint plures habitus.*

Diſp. 3. de generatione habituum.

Sectio. 1. *Vtrum habitus aliqui in nobis generetur ex actibus in genere cauſa efficientis.*

2. *V. ex actibus primo primis generetur habitus.*

3. *An per vnicum actum poſſit generari habitus.*

4. *V. certum de fide ſit aliquos habitus infundi à Deo, id exigente ipſorum natura, ſeu an de fide ſit dari habitus per ſe infuſos.*

5. *An iſti habitus ſint proprie habitus, & conferant facilitatem, an vero ſolum conferant facultatem, ſeu poteſtatem.*

6. *An per actus habituum per ſe infuſorum alij habitus producantur.*

7. *An per peccata venialia generentur habitus vitioſi.*

Diſput. 4. de augmento intenſiuo habituum acquiſitorum.

Sectio 1. *Vtrum omnis habitus acquiſitus poſſit augeri intenſiue.*

2 *V. habitus acquiſiti intenſibiles intenſiue augeantur per actus æquales, vel remiſſiores, an ſolum per intenſiores.*

3. *An omnes actus intenſiores præcedentibus augeant habitum.*

4. *An intenſio habituum fiat per additionem partis ad partem habitus.*

5. *V. intenſio habitus ſucceſſiue fiat.*

6. *V. actus augeat habitum in inſtāti, quo producitur.*

Diſput. 5. de augmento extenſiuo habituum.

Sectio 1 *Vtrum extenſio habitus intellectualis fiat additione partis ad partem habitus: vbi etiam examinatur, an hi habitus ſint qualitates ſimplices, an vero ex varijs qualitatibus componantur.*

2. *V. habitus exiſtentes in appetitu ſenſitiuo, vel intellectiuo recipiant augmentum extenſiuum.*

Diſput. 6 de corruptione & diminutione habituum.

Sectio.1. *Vtrum aliqui habitus corrumpantur, vel minuantur ad corruptionem vel diminutionē ſubiecti.*

2. *V. aliqui habitus minuantur aut corrumpantur ex indiſpoſitione ſubiecti.*

3. *V. habitus per ſolā ceſſationem, aut otiū corrūpātur.*

4. *V. habitus ab actibus immediate corrumpantur.*

5. *V. quilibet actus remittat habitum oppoſitum quantumcunq. intenſum.*

6. *V. habitus infuſi diminuantur aut corrumpantur per actus noſtros.*

7. *An habitus infuſi per actus noſtros effectiue deſtruātur.*

8. *An habitus primorum principiorum aliquando pereat & corrumpatur.*

Diſput. 7. de diuerſitate habituum.

Sectio.1. *Quę nam ſint legitimæ habitus diuiſiones.*

2. *Quibus modis habitus intellectus legitime diuidātur.*

3. *V. habitus ſciētiæ ſit diſtinctus ab habitu intellectus ſeu principiorum.*

4. *Vtrum euidentia concluſionū ſit de ratione ſcientiæ.*

5. *An multæ ſint ſcientiæ, & vnde diſtinctionē habeant.*

6. *Quomodo ſapientia à ſcientia & intellectu differat.*

¶ Tractat.

Tractatus. XI. De virtutibus in communi.

Diſput. 1. de eſſentia & definitione virtutis.

Sectio. 1. Virtus ſit bonus habitus operatiuus.
2. V. omnis habitus qui eſt virtus ſit eſſentialiter virtus.
3. V. virtus ita ſit habitus bonus, & boni operatiuus, vt nullo modo poſſit concurrere ad actum malum.
4. V. virtus inclinet ad actus ſimiles illis, à quibus producta eſt.

Diſput. 2. de ſubiecto, cauſa materiali, alijsq cauſis virtutum.

Sectio. 1. V. in appetitu ſenſitiuo ſint proprie virtutes.
2. V. omnibus virtutibus exiſtentibus in appetitu ſenſitiuo reſpondeant ſimiles in voluntate.
3. V. omnibus virtutibus exiſtentibus in voluntate reſpondeant aliæ ſimiles in appetitu ſenſitiuo.
4. Vtrum aliqua virtus ſit in ſenſu interno.
5. Vtrum in angelis ſint virtutes.
6. V. in Deo ſint virtutes proprie & per modũ habitus
7. De cauſa formali finali & efficiente virtutis.

Diſp. 3. de differentia virtutum & ſpeciatim de virtutibus intellectualibus.

Sectio. 1. Quotuplex ſit virtus & num aliqua omnino ſit virtus intellectualis, & an præſtet morali.
2. Quotuplex ſit virtus intellectualis, & de qualibet aliquid dicitur ſed plura de prudentia.
3. De arte.
4. De Prudentia.
5. V. fides humana, opinio, & ſuſpicio ſint virtutes intellectuales & alia ad hos habitus pertinentia.

Diſput. 4. de virtutibus moralibus.

Sectio. 1. An vna tantum ſit moralis virtus, an vero quatuor, & cur cardinales dicantur.
2. V. aliquæ virtutes morales verſentur circa paſſiones.
3. Quotuplex ſit virtus moralis circa operationes ſeu ad alterum.
4. Quotuplex ſit virtus moralis circa paſſiones.
5. An qualibet virtus moralis ſit ſimplex habitus.
6. An morales virtutes reducta ad aliquam ex primis ſeu cardinalib. ſpecie & natura interſe diſtinguãtur
7. An ſint aliquæ ſemiuirtutes, & an tales ſint miſericordia, verecundia, indignatio, zelus, continentia, tolerantia, amicitia.
8. V. recte virtutes cardinales diuidantur in politicas, purgatorias, purgati animi & exemplares.

Diſputat. 5. de virtutibus infuſis Theologicis.

Sectio. 1. Vtrum dentur aliquæ virtutes infuſæ Theologicæ, & quæ nam ſint.
2. Quis ſit ordo perfectionis inter Theologicas virtutes.
3. Quis ſit ordo generationis, ſeu executionis inter Theologicas virtutes.

Diſput. 6. de virtutibns infuſis moralibus.

Sectio. 1. Vtrum in iuſtificatione infundantur nobis morales virtutes.
2. Quomodo & qua ratione virtutes morales infuſæ ab acquiſitis differant.
3. Quid nam ſit prudentia infuſa, & in quo ab acquiſita diſtinguatur.
4. V. tot ſint morales virtutes infuſæ, quot acquiſitæ.
5. In quibus potentijs exiſtant virtutes morales infuſę.
6. De cõnexione virtutũ moralium infuſarum, interſe, & cum charitate & gratia.
7. V. charitas poſſit eſſe ſine virtutibus moralibus infuſis
8. De augmento virtutum moralium infuſarum.
9. Vtrum virtutes morales infuſæ, à ſolo Deo efficiãtur.
10. An dari poſſit de potentia abſoluta Dei aliqua ſubſtantia ſupernaturalis, cui prædictę virtutes ſint cõnnaturales.

Diſput. 7. de attributis & proprietatibus virtutum.

Sectio. 1. V. omnis virtus in mediocritate conſiſtat,
2. V. omnes virtutes ſint connexæ interſe.
3. V. omnes virtutes ſint æquales.
4. Virtutes omnes maneant poſt hanc vitam.
5. V. virtus acquiſita, per venialia peccata deſtruatur.
6. De præſtantia virtutum.

Tract. XII. De donis, beatitudinibus, & fructibus.

Sectio. 1. Vtrum dona Spiritus Sancti ſint habitus diſtincti reipſa à virtutibus.
2. V. iſti habitus donorum ſint ſeptem ſpecie, nec plures nec pauciores, & quodnam cuiq. munus ſit.
3. In quibus potentijs appetitiuis dona reſideant.
4. V. dona ſint perfectiora virtutibus.
5. Quæ nam ex his donis ſint perfectiora reliquis.
6. An habitus iſti ſemper comitentur gratiam & ecõtra.
7. V. dona hæc ſint ad ſalutem neceſſaria.
8. An habitus donorum maneant in beatis.
9. Quomodo fructus Spiritus Sancti, & beatitudines interſe & à donis diſtinguãtur.
10. Quid ſint beatitudines.
11. Quotnam ſint fructus Spiritus Sancti.

Tract. XIII. De vitijs & peccatis.

Diſputat. 1. De vitijs ſeu vitioſis habitibus.

Sectio. 1. De varijs vitij acceptionibus, & qualiter in præſenti vſurpetur.

2. Quęnam ſit ratio & eſſentia habitus vitioſi.
3. De cauſis & proprietatibus habituum vitioſorum.

Diſput. 2. de exiſtentia & eſſentia peccati actualis, commiſsionis & ommiſsionis.

Sectio. 1. Quomodo differant malum, peccatum culpa crimen, flagitium, ſeclus, facinus, delictum & vitium: & an peccatum ſit.
2. V. de ratione peccati actualis ſit, eſſe actionem, vel omiſſionem humanam, ſeu liberam.
3. An peccatū actuale commiſſionis formaliter in priuatione conſiſtat: & quę atq. in quo ſit illa priuatio.
4. An de ratione peccati ſit eſſe contra legem Dei.
5. Vtrum peccatum omiſſionis poſſit dari abſq. omni actu.
6. V. actus coniunctus cum omiſſione culpabili incompatibilis cum actu precepto, eo ipſo ſit malus.
7. V. actus qui eſt cauſa omiſſionis ſit peccatum diſtinctum ab ipſa omiſſione.
8. Vtrum actus qui eſt malus quatenus eſt cauſa praue omiſſionis, ſit peccatum commiſſionis.
9. V. omiſſio quę non eſt in poteſtate omitentis quãdo ſit, fuit tamen antea ſit peccatum, vt ſiquis omittit miſſam in ſomno, vel ebrietate, quã ſciens incurrit.
10. V. pec. omiſſionis incipiat per primũ ſui eſſe.
11. Vnde ſumatur grauitas omiſſionis.
12. Quomodo peccatum vitium, & malum virtuti opponantur.
13. V. vitia opponantur contrarie virtutibus infuſis.
14. An vitia & virtutes acquiſita poſſint eſſe ſimul in gradibus remiſſis.
15. An peccatum expellat phyſice gratiam.
16. An vitium & peccatum ſit contra naturam.
17. V. vitium ſit deterius actu vitioſo.

Diſp. 3. de peccatorum diſcrimine.

Sectio. 1. an peccata ſpecie diſtinguãtur ſecũdũ obiecta.
2. An peccata formaliter & ſecundum malitiam moralem ex preceptis diſtinguantur.
3. De varijs diuiſionibus peccati.

Diſp. 4. de connexione peccatorũ.

Sectio. 1. V. peccata ſint connexa quoad actus.
2. An peccata ſint connexa quoad habitus.

Diſput. 5. de grauitate peccatorum circa art. 2. & ſequentes q. 73.

Sect. 1. An omnia peccata ſint paria in grauitate, vel malitia.
2. An peccatum ex ſpecie & obiecto minus graue, poſſit ex circunſtantijs fieri grauius alio grauiori ex obiecto.
3. V. grauitas peccatorũ differat ſecundum dignitatẽ virtutum, quibus opponuntur.
4. V. peccata carnalia ſint grauiora ſpiritualibus.
5. V. ex inteſione ſumatur grauitas neceſſario conſitẽda
6. V. quantitas obiecti aggrauet malitiam peccati.
7. V. ex cõtinuatione actus interni ſumatur aliqua grauitas peccati neceſſario conſitenda.
8. An quãdo actus phyſice interrumpitur, ea interruptio ſit neceſſario conſitenda.
9. V. malus finis aggrauet peccatum.
10. V. alia circunſtantię à fine, aggrauent actum internũ vt eius circunſtantia.
11. An circunſtantia mutans ſpeciem peccati relinquat in illo illã ſpeciẽ malitia, quã ſecluſa circunſtantia haberet.
12. V. malitia ſumpta ex obiecto grauior fiat ex circunſtantia afferente nouam ſpeciem.
13. V. aliqua circunſtantia ſpeciem conferant ſolo numero, vel ſola ſpecie partiali diſtinctam.
14. V. damna, & euentus alicqui liciti ſi conſequantur ex peccato, imputentur ad culpam.
15. V. nocumentum vt tribuat peccato ſpeciem, debeas eſſe perſe volitum vel intentum.
16. V. nocumentum v. g. homicidij non intentum formaliter, nec preuiſum, imputetur ad irregularitatem.
17. V. dignitas perſona peccantis peccatum aggrauet, & quomodo & quid de indignitate.

Diſput. 6. de delectatione moroſa, & alijs motibus appetitus ſenſitiui, & voluntatis in obiecta prohibita & de aſpectibus tactibus, & oſculis libidinoſis.

Sectio. 1. An delectatio de re mala, non accedente conſenſu libero voluntatis, ſit peccatum?
Sectio. 2. Vtrum omnes actus appetitus ſenſitiui circa illicita ſint peccata ex participato conſenſu voluntatis?
3. An omnes motus appetitus ſenſitiui in obiecta prohibita ſub m. ſint peccata mortalia abſq. formali, & directo conſenſu voluntatis in illos, & abſq. periculo conſentiendi directe in illos, vel eorum obiecta?
4. An conſenſus in delectationem de opere mortali ſine conſenſu in ipſum opus ſit p. m. per ſe loquendo?
5. V. conſentire formaliter in quamcunq. delectationẽ de quocunq. opere. m. ſit m. an vero tradita doctrina reſtringenda ſit ad ſolam delectationem venerеam, vel ſimiles alias?
6. An delectationes venerea de obiectis prohibitis ſumant ſpeciem ab ipſis, vel eorum circunſtantijs?
7. Quando delectatio de cogitatione, & non de re mala cogitata ſit pecc. mort.?
Sect. 8. An ſit pecc. mort. delectari de aliquo mirabili,

vel artificioſo modo alicuius peccandi vt de arte rapiendi aut decipiendi.

9. *An peccet.m qui per voluntatem non reſpuit, & repudiat delectationem de re turpi, quamuis eam delectationem poſitiue non amplectatur.*

10. *Quibus indicijs colligemus, delectationem fuiſſe moroſam, & mortalem?*

11. *An procurare pollutionem præſertim delectationis gratia, ſemper ſit.p m?*

12. *An procurare magnam, & notabilem commotionem ſpirituum ſubſeruientium generationi, & membrorum, aut ſeminis, ſit.p.m?*

13. *An ſit peccatum.m.procurare diſtillationem?*

14. *An procurare pollutionem, etiam in fœmina ſit. pecc.m.*

15. *An quando ſemen eſt corruptum, & ex eius retentione patitur mulier grauia accidentia, licitum ſit ad eius expulſionem conari?*

16. *Vtrum circunſtantia coniugij in polluente ſe voluntarie, det actui nouam ſpeciem mortalem neceſſario in confeſſione explicandam?*

17. *An ſit.p.m.dare cauſam pollutioni non intendendo illam, ſed alium bonum finem vel actum, ex quo cernitur proceſſura?*

18. *An ſit.p m. dare cauſam pollutioni per rem alias illicitam.*

19. *An tactus & ſimilia inter coniugatos ſint illicita, quando pollutioni periculum afferunt?*

20. *V.tactus inter omnino ſolutos, ideſt, qui inter ſe non ſunt coniuges, nec ſponſi, ſint peccata mortalia?*

21. *V.ex leuitate materia contingat, tactus libidinoſos à m.peccato excuſari?*

22. *An in his tactibus circunſtantiæ perſonarum agentium & patientium & loci ſacri varient ſpeciem, & ſint neceſſario conſitendæ ficus & in copula ipſa.*

23. *An aſpectus turpes ſeu libidinoſi ſint peccata mortalia inter perſonas omnino ſolutas.*

24. *An in ſolutis verba turpia dicere legere vel audire.p m.ſit?*

25. *Quid iuris de tactibus, aſpectibus & verbis inter coniugatos?*

26. *V.tactus inter ſponſos de futuro ſint liciti?*

27. *V.ſit.p m velle aliquod malum ſub conditione auferente eius malitiam.*

28. *V. liceat delectari de obiecto malo ſub conditione auferente eius malitiam, vt de concubitu cum aliqua ſi eſſet propria?*

29. *Vtrũ ſponſis vel ſolutis liceat delectari de actu matrimonij futuro?*

30. *V.ſit.m.in viduis, & coniugatis conſentire in delectationem de actu matrimonij præterito & in coniugatis etiam de futuro.*

31. *V.ſit.p.m.delectari de coitu aliorum?*

32. *V. liceat delectari de pollutione, quæ euenit ſine peccato, vel deſiderare vt ſic eueniat, eadem.q. eſt de homicidio ſic facto vel faciendo?*

33. *Vtrum liceat optare cogitationes, delectationes turpes, pollutiones, tentationes, & ſimilia euenire contra voluntatem vt præbeant occaſionem meriti, dum illis reſiſtitur.*

34. *Vtrum fœmina, quæ ſentit, ſe libidinoſe tangi à viro teneatur reſiſtere.*

35. *Pro tota diſputatione notantur aliqua.*

Diſput. 7. de cauſis peccatorum in genere.

Sectio.1. Vtrum peccatum pro formali habeat aliquam cauſam.

2. *Quæ genera cauſarum habeat peccatum.*

3. *V.peccati cauſa ſit aliquod ſummum malum.*

4. *V.peccati cauſa ſit aliquod bonum.*

5. *V.Voluntas creata, ſit cauſa peccati.*

6. *An voluntas, vt eſt imperfecta & deficiens ſit cauſa peccati.*

7. *An peccatum habeat aliquam cauſam exteriorem.*

8. *An vnum peccatum ſit cauſa alterius.*

Diſput. 8. de ignorantia quomodo ſit cauſa peccati.

A.1 V.ignorantia ſit cauſa peccati.

2. *Vtrũ ignorantia ſecundum ſe ſit proprie & in rigore peccatum.*

3. *An ignorantia ſit ſpeciale peccatum.*

4. *Vtrum inter fideles & infideles poſſit eſſe ignorantia inuincibilis non ſolum facti: ſed etiam iuris humani & diuini etiam naturalis, & myſteriorum fidei, & quid requiratur vt ignorantia ſit inuincibilis.*

5. *Vtrum ignorantia concomitans inuincibilis excuſet à peccato.*

6. *V.ignorantia affectata excuſet aliqualiter à peccato*

7. *An ignorãtia vincibilis etiam affectata excuſet ab hæreſi.*

8. *An poſſit eſſe peccatum ſine ignorantia & errore intellectus.*

9. *An peccata commiſſa ignoranter, ſint eiuſdem ſpeciei cum commiſſis ſcienter.*

10. *V.ignorantia excuſet à pœna legis.*

11. *In qua aliæ quæſtiones de ignorantia breuiter diſcutiuntur.*

Diſput. 9. de peccato ex paſsione & malitia.

Sectio.1. Quo pacto volũtas ad peccatum moueatur ab appetitu ſenſitiuo, ſeu paſsione ipſius.

2. *An poſſit peccatum procedere ex paſſione ſine errore intellectus.*

3. *An peccatum ex paſſione dici debeat ex infirmitate*

4. *An paſſio amoris ſit cauſa omnis peccati.*

5. *An paſſio peccatum extenuet.*

6. *An paſſio excuſet totaliter peccatum.*

7. *Quid ſit peccatum ex malitia.*

Diſput. 10. de cauſa peccati ex parte Dei & diaboli.

Digitized by Google

Sectio.1. An Deus peccare vel ad p ꝛmouere poſsit.
2. Cur Deus non ſit peccati cauſa.
3. An diabolus ſit cauſa peccati.

Diſput. 11. de peccato originali.

Sectio.1. V. peccatum Adæ traducatur in poſteros per originem.
2. Quid ſit peccatum originale.
3. Quomodo intelligatur priuationem iuſtitiæ originalis eſſe peccatum originale.
Sectio.4. Continens varias quæſtiones quibus natura peccati originalis amplius explicatur. 1. an ſit proprie peccatum. 2. an peccatum dicatur vniuoce de originali & alijs. 3. an ſit habitus. 4. an in eo ſit conuerſio & auerſio. 5. an auertat à fine naturali. 6. an in vno ſit vnum tantum. 7. an originale peccatum ſit æquale in omnibus.
Sectio 5. Quomodo contrahatur peccatum originale, vbi variæ agitantur quæſtiones. 1. an ſi aliquis miraculoſe ex humana carne formaretur, contraheret peccatum originale. 2. an orti ex Adam & alijs patribus iam iuſtificatis contrahant originale. 3. an ſi aliquis ex poſteris Adæ peccaret, Adam non peccante, gigneret filios in originali. § 4 Vtrum ſi Adā non peccaret Eua peccante filij contraherent originale. § Vtrum ſi ſolus Adam peccaret & nō Eua, filij contraherent peccatum. § 6. Cur peccatū originale in ſcriptura præcipue tribuatur Adæ & non Euæ quæ prior peccauit. 7. an ſi Adam poſt aliquos filios genitos peccaſſet illis nocuiſſet. 8 an ad transfuſionem peccati in poſteros neceſſarium fuerit pactum Dei cum Adam de transfuſione iuſtitiæ ſi Adam maneret in innocentia ſua, & alias non 9. In quo genere cauſæ peccatum Adæ ſit cauſa peccati originalis. 10 Quod ſit proximum & immediatum ſubiectum peccati originalis. 11. An omnes filij Adæ contrahant originale etiam B. V. 12. An in Adam fuerit originale peccatum.
Sectio. 6. De effectibus, & pœnis peccati originalis. vbi hæ quæſtiones diſcutiuntur. § 1. an paruuli in originali decedentes patiantur pœnam ignis ſeu ſenſus. § 2. an hi ſint habituri triſtitiam. § 3. an nunc animæ eorum, corpora vero poſt reſurrectionem ſint fælicitatem habitura, & quo in loco. § 4. an habituri ſint appetitū ſenſitiuū rationi obſiſtentē, ſeu fomitē

Diſput. 12. quæ peccata ſint aliorū cauſæ & quomodo.

Sectio.1. An ſuperbia & auaritia ſint cauſæ omnium aliorum peccatorum & quomodo.
2. Vtrum alia peccata præter ſuperbiam & auaritiam ſint aliorum peccatorum cauſa.

Diſput. 13. de corruptione naturæ per peccatum cauſata.

Sectio.1. Vtrum per peccatum Adæ in nos transfuſum corrupta & debilitata fuerit humana natura.
2. Vtrum per peccatum diminuta ſit vel diminuatur inclinatio ad bonum.
3. Qua ratione per peccatum dicatur homo vulneratus in naturalibus.
4. V. mors, & alij defectus corporales ſint poena pecca.
5. V. homo in pura natura haberet moriendi neceſsitatem, & rebellionem appetitus ſenſitiui.

Diſput. 14. De macula peccati, & de peccato habituali.

Sectio. 1. Vtrum peccatum mortale actuale cauſet maculam: & habituale peccatum in anima.
2. Quid ſit macula relicta ex peccato mortali actuali.
3. Quid ſit illud, à quo homo dicitur peccator ſeu eſſe in peccato, vel in ſtatu peccati tranſeunte actu: referuntur variæ ſententiæ.
4. Reſoluitur quæſtio iuxta mentem auctoris.

Diſput. 15. de reatu pœnæ, & de ipſis pœnis peccatorum.

Sectio.1. Quid ſit reatus poenæ.
2. Quomodo vnum peccatum poſſit eſſe alterius poena.
3. Vtrum aliquod peccatum puniatur poena æterna.
4. An præter legem ex diſpenſatione diuina Traianus, vel alij damnati ab inferno liberati ſint.
5. Quibus de cauſis peccatum aliquod puniatur poena æterna.
6. An peccatum mortale habeat malitiam infinitā.
7. An peccatum mortale ſit puniendum poena infinita intenſionis, & acerbitatis.
8. An Deus reipſa puniat citra condignum.
9. An peccator annihilari mereatur.
10. An poena damni ſit æqualis in omnib. damnatis.
11. An veniali peccato debeatur poena infinita ſecundum durationem, ſaltem in damnatis propter mortale, vel originale habentibus ſimul peccat. veniale.
12. An dimiſſo peccato mortali quoad culpā, & quoad poenam æternā remaneat reatus poenæ temporalis.
13. An omnis poena ſit propter aliquam culpam ſaltem alienam.
14. An vnus iuſte puniri poſſit pro peccato alterius, etc.

Diſputat. 16. de diſcrimine peccati mortalis & venialis.

Sectio. 1. Quis fuerit hac in re Stoicorum, & Iouiniani error.
2. Quid in hac re Pelagius ſenſerit, & qualiter confutandus, & reſponſio ad argumenta contra ſuperiorem doctrinam.
3. Reſpondetur alijs argumentis fortioribus contra eādem doctrinam militantibus.
4. Quid de peccato. m. & veniali ſenſerit Vuicleph.
5. Nullum eſſe peccatum natura ſua veniale falſo docuere hæretici huius temporis, & nonnulli catholici.
6. Reſpondetur obiectionibus ſuadentibus omne pecca-

tum natura ſua mortale eſſe.

7. *Peccata plene deliberata in materia graui, non eſſe venialia ex diuina miſericordia non imputante ipſa, ſed vere imputari etiam in habentibus fidem.*
8. *An mortale, & veniale differant per reatum poenæ æternæ, & temporales.*
9. *An differant in eo, quod mortale ſit contra legem veniale non.*
10. *An differant in eo, quod mortale ſimpliciter ſit peccatum, veniale vero non.*
11. *An differant in eo quod mortale ſit offenſa Dei, veniale non.*
12. *An differat in eo quod mort. ſit contra amicitiam Dei: veniale non.*
13. *An differant in eo quod mortale auertat à Deo, veniale non.*
14. *An differant in eo quod mortale macula ſit, & maculam relinquat, veniale non.*
15. *An in eo differant, quod mortale hominem conſtituat peccatorem, veniale non.*
16. *An in eo differant, quod mortale ſit deordinatio circa finem, veniale circa media.*
17. *An in eo differant, qued mortale conſtituit vltimum finem in creatura, veniale non.*
18. *An peccatum analogice dicatur de mortali, & v.*
19. *An mortale & veniale poſſint eſſe eiuſdem ſpeciei.*
20. *Quibus notis venialia à mortalibus diſcernantur.*
21. *An dari poſſit peccatum, quod nec mortale ſit, nec veniale.*
22. *An in habente ignorantiam, vel inaduertentiam inuincibilem Dei, vel legis ipſius, omne peccatum veniale ſit, &c.*
23. *V. veniale peccatum ſit diſpoſitio ad mortale, & qua ratione.*
24. *An idem numero actus poſſit de veniali fieri mortalis.*
25. *An plura venialia poſſint conſtituere vnum mortale.*
26. *An ſit mortale velle committere omnia, vel plura venialia.*
27. *Quando peccet mortaliter, qui multa leuia furta per ſe, vel cum alijs facit, vel res ſic ablatas non reſtituit.*
28. *An ratione contemptus peccatum alioqui veniale fiat mortale, & quomodo.*
29. *Quomodo peccatum alioqui veniale reddatur mortale ex eo quod in eo conſtituatur vltimus finis.*
30. *An diuturnitas, vel frequentia peccati venialis reddat illud mortale, & an ebrietas ſit mortale ex genere, & ſecluſa frequentia.*
31. *An veniale poſſit ex circunſtantia fieri mortale.*

Diſput. 17 de effectibus, & ſubiectis nonnullis peccati venialis.

Sectio. 1. An peccatum veniale relinquat poſt ſe maculam in anima.

2. *Vtrum Paulus. 1. Cor. 3. per lignum foenum, & ſtipulam peccata venialia intelligat.*
3. *An in ſtatu innocentiæ potuerit eſſe veniale.*
4. *An in angelis potuerit aliquando eſſe peccatum, quod dumtaxat eſſet veniale.*
5. *An primi motus ſenſualitas in infidelibus ſint peccata mortalia, an vero venialia.*

Diſputat. 18. An veniale in perueniente ad vſum rationis poſſit eſſe ſine. m. cum ſolo originali.

Sectio. 1. Quid in hac re ſenſerit D. Tho. & quibus fundamentis.

2. *Qui nam ſenſerunt peccatum veniale eſſe poſſe cũ ſolo originali, & quibus fundamentis.*
3. *An homo in primo inſtanti vſus rationis teneatur conuerti in Deum.*
4. *An præceptum conuerſionis explicitæ, vel implicitæ in Deum pro primo inſtanti. vſus rationis, vel alio inſtanti aut tempore poſſet tunc inuincibiliter ignorari aut non aduerti.*
5. *An facienti, quod in ſe eſt viribus naturæ in primo inſtanti vſus rationis, ſine mora temporis conferrentur auxilia quibus, gratiam aſſequi, vel augere poſſet.*
6. *Poſſe dari peccatum veniale cum ſolo originali.*
7. *Soluuntur argumenta poſita ſectione. 1.*
8. *An dari poſſit vſus rationis, & libertas ſufficiens ad veniale, & non ad mortale.*
9. *An puer in primo inſtanti vſus rationis poſſit peccare.*
10. *An primum quod puero venienti ad vſum rationis occurrit, ſit deliberare de ſe ipſo.*

ERRATA.

In numeris paginarum erratum eſt poſt paginam. 297. retrocedendo ad. 280. & repetendo vſq; ad 297.& poſt num.350.retroceditur ad n.341.vſq; ad.350.& poſtea ſine interpolatione repetuntur nu.354. & 355. quod maxime obſeruandum pro omnibus indicibus, vt quod non reperert lector in aliquo ex his numeris, qui repetuntur, quærat in alio æquali antecedenti, vel ſubſequenti. Cætera errata fere ſunt parui momenti, quia facile à lectore error agnoſcitur. Aliqua tamen notare volui, vt in alia editione corrigantur. Aduertendum autem eſt, primo numero notari paginam: A. primam columnam. B. ſecundam: ſecundo autem numero lineam illius columnæ.   Sic ergo corrigito.

Pag 17.B. 46.& 49.delectionem,delectationem.65 B.25.liquit,liquet.29.conſil ium,conciliũ, 35.iſte,iſti 25.B.3.confidentur,confidenter.27.a.4.negare,negaret.28. B. 33. brutarum, brutorum. 31.B.28. principij,principijs.33.à 32.millis,in illis. 44.à 24,demonſtrationi omnibus, demonſtrationibus.35.a.50.ipſum,ipſam.36. a.48.intectui,intellectui.52.nominalis,nominales.40.a.37.gnominim.gnomin.40.B 33.præniſſatum,præmiſſarum. 53.connatur,conatur.41.a.1.conuenientia, vel diſſonantia,conuenientiæ,vel diſſonãtiæ 41.B.5.ſoum,ſolum.41.B.33 ad hoc ſolum, ſi ad hoc ſolum.57.abſolutione,abſolute.42.a.7.huus,huius.44.a.25.indigamus,indigemus.27. cauſat,cauſa.42.proterius,proterius.50.B.4.aliquam,aliqua,53.B.2.imperfectione,in perfectione.27. triminо,termino.51.a.39.immediaté,mediatè.56.a.2.actus,habitus.6. ſumitur,ſumit. 57. eſſe nobiliores,non eſſe nobiliores.57.diligemus,diligentius.42.poteſt eſt cõcedi, poteſt concedi 58 ex, eſt. 58.a.38.actus,actum.B.6.poſt a.1.adde.Oppoſitum autem primæ eſt commune. B. 55. virtute, virtutem.59.B.2.actus,actum.4.appetetis,appetentis. 52.conoxionem,connexionem. 57. diſpoſitiui,diſpoſitiuè 60.B.9.piſtinum,priſtinum.61.B.16.exqualitate,qualitate.19.au,aut.62 B.32.§3.tres. 62.B.47.communicat,conuincat.63 B.59.habebus,habitus.64 a.11.vnito,vnico.65.B. 25.liquit,liquet.29.conſilium,concilium.35.iſte,iſti.66.8.implere,impoſſibile.67.a. 15. tenent ſe, tenentеſe. 67.B.29.ſacramenſa,ſacramenta.57.potenſiam,potentiam.58. par infuſo, per ſe infuſo. 68. a. 27. exercitari,exercitati.68.B 30.affectiuè,effectiuè. 71.a.45. à vltimo,ar.vlt.72. a. 15. & ca. & cæt. 35. ómne,omnem.73.a.12.Sotis,Soti.73.B.22.verbis iocoſis,mendacijs otioſis,&c.verbis ocioſis,mendacijs iocoſis,&c.23.paruitatem,Paruitate.74.B.1.erge,ergo.75.B.55.quan,quam.76.a 5. poſui,poſuit.56.equitur,æquetur.76.B.12 ſenſum,ſenſu.13.oſtendimus,oſtendemus.76.B.47.infinitum, in infinitum.59.dixetit,dixerit.77.B.1.omogenei,homogenei.78.a.9.vel non, vt vel non. ibidẽ. A. 39.etherogenei,heterogenei.78 B 28.habitus, actus. 36. quantumq. cumq., quantumcumq. 46. producendam,producendum 84.B.12.tertio,tertius.87.B.46.producetur,producitur, & 49.erat, erit.89.A.7.habitus,adde,ſine reali compoſitione.98. A.39.formales,formalis. 101, 41.ratione,rationes.55.parte.1.principio.103. B.37.intenſionem,intentionem.105.B.50.non in ſe,in ſe.106.B. 21. ſequentur,ſequenti.111.A.10.improſſerit,impreſſerit.33.motium,motiuum.112.A.56.intentio, intenſo.112.n.28.poteſt,poſſe.116.B.30.exiſtimatiua,æſtimatiua.122.B 57. vt, quòd. 58. Theologiam, Theologia.124.B.6.ſer.ſeu.136.A.38.loquando deciſio,loquendo de.1.146.A.30.virtute,neminem virtute.151.in tit primi artic.lege,ſicut in ſubiecto 161.A.15.Valentia,Valentiæ.162.A.in fine lege ſect.5.& B.in princ.ſic lege titulum,vel vtrum omni virtuti exiſtenti in voluntate reſpondeat alia ſimilis in appetitu ſenſitiuo.168.A.49.in productum,improductum.171.A.46. intellectualis, intellectuales.171.B.31.hominis,homini. 172. 4. moretur, meretetur. 174. in tit.a. 3. ſufficientur, ſufficienter. 176.B.25.poterit,poterunt.35.honeſtate,honeſti. 36. donominationem, denominationem.180 A.17. reperire,repetiri.18.viſione,viſionem.209. B.46. Ambroſius, Ambroſium. 47. Gregorius,Gregorium.210.B.46.plenas,plena ſunt.56.quæ ſunt vero,quæ vero.221.B. 31.hac,hæc. 226.B.15.morales,moralis.16.molibus,moralibus.230. B.26. commutatiuam, in commutatiuam. 231.B.36.delectabile,delectationem.247.B.55 ſpem,ſpiritum.257.B.26.exponata, exponat. & 45. euidentur,euidenter.258.A.47.dicete,diceret.258.A.lin.penul.quod,quot.262.B.45 ſapientiam, ſpiritum.264.A.34.pertinent,pertinet.&,etiam.287.A.51.Gallus,Galenus.291.A.15.repleuit,replebit.303.in titulo ſectionis.Quod,quid.305.A.25 ſanitatem,ſanitatum. 89. conuenientur, conuenienter.306.in tit.ſectionis,vlurpentur,vſurpetur.307.B.57 eſſe,eſt.311. 12. aſſecutus, aſſuetus. 312. A.25.conuinctus,coniunctus.316.in titulo ſectionis.ſeclus,ſcelus.319.A.17.ollud,illud.342. in tit.

ſectionis

ſectionis.culpabilis,culpabili 344. A.5.circunſtantia, circunſtantiam. 348. A. 45. modo, initio. 377.B 15.non conſiſteret,conſiſteret,382.B.59.temperantia,temperantiam.384. A. 12. firma, inſima. 383.B.22.dicit,dici.385.eleuatæ,& eleuatæ.& 27.modo,modo eſt.50. in eſt, eſt in. B. 51. tibio homo,tibi,ò homo.387.A.Lauonienſi,Louanienſi.392. A.41.& 42.quæ per ea, quæ hic diximus. lege,& ibi dicta per ea,quæ hic dicimus,&c.441.B.53. peccat, peccare videtur. 54. poſt verbum, occideret,adde.Sed de hoc dicam dub. 3.458.A.25.poſt particulam. feram adde, non eſt irregularis.456.189.B 9.22.32. 593.B.39. natio illorum. adde,& naturalis malitia ipſorum. 595. B. pro. 2. Paralip.1.lege.18.596.B.17 pro Sap.4.lege.14.597.55.pro 21.lege.22.643.A.12. Mat. 26. 25. 649.A.18. Apoc.13.lege.18.651.B.6.Eccleſ.21.lege.11.675.B.4.& cap.7.& Lucæ.c.7 706 A. 47. Rom. 3. lege. 9. 741.B.14.pro ſe,per ſe.38.homine,homini.747.B.53 poona, pœna:creſcere, creſceret,755. B. 43. 1. opinio.2.opinio.786.A.39 Dico.1.Dico.3.786.B.19.pſ.6.pſ.5.

Digitized by Google

IHS

DISPVTATIONVM IOANNIS DE SALAS E SOCIETATE IESV IN PRIMAM SECVNDÆ S. THOM.

TOMVS SECVNDVS.

QVAESTIO XLIX. De ſubſtantia habituum.

Art. 1. *Vtrùm habitus ſit qualitas.*
Art. 2. *Vtrùm ſit ſpecialis qualitas.*
Art. 3. *Vtrùm importet ordinem ad actum.*
Art. 4. *Vtrùm neceſſarium ſit eſſe habitus.*

TRACTATVS. X. DE HABITIBVS.

Diſputatio Prima, De neceſsitate & eſſentia habituum.

Sectio Prima, An dentur aliqui habitus?

1 *Variæ acceptiones huius vocis, Habere*

VARIAS Acceptiones huius nominis, Habitus, ponit Ariſto. 5. Met. c. 20. tex. 25. huius vero vocis, Habere (à qua deductum eſt) eodem lib. c. 23. tex. 28. Varias etiā acceptiones, harum vocum ponunt Aug. lib. 83. q. q. quæſt. 73. Gilbert. Porretanus in lib. de. 6. principijs, c. 7. *1. Acceptio.* Primò enim ſecundum Ariſtot. illo c. 23. dicitur, vna res habere aliam quando ſuo impetu, & natura eam agere poteſt, & mouere. Quia, videlicet, in eam quoddam habet dominium, vel poſſeſſionem, vel ius. Quo pacto, inquit, febris hominem habet, tyrannusq; ciuitates, induti veſtem. Sic etiā dicitur quis habere regnum, pecuniam, domum, &c. & vxor, virum, & è contra. Nam vir habet dominium in vxoré, & vxor quoad actum matrimonij habet dominium in virum. *2. Acceptio* Secundo dicitur, aliquid habere aliud quando in eo tanquam in ſuſceptiuo exiſtit, vt æs habet figuram ſtatuæ, & corpus ægritudinem, & generatim ſubiectum accidentia, materia formam. Tertiò continens, dicitur *3. Acceptio* habere ea, quæ contenta ſunt, vt vas aquam, vrbs homines, nauis nautas, totum partes. Quartò, quòd prohibet aliquid ſecundum *4. Accept.* ſuum impetum moueri, aut agere, vt columnæ habent impoſita onera, & parietes tectū, & Poëtæ fingunt Athlantem cœlum habere, tanquam niſi ipſum teneret, caſurū eſſet ſuper terram. Hoc autem modo, inquit, & cōtinens, dicitur, quæ continet, habere, tanquam ſepararetur ſecundum ſuum impetum vnumquodque, niſi detineretur à cōtinente.

Vltra has acceptiones, poſitas ab Ariſtotel. videntur eſſe aliæ; nam & filius dicitur habere patrem; ſubditus Regem; famulus herum; ſeruus Dominum; amicus amicum; inimicus inimicum; accidens ſubiectum; forma materiam, & quælibet vnio aut ſpecialis reſpectus inter vnum & aliud ſufficere videtur, vt vnum dicatur habere aliud, quæ tamē acceptio, nō admodū propria eſt, vt ex Ariſt. c. de oppoſitis annotauit Vale, hic, d. 4. q. 1. pu. 1.

Item habitus, ſecundum Ariſto. 5. Met. ca.
2 20. tex. 25. dicitur. 1. tanquam quidam habentis, & habiti actus, ſicuti actio quædam, aut motus: nam cum vnus efficit aliud, datur media effectio inter vtrumq. & ſimiliter cum vnū habet aliud, datur media habitio actiua (vt ſic loquamur) inter vtrumque, quæ eſt ipſum habere, & habitus dici poteſt, Græceq. apellatur, hexis, neq. refert, an reipſa mediet, an vero tantum quaſi quid medians, ſignificatur: habitio autem paſſiua nunquam Græce hexis aut latine habitus appellatur, vt bene Vazquez diſput. 78 & hic habitus nō dicitur proprie haberi: nam cuiuſlibet habere eſſet aliud habere, & ſic progrederemur in infinitum, vt ibidem colligit Ariſto. Habitus in hac. 1. acceptione eſt poſtprædicamētum: quia eſt quid commune omnibus prædicamentis: imo, & entibus rationis nam habere cęcitatem, & negationem quamlibet, vel reſpectum rationis quis dicitur, licet magis in particulari quælibet forma poſitiua haberi dicatur. Quo pacto Ariſt. c. de oppoſitis ait, *habitum & priuationem opponi, vt viſum, & cæcitatem*. 2. habitus ſecundū Ariſto. 5. met. cap. 10. dicitur *diſpoſitio ſecundum quam bene, vel male diſponitur diſpoſitum, & aut ſecundum ſe, aut ad aliud*: Vt ſanitas quædam habitus eſt, quia ſecundum eam dicitur qui bene diſpoſitus, ſeu bene ſe habere, vnde Curtius orationeAſſiatica, ſi dij habitum corporis parem animo eſſe voluiſſent, orbis te non caperet. ¶ 3. Habitus dicitur ſecundum Ariſto. eodem cap. 10. *ſi particula talis diſpoſitionis ſit, quare partium quæq. virtutis*, inquit, *quidam habitus eſt*. Præter has acceptiones habitus ab Ariſtotel. conſtitutas illo tex. 25. addit alias acceptiones. Vnde ſit. ¶ 4. qua habitus eſt vnum ex 6. prædicamentis vltimis: *quod nihil aliud eſt*, inquit Valentia, ex D. Thom. in hac quæſt. articulo. 1. *niſi habitudo media inter corpus noſtrum, & ea quæ illi adiacent ſeu circa illud ſunt*, videlicet quadam coaptatione & ſpeciali vnione, quæ habitudo ſignificatur per eſſe veſtitum, armatum, &c. de qua quomodo conſtituat prędicamentum quoddam, dubiū magnum eſt, quod cum Conra. art. 1. ad logicos, vel metaphyſicos remittimus.

3 5. Accipitur habitus pro veſte: quo pacto Auguſt. 19. ciuit. cap. 1. de Cynicis philoſophis ait, *licet diuerſos ſequerentur fines alij virtutem, alij voluptatem; omnes tamen eorū̄dem habitum & conſuetudinem tenuiſſe*. Vnde Cynici *appellati fuerint*, & libro. 83. qq. q. 73. ſic interpretatur id Philip. 2. *habitu inuentus vt homo*, vt humanitas ſit quaſi veſtis filij Dei, de quo loco vide, D. Thom. 3. p. quæſt. 2. art. 7. ad fin. & Damaſce. 3. fidei. cap. 16. quia vero verbum Græcum *ſchema*, ſignificat non ſolum habitum, ſed & figuram, ideo apud Chryſoſt. eo loco legimus *figura inuentus, vt homo*. 6. Accipitur habitus, non pro quacunq. diſpoſitione, ſed ſecundum quam quis bene, vel male ſe habere dicitur, aut ſecundum ſe, aut ad aliud iuxta ſecundā acceptionem poſitā ex Ariſt. 5. met. cap. 10. tex. 25. qua & habitus operatiui & non operatiui comprehenduntur. Sed ſtrictius ſumitur pro ea, quæ eſt difficile mobilis, ſeu durabilis permanens, & ſtabilis, fixa & bene radicata in ſubiecto, à quo non niſi difficulter remoueri poterit, vt ſcientia, quæ non remouetur à ſubiecto, niſi circa ipſum grandis fiat permutatio, vel ab ægritudine. vel ab alio huiuſmodi. Sic Aug. lib. 83. qq. q. 73. ait, ſolere dici habitum animi, ſicut eſt cuiuſcunq. diſciplinæ perfectio vſu roborata, atq. firmata: vel habitum corporis, ſecundum quem dicimus, alium alio eſſe truculentiorem, & validiorem, *quæ magis*, inquit, *habitudo dicitur*, & inferius, ait, habitum, qui eſt in perceptione ſapientiæ, & diſciplinæ, vocant Græcis, *Hexim*, vel, ſehexim, ſic accipitur habitus, ab Ariſt. c. de qualitate. ¶ 7. Strictius ſumitur habitus pro diſpoſitione, qua quis bene, vel male diſpoſitus eſt in ordine ad actus humanos. & morales, quaten⁹ bonitatē, vel malitiā moralē habēt, (aut etiā indifferentiā, vt quidā volunt,) quæ diſpoſitio vocatur habit⁹ moralis, vel humanus, ſic Ariſt. 2. Ethic. c. 5. *Habitus eos appello, quib. bene, vel male ad affectus nos habem⁹ vt ad iraſcēdū ſi vehementer*, aut remiſſe, male, ſi mediocriter bene.

8. Adhuc ſtrictius ſumit̃ habit⁹, non pro quocūq. habitu, ſed pro bono & operatiuo, quemodo quidā accipiūt, q. eſt, apud Ariſt. 7. Phyſico. tex. 17. c. 3 *habit⁹ eſt diſpoſitio perfecti ad optimū*, quãuis Vaz. d. 78. c. 1. putet, eo loco Ariſto. nō diffinire habitū bonū ſed loqui de robore & pulchritudine, quæ duo in exēplū adduxerat eorū, quę ſunt ad aliquid & ad quæ nō eſt mot⁹, & ait, *eſſe diſpoſitionē perfecti ſeu preſtātiſſimi*, ideſt ei⁹, q ſanat, & conſeruat, & recte diſponit ipſā natura, quæ ibi appellat̃ optimum Certe loc⁹ eſt difficilis. D. T. in pñti de robore et fortitudine illū explicat, quas ait, eſſe diſpoſitiones ei⁹ q eſt perfectū in ſua natura, per cōparationem ad optimū, quod eſt operatio, ſed non video quomodo id quadret pulchritudini quæ ad operationem non pertinens videt̃, niſi dicas, pulchritudinē deſeruire ad operationē

Margin notes: *Variæ acceptiones huius nominis habitus.* — *1. Acceptio* — *2. Accept.* — *3. Acceptio* — *4. Accept.* — *5. Acceptio* — *6. Acceptio* — *7. Acceptio* — 4 *8. Acceptio*

rationem, quia includit membrorum proportionem, quæ ad operationem conducit, licet, autem Ariſtot. ibi non loquitur de omni bono habitu; tamen ea verba omni bono habitui accommodari poſſunt; nullus enim eſt, qui non aliquo modo ad bonam operationem conducat: ſed de habitu directe ordinato ad bonam operationem videtur loqui Auguſt. de bono coniug. cap. 21. dicens, *Ipſe eſt habitus, quo aliquid agitur, cum opus eſt: hunc habitum circa continentiam non habent illi, quibus dicitur, qui poteſt capere, capiat.* Matth. 19.

5. 9. Strictiſſime ſumitur pro acquiſita facultatũ animi promptitudine in ordine ad operationes, ſiue bonas, ſiue malas; quo pacto habitum diffinit Gabri. 3. diſtinct. 23. quæſt. 1. art. 1. notab. 4. & Geruaſius in tractatu notitiarũ, titul. de habitibus inquiens, *Habitus acquiſitus eſt qualitas abſoluta difficulter mobilis ex actu, vel actibus potentia vitalis genita, ad ſimilium actuum productionem inclinatiua:* Qua definitione nec habitus corporis, nec habitus infuſi animi comprehenduntur, vt neq. illa, quam tradit Genebrard. indiction. theologico, verbo habitus. *Eſt quædam animi qualitas acquiſita ex frequentatis actibus, vel ex vno multum vehementi, quo anima faciliter diſponitur ad aliquid faciendum.* Neque illa, quam tradit Fonſeca. 9. Met. cap. 5. quæſt. 1. ſect. 1. *Qualitas ſenſu non percepta, & ex natura, aut modo inhærendi ſuo fixa, & ſtabilis, noſtriſq; actibus acquiſita, qua potentiæ faciliores, & promptiores redduntur ad certas quaſdam, & determinatas operationum ſpecies.*

9. acceptio.

Nos in præſenti habitum ſumimus pro ea diſpoſitione, qua reddimur prompti ad operationes, quomodo ſpecies intelligibiles non ſunt habitus, quia dant poſſe, non tamen facile, & prompte poſſe: habitus autem infuſi ſunt proprie habitus; quia non ſolum dant poſſe, ſed prompte, & facile poſſe, vt inferius contra nonnullos videbimus: & quidem de his, an ponantur, poſtea diſſeretur.

6. Modo autem inueſtigandum eſt, quæ ſit neceſsitas ponendi habitus acquiſitos, & vnde conſtare poſſit, eos dari. Aureolus apud Capræolum. 1. diſtinct. 17. quæſt. 1. artic. 2. in argumentis contra primam concluſionem multis rationibus probare contendit, in potentijs nullum eſſe habitum ad operandum: quia nec concurrit ad ſubſtantiam operationis, nec ad intenſionem, nec ad facilitatem nec eſt conditio, ſine qua non, nec alio modo iuuat ad operationem.

Quæſtio, an ſint habitus acquiſiti, et vnde id conſtet.

1. Opinio Aureoli.

7. Alij, quos ſuppreſſis nominibus refert Palaci. 3. diſ. 23. diſputatio. 1. dixere, nullos eſſe habitus, qui ſint qualitates ſuperadditæ potentijs, ſed facilitatem potentiæ ex remotione impedimenti deriuari, vt virga frequentius flexa, facilius flectitur, quia humor viſcoſus, & tenax repugnans flexioni, ex frequenti flexione miteſcit, quo ſublato impedimento, facile flectitur, & cytharædus in principio non facile pulſat, at aſſuetus, celerrime, quia ex motu locali diſcutitur manus hebetudo; nam calor accendens neruos, & cordas diſtendit. Vnde prompta eſt fidium pulſatio, ſimiliterque & curſores, quia aſſueti ſunt itineribus faciendis, nõ habent viſcoſum & pigrum humorem hebetãtem pedes, & crura ad itinera abſoluenda, quam opinionem habet expreſſe Pariſienſis lib. de fide & legibus fol. 11. eam vero reijcit Pala. quia facilitas, quam ex aſſuetudine habet potentia, ſæpe ſine vllius impedimenti diſcuſſione contingit, vt in intellectu, qui per aſſuetudinem fit promptior ad operandũ nullius impedimenti remotione, vt patet, quando in intellectu non erat error, idem eſt de memoria, quæ excolendo augetur.

2. Opin. aliorum.

¶Ocham quodlib. 3. q. 17. hanc quæſtionem mouens, dicit quinque. Primum neceſſe eſt, ponere habitus in corpore probat, quia potentia motiua corporalis poſt multos actus elicitos poteſt in conſimiles actus, in quos non poterat antea, vel ſaltem non ita facile, ſicut patet in ſcriptoribus, & in alijs artificibus: ergo in illa potentia eſt aliquid additum vel ablatum: non videtur autem eſſe ablatum: ergo additum: & illud voco habitum. ¶ 2. Dicit, non poſſe ſufficienter probari ponendum eſſe aliquem habitum in appetitu ſenſitiuo, quia omnia, quæ experimur nobis in eſſe poſt frequentiam actuũ appetitus ſenſitiui, poſſumus experiri quandoque in nobis per tranſmutationes corporales ſine frequentia actuum appetitus ſenſitiui, ſicut dixi, inquit, quodlib. 2. quæſt. 15. ¶ 3. Dicit, in potentia apprehenſiua eſſe ponendos habitus: quia poſt frequentiam actuum imaginandi inuenitur quis promptus ad conſimiles actus, & non ante omnem actum: ergo ex illis actibus generatur habitus, ex quo, ſi phreneticus, & furioſus poſtea fiat, imaginabitur, & loquetur. ¶ 4. Dicit, in intellectu neceſſario eſſe ponendum habitum: tum quia aliquis poſt frequentiam actuum intelligendi inuenitur promptus, & inclinatus, ad conſimiles actus, non vero ante omnem actum; tum quia aliter intellectus eſſet eodem modo in potentia ante omnem actum, & poſt: quod eſt falſum, quia poſt. 1. actum intelligendi, deſtructo obiecto, aut abſente, poteſt intellectus in aliquos actus, in quos non poterat ante primum actum: & iſta eſt ratio Ariſtotel. 3. animæ ad ponendos habitus intellectuales; quia cum habitu intellectus, deſtructo obiecto, quando volumus, illud intelligimus. ¶ 5. Dicit 8.

3. Opinio Ocham.

maiorem difficultatem eſſe de voluntate: quia voluntas non poteſt aliquid velle, niſi cognitum, poteſtque actum ita perfectum elicete in prima cognitione, ſicut poſt multos actus eliciros, ideo *difficile eſt* inquit, *probare neceſſitatem ponendi habitum in voluntate, licet merito poſsit id teneri, & perſuaderi*: *tum quia facilius poſt exercitationem poteſt voluntas elicere multos actus*, quam antea, cæteris paribus in parte ſenſitiua, vt patet incontinente, qui habet prauas concupiſcentias, & non ſequitur eas; prius tamen quam eliceret aliquos actus voluntatis, eas ſequebatur & non eſt aliqua variatio in parte ſenſitiua: tum quia poſt multas dilectiones voluntas manet inclinara ad diligendum; tum quia poſt multos actus elicitos circa aliquod obiectum maiori difficultate, & triſtitia poteſt elicere actum contrarium, quam ante omnem actum, vt quilibet in ſe experitur; ergo neceſſe eſt aſſerere, ex illis actibus genitum eſſe habitum.

Gabriel, & Geruaſius Maior. Opinio Auctoris, & cõmunis

9 Hæc Ocham quem ſequitur Gab. 3. diſtin. 25 quæſt. 1. articu. 3. dub. 1. & Geruaſius in lib. notitiarum, tractat. de habitibus & Maior. 4. diſtinct. 4. quæſt. 1. dicens facile defendi poſſe, nullos dari habitus præter infuſos. In quibus dictis multa inuoluit Ocham, quæ ad ſequentem diſputationem de ſubiecto habitus pertinent, ideo nunc in genere tantum probãdum eſt, dari habitus in homine, quod communiter experientia probari ſolet: experimur enim poſt vſum, & conſuetudinem operandi, & frequentationẽ actuum promptiores nos manere ad operandũ quæ promptitudo, & facilitas non poteſt prouenire niſi ex aliqua forma & qualitate ſuperaddita, & hanc, in quacunque potentia ſit, habitum appellamus, quæ ratio Medin. quæſt. 49. arti. 4. Durandum. 3. diſt. 23. quæſt. 1. Richard. & alios ead. diſtin. Fonſecá ſupra, ſectione. 2. Vazq. diſputatione. 78. capit. 4. dicto. 1. num. 26. Pala-

Doroth. cios ſupra, & denique omnes Scholaſticos, & Dorotheum doctrina. 2. circa finem, mouit, neque immerito, ad conſtituendas qualitates, ſeu formas ſuperadditas potentijs, quæ dicantur habitus, eademq. Ariſtot. 3. Ethico. capit. 5. dixit, *nimis hebetis hominis eſſe ignorare, ex operationibus habitus emergere & propterea habitus in noſtra eſſe poteſtate, quia actus ex quibus oriuntur, in noſtra poteſtate ſunt*. Sed mihi illa ratio euidens non apparet, ſicut enim tracta. præced. diſputione. 3. ſectione. 4. docuimus, idem obiectũ cum potentia & eadẽ eius diſpoſitione & eadem cognitione præuia minus delectare, vel contriſtare ſolèt progreſſu, quàm initio temporis; quia natura appetitus eſt, vt circa noua obiecta melius operetur, cæteris paribus, quam circa antiqua: ita etiam dici poſſet, potentias noſtras ex ſua natura habere, vt nulla qualitate, vel forma ſuperaddita, promptius, & facilius operentur poſt frequentationem actuum, quã antea, ſicut grauitas lapidis velociorem motum cauſat in progreſſu, quam in principio: ant certe maiorem inpetum, nulla qualitate, vel forma ſuperaddita. Vnde Pariſien. tracta. de vitijs & virtutibus. (*Vt refert Carth. 3 diſt. 23. quæſtione. 1.*) diffuſe, & apparenter probat, virtures non eſſe diſpoſitiones fixas reales ſuperadditas potentijs, ſed ipſas potentias ſic, & ſic aſſuefatas (*quamuis tandem concludat tam virtutes acquiſitas, quam infuſas eſſe reales habitus informantes animæ vires*) & ita ſenſiſſe videntur quidam apud Angeſtum in moral. capit. 5. in principio, aſſerentes, habitum à potentia non diſtingui: ſed eſſe ipſam potentiam tranſeuntibus actibus proniorem, & diſpoſitiorem ad ſimiles actus, ſic etiam quidam apud Palud. 3. diſtin. 23 exiſtimarunt habitus, qui in potentijs acquirũtur, nihil aliud eſſe quam modos ſe habendi rerum ſicut ſanitas non eſt aliquid diſtinctum à primis qualitatibus, ſed illæ eædem temperatæ ſeu commenſuratæ. Neque oportet, ſi eſt magis diſpoſita, ac determinata ad ſimiles actus, habere in ſe aliquid nouum: ſed fateſt habuiſſe, vt materia prima per accidentia. quæ fuerunt incorrupto, dicitur in inſtanti generationis diſpoſitã, determinata, & ſigillata ad formam geniti. Veruntamen loquamur, & ſentiamus cum omnibus & doctis, & indoctis, qui ſemper additas iſtas formas admittunt. Quas dandas eſſe recte ex habitibus infuſis probat Fonſeca, illa ſectione. 2. addens alias rationes, quas omitto, quia omnes ad ſuperiorem experimento nitentem reuocantur.

Inter Docto. tamen nonnulla eſt controuerſia, ſint ne vere, & proprie qualitates, an relationes? Quidam enim apud Ocham, quodlib. 3. quæſt. 4. apud Henri. quodlib. 3. quæſt. 8. artic. 1. Fonſe. illa ſectione. 2. Argent. Capreolum & Hiſpal. 3. diſtin. 23. & apud Geruaſium tractatu notitiarum tit. de habitibus, dixere, habitus eſſe relationes, & non qualitates, quorum rationes ſoluunt Henricus, Capreolus, Fonſeca, Hiſpal. Argent. & Ocham, & friuolas eſſe non ab re docet Geruaſius: ſolum enim probant, eſſe relationes tranſcendentes, quales ſunt etiam potentiæ & aliæ qualitates, vel non poſſe ſatis intelligi, niſi cointellectis aliquibus relationibus ad actus, & obiecta quæ relationes non poſſunt eſſe reales, ſed rationis, cum ſint ad terminos non dum exiſtentes & fortaſſe nunquam futuros. Prẹterea, relationes, etiãſi ſint reales, non ſunt actiuæ: ſed habitus 10 *An habitus ſint qualitates.*

con-

concurrunt actiue ad actus: ergo nõ ſunt relationes, minor probabitur poſtea. Sed licet teneretur, habitus nõ cõcurrere effectiue ad actus, certum eſt, habere in eos aliquam cauſalitatem, quæ tamen relationibus tribui non poteſt: nam, excepta fortaſſis relatione propinquitatis, cæteræ nec actiue nec diſpoſitiue, nec inſtar conditionis, ſine qua non, concurrunt ad actiones: ergo habitus ſunt formæ abſolutæ, & qualitates quædam, & ideo ponuntur ab Ariſto. & omnibus in prædicamento qualitatis.

11 Ita ſentiunt Ocham, Henricus, Geruaſius, Fonſe. Argen. Capreol. Hiſpale. & Angeſtus ſup. Iauellus. c. de qualitate, &. 3. Ethico. tract. 1. c. vltimo. Burid. 2. Ethico. q. 1. & 2. Horon. in ſua margarita lib. 2. tract. 2. c. 7. Rubius. 2. part. logicæ tract. 1. de hab. intelletualib. q. 1. in princi. Caiet. in hac quæſtione. 49. art. 4. Valentia diſp. 4. q. 1. puncto. 1. D. Thom. Caieta. Medin. Conra. & alij hic at. 1. Azor lib. 3. c. 20. q. 1. & ſequentibus. Suarez tomo. 2. met. diſp. 44. ſect. 1. vbi optimam & germanam rationem attingit, cur Deus, ſeu natura potentijs dederit capacitatẽ ad eiuſmodi qualitates & vim ad earum productionem: nam cum ex ſe ſint potentes, & indifferentes ad tam varios & interdum repugnantes actus, & ob ſuam imperfectionem non habeant tantam determinationem, & propenſionem ad illos, quanta, requiritur, vt prompte, & facile illos eliciant, ideo natura, quæ optimum operandi modum intendit, dedit illis aptitudinem, & vim aliquam innatam, vt ſaltem vſu & exercitio actuum poſſent eius modi facilitatem acquirire. Eodem loco docet Suarez, ſanitatem, & ægritudinem, pulchritudinem, & alias huiuſmodi qualitates, quæ non præbent per ſe, & primario facilitatem, nec diſponunt per ſe in ordine ad operationes, non eſſe proprie & eſſentialiter habitus, ſed paſſibiles qualitates, quanuis habeant modum habituum, quatenus bene vel male, & ſtabiliter diſponunt ſubiectum in ordine ad eſſe. Conſonat Valentia diſp. 4. q. 1. puncto. 1. dicens, ſanitatem, cum ex natura ſua non ſit ſatis firma, & ſtabilis, non omnino proprie eſſe habitum. Idem clarius docet. q. 2. puncto. 1. tribuens D. Tho. q. 50. ar. 1. ad. 2. vbi ait, non eſſe ſimpliciter habitus, quia non ſunt ſimpliciter difficile mobiles, & ideo ab Ariſto. in Græco non dici habitus, ſed vt habitus.

12 *Sanitas pulchritudo & aliæ eiusmodi qualitates corporis sũt propria habitus.*

Hæc tamen doctrina multis fortaſſe diſplicebit, quia Ariſto. 5. met. cap. 20. tex. 25. & in prædica. c. de qualitate & 7. phyſic. tex. 17. eiusmodi qualitates numerat inter habitus. & D. Tho. alijque. q. 49. ar. 1. & paſſim alibi, præſertim. q. 50. ar. 1. vbi contra Simplicium relatum ab Alex. in prædicam. docet ſanitatem, & pulchritudinem eſſe vere habitus, ſed imperfectos; quia non habent tantam ſtabilitatem, quantam habitus animæ. Hæruæus etiam quodlib. 1. q. 13. ad. 4. ait, ſanitatem eſſe habitum corporis, licet non potentiæ motiuæ. Itaque cum D. Tho. quæſt. 50. ar. 1. ad. 2. ait, non eſſe ſimpliciter habitus, tantum intendit, nõ eſſe perfecte habitus, alioqui contradiceret doctrinæ datæ in corpore, quam tamen explicat Valentia ſupra, vt tantum velit, iſtas qualitates vere poni in prima ſpecie, non quòd ſint habitus, ſed quia ſunt vere diſpoſitiones habentes modum quendam habitus, & quanuis Caietan. ibi propter verba D. Tho. dicat, vel non eſſe habitus, vel eſſe imperfecte habitus, tamen cum primum ſenſerit, eſſe de mente Alex. 2. de mente D. Thom. & Medin. ibi putet, eſſe vere habitus, quibus natura bene vel male ſe habet in ordine ad ſe, non in ordine ad operationem & ſufficientem ſtabilitatem habeant, cum ſint paulominus ſtabiles quam habitus per ſe operatiui, non eſt cur negemus eſſe proprie habitus: maxime cum Fonſeca. 9. met. cap. 5. quæſt. 1. ſect. 1. Rub. & alij communiter abſolute tales qualitates appellent habitus. Nec ad rationem habitus requiritur, eſſe per ſe operatiuum: ſiquidem gratia in opinione multorum aliorum eſt in eſſentia animæ, & non eſt per ſe operatiua, tamen eſt vere & proprie habitus: ſi autem vt diximus ægritudo eſt habitus à fortiori calor hecticæ erit proprie habitus, quia ſtabilis & radicatus eſt quantum ſatis eſt ad eſſentiã habitus: quãuis Valent. ſupra dicat, non eſſe habitum, quia non per ſe, ſed per accidens eſt difficile mobilis, vt econtra gratia & charitas ſunt habitus, quia per ſe & natura ſua, & ex parte ſuæ cauſæ vel Dei ſunt difficile mobiles, cum ſine pœnitentia ſint dona Dei; quanuis peraccidens ob arbitrij libertatem facile poſſint amitti. 13 *Rom. 11.*

14 *An opinio, & fides humano ſit proprie habitus.*

De habitu vero opininnis, cum per ſe habeat cauſam in ſtabilem & infirmam, ſcilicet aſſenſum non euidentem ac certum ſed probabilem, opinatur Sotus in prædica. cap. de *qualitate, non eſſe proprie habitum, nec ſane improbabiliter,* (inquit Valentia) *nam facile refutari poteſt quod obycit Medina, inde conſequi, vt pari ratione negandum ſit habitum vitioſum eſſe proprie habitum, cum habeat quoque cauſam infirmam. Reſponderi enim debet, minime id conſequi. Habitus enim vitioſus non proprie exiſtit ex aſſenſu opinionis, ſed ex frequentatione prauorum actuum, ad quos magna & vehemens propenſio eſt in natura hominis vitiata, & ideo per ſe, & ex natura ſua cauſa eſt difficile mobilis: habitus autem opinionis non item; ſed tantum peraccidens interdum, ratione ſubiecti,*

quando inueterauit, aut propter particularem conditionem materiæ. ſi hæc admodum ſit probabilis. Hæc Valentia: ſed credo habitum fidei humanæ, & opinionis proprie eſſe habitus quia per ſe loquendo vt non eſt facile, mores bonos, vel malos relinquere, ita neque ſemel conceptas opiniones aut credulitates, licet ex animi leuitate facile vtrumque aliquando fiat. Poſſet tamen dici, omnẽ habitum appetitus eſſe intenſibilem, & remiſsibilem, ac proinde inſtatu perfecto, aut mediocri difficile mobilem; quoniam ad eius deletionem oportet intenſiſſimum actum aut plures remiſſos habere. Similiter omnes habitus ex natura ſua euidẽtes, aut certos, eſſe proprie habitus, quia difficile eſt contra veritatem euidenter cognitã iudicare eo quòd demonſtratione aliqualiter remanente in memoria, non poteſt homo diſſentire, obliuiſci autem demonſtrationis in particulari, & incõmuni, & offerre ſe rationẽ probabilem incontrarium, per ſe loquendo, non eſt facile.

15. *An ars ſit proprie habitus.* Sed de arte eſt dubiũ, ſit ne habitus: non diximus, habitum acquiſitum non dare poteſtatem ſed facilitatem, & promptitudinem: at aliqua opera ſine arte effici non poſſunt, & ideo Ariſt.9.met.c.5. artes numerat inter potẽtias actiuas: ergo ars non eſt habitus. R. artes & ſcientias numeraſſe inter potentias actiuas quia ſunt veluti potentiæ: eas tamen diſtinxiſſe à potentijs naturalibus, dixit autem eodem loco &. c.8. eiuſdem libri, aliquas artes non acquiri niſi conſuetudine, vt artem canẽ di tibijs; quia ſunt aliquæ artes, quæ diſci cõmode non poſſunt, niſi ipſa experientia, & vſu, vt ars canendi tibijs, & aliæ ſimiles.

16. *1.Corol.* Ex quibus omnibus patet. 1. quid ſit habitus in communi, & quid ſit habitus per ſe, vel nõ per ſe operatiuus; nam habitus in communi eſt diſpoſitio diuturna & difficile mobilis ex natura ſua: habitus vero per ſe operatiuus eſt promptitudo, & facilitas quædam ſuperaddita potentiæ, per quam potẽtia promptior eſt, & potentior ad eliciendum actum. Habitus vero non per ſe operatiuus eſt aliquid, ratione cuius ipſum ſubiectũ melius, aut deterius ſuas functiones exequitur, licet non influat directe in illas, ſic ſanitas & ægritudo ſunt habitus operatiui, vt docet D. Tho. & omnes in hac q.49. ar.3. Valen. diſp.4. q.1. punct.1. & .2. ex Ariſt.10. de hiſto. animal. c.1. dicente, *an valeat quodlibet membrum, ex eo perſpicuum eſt, cum opus ſuum, quantum ſatis eſt, exequitur.* & 5. Met. c.20. tex.25. *habitus dicitur diſpoſitio, ſecundum quam bene vel male diſponitur diſpoſitum, aut ſecundum ſe aut ad aliud.* Et.1. mag. mor. *habitus ſunt, vnde erga hæc habemus bene vel male.* Ex quibus locis colligit Rubius ſupra. quoſdam eſſe habitus, quibus proxime diſponitur ſubiectum, vt bene vel male ſe habeat ſecundum naturam; remote vero in ordine ad operationem, vt ſanitas, ægritudo, pulchritudo, ac deformitas: alios vero, quibus proxime diſponitur ſubiectum vt bene vel male ſe habeat in ordine ad operationem, vt Temperãtia, Fortitudo, &c.

Sed objicies. 1. quia diſpoſitio eſt qualitas, 17
ſecundum quam quis bene vel male ſe habet: *1.Obiect.* ergo de ratione habitus erit eſſe bonum vel malum; quod videtur falſum; quia non eſt de ratione actus, eſſe bonum vel malũ, vt tract.7. dictum eſt: ergo neq; de ratione habitus. *1. Solutio.* Poſſet negari conſequentia; quia bonitas et malitia actus pendet ex circunſtantijs, in quibus poteſt eſſe magna varietas, manente ſubſtantia actus: bonitas vero, & malitia habitus non pendet ex circunſtantijs ſed ex ordine ad naturam, & operationem, qui ordo poteſt eſſe inuariabilis & ſubſtantialis, ideo bonitas vel malitia poteſt eſſe ſubſtantialis habitui, ſed. *2.Solutio.* R. 2. cum Valen. bonitatem & malitiam formaliter ſumptam non eſſe de eſſentia vllius habitus, ſecus fundamentaliter: quilibet enim habitus intrinſece habet fundamentum conuenientiæ vel diſconuenientiæ erga ſubiectum in ordine ad ſe, vel in ordine ad operationem.

Sed obijcies rurſum; nam diſpoſitio eſt or- 18
do habentis partes ex Ariſt.5. met. tex.24. *2.Obiect.* Ordo autem eſt relatio & non qualitas: ergo ſi habitus eſt diſpoſitio, non erit qualitas, & ſi eſt qualitas, non eſt diſpoſitio. Item ſi diſpoſitio eſt ordo habentis partes, & habitus eſt diſpoſitio, ſolum erit in rebus corporeis & diuiſibilibus; hæ enim ſolæ habent partes: conſequens eſt falſum: ergo non bene definitus eſt habitus. *Solutio.* R. ſi ſermo ſit de diſpoſitione, quæ eſt in prædicamento qualitatis, eam eſſe ordinem non formaliter, ſed fundamentaliter. Sed cenſeo Ariſto. ibi non diffinire diſpoſitionem, quæ eſt in genere qualitatis, ſed relationis. Eſſe vero ordinem habentis partes explicat ipſe Ariſt. ibi de ordine partium ſecundũ locum, aut ſecundam potentiam, aut ſecundum ſpeciem; quas duas poſtremas particulas ſic fere accomodat D. Thom. in hac quæſtione art.1. ad.3. & ar.4. cum ſimplicio in prædicamento qualitatis, ad habitum, vt habitus inchoatus ſit ordo habentis partes, ſecundum potentiam, quoniam vna pars habitus, vel effectus formalis aut modi intrinſeci ipſius eſt in actu, alia vero in potentia: habitus vero perfectus ſit ordo habentis partes ſecundum ſpeciem; quia tunc plures partes habitus vel effectus, aut modi ipſius formaliter & actu habentur. Sed exiſtimo Ariſto. ordinem habentis partes ſecundum potentiã appellare ordinem, qui eſt inter potentias eiuſdem rei, vel inter potentiam & operationem, inter

Digitized by Google

inter quas eſt ordo per habitum, quia vt diximus, omnis habit⁹ ordinatur primario, vel ſecundario ad operationem, ordo autem habentis partes ſecundum ſpeciem eſt ordo, qui eſt inter ſpecies ſecundum perfectionem, ſecundum quem ordinem, vna dicitur prior alia in perfectione, & forte ordo ſecundum potentiam eſt, qui eſt inter res, quarum vna eſt ſuperior alia in potentia. Vnde non male quidam dicunt, Ariſtot. ibi non loqui de partibus intenſiuis formæ, quæ eſt diſpoſitio, ſed de partibus ſubiecti, vt conſtat, & per has partes, vt explicat D. Thom. 5. Met. loco cit. & Scotus ibi intelligi partes reales potentiales, vel modales ſubiecti: debet enim ſubiectum, in quo eſt diſpoſitio, habere plures partes integrales, vel potentias, vel actus, ſeu modos ſe habendi, vt bene, aut male in ſe diſpoſitum dicatur in ordine ad eſſe, vel in ordine ad operationem.

19 3. Poſſet obijci, quia Ariſtotel. 7. Phyſic. capit. 3. text. 17. & 18. docet, habitus ſcientiæ & virtutis eſſe ad aliquid, & ideo ad illos non eſſe perſe motum, ſeu alterationem, &c. 5. Met. capit. 15. tex. 20. ait, ſcientiam dici ad aliquid: male ergo diximus eſſe qualitates. Huic obiectioni ocurremus diſput. 3. ſectione. 1. ad. 1. primæ opinionis. Nunc ſatis fuerit animaduertere rem eſſe in Ariſtot. indubitantem quod habitus ſint qualitates, ob ea quæ ſuperius diximus; maxime ex. 9. Met. cap. 5. in princip. vbi habitus docet eſſe quaſdam potentias acquiſitas. *Cum autem, inquit, potentiarum omnium aliæ à natura inſint, vt ſenſus: aliæ conſuetudine, vt tibijs canendi; aliæ diſciplina, vt artes &c.*

3. Obiectio.

Solutio.

4. Poſſet obijci, quia maior facilitas & promptitudo potentiarum per actus acquiſita, reduci poteſt ad maiorem intenſionem ipſarum potentiarum: ergo non opus eſt fateri in potentijs nouas qualitates produci.

4. Obiectio

Reſpon. cum Fonſeca. 9. Met. ca. 5. quæſt. 1. ſectione. 3. ad. 4. potentias non intendi ex aſſuetudine operandi etiam ſi alioqui ſint intenſibiles: nec enim ignis cum calefacit, fit calidiòr, aut nix frigidior cum frigefacit, & alioqui agentia actionibus tranſeuntibus interne ſe perficerent, contra Ariſt. 9. Met. ca. 9. tex. 16. tantum abeſt, vt intellectus & voluntas, quæ potentiæ non ſunt intenſibiles, ſuis operationibus intendantur. Deinde ſi vſu quolibet intenderentur, redderentur promptiores ad omnes ſuas operationes, nõ ad aliquas tantum: quod eſt contra experientiam, cum potius ad aliquas maiorem difficultatem experiamur. Voluntas enim quando exercet actus ſtudioſos, maiorem difficultatem habet ad vitioſos. Cauſa vero cur habitus vſu intenduntur non vero potentiæ, duplex eſt. Vna quia potentiæ ſequuntur naturas ſuorum ſubiectorum, ac proinde ſicut ſubiecta certæ, ac limitatæ naturæ ſunt, ita & eorum potentiæ, etiam illæ, quæ magis, ac minus ſuſcipiunt: ſiquidem ignis. v. c. non vendicat ſibi natura ſua quemlibet calorem, ſed ſummum naturaliter poſſibilem, & eadem proportione res habet in cæteris: habitus autem non ſequuntur ſuorum ſubiectorum naturas; cum vnum ſubiectum æque habere poſſit vnum habitum, atq. eius contrarium. Altera cauſa eſt, quia potentiæ non acquiruntur vſu, ſed vnica ſubiecti generatione, aut creatione cum eo eſſe incipiunt; habitus autem quemadmodum exercitatione acquiruntur, ita ſi ea frequentior aut diuturnior ſit, intendi, ac perfici poſſunt. Hæc eiſdem fere verbis Fonſeca.

Solutio.

2. Patet ad quid habitibus indigemus: primum enim conducent ad vniformitatem actionum: namque quæ ad agendum habituali propenſione carent, inſtabilia ſunt, facileque mutantur. 2. vt actio impromptu ſit. Richar. 3. diſtinct. 23. articul. 1. quæſt. 2. Vnde Ariſtot. 3. ethico. capit. 8. ait repentina ex habitu eſſe, certe niſi rationalis potentia interuentu habitus inclinetur ad vnum, oportebit oblata agendi occaſione de re facienda prius inquirere, cum tamen interdum negotia moram non ferant. 3. Vt cum voluptate actio perficiatur, quod præſtat habitus: nam cum faciat amari opus; ex amore autem vna cum poſſeſſione rei amatæ delectatio conſequatur, ex habitu voluptas ſequitur, cuius etiam ratio eſt, nam cum habitus naturæ modum obtineant, operationem ſibi propriam, quaſi naturalem, atque adeo iucundam reddunt: quare Ariſtot. 2. Ethic. capit. 3. docuit, delectationem in opere obeundo ſignum habitus eſſe. Non parum autem refert in operatione delectari: quia delectatio operationem perficit. 10. Ethic. capit. 4. & vltimo. 20

2. Corol.

SECTIO. II.

Vtrum habitus perſe operatiuus concurrat effectiue ad productionem actus.

HABITVM perſe operatiuum appellant omnes eum, qui perſe & totaliter ordinatur ad operationem: eiuſmodi eſt omnis habitus, qui eſt in potentia operatiua, 21

Digitized by Google

quē nos alia quoq. ratione appellamus per ſe operatiuum, quia nimirum per ſe, & directe influit in ipſam operationem. De hoc tamen controuerſia eſt: nam Aureolus apud Capreolum. 1. diſtinct. 17. quæſtion. 1. artic. 2. in argumentis. 2. loco poſitis contra primam concluſionem tenent, non eſſe ponendum habitum ad ſubſtantiam operationis, nec ad eius intenſionem, vel facilitatem, nec per modum diſpoſitionis, vel conditionis, ſine qua non, aut vlla alia ratione: contra quem iam egimus ſectione præced. Alij vero habitū concedentes, tenent, non concurrere effectiue ad productionem actus; ſed ſolum quaſi diſpoſitiue; videlicet, determinando potentiam, vt promptius ipſa ſola eliciat actum: idem vt probabile defendit Scot. eadem d. q. 2 a. 1. in fine. §. qui vult, vbi ponit exemplum in grauitate, quæ non effectiue, ſed diſpoſitiue concurrit ad motum deorſum: latius idem docent Duran. 3. d. 23. q. 2. 3. & 4. Guilliel. de Rubion. 3 d. 23. q. 1. a. 3. concl. 4. Bachon. 2. d. 28. q. 1. art. 3. Aliacenſis, tract. de anima. c. 15. part. 2. & Antonius Andreas. 1. diſtinct. 17. quæſtio. 2. qui vt refert Aqua. 3. d. 23. concl. 4. dixit, habitum non eſſe cauſam efficientem actus, ſed tantum diſponere potentiam ad facilius, & perfectius agendum, quod etiam Fonſeca. 9. Met. cap 5. quæſt. 4. & alij tribuunt Paludano. 3. diſt. 23. q. 2. in quod etiam propendere ait Scot. 1. d. 17. q. 2.

1. Opinio Aureoli.

2. Opinio aliorum.

22. *Fundamentū Durādi.* Fundamentum Durandi eſt, quia actus nō effectiue ab habitu quantum ad ſuam ſubſtātiam, ſingularitatem, intenſionem, facilitatē, bonitatem, vel malitiam moralem, ergo quātum ad nihil procedit effectiue ab habitu. Conſequentia patet; quia nihil aliud videtur excogitari poſſe in actu, ſecundum quod procedit ad habitu: antecedēs vero probatur ſigillatim quoad omnes partes. Nam ſubſtātia actus produci poteſt à nuda potentia, & ſimiliter ſingularitas; non enim poteſt produci ſubſtantia actus niſi cum ſua ſingularitate, quæ eſt alia, & alia pro diuerſitate temporis, vel ſubiecti, non pro diuerſitate habitus, ſaltem vt producētis eam ſingularitatem: quod enim eſt ſufficiens productiuum ſubſtantiæ, eſt ſufficiens productiuū ſingularitatis adiūctæ, intenſio autem ab eo ſolo produci poteſt, à quo poteſt produci ipſa forma: ergo ſi habitus non poteſt producere ſubſtantiam actus, non poterit producere intenſionem: maxime cum intenſio fiat per additionem ſimilis formæ, ac proinde agens, quod poteſt intendere formam, etiam poterit illam producere: quia qui poteſt producere vnum gradū caloris, poteſt producere alium æqualem, vel etiā eundem nullo alio præſuppoſito, & ſic ſimpliciter poteſt producere primum calorem ſubiecti. Præterea in actib. intellectualib. vel nulla eſt intenſio, vel conſiſtit in euidentia, quæ ſolum pēdet ex lumine intellectus, & ex cauſis aſſenſus, & non ex habitu: ergo Præterea maior intenſio actus non procedit ab habitu: quia effectus nequit eſſe intenſior ſua cauſa: eſt ergo à nuda potentia, & ſic habitus non efficit actum quoad intenſionē, ſed tantum cōcurrit diſpoſitiue, & ideo Ariſto. in prædicamento qualitatis ait, habitū eſſe, quo bene male, vel diſponimur, ſeu nos habemus ad operationem; quo etiam modo loquitur. 2. Ethic. c. 5. præterea ſi habitus eſt immediatum principium operationis: ergo non differt à potentia: conſequens eſt contra Philoſoph. paſſim, & contra omnes: ergo. Quòd vero facilitas actus non ſit aliquid productum ab habitu, patet, quia non eſt aliquid exiſtens in ipſo actu, ſed tenet ſe ex parte potiæ extrinſece illam denominans: dari enim poſſunt duo actus in ſe omnino ſimiles, quorum vnus ſit facilis, quia procedit à potentia affecta habitu; alius vero non, quia procedit à nuda potentia: ergo facilitas non eſt aliquid in actu productum ab habitu. De bonitate, vel malitia probatur: quia conſiſtit in relatione conuenientiæ, vel diſconuenientiæ ad ſubiectum: relatio autem eiuſmodi non poteſt eſſe per ſe producta, ſi quidem ad relationem non eſt per ſe motus. 5. Phyſi. cap. 3. & præſertim ad hanc, quæ neceſſario conſurgit ex actu habente tale obiectum, taleſq. circunſtantias. Nec vero erit producta per accidens ad productionem alterius; quia oſtenſum eſt nihil aliud poſſe in actu produci ab habitu præter ſubſtantiam ipſius actus, ergo habitus nihil omnino producit in actu, ſi non producit ſubſtantiam actus, quod ſi dicatur, bonitatem, aut malitiam eſſe ipſam ſubſtantiam actus: hoc iam tractatu. 7. reiectum eſt, & deinde iam oſtenſum eſt, ſubſtantiam actus non poſſe eſſe ab habitu efficienter, & ſimiliter, cum iuxta probabiliorem opinionem malitia conſiſtat in priuatione, non poterit per ſe effici ab habitu ergo.

Sed melius fundamentum ad defendendam hanc opinionem eſt, quia etiam ſi habitui nulla tribuatur actiuitas, intelligitur, eo reddi promptam potentiam ad operationem; multa enim alia dant promptitudinem ad actum, quæ proprie illū nō efficiunt, vt patet de paſſionibus erga idem obiectum, item de actibus voluntatis, qui verſantur circa idem obiectum ſub alia ratione formali, aut ex alio fine intrinſeco: idem de commoditatibus adiunctis obiecto, vt ſi eleemoſyna apprehendatur, vt mihi vtilis, vel delectabilis facilius illam confero, quam ſi ſolum apprehendatur vt honeſta: idem eſt de corporis 23.

2 Et melius fundamentum eiuſdē opinionis.

ris tẽperamento naturali vel aduentitio:nam animi mores,corporis temperaturam ſequũtur,vt docet Galen.libello de hac re:ergo ad ſaluandam promptitudinem, quam experientia docet,non opus eſt conferre actiuitatem habitui niſi late & impropꝛie dictã.Hac ratione ſententiam hanc cenſeo valde probabilẽ, & confirmari poteſt exemplo luminis: quod ſecundum aliquos concurrit ad productionem ſpecierum,vel etiam viſionis,non quidẽ producendo ſpeciem,vel viſionem,ſed diſponendo,& determinando principium productiuum ſpecierum,vel viſionis;ergo idem poteſt dici de habitu reſpectu ſui actus:ad quod etiam conducit exemplum de grauitate in opinione aſſerentium,non concurrere effectiue ad motum grauis;ſed hanc fieri a generãte quòd ſi negẽtur eiuſmodi exempla,ſaltem negari non poteſt,quin lux ſit diſpoſitio ad recipiendas ſpecies viſibiles,& grauitas diſpoſitio ad recipiendum impetum proijcientis; nam pluma & paleæ & alia eiuſmodi leuiſſima,nõ recte recipiunt impetum proijcientis: ſimiliter ergo dici poteſt, habitum eſſe diſpoſitionem, vt melius in potentia reccipiatur actus.

24 Tertium fundamentum eſſe poteſt, quia actus efficit habitũ,ergo non econuerſo,nam *3.Fundam. eiuſdẽ opi.* in cauſis æquiuocis non poteſt eſſe reciprocatio: quia cauſa æquiuoca eſt eſſentialiter perfectior effectu:vna autem ſpecies non poteſt eſſe eſſentialiter perfectior & imperfectior alia.

Opin. autoris & cõmunis. Sed communis opinio,probabilior & ſimpliciter amplectenda eſt,habitum effectiue cõcurrere ad productionem actus. Ita D. Tho. hac.q 49.a.3.in corpore adiuncta ſolutione ad.1.&.q 51.ar.2.ad.3.Caie.& Medi.eiſdẽ locis Valent.diſp.4.q.1.puncto.2.& diſp.5.q.2.puncto.3.Vazq.diſp 83.c.1.& ſequẽtibus, Azor, li. 4.c.20.q 3.Suarez,tomo.2.Met.diſput.44.ſect. 5.Capreolus.1.d.17.q.1.art.1.&.3.d.23.q.1.a.3. ad argumenta contra.1 concluſionem, Herue. quodli.1.q.13.& quodlib.3 q.7.& quodlib.4.q. 10.Ocham quodlib.3.q.18.&.20.&.3.ſent.q. 4. Gab.3 d.23.q.1.a.1.Palud.q.2.opin.4. Richard. art.1.q.2.& alij eadem.d. Almai.1.moral.c. 20. &.21.Conrad.q.49.a.4.in fine corpo. Angeſt. inmoral.c.5.§.2. Cardinal Sarnanus in directorio theologico verbo habitus cũ Maiton, 1.d.17.q.3.Conimb.in ethi.diſp.7.q.3.a.2. Fonſeca ſupra,Maior.2.ethic.c.2.in fine &.3.d. 23. q.4.Hiſpal.q.1.a.3.notab.3.&.2.a.4.ad argumenta Durand.contra.1.concluſionem.2.&.4.idẽ, vt probabilius defendit Scotus.3.diſt.23.q.2 §.

25 concedo igitur,vt ibi notat lichetus. q. 2. ci- *Proba.1.ex Ariſtot. & alijs.* tans eundem.3.d.39.q.vn.Fõſeca etiam ſupra ait,in hanc ſententiam,re melius expenſa, ſe reduxiſſe Scotum.4.d.49.q.1.&. 1.Suaderi poteſt.1.ex Ariſto.id inſinuante.2.Ethic.c.1.dum ait,*Omnes habitus ex operationibus ſimilibus fiunt: qua propter tales quaſdam operationes reddere oportet* &. c.6.*virtutẽ eſſe habitum,à quo bonus efficitur homo,& quo bonum ſuum opus ipſe reddit,efficitque* &.6.Ethic.c.4.&.5.diſtinguit habitum in actiuum & effectiuum:in.1.genere ponit prudentiam:in.2.artem.&.5.met.c.12.& lib.9.cap.5.in principio & in antecedentib.& ſeqq.artes numerat inter potentias.Ideſt principia actiua. Denique,vt ait Fonſeca,vbicunq. Ariſt. agit de ſcientijs practicis,artibus,prudẽtia & moralibus virtutibus,omnia hæc habituum genera actiua eſſe docet: neq. id per accidens, ſed perſe,de ſcientijs practicis lege.6.Met.c.1. de virtutibus moralibus.2.&.6.Ethic.De ſciẽtijs contemplatiuis.9.Met.c.2. Medina etiam conatur hoc probare ex Ariſto.2.Ethi.c.1.2. 3. 4.6.& vltimo &.6.ethic.c.4.5.&.6.&. 2. ethic. ad Eudem.per totum &.1.magn.moral.c.7.& Auguſt de bono coniugali.c.21.ait, *habitũ eſſe id quo agimus,cum opus eſt,* & Auerro. 3. animæ textu.18.habitũ eſſe,quo quis agit, cum vult: & proptetea habitus boni dicuntur virtutes; quia vim recte operandi cõferunt:artes etiã, ac ſcientiæ practicæ dicuntur habitus operatiui ad extra,& omnes habitus ad intra, vnde & intellectuales dicuntur directiui,& morales electiui,quibus omnibus verbis efficientia habituum explicatur.

26 2.Suaderi poteſt rationibus,quæ,licet parũ vrgeant, non tamen ſunt omnino contemnendæ 1.quia potentiæ quæ afficiuntur habitibus, ſunt valde vniuerſales, ſiue ex natura ſua,vt potentiæ rationales per eſſentiam;ſiue ex cõiunctione ad rationem,vt quæ obediũt rationi;alioqui autẽ ſunt valde imperfectæ: ergo non poſſunt eſſe totalia & integra principia omnium ſuorum actuum & inteſionis eorum præſertim cum prompte & facile operantur,& ideo ſuperadduntur illis habitus, à quibus iuuentur, itaq. ſicut intellectus non poteſt ſimpliciter operari, niſi iuuetur à ſpecie,nec voluntas, niſi iuuetur à cognitione; ita neq. poſſunt prompte, & facile operari, niſi iuuentur à ſuis habitibus.Confirm.1.quia cum potentia, ſit cauſa vniuerſalis reſpectu actuum,debet dari habitus,qui admodũ cauſæ particularis illam determinet ad producẽdum facile hunc actum potius quam illum. *2.Prob. rationibus. 1.Ratio. Conf.1.*

27 Cõfirmatur.2.quia quemadmodũ grauitas impetũ producit,qui efficit cum ipſa ſequentem motum,ita potentia producit in ſe habitum, qui cum ipſa ſit ſequentis operationis effectiuus,quanuis inter impetum & habitum hoc ſit diſcrimen, quod impetus ſine grauitate poteſt cauſare motum, non tamen habitus actũ ſine potentia. Conf.3.quia omne,quod recipitur,ad modum recipiẽtis recipitur *Conf.2. Conf.3. Conf.4.*

pitur, ſed habitus recipitur in potentia, ergo capit modũ eſſendi ipſius: ipſa autẽ eſt operatiua, ergo & habitus debet eſſe operatiuus, maxime cum non poſſit imitari potentiam in receptione, neq. adhoc ipſa habitu indigeat. Cõf. 3. quia vix intelligi poteſt, quomodo habitus conferat facilitatem potentiæ, niſi cum illa efficiendo. 4. n. modis intelligi poteſt cõferre aliquam facilitatem potentiæ ad operãdum. 1. auferendo impedimenta. 2. illam melius diſponendo & applicando. 3. intendendo virtutem actiuam. 4. efficiẽdo cũ illa. Habitus autẽ nõ ſolo. 1. modo cõfert facilitatẽ, quia ſępe nullũ eſt impedimentũ, ꝙ auferat, vt ſciẽtia v.g. nõ cõfert ſẽper facilitatẽ tollẽdo errorẽ, vel aliquid huiuſmodi, quia ſæpe nullũ tale impedimẽtũ præfuit, & ſic in alijs habitib⁹, etiã moralibus, qui nulla interdũ impedimẽta tollunt. Quod ſi paſſiones fręnare dicũtur, id præſtant cõferẽdo vim actiuã, quæ etiã paſſiones reprimit: habitus enim exiſtẽs in volũtate nõ moderatur affect⁹ appetitus ſenſitiui perſe, & formaliter, cũ in eo nõ ſint, neq. oẽs habitus exiſtẽtes in volũtate, vel appetitu ſenſitiuo, moderãtur paſſiones, quaſi perſe impediendo illas; nam iuxta cõmunẽ opinionẽ id nõ præſtant habitus infuſi & ſupernaturales, quoad ſubſtãtiã, neq. habitus acquiſiti prębẽt facilitatẽ ad quoſdã actus; impediẽdo cõtrarios; quia nõ impediunt perſe contrarios, ſed quaten⁹ ad alios inclinant: ergo prius explicãdũ eſt, quomodo ad illos inclinẽt. 2. Autẽ modo nõ cõferre facilitatẽ, nẽpe diſponẽdo, probatur; quia habitus nõ diſponit potẽtiã approximãdo eam principio actiuo; cũ ea ſit ſatis ſibi ꝓxima, & ſi ꝙ eſt aliud principiũ cũ ea agens, ſatis ſit proximũ ipſi potẽtiæ; neq. illam diſponit remouẽdo prohibens, ſeu cõtrarias diſpoſitiones, aut repugnãtes; quia perſe loquẽdo, nullæ ſunt huiuſmodi in potentia: & ideo perſe loquẽdo efficit ſuas operationes in inſtãti; teſte Ariſt. 10. ethic. c. 4. neq. potẽtia indiget vlla diſpoſitione ad recipiẽdũ actum, vt recte inquit Sarnanus in directorio theologico, verbo, habitus, cum Mairon. 1. d. 17. q. 3. & Vaz. diſp. 85. c. 1. n. 3. quin potius ęque bene illũ recipit, præſente, & abſente habitu, ſi actiuũ ſit æquale & æque approximatum, potentia, enim præciſe vt paſſiua, aptiſſima eſt ad recipiendum actum.

28 Sed ait Durand. habitum conferre facilitatẽ ex parte obiecti, quia ratione illius apprehenditur actus, vt magis conueniens, & cõnaturalis. Hoc tamen in primis non habet locũ in habitibus intellectus, qui non tendunt in obiectum ſub ratione boni, vel conuenientis; ſed ſub ratione veri, ad quam parum refert connaturalitas actus, præſertim in veritatibus ſpeculatiuis, & euidentibus. Præterea raro fit reflexio illa ſuper habitum appetitus: ergo raro habitus cõfert facilitatem ad actũ. Præterea ſi habitus alioqui nõ confert perſe ad actum, non eſt cur ratione illius actus ſit magis connaturalis: nam connaturalitas prouenit aut ex naturali potentia paſſiua, aut ex naturali virtute actiua: ſed ipſe Duran. negat eſſe in habitu vim connaturalem effectiuam actus, & oſtenſum eſt, perſe non habere cauſalitatem paſſiuam, (quod maxime verum eſt ſi non habet actiuam) ergo non habet, vnde ſit magis connaturalis. Vnde retorqueri poteſt argumentũ. Actus efficitur magis connaturalis ratione habitus: & non propter ſolam poteſtatem recipiendi: ergo propter vim actiuam, quam habitus habet, quaq. potentiã adiuuat. Item ſi habitus non eſt principiũ actus, nec diſponet phyſice ad illum, vt oſtenſum eſt: ergo nullo modo inclinat ad actum, ergo nec habet ordinem perſe ad illum. Quomodo ergo poteſt eſſe cauſa, vel occaſio, vt ratione illius actus apprehendatur conuenientior & connaturalior? maxime quod connaturalitas non mouet obiectiue ad promptius operandum, niſi cognoſcatur, nõ autẽ cognoſcitur, niſi cognoſcendo obiectum, quod appetimus, eſſe ſecundum maiorem inclinationẽ: quæ inclinatio maior ex ipſa facilitate operãdi vel ex aliquo motu primo, & indeliberato eius cognoſcitur: ergo prius quam ſit talis apprehenſio, præbet habitus facilitatem, & non prouenit tota facilitas ex illa apprehenſione, ſed ait, Bachon. ſupra habitum non eſſe diſpoſitionem paſſiuam, vt Henri. & Gerard. cẽſuerunt, bene tamen actiuã quę efficit impulſum quendam quo excitatur potentia ad operandum: hoc tamen figmentum eſt: quis, enim eſt ille impulſus. Si eſt actus, iam concurrit ad actum effectiue: ſi non eſt actus, ſed habitus, vel quid ſimile per illud habitus iuuabit potentiam ad operãdum, ſicut impetus iuuat grauitatẽ lapidis, vt velocius deſcẽdat.

Quod autem. 3. modo non conferat facilitatem nempe intendendo vim actiuam potentiæ in ſeipſa, conſtat, quia non eſt intenſibilis aut remiſſibilis. Relinquitur ergo conferre facilitatem tanquam principium effectiuum, quod per modum actus. 1. concurrit cum potentia ad ipſum actum. 2. ſeu operationem. 29

Conf. hæc late deducta non tantã vim habet, quantam aliqui arbitramur habere: quia poſſet dici, habitũ eſſe propenſionẽ & põdus quoddã in actum, eiusq. munus eſſe, determinare, & inclinare potẽtiã in actũ, ſine vlla tñ efficiẽtia in ipſũ, ad modũ quo Thomiſtæ dicunt, motum grauium eſſe à generãte, grauitatẽ autẽ nõ cõcurrere actiue, ſed diſpoſitiue, & determinatiue, & ad modũ quo aliq dicũt,

potentiam

tentiam actiuam motus animalis non eſſe in membris corporis, ſed tãtum eſſe in illis diſpoſitionem ad recipiendum motum à potentia appetente vel cognoſcente, vel ad eum modum, quo gratia excitans, ſecundum aliquos, eſt motus quidam indeliberatus diſponens ad deliberatum, minime tamen efficiẽs Phyſice illum, ſic etiam aliqui dicunt, intentionem finis eſſe cauſam electionis medij, & aſſenſum principij aſſenſus concluſionis, & quando quis reſtituit pauperi, actus iuſtitiæ diſponit, & facilitat ad actum miſericordiæ, & èconuerſo, licet illum non efficiat, ſic actus naturalis facilitat ad actum ſupernaturalem circa idem obiectum; & contritio ad attritionem, & èconuerſo; & actus appetitus ſenſitiui ad actum voluntatis, & èconuerſo ſic intentio determinat intellectum ad conſilium, ſic etiam imperium voluntatis cauſat actum in intellectu, & qualibet potentia ſibi ſubiecta; ſine vlla tamen efficientia phyſica proprie dicta, & per ſe, ſed quadam determinatione, & quaſi motione, & applicatione agentis ad agendum: ſic ergo poſſet dici, habitum non concurrere, niſi inclinando per ſe & formaliter, & applicando, ſeu determinando potentiam. Vnde ſæpe D.Tho. ait, habitũ eſſe determinationem potentiæ, ſeu determinare illam, & diſponere ad actum, vt in hac.q. ar.4. in corpore, & ad argumenta.

30. *Ad.1. opinionis.* Tenendo autem vere proprie, & per ſe ac phyſice efficere actum, non erit operoſum argumenta primæ opinionis in oppoſitum facta diluere. Ad.1. varij ſunt modi dicendi quorum meminit Suarez.2. tomò met. diſput.44. ſect.6. Vaz.q. diſput.83.cap.1.qui.c.2.tria docet. 1.eſt, habitum non concurrere ad ſubſtãtiam actus. 2.eſt, non concurrere per ſe ad intenſionem. 3.eſt, habitum concurrere ad modum facilitatis, & delectabilitatis inhærentem ipſi actui. Primum, in quo conuenit cum Durã. 3.d.23.q.3. probat: 1. quia licet incõtrouerſia ſit, an eiuſdẽ effectus poſſint dari duæ cauſæ totales de potentia abſoluta, tamen de potentia ordinaria, & naturali eſſe impoſſibile, nemo dubitat. Similiterque eſt impoſſibile data cauſa totali, effectum fieri ab alia non totali. Sed potentia ſine habitu eſt cauſa totalis reſpectu ſubſtantiæ actus, ſiquidem quidquid habet actus, poteſt fieri à potentia ſine habitu: ergo impoſſibile eſt, ſubſtantiam actus fieri ab ipſo habitu. Conf.1. quia quando cauſæ ſunt ſubordinatæ, nihil poteſt produci ab vna ſine alia, licet ſecus contingat in cauſis non ſubordinatis, quales ſunt duo portantes lapidẽ, & duo calores: poſſunt enim ſimul eundẽ calorem quoad ſubſtantiã producere, quẽ quilibet eorũ ſeorſum produxiſſet, licet cũ minori intẽſione, velocitate, & facilitate. Sed potentia & habitus non ſunt talis naturæ, vt quilibet eorum poſſit ſe ſolo producere actum: ergo, ſi ſunt cauſæ, erunt ſubordinatę, ac proinde nulla earum poterit ſine alia actũ producere. Conf.2. quia Deus & natura nihil faciunt fruſtra, vel ſuperfluum: ergo cum potentia ſufficiat ad ſubſtantiam actus, non eſt conſtituendus habitus ad eam producendã.

2. Idem probat, quia in cauſis æquiuocis non datur reciprocatio: ergo cum actus ſit cauſa habitus, ipſe habitus non erit cauſa actus.

2. Autem, ſcilicet, habitum nõ concurrere 31
perſe ad intenſionem actus, (quod etiã docet Duran. ſupra, q.2.) probat, quia quæ ſe iuuant ad intenſionem, ſunt cauſæ non ſubordinatę, quarum quælibet poteſt ſine alia aliquid eſſe ctus producere, ſed potentia & habitus non ſunt huiuſmodi; quia habitus nihil poteſt ſine potentia producere: ergo habitus non iuuat potentiam, vt intenſius operetur.

1. Quia quod non poteſt efficere ſubſtantiam actus, non poteſt efficere eius intenſionem; ſiquidem in intenſione producitur aliquid eiuſdem rationis cũ forma præexiſtẽte, ſed habitus non poteſt producere ſubſtantiã actus, ergo neq. intenſionem.

3. Vero, in quo conuenit cũ Duran. quantũ 32
ad hoc, quod habitus cõferat facilitatẽ (licet differant, quia Duran. tenet illam facilitatẽ, & delectabilitatem non ineſſe, aut inhærere actui, ſed eſſe aliquid ſe tenens ex parte potẽtiæ) probat, quia ſi habitus non imprimeret actui facilitatem, & delectabilitatem, non concurreret effectiue ad ipſum, cum non producat eius ſubſtantiam, vel intenſionem, aut aliquid aliud ipſi inhærens. 2. quia ſi habitus conferret facilitatem potentiæ inhærentem, & non actui, maxime tollendo impedimenta vt affirmat Duran. quoniam non tribuit facilitatẽ potentiæ inclinando & iuuando ipſam ad actum: hoc autem eſt falſum: ergo. minor probatur, quia ſi habitus ſolum poneretur ad remouenda impedimẽta, nullus habitus deberet eſſe in volũtate, imo nec in intellectu: nam iſtæ potentiæ nullum habent impedimẽtum: quod vero ſe tenet ex parte inferiorum virium, per habitus ipſis inhærentes aut per alias cauſas remouetur: ergo non tribuit facilitatem potentiæ, ſed ipſi actui. Et putat Vaz. Palud. poſuiſſe facilitatem impreſſam & inhærentem actui productam a potẽtia, & habitu.

Omiſſis autem prioribus aſſertis quæ ex dictis, & dicendis cum eorum fundamentis confutari poſſunt.

3. Dictum mihi eſt difficilimũ intellectu, 33
& videtur omnino ſingulare; quamuis enim Palud. dicat, facilitatem nõ ſolum eſſe in potentia,

Digitized by Google

tentia,ſed in actu:imo videri eſſe virtualiter in potentia & formaliter in actu;non tamen videtur accipere,formaliter, vt idē eſt quod inhæſiue,ſed denominatiue,ſicut paulo ante dixerat conformitatem & difformitatem ad rationem eſſe formaliter in actu; eſſe tamen denominationem extrinſicam,nullusq. aliorum,quem viderim,docet facilitatē eſſe modum realiter inhærentē actui impreſſum illi ab ipſo habitu, quinimo expreſſe oppoſitum docent Capreol.3.d.23.q.1.ar.3. ad argumenta contra primam concluſionem Hiſpal.q.1.a. 4 ad argumenta contra primam concluſionem Durand.q.4.nam actus non dicitur facilis,niſi,quia vel eſt facile elicibilis à potentia, vel quia facile fit à potentia,&c.1. quidem modo facilitas eſt ipſa eſſentia actus, nam de eſſentia actus eſt eſſe factibilem à potentia, facile quidem in vna occaſione,& difficile in alia. 2.autem modo duo importat facilitas, vnum quaſi materialiter,ſcilicet fieri,& de hoc ſunt opiniones, an ſit ipſe actus, vel in ipſo actu, vel in potentia,quia quidam putant, paſſionem non diſtingui à termino, alij diſtingui, & eſſe in ipſo,(quod videtur tenere Palud. ſupra dicens elici, & elicere eſſe ſubiectiue in ipſo actu elicito)alij diſtingui & eſſe in ſubiecto,& non in effectu,quas opiniones non placet modo diſputare. Aliud eſt quaſi formale quod eſt modus effectionis paſſiuæ, ideſt facile fieri;& iſte modus proculdubio inhæret potentiæ,vel homini,& non ipſi actui: nam actus non dicitur facile fieri,niſi quia fit à potentia prompta,& facili ad operandum. Hoc autem competit potentiæ anteqnam actum eliciat,ergo conuenit illi immediate & formaliter inhęſiue,per extrinſecam autem denominationem deriuatur in ipſum actum. Vt recte docet Suarez,ſupra & Conf.nam ſi eſſet modus impreſſus actui, eſſet poſterior natura,& ita actus nō eliceretur faciliter,nec difficulter, ſed poſtquam eſt elicitus,reciperet facilitatem,& difficultatem,& hoc per aliam actionem communem habitui, & potentię: cum tamē actio,qua producitur actus & eius intenſio ſecundum Vazq.ſit ſolius potentiæ, & ſatis abſurdum eſt tribuere habitui duas actiones,alteram qua producat ſubſtantiam, vel intenſionem actus,alteram, qua producat facilitatem.Primam concedit vera ſententia:ergo ſecundam debet negare.

Item abſurdum eſt dicere,potentiam efficere aliquid per ſe,niſi actum: ergo non producit per ſe facilitatem,nec ſola, nec cum habitu. Item charitas, & alijs habitus ſupernatnrales ſecundum Vazq.diſp. citata,c.1. & alijs locis, cauſant facilitatem in actu, non ſe ſolis, ſed vna cum habitibus acquiſitis per actus ipſorum: ergo immediate non ſolum effectiue concurrit ad ſubſtantiam ſuorum actuum, ſed etiam ad aliqnem modum realem diſtinctum ab illa:quod eſt abſurdum. Item facilitas,qua actiones externæ agentium naturalium,vel voluntariorum dicuntur faciles,nō eſt modus inhærēs actionibus, vel earum effectibus alioqui,per talem modum cognoſceret naturaliter Angelus diſpoſitionem animi,vnde oritur:ergo ſimiliter facilitas actionum internarum non eſt modus inhærēs ipſis,vel earum effectibus.

Et rationes prædictæ magis vrgent, ſi vt 34
ponit Vazq. aſſeratur, ipſam delectabilitatē eſſe modum inhærentem actui impreſſum ab habitu:ſic enim præter productionem actus, erunt ponendæ duæ aliæ actiones, vna attingens eius facilitatem, alia delectabilitatem, &c. Item delectabilitas actus eſt fieri cū delectatione; fieri autem cum delectatione nō eſt in ipſo actu, ſed extrinſeca denominatio ſumpta ab alio actu, ergo idem eſt de facilitate. Quas difficultates ſenſiſſe videtur Vazq. vnde illo capit.2.ita concludit: *Supereſt igitur vt id quod efficit habitus ſit modus aliquis in ipſo actu,quem recte poſſumus vocare facilitatem, & delectabilitatem,nam dum actus ipſe facile à noſtra potentia fit,talem habet cum potentia noſtra conuenientiam,vt delectet nos,non ſolum,quia talis actus eſt, ſed etiam,quia prompte,& facile fit,plus enim multo delectat nos operari facile, quam difficulter, aut ſimpliciter operari. Ego ſane alio pacto hunc peculiarem modum,cuius eſt cauſa ipſe habitus, explicare nequeo, ſcio tamen,neceſſario fatendum eſſe, aliquid huiuſmodi,niſi velim,habitus,de quibus agimus,funditus abolere. Nam ſufficienti ratione ex inductione deducta,conuincimus, ad nihil aliud deſeruire poſſe habitum in voluntate,& alijs potentijs. Scimus etiam bruta aliquid de rebus concipere, ratione cuius fugiant ipſas, aut eas proſequantur; quod tamen etiam in nobis ipſis experimur, id tamen in bonis ipſis vix explicare poſſumus.* Hæc ille,cuius opinioni nonnihil fauet Azor lib.3.c.20.quæſt.3. dum ait,modum actus non eſſe quid diſtinctum ab actu,& ideo ſi habitus efficit modum actus,fatendum eſſe, efficere ipſam ſubſtantiam actus:quod, & ipſe tenet, & tribuit D. Thom. Caiet. Ocham,Gab. Alma.& Maiori. & ſi obijcias,quia actus vitalis debet effici ab eo,in quo recipitur,ſed non recipitur in habitu:ergo non fit ab habitu.Negat conſequētiam, quoniam actus vitalis non debet effici à ſolo eo,in quo recipitur, ſed ab alijs etiam effici poteſt,vt à Deo,& ab habitu. Quamuis Azor exponi poteſt, vt quando ait, modum actus ab eius ſubſtantia nō diſtingui, de modo qui eſt intenſio,nō de eo,qui eſt facilitas, loquatur.Quod vero ait Capreol.ſupra, nēpe facilitatem formaliter competere actui, intellige,quia denominat actum per modum

formæ

Digitized by Google

formæ,extrinſecus tamen. Nam paulo poſt ait,habitus non facit actum facilem,aut diffi cilem in ſe,ſed facit vt faciliter,aut difficulter fiat: actum autem facile fieri, eſt ipſum fieri prompte, ſine neceſſitate præcedentis inquiſitionis,aut deliberationis, vt docet D. Thom.de virtut.quæſt.1.artic.1.ſed actum fieri ſine neceſſitate præuiæ inquiſitionis,& deliberationis, non eſt aliquid inhærens ipſi: ergo ſecundum D.Thom. & Capreol. facilitas non eſt modus inhærens actui;ſed extrinſeca denominatio ſumpta à ſtatu potentię.

Opinio Suarez aſſerentis habitus nō cōferre potētiæ vim ad actum intēſiorem. Prob.1.

Suarez tamen.2.tomo met.diſp. 44. ſect.6.
35 in primis docet habitum perſe loquendo, non conferre ſuæ potentiæ vim ad efficiendum actum intenſiorem: ſed perſe loquendo,tam intenſionem actum poſſe potentiam ſe ſola efficere, atque cum habitu, ſi cætera ſunt paria & in hoc ſenſu concedit, rationes quibus Durand. probare conabatur, habitum non efficere intenſionem in actu. Probat.1.quia habitus,ſicut generatur per actus, ita etiam intenditur: non intenditur autem, niſi per actus intenſiores: ergo ſicut in potentia ſola & ſolitarie ſumpta eſt virtus ad efficiendos actus, per quos in ſe generat habitum,ita eſt etiam virtus ad efficiendos actus intenſiores, per quos intendit habitum: ergo habitus perſe non confert potentiæ, vt poſſit intenſiores actus efficere.

2 2.Quia habitus non incliuat niſi ad actus ſimiles illis à quib° fuit genitus teſte Ariſto. 2.Ethic.capit.1.&c.3.& teſte experientia. Ita enim facile operamur in ſpecie & modo ſicut conſueuimus & ratio eſt; quia habitus non eſt niſi veluti impulſus quidam, ſeu pondus relictum in potentia ex vi præcedētium actuum: actus autem præcedentes non habent vim inclinandi potentiam ad actus perfectiores ſed ad ſummum ad ſimiles, alias pari ratione dici poſſet æquales actus intendere ipſum habitum; nec vlla eſſet ratio ad probandum oppoſitum.Rurſus etiam ſequeretur, vim ad efficiendos actus intenſiores poſſe in infinitum creſcere in potentia ex virtute propria: quod perſe incredibile eſt ſequela patet, quia per actus,vt quatuor,qui ſupponuntur eſſe adæquati potentiæ & virtuti nude ſumptæ acquiſitus eſt habitus, vt quatuor, quo comparato,iam habet potentia vim ad actus, vt quinq. ſed per illos poteſt ille habitus fieri, vt quinq. ergo per habitum, vt quinque,fiet potens ad actum vt ſex & eadem proportione poteſt vltra progredi abſq. vllo termino, qui probabili ratione poſſit deſignari.

3 3.Quia in habitibus infuſis docent communiter theologi ex vi illorum non poſſe potētiam efficere actus intenſiores ipſis habitibus quamquam in eis poſſet eſſe maior ratio dubitandi, vel quia tales habitus ſunt perfectiores ſuis actibus, vel quia non ſolum dant facilitatem, ſed etiam poteſtatem. Nihilominus quia reuera ſunt habitus & dantur cum debita proportione ad actus, vt ex vi illorum fiant actus connaturali modo: ideo quantum eſt ex intrinſica virtute talium habituum non valet potentia efficere actus intenſiores ipſis habitibus,ſed ſi eos interdum elicit, eſt ratione alterius auxilij Diuini. De quo alias, ergo multo maiori ratione id dicendum eſt de habitibus acquiſitis: tum propter rationes factas ſumptas ex debita proportione & ex minori perfectione: tum etiam, quia hi habitus non ſunt perſe quaſi propriæ facultates operandi, ſed natura ſua ſunt affectiones quædam facultatis operandi,& ideo perſe non augent quaſi ſubſtantialiter vim agendi, & efficiendi effectum nobiliorem: ſed tantum perficiunt eandem vim,quæ antea erat in potentia.

Hæc modus dicendi ſatis inſinuatur ab Henrico quodlib. 4. quæſt. 22. Vbi aperte 36
docet, potentiam ſine habitu habere ſui *Author.* actus complementum & perfectionem,non tamen facile & prompte operari poſſe, & expreſſiusid docet Gab.3.diſtin. 23. quæſt. 1. articul.3. dub.1. propoſitione.5. cuius verba ſunt, voluntas ſine habitu poteſt in actum quantumcunque intenſum, nam actus ſui eliciti ſunt in plena eius poteſtate & quantum ad ſubſtātiam & quantum ad intenſionem. Sed ſingularis eſt nam omnes doctores arbitantur habitum perſe, & cæteris paribus, ad intenſionem actus conducere, ſiue effectiue iuxta ſecundam opinionem, quam ſequimur: ſiue diſpoſitiue iuxta,primam opinionem Durand. & aliorum. Vnde Gotifre. quodlib.9.quæſt.4.Capreol.1.diſtin. 7.quæſt.1.artic.2. ad argumenta Aureoli cōtra primam concluſionem &c.3.diſtin.23. art. 3.non longe à principio Hiſpa. artic.3. notabili. 3. &. articu. 4.ad argumenta contra primam concluſionem Aquarius concluſione. 3.&.4.Palac. diſputatione.2.Maior. quæſt. 4. Palud. quæſt. 2. opinione.4.Heribęus quodli. 1.quæſt.13.Petrus de Aquila.1.diſt. 17. quæſt.2. Caietan. hic quæſt. 49. artic.3.Medi. ibidem ad.1.Fonſeca. 9. Met.capit.5.quæſt.4. ſectione.2.&.3.Conradus,artic.4.in corpore ad finem Valen.diſpu.4.quæſt.1.puncto.2.aperte docent, potentiam cum habitu intenſius operari poſſe quam ſine illo, & ideo ſubſtantiam actus acceptam ferri potentiæ, modum autem eius ſcilicet intenſionem, habituique intendit D.Thom.4.diſt. 46. quæſt. 2. art.1.q.2.ad.2.vbi inquit in actu duo conſideranda

ſideranda ſunt ſcilicet ſubſtantia actus, & forma ipſius à qua perfectionem habet, actus ergo ſecundum ſubſtantiam principium eſt naturalis potentia, ſed ſecundum formam ſuam principium eius eſt habitus. Ocam etiam. 3. quæſt. 10. poſt quartam concluſionem ait, quæcumque potentia cæteris paribus magis inclinatur poſt actum, quam apte & ad intenſiorem actum. Idem ſupponit quodlib. 3. quæſt. 17. conc. 5. & docet quęſt. 20. & 21. & Almain. 1. moral. capit. 20. & 3. d. 23. quæſt. 1. Maior. quæſt. 4. & 6. Victoria relectione de augmen. Char. nu. 10. in ſolutione primi. Angeſt. in moral. capit. 5. §. 2. conclu. 2. ait, propter habitus præſentiam atque efficientiam producitur actus intenſior, quam produceretur à potentia ſine habitu Geruaſius, lib. notitiorum tractat. de habitibus, q. 2 ad. 5. principale docet potentiam cæteris paribus intenſiorem actum poſſe elicere cum habitu quam ſine illo. Idem Scotus. 1. diſt. 17. quæſt. 2. §. concedo igitur. §. tenendo &. §. ad argumenta. contra. 2. viam. Res mihi per experientiam conſtat: experimur enim potentiam intenſius operari cæteris paribus cum habitu quam ſine habitu & cum ſimili actu circa idem obiectum quam ſine illo; cum ſimilique paſſione quam ſine illa, cum maiori cognitione eiuſdem bonitatis vel cum cognitione alterius aut maioris bonitatis, quam ſine illa cognitione. Item virtus aucta poſt in maiorem effectum, habitus autem virtutem actiuam auget, non per intenſionem, ſed per nouæ formæ adiuuantis & cooperantis additionem: ergo actus voluntatis poterit eſſe intenſior, ſicut motus in centrum velocior eſt quádo naturali grauitati lapidis accedit impetus impreſſus à proijciente, vel ortus ex ipſomet motu locali naturali, qui ideo velocior eſt in fine quam in principio & ſicut motus localis & lux ſolis concurrentes ſimul maiorem calorem cauſant, quam ab altero tantum iſtorum prodire poſſet, ſaltem in tali rerum diſpoſitione & ſicut gratia excitans ſimul cum habitu charitatis in cauſa eſt, vt voluntas intenſiorem actum charitatis poſſit elicere quam ſolo habitu, vel ſolo auxilio ſine gratia excitente eliceret. Hanc quoque veritatem inſinuat Ariſtotel. 2. Ethico. capit. 2. in fine dicens, *abſtinendo à voluptatibus, efficimur temperati, & facti iam temperati; maxime ab ipſis poſſimus abſtinere*. Quibus verbis ſignificat, habitum ipſum formaliter augere vim, & robur potentiæ, per illumq. in aliquid poſſe, in quod antea non poterat, & melius in id poſſe, in quod antea minus bene poterat, & certe non video cur aucta cauſa, vt cauſa eſt, non poſſit maior effectus fieri, ſi cætera ſint paria: ſemper enim hoc cernimus; neque vlla poterit aſsignari inſtantia Durand. vero quia negat habitum eſſe cauſam actus, ideo ait, non efficere maiorem intenſionem Gabriel. etiam tenuit, voluntatem ex ſe poſſe in actũ quantumcunque intenſum, ideo non mirum ſi docuerit, ſe ſola poſſe in omnem intenſionem, in quam poteſt cum actu. Sed fundamentum eſt falſiſſimum, nam cum ſit finitæ virtutis, non poteſt ſine additione elicere actum intenſiorem & intenſiorem in infinitum. Deinde ipſe Gabriel. eod. dub. propoſitione. 1. & 2. cum Ocham docuit, ſæpe alias potentias cum habitu poſſe, quod non poterant ſine habitu in tali, aut tali euentu: cur ergo non idem docuit in voluntate reſpectu intenſionis actus.

39 *Ad argumenta ſuperioris ſententiæ.*

Neque argumenta aduerſa vrgent. Ad primum enim dicitur, potentiam ſine habitu, ſi operetur, ſecundum totam virtutem, & ſummo conatu, poſſe elicere actum certæ intenſionis maioris, vel minoris iuxta maiorem cognitionem obiecti, commoditates, aut incommoditates in eo repertas, paſſiones inſurgentes, & alia huiuſmodi, cum habitu vero poſſe, cæteris paribus, elicere actum aliquanto intenſiorem iuxta maiorem, vel minorem intenſionem ipſius habitus. v. g. ſi potentia nuda poterat in aliqua occaſione elicere actum, vt. 4. accedente habitu peterit elicere actum, vt. 5. vel vt. 6. vel in alio determinato exceſſu nec vllum erit incommodum, ſi actus ſit intenſior habitu: quia effectus poteſt eſſe intenſior ſua cauſa partiali, vel æquiuoca; habitus autem eſt cauſa partialis, vt dicemus, & æquiuoca; Vnde non eſt abſurdum ſi actus ſit intenſior habitu, quamuis ſi actus eſſet totalis cauſa habitus, & ipſe habitus eſſet totalis cauſa actus ſequentis, non poſſet habitus ſequentem actum intenſiorem producere, quia nulla forma, etiamſi ſit eſſentialiter perfectior poteſt dare totam vim producendi aliam ſimilem ſibi in eſſentia, & maioris intenſionis. Si dicas cauſam partialem non poſſe producere effectum intenſiorem ſeipſa, niſi alia cauſa partialis habeat virtutem ad illam maiorem intenſionem: potentiam autem non habere vim ad illam maiorem intenſionem, & ideo habitum non poſſe talem intenſionem efficere. Hæc obiectio nullius momenti eſt; quia ſatis eſt coniunctum ex vtraque cauſa partiali habere vim ad totam illam intenſionem. Quod ſolum contingit, quando vtraq. vel ſalte altera partialis cauſa eſt ęquiuoca: cauſa enim æquiuoca põt producere effectum intenſiorem ſeipſa, imo &

alia

Digitized by Google

alia cauſa ſiue æquiuoca, ſiue vniuoca quam adiuuat, neque id ſolum habet verum, quando cauſa partialis æquiuoca eſt eſſentialiter perfectior effectu, ſed etiam ſi ſit imperfectior eſſentialiter, dummodo aggregatum ex omnibus cauſis efficientibus ſit eſſentialiter perfectius, quapropter etiam ſi habitus acquiſitus ſit eſſentialiter imperfectior actibus, poterit vna cum potentia producere actum intenſiorem ſeipſo; quia aggregatum ex potentia, & habitu eſt eſſentialiter perfectius actu quantumcumque intenſo. Potentia ergo cum habitu remiſſo cauſa eſt actus ita vt illam intenſionem cauſet etiam habitus remiſſus, & hoc vult Hiſpalen. ſupra dicens nihil eſſe in actu, quod non fiat à potentia, & habitu quando ſunt ſimul, decipique eos, qui putant ſubſtantiam actus eſſe à ſola potentia, modum autem eius eſſe à ſolo habitu, cum autem efficiant vnam cauſam, integram æquiuocam, ſicut intenſa potentia poſſet fieri perfectior actus quam antea ita adueniente, vel intenſo habitu perfectior actus quam antea fieri poterit, quia cum habitus ſit robur potentiæ, perinde eſt habitum addere ac ſi ipſa potentia in ſe intenderetur, ſicut ad perfectionem deſcenſus ita conducit impetus additus lapidi ac ſi grauitas augeretur, imo in calido videmus addito alio calido minoris intenſionis hic, & nunc intenſiorem calorem produci, quam alios produceretur, ergo eodem modo dicere poſſumus potentiam cum habitem poſſe in aliquo ſaltem euentu intenſiori actum producere, quam in tali euentu poſſet ſine habitu.

38. Ad ſecundum vero argumentum dicitur, habitus inclinare ad ſimiles actus in ſpecie non in intenſione, alioqui difficultatem inferent ad actus intentiores ſe ipſis, & difficilius potentiæ eſſet illos elicere cum habitu remiſſo, quam ſine vllo habitus. Item cum cum potentia eliceret actum intenſionem, non omnes gradus actus fierent ab habitu, ſed quidam à potentia, & habitu: alij vero à nuda potentia: conſequẽs eſt abſurdum: ergo. Sequelam concedunt aduerſarij & conſequenter quidem ad ſuam opinionem, qua ſentiunt, habitum ſolum inclinare ad actus ſimiles in intenſione, & ad diſſimiles, qua parte ſunt ſimiles, neque ſingulare hoc putant in hac actione, ſed idem aſſerunt quoties agens remiſſum agit cum intenſo, & producit intenſiorem effectum, v.g. calor. vt 4. ſi cum calore vt 3. producat calorem. vt 8. ſed hoc nulli fundamento nititur, nec eſt veriſimile, non enim eſt maior ratio de vno gradu quam de alio, cum omnes ſint eiuſdem rationis, vt ſuo loco oſtendemus, ergo, vel omnes gradus producantur ab agente remiſſo (quod in calido intenſo, & remiſſo, in habitu, & potentia, & in varijs motiuis expreſſe tenet Angeſt. in moral. cap. 5. §. 2.) vel nullus. Item poſtquam producti ſunt. 4. gradus caloris, agens intenſum ex præſentia remiſſi vincit maiorem reſiſtẽtiam paſſi, agitq. ad maiorem diſtantiam, & cum maiori velocitate, quam ſi ſolum eſſet; ergo adiuuatur ab agente remiſſo: ergo etiam reliqui gradus vltra. 4. ab habitu proficiſcuntur: præterea poſtquam quis per habitum vt. 4. produxit actum, vt 4. facilius poteſt illum intendere, quam ſi nullum haberet habitum, vt ipſimet Gabr. conceſſit illa propt. 5. & dub. ſequenti: ergo ſignum eſt, potentam in productione reliquorum graduum iuuari ab habitu: quia habitus non confert facilitatem, neque inclinat niſi ad gradus, quos poteſt comproducere. Si dicas, præbere illam facilitatem indirecte, vt his verbis dicunt autores contrariæ opinionis. quando ſimul producitur actus intenſior. *Quamuis habitus directe non efficiat illum maiorem gradum intenſionis: indirecte tamen iuuat, vt potentia commodius, & facilius valeat illum efficere nam cum potentia iuuetur ab habitu circa inferiores gradus efficiendos, expeditior manet, vt efficaciam ſuam ad intenſius operandum applicare poſſit, eo quod virtus ei us circa inferiores gradus minus occupetur.* Quæ ratio nullius momenti eſt; nam ſecundum iſtos poſtquam producti ſunt. 4. gradus, non iuuatur potentia ad habitu, producẽdo quicquam cum illo, ſed totum negotium pertinet ad potentiam, quæ in nullo alio occupatur: ergo cum habitu non eſt magis expedita, & prompta, quam eſſet ſine illo, neque facilius producit reliquos gradus. Item eadem facilitate producit illos gradus ſimul cum alijs, & ſeorſum: ergo productio inferiorum graduum non eſt occupatio, aut impedimentum ad productionem reliquorum. Item ſi indirecte poteſt habitus præbere facilitatem ad gradus quos non producit, etiam dici poterit, facilitatem præbere ad priores, licet illos non producat, quod tamen illi negant, aut ſaltem ſequitur, potentiam cum habitu propter illud indirectum auxilium, & maiorem expeditionem, ſeu minorem ocupationem poſſe elicere actum intenſiorem, quam ſi non adeſſet habitus: quod eſt contra illos. Item ſi potentia affecta habitu poteſt producere aliquem gradum ſe ſola, cur non dicemus idem de habitu, ſcilicet potentia producente per ſe gradus illos quos ſola poteſt producere, habitum producere ſe ſolo immediate

mediate

mediate aliquos alios pro intẽſione propria, qui à potentia ſolum ſint mediate. Neque obſtat, quod potentia ſit virtus fortior habitu, hoc enim oſtendit, ipſam poſſe ſe ſola immediate producere plures gradus quam ſolus habitus remiſſus, nam de intenſo poterit dici producere ſe ſolo plures gradus quam potentia ſe ſola: non enim facile oſtendetur, habitum ad nullum gradum habere integrã efficacitatem. Neque quod in illo argumento inferebatur, actus remiſſiores poſſe intendere habitum, recte ſequitur in noſtra ſententia, quia iſti iam inueniunt productos omnes gradus habitus, quos ipſi producere poſſunt, & à potentia non iuuantur, ſed ſunt cauſæ totales, potentia autem iuuat habitum remiſſum ad productionem actus, ideo habitus poteſt illum producere intenſiorem ſeipſo.

39. Quod vero rurſum in eodem argumento inferebatur, poſſe progredi in infinitum in intenſione actus, & habitus, parum me mouet, ſiquidem charitas, & omnes virtutes infuſæ poſſunt creſcere intenſiue in infinitum, tamen hoc augmẽtum reipſa nõ eſt magnum propter vitæ breuitatẽ, & impedimenta, cum quibus perſeuerare eſt difficilimum, nedum habitum nimis augere. Sunt etiam, qui dicant, actus & habitus ſaltem acquiſitos habere terminum à natura præfixum, vltra quem ſaltem de potentia naturali progredi nõ poſſunt, vt neque poteſt dari minor calor quam ſit connaturalis igni, de potentia ordinaria, & naturali, vel vt aliqui volunt, de potentia abſoluta, & Angeſt. in moral. cap. 5. §. 2. ait, dupliciter vitari poſſe infinitum progreſſum in intenſione actus, & habitus, vno modo ex finitate, & limitatione potentiæ tam in efficientia, quam in vitali immutatione propter quam in eiuſmodi circulatione tandem eſſet ſtatus in aliquo gradu actus, vel habitus, qui nihil efficeret propter potentiæ incapacitatem. ¶ 2. modo, inquit, ponendo effectus, & cauſæ in æqualitatem ſcilicet, quia actus habitum non æque intenſum producat autem habitus non actum ei æque intenſum nam in tali circulatione etiam infinita non produceretur actus, vel habitus infinitus, propter continuam remiſſionem effectus ad ſuã cauſam, hactenus Angeſt. ¶ Ad.3. reſpondetur, potentiam cum habitu infuſo, vt late oſtendimus in materia de charitate, poſſe ſine auxilio ſpeciali ordinis ſupernaturalis elicere actus intenſiores habitu: neque oppoſitum eſt communis ſententia theologorum, ſed ſingularis, & paucorum nulli fundamento innitens, etiam ſi tota ratio agendi eſſet ipſe habitus, ſed de hoc plura dicentur in materia de gratia.

40. *Ad.1. principale.*

Igitur ad.1. argumentum principale ex dictis conſtat, habitum cõcurrere effectiue ad omnes gradus intenſionis exiſtentes in actu: vnde ſubinfertur, etiam concurrere effectiue ad ſubſtantiam actus, quod tenet Suarez ſect. citat. Valen. Angeſt. Aqua. Azot, Capreo. Hiſpalen. Palac. Palud. Henric & præter Vaz. alij Auctores ſecundæ ſententiæ principalis, & Scot. 4. diſt. 49. q. 1. & 2. in ſolutionibus argumentorum. Nihil enim efficit omnes gradus intenſionis formæ, quin efficiat formam, vel quia omnes gradus intenſionis ſunt partes ipſius formæ, vel quia omnes, & ſoli illi ſunt partes vnionis formæ cum ſubiecto, ab eodem autem fit accidentalis forma, à quo fit omnis eius vnio cum ſubiecto: ergo &c. ¶ Confir. quia habitus inclinat in actus ſimiles illis, ex quibus genitus eſt, ſed genitus eſt ex actibus ſecundum ſubſtantiam, ergo inclinat ad actus ſecundum ſubſtantiam, ergo producit eorum ſubſtantiam: neque oppoſitum huius ſentit Henricus quodlib. 4. quæſt. 10. cui illud tribuunt Petrus de Aquila. 1. diſt. 17. quæſt. 2. Aquar. 3. diſt. 23. concluſ. 4. vbi male etiam referunt Got. quodli. 9. quæſt. 4. quaſi aſſerat ſubſtantiam actus eſſe à ſola potentia, intenſionem vero à ſolo habitu. Hoc enim nunquam dixit, ſed ſubſtantiam actus fieri poſſe à ſola potentia, tantam autem, vel tantam intenſionem non poſſe fieri ſine habitu, vtramq. ergo efficit habitus. Sed obſerua, cum dicimus intenſionem actus eſſe ab habitu, hoc eſſe verum de omni actu habente intenſionem: ſunt tamen aliqui actus nullam habentes intenſionem proprie dictam, ſcilicet actus intellectus, vt docuit Durand. 3. diſt. 23. quæſt. 2. nam ſi in aliquo conſiſtit eorum intenſio, maxime in clariori cognitione obiecti, in hac autem non conſiſtit; tum quia non omnes actus intellectus claritatem habent, omnes autem ſunt intenſibiles ſecundum aduerſarios, tum quia ſi intenſio in claritate, & euidentia conſiſtit, acquiſito vel aucto habitu clarius videremus; quod eſt contra experientiam. Item maior claritas in cognitione ſenſitiua, puta viſione, non conſiſtit in intenſione actus (ſiue intenſio ſit magis radicari, ſiue aliam partem eiuſdem rationis accedere) ſed in hoc, quod obiectum diſtinctius cognoſcatur, ſcilicet diſtinguendo in eo multa, quæ antea confuſe, & ſine diſtinctione cognoſcebantur: ergo ſimiliter in cognitione intellectiua maior claritas non eſt maior intenſio: vnde Capreo. 3. diſtin. 23. quæſt. 1. art. 3. ad argumen. contra. 1. concluſionem, & Hiſpal. artic. 4. vt probabile videntur dare Durando, actus intellectus præſertim elicitos à fide, & opinione, non eſſe capaces intenſionis, & quamuis Capreol. ibi, & Palac. eadem diſt.

diſt.diſput.1.Aquatiuſque con.2.vt probabilius defendant, omnes actus intellectus eſſe intenſibiles & eos, qui clariores ſunt, eſſe intenſiores, non tamen explicant in quo conſiſtat eorum intenſio, qui euidentiam non habent. Hiſpa. vero in actibus intellectus etiam ineuidentibus duplicem ſtatuit intenſionem, alteram ſecundum maiorem manifeſtationem obiecti, alteram ſecundum maiorem certitudinem, & firmitatem actus. Quod facile reijcitur, nam ſi forma intenditur per maiorem radicationem vel vnionem eius cum ſubiecto; cum vnica tantum vnio eſſe poſſit, non poterit vnica forma duplicem intenſionem habere. Si vero intenditur per additionem partis eiuſdem rationis, multo minus id erit poſſibile. Deinde certitudo infallibilitatis nunquam creſcit, aut decreſcit in actu: ergo ſecundum eam actus non intenditur, neque remittitur: certitudo autem adhæſionis non eſt intrinſeca actui; ſed denominatio extrinſeca proueniens ex voluntate perſiſtendi in aſſenſu vel ex habitu, aut ex alijs cauſis impedientibus deſitionem actus: ergo ſecundum illam non dicitur actus intendi aut remitti. Actus ergo intellectus nullam proprie intenſionem habent, idemque eſt de actibus cuiuſcumque potentiæ cognoſcentis: actus vero voluntatis & appetitus ſenſitiui intenſionem habent, eamque in illis per ſe efficit habitus ſicuti & ſubſtantiam actus non inſtrumentaliter, ſed principaliter, vt recte Fonſe. 9.Met.c.5.q.4.ſect.3. licet in fine illius doceat potentiam cum habitu non efficere actum intenſiorem illo, quem eliceret ſola pōa, ſi toto conatu ageret. Quod eſt contra ſuperiora.

41 Facilitas autem, vt in argumento attingebatur, non eſt aliquid exiſtens in actu; ſed eſt denominatio extrinſeca ſumpta ab agente habente maiorem virtutem, inclinationem, vel determinationem ad operandum. Ita Duran. Capreo. Hiſpa. Caiet. Valen. Fonſeca, & Suarez ſupra alij. Clarumque eſt, facilitatem non eſſe velocitatem, nam motus dicitur velox, ſi in paruo tempore percurrit magnum ſpatium vel acquirit magnam quantitatem vel qualitatem: actus autem poſſunt fieri in inſtanti.10.ethic.c.4. & in eo aliquando facile, aliquando difficile fiunt: ergo eorum facilitas non in velocitate; ſed in aliquo alio cōſiſtit, nempe in eo quod ſuperius ex D. Tho. & Capreo. attulimus. Itaque facilitatem actus cauſat habitus, non ponendo aliquid in ipſo; ſed afficiendo potentiam, reddendoq; eam promptam, & facilem ad operandum: à quo pōeſtatu, actus dicitur facilis denominatione extrinſeca. Sicut etiā ab habitu oppoſito vel à paſſione, vel ab incōmodis repręſētatis dicitur difficilis denominatiōe extrinſeca.

42 Bonitatem autem, & malitiam moralem efficit habitus efficiendo ſubſtantiam actus, qui aliunde liber eſt & conſentaneus rationi & legi, nempe per denominationem extrinſecam à libera voluntate, à ratione, à lege. Ita de actibus externis ait Fonſeca illa ſect.3. de internis autem ſeu elicitis à voluntate indicat eſſe bonos vel malos, vel indifferentes, denominatione intrinſeca, quia iſtæ ſunt proprietates per ſe in.2.modo competentes illis. Quod qualiter ſit intelligendū habes tract.7. Delectabilitatem autē in actu vel opere efficit habitus, efficiendo amorē operijs, qui quo maior eſt, eo opus ipſum magis delectat appetitū. Ipſam vero delectationem actualem facit efficiēdo opus, vnde illa oritur, ſi habitus ſit intellectus efficit contemplationē de qua voluntas delectatur, ſi vero ſit habitus voluntatis vel appetitus efficit bonum amati, vel malum odio habiti de quibus voluntas, vel appetitus delectatur, interim tū dum non ſequitur malū odio habiti volūtas odio habentis non delectatur, vt bene notat Gab.3.d.23. q.1.a.3.dub.2. niſi forte de ſpe futuri mali, vel de odio vt ſibi cōueniente vt ait Palac.3.d.23. diſp.2. Vnde male Ocam.1.d.17.q.2.ad.3. probationē.1.opin. ait habitū, non cauſare delectationem niſi quatenus cauſat opus de quo eſt delectatio. nā etiam cauſat delectationem, vt diximus cauſando & agendo amorem talis, ꝙ minus delectaret ſi minus amaretur. Fallitur etiā ipſe Ocam.3.d.3.q.2.ad.3. dum ait de rōe habitus non magis eſſe inclinare delectabiliter quā triſtabiliter, quia habitus generatus ex actibus volēdi inclinat delectabiliter, generatus vero ex actibus nolēdi, triſtabiliter vt ex actib⁹ odij, inuidiæ, deteſtationis, nullus enim pōt aliquē odio habere delectabiliter. Fallitur Ocā, quia habitus nūquā ponit obiectū quod contriſtet, bene tñ quod delectat, etiā ſi ſit genitus ex actibus odij, & inuidiæ, nā odium, & inuidia inferunt malum hoſti, ex quo malo naſcitur delectatio in habente odiū, vel inuidiā. Eūdē errorē docuit Ocā.3.d.3. q.4.lit.T. male etiā Gab. loco ꝓxime cit. & Almai.3.d.23.q.1.a.3.dub.2. dicūt non omnē habitū cauſare delectionem, quia habitus intellectualis non cauſat delectionem, nec habitus odio habēdi. Iā enim oſtēdimus id nō eſſe verū, vnde male etiā Alma. ibidē ait, habitū inponi ꝑpter delectionē, ſed propter ſubſtātiā actus qui nō fieret ſine habitu vt in habitibus intellectualib⁹, vel ꝑpter intenſionē actus vt in habitibus voluntatis, male etiā Angeſt. c. 5.mora. in fine reiecta opiniōe dicētiū habit⁹ genitos ex actibus volēdi inclinare delectabiliter, habitus vero genitos ex actibus nolēdi inclinare triſtabiliter, habitus vero intellectus neutro modo inclinare, ait omnē habitū ex actu genitū inclinare vtroq. modo ſecus vero genitū ex paſſiōe. ſ. triſtitia & pœnitētia: q.a

pugnat delectabiliter triſtari niſi reflexe, iſta autem reflexio non eſt ex inclinatione habitus pœnitentiæ, nec ſemper accidit: ſed fallitur, quia dolor pœnitentiæ actus eſt elicitus à voluntate & non mera paſſio. alioqui cum eſt naturalis, non generaret habitum,& cum eſt ſupernaturalis non eſſet ab habitu ſupernaturali. Item habitus pœnitentiæ delectatur de ſatisfactione Deo exhibita pro peccatis, directe & per ſe, ſicut illam directe amat,& ex per ſe, dolor vero de peccatis eſt actus elicitus charitatis, quæ de bonis Dei gaudet, nullus ergo eſt habitus, qui per ſe nõ inclinet ad delectionem cũ ſit.bonum enim quo maius, vel magis amatũ,magis delectat. Cum autem diximus, intenſionem fieri ab habitu intelligimus in actibus capacibus intenſionis,quales ego non exiſtimo actus intellectus. Vnde in his concedo Durando, habitus non efficere intenſionem actus Valen. autem reſpondet, intenſionem actus intellectus non conſiſtere ſolum in maiori euidentia,ſed etiam in maiori certitudine & firmitate quæ ex habitu augetur, deinde etiam euidentiam augeri ex habitu, quia hæc conſiſtit in aſſenſus immobilitate, quæ ex habitu maior fit:& Angeſtus dicto §.2.concedit potentiam cum habitu intellectus intenſius

43. aſſentiri. Neque ex eo quod ſubſtantia & intenſio actus fiat immediate ab habitu, recte concludetur eſſe potentiã proptie,& in rigore:potentia enim in ratione principij proximi eſt prima facultas ad operandũ,& dat ſimpliciter poſſe,& non facile poſſe: habitus vero eſt ſecundaria facultas proxima operandi, quæ nihil poteſt niſi cooperante ſibi facultate,cui ineſt, vt docent Medi.q.49.a.3.Suarez, Angeſtus ſupra & omnes, neq; dic ſimpliciter poſſe etiam incompletum niſi in habitibus infuſis,ſed facile poſſe.

44 Neq. ſi à potentia & habitu efficitur actus, aliqua ex his cauſis erit ſuperflua: quia habitus ſine põa non põt eſt agere.& põa ſine habitu non poſt tam facile,neq. cum tanta intẽſione agere. Cũ autẽ minus intenſo agit, quã poſſit, non vtitur ſe,neq. habitu integre, & ſecundũ vltimũ potentiæ,ſed limitate,quod in poteſtate voluntatis eſt.Et ſine fundamento oppoſitum videtur dicere Angeſt. illo. c.5.§.2.concl.4.his verbis:nequit potentia habituata exiens in actum,coefficientiam illius habitus impedire, neq impedire certam intenſionis latitudinẽ ab habitu pronenientẽ, ita quod poſito voluntatis concurſu elicientis actum,velit,nolit,coagit habitus;& velit, nolit,erit actus intenſior quã ſine habitu eſſet eum ſolo voluntaris conatu,&c. Hęc Angeſt.qui quamuis cõtra Scot.2.d.41.q.vni.(cui videntur aſſentiri Valen.c.2.diſp.2.q.13.punc. 6.ad.3.& Caiet.q.8.a.9.ad.3.dicat,) potentiam affectam habitu non poſſe operari quin operetur ipſe habitus,tamen male ait,ſuppoſito, q̃ operetur,nõ poſſe remiſſe operari,nã per ſe eſt libera ad operationẽ & intẽſionẽ:ergo põt remiſſe operari.Bene tñ docet Angeſt.habitũ ſine põa nihil efficere per ſe.An vero põa, & habitus ſint dicendæ cauſæ partiales reſpectu actus,dicendum eſt,non eſſe partiales partialitate effectus eo modo, quo duo calida producunt caloré;quia quodlibet calidũ poteſt ſe ſolo producere caloré ſeu partẽ caloris:habitus vero ſe ſolo non põt producere calorẽ,neque partẽ actus.Et in hoc ſenſu verũ eſt,quod dicunt Caiet.Capreo. Valen. & alij,non eſſe cauſas partiales,neq totales, ſed conſtituere vnam cauſam totalẽ;ſunt tñ cauſæ partiales partialitate cauſæ; quia ſunt duæ partes cauſę.Et ita tenet eſſe cauſas partiales Scot.1.d.17. q.2.& Satna.in directotio Theologico,verbo habitus,idẽ inſinuat Fon.ſup.& concedit Suarez illa ſect.6.vbi bene tandẽ aduertit,aliquã do habitũ intellectus eſſe neceſſarium principiũ,vt põa eliciat actũ.Intellectus enim non põt elicere aſſenſum cõcluſionis niſi habeat actu aſſenſum principiorũ,vnde quãuis ad eliciendũ aſſenſum talis concluſionis non ſit ſimpliciter neceſſarius habitus;quia ſine illo poſſet elici exiſtente aſſenſu principiorum; tñ eſt neceſſarius omnino in tali caſu,nempe deficiẽte aſſenſu principiorũ,& ſic ars eſt neceſſaria ad operandũ, non ſolũ rõe actus vel ſpecierũ,ſed etiã in ſe,quando nõ fit actualis diſcurſus.Idẽ docet Angeſt.in moral. c.5. §. 2. in fine,ſed de hoc plura dicemus diſputationi ſequenti ſect.2.¶Ad.2.fundamentũ,1. opinionis.R.habitũ conferre facilitatẽ peculiari modo,nẽpe afficiẽdo põam in ſe ipſa & primario,ac per ſe inclinando ad operationẽ cętera vero nõ afficere põam in ſe, aut certe non per ſe,& primarie inclinare illã ad operationẽ,ſed per accidens,& ſecũdario. Vnde licet cætera non efficiant actũ, tamen habitus vere efficit actum.

¶Ad.3,R.cauſam æquiuocã totalẽ eſſe debere eſſentialiter perfectiorẽ effectu, habitũ autẽ nõ eſſe cauſam æquiuocã totalẽ, ſed partialẽ modo explicato;& ideo nõ debere eſſe eſſentialiter perfectiorem actu,ſed ecõuerſo:quia actus eſt cauſa equiuoca totalis reſpectu habitus,vt dicemus in progreſſu. Objicies actus eſt cauſa efficiens habitus:ergo non econtra R.cum Almaino.1.moral.c.10.Scoto, Ochamo,Maiori & alijs,in cauſis poſſe eſſe circulum quantum ad ſpeciem,ſed non quantum ad idem numero, & ita habitum cauſatum ab vno actu cũ põa efficere aliũ numero, ſed quid ſi.1.actꝰ perſeuerat poſt habitũ ꝓductũ? iã conſeruaretur à ſua cauſa, quia facilius con- 45.

Digitized by Google

continuatur actus poſt habitum. R. id nõ eſ-
ſe inconueniens vt bene docet Almainas
ibidem.

Ex dictis in tota hac ſectione. 2. patet, ha-
45 bitus effectiue concurrere ad ſuos actus in-
ternos immediatos, qui propterea eliciti di-
cuntur; ad actus vero imperatos concurrunt
mediate & remote tantũ ſcilicet medijs acti
bus elicitis, ſiue hæc. 2. efficientia ſit proprie
dicta, ſiue non: iam enim. 1. tomo vidimus,
quoſdam opinari, voluntatem ſuo actu in
terno non influere phyſice in actus externos
vel imperatos; alios vero opinari oppoſitum;
& ſimiliter quidam opinantur, artem, pru-
dentiam, & ſcientiam practicam non concur
re per veram efficientiam phyſicam ad actus
externos, ſed directiue tãtum. Qui vero actus
dicantur eliciti, qui vero imperati à virtuti-
bus. Vazq. diſputat. 83. capit. 3. ait, quamuis ope
rationes aliarum facultatum, quæ ſubjiciun
tur voluntati, dicantur à voluntate ſolum im
perari, non elici; nihilominus quotieſcumq;
ex affectu alicuius virtutis procedunt circa
materiam propriam habitus, vocantur com-
muniter actus eliciti, & non imperati; &
hac ratione actus intellectus, quo quis orat
Deum, dicitur actus elicitus à virtute reli-
gionis præterea actus temperate comedendi
dicitur actus elicitus à temperantia, cum ta-
men religio ſit in voluntate, & temperan-
tia in voluntate vel appetitu ſenſitiuo. At
vero illi ſoli actus dicuntur imperati ab ali-
quo habitu, qui verſantur circa aliam mate-
riam virtutis. Qua ratione actus ſubeundi
mortem, cuius materia pertinet ad habitum
fortitudinis, dicitur imperari à charitatis ha-
bitu in martyrio. Et ex habitu religionis
quo quis deſiderat orare, imperari dicitur
ieiunium, quod eſt circa materiam tempe-
rantiæ. Qui ſane modus loquendi maxime
conſeruandus eſt, vt intelligamus, quæ paſ-
ſim dicit S. Thom. 2. 2. cum agit de virtutibus
moralibus ſpeciatim. Quo circa quando in
medijs, quæ eliguntur ad finem alicuius vir-
tutis, non eſt honeſtas propria illius, tam-
quam in propria materia, ſed ſola vtilitas ad
talem finem tunc electio illa non dicitur im-
perata ab habitu: ſed elicita veluti cum quis
deambulare vel ſtare vellet ad orãdum, quia
hoc modo aptiuus oraret, tunc diceretur ele
ctio huius medij elici à religione. Si tamen
quis ad eundem finem eligeret ieiunium,
talis electio diceretur imperata à religione.
Ratio vero videtur eſſe, quia habitus circa
propriam materiam videtur ſe habere vt
proprium principiũ, & ita actus videntur ab
eo eliciti, at vero circa materiam alienam
non videtur eſſe proprium principium, ſed
extraneum, & ita potius comparatur ad illa
per modum imperij. Hæc Vaz. ſed licet quæ-
ſtio de nomine ſit, mihi videtur, omnem
actum electionis medij ad finem alicuius
virtutis dici debere elicitum ab illa: quia
immediate eſt ab illa, ſiue illud medium ha-
beat honeſtatem propriam alterius virtu-
tis, ſiue non. Deinde cenſeo, nullum actum,
in quem non influit per ſe & immediate ip-
ſa virtus, vocari proprie elicitum, etiam ſi
verſetur circa propriam eius materiam, ſed
imperatum tantum, quia elicitiue & execu-
tiue eſt ab alio potentia, vel habitu, cui vo-
luntas imperat. Et ita orare non eſt proprie
actus elicitus religionis ſed actus impera-
tus proprius, eo quod continet propriam ho-
neſtatem religionis. De hoc alia dicemus in
fine ſectionis ſequentis.

SECTIO. III.

Vtrum habitus poſsit immediate effi-cere actum potentiæ, in qua non eſt, &c.

NON inquiro, an habitus poſſit 46
mediante actu potentiæ, in qua
eſt, efficere actum potẽtiæ, in qua
non eſt: quia hoc eſſet inquirere,
an actus intellectus poſſit efficere actum
voluntatis, vel econtra; aut actus intellectus,
vel voluntatis actum potentiæ ſenſitiuæ,
vel motiuæ, vel appetitus inferioris: de qui-
bus tract. 5. dictum eſt, & conſtat, virtutem
quæ eſt in vna potentia cauſare aliquando
actum in alia: virtus enim quæ eſt in volun-
tate, imperatiue & per quandam ſympa-
thiam cauſare poteſt actum qui eſt in appe-
titu ſenſitiuo, quem ad ſe rapit, vt ſuperior
orbis inferiorem: virtus etiam, quæ eſt in ap-
petitu ſenſitiuo, per ſympathiam, & con-
ſenſionem, vel obiectiue mouet volunta-
tem ad operandum circa idem obiectum, &
ſic dicunt aliqui, in virtute appetitus ſenſi-
tiui ſaluari, quod generatim de virtute mo-
rali docet Ariſtot. 2. ethic. eſſe habitum ele-
ctiuum. Neque inquirimus an habitus me-
dio actu potentiæ, in qua eſt poſsit efficere
actum eiuſdem potentiæ: hoc enim eſt quæ-
rere an intentio concurrat effectiue ad ele-
ctionem, & aſſenſus principij ad aſſenſum
concluſionis, cuius quæſtionis affirman-
tem partem docuimus tractat. 6. & ita ha-
bitus intentionis mediate efficit electionem
vt docet Angeſtus in moralibus capit. 5. §. 1.
conc. 8. immediate autem aſſenſus concluſio-
nis fit ab alio habitu: electio vero nõ fit imme

diate ab alio habitu, imo neque fortaſſe ab habitu intentionis, cuius diſcriminis rationem alibi reddidimus, nempe quia in concluſione eſt noua veritas: in medio autem vt ſic non eſt noua bonitas, quia veritas concluſionis licet cognoſcatur, per principium non dicit ordinem ad ipſum principiũ at vero bonitas medij reſpicit bonitatem finis, & ab illo ſumitur, quare perperam Aureol. quæſt.3. prologi.ar. 1. verſus finem dicit, ſic ſe habere veritatem concluſionis ad veritatem principij ſicut bonitas medij ad bonitatem finis; non enim eodem prorſus modo ſe habent. Solum ergo inquirimus an habitus vnius potentiæ poſsit immediate efficere actum alterius potentiæ. Quam quæſtionem tractat Suarez tomo. 2. met. diſput.44. ſectione.7. & Angeſtus in moralib. capit. 5. §.1. concluſione.7. & vterque bene reſpondet id eſſe impoſſibile, quia habitus nihil producit ſine potentia, vna autem potentia nihil omnino producit per ſe, & immediate in alia. ¶ Confirm. 1. quia eſſentia habitus conſiſtit in inclinatione facilitate & vi, quam confert potentiæ in ordine ad proprios actus: proprij autem actus potentiæ ſunt illi tantum, qui in ea recipiuntur: ergo illos elicit ſeu producit immediate per habitum & non alios. ¶ Confirm. 2. quia actus non producit habitum, niſi in potentia propria, ergo neque habitus immediate efficit actum niſi in propria potentia: par enim ratio videtur, & vt docet Ariſtot.2.ethic. cap. 1.& late Almai.1. moral.cap.21. & Angeſt. ſupra, & omnes, habitus non elicit actus niſi ſimiles illis, quibus genitus eſt: ergo ſi ſolum eſt genitus actibus propriæ potentiæ, illos ſolos elicit ſeu immediate producit. ¶ Confirm. 3. quia neque potentia, neque habitus poteſt immediate operari niſi circa proprium obiectum: ſed actus inhærens alteri potentiæ non continetur in proprio obiecto: ergo non poteſt elici ab ipſo habitu, neque à potentia, cui habitus inhæret. ¶ Confirm. 4. quia intellectus nihil efficit in voluntate niſi media intellectione, aut econuerſo; imo actus voluntatis non efficit proprie actum intellectus, quem imperat vt tract.5. vidimus, admonetque Suarez ſupra & ſimiliter multi tenent, actum intellectus non concurrere proprie effectiue ad actum voluntatis.

47 Ex quibus patet falſo vel improprie aliquos Theologos & Philoſophos morales docuiſſe virtutem exiſtentem in appetitu ſenſitiuo, ſcilicet temperantiam & fortitudinem elicere actum aliquem in voluntate, virtutemque iuſtitiæ exiſtentem in voluntate elicere aliquem actum in appetitu ſenſitiuo, & religionem in intellectu. Nam elicere proprie eſt immediate producere. nulla autem virtus producit immediate actum potentiæ, in qua non eſt, ſed mediante actu, licet interdum illum producat nulla alia virtute ſaltem morali media & propter hoc quodammodo dici poteſt illum elicere ſeu immediate producere ſic religio elicit actum orationis; quoniam oratio à nulla alia virtute morali, imo neque intellectuali producitur, quia virtus intellectualis datur ad iudicandum, orare autem non eſt iudicare, ſed ſolum à religione medio actu ipſius religionis, quæ late tantum efficit actum orationis; quia applicat & determinat intellectum ad orandum, & loquendum cum Deo, & vouendum, ſeu promittendum aliquid Deo, & in hoc ſenſu multo melius dicitur habitus, qui intendit finem, elicere electionem medij, quamuis ipſam immediate omnino non producat, ſed præciſe media intentione, de quo tamen poteſt eſſe quæſtio & ſatis probabile eſt oppoſitum, ſi enim aſſenſus concluſionis poteſt eſſe immediate ab aliquo habitu, cur non electio medij: Sed de hoc alibi fortaſſe dicetur fuſius, circa ea vero quæ paulo ante diximus, vide alia in fine ſectio. præced. Adde etiam falſo aut improprie Caietanum. 2.2. quæſtio.81.artic.4.dixiſſe, virtutem quæ eſt in vna potentia, elicere actum in alia, non quoad ſubſtantiam, ſed quoad modum, ſic religionem, quæ eſt in voluntate, elicere actum orationis in intellectu, quia facit vt prompte & delectabiliter fiat. Non aduertit Caietan. promptitudinem & delectationem non eſſe modum inhærentem actui præſertim intellectus, ſed eſſe in eo denominationem extrinſecam ſumptam à voluntate vel aliquo eius actu, & ita virtutem, quæ eſt in voluntate nihil in intellectu vel eius actu immediate efficere.

SECTIO. IIII.

Quid ſit habitum inclinare ad actum.

RESPONDETVR cum Capreo 48
lo.1.d.17.q.15.ad arg.Gregorij cõtra 2.concl.& Suarez tom.2.met.diſp. 44.ſect.7.n.8.non eſſe aliquid præter informationem habitus: nam hęc inclinatio non eſt per appetitum elicitum, ſed per naturale põdus, quod vnũquodq; principiũ agendi habet in ſuum actum, in quem neceſſario omnino prorũpit ſublato impedimẽto, ſi vel põa non eſt de ſe libera, vel nõ eſt in ſtatu liber-

libertatis. Imo vero quando eſt libera & in ſtatu libertatis interdum inclinatio tanta eſt, vt potentia neceſsitate quadam morali eliciat actum, & medio einſmodi actu experimur vehementem hanc inclinationem, vt pondus lapidis, quem detinemus in aere, non percipitur, niſi motu, quem dum remittit vim detentiuam, quæ eſt quaſi impetus, experimur, aut labore & laſsitudine, quam patimur: manus enim ſuſtinendo lapidem, extra naturalem diſpoſitionem retinendæ ſunt, aut pondere & grauitate lapidis comprimuntur. Vnde Capreolus ſupra ait, inclinationem lapidis eſſe ipſam eius grauitatem, quæ manu ſuſtinente immotum lapidem, ſentitur: vnde reijciendus eſt Ocam. 3. quæſtio. 4. dubio. 1. ad. 5. vbi docet, graue inclinare trabem v. g. addere aliquid præuium motui nempe extenuationem, remiſsionem, ſeu debilitationem virtutis reſiſtentis, quæ eſt in trabe, cum enim nihil reſiſtentię deſtruit, quia magna eſt, non dicitur trabẽ inclinare; in appetitu vero ſenſitiuo inclinatio ad actũ eſt aliquis motus, & actus appetitus cauſatus tanquam à cauſa efficiente totali, à ſolo habitu vel potius ab habitu & cognitione obiecti, & appetitu. Quia nunquam inclinat habitus, niſi facta apprehenſione, quæ neceſſario præcedit omnem actum appetitus. In intellectu etiam ait, inclinationem ad aſſenſum eſſe actum elicitum, quem habet intellectus, quando apprehendit obiectum, & non quando homo dormit. Idem ponit in voluntate, atque talem inclinationem, quamuis ſit in obiectum prohibitum, non eſſe malam, quia vel eſt totaliter ab habitu, vel quod verius putat, non eſt libere, ſed neceſſario elicita à voluntate ſuppoſito habitu, & hanc inclinationem eſſe quam Theologi vocant motum primo primum, de ea quæ loqui Aug. cum ait, *non eſſe in poteſtate noſtra, quibus viſis tangamur.* 3. de lib. arb. capit.

Dubium. vltimo. Sed tunc eſt dubium, quomodo voluntas ſecundum inclinationem gratiæ elicit oppoſitũ actum intenſum, ſtãte tali inclinatione.

Reſponſio Ochami. Reſp. Ocam, *poteſt dici, quod habitus gratiæ in tali eſt intenſior, quam habitus vitioſus, & voluntas cum maiori conatu elicit actum ſecundum gratiæ inclinationem, & ſic auertit intellectum à conſiderationem. i. obiecti & ceſſat, primus actus, ſed multi experiuntur, quod ſtante tali inclinatione in voluntate, voluntas elicit valde remiſſum actum ſecundum gratiæ inclinationem.* Hæc Ocam. ſimilia dicit quodlib. 3. quæſtio. vltima, quem citat ſequiturque Gerua. lib. notitia. tract. de habitibus, quæſt. 1. ad. 6. principale, & Gab. 3. diſtin. 23. quæſt. 1. artic. 3. dubio. 3. Angeſt. vero ſic loquitur in moral. capit. 5. concluſione. 6. *inclinare ad actum in habitu eſt partialiter producere actum, ſic non inclinat, niſi quandiu actum producit: poſſet nihilominus ſubtilizando imaginari, inclinationem eſſe quendam viſum, atque conatum, quem etiam habitus faciat circumſcripta ipſius actus productione, & huic ſuffragari videtur experientia nam poſt pœnitentiam reconciliati, percipiunt ſe aduitia inclinatos; neque tamen inclinationibus conſentiunt. Videtur igitur eſſe inclinationes ſine actiua productione.* Hæc Angeſtus vltimo fauens ſententiæ Ocam. ſed non placet, quia materia inclinatur ad formam, cum nihil agit: ſimiliterque voluntas, cum nihil agit; inclinatur ad recipiendum actum. Neque valet dicere cum Ocam, & Gabriele id minus proprie dici, & multo minus eſt admittendum, communem modum loquendi improprium eſſe, quo dicitur, graue etiam non debilitata virtute trabis inclinari, imo & inclinare trabem ad centrum. Item illa debilitatio virtutis ſine motu aliquo, ſaltem compreſsionis ſuperiorum partium, intelligi non poteſt. Item paſsio appetitus vere & proprie inclinat voluntatem nihil producendo in illa: ergo ſimiliter habitus inclinat potentiam nihil producendo, & ita docet Maior. 3. diſtin. 23. quæſt. 5. in fine. Almain. quæſt. 1. fateor tamen quando producit illum motum primo primum, qui eſt ſimplex amor, ſeu ſimplex complacentia, magis proprie inclinare, & adhuc proprius quando producit motum deſiderij, præſertim liberum, & abſolutum; & inclinationem in potentia cognoſcente minus proprie dici, quia non tam mouetur ad res, quam eas trahit ad ſe.

SECTIO. V.

An omnis habitus inclinet ad actus ſimiles illis à quibus genitus eſt.

RESP. affirmatiue cum Azor lib.
3. capit. 21. queſt. 4. Almai. 1. moral. 49
capit. 21. Maiore. 3. diſtin. 23. quæſt,
5. Ocham. 3. quæſt. 4. Fonſec. 9. met.
capit. 5. quæſt. 4. ſect. 3. & cum alijs ex Ariſtot.
3. ethic. c. 1. & 2. ſed obijcies, quia habitus geni
tus ex intentione finis, inclinat ad electionẽ
medij. 2. Quia habitus genitus per actus virgi
nitatis, poſtquam virgo inſcia, inuita vel con-
ſentiens corrupta eſt, non põt inclinare ad ac
tus ſimiles. 3. Quia habitus genitus per actus
liberalitatis & magnificentiæ, ſi poſtea ho-
mo religionem profiteatur, non inclinabit
ad ſimiles actus & ſimiliter temperantia ac-
quiſita per actus ieiunandi, ſi homo fiat ęgro-
tus, non inclinabit illum ad iunandum. Quar-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

to habitus acquiſitus per abſtinentiam à carnibus, inclinabit illum ad abſtinendum cum opus fuerit, a lacticinijs, ergo ad diſsimiles actus. Ad. 1. Reſp. habitum circa finem inclinare ad electionem medij, non immediate, ſed mediante intentione finis, immediate vero nullus habitus inclinat, niſi ad ſimiles actus. Reſp. 2. intentionem finis virtute includi in electione medij, ideo inclinare ad electionem medij non eſſe inclinare ad actum diſſimilem, maxime cum habeant eandem honeſtatem, quia tota honeſtas medij ſumitur à fine.

Ad ſecundum Reſpon. actus poſtea elicitos ab illo habitu eiuſdem rationis eſſe cum illis, à quibus genitus eſt, ſed propter ſubiecti qualitatem iam non dici virginitatis, ſed caſtitatis. Ad tertium Reſpon. Azor actus illos eſſe ſimiles præcedentibus, non in eſſe naturæ, ſed in eſſe moris; quia antea erant boni, & iam ſunt mali, vnde ſignificat virtutem poſſe inclinare ad actum malum qua parte malus non eſt, quod poſtea approbabimus.

Ad quartum Reſpon. illos actus eſſe ſimiles cum præcedentibus, quia eandem honeſtatem obectiuam reſpiciunt, ratione eius ad eundem habitum pertinent, licet quidam dicant, ad diuerſos habitus pertinere.

QVÆSTIO. L. DE SVBIECTO HABITVVM.

DISPVTATIO. II. DE SVBIECTO HABITVVM.

SECTIO. I.

Vtrum in aliqua potentia non cognoſcente, neque appetente, ſeu in corpore ſit habitus.

50 SVMITVR hic corpus vt diſtinguitur contra animam & eius potentias cognoſcentes & appetentes, habitusque hic vocatur habitus operatiuus proprie dictus; quo ſenſu ſanitas, & infirmitas habitus non ſunt, neque ſpecies intentionales, quarum aliquæ permanenter inſunt potentijs, & ideo aſsimilantur habitibus; aliæ vero tranſeunter tantum inſunt potentijs, vel organis, & medio, vt ſpecies ſenſuum exteriorum, & ſenſus communis, quæ neque ſimilitudinarie ſunt habitus: loquimur ergo de habitibus proprie dictis, & operatiuis, & de corpore vt diſtinguitur contra animam, & eius facultates cognoſcentes, & appetentes: quo ſenſu in corpore humano eſſe aliquos habitus docet Scotus. 3. d. 33. q. vn. §. ad. 1. in reſponſione ad 3. Gabr. d. 23. quæſt. 1. ar. 3. dubio. 1. Maior. quæſt. 2. Ocam. 3. quæſt. 4. in fine, & quæſt. 10. concluſ. 2. lit. F. & quodlib. 3. queſt. 17. vbi ſic ait, dico primo neceſſe eſt ponere habitus in corpore: quod patet, quia potentia executiua corporalis poſt multos actus elicitos poteſt in ſimiles actus, in quos non potuit antea vel ſaltem nõ ita facile, ſicut patet in ſcriptoribus, pictoribus, ſaltantibus, citharædis: ergo in illis potentijs eſt aliquid additum vel ablatum: ex quibus & alijs patet, Ocam. ponere habitum productum motu locali in ipſa potentia executiua: eodem modo loquuntur Gabriel ſupra Almai. 3. moral. cap. 6. in fine, & Gerua. lib. notitiarum tractatu de habitibus. q. 2. *1. Opinio.*

Conf. t. arg. Ocami, (q; eſt etiã Scoti & aliorũ) quia licet quis optime diſcat regulas artis, 51

ſi ipſas

ſi ipſas nõ exerceat, nunquam acquiret prõptitudinem & facilitatem in exercitio ipſius, imo vix poterit artificioſe agere. Vnde Ariſtote. 9. met. cap. 5. & 8. dixit, arte, aliquas non adquiri, niſi vſu, & exercitatione ſignum eſt, aliquid in corpore recipi, quo membra prompta reddantur ad operandum, ergo.

Confirm. 2. nam qui diu fecit huiuſmodi actiones, poſtea fere ſine vlla attentione eaſdem repetit ſumma quadam facilitate.

Confir. 3. nam Galenus ſecundo de motu muſculorum, & ſecundo de temperamentis ponit in corpore conſuetudinem, quam dicit eſſe acquiſititiam quandam naturam. De hac conſuetudine multa ex Galeno & Hypocrate adducit Valeriola primo de locis communibus capit. 6. & ait definiri poſſe, vt ſit habitus acquiſitus ex crebris vnius cuiuſpiam rei actionibus comparatus. De hac Hypocrates ſecundo aphoris. capit. 49. ait, qui conſueti ſolitos labores ferre & ſi fuerint imbecilles, & ſenes, non conſuetis fortibus atque iuuenibus facilius ferunt, & capitulo. 50. quæ ex longo tempore conſueta ſunt, & ſi deteriora ſunt inſuetis, minus moleſtare ſolent, quia nimitum conſuetis ſemper natura gaudet, vt ait Galenus. 8. methodi, qui etiã lib. ſcripſit de aſſuetudinibus: Hypocrat. etiam ſecundo de ratione victus acuti & Eraſiſtratus eiuſdem argumenti libros ſcripſerunt.

52 *2. Opinio.* Secunda opinio, & tenenda eſt, habitus per ſe ordinatos ad operationem, de quibus ſolis nunc, loquimur, non eſſe in corpore vt condiſtinguitur animæ, & eius potentijs ſenſitiuis & appetitiuis. Ita D. Thom. quæſtione. 50. articulo. 1. & articulo. 3. ad tertium Caietan. Conrad. Medin. & alij eiſdem locis, idem Conrad. quæſtione. 56. articulo. 4. Valentia diſputa. 4. quæſtione. 2. puncto. 1. & 2. conſe. 9. met. c. 5. q. 3. ſect. 1. Suarez tomo. 2. met. diſput. 44. ſectione. 2. Alma. 3. diſtinct. 23. quæſtione. 1. & tract. 1. moral. capit. 17. vbi expreſſe ait, in nulla potentia præter intellectum, & voluntatem eſſe habitus, licet aliter ſentiat libro. 3, capit. 6. Angeſt. in moral. capit. 5. §. 1. concluſione. 9. Vazq. diſput. 78. capit. 4. nu. 28. Azor lib. 3. cap. 20. quæſt. 8. Palac. 3. diſtin. 23. diſputatio. 1. Viguer. capit. 3. §. 8. verſi. 4. Imo aliqui citant Ocam. 3. quæſt. 10. lit. G. ad. 3. vbi tantum collocat habitum in ea potentia, vbi eſt rebellio ad rationem & non obedientia ſeruilis hæc autem in mẽbris externis reperitur: ergo ſecundum Ocam in illis non eſt habitus. Sed Ocam ibi ſolum loquitur de habitu, qui vitioſus vel ſtudioſus eſſe poſſit, probatur nam omnis habitus per ſe ordinatus ad operationem debet ſe habere ad illam per modum principij actiui vel paſsiui, ſeu diſpoſitiui neutro autem modo poteſt habitus per ſe ordinatus ad operationem, eſſe in corpore: ergo. min. probatur quantum ad principium actiuum; quia tale debet poni in potentia actiua non enim poteſt habitus adiuuare potentiam, in qua non eſt, cooperando illi. Ergo, ſi habitus eſt principium actiuum operationis, debet eſſe in potentia actiua, & non alibi: nulla autem potentia actiua diſtincta à potentia cognoſcente & appetente, poteſt fingi in corpore, cui inſit habitus eam adiuuans ad operationem: conſtat enim, & aduerſarij fatentur, in 4. primis qualitatibus & in alijs, quæ ſunt communes cognoſcentibus, & expertibus cognitionis, & non ſequũtur cognitionẽ in ſuis operationibus, nullum eſſe habitum: nulla enim res magis calefacit, aut frigefacit, &c. etiam ſi frequentius calefaciat, aut frigefaciat, &c. idem eſt de potentia motiua animalis, quatenus graue eſt; talis enim non acquirit promptitudinem, vel facilitatem ex aſſuetudine: ſolum ergo poteſt eſſe difficultas de potentia executiua motus localis, quæ eſt propria rerum cognoſcentium, & ſequitur cognitionem, & ſecundum aliquos doctores, à quibus romo primo receſsimus, diſtinguitur ab omni potentia cognoſcente, & appetente, tametſi autem ea diſtinctio admittatur, in hac potentia nullam acquiri promptitudinem ex frequentatione actuum externorum, oſtenditur quoniam actus ſolum genetant habitum in potentia, cui inhærent eamque ſolum per ſe inclinant, facilem, promptamque reddunt ad operandum; ſed huic potentiæ non inhæret motus localis: ergo in ea nullum generat habitum.

Secunda pars minoris principalis, ſcilicet, habitum per ſe ordinatum ad operationem per modum principij paſsiui, non poſſe eſſe in corpore, probatur, quia ſi talis daretur, deberet collocari in potentia paſsiua, & non in actiua; ſiquidem omnis qui eſt in potentia actiua, eſt proportionatus illi, ac proinde actiuus: in potentia autem paſsiua nullum habitum generari per motum localem, ex eo conſtat, quia membra ſana recte diſpoſita, ſecundum ſitum partium & humorum & qualitates primas & raritatem, ac denſitatem mollitiem, ac duritiem, &c. atque ab extrinſeco non impedita, ad nutum obediunt appetitui: ergo ad melius obediendum illi, & recipiendum motum nullo habitu indigent, quæ ratio etiam conuincit, nullum habitum actiuum, vel paſsiuum eſſe in potentia 53

B 4 exe-

executiua: quia hac ad motum obtemperat appetitui, ergo vt prompte & facile operetur, non indiget habitu in ſe, ſed in appetitu ipſo vel in potentia regente appetitum præterea, actus qui non ſunt qualitates, non generant habitum: ſed motus locales non ſunt qualitates: ergo non generant habitus, & magis vrget hæc ratio in opinione Ocami tenentis, motum localem nihil dicere vltra res permanentes. Vnde ea vtitur Angeſtus ſupra, ſupponendo vt veram, illam opinionem Ocami. Sed Reſp. Ocam.3. quæſtione. 4. in fine res permanentes, quæ quidem ſunt ipſi motus, cauſare habitum in corpore, ſicut cauſant calorem, de quo eadem quæſtio eſt, quomodo poſſit cauſari à motu. Sed certe de calore alia ratio eſt; quia vapores vel exhalationes motu excitatæ, vel compreſſæ, calorem cauſare poſſunt: at vero habitum in corpore quid efficiet, niſi ipſe motus: ergo vel eſt diſtinctus à mobili, & rebus permanentibus, vel certe non cauſat habitum in corpore, & Medin. quæſtione. 50. articulo. 1. contendit, ideo in corpore nullum habitum produci, quia motus per ſe nullam qualitatem poteſt producere, & ſicut non producit eam in penicillo, vel calamo ita neque in manu pictoris vel ſcriptoris: quod etiam confirmatur, tum quia motus localis tantum eſt productio vbi, per vbi autem nulla qualitas produci poteſt, tum quia per motum non artificioſum nullus habitus proprie dictus producitur, in manu: ergo neque per motum artificioſum. Item omnes motus locales organici ſunt eiuſdem rationis: ergo non generant diuerſos habitus in corpore vt aduerſarij docent, præterea quando per actum generantur habitus, intenſiores actus generant intenſiorem habitum: ſed motus intenſior, ſeu velocior, non generat intenſiorem habitum in corpore: ergo per motum corporis nullus generatur in eo habitus præterea actus omnino æquales generant habitus omnino æquales: ſed in diuerſis hominibus per actus omnino ſimiles citharizandi, ſaltandi, &c. non generatur æqualis promptitudo in corpore, ſed pro cuiuſque diſpoſitione: ergo talis promptitudo non eſt proprie habitus, hanc veritatem aliqui etiam probant, quia membra ad nutum obediunt in ordine ad motum localem: ergo fruſtra ponitur in eis habitus vt obediant, qua etiam ratione dicunt in intellectu ad apprehentionem nullum eſſe habitum. Sed reſponderi poſſet, indigere habitu, vt quando alias propter impedimenta præter naturalia non poſſent obedire, vel non ad tam velocem motum, aduentu habitus id poſſint, & eodem modo poſſet in intellectu poni habitus mere apprehenſiuus. Item ad orandum ex actu voluntatis elicito a religione. Aliam rationem conficit Angeſt. 54
quia ſi per hos actus generatur habitus in corpore, ille moueret organice corpus, quoties nullum eſſet impedimentum. Quæ ratio nulla eſſe videtur, quoniam is habitus, ſicut eſſet genitus per actus imperatos ab appetitu, ita videtur inclinaturus tantum ad motionem corporis inclinante appetitu. Item is habitus non eſſet totale principium actus, ſed ſimul cum potentia executiua, quæ ſubiecta eſt appetitui, ideo hic habitus in ſua operatione penderet ab appetitu. Forte eſſet melius argumentum, quia actus à quocumque fiat, eodem modo cauſat, vel non cauſat habitum. Sed motus localis organicus, ſi fiat à Deo, vel angulo in nobis, non cauſabit in corpore habitum: ergo neque cum à nobis ipſis fit. Fatendum tamen eſt, his actibus habiliora ſæpe fieri corpora ad eorum repetitionem auferendo aliqua impedimenta, vel adferendo aliquam diſpoſitionem acommodatam motui, vt figuram, vel ſitum aliquem partium corporis, vel humorum, aut calorem, ſiccitatem, humiditatem, frigiditatem, raritatem, denſitatem, duritiem, vel mollitiem, flexibilitatem, vel inflexibilitatem, aut attenuationem humorum, aut quid ſimile, quod non ſit habitus per ſe ordinatus ad operationem. Fatentur id Angeſtus, Suarez, Valentia, Conradus, & ita interpretantur D. Thom. quæſtione. 50. articulo. 1. aſſerentem, habitus ordinatos ad operationem ſecundario reperiri in corpore, ſcilicet quoad eiuſmodi diſpoſitiones, quod tamen alij explicant, ratione potentiarum ſentientium & appetentium Argentina etiam. 3. diſtinct. 23. quæſtione. 1. articulo. 1. in fine ait, in equo acquiretur aliqua vera res, & qualitas realis in iunctutis & muſculis, per quam melius ſe habet ad ambulandum, quam ante habuerat. Imo Angeſtus id ſæpe contingere putat in potentijs vegetatiuis, aut etiam mere naturalibus & Suarez in externis inſtrumentis, interdum enim ipſo vſu & exercitatione am pliora ſiunt, vel quia perficiuntur quo ad figuram, vel quia leuiora, aut meliora fiunt, ſic etiã vires animæ vegetatiuæ conſuetudine diſponuntur, & idoneæ fiunt ad abſtinentiã, & moderationẽ, quia media cõſuetudine, vel qualitates primę remittũtur, vel partes corporis exciccãtur, vel cõprimũtur, aut aliquã eiuſmodi mutationem ſuſcipiunt, ſic circa ſomnum, ſanguinis minutionem, frigus, calorẽ, medicinas, & alia eiuſmodi, conſuetudo operatur.

ratur.Vt notat Caiet. quæſt. 50. att. 1. addens,
quin etiam in pure vegetabilibus apparet plā
tas aſſuetas irrigationi,areſcere,illa deficien-
te, ſimiles autem non conſuetas perſeuerare,
quamquam Caiet. exiſtimare videtur, eiuſ-
modi conſuetudines,quæ in corpore noſtro,
vel pure vegetabilib. fiunt,eſſe ſpeciales qua
litates.Addit enim,cum de conſuetudine plā
tarum loquitur,quamuis hoc alterata natu-
ra ex continua irrigatione fieri poſſet, quaſi
antea voluiſſet,non ex alterata natura,ſed ex
qualitate ſuper addita effectum illum proue-
nire,quod tamen fictitium eſt, & ſic videtur
Caietan.intellexiſſe,Medi.q.50.a.1. quoniam
ipſum reijcit,cum tamen ſimul Med. doceat,
membra vſu,exercitationeq. aptiora fieri, &
adducat exemplum Demoſthenis, qui cum
Balbus eſſet,& primam litteram artis,cui ſtu-
debat,pronunciare non poſſet, vſu & exerci-
tatione impedimentum abſtulit,& iuxta hoc
explicandus eſt Azor lib.3.c.20.q.4.concedēs,
ſi pictori v.g. alia manus daretur, non æque
bene picturum, & ſimiliter ſi abſq. exercitio
ſuo infunderet ei Deus artem, cuius cau-
ſam,ait Azor,non eſſe, quod per exercitium
in manu habitus generetur: ergo, quia per
exercitium aliquid aliud in manu ponitur,
nam in alijs corporis, vel animi partibus, vel
potētijs nihil præter habitus proprie dictos,
vel ſpecies(quæ quodāmodo, etiam ſunt ha-
bitus)per exercitium pingendi videtur acqui
ri,quod ad melius pingendū cōducere poſſit.
Vnde ipſe Azor ſtatim ait, ex exercitio acqui
ri calorem,ſiccitatem, & alias qualitates in
membris,quibus aptiora fiunt ad curſum, &
alios motus aliaſq. actiones. Idem ſenſit Pa-
la.3.d.23. diſput.3.vbi propterea ait. Si muſico
ſeni daretur manus iuuenis muſici, egregie
pulſatet,ſecus ſi daretur manus iuuenis non
muſici,quæ rudis,& inepta eſſet ad pulſandū,
propter effectum alicuius corporeæ diſpoſi-
tionis,quæ non eſt verus habitus, vnde male
Medin.ait,ſi citharædus digitos amitteret,&
alij, in naturalibus ſimiles ei redderentur nō
minus bene citharizaret,quam prius:nā qua-
litatibus corporeis citharizando acquiſitis
careret.Senex autem recte cerneret oculo iu
uenis,non aſſueti ad videndum; quia oculus
ex aſſuetudine nullam aptitudinem ad viden
dum acquirit.

Ex dictis patet ad argumentum Ochami
55. ad.1.vero conf.Reſp.in attibus promptitudi-
nem perſectam non haberi ſine exercitio, tū
quia membra non acquirunt illam diſpoſi-
tionem iam explicatam: tum maxime, quia
ſine experientia in ſe ipſo, etiam ſi doctrina,
& in alijs obſeruatio interueniat, nunquam
perfecte ipſa cognitio comparatur,aut com-
parata exiſtimatur,& ideo cum timore & tre
more,aut ſaltem cum imperfecta directione
ad opus proceditur; exercitati autem doctri-
na,& obſeruatione confirmātur, & confiden
tur ad opus progrediuntur. Attigit hoc Suar.
illa ſect.2.& Valent.punct. illo. 1. qui infert,
ſi alicui bene ſcribendi perito abſcinderetur
manus,eique noua diuinitus reſtitueretur in
eadem diſpoſitione corporali,ſine vllo habi-
tu æque bene ſcripturum,atque antea.Suarez
etiam bene ad.2. confirmationem Reſp. non
ſolum nunquam fieri motum artificioſum
ſine actuali cognitione, ſed neque motum
quidem,quamuis propter magnam prompti-
tudinem mentis & corporis, aut reflexionis
carentia, ſine vlla attentione, & cognitione
actuali opera artis effici videantur,idemque
docet Vazq.

Ad.3.confir. R.per ea, quæ de diſpoſitione
corporis ad modum habitus relicta diceba-
mus:quibus conſonat Angeſtus in moral. ca.
5.§.1.dubio.2.vbi,cum obieciſſet, dari homi-
nes eiuſdem complexionis, quorum vnus eſt
comeſtioni, aut potui, aut quarundam re-
rum digeſtioni aſſuefactus,alter diurno ſom-
no,alter aeri atque calori, vt viticalæ forna-
rij,fabri vitriarij,& curſores, talibus enim aſ-
ſueti,multo melius non aſſuetis ſe habent, q
ſignum eſt in corporibus generati habitus.
Reſpondet vt lib.2.de cauſis propriet.15.habe
tur, prænumeratas experientias niti princi-
piorum naturalium immutationi, nam certi
cibi,vel potus aſſuefactione acquiritur mem
bris complexio cibo, vel potui proportiona-
lis, & ſomno corporalis diſpoſitio ſomnum
requirens, quo omiſſo læditur natura, & in
aſſiſtentibus fornaci conſumitur humidum
roridum aptum per ignem ebullire,quo con-
ſumpto minus læduntur, & in expoſitis frigo
ri,aut calori acquiritur quædam dēſitas, qua
facilius illa tolerant, nam durum difficilius
ab extrinſeco patitur, in reliquis laboribus
exercitæ partes ſolidiores fiūt, & à ſuperflui-
tatibus puriores,atque fortiores, ſimiliter po
teſt videndi diſpoſitio abſque habitu melior
fieri,videlicet in oculo per pelliculæ, vel hu-
moris ablationem,aut per eius ſubtilitatem,
aut ingroſſationem,vel aliam qualitatis im-
preſſionem,& in potentia motiua acquiri po
teſt contrahibilitas, aut complicabilitas per
ablationem, vel confractionem humorum,
aut partium,aut aliorum impedientium, vel
impreſſionem qualitatum mollificantium,
aut conſolidantium,quod oleis,& vnguentis
fieri ſolet,quibus membra redduntur agilia,
& magis animæ obedientia in ſua motione,
ad quod iuuat, in anima eſſe varios habitus
cognitiuos,& appetitiuos per actuum frequē
tiam acquiſitos, prompteque membrorum
directiuos, poteſt etiā quis paulatim veneno

aſſuefieri,patet in puella napello nutrita, & in altera iusquiamo, nó quidem habitu, ſed corporea qualitate impreſſa, quæ fuit animæ inſtrumentum, quo ipſa veneno dominabatur,& coagente calore napellum conuertebat, vel iusquiamum in corporis ſubſtantiá. Simile eſt in re inanimata, quæ poteſt abſq. habitus acquiſitione diſponi ad actionum, vel paſſionum facilitatem,redditur enim baculus flexibiliot ex frequenti eius flexione, qua fit quædam ſubtilis aliquarum partium confractio.Non igitur in his omnibus cogimur habitum aſſerere.Hæc Angeſt.cui etiam conſonat Cælius Rhodiginus lib.11.c.13.referens puellam paulatim à tenera ætate veneno aſſuetam non ditrimentum, ſed alimentum ex eo in maiori ætate ſuſcipiſſe; à teneris adeò aſſueſcere multum eſt,vt ait Virgi. 2. Georgi.tefert etiam Plinius,lib.25.c.2. Mitridatem Regem Ponti veneno à iuuentute aſſuetum,eodem ſe poſtea extinguere voluiſſe, neque valuiſſe,vt narrat Lucius Florus, lib.3. c.5. vis etiam conſuetudinis in corpore patet ex illo Dauidis. 1.Reg.17. non poſſum ſic incedere,quia vſum non habeo, & Bernar. 1.de conſideratione,ca.2. Quid non inuertit conſuetudo,quid non aſſuetudine duretur, quid non vſui cedat. In inſtrumentis cernimus aſſuetudine aptiora fieri admotum, & in virga corrigia, vel papyro experimur nouam aliquam retinere figuram ex eo, quod aliquo té pore fuerint ita complicata. Vſu corpus facilius redditur ad certá quantitaté,vel qualitatem cibi: oſtium in cardine facilius mouetur verſus eam partem, qua moueri ſolitum eſt,quia pet motum conſuetum impedimenta tolluntur, & oſtium illi motui adaptatur, ita ergo membra quorum vnum in alio tanquam in cardine mouetur, per motũ aptiota ad motum tedduntut diſcuſſis,vel ſubtiliatis humoribus, vel ſublatis impedimentis, &c. Ex his omnibus patet in potentijs vegetatitiuæ partis, vt in nutritiua, augmentatiua,& generatiua, nullum eſſe habitum opeiatiuũ aſſuetudine genitum Vazq. diſput. 78. cap. 4. dict.vlt.& omnes,colligit ex D.Tho.q.50 a.1. & Ariſt.2.Ethic.ca.1. vbi ait,nihil eorum,quæ ſunt in natura,aliter aſſueſcit vt lapis, cui natura competit ferri deorſum;ſed hæ potentiæ ſunt naturales omnino, ideſt, non ſubiectæ voluntati,neque ſequentes cognitionem:ergo non acquirunt habitum pet aſſuetudiné, vide Azor lib.3.c.20.q.1. & 4.

SECTIO. II.

Vtrum in omni ſenſitiua potentia ſit habitus.

DICO.1. in potentijs ſentientib. externis nullam eſſe habitũ pro- 56.
prie dictum. In quo genere non 1. Concluſ.
collocamus ſpecies, nam licet iuxta communiorem opinioné dentur inſenſibus externis:tamen, quia dant poſſe,& non facile poſſe, ideo non ſunt proprie habitus;ſed complementa potentiarum. Et ideo quidam dicunt eſſe reducẽdas ad potentiá in prædicaméto qualitatis,licet alij eas teducant ad habitum,quia ſunt aliquid ſuper additũ potẽtiæ, & in ea manens per modum habitus.Imo Scotus.1.d.3.q.6.§. ad quæſtioné dicit eſſe vere habitum, ſed quidquid ſit de hoc,concluſio eſt communis, nominatim eá docent Suarez to.2.met.diſput.44.ſect.1. n. 15. & ſect.3.n.2. Angeſt.in moral.c.5.concl.9. cotol.3.Capreo.1. d.17. q.1.ad argum. Greg. contra.1.concluſionem D.Tho.in hac q. 50.a.3.ad 3. Valentia diſput.4.q.2.punct.2.Nobilius Flaminius.2.de fælicitate.c.2. Vazq. diſp. 78. c.4. dicto vltimo Azor lib.1. c.20. q. 1. & 4.& cap. 21.quæſt.5.

Probatur.1.quia potentiæ,quæ mere naturaliter operátur,& ſunt determinatæ ad vnũ, non ſunt capaces habituũ,quod docent Ariſtot.2.Ethic.c.1. dicens nihil eorum, quæ ſunt naturaliter,aſſueſcit,vt lapis ferri ſurſum aut ignis deorſum, & ideo lapis non fertur deorſum velocius,etiã ſi millies ante deſcenderit: ſi autem habitum acquiſiſſet,velocius deſcendetet,quia habitus,vt diximus, ad intenſionem iuuat:ſed ſenſus externi ſunt potentiæ determinatæ ad vnum, quippe qui nõ obediunt liberè voluntati, neque poſſunt rebus eodem modo ſe habentibus pro nutu voluntatis opetari:ergo non ſunt capaces habituum.Vnde viſus, etiam ſi millies rem videtet,non melius videt, quam in principio, ſi cætera ſint paria,& ſic de alijs ſenſibus externis,de quibus Ariſto.ſup.loqui certum eſt,ná ponit exempla inſenſibus externis. Conf. ex D.Tho.q.49.a.4.in corpore,& ad.2.& q.50.a. 1.aſſerente,potentiam non eſſe capacem habitus, niſi ſe habeat indifferenter ad multa, id eſt niſi in rebus eodem modo ſe habentibus ex imperio voluntatis poſſit in oppoſita contrarie,vel contradictorie, vt recte exponit Vazq.ſupr. ſed ſenſus externi non habent hanc indifferentiam, vt experientia conſtat: ergo.idem probat Angeſt. quia notitia intuitiua nullum generat habirum, alioqui poſſemus rem intueri in abſentia ipſius: ſed omnes notitiæ ſenſuum externorum ſunt intuitiuæ:ergo nullum generant habitum, & eadẽ ratione docet, in potentia appetitiua externa, quæ ſequitur ſenſum externum, & nihil appetit,niſi in eius præſentia,nullum eſſe habitum.Sed iam alibi docuimus, non dari ap-

petitus

titus ſenſitiuos externos,& alioqui nihil poſſent deſiderare,quia deſideriũ eſt de re abſenti,vt ſic:& deinde qui diceret, per notitiã intuitiuã ꝑduci habitũ negare omnẽ habitum poſſe exerceri in abſentia obiecti,ſed illũ tãtũ,qui ꝑducitur per notitias abſtractiuas,vel per actus appetitus,qui nõ pendẽt à præſentia obiectorum.Adhuc tamen poſſet aliquis exiſtimare,per notitiam intuitiuam neq.in ſenſu,neq. in intellectu produci habitum:ad nihil enim tunc videbitur conducere habitus, quia notitia intuitiua, ſi cætera præter habitum adſint, facile elici poteſt,quo circa ſi omnis notitia ſenſus communis eſt intuitiua, vt multi arbitrantur,nullus eſt in eo habitus: ſi autem idem ipſe eſt phantaſia, & cognoſcit in abſentia,ſub ea ratione erit capax habitus, vt de phantaſia dicemus:& ideo Angeſt. ſup. corol. 4.ait, inſenſibus internis, & potentijs appetitiuis,qui eos ſequuntur, non eſſe habitus in ordine ad actus intuitiuos,ſecus inordine ad abſtractiuos.Idem eſt d qualibet alia potentia interna,quæ ſolum operatur in præſentia obiecti, ſed an notitia intuitiua habitum relinquat,latius in hac eadem ſectione diſputabitur.

57. *2. Concluſ.* Dico.2.inſenſibus internis, ſaltem in aliquibus,vt in phantaſia,& memoria,conſtituẽdi ſunt aliqui habitus proprie dicti, nempe diſtincti à ſpecieb. ita Angeſt. modo citatus, Ocam.3.quæſt.10. concl.3. quodlib.2. q. 16. & quodlib.3.q.17.dicto.3. & Geruaſius tract. noticiarum,tit.de habitibus,q.2. concl.3. Suarez tom.2 met.diſpat.44. ſect.4.num.14. & ſect. 3. n.6. D.Tho.hac q.50.ar.3.in corpore, & ad.3. Capreol.ſupra Durand.3.diſt.23.quæſt.1. n.10. *Fonſeca. 9. met. ca. 5. q.3.* Valent.illo punct.2.Vazq.illo c.4 concl.2. & 4.Azor lib.3.c.20.quæſt.4.c.21.q.5.Almai.3.moral.c.6.(licet.1.moral. ca.17. dicat, in ſolo intellectu,& voluntate eſſe habitus) Maior.3.d. 23. quæſt.2.Almai.ibidem,q.1.ar.3. Palac. diſput.1.Contad.q.50.ar. 3. ¶ *Prob. 1.* Probatur,quia poſt frequentiam actuum imaginatiuæ,& cogitatiuæ,ſeu memoriæ redditur quis prõptus ad ſimiles actus: ergo acquiſiuit in ſe habitum. Item hæ potentiæ ſunt indifferentes ad oppoſita contrarie, & contradictorie, & participant quandam libertatem à voluntate: ergo indigent habitibus,quibus iuuentur,& determinetur ad ſuas operationes. ¶ 3. in phantaſia ponendum eſſe habitum, probat Ocam in 3.ſup. quia poteſt operari remoto, vel deſtructo obiecto,& nihil operante ſenſu externo,qua etiam ratione oſtendit, ponendos eſſe habitus in intellectu. ¶ *Obiectio.* Dices, potentiæ iſtæ ſunt eiuſdem rationis in homine, & brutis,& eoſdem actus habent ſecundum ſpeciẽ: *Solutio quorundam.* ergo eoſdem habitus acquirere poſſunt: cõſequens videtur falſum: ergo. Ad hoc argum. quidam dicunt, in potentijs apprehẽſiuis internis brutorum nullum eſſe habitum præter ſpecies,nullamq. qualitatem produci frequẽtatione actuum:ita Suarez illa ſect. 3. num. 3. & ſequentibus. Et probabile cenſet Valent. illo puncto 2.

Suadet id Suarez quoniam vires ſenſitiuæ internæ in brutis determinantur naturaliter ad vnum ex vi ſpecierum; ſemper enim apprehendunt,& iudicant iuxta modum, ac qualitatem ſpeciei, per quam eis proponitur obiectum,quod quidem manifeſtum eſt, inquit Suarez,quando exiſtimatio, vel iudiciũ ſit in præſentia obiecti, & præſertim ſi nulla conſuetudo præceſſit, & ratio eſt clara, quia minorem indifferentiam habent potẽtiæ apprehenſiuæ quam appetiuæ:ſi ergo appetitus, vt diximus, habet naturalem determinationem; à fortiori phantaſia. Vnde ſi concurrãt in bruto variæ ſpecies obiectorum, quarum nulla ſufficiat ad determinandam apprehenſionem,vel exiſtimationem quaſi practicam deſugiendo, aut proſequendo obiecto, non poteſt determinari,donec ſpecies repræſentatiua aliquo modo immutetur. Vnde ſi in itinere prius brutum hæret, & timet progredi, fortiuſq. pungitur,ſtatim mouetur; quia ſpecie doloris vehementius excitatur, & determinatur:igitur in preſentia obiectorum ſemper ſit hæc apprehenſio mere naturaliter ex parte potentiæ, poſita ſufficienti ſpecie ex parte obiecti.ex quo facile intelligitur, eodẽ modo determinari in abſentia obiectorum, & ex conſuetudine, quia non minorem efficaciam requirunt, ex parte phantaſmatis in abſentia,quam in præſentia obiecti, tam poſt conſuetudinem,quam in principio eius:ergo ſemper naturaliter determinantur poſito tali phantaſmate:ergo non requirunt alium habitum,neque ſint capacia eius. Conſuetudo ergo in his animalibus non deſeruit ad acquirendum habitum,qui inclinet potẽtiam; ſed vt phantaſma ſic vel ſic repræſentans, firmius adhæreat,atq. ita fit, vt ex vi ſolius phãtaſmatis non apprehendant aliquid inſenſatum,neq. iudicent, obiectum eſſe fugiẽdum, vel ſectandum:interueniente autem conſuetudine, qua ſæpe experta ſunt, ſe pati dolorẽ in præſentia talis obiecti, ſpecies illius retineatur in memoria repræſentãs illud obiectum, vt doloriferum, atq. ita ex vi phantaſmatum,qua repetitione actuum firmius hæſent memoriæ, contingunt omnia, quæ per conſuetudinem,& experientiam, vel habitũ bruta videntur efficere:ergo non eſt neceſſarius in eis alius habitus: nam licet fingamus habitum in phantaſia bruti,ſi ſpecies non repræſentet obiectum cum omnibus circunſtãtijs requiſitis ad determinationem actus,non poterit

58. *Prob. Suarez.*

Digitized by Google

deter:mlnari ſi vero ſpecies repreſentat obie-
ctum cum omnibus eircunſtantijs, naturali-
ter determinabitur, etiam ſi non habeat ha-
bitum:eſt ergo impertinens talis habitus; &
conſuetudo ſolum efficit,vt ſpecies repræſen
tet obiectum,ſub his, vel illis eircunſtantijs.

59. Hæc Suarez, cui conſonat Vazquez, cap.
Vazq.
illo.4.num.29.& 30.Valent.autem aliter rem
declarat.Probabiliter,inquit,quis diceret, na
turam eiuſmodi potentiarum in brutis eſſe ta
lem,vt quando ab homine diuerſimode inſ-
tigantur, ac docentur ſolis potentijs,abſq. ali
qua qualitate ſuperaddita,naturali inſtinctu
operentur; ita vt illa aſſuefactio, & eruditio
hominis ſit ſolum conditio quædam requiſi-
ta,vt bruta ſic operentur naturaliter:& iuxta
hoc dicendum eſſet in illis ſolum eſſe quan-
dam ſimilitudinem habituum. Aiunt autem
Suarez,& Valent. forte nihil aliud velle D.
Tho.quam quod ipſi brutis tribuunt, & Vaz.
ait.D.Tho.nomine habituum ibi non intelli
gere habilitates comparatas per actus, vt hic
loquimur;ſed diſpoſitionem aliquam ſpecie
rum exqua prouenit, vt bruta ad hoc potius,
quam ad illud cogitãdum excitentur. Palae.
quoq. 2. d. 23. diſpu. 1.cum Alex.1.met. ait, in
brutis eſſe conſuetudinem non vero habitũ
proprie: explicat autem illam conſuetudinẽ
conſiſtere in ſpecierum firmitate, quam aſ-
ſuetudine acquirunt,& in illis non eſſe pro-
prie habitum probat ex Auerr.3. animæ text.
18. & Aug. lib.de bono coniugali.c.21. dicen-
tibus,*habitibus vtimur,vt volumus,* bruta autem
feruntur impetu naturæ:ergo.

60. Cæterum non dubito,quin D.Tho.in illis
Auctor.
poſuerit veras qualitates acquiſitas per ac-
tus. Prob. ſic enim loquitur D.Tho. q.50.a.3.
ad.2 *Sed quia bruta à ratione hominis per quandã
conſuetudinem diſponuntur ad aliquid operandum
ſic vel aliter,hoc modo in brutis habitus quodammo-
do poni poſſunt.Vnde Auguſt.lib.83.q q.36.non lon-
ge à principio, dicit, quod videmus, immaniſſimas
beſtias à maximis voluptatibus abſtinere dolorum
metu:quod cum in earum conſuetudinem vertitur
domita, & manſueta vocantur:deficit tamen ratio
habitus quantum ad vſum voluntatis, quia non ha-
bent dominium vtendi,vel non vtendi, quod vide-
tur ad rationem habitus pertinere,& ideo proprie lo
quendo,in eis habitus eſſe non poſſunt.* Certe ſi nul
læ qualitates in brutis ex actibus generarent
hac ratione negaſſet D.Tho. habitus proprie
dictos,*in brutis,& non ex carentia dominij, & li-
bertatis,quæ ratio minus certa eſt:* Non enim vi-
detur de ratione habitus eſſe, vt is,in quo eſt
poſſit libere illo vti, niſi fortaſſe ſub condi-
tione, quòd in eo ſit libera voluntas: nam
lumine gloriæ non poſſumus libere vti: tamẽ
habitus eſt in opinione multorum:& in pue-
ris, & amentibus generantur habitus,quibus
tamẽ libere vti non poſſunt; quia libertate
carent, & Angeſtus ex eo probat in moral. c.
5. §.1. concl.9.corol.4.in potentijs noſtris ſen
ſitiuis eſſe habitus, quia inueniũtur in brutis:
*Quod,*inquit,*habitus in his potẽtijs ſit, quoad actus
abſtractiuos,& appetitiuos,patet,nam bruta quadã
videmus diſciplinæ, & eruditionis capacia, & per
actuum frequentationem acquirire quorundam ope-
rum conſuetudinalem,quandam peritiam ſub arte,
vel induſtria cadentium: hæc autem conſuetudinа-
lis peritia habitus eſt cognitiuus, directiuus eorum
in illis artificialibus,& eadem eſt de appetitu ſenſi-
tiuo interiori ratio.* Hæc Angeſt. Azor etiam q.
illa.4.ait opinionem. D. Tho. quam ipſe ap-
probat eſſe,*Quod in belluis præter rerum abſentiũ
imagines,manent quædam qualitates impreſſæ aſſue
tudine quibus recordantur, ſe hoc, vel illud ſæpe fe-
ciſſe,ſe verbere, vel fuſte percuſſa fuiſſe, frequenter,
ſic vel aliter membra corporis agitaſſe, ſaltaſſe, cu-
curriſſe,&c. quæ qualitates ſunt quodammodo ha-
bitus licet non proprie,quia non vtantur eis ex im-
perio voluntatis.*Sed ipſe Azor eaſdem qualita-
tes appellat ſimulacra, & ſimilitudines vnde
non videtur conſequentet loqui, aut expli-
care debuiſſet,quæ ſint iſtæ imagines genitæ
per aſſuetudinem, & quomodo diſtinguãtur
ab alijs,quæ aſſuetudine genitæ non ſunt:for
te vult, aſſuetudine gigni ſpeciem ipſius aſ-
ſuetudinis,qua brutum cognoſcit, ſæpius ſuo
bono, vel malo aliquid egiſſe, aut paſſum
fuiſſe:vnde poſtea mouetur ad illud deteſtan
dum vel proſequendum. Similiter Azor eo-
dem lib.c.21.q.5.ait in ſenſibus internis bruta-
rum non eſſe artes,vel habitus,ſed rerum ab-
ſentium imagines,& ſimulacra,quę ipſis poſ-
tea frequenter occurrunt ex quibus facile
mouentur. Cardinalis etiam Sarnanus in di-
rectorio Theologico,verbo habitus, cũ May
ron.3.d.33.ait notandum, quod in brutis poſ-
ſunt generari habitus correſpondentes illis
habitibus,quos habent homines in parte ſen
ſitiua,vel imaginatiua,ſicut videtur in brutis
ioculatoribus, & in auibus loquentibus, &c.
con ſimilibus, & profecto ſi in his brutorum
potentijs nulla qualitas ex actibus generari
dicatur,nulla erit ratio,qua cogamur, inſen-
ſibus noſtris internis,& in appetitu ſenſitiuo
eiuſmodi qualitates conſtituere, tum quia
potentiæ ſenſitiuæ noſtræ, & brutorum eiuſ-
dem rationis ſunt, ac proinde actus, qui in
noſtris potentijs ſenſitiuis habitus generant,
etiam in ſenſitiuis brutorum eos generabũt:
tum quia ſicut ſecũdum aduerſarios ſine his
qualitatibus ſaluantur omnes experientiæ in
brutis, ita in nobis ſaluari poſſent, maxime
cum plures earum referre poſſemus ad habi-
tus inhærentes intellectui, & voluntati, vel
ad aliquid aliud in his potentijs exiſtens hoc
autem eſt contra D. Thom. & veritatem vt
dictum deter

Digitized by Google

dictum eſt,& latius infra dicetur,ergo.Deinde in appetitu ſenſitiuo brutorum dari huiuſmodi qualitates,infra oſtendemus:ergo eadẽ ratione ponendę ſint in internis ſenſibus hominum,& hoc intendit Maior.3.d.23.q.2. expreſſe docens, dari habitus inſenſibus internis,& in appetitu ſenſitiuo tam bruti, quam hominis, productos per ipſos actus, & Durã. eadem.d.q.1.n.10.ait in brutis oportet, quod ſit aliquis habitus acquiſitus quamuis non ſubiaceat alicui libertati, cum in perfectis animalibus ſit memoria; dicit enim Ariſtot. lib.de memoria, quod in memorando vnum poſt aliud operatur cõſuetudo, quæ eſt quaſi quædam natura,&c. denique in brutis eſſe habitus iſtos impropriè dictos aperte tenet Caiet.q.50.a.1.Coorad.a.3.& q.56.a.4. Almai. 3.d.23.q.1.a.3.concl.4.

61. Neque argumenta aduerſa vrgent; nam quamuis internæ potentiæ ſenſitiuæ brutorum ſint determinatæ ad vnum,quatenus rebus eodem modo ſe habentibus, neceſſe eſt eodem modo operari,tamen quia earum opera varia ſunt,neceſſum fuit habitibus adiuuari in ſuis functionibus,atque determinari, vt quando ſine habitu nõ poſſent in actum prodire, cum habitu poſſint. v.g. canis non apprehenderet vt malam comeſtionem alicuius cibi,niſi habitum acquiſiuiſſet, quo iudicaret,eam comeſtionem ſibi eſſe noxiam, tamen illis actibus iudicandi repetitis genito habitu,iam abſq. memoria fuſtis quo ſæpe cũ cibum illum attingeret cæſus eſt,iudicat,comeſtionem illius ſibi eſſe noxiam coram domino,vel ſub alia circunſtantia, qua cædi ſolitus eſt. Similiter ex habitu genito in appetitu ſenſitiuo abſtinet ab eo cibo quando niſi habitum illum acquiſiuiſſet, non abſtineret: tametſi habitum iudicatiuum in interno ſenſu antea comparaſſet.Sed rogas an bruta ſine inſtitutione aut induſtria ſuum qualemcũq. habitum comparare poſſint. Ratio dubitandi eſt,quia D.Tho.q.50.a.3.ad.2. cum Auguſt. lib.83. quæſtionum q.36.duntaxat meminit habitualis diſpoſitionis in brutis, quatenus à ratione humana per quandam conſuetudinẽ diſponuntur,& Suarez.2.tom.met. diſput.44. ſect.3.n.5.ait addere etiam poſſumus hanc imperfectam habilitatem, vel conſuetudinem non habere propriè locum in brutis,niſi quatenus aliquomodo ſunt capaces diſciplinæ per ſubordinationem ad rationem humanã. Nam in ſola experientia mere naturali minꝰ imitantur modum,aut vſum habitus, ſed ſolũ ex memoria repetita, naturali ſi inſtinctu operantur.Cæterum non video, quare illum qualemcumq. habitum ſine humana induſtria habere aut exercere non poſsint, licet id facile non ſit, interdum enim ſine induſtria humana ſit idem quod ex illa fieri ſolet, aut quid ſimile,vt v. g. equum cornib. tauri peti, vnde equus æſtimat, ſibi fugiendũ à tauro ex quibus iudicijs repetitis cur non generetur habitus, qui ſine memoria præterita percuſſionum ſtatim viſo tauro fugã equo ſuadeat, & ſic in ſimilibus,quod confirmari poteſt ex Ariſtot.1.met.in princip. vbi ait quædam bruta,quia memoriã habent,eſſe alijs prudentiora & diſciplinabiliora: ergo ex memoria eorum,quæ experiuntur,ſenſus interni eorum promptiores redduntur.

Ex quibus Reſp.in ſenſibus internis hominis eſſe veros habitus ſeu qualitates inhærentes potentijs diſtinctaſq. ab ſpeciebus,& conferentes illis facilitatem, quod etiam docet May rones.3.d.33.q.1.ar.3. in oppoſitum videtur inclinare Suarez illa diſp.44. ſect. 3. nu. 6. dicens id videri D.Tho.q.50. a.3. ad.3. Vbi de homine loquens ſolum ait in interioribus viribus ſenſitiuis apprehenſiuis eius poſſe poni habitus, ſecundum quos ſit bene memoratiuus,vel cogitatiuus,vel imaginatiuus, & adducit Philoſophum,lib.de memoria,& reminiſcentia cap. 3. dicentem quod conſuetudo multum operatur ad bene memorandũ: ergo non videtur D. Tho. ponere alium habitum in noſtro ſenſu interiori,niſi eum,qui deſeruit memoriæ,qui non videtur diſtinctus ab ſpeciebus magis,vel minus perfectis. 62. *In ſenſibus internis hominis ſunt veri habitus.*

Azor ſupra inſenſibus internis hominis ſolum ponit imagines,ſimulacra,& ſimilitudines aſſuetudine genitas quibus poſtea mouetur homo ad aliquid proſequendum, vel fugiendum,addit tamen Suarez nihilominus veriſſimilius videtur incogitatiua hominis acquiri habitum diſtinctum à ſpeciebus dantem facilitatem, & inclinantem potentiam ad aliquos actus determinate. Ratio, inquit, eſt,quia cogitatiua hominis non eſt ita ſimpliciter determinata ad vnum, ſicut phantaſia bruti:nam poteſt aliquomodo ex imperio rationis moueri, & determinari ad operandum,vt ibidem D.Thom.docet, & ideo ſicut appetitus ſenſitiuus hac ratione eſt capax proprij habitus,ita & cogitatiua vt promptius,& facilius obſequatur rationi in ſuis apprehenſionib. & cogitationibus, & iudicijs ſibi proportionatis dę ſenſibilibus fugiendis, vel appetendis,& hoc totum exiſtimo comprehendiſſe D.Tho.ſub illis verbis,vt homo ſit bene memoratiuus,cogitatiuus, & imaginatiuus. Hæc ille, ſed iam diximus, eſſe mentem D. Thom.ſic ab omnibus intellectam, in ſenſibus internis hominis & brutorum per exercitium actuum imprimi qualitates, quibus promptius,& facilius operentur. 63.

Offerunt ſe autem hac in re nonnullæ difficultates. 1. an in his potentijs dentur non ſolum 64. *1. Difficult.*

ſolum habitus iudicatiui,ſed etiam appreheſiui. ¶ 2. An apprehenſiui habitus non ſolum deſeruiant ſimplici apprehenſioni, ſed ordinatæ,ita vt ſeruetur ordo inter terminos, & propoſitiones ſeu alias orationes? ¶ 3. An habitus iudicatiui non ſolum deſeruiant notitijs abſtractiuis, ſed etiam intuitiuis. ¶ 4. In quo horum generum ſint habitus memoratiui,cogitatiui,& imaginatiui,quos D. Tho. poſuit loco citato. Quæ omnes difficultates,ſuas habent rationes dubitandi,quas omitto,nam ex doctrina tradenda diluentur.

2. Difficul. *3. Difficult.* *4. Difficul.*

65. *Auctor.* Primo, ergo probabile exiſtimo, nullum dari habitum mere apprehenſiuum, qui ſit proprie habitus,vel qualitas in hærens potentiæ diſtincta ab ſpeciebus,ita tanquam certũ videtur ſupponere Angeſtus, c. 5.moral. §. 2. concl.5.qui generaliter docet, omnem habitum potẽtiæ cognoſcitiuæ eſſe indicatiuum, & diſtinctum ab ſpeciebus,ſi dantur, quibus extrema ſeorſum facile apprehẽdantur,quia, ſi daretur talis qualitas,aut eſſet producta per apprehẽſionem alterius extremi, vel vtriuſq. vel ordinis inter vtrumque. Nihil autem horum dici poteſt, apprehenſio enim hominis v.g.quomodo poteſt dare facilitatem ad cognoſcendum ſtatim leonem, vel ècontra? apprehenſio autem ordinis, licet poſſit cauſare facilitatem ad cognoſcendum ipſum ordinem,ac proinde extrema ordinata: tamen non videtur neceſſaria ad recitandum voces, vel apprehendendum eo ordine, quo antea fuerunt apprehenſæ: neque ſemper eſt inter eas ordo,cuius apprehenſio poſſit talem facilitatem cauſare:ea ergo facilitas non conſiſtit in ſpeciali qualitate ſed potentia ex natura ſua habet eo ordine,quo res ſæpe apprehẽdit,eas reddere,& ideo poſtquam res ſæpe ordine aliquo apprehendit,dicitur prompta, & facilis ad eaſdem res eodem ordine apprehẽdendas: & idem ſentio de ordine iniudicando, qui eſt in ſenſu interno, vel intellectu, præterquam in eo euentu quo vnum iudiciũ ex natura ſua valet inferre aliud, vt iudicia præmiſſarum inferunt iudicium, & aſſenſum concluſionis propter vim diſcurrẽdi, quæ eſt in intellectu,quæ tamen non eſt in ſenſu aliquo interno,etiam in cogitatiua, niſi vt ſub eſt actuali diſcurſui intellectus.

66. *Ad.1.& 2. difficult.* Vnde reſolutæ manent duæ priores difficultates, intelligitur etiam verum quidem eſſe,quod ait Vazq. diſput.78.c.4. n.29. & 30. quod pſittaci, & aliæ aues loquelam humanã imitentur, non prouenire ex habitu, ſeu habilitate aliqua per actus eorum genita,quamuis difficilia ſunt duo alia, quæ ibidem dicit. ¶ 1. eſt id in illis prouenire ex efficaci impreſſione ſpecierum, nam ſpecies, inquit, earum rerum adeò vehementer inſident imaginationi eorum propter aſſiduam doctrinam, vt potius ab illis ipſorum imaginatio excitetur, quam ab alijs. Sed certe efficacior impreſſio ſpecierum, licet conducere poſſit, vt potius imaginentur illa, quam alia:non tamen, vt eo ordine illa imaginentur,& proferant. Sed imaginatio ordinata prouenit ex natura potentiæ, quæ ordinate recepit, prolatio vero ordinata ex imaginatione ordinata ſimul cũ iudicio de bonitate illius prolationis prouenit.¶ 2.eſt,neq.in imaginatione noſtra habit⁹ eſſe conſtituendos ad hoc vt excitent magis aſſidue memoriam alicuius rei, ſed ſolum ad diſcurrendum,& per diſcurſum in memoriá melius reuocãdum, quæ antea nouimus,poſt quam ex alia cauſa ad hoc potius, quam ad illud cogitandum excitatimus: iam enim diximus ſenſum internum nũquam vere diſcurrere,ſed reddere apprehenſiones, & iudicia eodem ordine,quo illas ſemel,aut ſæpius recepit.

3. Autem difficultas inchoata eſt initio huius ſectionis,vbi retulimus opinionem Ang. cap.5.moral.§.1.concl.9. generaliter docentis (id quod etiam docet Maior.3. d.23. q.1. in fine) per nullam notitiam intuitiuam ſenſus externi, vel interni, vel intellectus produci habitum, quoniam omni habitu poſſumus vti in abſentia obiecti,non poteſt autem dari notitia intuitiua in abſentia obiecti: ergo nullus poteſt dari habitus inclinans ad notitiam intuitiuam, ac proinde neque productus per illam:quia omnis habitus inclinat ad actus ſimiles illis,à quibus genitus eſt. Item quoniam ad notitiam intuitiuam ſufficienter determinatur potentia per præſentiam, & ſpeciem obiecti:ergo ad illam nullus datur habitus. Conſonat Ocam.3. q.10. docens, ſi intellectus,& phantaſia nullũ habere poſſent actum in abſentia obiecti, nullum in illis habitum conſtituendum eſſe, quia non eſſet neceſſarius ad prompte & facile operandum. Almai.etiam.1.moral. cap.17.cum Scoto ait,per notitiam intuitiuam nullum produci habitum. 67. *Ad.3. difficultatem.*

Sed longe probabilius eſt generari habitũ per notitiam aliquam intuitiuam, quando enim ſenſu interno,vel intellectu iudico me videre,vel audire aliquid,illa noticia habens viſionem, vel auditionem præſentem pro obiecto,intuitiua eſt; tamen ea generat habitũ, quo poſtea facile,& pro npte indico, me aliquid vidiſſe,vel audiuiſſe,qui habitus ſi excidat,etiam ſi maneant ſpecies, & omnes habitus apprehenſiui,non manet potentia determinata,vt per eam homo iudicet vidiſſe, vel audiuiſſe rem:ergo per notitiam intuitiuam producitur habitus inclinans ad notitiam habendam in abſentia naturali obiecti: quæ notitia 68. *Auctor.*

notitia omnino, vel quodammodo eſt eiuſdem rationis cum ea, quæ habita eſt in præſentia obiecti, quia iudicat de exiſtentia obiecti eiuſdem, & pro eodem tempore, eodem modo, in eodẽ loco, &c. & fortaſſis etiam poteſt dari intuitiua etiam pro eo tempore, quo res non exiſtit. Præterea ſecundum D. Thom. & alios cogitatiua in nobis, & æſtimatiua in brutis non cognoſcit res inſenſatas niſi in præſentia rerum ſenſatarum, ac proinde cognitio æſtimatiuæ ſemper eſt quaſi intuitiua, in ea tñ D. & alij habitum ponũt: ergo is generari poteſt per notitiã intuitiuã. Neq. vero erit ſuperfluus, quia potentia per habitum determinari poterit ad melius intuendũ obiectum, vt quando anima eſt attentior, ſeu minus diſtracta, melius intuetur obiectum præſens; & poterit dari caſus, in quo potentia nuda non eliceret notitiam intuitiuam obiecti, ſecus autem potentia effecta à habitu.

69 Ad 4. Difficul. Ex quibus ad 4. difficultatem reſponderi poterit. Nam in imaginatiua, cogitatiua, & memoria ſunt iudicia, ad quæ oportet ponere habitus iudicatiuos, & præterea in imaginatiua, & memoria, vbi ſunt apprehenſiones diſtinctæ à iudicijs, oportet ponere alios habitus apprehenſiuos: non vero in cogitatiua, cui in brutis æſtimatiua reſpõdet, quia in illa non ſunt apprehenſiones diſtinctæ à iudicijs, vt neque in alijs ſenſibus, qui ſolum operantur in præſentia obiecti, cuiuſmodi ſunt ſenſus externi, & ſenſus communis: actus tamen memoriæ, & imaginatiuæ ſolent etiam cogitationes dici: & ideo nominibus habitus imaginatiui, cogitatiui, & memoratiui poſitus à D. Thom. habitus iudicatiui, & apprehẽſiui comprehendi poſſunt.

SECTIO III.

Verum in intellectu ſit aliquis habitus proprie dictus.

70 RESPON. in intellectu conſtituẽdos eſſe aliquos habitus proprie dictos diſtinctos ab ipſis ſpeciebus, & earũ ordinatione. Huic concluſioni videntur repugnare aliqui Thomiſtæ putantes, habitus intellectus eſſe ſpecies ordinatas, ſeu ordinationem ſpecierum. 1. Opinio. ¶ Refertur Fonſecas. 5. met. quæſ. 9. qui tamen probabilius putat in intellectu dandum habitum diſtinctum ab ſpeciebus: male etiam pro hac ſententia à nonnullis citatur Capreol. q. 3. prologi. eam tamen opinionem tenent alij, vel abſolute, vel vt probabilem quibus 1. Argum. fauet D. Thom. de veritate q. 10. art. 2. vbi poſtquam probauit, in intellectu poſſibili remanere ſpecies intelligibiles poſt actualem cõſiderationem, ſubdit & harum ordinatio eſt habitus ſcientiæ, & de verit. q. 24. art. 4. ad 9. ait, habitum intellectus eſſe aliqualem ordinationem ſpecierum, & idem docet de verit. q. 10. ar. 2. in fine, & 1. contra g. c. 56. ratione 5. & 3. d. 14. q. 1. ar. 1. q. 2. & 3. & ar. 3. q. 4. in corpore. & ad 3. & opuſ. 9. q. 81. idem ſignificat 1. p. q. 12. ar. 2. & in hac q. 50. art. 4. vt probet in intellectu eſſe habitus, dicit, *expreſſe Ariſt. 3. animæ tex. 8. ait, quod intellectus poſſibilis cum recipit ſpecies intelligibiles, tunc fit in actu eo modo, quo ſciens dicitur eſſe in actu*: ergo ſignificat, vt ibidem notat Caiet. habitum ſcientiæ eſſe ipſas ſpecies intelligibiles, & alioqui ex iſto Ariſt. dicto non recte inferret D. Tho. habitus proprie dictos eſſe in intellectu. Item infra q. 67. ar. 2. ait, *formale in ſcientia eſſe ſpecies intelligibiles, materiale vero eſſe phantaſmata*, & 3. p. q. 12. ar. 2. ſentit augmentum ſcientiæ habitualis conſiſtere in additione ſpecierum; quod non eſſet verum, niſi habitus ſcientiæ eſſet aggregatum quoddam ſpecierum. Adducitur etiam Auerroes. 1. met. tex. 17. dicens, ſcientias non aliud eſſe quam ſpecies. 2. Argum. ¶ Ratio etiam ſuffragatur, nam intellectus apprehenſis terminorum ſignificationibus, naturaliter, & neceſſario aſſentitur primis principijs, non apprehenſis autem non poteſt aſſentiri: ergo ad talem aſſenſum impertinens eſt habitus præter ſpecies, quibus ſignificata terminorum apprehenduntur, & quæ ſolæ determinant potentiam ad aſſenſus primorum principiorum, & ſimiliter ſi quis euidenter cognoſcat principia, & ea in modo & figura conuenienti connectat concluſioni ſcientificæ, neceſſario aſſentitur concluſioni, & aliter non: ergo impertinens eſt alius habitus præter ſpecies ordinatas ad talẽ aſſenſum. Quod ſi vel aliqua permiſſa non fuerit euidens, aut ipſa conſequẽtia, accedente affectu voluntatis inclinabitur intellectus primario ad aſſenſum illius, ſecundario autem ad aſſenſum concluſionis: ergo etiam eſt impertinens habitus fidei humanæ vel opinionis ad aſſenſum propoſitionis ineuidẽtis, ſed ſufficient ſpecies ordinatę, cum alijs requiſitis. Ad nullum ergo actum intellectus oportebit ponere habitum proprie dictum & diſtinctum ab ſpeciebus ordinatis. 3. Argum. ¶ Tertio arg. non Caiet. infra, quæſt. 54. ar. 4. §. quoad 1. ait, conſtat in Angelis habitus ſcientiæ non eſſe niſi ſpecies intelligibiles. Idem ergo de habitibus humanæ ſcientiæ dicendum eſt.

71 2. Opinio. Nihilominus tenendum eſt, in intellectu dari habitum proprie dictum diſtinctum ab ſpeciebus, & earum ordinatione. Capreo. in prolog. ſent. q. 3. Sotus & Toletus. q. 3. procemiali logicæ Bergon. in concordantijs dub.

Digitized by Google

ſitas ſpecies obiectorum,& ideo in principio
magna inquiſitione, & conſideratione indi-
get; poſt conſuetudiné vero,vel frequentiam
actuum magnam experitur facilitatem:ergo
ſignum eſt acquiri habitum diſtinctum à ſpe
ciebus. Præterea habitus intellectus quidam
ſunt virtutes alij non,& quidam ſunt practi-
ci,alij ſpeculatiui:hę autem diſtinctiones vix
poſſunt applicari ſpeciebus intelligibilibus,
aut eorum collectionib. vel ordinationibus:
ergo habitus intellectualis non conſiſtit in
ſpeciebus, vel earum collectione aut ordine.
75. Prob.3. ¶Deinde, ad iudicia incerta, aut ineuidentia
intellectus non eſt determinatus, ſed deter-
minari poteſt imperio voluntatis,eo melius,
& facilius, quo intellectus ipſe melius fuerit
diſpoſitus:ideo inordine ad eiuſmodi iudicia
oportet in eo habitus iudicatiuos ponere. Vt
auté recte obedi[a]t in ordine ad apprehenſio-
nes,oportet in eo ponere habitus apprehen-
ſiuos. Vnde dari poteſt caſus, in quo intellec-
tus habitu præditus obediat voluntati quoam
tum ad apprehenſiones,& iudicia, inquo ca-
ſu non obediret,ſi habitu præditus non eſſet,
quamuis haberet optimas,& optime ordina-
Probat. 4. tas,& radicatas ſpecies. Præterea ſpecies in-
telligibiles ſecundum ſe ſumptæ ſolũ repræ-
ſentant res ſimplices,& incomplexas, & ſoli
apprehenſioni proxime & immediate deſer-
uiunt, communeſq. ſunt idiotis,& ſapientib.
imo in eis ſæpe idiotæ excedunt: ergo neque
nullis neque in illis neq. in earum collectio-
ne conſiſtunt ſapientia, & ſcientia,alijq. ha-
bitus intellectuales, qui in ſapiétibus, & pru-
dentibus, non in idiotis, & inſipientibus re-
periuntur, quib. immediate aſſentiuntur pro
poſitionibus, quæ ſunt res complexæ, & com
poſitæ.Si dicas, ſcientiá,ſapientiam, & alios
habitus intellectuales non in ſpeciebus, vel
eorum collectione præciſe conſiſtere, ſed in
ordine ſeu ordinatione ſpecierum,vel in col
lectione ordinata ipſarum. Contra quia ordi
natio ſpecierum intelligibilium non poteſt
intelligi ſecundum ſitum,cum ſint in eodem
ſubiecto indiuiſibili, neq. ſecundum inhæ-
rentiam,quia vna non inhæret alteri, neque
mediante altera,neq. (quidquid aliqui dicát
quamuis eſſet etiam contra aduerſarios) eſt
qualitas, ſeu habilitas, quam intellectus ac-
quirit ad ordinate vtendum his ſpeciebus,
& recte iudicandum ſecundum illas: nam,
vt vidimus ſuperiori concluſione, in ſpecie-
bus internorum ſenſuum ordinatio ſpecierũ
non eſt qualitas,ſed eſt ſtatus potentiæ ex vi
ordinati vſus ſpecierũ determinatæ ad ordi-
nate vtendũ illis, quæ ordinatio non deſer-
uit immediate iudicio,ſed apprehenſioni:er-
go non eſt habitus ſcientiæ,ſapiétiæ,artis,vel
prudétiæ &c. qui habitus ſunt qualitates de-
ſeruiétes immediate iudicio,& his habitibus
indiget intellect⁹ propter rationẽ D.Th. hac
q.50.a.4.ad.1.quia nimiũ eſt potentia indiffe
rens ad multa:vnde per varios habitus debet
ad varias actus determinari, & adiuuari, prõ-
ptaq. & facilis reddi. Itẽ habitus ſupernatura-
les intellectus ſunt diſtincti à ſpecieb. intelli
gibilib. ergo,& acquiſiti: conſequentia tenet
ex paritate rationis. Antecedẽs probať, quia
habitus fidei,& donorũ Spiritus S.ad intellec
ctũ pertinétes,ſunt infuſi in vita auté pręſenti
de lege ordinatia non habemus ſpecies in-
fuſas:ergo tales habit⁹ nõ ſunt ſpecies. Quod
de habitib. viæ qui exiſtunt in fidelib. fatetur
Vazq. illo n.22.quãuis neget de habitu ſcien-
tiæ beatæ, & ſcientiæ infuſæ Chriſto, aduer-
ſus communem opinionem,& cõtra D. Tho.
3.d.14.q.1.art.1. q.2.ad.1.& quæſt.3.& de verita.
q.2?.a.2.

Ad argum. autem aduerſariorum ſumptũ 79.
ex D.Tho.R.Capreol.& Bergom. ſup.habitũ
ſcientiæ apud D.Tho.aliquando ſumi pro ha
bilitate potentiæ ad iudicandum, aliquando
vero pro collectione ſpecierum ordinatarũ
quæ ob permanentiam,& alia ſimilitudinem
habent cum habitibus,licet non ſint proprie
habitus. idem docet Rubius in poſterioribus
tract.1.de habitibus.q.2. n.38. & ſeqq. Deinde
Sotus,Ferra Caiet.& idem Suarez,Rubi.Reſ-
pondent,ſpecies eſſe habitum ſcientiæ nõ for
maliter,ſed fundamentaliter,originatiue, &
inchoatiue. Sed hoc non eſt verum loquẽdo
de ordine habituali ſpecierum: nam habitus
ſcientiæ non procedit ex illo, ſed ex ordine,
vel ordinato vſu actuali D. autem Thom.
ſæpe videtur loqui de ordine actuali. Vnde
Reſp.3. D. Tho. velle, ſcientiam completiue
conſiſtere in ſpeciebus habitualiter ordina-
tis,quamuis enim quis eam qualitatem habe
ret,quæ per actus acquiritur,non eſſet prom-
ptus ad eliciendum actum ſcientiæ, niſi ha-
beret ſpecies ordinatas ordine habituali re-
ſultante ex ordine, ſeu ordinato vſu actuali.
Probat autem D.Thom. in hac quæſt. 50. art.
4. habitus proprie dictos eſſe in in intellec-
tu noſtro, quia in eo ſunt ſpecies, de quibus
eadem eſt ratio iuxta authores, quos impug-
nat,itaque non intédit,ipſas ſpecies eſſe pro-
prie habitus. Quando vero D.Thom. de po-
tentia, quæſt.2. a.1.ait. *Quidquid eſt in intellec-
tu aut eſt potentia intellectiua, aut actus intelligen-
di,* aut ſpecies intelligibilis, aut verbum, ſeu
conceptus: non comprehendit habitum no-
mine ſpeciei intelligibilis,neq.ideo diminu-
tã fecit numerationem: nõ enim intendebat
numerare omnia. quæ ſunt in intellectu, ſed
tantum ea, quæ inqualibet intellectione
neceſſario reperiri debent. & ideo reliquit
habitum,qui non eſt ſimpliciter neceſſarius

Digitized by Google

ad intelligendum, ſed ad prompte, & facile intelligendum. Ad reliqua argumenta ſect. 4. & 5. reſponndebimus.

SECTIO. IIII.
Vtrum in intellectu ſit habitus etiam in ordine ad. 1. principia.

77. *Ad arg. 2 poſitū ſect. præcedẽti.* PRO parte negante eſt ſecũdum argumẽtum poſitum ſectione. 3. Ad quod Reſ. quamuis adhibita demonſtratione neceſſario aſſentiamus concluſioni, tamen non eſſe ſuperuacaneum habitum ſcientiæ: nam poſtquam illum habuerimus, poterimus concluſioni aſſentiri etiam non adhibita demonſtratione vt recte Suarez tomo. 2. met. diſput. 44. ſect. 4. num. 8. & ſect. 6. in fine, & Angeſt. in moral. capit. 5. §. 2. in fine vbi dubitat, *an in propoſitionibus euidentibus requiratur cum apprehenſione motiuum, qualiter ante habitum acquiſitionem requirebatur; & ad aſſenſum concluſionis iam prius per demonſtrationem notificatæ, opus ſit demonſtratione, prout ante habitum,* & reſpondet, *in homine habituato non requiritur motiuum, quale prius. Patet, tranſeuntibus demonſtrationi omnibus, cum poſtea proponuntur concluſiones, quibus ſumus habituati, mox eis aſſentimus: & idem eſt de propoſitionibus fidei, vel alijs ineuidentibus, non refricando motiua, quibus dudum moti aſſentiebamus. Dicis forſitam, requiri voluntatis imperium, aut motiuũ, neceſſitans, quale ad primum aſſenſum generatiuum habitus. Huic non videtur quadrare hominum experientia mox ſine actu voluntatis credentium ijs, quibus aſſentiri habituati ſunt: tum etiam de carẽtibus vſu rationis, id in ſenſu interiori locum non haberet.* Hæc Angeſtus cui conſonat Almainus 1. morali. capit. 20. & 3. diſtinct. 23. quæſt. 1. articul. 3. concl. 2. docens: *poſtquam quis comparauit per demonſtrationem habitũ ſcientiæ, poſſe ſine demonſtratione, ipſo habitu vti,* & idẽ docet, de habitu fidei ſine cõſideratione motiui ſcilicet diuinæ teuelationis, idem ſentit Gabr. 3. diſtinct. 23. quæſt. 1. artic. 3. dub. 1. propoſit. 2. Ocham locis citatis ſect. præcedenti Naclantus Theorem. 3. Phyſi. dicens, *Vim ſeu potentiam habitus ſcientifici id habere, vt eſſentiale, & per ſe, vt vim ac facultatem præſtet intellectui, vt exire poſſit in actum, quod eſt complere innatam eius vim, vt valeat quantum ex ſe eſt ſtatim intelligere.* ¶Addimus, forte etiam præſente demõſ-
78. trationem habitum cõducere ne rationibus in oppoſitum aſſenſus ſuſpendatur: demonſtratio enim non ſemper tam clara eſt, vt cogat omnino ad exercitium nullis obſtantibus rationibus; aliquando enim ſolum cogit, non occurrentibus his aut illis rationibus in oppoſitum, vt viſa hoſtia ab aliquo non cogitãte de conſecratione, cogitur intellectus ad iudicandum ſub illis accidentibus eſſe ſubſtantiam panis: occurrente autem ratione dubitãdi, an ſit conſecrata, non cogetur intellectus ad illud prius iudicium. Vnde Almain. 1. moral. c. 17. ait, ad aſſenſum concluſionis neceſſarium eſſe habitum, quia intellectus nõ neceſſario determinatur aſſentiri concluſioni, quin poſſit per argumentum ſophiſticum ei diſſentire, etiam in præſentia demonſtrationis: falſum ergo eſt quod docet Dur. 3. diſt. 23. quæſt. 3. num. 8. & q. 4. n. 9. habitus cognoſcitiuos ſolum determinare & præbere facilitatem ad actus, quia in memoriam reducũt medium, quo propoſitio aliqua probata eſt, ſiue in cõmuni, ſiue in particulari. Nã alio modo determinant, & facilitatẽ præbent, vt diximus.

Addit quoq. Suar. illo n[illegible] cõſentanee ad
ferrar. 1. cont. gent. c. 56. & Caiet. ſup. q. 54. a. 4. 79.
& Capr. q. 3. prologi ad arg. Gregor. contra. 1. & 2. cõcluſionẽ ad applicandã demonſtrationẽ ipſam vtilem eſſe habitũ: habitus enim nõ ſolum inclinat ad aſſenſum ſuppoſita apprehenſione, ſed etiam ad vtendum ſpeciebus ordinate. Cæterum hoc potius videtur ortum ex habitu apprehenſiuo, & ex natura potentiæ, quæ habet eodem ordine, quotes intellexit, eaſdem poſtea intelligere, vt dicebamus, vel prouenit ex actu, vel habitu logicæ, quæ docet argumẽta conficere in qualibet materia habitus autem reliqui per ſe dantur ad iudicandum ſuppoſitis apprehenſionibus, & diſcurſibus, modo ſuperius explicato.

Quod vero aliqui dicunt, habitum ſcien-
tiæ conducere, vt clarius concluſio cognoſca- 80.
tur, nomine claritatis intelligendo verã eius intenſionem per additionẽ actus partialis: nõ ſatisfacit. ¶1. quia in actib. intellectus non datur proprie intẽſio, quantũcunq. enim actus fidei de eadem propoſitione in intellectu ſimul ponantur à Deo, aut ſcientiæ, opinionis &c. non dicar melius intenſiue rem intelligere, ſed tantum extenſiue, quia intelligo pluribus actib. ſicut res etiam ſi acceperet a Deo ſimul plures quantitates, vel figuras, numero ſolo diuerſas, non diceretur maior, nec magis quadrangularis. ¶2. Quia intenſio, quæ reperitur in cognitione, tantum conſiſtit in claritate, non autẽ res clarius intelligitur eo quod plurib. actib' cognoſcatur: ergo talis intenſio in aliquo alio debet conſiſtere: id autem nõ poterit explicari: ſi intẽſio debet eſſe proprie dicta: ergo talis non datur, ſed late dicta ſcilicet conſiſtens in hoc quod cognitio ſit diſtinctior, & plures rei partes, vel rationes attingat, & ad hoc non poteſt conducere habitus, quia omnis pars, vel ratio, quæ attingitur habitu, poteſt eadem

ſine

ſine habitu attingi: ergo ad hanc intenſionem late dictam non debet poni habitus ſcientiæ. Sed vt magis determinetur potentia ad aſſenſum concluſionis modis paulo ante explicatis. Et ſi hanc vocare velis intenſionem late dictam, non contendam: proprie tamen potius pertinet ad facilitatem ſeu eſt facilitas, ad quam opinione omnium ponitur habitus.

81. Quod vero attinet ad habitum intellectus, ibidem ait Suarez, etiam circa prima principia poſſe acquiri habitum, quia licet in ſe ſint perſe nota: nos tamen in eis cognoſcendis difficultatem patimur, vnde docet talem habitum deſeruire vt debite componendo ipſos terminos per ſpecies apprehenſos, facilius veritatem intueamur in immediata eorum connexione. Cæterum vt iam diximus ſcientiam non conducere per ſe, & immediate ad ordinate vtendum ſpeciebus, vel ad ordinandum ipſas propoſitiones. quia eſt habitus iudicatiuus. ita de habitu intellectus, qui eſt circa prima principia, dicendum eſt, perſe non conducere ad ordinandos terminos, ex quibus conſtant propoſitiones immediatæ; ſed id prouenire ex alio habitu apprehenſiuo adiuncto, vel ex ſola natura potentiæ, quæ ex ſe eſt prompta ad apprehendendum res eodem ordine, quo ſemel aut pluries eas apprehendit.

Opinio. habitu in …ellectu ſeu verſãte cir …a 1. princi- …pia.

82. Alij autem dicunt, habitum primorũ principiorum eſſe qualitatem ſuperadditã potentiæ, neceſſariam, vt ipſa potentia determinetur omnino ad aſſenſum ipſorum, itaque ſi Deus non indidiſſet hunc habitum, primus aſſenſus cuiuslibet. 1. principij aut non eſſet omnino, aut certe non eſſet neceſſarius quo ad exercitium, etiam ſuppoſita apprehenſione terminorum; ſed liber. Hæc tamen opinio nullum grauem authorem perſe habet, & communi aduerſatur, nam intellectus ſine vllo habitu ſcientiæ poteſt elicere, imo & neceſſario elicit aſſenſum concluſionis ſcientificæ, ſuppoſita demonſtratione: ergo ſine vllo habitu principiorum poteſt elicere, & neceſſario elicit aſſenſum primorum principiorum ex vi conexionis terminorum, vel ex vi inductionis.

2. Opinio.

38. Alij ſentiunt, ipſum potentiam intellectiuam eſſe habitum, quo prima principia cognoſcuntur, tenet Durand. 2. d. 24. quæſt. 1. num. 4. & 3. diſt. 33. quæſt. 1. ad. 2. num. 7. Palac. diſtinct. 23. quæſt. 1. Valen. hic diſput. 4. quæſt. 3. puncto. 1. qui ſuam ſententiam probant. 1. quia per eam facilius, & verius intelligitur, habitum principiorum atque adeo ſynderesim (quæ eſt habitus primorum principiorum practicorum eademque eſſe videtur cum habitu principiorum ſpeculabilium ſecundum D. Thom. quæſt. 53. art. 1.) eſſe inme impreſſam menti à Deo auctore naturæ, quod indicat Paulus Rom. 2. dicens, gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis ſunt faciunt, huiuſmodi legem non habentes, ipſi ſunt ſibi lex, qui oſtendunt opùs legis ſcriptum in cordibus ſuis, nempe per naturalem habitum principiorum ſeu ſynderesim, & Roman. 7. eandem ſynderiſim vocat legem mentis. Vnde Hieronym. Ezech. 1. ſynderesim vocat ſcintillam conſcientiæ, quæ nunquam extinguitur, & in epiſt. ad Demetriadem, quæ eſt 8. inquit ineſſe animis noſtris quandam ſanctitatem naturalem à Deo impreſſam, quæ veluti inarce animi reſidens, recti, & praui iudicium exercet, & Auguſt. 2. de liber. arbitr. cap. 12. propter einſdem ſynderesis intimam atq. naturalem mẽti noſtræ vim, affirmat, eſſe quaſdam incommutatibiles regulas ſapientiæ omnibus communes, vt iuſte eſſe viuendum, & deteriora melioribus ſubdenda, & ſua cuique tribuenda &c. Conſonat Ariſtotel. 6. Ethic. cap. 11. vbi poſtquam de ſagacitate, & ſentẽtia. Græce gnomi, multa dixit, ſubdit, quapropter naturalia hæc eſſe videntur, atque ſapiens quidem natura nemo eſt, ſententiam autem habet, & ſagacitatem, & intellectum natura, & D. Thom. 2. 2. quæſt. 5. artic. 4. ad. 3. ait, intellectum principiorum conſequi naturã ipſam. ¶ 2. Probant, nam intellectus perſe ſine vlla realitate ſuperaddita eſt determinatus ad aſſentiendum primis principijs, ita vt non poſſit eis diſſentire: ergo perſe habet rationem habitus, ſiquidem ratio habitus principiorum in hac determinatione, vt eſt bona, & conueniens homini, conſiſtit. Conſonat Scotus in 2. vt refert Alma. 1. moral. cap. 17. dicens ſicut non ponitur habitus cauſatus ex notitijs intuitiuis ita ſimiliter notitijs apprehenſiuis primorum principiorum poſitis, non eſt in poteſtate intellectus, quin aſſentiatur illis: ergo non eſt ponendus habitus in intellectu inclinans ad aſſentiendum primis principijs.

3. Opinio.

Ego tamen in Scot. hoc non reperio neq. id Scoto ab alijs attributum video, pro hac 84.
ſententia quidam referunt Sotum. 1. inſt. q. 4. art. 1. non procul à fine ſeu poſt. 2. conclu. vbi ait, habitum primorum principiorum ſpeculatiuorũ eſſe virtutẽ intellectus appulſionemq. & propenſionem ad aſſentiendum principijs ſpeculatiuis, ſynderesim autem ſeu habitum, primorum principiorum agibilium eſſe virtutem mentis, quæ nos inclinat ad aſſentiendum principijs practicis Vazquez tamen diſput. 79. cap. 2. putat, Sotum his ver-

bis non docere ſolam vim intellectiuam ſine qualitate ſuperaddita eſſe habitum circa principia ſimpliciter, ſed mihi videtur Sotũ his verbis ſatis innuere hãc tertiã opinionem meritoq. pro ea citari à Rubi. tract. 2. de habi. q. 1. Fonſ. 9. Met. c. 5. q. 2. Azor lib. 3. ca. 21. q. 1. & clari' eãdẽ ſententiã docet ipſe Sotus licet cũ formidine, ibi dicens. De hac autem ſynderesi deque habitu intellectus erga principia ſpeculatibilia per ſe nota, vinci hoc ſæpe argumento ſoleo, quod non ſint qualitates ab intellectu diſtinctæ. Nam habitus adhoc adhibentur, vt cum potentia indifferens ſit ad duo contraria, determinetur per eoſdem, & coarctetur ad vnum: intellectus autem per ſe ipſe determinatus eſt ad illa, quæ lumine naturali ſunt nota: non ergo opus habet aliqua qualitate veſtiri, ſed ipſæ forſan inclinationes naturales dicuntur inditi habitus: cui autem appoſitum probarius fuerit, aliam rationem meditetur &c. hanc ſententiam probabilem putat Medin. quæſt. 51 ar. 1 concl. 4. eandem D. Thomæ tribuit Almain. 3. diſt. 23. colum. 6. eo quod ſecundum D. Thom. quæſt. 49. ar. 4. quando potentia eſt de ſe determinata ad actum non eſt ponendus in ea habitus, Sed intellectus de ſe eſt determinatus ad prima principia: ergo. Confir. nam ſecundum D. Thom. ad diligendum Deum vt finem naturæ non ponitur habitus, quia voluntas per ſe eſt ſatis inclinata ad illum: ſed magis eſt inclinatus intellectus ad prima principia: ergo. Eandem opinionem tenuere, quidam apud D. Thom. 2. contra gent. c. 78. qui dixere, nullum eſſe habitum, quo primis principijs aſſentiamur, ſed quidquid muneris habitibus tribuimus, id totum conuenire intectui agenti, atque ea de cauſa illum ab Ariſtotel. 3. animæ, capit. 5, text. 18. appellatum fuiſſe habitum. Hanc quoque opin. tenent, ſi Fonſecæ, & Rubio credimus, fere omnes nominalis, & vere eam tenet Rich. 3. diſt. 23. ar. 1. quæſt. 2. vbi hæc verba habet. *Intellectus reſpectu eorum, ad quæ determinatur per ſuam naturam, proprie loquendo, habitu non indiget, neque voluntas reſpectu finis vltimi in generali, eo quod ad illum determinatur per naturam, niſi forte velis vocare habitum naturam intellectus, & voluntatis, inquantum per eas determinatur ad naturalem finis cognitionem, & dilectionem, in quos actus exeunt perfecta, delectabiliter, & faciliter, quod dico ad ſaluandum Ariſtotel. qui verſus finem. 2. lib. poſt. ponit in intellectu habitum principiorum, & 6. Ethic. capit. 4. numerat ipſum inter intellectuales habitus.* Hæc Richard. Scotus etiam, ſi credimus Almaino. 1. moral. ca. 17. ait: *Ad aſſentiendum principijs per ſe notis nullum dari habitum*, vt refert etiam Azor ſupra

Hanc opinionem confutat Suarez to. 1. met. diſputat. 1. num. 15. & Vazquez diſput. 79. cap. 3. num. 16. Azor illo cap. 21. Rubius, & Fonſeca ſupra quoniam Ariſtotel. 6. Ethic. c. 3. & 6. & ſecundo poſt. cap. vltimo ponit intellectum inter habitus, & virtutes intellectuales. Si autem non eſſet res diſtincta ab ipſa facultate intelligendi, improprijſſime imo falſo diceretur habitus; eſt ergo qualitas diſtincta à potentia intellectiua, vt etiam tenet Medin. quæſt. 51. artic. 1. & quæſt. 54. ar. 4. docens eſſe opinionem D. Thom. nimirum infra. quæſt. 90. artic. 1. in corpore, & ad argumenta, & quæſt. 51. a. 1. & 1. p. quæſt. 79. artic. 2. quibus locis idem docet Caietan. Conrad. & alij communiter. Ferrar. 2. contra gentes, cap. 78. qui idem deducit ex D. Thom. ibi ratione. 3. idem tenet Ferrar. eod. lib. cap. 78. Henric. quodlib. 5 quæſtio. 18. Buri. 6. Ethic. quæſtio. 11. artic. 3. Angeſt. in moral. cap. 5. §. 1. dubio. 1. Geruaſ. lib. notitiarum quæſtio. 2. de habitibus. argumento contra. 4. concluſionem, & eius ſolutione. Maior. 2. diſt. 23. quæſt. 2 Mayron. 3. diſt. 33. quæſtio. 1. art. 8. Viguet. cap. 3. §. 8. verſ. 1. 5. & 11. idem ſatis aperte ſignificant Conimbri. in Ethic. diſput. 7. quæſt. 6. arti. 1. & Fonſeca. 1. Metaphy. cap. 1. quæſt. 4. ſection. 4. Suadetur. 1. quia poſtquam, quis aſſenſum præbuit alicui principio, facilius illi aſſentitur, vt teſtatur experientia: ergo habitum comparauit. 2. nam ſi alicui homini vulgari proponãtur rationes aliquæ apparentes contra prima principia, videmus illum dubitare de veritate eorum, vt ergo firmius, & ſtabilius principijs inhæreat contra rationes apparentes, in eo collocandus eſt habitus ſicut ad ſimilem firmitatem circa concluſiones demonſtratas diximus conſtituendum eſſe habitum ſcientiæ. Sic etiam poſt intentionem finis habitus iuuat ad electionem medij vnici, quia licet per ſe loquendo ex intentione finis neceſſario ſequatur electio talis medij, tamen ſi in medio ſe offerant difficultates, poterit ſecundum aliquos voluntas non illud eligere, ſed valde conducet habitus ad electionem faciendam, vt impetus graui impreſſus, vel grauitas aucta cõducit ad vincendum impedimenta deſcenſus. Hæc omnia magis exequentibus conſtabunt.

Et ex Fonſeca confirmantur, qui. 9. Met.
cap. 5. quæſtio. 2. ſection. 1. etiam in ordine 85
ad prima principia communiſſima ponit intellectum reddi promptionem per qualitatem illi ſuperadditam diſtinctam realiter à ſpeciebus: nam etiam primum illud generaliſſimum, & communiſſimum principium

dequo-

Digitized by Google

de quolibet eſt affirmare vel negare, de nullo
autem ſimul facilius et promptius approba-
mus, poſtquam ſemel atque iterum appro-
batū eſt, et ſuas quaſdam habet difficultates,
quæ cernuntur in reddendis veris conditio-
nibus contradicentium anuntiationum: de
qua re Dialectici plus ſatis diſputare ſo-
lent, ſicut etiam illud, *omne totum eſt ma-*
ius ſua parte. Quod negant nonnulli eo-
rum, qui infinitum in actu admittunt, alij
vero vix defendunt: & illud, *quæ ſunt eadem*
vni tertio, ſunt eadem interſe, de quo ſunt variæ
expoſitiones apud theologos, & ſimiliter po
nit Fonſec. qualitatem ſuperadditam volun-
tati, quia promptior reddatur ad amplec-
tendum ſummum bonum, & ad bonum in
communi, quanuis ad hæc etiam conferant
habitus qui circa particularia bona verſan-
tur, quæ bonum in communi includunt, &
ſummum bonum participant: in ſenſibus au-
tem externis & in ſenſu communi ſimilem
qualitatem negat ibi & q. 3. quia ſolum per-
cipiunt ſua obiecta in ipſorum præſentia,
tunc autem ad eorum perceptionem perfe-
cte determinati ſunt ſine vlla ſuperaddita
qualitate diſtincta à ſpeciebus: in ſenſu au-
tem interno percipiente rem in abſentia po-
nit veros habitus illa q.3. licet q.2. neget eſſe
virtutes ſiue ad mores, ſiue ad cognitionem
ſpectantes. In potentijs autem quę non agunt
actione immanente, ait, nullum prorſus ha-
bitum eſſe. Conſonat etiam Rubius tracta. 2.
de habitib. quæſt.1. docens, habitum conferre
facilitatem in operando & hanc facilitatem
non eſſe releuationem conatus potentiæ
nam potentia eodem conatu operari poteſt
affecta & non affecta habitu, ſed facilitatē &
modum ſe habendi potentiæ, quæ expeditior
41 & propenſior eſt cum habitu, quam ſine illo.
Addit Rubius, in ordine ad omnia principia
poni verum habitum à potentia & ſpeciebus
diſtinctum, qui conferat facilitatem, nam
circa quædam principia errare intellectus
poteſt; circa alia autem licet errare non poſ-
ſit, tamen circa omnia poteſt aſſenſum ſuſ-
pendere ex imperio voluntatis, etiam præ-
ſentato obiecto, ſeu apprehenſis terminis:
cum ergo intellectus ex ſe non ſit omnino
determinatus ad aſſenſum cuiuslibet primi
principij, poteſt per habitum ſuperadditum
magis determinari & inclinari, maioremq.
promptitudinem & facilitatē habere. Hanc
igitur præſtat intellectui habitus principio-
rum, ſicut habitus ſcientiæ præſtat facilitatē
ad aſſentiendum concluſionibus per demō-
ſtrationem, quanuis per ſolam demonſtra-
tionem ſit determinatus ad illū aſſenſum. Et
eſſe qualitatem ſuperadditam intellectui,
colligitur plane ex Ariſtot. 2. poſt. capit. 26.
& 6. Ethic. capit. 3. D. Thom. ibid. & 1.2.
quæſt. 51. articul. 1. & quæſt. 94. art. 1. & 3. diſt.
33. quæſt. 1 articul. 4. & tenent Viguer. capit.
3. §. 8. verſ. 1. Caieta. quæſt. 51. articul. 1. & 2.
2. quæſt. 47. artical. 6. Conrad. hic. quæſt. 51.
artical. 1. et quæſt. 94. articul. 1. Ferr. 2. con-
tra gen. capit. 75. in fine et capit. 78. ratione.
3. Medina locis ſtatim citandis D. Thom.
q. 51. ar. 1. & q. 56. ar. 7. vbi etiam Caiet. Bañes,
Fonſeca, Suar. Rubius ſupra & alij commu-
niter, ex Ariſtot. 2. poſt. c. vlt. & 6. ethic. cap.
3. & 6.

86.

Dubium, an habitus principio vi ſit acquiſitus.

Suppoſito autem quod hæc qualitas ſit ſu
peraddita intellectui, et realiter diſtincta ab
illo, dubium eſt, an ſit indita, ſeu innata, an
vero noſtris actibus acquiſita? Vazq diſput.
49. cap. 3. & Azor ſupra et Suarez illa diſputa
tione. 1. ſect. 4. num. 15. Rubius tract. 2. de ha- *1. Opinio.*
bitib. quæſt. 2. Fonſeca. 9. Met. cap 5. quæſt. 2.
putant, hanc qualitatem non eſſe innatam,
ſeu inditam à Deo, ſed acquiſitam aſſenſibus
principiorum: probant. 1. ex Ariſtot. 2. poſt. *1. Argum.*
capit. vltimo, vbi ait, hunc habitum eſſe ac-
quiſitum non per demonſtrationem, ſed per
inductionem ex ſingularibus notis experien
tia ſenſuum. Et eodem modo loquitur D.
Thom. 2. contra gentes capit. 78. ratione. 3.
2. quoniam Ariſtot. 3. anim. capit. 4. ait, intel- *2. Argum.*
lectum noſtrum eſſe tanquam tabulam ra-
ſam, in qua nihil eſt depictum. 3. Nam ſi *3. Argum.*
hic habitus non eſſet facilitas vſu compara-
ta ad ſimiles actus promptius eliciendos,
nulla eſſet ratio aut fundamentum, cur exi-
ſtimaretur eſſe qualitas aliqua diſtincta ex
natura rei à potentia intellectiua. Conſe-
quēs eſt cōtra prædicta: ergo. 4. quia vt dixit *4. Argum.*
Ariſtot. 3. ani. cap. 4. intellectus natura ſua eſt
pura potentia in genere intelligibilium, et
tanquam tabula raſa in qua nihil eſt de pic-
tum; ergo nullum habet habitum innatum
et à Deo inditum. 5. Quia fruſtra poneretur
habitus dans facilitatem ante ſpecies dantes *5. Argum.*
ſimpliciter poſſe. 6. Quia ſi naturaliter ſumus
prompti et faciles ad aſſentiendum primis *6. Argum.*
principijs, nulla eſt ratio, qua probari poſſit,
id fieri per qualitatem diſtinctam à potentia
intellectiua, ſed facile dici poſſet, intellec-
tum per ſuam met ſubſtantiam eſſe promp-
tum et facilem ad aſſentiendum primis prin
cipijs, vt voluntas ſecundum opinionem mul
torum ad amandum bonum in communi, &
viſus ad videndum colorem. Conſequens au
tem eſt falſum, ergo ea qualitas eſt acquiſita.
Vnde D. Thom. quæſtione. 51. artic. 1. ſentit,
hunc habitum non eſſe naturalem ſecun-
dum ſe, ſed ſecundum inchoationem quan-
dam, quia ſcilicet actus per quos acquiritur,
non ſunt per diſcurſum habiti, ſed immedia-
te ab ipſo naturę lumine profluūt. 7. qa ad aſſe

rendum habitum iſtum eſſe in natum, nullũ prorſus eſt fundamentũ: ergo id non eſt aſſerendm. quod etiam tenet Suar.to.2.met. diſp. 44.ſect.23.n.1.Caiet.q.51.a.1.ad.1.dub. Ferra. 2. contra gent.c.78.circa.3.rationẽ, qui explicat D.Tho. q.51.art.1.aſſerentem eſſe innatum ſecundũ inchoationẽ, id eſt non ſecundum ſubſtantiam ſuam, ſed ſecundũ cauſam efficientem, nempe intellectum agentem, cuius vi producuntur ſpecies intelligibiles, & apprehenduntur termini, quibus cognitis, ſtatim præſtatur aſſenſus primis principijs, & adquiritur habitus ad ſimiles aſſeenſus. idem tenet Henric. quodlib. 5. q.18. Buri. 6. ethi. q.11. Almai. & Geruaſ. ſupra. idem ſupponit Scotus.3. d.33. §. ad quæſtionem, dicens ante omnem habitum intellectus dari in eo actum. idem tenet expreſſe Molin.1.p.q.58.a.1. concl.6. Zumel, eod.a.diſp.ſeu.q.1. Oroncius.12. margaritæ c.9.

87 *2. Opinio.* 2. Opin. hunc habitum putat eſſe innatum ſecuudum veritatem, & D. Thom. ita Conrad. infra q.94. art.1. quamuis quæſt. 51. art. 1. vtramq. opinionem in via D.Thom. ponat vt probabilem. Hanc etiam tenet Bañes. 1.p. q. 1.a.6.not.3. Viguer. c.3. §.8. verſ.1. & Medi. hic quæſt.54.art.4. & latius. quæſt, 51.a.1. & quæſt. 53.ar.1. qui explicat D.Thom. quæſt.51.a.1. aſſerentem, hunc habitum eſſe in natum ſecundum inchoationem, quia eſt innatus ſecundum habilitatem ad iudicandum, non tamen ſecundum ſpecies, quæ ad apprehenſionem, & conſequenter ad iudicium requiruntur. & ideo ait D.Tho.q.53.a. 1. dixiſſe eſſe immediate productum ab intellectu agente, nimirum quoad ſpecies intelligibiles, ad quas phantaſmata ſolum concurrunt materialite, iuxta D.Tho. 1.par. quæſt.84.ar. 6. (licet alij dicant concurrere inſtrumentaliter) & ideo tales ſpecies dicuntur produci immediate ab intellectu agente. Vtramq. opinionem, & D. Tho. explicationem ponit Conrad. quæſt.51. at.1. non tamen explicat Conrad. quæ nam iſtarum opinionum ei magis placeat, licet in 2. inclinare videatur, quam aperte tenet. q.94. a. 1. Omnes iſti in hoc conueniunt, quod habitus iſte nõ ſit ipſa ſpecies; cuius oppoſitum ſenſiſſe Capreo. quæſt.3. prologi. a. 1. concl.1 docẽt Valentia loco proxime citato, & Medin. quæſt.51.art.3. ipſum reijcientes: tum quia habitus principiorum eſt innatus, ſpecies autem non, tum quia habitus deſeruit primario ad iudicium, & tenet ſe ex parte potentiæ: ſpecies autem primario deſeruiunt ſoli apprehẽſioni, & tenẽt ſe ex parte obiecti. Supponunt etiam prædicti omnes, præſertim Caieta. & Medi. q.51.a.1. Ferra.2. contrag. ca.78. cum D. Tho. ibi ratione. 3. habitum primorum principiotum non eſſe intellectum agentem, vt quidam dixerunt, eo quod Ariſtot. 3. animæ tex.18. dixit, intellectum agentem eſſe ſicut habitum, quod tamen teſtimonium non cogit, ſolũ enim vult Ariſt. eſſe ſicut habitum, quia eſt forma poſitiua & lumen fixum, permanens, quo principia ſtatim manifeſtantur, vt aſſerit D.Tho. ſuper Boëtium de Trinitate ar. vlti. & habitum eſſe non poſſe probatur: tum quia eſt potentia quædam animæ, & quidem pure actiua; habitus autem debet eſſe diſpoſitio inhærens potentiæ alicui paſſiuæ. Tum quia Ariſt. 2. ethic. c.3. & .6. in eodem ſubiecto ponit habitus ſcientiæ & intellectus, ſed ſcientia eſt in intellectu poſsibili: ergo. Ibidem debet habitus collocari. Vt autem in tanta opinionem varietate mentem meam aperiam.

Dico in primis nullam experientiam, aut 88
rationem cogere, vt ad intelligenda.1. princi *1. Concl.*
pia aliquem habitum proprie dictum & per ſe iudicatiuum ponamus: promptitudo enim quam inuenimus in aſſenſu primorũ principiorum, referri poteſt ad intellectum agentẽ & poſsibilem & ſpecies intelligibiles, quorũ nihil proprie eſt habitus, ſed vel potentia, vt duo priora vel complementum potentiæ, vt poſtremum, licet omnibus iſtis nomen habitus late & improprie tribui poſſet. *2. Conclu.* ¶ Deinde ſentio, ad ſaluandum Ariſto. D.Thom. & alios, qui hunc habitum inter habitus proprie dictos enumerant, neceſſario eſſe diſtinguendum realiter ab intellectu non ſolum agente, ſed etiam poſsibili, nam iſtæ potentiæ nõ poſſunt proprie habitus appellari, & præterea Diuus Thomas quæſt.53.art.1.&.2. contra gentes.c. 78. aperte docet, habitum primorum principiorum tam ſpeculiabilium: quá practicorum eſſe in intellectu poſsibili tanquam in ſubiecto & eſſe cauſatum in eo ab ab intellectu agente: ſentit ergo ab vtroque re ipſa diſtingui. Neque loquitur de habitu improprie dicto, qualis eſt ſpecies intelligibiles, ſed de habitu proprie dicto: nam illum aperte diſtinguit à ſpecie intelligibili.

Rurſus non videtut impoſsibile, hunc habitum ſecundum ſubſtantiam ſuam eſſe in *3. Concl.*
natum, congenitum, ſeu potius concreatum animæ: ſiquidem tantam facilitatem habere videmur in aſſenſu primorum principiorum initio vitæ, ac poſt frequentiam aſſenſuum, modo apprehenſio terminorum, & cætera ſint paria: hoc etiam ſuadet.1. argumentum.1. opinionis. Quod confirmatur ex Aug. initio Ps.57. dicente, manu formatoris noſtri in ipſis cordibus noſtris veritas ſcripſit, quod tibi non vis fieri, ne facias alteri: hoc & antequá lex daretur, nemo ignorare permiſſus eſt, vt eſſet, vnde iudicarentur etiam de quibus lex non eſſet data, &c. & .2. de ſer. dom. in monte expli-

Digitized by Google

explicans illam petitionem, & ne nos inducas intentationẽ, ait. quis enim ſcribit in cordibus hominum naturalẽ legem niſi Deus de qua lege Apoſtolus ait, *cum enim gentes, quæ legẽ non habent, &c.* Rom. 2. ſic exponit D. Tho. q. 19. a. 4. id pſ. 4. *Quis oſtendet nobis bona, ſignatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine.* Id eſt à vultu tuo deriuatum, & ſic hunc pſal. exponit Turre. & Titelem, licet hic in annotat, dicat hanc expoſitionem eſſe myſticam. Confir. hæc doctrina quoniam Angelis inditi ſunt habitus principiorum, & cõcluſionum (quod Medi. ait aſſeri ab vniuerſis theologis fallitur tamen) quid ergo mirum, ſi omnibus inditus ſit habitus primorum principiorum, quaſi ſeminarium ex quo facile reliqui habitus intellectus prodire poſſint, & hoc videtur magis intendere D. Tho. q. 51. a. 1. dicens, *eſſe innatum ſecundum inchoationem*, nempe, quia ipſa eius ſubſtantia innata eſt (vt exponit Valen. quamuis hunc habitum ab intellectu nõ diſtinguat) imo expreſſe D. Tho. ſatis ſe exponere videtur, dicens: *In potentijs autem appetitiuis non eſt aliquis habitus naturalis ſecundum inchoationem ex parte ipſius animæ quantũ ad ipſam ſubſtantiam habitus,* Quaſi dicat in apprehenſiuis eſſe innatum ſecũdum ſubſtantiam ſuã. ſed non poſſe ab initio operari ex defectu ſpecierum, & ideo ibidem, vt explicet, quomodo ſit naturalis ſecundum inchoationem, ait: *Quia naturale eſt homini, cognito, quid ſit totum & quid pars, cognoſcere, quod omne totum eſt maius ſua parte, ſed quid ſit totum, & quid pars, cognoſcere non poteſt, niſi per ſpecies intelligibiles abſtractas à phantaſmatibus*, & q. 49. a. 1. ad. 3. ait. *Eo, quod habitualiter in eſt, quandoque aliquis vti non poteſt propter aliquod impedimentum; ſicut homo non poteſt habitu vti ſcientiæ propter ſomnum: & ſimiliter puer non poteſt vti habitu intellectus vel etiam lege naturali, quæ ei habitualiter ineſt, propter defectum ætatis, &c.* & 2. diſtinct. 24. quæſtio. 2. ar. 3. *ſynderesis*, inquit, *à ratione practica diſtinguitur, non quidem per ſubſtantiam potentiæ, ſed per habitum, qui eſt quodammodo innatus menti noſtræ ex ipſo lumine intellectus agentis, ergo ſicut, & habitus principiorum ſpeculatiuorum.* & ibid. ad. 3. ait. *Habitus naturalis nunquam amittitur, ſicut patet de habitu principiorum ſpeculatiuorum, quem ſemper homo retinet; & ſimile eſt etiam de ſynderesi.* & 1. part. quæſt. 78. ar. 12. ait, *Principia operabilium in nobis naturaliter indita, non pertinent ad ſpecialem potentiam, ſed ad ſpecialem habitum naturalem, quem dicimus ſynderesim.*

89. In qua opinione quod ait D. Tho, q. 53. a. 1. & 2. contra gent. c. 78. hunc habitum eſſe cauſatum ab intellectu agente, intelligi debet, quoad vſum, vel quia dependenter ab illo eſt inſitus humanis mentibus à Deo. Quod vero dicũt Caiet. & Ferre. poſitis ſpecieb. vel cognitione terminorum ante iudiciũ dimanare hunc habitũ &c. vi intellectus agentis, recipiendũ non eſt, quia habitus iſte eſt facilitas ad iudicandum de principijs: ergo non ſequitur ad ſimplicem apprehenſionem, ſed ad iudicium, patet conſequẽtia, quia habitus inclinat ad ſimiles actus illis, à quibus ꝓducitur, cum ſit velut ſemen, ac virtus relicta ex actu. Item, quia ex ſimplici apprehenſione ſequitᷣ immediate iudicium, quo valet produci habitus, ergo fruſtra ponitur produci poſt talem apprehenſionem ab intellectũ agente. Item intellectus agens ſuppoſita apprehenſione totius ſyllogiſmi non producit habitum ſcientiæ: ergo nec ſuppoſita apprehenſione principiorum habitum intellectus. Item iſte habitus non intenditur, nec augetur immediate aut ſola apprehenſine media ab intellectu agente, ergo nec producitur, & multo minus dicendum eſt produci à ſolo intellectu agente, vel poſſibili actione proprie dicta, vel naturali emanatione ad ſolam præſentiam ſpecierum intelligibilium, vt recte probat Rubius tract. 2. de hab. quæſt. 2. num. 47. & ſeqq. quia vt potentiæ fluant ab anima non eſt aliud neceſſarium: ergo nec vt fluat habitus iſte ab intellectu, ſi admittamus fluere. Item, 2 quia natura non debet dare facilitatem, ſed poteſtatem, imo ne hanc quidem cõfert completam, ſed poſtea cõpletur per ſpecies acquiſitas: ergo ſimiliter facilitas debet eſſe noſtris actibus acquiſita, vnde Ariſtot. & D. Thom. experimento aiunt gigni, non ſola apprehenſione terminorum, vel præſentia ſpecierum, & ſi dicendum eſſet, non eſſe acquiſitum proprijs actibus, potius dicendum eſſet, eſſe omnino innatum, quam eo modo comparari, quo Caiet. & Ferrat. aſſeruerunt. Similiter nec recipiendum eſt, quod Conrad. quæſtion. 51. ar. 1. dixiſſe videtur peculiariter tribui intellectui agenti, quia ipſe eſt tota cauſa iudicij, quo producitur talis habitus; nam illud iudicium non fit per ſe ab intellectu agente, ſed à poſſibili informato per ſpecies, ſicut alia iudicia: neq. Sonci. in ea fuit ſententia 4. met. q. vlt. ad. 3. ſed ſolum docuit, ideo cognitionẽ principiorum vocari naturalem, quia proxime, & non mediante alia cognitione oritur ex lumine: ſic etiã Conrad. ſup. ait, habitũ principiorũ naturalẽ dici, quia nõ ſupponit aliũ habitũ, ſicut alij habitus ſupponere ſolent, & ita dicendum eſt, eſſe naturalem, ſi vere congenitus non eſt; quod probabile eſſe dixi.

SED adhuc veriſimilius eſt, hunc habitum eſſe acquiſitum ſecundum ſubſtantiam ſuam: quod & maior pars doctorum etiam Thomiſtarum tenent, & magis videtur conſentaneum Ariſtoteli ſecundo poſt 90. *Concl. 4.*

cap.vltimo,& D. Thom.infra quæſt. 53. art. 1. & 2. contra gen. cap.78. qui dicit hunc habitum eſſe ex ſenſibilibus acceptum, & cauſatum ab intellectu agente. Item in voluntate ſenſu interno, & appetitu ſenſitiuo nullus habitus eſt innatus, ergo neque in intellectu. Item facile poteſt acquiri: ergo fruſtra eſſet inditus à principio. Item Ariſtot. 2. poſt ca.vltimo abſurdum putat,habitum aliquem diu nos latere,quod tamen de hoc eſſet aſſerendum,ſi eſſet inditus: quia vſque ad vſum rationis non ſe explicaret.idem ſuadent rationes Vazquez,& Suarez, neque vlla ratio, aut auctoritas cogit, aſſerere hunc habitum eſſe ſecundum ſubſtantiam ſuam innatum. Sancti enim, & ſcripturæ facile exponuntur, vt ſolum velint, legem naturalem eſſe nobis à Deo impreſſam, non formaliter, ſed virtute; quia Deus intellectum impreſſit,qui ſtatim apprehenſis modico diſcurſu terminis, iudicat, aliqua eſſe facienda, aut omittenda. ſic explicat D. Thom. quæſt. 90. art.1. & ita dicendum eſt, etiam ſi habitus iſte inditus ſit ſecundum ſubſtantiam ſuam, quoniam non ipſe, ſed iudicium ex illo immediate, vel mediante diſcurſu profluens, lex naturalis eſt ,vt etiam colligitur ex Auguſt. loco citato. 2. de ſermone Domini in monte. Quod vero in 2. opinione aſſerebatur ex Ariſtotel. 6. Ethic. cap. 11. ſententiam,ſagacitatem, & intellectum natura nobis ineſſe,non vero ſapientiam, Vazquez diſputat. 79. cap 6. ait, ſic eſſe intelligendum cum D. Thom. Euſtratio, ac Donato in eum locum, quia intellectus principiorum naturalis philoſophiæ, de quibus agebat,inductione comparatur,& experiétia ſenſuum, qui nobis natura inſunt.Similiter ad ſagacitatem & gnominim ineſt quædá vis naturalis in ſenſibus, non vero ad ſapientiam, quia præceptore, ac demonſtratione indiget, quæ explicatio colligitur ex Ariſtotel. ibi dicente. Horum igitur, & ſenſum habere oportet, qua propter, & naturalia hæc eſſe videntur, & infra:ſignum autem eſt, nos hæc etiam ætates ſequi putare,atque hæc ætas intellectum,& ſententiam habet tanquam cauſa ſit ex ipſa natura. Alium locum Ariſtotel. recte etiam ibi exponit Vazquez, ſed eius expoſitionem non refero, quia ad rem præſentem nihil refert.

Siue autem iſtæ habitus ſit inſitus ſecundum ſubſtantiam, ſiue non, minime aſſerendus eſt neceſſarius ſimpliciter ad aſſentiendum principijs. Videtur contra Medinam quæſtion. 51. art. 1. ad. 1. vbi ſic ait, intellectus de ſe non eſt inclinatus ad aſſenſum primorum principiorum, niſi medio lumine naturali, ſicut homo non eſt inclinatus adridendũ niſi riſibilitate, &c. Sed noſtra ſententia,quam etiam Azor,Suar. Coſec. Rub. Vazq. alijq. communiter tenent, probatur,quoniam cæteri habitus naturales non ſunt ſimpliciter neceſſarij ad proprios actus; neque dant ſimpliciter poſſe, ſed facile poſſe: ergo idem de hoc habitu dicendum eſt, & alioqui homo deſtitutus habitu iſto nihil poſſet velle aut iudicare; quia omnes actus voluntatis ſupponunt iudicium, & ante aſſenſum alicuius principij nullum poteſt eſſe iudicium in intellectu, & res hæc certior eſt,ſi hic habitus eſt acquiſitus; debet enim acquiri per proprios actus, ac proinde per aſſenſum euidenté primorũ principiorum elicitum ab intellectu ſine vllo habitu:conducit ergo habitus iſte dumtaxat ad melius aſſentiēdum primis principijs,& hoc eſt,quod ait Mayrones. 3. diſt. 33.quæſt. 1. at. 8. hunc habitum poni propter perfectionem, idem ait de habitu diligendi Deum, ſed quod ait, non poni eiuſmodi habitus in intellectu, & voluntate propter difficultatem, quæ ſit in actu,falſum eſſe conſtabit.

Tota autem difficultas eſt,quomodo quis
habitu iſto melius aſſentitur primis princi- 91.
pis,quam ſine illo, ſiquidem explicatis termi- *Difficultas*
nis, neceſſario omnino aſſentitur; non explicatis autem,nullo modo aſſentietur,quod eſt fundamentum negantium hunc habitum diſtingui ab intellectu. Hunc nodum ſoluere conatur Angeſtus loco citato dicens, ſicut aſſenſus præmiſſarũ cum aſſenſu bonitatis conſequentiæ neceſſitat intellectum ad aſſenſum concluſionis, & tamen adhuc eſt vtilis habitus ſcientiæ; quia per illum magis inclinatur,& determinatur intellectus ad talem aſſenſum: ita licet intellectus cum ſola apprehenſione terminorum neceſſario aſſentiatur primis principijs, non erit ſuperuacaneus habitus; quia per illum magis inclinabitur,& determinabitur ad talem aſſenſum. Sed hæc ſolutio non omnino ſatisfacit, nam habitus ſcientiæ, vt diximus conducit ad aſſentiendum concluſioni,dum non fit demonſtratio, quando non poſſet intellectus ſine habitu habere aſſenſum concluſionis: conducit quoque vt etiam occurrente ratione in contrarium non ſuſpendatur aſſenſus, & ita magis inclinat, & determinat intellectum ad aſſenſum quam ipſe intellectus ex ſe ſit inclinatus, & determinatus:in habitu autem principiorum nihil ſimile apparet,aut id profecto debuiſſet explicare Angeſt.

Vazquez diſput. 79. capit. 34. aliter hunc 92.
nodum explicare connatur,imprimis ſupponit contra aliquos iudicium non eſſe actum diſtinctũ ab apprehéſione conuenientiæ, vel diſſonantiæ extremorũ; ſed ipſam apprehéſio-

ſionem talis conuenientia, vel diſſonantia; alioqui quatuor eſſent operationes intellectus, contra Ariſtotel. 1. phyſicorum capitul. 1. qui tantum tres ponit, ſimplicium apprehenſionē, compoſitionē, vel diuiſionē, & argumentationē eſſet enim iudiciū inter ſimplicium appræhenſionem, compoſitionē, vel diuiſionem. Item alioqui habitus principiorum eſſet ſuperuacaneus imo & cæteri habitus: nam cognita conuenientia prædicati cum ſubiecto facile ſequitur aſſenſus concluſionis euidentis, vel probabilis, ergo ad promptè aſſentiendum non erit neceſſarius vllus habitus intellectui, quod eſt falſum: ergo.

¶ 2. Supponit duplicia eſſe. 1. principia quædam ita ex ſe manifeſta, vt ſtatim atq. audiũtur, intellectus noſter eis aſſentiatur, qualia ſunt principia mathematica vt patet. 6. Ethi. capitu. 8. alia vero difficilia, præſertim ea quę ſunt principia naturalis philoſophiæ, horum namque aſſenſum in inductione nobis comparamus, vt docet Ariſto. 2. poſt. c. vltimo. 1. met. ca. 1. 6. Ethic. c. 3. & 8. 1. poſt. c. 14. & ſi obijcias cognitionem principiorum certam eſſe & euidentem, ac proinde non poſſe inductione comparari, quæ non videtur argumentum neceſſarium, ſed tantum probabile & topicum: tum quia Ariſt. 1. top. c. 10. eam recenſet inter argumenta topica, quæ probabiliter ſolum colligunt concluſionē, tum etiam, quia forma argumentandi per inductionem, ſi ponatur illa particula, & ſic de ſingulis, aſſumit aliquid ineuidens & incertum: ſi vero non aſſumatur, conſeq. eſt nulla, aut incerta, quia ex eo quod aliquid euenit in aliquibus, vel multis ſingularibus, nō ſequitur, in alijs euenire. Reſpond. inductionem efficax argumentum eſſe argumentando à multis ſingularibus ad vniuerſalem propoſitionem regulariter intellectā, ſecluſa aliqua peculiari, & inſolita cauſa. Vt ſi quis dicat ſemper flante auſtro ſequi pluuiā in tali regione, quia id ſępiſſime expertus eſt. Si vero in mente non rectè inſpiciantur circunſtantiæ, vel procedatur ex ſingularibus incertis, & ineuidentibus, argumentum non erit neceſſarium, ſed topicum & ſic intelligitur Ariſt. in topicis. Ex his tandem colligit Vazq. ad principia cognita per inductionem requiri habitum ſumptum pro habilitate addita intellectui; ad reliqua vero non: idem tenet expreſſe Almai. 1. moral. capitul. 17. Sed hic modus dicendi mihi non placet. 1. quia ſicut poſſumus apprehendere extrema, nihil iudicando, ita eorum vnionem, vt patet experientia quando dubitamus, an ſint, vel non ſint vnita. Neq. hoc eſt contra Ariſtotel. 1. perihern̄, nam nomine compoſitionis, & diuiſionis iudicium comprehendit, non ſolam apprehenſionem vnionis extremorum & facta tali apprehenſione adhuc ſæpe eſt difficillimum aſſentiri illi: ideo habitus ad facile aſſentiendum neceſſarij ſunt. ¶ 2. non placet, quia Ariſtotel. & philoſophi, ac theologi non ſolum ponere videntur habitum ſuperadditum intellectui in ordine ad principia manifeſta per inductionem, ſed etiam ad alia nota ex terminis quod probat Mai. 2. d. 23. q. 2. quia experiētia cōſtat nos poſt frequētationē actuū facilius aſſentiri primis principijs perſe notis: explicandum ergo eſt quo pacto ad aſſentiendum facile eiuſmodi principijs habitu intellectui ſuper addito indigeamus.

Azor illo, capi. 21. ait, hunc habitum non 93
dare intellectui vim qua aſſentiatur, ſed facultatem qua facile promptè & expedite inductione ſingularia numeret, & commune principiū cōcludat, & ei præſtet aſſenſū: hoc enim aſſiduitate & exercitatione concludēdo ex ſingularibus comparamus. Sed non ſatisfacit, tum quia ſupponit in ordine ad principia nota ex terminis nullum dari habitum, tum quia ad numerandum promptè & expedite ſingularia nullus datur habitus iudicatiuus, ſed apprehenſiuus, vel memoratiuus; ad aſſentiendum autem propoſitioni vniuerſali ex inductione ſingularium licet ponendus ſit habitus præbens facilitatem, ſicut habitus ſcientiæ præbet facilitatem ad aſſentiēdū propoſitioni deductæ ex principijs perſe notis, aut per experientiā tamē talis habitus, ad hoc ſolum conduceret, eſſet imperfectior ſcientia ex perſe notis procedente, cum hæc euidentius concludat: nam euidentius argumentum ſit ex perſe notis, quam ex inductione: conſeq. eſt abſurdum: ergo dicendum eſt, dari ad principia perſe nota, ſeu ex terminis, & ſic inueſtigandum eſt, quid ad talia principia cognoſcenda conferat? Palacios. 3. diſtinct. 23. diſput. 1. ait, ad principia, quæ dicuntur dignitates, & axiomata, vt quodlibet eſt, vel non eſt, nullum poni habitum: quia ad eorum aſſenſum intellectus natura ſua determinatus eſt, ideoq. non indiget habitu dirigente, aut moderante eorum intellectionem, ſecus ad principia, quæ ſunt petitiones in ſcientijs, vt ſi ab æqualibus æqualia demas, &c. Nam ad hæc non eſt determinatus intellectus ex natura ſua. Sed contra: quia ſi hæ petitiones perſe & ex terminis notæ ſunt, non indigebunt habitu, ſi vero non ſunt perſe notæ, non erunt principia, ſed cōcluſiones.

Burid. 6. Ethic. quæſt. 11. cenſet, hunc habitum ſuperadditum intellectui, eſſe neceſſarium, non quidem ad abſolutione aſſentiendum principijs, cum hoc fiat naturaliter, ſed ad aſſentiendum firmiter, ac ſine

formidine; quo pacto, dicet, tantum aſſentiri primis principijs eos, qui frequenti vſu aſſenſus principiorum veluti eduxerunt, & naturali lumine intellectus hunc habitum compararunt cæteri namq. facile dubitant de illis, ſi obijciantur argumenta ſophiſtica atq. hoc proprium munus huius habitus dicit ſe experientia comprobaſſe hoc pacto. *quæſiui*, inquit, *à multis vetulis, vtrum crederent, ſe poſſe ſimul comedere, & non comedere, & ſtatim reſponderunt quod non. Tunc ego ſic arguebam. Vos ſcitis quod Deus eſt omnipotens: ipſe poteſt totum mundum annihilare, creditis ne ergo, quod Deus poſſit facere, vt ſimul comederetis & nō comederetis, & reſponderunt, neſcio, nimirum dubitantes circa prima principia, quia non erant exercitatæ in aſſenſu illorum & ideo carebāt habitu ergo illi.* Hanc opinionem impugnat Valentia illa quæſt. 3. puncto. 1. dicens. *ſed hæc opinio aperte videtur contra mentem Philoſophi & aliorum ponentium habitum principiorum eſſe circa principia naturaliter nota: de quibus nemo, qui intelligat terminos, poſſit dubitare. Neque quod illæ vetulę dixerint, ſe neſcire, ſufficiens ſignum eſt eius, quod vult Burid. forte enim voluerūt tantum dicere, ſe nolle, ſeu non poſſe reſpondere ad illud argumentum, tametſi minime dubitarent de illo principio: impoſſibile eſt aliquid eſſe & non eſſe, atque adeo eundem hominem ſimul comedere & non comedere. adde,* inquit Valentia, *quod ſecundum hanc opinionem Burid. habitus principiorum nihil fere differret ab alijs acquiſitis*, nihilominus exiſtimo Burid. attingiſſe ſolutionem, quæ tamen explicatione aliqua indiget: duplicia enim ſunt prima principia, vt notat Toletus. 2 poſte. cap. vltimo in tex. & quæſt. 1. Flandr. 1. met. quæſt. 4. articul. 5. Alb. ibid. tract. 1. capitul. 6. Anton. Andreas eodem lib. (ſi credimus Fonſecæ infra) & hanc eſſe communem ſententiam fatetur Niph. eodē libro. Eam tenet Albert. eodem libro poſt tracta. 2. capitul. 6. quem citat & ſequitur Tolet. eodem lib. capitul. 3. particu. 5. Almai. 1. moral. capitul. 17. quædam ſunt nota ex ſola apprehenſione terminorum, de quibus ait, Ariſtote. 4. Met. capitul. 3. tex. 9. eſſe per ſe nota & negari mente non poſſe ſeu contrarijs propoſitionibus aſſentiri alioqui haberet ſimul quis opiniones ſeu aſſenſus contrarios: quod eſt impoſſibile. *Impoſſibile*, inquit Ariſtotel. *eſt, quempiam putare idem eſſe & non eſſe, quemadmodum Heraclitum dicere arbitrabantur non enim, neceſſe eſt, quæcunque quis dicat, ea etiam putare*, &. 1. poſt. capitul. 3. cognoſci ex terminis: ſufficit namque quid per totum, quid per partem intelligatur, cognoſcere, vt ſtatim, nullo iudicio præcedenti cognoſcatur, omne totum eſſe maius parte. Vbi Albertus tract. 2. capit. 6. vt obſeruat Toletus eodem. capitulo 3. particula. 5. comparat has propoſitiones viſibilibus luminoſis, quæ ſuo proprio videntur lumine, abſque vllo alio extrinſeco & Ægidi. 2. poſt. capitul. vltimo, *ſicut oculus informatus ſpecie, videt colorem, ita intellectus apprehenſione facta aſſentit iſtis &* Linconienſis. 1. poſt. capitu. 9. & Ariſtot. 2 metaph. capi. 1. vocant has ianuas ſciētiarum, in quibus non contingit error. de his etiam principijs, eſſe nota ex terminis, docet D. Tho. quæſtione. 51. articul. 1. de his etiam videtur dixiſſe Ariſtotel. primo topi. capitul. 1. prima ſunt quę nō per aliaſed per ſeipſa fidē habent, quamuis hoc ad alia etiam principia referri poſſet. Alia ſunt principia prima, quæ probantur quidem, non ſyllogiſmo, aut demonſtratione aliqua, ſed inductione nitente varijs experientijs, vt omnis ignis eſt calidus, omnis magnes trahit ferrum in principijs poſterioris generis manifeſta eſt ratio ponendi habitum, ſicut in ſcientia, nimirum, vt ceſſante inductione, illis aſſentiamur: quod non poſſemus præſtare ſecluſa inductione & habitu: in principijs vero prioris generis, quamuis maior ſit difficultas, aſſignari poteſt ratio neceſſitatis, ſicut in habitu ſcientiæ, dum adeſt demonſtratio. Sicut enim diximus, præſente demonſtratione & nulla ratione vrgente in contrarium, neceſſario ſequi aſſenſum concluſionis, ſed vrgente aliqua ratione ſuſpendi poſſe, niſi adſit habitus, eo vero præſente, ſæpe non poſſe ſuſpendi, cū alias ſuſpenderetur, licet forte nunquam poſſit præſente demonſtratione dari aſſenſus contrarius aut dubium poſitiuum, quo quis iudicet, fortaſſe eſſe falſum quod demonſtratione illa probatur. Ita dici poteſt, poſita apprehenſione terminorum, & nulla vrgente ratione incontrarium, neceſſario ſequi aſſenſum primi principij; vrgente autem aliqua ratione in contrarium ſublatoque habitu ſuſpendi poſſe aſſenſum, & fortaſſe dubitari de veritate principij iudicando poſitiue, fortaſſis eſſe falſum: exiſ- 49
tente autem habitu ſæpe ratio ſophiſtica non ſufficiet ad formidinem, vel dubitationem, aut ſuſpenſionem aſſenſus primi principij. Quod non inepte illo anili exemplo probaſſe videtur Buridanus.

Poſſet quoque dici cum minori explicatione terminorum cogi aliquem ad aſſenſum, præſente habitu, quam abſente, vt fortaſſe etiam cum minori & imperfectiori apprehenſione terminorum determinabitur ad aſſenſum qui maturiori iudicio præditus fuerit. Hę rationes neceſſitatis habitus ad omnia principia extendendæ ſunt

ſi vera

Digitized by Google

ſi vera eſt opinio aſſerentium omnia princi-
pia prima eſſe per ſe nota ex terminis ſuppoſi
ta ſimplici vel compoſita eorum apprehen-
ſione,ad quam ſolam requirunt experimen-
tum:quam opinionem aliqui tribuunt Anto
nio Andreæ.1.met.q.5.alij.5.met.q.9.& Caie.
2.poſt.c.vlt.dub.5.quorum priorem dicunt ex
perimentum requirere ad ſimplicem tantum
apprehenſionem: poſteriorem vero tantum
ad compoſitam. Illi autem ex diametro op-
ponitur alia opinio aſſerentium,nullum prin
cipium eſſe notum ex terminis,& ſecluſa in-
ductione & experientia ſenſuum: quod ſibi
perſuaſit Fonſeca.1.met.c.1.q.4.ſect.3.con.2.
quia vniuerſe & ſine exceptione loquitur
Ariſt.hac in re:nam.2.priorum.cap.23.tex.26.
Omnia,inquit *aut ſyllogiſmo, aut inductione ap-
probamus*,ſed hic locus deduci poteſt ad oppo
ſitum,nam ſi aliqua ſine inductione approba
mus,non omnia principia innoteſcunt indu
ctione:magis fauet.1.poſt.c.14.tex.33. vbi ait,
*fieri autem non poteſt,vt vniuerſalia percipiantur,
niſi per inductionem*. Ideſt vniuerſales propoſi-
tiones, quę ſunt principia ſcientiarum,&.c.
24.ad finem docet.1.principia non poſſe cog-
noſci niſi per inductionem,& hanc non poſ-
ſe fieri ſine experientia ſingularium,ac proin
de neceſſarium eſſe ſenſum ad cognoſcendũ
prima principia;&.2.poſteriorũ. c. vltimo,ne
ceſſe eſt ipſa prima inductione cognoſcere;&
2.Priorum.c.31.alias.28.*quo circa cuiuſque prin-
cipia tradere experientiæ eſt: dico autem exempli
cauſa,aſtrologicam experientiam aſtrologorum ſcie-
tiæ eſſe:ſumptis enim & longo vſu obſeruatis ijs,quæ
apparent, tunc vero inuentæ ſunt aſtrologorum de-
mõſtrationes,quod item in qualicumque alia,ſiue ar
te,ſiue ſcientia eodem modo ſe habet.* Et.1. met. c.1.
per experimentum ars & ſcientia homini-
bus prouenniunt. Vnde Ariſt.antiquos negan-
tes principia aliqua,ſemper deducit ad incõ-
uenientia ſecundum ſenſum,vt patet.8. phy.
&.4.met.& intellectus non corrigit ſenſum
errantem,niſi alio ſenſu:itaque tota reſolu-
tio fieri videtur ad experientiam ſenſuum.
Hanc ſententiam ſi Fonſecæ credimus tenet
Caiet.2.poſteriorum. c. vltimo, Iauellus, &
Niphus.1.met.tribuẽtes eam Temiſtio.2.poſt.
Auerroi.8.met.& 1.cœli Philopono.2. poſte.
Fonſeca eandem tribuit,non his ſolum, ſed
etiam Alex.& D.Thom.eamque tribus ratio
nibus confirmat,quibus omiſſis, potiſſimum
argumentum pro hac ſententia eſt,quia nul-
la ratio eſt cur quædam propoſitiones imme
diatæ ſint notæ ex terminis;aliæ vero ſola ex
perientia:ergo vel omnes ſunt notæ ex termi
nis,quod falſum eſt vel omnes ab experien-
tia pendent,quod hæc opinio intendit. Quæ
ſi vera eſſet,facile eſſet reddere rationem ne-
ceſſitatis habitus in ordine ad omnia princi-
pia,quam aſſignauimus in ordine ad princi-
pia,quę ſola experientia innoteſcunt. Ea ta- 95.
men opinio mihi non omnino placet. 1. quo
niam quędam ſunt conſequentiæ per ſe notæ
vt in quatuor modis.1.figuræ,ex Ariſt.1. prio-
rum.c.1.& ex alijs:ergo nihil nimirum ſi etiã
aſſeramus, aliqua principia eſſe per ſe nota,
& ex proprijs terminis. 2. quia omnis ſenſus
propoſito conuenienter obiecto,eſt determi
natus ad ferendum rectum iudicium de illo:
ergo ſimiliter intellectus independenter à
ſenſu, vel alia experientia poteſt ferre iudi-
cium aliquod nempe de propoſitionibus qui
buſdam immediatis. ¶ Conf.nam in brutis
quædam ſunt interna iudicia nõ ſumpta per
ſe à ſenſibus externis,ſed ex inſtinctu diuino
connaturali ipſis brutis:ergo nihil mirum ſi
dicamus,intellectum habere aliqua iudicia
non ſumpta ex aliqua experientia, ſed ex ip-
ſis terminis:vt in Angelis etiam concedimus.
Vnde Ariſt.4.met.c.7.tex.28.ait,quędam eſſe
principia,quæ à nullis,niſi voce, negari poſ-
ſunt:in quo genere ſunt,quodlibet eſt vel nõ
eſt, omne totum eſt maius ſua parte, ſi ab
æqualibus æqualia demas,quæ remanẽt ſunt
æqualia: impoſſibile eſt idem ſimul eſſe &
non eſſe,&c. quia nimirum ſunt notiſsima
ex terminis. Alia vero principia nimirũ quæ
pẽdent ab occulta aliqua experientia,vel mag
nas habent difficultates,negata eſſe ab aliqui
bus,docet Auerroes.2.met.tex.14.&.15. quæ-
dã ergo ex terminis,quædã ex aliqua experiẽ-
tia,aut inductione manifeſtãtur. Vnde Ariſt.2.
ethi.c.7.ait, principiorũ alia inductione,alia
ſenſu,alia aſſuetudine quadã,alia alio modo
pſpici:nẽpe imaginatione, aut intellectu ex
terminis. Et ideo D.Tho.ſuper Boëtiũ de Tri
nit.c.22.ait,in Met.eſſe iudicandum ſecundũ
intellectum,in mathematica ſecundum ima
ginationem, in phyſica ſecundum ſenſum.
Neque Ariſt.alijs locis vult, nullum princi-
pium poſſe conſtare ex terminis,ſed vult om
nia inductione conſtare poſſe per inductio-
nem autem & experientiam firmari & robo-
rari, vt ſtatim dicemus, & multa præſertim
phyſica,& moralia,ſola inductione,aut expe
rientia innoteſcere,qua virtutes rerum natu
ralium,& inclinationes hominum deprehen
duntur. Ratio autem cur quædam principia
ſint nota ex terminis,alia vero non,licet ſint
propoſitiones immediatę, vel eſt imperfe-
ctio intellectus, qui propter ſuam imperfe-
ctionem non eſt determinatus per ſe ad om-
nes veritates etiã immeditas, ſed ad aliquas
maxime vniuerſales,vel eſt imperfectio ſpe-
cierum,quæ non repræſentant perfecte præ-
dicatum,& ſubiectum, vel vnionem eorum.
Et ideo non determinant intellectum ad af-
firmandum tale prædicatum de tali ſubiecto.
Quod

Digitized by Google

97. Quod vt plenius intelligatur, aduerte, Rubius tract.2.de habitib.q.4.duplici concluſione ad q.illam reſpondere, an principia inductione cognoſcantur iudicatiue.1.eſt; aſſenſus principiorum quorumcumque non indigent ex propria conditione experimento, vel inductione ſingularium. Probat quia prima principia ſunt propoſitiones per ſe notæ & immediatæ, quæ nullo medio indigent vt cognoſcãtur, ſed ſtatim lumine naturali, cui ſunt proportionatæ, manifeſtantur & non nituntur alteri cognitioni, præſertim experimẽtali, quæ fallax eſt, quamque principia ipſa certitudine, & euidentia facile ſuperant: Neque Ariſt. vnquam poſuit primam notitiam principiorum per experimentum fieri tanquam per proprium medium, cui innitatur: hoc enim pugnat plane cum ſimplicitate ac perfectione eius..2.concluſio eſt: ad primam primorum principiorum etiam vniuerſaliũ notitiam iudicatiuam requiri experimentũ iudicatiuum ſingulare ſenſuum tanquam medium quoddam extrinſecum, & quoad nos tantum neceſſarium, qui experientia ſenſuũ indigamus ad veritatem principiorum capiẽdam, licet non ſit eadem in cunctis neceſſitatis cauſa. Probat, quia ſicut intellectualis apprehenſio vniuerſalium requirit præuiam apprehenſionem ſenſitiuam ſingularis, ita iudicium vniuerſale intellectus requirit iudiciũ ſingulare in ſenſu, eo modo, quo in ſenſu iudicium reperitur, ſcilicet impropriè dictum: nam in ſolo intellectu eſt propriè iudicium. Ratio autem quare intellectus noſter pro hoc ſtatu ad aſſenſum primorũ principiorũ indigeat experimento ſenſuum, eſt quia anima noſtra nunc eſt immerſa corpori, & ideo indiget experimento ſenſuum, vt ſecure & abſque erroris periculo aſſentiatur, quo experimento non indiget in ſtatu ſeparationis ſicut nec Angelus, & licet quædam ſint principia ita nota vt nec à proteruis negari mente poſſint; tamen requiritur experientia, vt. nec verbo ab eiſdem negentur præ pudore Peculiariter vero experientia indigent principia particularium ſcientiarũ, vt Philoſophiæ naturalis & moralis, quia ſine experientia ſenſuum aut omnino nos latent, aut confuſe tantum cognoſcuntur. Item ad vniuerſaliſſima principia non eſt ſimpliciter & omnino neceſſarium experimentum, nec vt tale reputatur ab Ariſt. ſed valde vtile & ad melius eſſe, quod enim expoſitis terminis naturale lumen ſufficiat ad aſſenſum, dubitandũ non eſt, experientia tamen deficiente nõ erit adeo firmus aſſenſus, ſed formidoloſus, formidabit qppe homo an erret: quæ formido tollitur inductione perfecta, quæ certiſſimũ arg. eſt, licet imperfecta ſolũ ſit arg. probabile & ideo aliquando ab Ariſt. inductio inter probabilia argumenta poſita ſit, eſt autem perfecta inductio, quando multa ſingularia numerantur, & in cæteris non apparet poſſe eſſe diuerſam rationem. Hæc in ſumma Rubius qui ſic interpretatur, quod de neceſſitate experimenti ad cognitionem primorum principiorum dicit Alb.5.Met.tr.1.c.6. ſic etiam poſſet temperari quod ipſe & nos ſupra retulimus ex Fonſeca.2.Met.c.1.q.4.ſect.3. ſcilicet ad aſſenſum cuiuſcumque principij neceſſariam eſſe experientiam, ſcilicet ſaltem neceſſitate ſecundum quid & ad melius eſſe, & vt aſſenſus non obſtantibus quibuſcumque oblatis argumentis & difficultatibus certus & firmus ſit, & non formidoloſus, aut cum timore errandi coniunctus, quæ explicatio poſſimum ſumitur ex ipſo Fonſeca.9.Met.c.5. q.2.ſect.2. dum ait, principia vt plurimum inductione colligi & eorum aſſenſum non carere periculo, ſeu formidine niſi illa in pluribus ſingularibus conferat, nec in eis inſtantiam inueniat vt. lib.1. c.1.q.4. notauerat tametſi hæc collatio minus neceſſaria eſt in principijs communiſſimus, quia experientia in eis eſt facillima & vbique parratiſſima, quod in cauſa eſt, vt nulla opus eſſe videatur. Sic etiam poſſumus accipere quod Scot.3. d. 24.q.vn. & Toletus ſupra dixit ad aſſenſum quorundam principiorum neceſſariam eſſe experientiam & inductionem ſcilicet omnino: non vero ad aſſenſum aliorum, quia ex terminis ſunt nota, & explicatis terminis neceſſario illis aſſentimur, ſaltem quando non ſe offerunt argumenta & difficultates in cõtrarium, aut iuuat habitus acquiſitus erga illa, vnde Rubius ad firmitatem aſſenſus merito docet & experimentum & habitum iuuare. Ex quibus patet id quod oſtendere nitebamur valde vtilem eſſe habitum ad aſſenſum primorum principiorum, nimirum vt facilius & firmius illis aſſentiamur, ſicut habitus ſcientiæ facilitatem & promptitudinem confert ad aſſenſum, vt ſuperius diximus docetq. Viguer.c.3.§.8.in principio.

Id autem quod dicebat Rubius principia ex vi conditionis ſuæ non indigere experimento, vt illis aſſentiamur, etiam de concluſionibus verum eſt, nam ſuam veritatem omnes habent, quæ immediate ſine diſcurſu formali aut virtuali cognoſcitur à Deo, angelo & anima ſeparata, licet earum cognitio in nobis fiat per diſcurſum ex principijs per ſe aut experientiam notis. Vnde D. Tho.1. p.q. 58.ar.3.ait Angelicum intellectum, ita ſe habere ad cognitionem rerum naturalium, vt ſe habet humanus ad cognitionem primorũ principiorum. Quod nõ ideo dixit, quia ſicut Angelis ſunt congeniti habitus concluſionũ

ita

ita nobis principiorum, ſed quia ſicut nos intelligimus principia abſque diſcurſu ita Angeli omnes veritates naturales, vt explicat Fonſe. 9. met. cap. 5. quæſt. 2. ſect. 1. in fine. Vbi ait, nos maiorem facilitatem habere in aſſenſu principiorum ex frequenti eorum vſu, ſicut D. Thom. aliquando tradidit, perfectius cognoſci principium, quò plures concluſiones ex eo deducimus, vt refert. 1. lib. ca. 1. q. 2. ſect. 4. Sic etiam Rub. tract. 2. de hab. quæſt. 1. num. 15. &. 16. docet ex frequentatione actuũ fieri nos promptiores ad aſſentiendum primis principijs, quod non ita intelligendum, vt habitus ſemel productus poſtea proprie intendatur, infra enim dicemus habitus intellectus proprie non intendi: ſed quia principia cognoſci ſolent ſecundum plures rationes & ideo habitus fit quaſi intenſior & conſequenter cauſat meliorem & quaſi intenſiorem & firmiorem cognitionem. Id vero, quod dicebamus, non ſemper intellectum neceſſario aſſentiri primis principijs ſatis indicat Flaminius. 2. de felicitate cap. 19. dicens quæ cauſa carent, ea ſuapte vi, atq; natura ſatis eſſe nota dicuntur, quoniam vt perfecte cognoſcantur, alterius rei cognitio non requiritur. Euenit tamen, vt à nobis rudibus atq; imperitis non ſatis cognoſcantur, quemadmodum, quod dulce reuera eſt, ægrotanti tamen non videbitur dulce. Si morbum auferas, cum primũ dulce aliquid offeres, dulce iudicabit. Ita in cognitione euenit, ſunt non nulla ſuapte vi aptiſſima ad intelligendum, verum menti noſtræ inſcitiæ morbo laboranti ac cæcutiẽti obſcuriſſima apparent: morbum iſtum expellas, & ſuum lumẽ menti reſtituas, quod quidem, vel inductio, vel probabiles rationes, vel argumentationes ab effectis, & conſequentibus præſtabunt, iam illi vt reuera ſunt ſic perſpicua atq; aperta videbuntur. Habilitas hæc & promptitudo mentis ad ea, quæ ſuapte natura nota ſunt comprehendenda, intelligentia ab Ariſtotel. nominatur. Hæc Flaminius plura de habitu circa. 1. principia dicam diſput. 7. Sect. 2. nempe an ſit vnus & idem pro apprehenſione & iudicio, pro principijs practicis & ſpeculatiuis, an vero plures, & quot, &c.

SECTIO. V.

Vtrum in intellectu Angeli ſit habitus aliquis.

98. PRO parte negatiua eſt. 3. argum. ſect. 3. Ad quod quidem reſpondetur: Non ſolum Caiet. q. 54. a. 1. & 4. col. 2. in principio & q. 63. a. 1. fine, nullum habitum naturalem diſtinctum à ſpeciebus in intellectu angeli cõſtituere: ſed etiam Maironem. 3. d. 33. q. 1. a. 5. in fine, qui id probat, quia per actus quos exercent nihil acquirere poſſunt, quo facilius ſimiles actus eliciant, nam eorũ potentię per ſeipſas ſatis ſunt perfectę ad tales actus aliciendos. Idem tenet expreſſe Scotus. 2 d. 3. q. 11. §. contra iſtam viam verſiculo, ad aliud. Vbi probat, quia ſicut graue natura ſua eſt ſatis inclinatũ ad motum deorſum; ita angelus ad intelligendum. Quod confirmari poteſt quia intellectus angeli eſt perſpicaciſſimus & nobiliſſimus & ſecundum D. Thom. 1. p. errare non poteſt in naturalibus, ergo ex ſe eſt ſufficienter inclinatus, imo & determinatus ad aſſentiendum ve- 93
ritatibus naturalibus ac proinde in illis nullam difficultatem patitur, ergo non indiget habitu, maxime cum ſpecies ſint tam perfectę, vt etiamſi intellectus ipſe non eſſet de ſe determinatus ad aſſenſum, determinaretur ſaltem ab ipſis. Conf. etiam, quia intellectus angeli per ſe, vel ſpecies eſt determinatus ad principia in principijs autem cernit ſtatim cõclu. ergo etiam eſt determinatus ad concl. ergo, nõ indiget habitib. 3. in prudẽtia arguitur; nã ſtatim ſe offerunt angelo omnia media, quæ ad finem conducere poſſunt hic & nunc, &c. ergo non indiget habitu prudẽtiæ adiudicãdum. Hanc ſententiam tenet etiam, Vazq. hic diſput. 78. cap. 3. num. 20. &. cap. 4. num. 22. &. 25. & 1. p. to. 2. diſp. 219. cap. 2. & tom. 1. diſput. 43. cap. 7. num. 32. Vbi ſic loquitur. *Poſtremo idẽ S. Thom. 1. 2. q. 50. a. 6. Concedit in angelis eſſe habitus intellectuales, explicans autem, qui nam ſint huiuſmodi habitus, inquit eſſe ſpecies intelligibiles, & omnes communiter Thomiſtæ eo loco ſpecies intelligibiles angelorum appellant habitus: neque vllum alium habitum intellectus angelis concedunt vt videbimus diſput 219. cap. 2. &c.* Hæc Vazq. ſed nõ
video, qui ſint illi Thomiſtæ, qui hac, quæſt. 99.
50. a. 6. dicãt in intellectibus angelicis nullos alios habitus eſſe præter ſpecies intelligibiles: nam Medin. ibi nihil prorſus dicit. q. autẽ 51. a. 1. & q. 54. a. 4. expreſſe reijcit Caietan. illis articulis. 1. &. 4. aſſerentem, intellectibus angelicis nullos ineſſe habitus præter ſpecies Caietan. vero & Conra. eo art. 6. & Valentia eundem art. explicans diſput. 4. q. 2. puncto. 3. tantum dicunt cum D. Tho. eo. a. & q. 51. ar. 1. habitus ineſſe intellectibus angelicis, quia illis inſunt ſpecies, quæ ſunt quidam habitus, & addunt Caiet. & Valent. eſſe ſpecie diuerſos à noſtris. Sed quod in angelis non ſint alij habitus preter ſpecies ibi nõ dicunt, licet id Caietan. dicat alibi & ſane ſicut D. Thom. pleriſque locis ait, habitum ſcientię in nobis eſſe ſpecies, quod tamen vt vidimus varie à Thomiſtis explicatur, ne aut ſpecies dicant proprie eſſe habitũs, aut eos ſolos ha-

bitus

bitus in intellectu humano admittunt, ita licet demus D. Thom. docuiſſe ſpecies eſſe habitus intellectus angelici, deberet id explicari, vt vel ſint habitus late & improprie, vel fundamentaliter, & inchoatiue. Vnde D.Th. eodem a. 6. adducit Simplicium in prædicamento qualitatis aſſerentem, habitus angelicos non eſſe ſimiles noſtris, ſed ſimiles immaterialibus ſpeciebus, quas in ſeipſis continent. Si ſunt ſimiles ſpeciebus: ergo non ſunt formaliter ipſæ ſpecies. Conf. 1. nam ſpecies naturales dant ſimpliciter poſſe: ergo non ſunt proprie habitus: ergo niſi alij habitus angelicis intellectibus ineſſent, immerito D. Thom. & alij docuiſſent ſimpliciter illis ineſſe habitus, quod tamen docet cum Diony. cap. 7. cæleſt. Hierarch dicente, *angeli primæ hierarchiæ nominantur calefacientes*, & paulo poſt ſubiungente, *ac calefacientes quidem etiam throni appellantur, & effuſio ſapientiæ, manifeſtatio Dei formis ipſorum habitus*, & quamuis Dio. ibi ſolum videatur loqui de habitibus ſupernaturalibus, tamen D. Thom. videtur etiam habitus naturales proprie dictos angelis tribuere voluiſſe. Quod etiam indicat Rubius tract. 1. de habitib. quæſt. 1. num. 37. & Fonſeca. 9. Met. capitul. 5. quæſtio. 2. ſect. 1. ad finem iu. 2. argumento, & eius ſolutione.

99 Confirm. 2. quia ſpecies immediate ſolum deſeruiunt apprehenſioni: in angelis autem conſtituendi ſunt habitus immediate deſeruientes iudicio, ergo in illis ſunt alij habitus præter ſpecies. Vnde Ferra. 1. contra gen. capit. 56. in fine, poſtquam docuerat habitum ſcientiæ in nobis formaliter ſumptũ eſſe habilitatem diſtinctam à ſpeciebus, ſubiunxit, ſimiliter poſſumus dicere in intellectus angelico habitum eſſe fundamentaliter ipſas ſpecies; formaliter autem eſſe quãdam habilitatem ad vtendum ipſis ſpeciebus, ſiue ſit aliquid diſtinctum in ipſis ab ipſo intellectu ſiue ſit ipſum lumen naturale intellectus, & Molina. 1. p. quæſt. 58. arti. 1. conclu. 6. expreſſe ponit in intellectibus angelicis habitus circa concluſiones, & principia diſtinctos à ſpeciebus & acquiſitos per proprios actus, & ſimiliter ait, in voluntatibus angelicis eſſe habitus acquiſitos per proprios eorum actus: idem tenet Zumel, eodem. a. qui probat, quia eodem modo ſe habet angelus circa concluſiones, quas cognoſcit in principijs atq. nos circa principia, ergo ſicut in nobis dantur habitus ad facile iudicandum de principijs, ita in angelo ad facile iudicandum de concluſionibus in principijs. Molina autem probat, quia eadem eſt ratio de angelis & hominibus, ſed in nobis dantur habitus, ergo & in angelis, licet autem in mentibus angelicis nullus eſſet habitus diſtinctus a ſpeciebus & intellectibus ipſarum, ſecus tamen in intellectu humano propter imperfectionem ſpecierum & naturalis luminis ipſius.

Deinde, licet nullus concederetur naturalis habitus diſtinctus à ſpeciebus in ordine 100
ad veritates, quas angelus euidenter cognoſcit, poſſet tamẽ naturalis habitus eiuſmodi conſtitui in ordine ad alias veritates: quod his fere verbis docet Suarez, 2. tom. met. diſput. 35. ſect. 4. num. 23. & 24. alias. 21. & 22. de habitibus naturalibus, ſeu acquiſitis multi abſolute ſentiunt, eos non eſſe in intelligentijs, quod ex Philoſophis etiam & patribus refert D. Thom. 1. 2. quæſt. 50. a. 6. Vbi ipſe non videtur ab eadem ſententia alienus: nam licet dicat, dari habitus in angelis, non tamen alios præter ſpecies intelligibiles, nos autem loquimur de habitibus diſtinctis à ſpeciebus. Quod ergo tales habitus in angelis non ſunt, etiam videntur ſupponere antiqui theologi cum de his habitibus intelligentiarum nihil fere dicant alij putant eodem modo intellectuales habitus generari in intelligentijs, quo in hominibus. Ego vero diſtinctione vtendum cenſeo: nam intellectuales virtutes, quæ verſantur circa veritatem euidenter cognitam non puto acquiri per actus ab intelligentijs elicitos; neque diſtingui in eis à naturali lumine, & facultate intelligendi: nam hi habitus ſolum ſunt neceſſarij, quia potentia, vel propter aliquam inclinationem oppoſitam non eſt ſatis propenſa in actum, vel quia propter aliquam imperfectionem non eſt ſufficiens, vt facile & prompte exerceat actum: vt in nobis conſtat. Nam ſi neutrum horum intercedat nulla eſt ratio adiungendi habitum, alias ponendi eſſent habitus etiam in potentijs naturaliter operantibus. Nulla autem ex dictis cauſis reperitur in intelligẽtijs quoad prædictos actus virtutum intellectualium, quia earum intellectuale lumen omnino eſt propenſum, imo ex neceſſitate quoad ſpecificationem, fertur in huiuſmodi actum, & alioqui eſt omnino expeditum ad operandum, adeo, vt in his rebus non indigeat diſcurſu, aut compoſitione ad cognoſcendam concluſionem in principijs, effectum in cauſa, proprietatem in eſſẽtia, & ideo neque indiget his habitibus neque illorum eſt cauſa. At vero in his, quæ Angelus coniectura tantum cognoſcit, probabile eſt, acquirere habitum per talem cognitionem, qui non eſt virtus intellectualis, ſed ſimilis noſtræ opinioni aut fidei humanæ. Hoc autem maxime accidere poteſt, quando Angelus

Digitized by Google

Angelus ſuæ naturæ relictus coniectat aliquid de internis cogitationibus, aut de futuris contingentibus. Eademq. ratione probabile eſt, acquirere aliquid per modum habitus, quo recordetur præteritorum, quæ antea cognouerat. Hæc Suarez ibi. & ſimilia dicit eodem libro diſput. 44. ſect. 3. num. 8. quamuis. 3. par. tom. 1. diſput 29. ſect. 2. in fine abſolute docuerit, in angelis ad cognitionem naturalem non dari vllum habitum præter ſpecies, idemq. ait Malonius. 2. d. 3. diſput. 12. & Vazquez, 1. par. tom. 2. diſput. 219. capitul. 2. refert aliquos thomiſtas aſſeruiſſe in angelis præter ſpecies eſſe habitus acquiſitos fidei humanæ, & opinionis, circa myſteria ſupernaturalia, futura contingentia, & cogitationes cordium, licet non circa ea, quæ naturali euidentia cognoſcunt, & ita tenet Bañes, 1. par. quæſt. 58. artic. 1. vbi, tamen ſimul concedit in angelis eſſe habitum quemdam congenitū, quo attingit omnia principia, & in illis omnes euidentes concluſiones.

101 Et profecto qua ratione in intellectu noſtro conſtituimus habitus, quibus aſſentiamur veritatibus ineuidentibus, & quibus recordemur rerum, quas vidimus; eadem ratione videntur conſtituendi in angelis, maxime ſi circa hæc diſcurrunt, vel circa alia, ſaltem quæ diuerſis ſpeciebus cognoſcunt, vt enim ſine diſcurſu ſint prompti & determinati ad aſſenſum indigebunt habitibus, ſicut & nos: licet non diſcurrant formaliter, tamen quia diſcurrunt virtute & implicite indigent habitibus, vt cum vel non facile poſſunt, vel nolunt concluſionem reſoluere in prima principia, poſſint facile aſſentiri concluſioni, tunc autem non poſſunt facile reſoluere concluſionem in prima principia, quando ea longiſſime diſtant à concluſione, neque poſſunt ſimul, aut eadem ſpecie omnia interiecta principia contemplari. Tunc autem poſſunt nolle concluſionem in prima principia reſoluere, etiā ſi facile poſſint, cum voluerint alias habere conſiderationes, quæ ſecum conſiderationem tot principiorum non compatiantur. Similiter ad iudicandum de bonitate conſequentiæ, euidentis quidem, ſed valde remotæ indigent angeli habitu logicæ, ſicut & nos: iudicium autem de bonitate conſequentię formale & explicitum ſemper eſt neceſſarium ad aſſentiendum ex vi præſentis demonſtrationis: licet implicitum & virtuale (quod neſcio quid ſit) ſufficere arbitretur Suarez illa diſputa. 44. ſect. 4. num. 8. Adde etiam, quando Angelus conſiderat actu rationes probabiles pro veritate alicuius propoſitionis, vel bonitate alicuius conſequentiæ, indigere habitu, vt facile iudicet ſiquidem ipſa, rerū ineuidentia, & rationes, ſiquæ occurrūt, cōtra cōcluſionē difficile iudiciū ipſum reddere poſſunt. Imo etiā cū propoſitio eſt demōſtrabilis, aut per ſe nota poſſunt tot difficultates occurrere, vt intellectus angeli non ſit determinatus ad aſſenſum, & tunc habitus conducere poterit, vt promptius aſſentiatur: nunquam tamen errare poterit circa res, quæ euidenter cognoſci poſſunt, niſi forte ex inconſideratione, eorumq. ad attingendas tales veritates conducere poſſunt: quæ ſi vellet conſiderare, antequam aſſenſū præberet, ſtatim cōcurrerent propter perſpicacitatem intellectus & perfectionem ſpecierum. Ex dictis patet ad omnia aduerſariorum argumenta. Sicut autē in intellectu angeli ponimus habitus acquiſitos, ita in voluntate exiſtimamus, eſſe ponendos, quamuis Durand. 3. d. 23. quæſt. 1. num. 10. generatim dicat, in angelis nullum eſſe habitum acquiſitum & naturam intellectualem non requirere, neque habere habitum, niſi ſit cum natura ſenſitiua. De hoc tamen plura dicam tract. 11. diſput. 2. ſect. 4.

SECTIO. VI.

Vtrum in appetitu ſenſitiuo hominis ſit aliquis habitus.

OCAM quodlib. 2. q. 16. & quodli. 3. quæſt. 17. & Gabr. 3. d. 23. q. 1. articul. 3. dub. 1. propoſitione. 3. 102
Almain. quæſt. 1. artic. 3. concluſione. 3. dicunt non poſſe euidenter probari, in appetitu ſenſitiuo eſſe ponendos habitus cum ea, quæ in illo experimur, poſſint proficiſci ex aliqua tranſmutatione corporali, quæ frequentatione actuum fiat, conſtat enim appetitum ſenſus moueri prout corpus his vel illis qualitatibus affectum eſt, nā ſi calore abundet, facile ad libidinem excitatur; contra vero ſi frigeat, & qui abundant atra, vel flaua bile, vel ſanguine, vel flegmate, pro qualitate humoris adhæc, vel illa facile mouentur, & poſt nimium cibum, ac potum, vel inediā facile ad certa quædam opera inclinamur, & flectimur, & curſu, motu, exercitationeq. recaleſcimus, contra vero otio, & deſidia frigemus, inertia torpemus, &c.

Hoc autem falſum eſſe, ait Valen. quia experimur per exercitium actuū, manente eadē 103
corporali diſpoſitione, paſſiones eſſe minus vehementes, nimirum quia acquiſito habitu, compeſcuntur. Eadem ratione moti ſunt idē Ocam. 3. q. 10. cōc. 2. Gab. ſupra, propoſitione. 4

Gerua-

Geruaſius in lib. notitiarum, tract. de habitibus, quæſt. 2. vt ponant habitus in appetitu ſenſitiuo. Nequis autem id referat in habitum acquiſitum in voluntate, addere videntur, etiam nullo exiſtente actu voluntatis, ſed repugnante, aut mere negatiue ſe habente voluntate, appetitum ſenſitiuum manere promptum, & facilem ad ſimiles actus, adeo vt quaſi naturaliter, & more brutorum illos eliciat, niſi maxima voluntatis vi cohibeatur, & quia in furia & amentia non cohibetur, ideo naturaliter, & neceſſario elicere illos actus, quos forte non eliceret, niſi habitum intenſum in appetitu ſenſitiuo comparaſſet: ſiquidem in voluntate, vel nullus, vel remiſſus habitus exiſtit, & obiecta non habent magnam vim mouẽdi appetitum nullo habitu affectum, & inclinatum. His rationibus res eſt vereſimilis, quam etiam docet D.Thom. de virtutibus, quæſt. 1. artic. 4. & in hac, quæſt. 50. artic. 3. & quæſt. 56. artic. 4. quibus locis idem tenent. Caietan. Conrad. Medina, & alij, Valentia, puncto. 2. & Scotus. 3. d. 33 quæſt. 1. (licet negat virtutes proprie dictas eſſe in appetitu ſenſitiuo) idem tenet Cardinalis Sarnanus directorio theologico. Verbo, habitus, idem tenet Almain. 3. d. 23. quæſt. 1 art. 3. concl. 4. & 3. moral. capitul. 6. dicens in appetitu ſenſitiuo eſſe habitum, licet nullus habitus appetitus ſenſitiui ſit proprie virtus, ſed non cohæret cũ eo quod dixerat. 1. moral. c. 17. in ſolo intellectu, & volũtate eſſe habitũ. Quomodo enim in appetitu ſenſitiuo erit habitus ſi ſolũ põt eſſe in intellectu & volũtate, hoc idẽ tenet Sua. to. 2. met. d. 44. ſect. 1. nu. 13. Angeſtus in moral. ca. 5. §. 1. concl. 9. Corol. 3. Vazquez hic diſp. 78. c. 4. nu. 27. & 28. Azor li. 3. ca. 20. q. 4. & Maior. 3. d. 23. q. 2. Rich. art. 1. q. 2. Pala. diſp. 1. Aquar. concl. 6. Dur. q. 1. Petrus de Aquila. d. 33. q vnica ar. 4. Mairo. d. 37. q. 2. Bon. diſt. 33. a. 1. q. 3. ad 1. Bacho. q. 3. art. 3. Palac. q. vn. §. de ſubiecto. Fonſeca. 9. Met. cap. 5. q. 3. ſect. 2. & 3. Leonard. Leſſius in breui explic. virtutum toti operi ſuppoſita. Henric. quodlib. 4. q. 22. & colligitur plane ex Ariſto. 1. ethi. c. vlt. & 3. ethi. c. 3. vbi non ſolum habitus ſed & virtutes, & vitia ponit in appetitu ſenſitiuo vt & D.Tho. & ſequaces, quos tract. ſequenti ſequemur contra Scotum & alios.

Ratio à priori eſt quoniã appetit⁹ ſenſitiuus eſt potẽtia quædã indifferens ita vt pro varietate circũſtantiarum, vel imperij voluntatis poſſit circa idem obiectum, & eodem modo repræſentatum varios & contrarios actus habere, & propter hanc indifferentiam dicitur obedire imperio regali & politico non autem deſpotico. 1. polit. cap. 3. & eſt capax habituum, & illis indiget, vt cæteris partibus magis, vel minus obtemperare valeat voluntati. Limitant præfatam reſolutionem Angeſtus & Geruaſ. ſupra, vt locum non habeat in appetitu ſenſitiuo externo, ſed ſequente præciſe cognitionem ſenſus externi, quia ſicut per notitiam intuitiuam non producitur habitus, ita neq. per actum, qui ipſe pendet à notitia intuitiua, vt pendent actus appetitus ſenſitiui externi. Sed non opus eſt hac limitatione: falſum enim eſt, dari appetitus ſenſitiuos externos, vt ſæpe dictum eſt in ſuperioribus. Deinde incertum eſſe diximus ſect. 2. per notitiam intuitiuam nullum habitum produci. Vnde tandem addit Gerua. dici poſſe, quod licet ſenſus exterior non ſit capax habitus, bene tamen appetitus ſenſitiuus exterior: quia experimur, per replicationem actuum promptiorem reddi, quam experientiam non habemus in ſenſu externo. Sed ſane experientia illa ad appetitum ſenſitiuum internum qui ſolus in animali eſt, referenda erit, abſurdum tamen eſt, quod Gerua. dicit probabile eſſe, in ſenſu externo produci habitum: eſt quippe contra experientiam. Item contra rationem, quia potentiæ valde limitatæ, & imperfectæ non ſunt capaces habitus, huiuſmodi autem ſunt ſenſus externi, ergo, &c. de potẽtijs, vero mere actiuis quare non habeant habitum ratio eſt clara, quia ſola illa potentia eſt habituabilis, ſeu capax habitus quę eſt capax actus. Vnde inanis eſt quæſtio quam hic nonnulli tractant quare in lapide nec ad deſcendendũ iuxta propriam inclinatiunẽ, nec ad aſcendendum, vt repleat vacuum, nullum habitũ habet; ſecus tamen appetitus ſenſitiuus ad operandum ſaltem ex imperio rationis. Nam potẽtia actiua motus lapidis, ſiqua eſt, nullo modo eſt paſſiua, ac proinde nec habituabilis. Falſũ etiã eſt quod ait Sarnanus ſupra, cũ Maırone, quoties generatur habitus in volũtate, generari proportionalem in appetitu ſenſitiuo. Probo, quia poteſt operari ſola voluntas non operante appetitu ſenſitiuo: ergo poteſt illa ſine illo habitum acquirire.

SECTIO VII.

Vtrum in appetitu ſenſitiuo bruti ſint aliqui habitus.

MAIOR vero difficultas eſt de appetitu ſenſitiuo bruti, an in eo ſint aliqui habitus. Nam D.Tho. quæſt. 50. art. 3. ad 2. docet, in eo eſſe quodam modo habitus, quatenus ad ſic, vel aliter operandum ratione hominis per quandam conſuetudinem diſponuntur: deficere autem à vera ratione habitus, quia habitus

bitus eſt quo vtimur, cum volumus, vt ait Auerr. 3. animæ commento.18. bruta autem non poſſunt his vti cum voluerint, ſiquidem non habent voluntatem. Quod inquit Suarez, tom. 2. met. diſput. 44. ſectio. 5. num. 2. magis pertinere ad rationem moralem habitus, quam ad phyſicam, quia ſubdi voluntati extrinſecum eſt qualitati operatrici, numero autem.3.4.&.5.cenſet, nullum eſſe habitum in brutis diſtinctum ab ſpeciebus, & phantaſmatibus; quia per has ſolas qualitates determinatur ſenſus internus bruti, & eius appetitus ſenſitiuus, & nititur explicare D.Thom. qui oppoſitum videtur ſentire, vt ſolum velit, exercitio actuum ita in brutis ſpecies diſponi, vt prompta reddátur ad operationes ſenſuum internorum, & appetitus, maxime quando ab hominibus inſtituuntur. Eundem modum dicendi probabilem cenſet Valent. diſput.4.quæſt.3.puncto.2. tenetq. abſolute Vazquez diſput. 78.capit.4.num.30. Azor,lib.3.cap.20.quæſt. 4. &. cap. 21. quæſt. 9. ſed ſicut hæc ſententia quantum ad internos brutorum ſenſus reiecta eſt ſect. 2. ita reijcienda modo eſt quoad appetitum ſenſitiuum: itaq. in illo ponimus qualitatem diſtinctam à ſpeciebus. Hæc profecto eſt mens D.Thom. vt ibidem oſtenſum eſt, & in hoc ſenſu ipſum ſequuntur, & habitus in appetitu ſenſitiuo bruti ponunt, Caiet. Conta. Medina, & alij, quæſt.50.artic.3.ad.2. & Angeſtus capit.5. moral.§.1.concl.9.Corol.3.Maior.3.d. 23.quæſt.2.Almai.quæſt.1.artic.3. Sarnanus in directorio theologico verbo habitus cum Mayro.3. d. 33. Vbi idem etiam Scotus quæſt. vnica ante ſolutionem argumentorum principalium, & probatur, quia appetitus ſenſitiuus hominis, & bruti ſunt eiuſdem rationis; & habent ſimiles actus, ergo per eoſdem generant in ſe ſimiles habitus. Ad idem ſunt omnia argumenta, quibus ſuperius probatum eſt, in ſenſibus internis brutorum eſſe habitus. An vero iſti habitus in brutis tantam vim habeant, vt per eos poſſint in id quod apprehendunt, vt æquale, aut etiam minus bonum, problema eſſe poteſt cuius partem affirmãtem probabiliorem iudico, nam in appetitu ſenſitiuo noſtro hoc videtur cõtingere qui tamen eſt eiuſdem rationis cum appetitu bruti.

SECTIO. VIII.
Vtrum in voluntate ſint habitus.

106 IN voluntate omnes conſtituunt habitus D.Th. hac.q.50.a.5. & omnes Thomiſtæ, eodem loco cum Ariſt.5.eth.c.1.ponente habitũ iuſtitiæ in voluntate. Idem tenet Angeſt. in moral.cap.5.§.1.conc.9.Corol.6.Scot.Mayron, & alij.3.d.33. Vbi Gab.a.3. dub. 1. propoſitione.5. Maior.q.2.Almai.q.1.&.1.moral.c.17. & lib. 3. c.6.Azor,li.3.c.20.q 4.&.c.21.q.5. Sarnanus in directorio theologico verbo habitus Ocam 3.q.10.concl.3.quodlib.2 q.16.& quodlib. 3. q. 17.quamuis dicat maiorem eſſe difficultatem de voluntate quam de intellectu, & imaginatiua, & de corpore, quia voluntas, inquit, non poteſt aliquid velle niſi cognitũ, & tam perfectum actum poteſt elicere in. 1. cognitione ſicut poſt multos actus elicitos, & ideo difficile eſt probare neceſſitatem ponẽdi habitũ in voluntate; poteſt tamen teneri rationabiliter & perſuaderi, tũ quia facilius poſt exercitationem poteſt voluntas elicere multos actus, quã antea, cæteris paribus in parte ſenſitiua. Exẽplũ. Continens habet prauas concupiſcentias: & non ſequitur eas: prius tamen ante omnes actus voluntatis ſtudioſos eas ſequebatur, & nõ eſt aliqua variatio in parte ſenſitiua, ſed poſt multos actus volũtas eſt inclinata ad nõ ſequẽdas illas ſicut prius, aliter eſſet incõtinens. Tum quia poſt multas delectiones voluntas magis inclinatur ad diligẽdum. Tum quia poſt multos actus elicitos circa aliquod obiectum cum minori difficultate, & triſtitia poteſt elicere actum contrariũ quam ante omnem actum, ſicut quilibet experitur in ſe: ergo neceſſe eſt ponere habitũ generatum ex illis actibus.

His rationibꝰ ductus eſt Ocã, quẽ imitatur 107
Gab. ſup. & Geru. li. notitiarũ trac. de habitibꝰ q.2, con.5. ſed Vaz. hic. d.78.c.4.n.26. adeo certũ experiẽtia putat, habitus eſſe in volũtate, & intellectu, vt prorſus ignoret, qua ratione Gab. Ocã, & alij dixerint, nõ ſatis probari poſſe, in volũtate habitꝰ cõſtituẽdos eſſe: quis enim (inquit) obſecro in ſeipſo nõ experitur, ex aſſidua cõſuetudine, & exercitatione, tã in intellectu quã in volũtate nõ in dies prõptitudinẽ, & habilitatẽ, ad eãdẽ opera, ad quæ antea difficultatẽ omnino ſentiebat: id experiũtur homines in adiſcẽdis ſciẽtijs, & diſciplinis, inſectãdis bonis operibus, & in alijs id genus Præterea D.Th. & alij eius diſcipuli ſup. & Sua. to.2.met.d.44.ſect.1.n.11. Valẽ. hic. d.4.q.3.pu.2 aliter idẽ probãt, videlicet, quia habitus ponitur ad determinandã potẽtiã, ex ſe indifferẽtẽ ad operãdũ & nõ operãdũ, & ad cõtrarias operationes & cõtraria obiecta, ex parte quorũ ſolet pati difficultatẽ, eo ꝙ cũ aliqua rõe boni ſit coniuncta aliqua ratio mali. Habet etiã volũtas, eo ꝙ vniuerſalis eſt hominis appetitus, varias inclinationes tũ ea, quę ſũt per ſe bona & honeſta, tũ etiã ad ea, quæ ſunt cõmoda homini: inter quas inclinationes eſt interdũ repugnantia, ex qua oritur difficultas operan-

 di, quæ

di, quæ habitu genito per vſum, & conſuetudinem ſuperanda eſt. Eadem etiam ratione colligit D. Thom. illo. articul. 5. ad. 1. & 3. in ordine ad bonum in communi nullum eſſe habitum in voluntate, quia ad illud per ſe ipſam eſt ſatis inclinata, & determinata: habitus vero ponitur ad determinandam potentiam ex ſe indifferentem ad multa, vt etiam docuerat D. Thom. quæſt. 49. articu. 4. cum quo Valent. diſput. 4. quæſt. 4. puncto. 1. concluſione. 3. docet ad bonum in communi nullum poni habitum in voluntate; & Azor lib 3. capitul. 20. quæſt. 4. ait, iuxta D. Thom. & veritatem nullum eſſe habitum ad ſe diligendum, tuendum, & ſeruandum, ad appetentum bonum generatim acceptum, ad amandam beatitudinem vniuerſe ſumptam; neque enim indigemus habitu, quo velimus eſſe felices, hoc eſt, nos bene in omnibus habere, & malo carere. Item nullum eſſe habitũ ad odio habẽdum, & reſpuẽdum malum vniuerſim acceptum, aut miſeriam generaliter ſumptam, natura enim nolumus eſſe miſeri. Rich. 3. d. 23. artic. 1. quæſt. 2. ait, proprie nullum eſſe habitum ad dilectionem vltimi finis in genere. Eadem ratione Gerua. lib. notitiarum, quæſt. 2. de habitibus ad. 4. principale putat, ſecundum D. Th. non poni habitum reſpectu dilectionis Dei acquiſitæ, quia voluntas ſic eſt determinata ad dilectionem Dei, vt non poſſit in oppoſitum. Quod tamen reijcit Gerua. quia licet voluntas ſecundum D. Thom. non poſſit Deum odio habere, tamen, quia poteſt Deum diligere, & non diligere, ideo indiget aliquo determinante, & conferente ipſi facilitatem ad eliciendam dilectionem Dei, & hoc vocamus habitum, deinde quia quilibet experitur, promptiorem ſe eſſe poſt multas dilectiones Dei, ſicut poſt multas dilectiones Sortis: ſed dilectiones Sortis relinquunt aliquid conferens promptitudinem voluntati, nempe habitum: ergo & dilectiones Dei.

108 Eandem opinionem, quam ait videri, D. Thom. impugnat Angeſt. in moral. capit. 5. § 1. dub. 1. quia licet voluntas ſit ſatis inclinata ad naturalem dilectionem Dei; tamen poteſt magis, & magis inclinari, ergo in ea eſt conſtituendus habitus in ordine ad talem dilectionem. Quo etiam argumento Almain. 1. moral. cap. 17. probat, eſſe ponendum habitum in voluntate in ordine ad amorem fælicitatis. Sed de fælicitate ſuo loco diximus; de dilectione autem naturali Dei dicemus in materia de gratia, an Deus ex ſolis naturæ viribus poſſit ſuper omnia diligi, & an ad eiuſmodi naturalem dilectionem ſit ponendus habitus in voluntate? An vero in ordine ad bonum proprium debeat poni habitus in voluntate, ſeu virtus aliquam, differemus tractat. ſequenti. An vero in voluntate angeli ſint aliqui habitus acquiſiti per actus ipſius in materia de angelis diſputandum eſt, vbi quæſt. 58. artic. 1. concluſ. 6. breuiter partem affirmantem docet Molina eſſeq. Victoriæ, & Soti, valdeque probabilem docet Medina in hac quæſt. 50. artic. 6. ſed oppoſitam etiam probabilem arbitratur, quoniam angeli ſunt creati in beatitudine naturali, vt ſcribit D. Thom. 1. part. quæſt. 62. artic. 1. ergo ſunt creati cum vniuerſis virturib. moralibus; tales enim ad beatitudinem naturalẽ neceſſariæ ſunt. ¶ 2. Quoniam D. Tho. & plerique Theologorum affirmant, angelos in naturalibus errare non poſſe: ergo in naturalibus peccare non poſſunt: errant enim omnes, qui operantur malum: ex quo, inquit, Medin. dicunt Theologi, dæmones modo in naturalibus præciſe non peccare, ſed in naturalibus inordine ad finem ſupernaturalem ex odio Dei, pro priori autem ſententia auctor iſte argumentatur. ¶ 1. Nam ſi iſtæ virtutes ſunt naturales in Angelis, & non acquiſitæ: ergo manent in dæmonibus; quia naturalia in illis manſere integra; conſeqnens videtur abſurdum, ergo angeli qui peccauerunt, fuerunt imprudentiſſimi, quicunque enim peccat, errat, & imprudentiſſimus eſt, ergo amiſerunt prudentiam: ergo non eſt illis naturalis. ¶ 3. Liberum arbitrium angelorum non fuit à principio determinatum ad bonum, vt probat D. Tho. 1. par. qu. 59. a. 3 ergo indiguit habitu determinante ad bonum.

SECTIO. IX.

Vtrum in ipſa ſubſtantia animæ immediate debeat conſtitui aliquis habitus.

DE habitibus naturalib nulla eſt difficultas ſuppoſita deciſione il- 109
lius quæſtionis, an potentiæ animæ diſtinguãtur ab anima. Nam tenendo, diſtingui, nemo dubitat, quin in ea immediate nullus ſit habitus: tenendo autem non diſtingui, nemo dubitat, quin in ea immediate ſint habitus, de habitu autem ſupernaturali non operatiuo per ſe, nimirum de gratia habituali, an ſit in eſſentia animæ ſunt variæ opiniones, etiam ſuppoſita diſtinctione animæ à potẽtijs, quæ opi-

Digitized by Google

opiniones in materia de gratia examinandæ ſunt, vbi D.Tho. quæſt.100 art.4. gratiam habitualem ponit immediate in eſſentia animæ, & angeli, quam opinionem probabilem appellat Fonſeca. 9. Met. capitul. 5. quæſt.3. ſectio.1. & ſequitur Viguer. cap. 3. §. 8. verſic. 4. De caractere autem, quem Sarna. in directorio theologico verbo habitus. Annumerat habitibus animæ, in materia de Beatitudine diximus contra aliquos, non eſſe immediate in anima, ſed in intellectu. Addit Fonſeca habitus aliquos ſeu diſpoſitiones naturales inhærere immediate in ſubſtãtia, vel quantitate, vt diſpoſitiones ad formam ſubſtantialem in materia prima, & ſanitas ac morbus pulchritudo ac deformitas in toto compoſito, ſed hoc ad Phyſicam ſpectat. Deinde qui fingunt actus immanentes immediate elici à potentia, & ſubſtantia, & in vtraque immediate inhærere, conſequenter idem dicerent de habitu operatiuo: quia idem debet eſſe ſubiectum habitus, & actus: ſed illud fundamẽtum minime approbamus.

SECTIO. X.
An in eadem potentia ſint plures habitus.

RESPON. affirmatiue, nam in in-
tellectu ſunt plures habitus: ſimi- 110.
liter in voluntate, & in appetitu ſenſitiuo, &c. vt omnes concedunt, & ratio à priori eſt, quam tradit Azor lib. 3. capit. 24. quæſt. 5. quia obiectum adæquatum potentiæ latius patet, quam obiectũ adæquatum cuiuslibet habitus in ea exiſtentis: ergo ponendi ſunt alij habitus, qui verſentur circa alia obiecta.

Hic diſputandum erat an in Deo ſit aliquid per modum habitus ratione diſtinctum ab actibus, & potentijs diuinis: ſed de hoc diſſeremus tract. ſequenti.

IHS

QVÆS. LI. DE CAVSA HABITVM QVANTVM AD GENERATIONEM IPSORVM.

Art. 1. *Vtrum aliquis habitus ſit à natura.*

Hic diſputant multi cum D.Tho. an habitus principiorum ſit nobis congenitus, & innatus, an vero per actus noſtros producatur? de quo egi diſput. præcedenti ſect.4.

Art. 2. *Vtrum aliquis habitus ex actibus cauſetur.*

Art. 3. *Vtrùm per vnum actum poſſit generari habitus.*

Art. 4. *Vtrùm aliqui habitus ſint nobis infuſi à Deo.*

DISPVT. III. DE GENERATIONE HABITVVM.

Sect. I. Vtrum habitus aliqui in nobis generentur ex actibus in genere cauſæ efficientis.

PRIMA opinio eſt actum non
I. cõcurrere effectiue ad habitum,
1. Opinio. ſed diſpoſitiue tantum, vt mollities eſt diſpoſitio in cera ad recipiendam, licet non ad retinendam figuram. ita Durand. 3. diſt.33.q. 2. n.9. & Rubi.q.1. a. 2.
1 Argum. Prob. 1. quia actus non efficit habitum immediate: ſiquidem fingi non poteſt illud medium, quo actus producat habitum: neq. vero illum efficit immediate, quia ſic ad habitũ eſſet per ſe motus contra Ariſt.7. phyſicorũ.c. 3.tex.17.
¶2. In fauorẽ ipſius arg. nam actus fit 2.
ab habitu, vt ſuperius diximus (quãuis id neget Duran.) ergo non poteſt habitus effici ab actu: non enim poteſt idẽ reſpectu eiuſdẽ eſſe
cauſa, & effect⁹ in eodẽ genere. ¶3. Eſt arg. Ru 3.
bi. actus eſt imperfectior habitu: ergo nõ illũ efficit: cauſa enim æquiuoca debet eſſe perfec-
tior effectu. ¶4. Non poteſt idem eſſe agens, 4.
& patiens reſpectu eiuſdem, vt patet ex Ariſtote. 3. phyſicorum text. 8. ſed potentia recipit habitum: ergo neq. immediate neq.

5 medio actu efficit habitum. ¶5. Si actus producit habitum: ergo, quot fuerint actus, tot producerẽtur habitus, quod tamẽ eſt falſum.

6. ¶6. Quia per actionem immanentem nihil producitur: ſed iſtę actiones immanẽtes ſunt: ergo per eas nihil producitur. Maior eſt Ariſtot. 1. Ethic. c. 1. & 9. met. text. 15.

2. *2. Opinio.* 2. Opinio eſt habitum produci per actum non quaſi per principium actiuum, ſed quaſi per effectionem, & productionem. ita Burid. 2. Ethic. quæſt. 3. probat, quia nihil efficit niſi media actione, ſed actio non poteſt effici media actione: ergo actiones noſtrę nõ poſſunt producere habitum. Sed ſunt ipſius habitus productiones Fauet Capreol. 3. diſtinct. 33. quæſt. 1. ad argum, Durand. contra 2. concluſionem, inquit enim actum humanum eſſe principium virtutis per modum actiui principij, vel ſorte per modum actionis, & productionis. Huic, & præcedenti opinioni quantum ad id in quo cõueniunt ſcilicet habitum non eſſe ab actu tanquam à principio actiuo, conſonat Mayron. 1. diſtinc. 17. qu. 3. & apud Sarnanum in derectorio Theologico verbo habitus. pagin. 313. dicens iſta propoſitio, habitus generantur ex actibus ſic exponitur, vt licet, ex, prioritatem dicat, vt cum dicimus, ex aurora fit dies, id eſt poſt aurorã: ſic habitus generatur ex actibus, id eſt per actus. Actus enim ſunt actiones immanẽtes, ideo non habent producere, ſed ſunt fines, & per conſequẽs non poſſunt cauſare habitum, neque aliquid aliud. Sententiam tamen Buridani omnino tenet auctor commẽtariorum in ethica Ariſtotel. iuxta mentem Martini de Magiſtris, & Burid. 2. Ethic. cap. 3. quæſt. 1. dub. 2. Vult autem auctor iſte cum Burid. ſicut alteratio, qua producit vltima diſpoſitio ad formã ignis habet duos terminos vnũ intrinſecũ, & primarium, ſcilicet, calorẽ alterum extrinſecum, & ſecundarium, ſcilicet formam ignis. ita actiones noſtras terminari intrinſece, & primario ad actus: ſecundario vero, & extrinſece ad habitus.

3. *3. Opinion.* 3. Opinio vera, & tenenda eſt, actus per modum principij effectiui concurrere ad productionem habituum: ita tenet D. Tho. hic artic. 2. vbi idem ſupponere videtur Caietan. ſed maxime Conrad, qui ibi ad 3. bene docet, actum efficere habitum non per modum inſtrumenti, ſed rationis agendi, & Medina eodem artic. ſententiam Durandi, quam putat eſſe contrariam D. Thom. vocat ridiculam eandem reijcit Valent. ibi. quæſt. 4. punct. 2. diſputat. 5. quæſt. 2. punct. 3. Conimb. in ethicis diſput. 3. quæſt. 3. artic. 2. Vazq. hic diſp. 79. cap. 9. Suarez tom. 2. met. diſput. 44. ſectio. 8. vbi hanc. 3. opinionem tribuit D. Thom. loco cit. & quæſt. 63. art. 2. & Theologis. 3. d. 23. & 33. idem docuit Sarna. paulo ante verba relata, dicens, actus eſt generatiuus habitus, non vt actio de genere actionis, ſed vt forma, & ſumpſit ex Scoto. 1. diſt. 3. quæſt. 6. §. hic ſunt tres breues quæſtiones in explic. prima & q. 9. ad. 3. argumen. & diſtinct. 17. quæſt. 2. §. contra iſtam opinionem idem Ferrar. 1. contra gentes. cap. 53. Almai. 1. moral. cap. 17. Molin. 1. part. quæſt. 27. artic. 1. diſput. 8. membro. 2. Angeſtus in moral. capit. 5. in princip. Maior. 3. diſtinct. 23. quæſt. 3. Gabr. q. 1. artic. 3. dub. 4. Almain. quæſt. 1. & 2. Capreol. ſupr. Ocam. 2. quæſt. 14. lit. Y. & Z. & 3. quæſt. 11. 11. lit. A. & D. Fonſec. 9. Met. c. 5. q. 4. ſect. 3. & 4. aſſerens actum eſſe cauſam integram principalem habitus.

Probatur, quia poſitis actibus generatur habitus vt experientia conſtat, docetq. Ariſtot 2. ethic. cap. 1. ſicut inquit ædificando ædificatores, cithara canendo citharædi efficiuntur, ita quoque iuſta agendo iuſti, temperata temperati, fortia fortes euadimus, & infra, vt vno, inquit, verbo dicam, ex ſimilibus operationibus habitus fiunt: idem repetit cap. 2. & lib. 3. cap. 5. & 9. met. cap. 5. Nulla autem ratio huius effectus reddi poteſt, niſi cauſalitas effectiua, quæ poteſt ſine vllo inconuenienti tribui actui: ergo tribuenda eſt minor probabitur impugnando. 1. & 2. opinionem, & ſoluendo earum rationes.

In primis ergo Duran. impugnatur: nam cauſa diſpoſitiua, quæ eſt neceſſaria ad vnionem formæ cum ſubiecto, eſt etiam neceſſaria ad eius conſeruationem, ſed actus non eſt neceſſaria diſpoſitio ad conſeruationem habitus in ſubiecto: ergo neque ad vnionem. 4. *Cõtra Durand.* Si dicas ſicut contingit cauſam efficientem neceſſariam ad introductionem formæ non eſſe neceſſariam ad eius conſeruationem: ita poſſe contingere in cauſa diſpoſitiua, ſicque cõtritionem eſſe diſpoſitionem neceſſariam ad introductionem gratiæ, non tamen ad cõſeruationem, & certa diſpoſitio eſt neceſſaria ad productionem animæ in corpore; non tamen eſt neceſſaria ad conſeruationem eius abſolute, imo neque ad cõſeruationem eius in corpore, quia alia diſpoſitio debet eſſe in generatione hominis alia poſtea, phantaſma etiam concurrit diſpoſitiue ad productionẽ ſpeciei intelligibilis; non autem ad eius cõſeruationem; & mollities ceræ eſt neceſſaria ad recipiendam, & non ad conſeruandam ſigilli figuram. Contra, quia cauſa efficiens eſt extrinſeca; diſpoſitio vero eſt quaſi intrinſeca: reducitur enim ad genus cauſæ materialis; ideo, quæ perſe eſt requiſita ad vnionem, eſt etiam requiſita ad cõſeruationẽ

formæ

formæ in ſubiecto. Præterea quando cauſa efficiens non eſt neceſſaria ad conſeruationem effectus, ſaltem eſt neceſſarius nouus concurſus alterius cauſæ, quæ eius defectum ſuppleat & in diſpoſitionib. interdum idem cõtingit, nam in cõſeruatione formæ viuẽtis requiritur ſaltem ſimilis, & quodammodo melior diſpoſitio, quamquæ fuit in introductione; hic autem, loco actus nulla alia diſpoſitio datur in conſeruatione habitus, ergo ſignum eſt, actum nõ fuiſſe proprie diſpoſitionem ad introductionẽ habitus. Quod autem de contritione adducitur, non vrget, nam vel hac eadem ratione oſtendemus in materia de gratia non eſſe diſpoſitionẽ phyſicam, ſed moralem tantum ad introductionem gratiæ, ſicut & meritum ad eius augmẽtũ. Similiter mollities in cera non eſt diſpoſitio proprie neceſſaria ad impreſſionem figuræ, ſed eſt conditio requiſita, vt agens poſſit vincere reſiſtentiam ceræ, non fracta cera neque ſeparatis eius partibus pluſquam figura ipſa requirat: in productione autem habitus nullum eſt contrarium reſiſtens, præſertim ſi habitus productus contrario careat, vel in potentia illud non inueniat, & quamuis præcederet contrarius habitus in potentia, non eſſet neceſſaria præſens diſpoſitio ad expellendum illum; quia habitus contrarius non eſt expellẽdus per diſpoſitiones præuias; ſed per habitum oppoſitum, ſicut forma corrupti per formam geniti, & non per diſpoſitiones præuias. Similiter neque accidentia materiæ ſunt diſpoſitiones ad productionem animæ rationalis (quæ producitur prius natura quam vniatur) ſed ſunt conditiones, quibus Deus naturæ auctor determinatur ad agendum.

5 Eodemq. modo phantaſma non eſt diſpoſitio ad productionem ſpeciei intelligibilis cum non ſit in eodem ſubiecto, ſed vel eſt inſtrumentum, vel conditio determinans intellectum agẽtem vt producat einſmodi ſpeciem. Neque tamen iſto modo poteſt dici concurrere actum ad productionem habitus nimirum determinando potentiam, quæ varios habitus poteſt producere, vt hunc potius quam illum producat, licet enim hoc effugium non poſſet facile impugnari, tamen facile etiam poteſt contemni tãquam ſine fundamento confictum, cur enim actui, qui eſt qualitas quædam perfectiſsima, non tribuetur vt effectiue concurrat cum potentia ad productionem habitus ſicut vnus actus interdum concurrit ad productionem alterius, intentio finis ad electionẽ medij, aſſenſus principij ad aſſenſum concluſionis, &c. & ſicut actus intelligendi concurrit effectiue in opinione multorũ Thomiſtarũ ad productionẽ verbi, & conf. quia potentiæ noſtræ ſunt valde limitatæ imperfectione, & ideo non ſunt totales cauſæ ſuorum actuum; ſed intellectus ad apprehenſionem iuuatur ſpecie, ad iudicium vero etiam apprehenſione, & voluntas à cognitione obiecti iuxta veriorem opinionem, ergo eadem ratione ad productionem habitus iuuari debet ipſo actu. Vnde ſicut graue quando deſcendit ſuo motu producit impetum, quo deinde motus fit velocior: ita actus producit habitum, quo deinde actus fit intenſior. Adde diſpoſitionem non eſſe perfectiorem forma: actum autem opinione multorum eſſe perfectiorem habitu, ergo non erit diſpoſitio ad habitum efficiendum, vel recipiendum. Adde etiam, incommodum, quod Durand. vult effugere, ex eius opinione etiam ſequi, nempe ad habitum eſſe per ſe motum: nam poſtquam potentia produxit actum alia actione debet producere habitum: non enim poteſt eadem actione produci primario diſpoſitio, ſecundario vero forma, ad quam diſponit.

Buridanus autẽ impugnatur. Nam actio, quæ eſt productio, non diſtinguitur realiter à trimino, qui per illam producitur, iuxta probabiliorem opinionẽ ſumptam ex Ariſt. 3. phyſ. actus autem realiter diſtinguitur ab habitu, vt omnes concedunt; quia poteſt dari actus ſine habitu, & econtra: ergo actus non eſt productio habitus, & alioqui omnis actus inferret habitum: vel partem habitus, etiamſi illum productum intenſioremque inueniret; & producto habitu ceſſaret actus ſicut producta re ceſſat eius productio. Præterea, actus ſentiendi non eſt productio habitus, neque alterius ſimilis rei: ergo neq. actus intelligendi, quanuis actio intelligendi, & ſentiendi interdum ſignificent productiones actuum ſentiendi, & intelligendi, qui ſunt qualitates terminantes intrinſece tales productiones, ita vt actio de genere qualitatis ſit terminus actionis de genere actionis. Confir. etiam, nam viſio Dei, & omnes actus ſupernaturales quoad ſubſtantiam & actus remiſſiores, & æquales, & fortaſſe aſſenſus primorum principiorum & omnes actus angelorum non ſunt productiones, vel intenſiones habitus; ergo actus inmanens non eſt productio, vel intenſio habitus ſed qualitas, quæ interdum habet vim, vel etiam exercitium producendi, aut intendendi habitum; interdum vero non. Vnde expreſſe Ariſtotel. 7. met. capitul. 3. quem D. Thom. & omnes ibi ſequuntur, ait, actum ſentiendi non eſſe generationem, niſi viſionem, actumue generationes quiſpiam dixerit. Quod videlicet abſurdum eſt & ita actum non eſſe 6 *Burid. impugnatur.*

productionem habitus merito docent Suarez, Vazquez, Medina, Sarnanus, Scotus, Ferrari, & Molina ſupra, qui primo probant quia actio non poteſt dari ſine termino, cuius productio eſt; actus autem intelligendi, vel diligendi poteſt dari ſine termino per ipſam producto, non ſolum de potentia abſoluta, ſed etiam de ordinaria: quando enim habitus eſt perfecte generatus nihil habitus producitur per actum etiam intenſum. Vt in beatis inquit Scotus, 1. d. 3. quæſt. 6. §. hic ſunt tres breues quæſtiones, quia habent intenſiſſimũ habitũ, nihil per actum producitur. Item quando actus eſt valde remiſſus, & vel adeſt contrarius habitus, vel is, qui erat producẽdus, erat iam intenſior in eodẽ ſubiecto, nullus habitus generatꝰ, aut augetur, ergo actꝰ nõ eſt productio habitus, nec partis habitus, item productio habitus ſiue fiat à Deo, ſiue à creatura, identificatur cum habitu: actus nõ, ſed cũ verbo, ergo. Item actus & habitus ſunt realiter diſtincti, ergo produci debent p duas actiones de genere actionis, quarum vna ſequatur ex alia, vt generatio ex alteratione. Tamẽ per accidens eſt, quod actus ſit productus à nobis, vt generet habitũ. Nam etiamſi à ſolo Deo in nobis produceretur, ex eo prodiret habitus; non enim producit habitum intellectio, vel dilectio, vt eſt actio de genere actionis, ſed vt eſt actio de genere qualitatis.

7 Ad 1. ergo, argum. 1. opinionis. Reſp. etiam procedere contra Durand. nam ſi potentia diſpoſita, aut determinata per actum efficit habitum, certe illum efficit alia actione proprie dicta, quæ habet pro immediato termino ipſum: ergo ad habitum erit perſe motus contra Ariſt. Vnde in opinione omni exponendus eſt Ariſto. Quidam ergo dicunt cum Scoto quodlib. 13. a. 2. §. nunc. 3. non loqui ex propia ſententia: ſed Platonis: dixerat enim Plato. noſtrum ſcire eſſe quoddam reminiſci, quam ſententiam etiam Ariſtot. 1. poſt. text. 4. tribuit Aug. 12. trin. cap. vltim. iuxta quam opinionem recte Ariſto. docuit, dicendum eſſe, nullum eſſe motum ad acquirendum habitum, ſed ad auferẽda ea, quæ eius vſum impediunt. Hanc interpretationẽ ſumpſit Scot. ex Auerro. ibi comment. 20. & videtur approbare Suarez ſupra, num. 11. Vbi addit aliam, nempe Ariſt. loqui de motu alterationis ſenſibilis, aut ſucceſſiuæ, non de motu alterationis in vniuerſum. Medina, quæſt. 51. a. 2. ait Ariſto. loqui de ſola alteratione corporali Vazq. diſput. 79. cap. 9. in fine ait, Ariſto. loqui de motu alterationis corruptiuæ. Valentia ſupra ait, tantum voluiſſe, quod non ſit perſe & formaliter ſenſibilis actio, vel alteratio phyſica ad 1. ſpeciem qualitatis, ſed ad 3. ſecus materialiter, eo quod eadem qualitas, vt calor in. 1. & 3. ſpecie collocatur ſub diuerſis rationibus. Certe Ariſt. multa eo cap. dicit, quæ falſa & contra communem modũ ſentiendi videntur, & legenti conſtabit ea dixiſſe ex propia ſententia, & magna aſſeueratione, aliosq. impugnando, qui iudicarent, vel iudicare poſſent, alterationem eſſe ad habitus. Certum etiam eſt, non loqui de ſola alteratione ſenſibili; hanc enim non eſſe perſe ad ſcientias, & virtutes manifeſtũ erat, neq. probatione indigebat. Multꝰ eſt autẽ ibi Ariſt. in probando, ad has virtutes & ſcientias non eſſe perſe motũ, ſeu alterationẽ. Ne autẽ dica- 8
mus Ariſto. fuiſſe deceptũ, dicendũ eſt, Ariſt. ſolum voluiſſe. 1. & immediatã alterationem non eſſe ad habitũ corporis aut animi; quia omnis alteratio, quæ fit ad habitum, ſupponit aliã alterationẽ factã, vel ad aliquã ex primis qualitatibus, vel ad aliquẽ actum facultatis cognoſcẽtis, vel appetentis. Vnde cum ait, Ariſt. ad habitum nõ eſſe perſe motum, quia eſt ad aliquid intelligendus eſt, vt ſit ad aliquid nõ formaliter ſed virtute & æquiualenter quantũ ad hoc: conſequitur enim ad productionem alterius rei, hanc interpretationem ponit & late confirmat Scotus ſupra eandemque amplectitur Capreol. loco ſuperius citato, & inſinuat D. Thom. quæſt. 50. articul. 1. ad. 3. in fine, ſic Ariſtotel. explicari à D. Thom. quæſt. 52. articul. 1. ad. 3. ait, Vazquez, ſupra: qui tamen magis probat aliam expoſitionem, quam ex eo retulimus. Vel dicendum eſt Ariſtotel. bene negaſſe ad habitus corporales eſſe perſe alterationem, quia complentur relatione quadam proportionis & mediocritatis, quę ponitur poſita aliqua qualitate, ad quam quidem eſt per ſe motus, & cõſequenter tãtũ ad relationem, quæ habitum complet. Ideo ad eiuſmodi habitum non eſt perſe motus, ſic illum intelligit D. Thom. ibi, & infra q. 52 art. 1. ad. 3. Medina. q. 49. art. 3. in fine. Addimus etiã, bene negaſſe ad ſcientiam habitualem, & virtutem eſſe perſe alterationem. 1. quidẽ, quia in ſumma proprietate, & rigore alteratio ſolum eſt cum quis deijcitur a ſua perfectione, qui autem ſcientiam, vel virtutẽ habitualem acquirit, potius collocatur in ſtatu perfecto, ita Ariſtotel. explicat D. Thom. ibidem, & quæſtione prima, de virtutibus articul. 9. & 10. ¶ 2. Quia ſcientia & virtus ſunt ad aliquid, ideſt relatione quadam complentur: ad relationem autem non eſt perſe motus. Maiorem in ſcientia probat Ariſtoteles interprete D. Thom. ibi. quia de ratione ſcientiæ eſt veritas, veritas autem eſt relatio conformitatis ad rem ſcitam, quę manente ipſo habitu, poteſt deſtrui. v. g.

ego

ego habeo modo habitum ad iudicandum cælum eſſe quantum, qui modo eſt verus, quoniam cęlum eſt quantum: ſi vero Deus aufferet ab eo quantitatem, habitus eſſet falſus & eliceret actum falſum, in virtute autem probat Ariſt. vt indicat D. Thom. qnia virtus in mediocritate conſiſtit, & conformitate ad rationem, ſi autem per poſſibile vel impoſſibile id ad quod inclinat, non ſit iam conſentaneum rationi, vtpote ſi ſit prohibitum, iam ipſe habitus non erit conſentaneusrationi, neq. virtus, ergo virtus completur relatione. & ſic neq. ad ſcientiam, neque ad virtutem ſecundum ſuum eſſentiale, & formaliſſimum complementum eſt per ſe alteratio, ſed vt plurimũ ad qualitatem quæ eſt ſcientia, & virtus. ¶3. Probat Ariſt. neq. ad iſtas qualitates. ſeu ad ſcientias & morales virtutes eſſe omnino per ſe alterationẽ, quoniam vt hæ producantur, vel corrumpantur, aliæ qualitates prius produci aut corrumpi debent in corpore, vel in ſenſibus, vel in appetitu ſenſitiuo, ſaltemq. in ipſa potentia quæ acquirit vel amittit habitum, nam vt acquirat habitum, prius debet elicere actum, vt vero illum habitum amittat, debet elicere actum oppoſitum, ita Ariſtot. intellexit. D. Thom. q. 52. a. 1. ad 3. Suarez & Medi. locis proxime citatis. Capre. 3. d. 23. q. vnica ad argumenta contra 2. concluſionem, vbi etiã primam rationem attingit dicens, ad virtutem non eſſe per ſe motum, quia dicit abſolutum cum reſpectu. Alia circa hunc locum ex Soto & Valen. dicemus tractatu ſequenti diſp. 1. ſect. 2. ad quandam obiectionem.

9. Ad 2. R. Vaz. actum & habitum non eſſe eiuſdem ſpeciei, ac proinde non poſſe inter eos eſſe reciprocam & mutuam efficacitatem vnius in alterum, ſed habitum ſecundum ſubſtantiam ſuam produci ab actu, actum autem non ſecundum ſubſtantiã ſuam, ſed ſecundum modum quemdam cauſari ab ipſo habitu. Sed iam in ſuperioribus oſtendimus, habitum efficere ſubſtantiam actus, vnde aliter ad argumentum R. nihil poſſe eſſe cauſam & effectum eiuſdem numero rei in genere cauſæ efficientis: ſecus eiuſdem rei ſecundum ſpeciem, non ſolum quando cauſæ ſunt vniuocæ, vt calor productus ab vno calore poteſt aliũ producere, ſed etiam quando ſunt æquiuocæ, dummodo non ſint principales, & totales; nam cauſa totalis principalis debet eſſe eſſentialiter & ſimpliciter perfectior effectu, indiuidua autem duarum ſpecierum non poſſunt ita ſe habere, vt vnũ quodq. eorum ſit eſſentialiter & ſimpliciter perfectius alio, quia igitur actus & habitus ſunt diuerſarum ſpecierum, vt poſtea dicemus, non poteſt dici, vtrumque eſſe principale & totale efficiens alterius, etiam ſi reſpectu diuerſorum indiuiduorum habitudines cauſæ & effectus ſumantur: ſed vtrumq. vel alterũ ex his agẽribus debet eſſe principale aut inſtrumentale. Ait autem Suarez in fine ſectionis citatæ, actum eſſe partiale & totale principium habitus, quoniam eſt perfectior habitu, & ideo non apparet vnde illi repugnat eſſe totale principium ipſius. Item quia productio habitus non eſt vitalis actio, ideo non eſt cur ad illam ſit neceſſarius actualis influxus potentiæ animæ, imo hæ potentiæ nihil videntur immediate agere poſſe, niſi actus vitales vnde neque aliam vim habent ad producendum habitum, niſi quam habent ad producendum actum, habitus vero eſt quaſi ſemen vt Caiet. ait, vel partiale agens vt ait Sotus, ideo licet ſit minus perfectus, poteſt concurrere effectiue ad productionem actus. Hæc ille. Aliter ſentit Valen. diſputat. 4. quæſtio. 3. punt. 2. ad 1. Concedo, inquit, actum in ſe conſideratum eſſe quid imperfectius, quoniam eſt in ſpecie diſpoſitionis facile mobilis, &c. ſed vt nihil ominus intelligatur habitus per ipſum produci, ſatis eſt quod eſt inſtrumentum principij perfectioris, quod ſit habitus, ideſt potentiæ, atq. hoc eſt quod vult in præſenti Caiet. quando recte notat ſufficere quod actus ſit perfectior ſecundum quid, ſcilicet vt procedit à tali potentia, quamuis per ſe ſit ſimpliciter imperfectior, non enim actus concurrit ad productionẽ habitus niſi vt inſtrumentum, & organum potentiæ. Hæc Valent. vbi ſane docet tum actum eſſe imperfectiorem habitu, tum potentiam concurrere per ſe, quia ait, actum non producere habitum, niſi vt organum & inſtrumentum potentię, ac proinde ipſam eſſe principale agens habitus, quod magis explicat quæſtio. 4. puncto. 3. 10. dubio 3. & 4. Cæterum Caietan. quæſtioo. 51. articulo 2. non explicat actum in productione habitus eſſe organum & inſtrumentum potentiæ, ſed tantum ait eſſe organum & inſtrumentum ſuperioris, & perfectioris principij, per quod videtur intelligere aliquid aliud à potentia, quia ſumitur hoc ex D. Thom. ibi ad 3. qui explicat illud nobilius principium actus, quo producitur moralis virtus eſſe rationem; principium vero nobilius illius actus, quo producitur ſcientia, eſſe cognitionẽ primorum principiorũ quod clarius explicant D. Thom. Caietan. & Medin. quæſtio. 63. articul. 2. ad 3. & Contra. vtroq. loco, qui tamen recte aduertit, neque potentiã, neq. actũ eſſe proprie cauſam inſtrumẽtalẽ habitus, ſed rationẽ agendi. Vbi etiã ſupponit potentiã per ſe & immediate concurrere ad productionẽ habitus, ac proinde

actum eſſe cauſam partialem, ſeu partẽ cau-
ſæ reſpectu actus: & ait, actum eſſe cauſam
minus principalem, quia nimirum potentia
magis influit ad productionem habit⁹, quam
ipſe actus, & quia ſuam cauſalitatem peculia
rem ſumitur actus, nõ à potẽtia, ſed actus pro
ductiuus virtutis moralis à ratione, quæ effi-
cit talem actum, & actus ſcientiæ à cognitio-
ne principiorum: ideo. D. Thom. ait actus iſ-
tos in virtute ſui principij actiui, & vt inſtru-
menta ipſius producere habitus. Itaque Du-
ran. totam vim producendi habitum tribuit
potentiæ, Suarez actui (idemq. ſentit Vazq.
dicens, actum non eſſe cauſam inſtrumenta-
lem, ſed principalem proximam; potentiam
vero tantum eſſe cauſa remotam) nos cum
Valen. & Conrad. actui, & potentiæ ſimul. Et
Suarez fatetur, ſi actus dicatur eſſentialiter
imperfectior habitu, vt eſt probabile, non eſ-
ſe totale principium habitus, ſed vna cum
potentia illum producere. Angeſtus etiam
in moral. cap.5.§. 1. ait, ſi potentia cum actu
producit habitum id facit vt natura.

Ad tertium quidam dicunt, actum eſſe
11. perfectiorem habitu acquiſito per ipſum ali
qui tribuunt D. Thom. 1. 2. quæſt. 71. artic.3.
vbi ait, actum præeminere habitui, ibiq. Ca-
ietan. idem ſentire videtur explicans ſolutio
tionem ad. 1. in qua etiam declarat D.Thom.
exceſſum habitus in permanẽtia eſſe tantum
ſecundum quid, quia vero in ſolutione ad.3.
addit actum præeminere habitui in bonita-
te, & malitia, ait Caietan. non tamen inde
negatum putes, actum eſſe ſimpliciter nobi-
liorem habitu, ex ratione enim allata in cor-
pore, & explanata ad. 1. patet, quod actus eſt
ſimpliciter nobilior, & melior habitu, ſicut
actus ſimpliciter actu permiſto potentiæ,
& finis eo, quod eſt ad finem ſimpliciter.
Ait autem Suarez tom. 2. met. diſputat. 44.
ſection. 8. num. 18. quidquid ſit de aſſertio-
ne ipſa, neque ex illo loco D.Thom. neque
ex illis rationibus eam recte colligi. 1. quia
expreſſe comparat actum habitui in bonita-
tate, & malitia morali non in perfectione
entitatiua. ¶ Secundo, quia comparat eo-
dem modo actum cum potentia, & cum ha-
bitu dicens, actum in bono, & malo præemi-
nere potentiæ, imo & habitum ſub eadem
ratione dicit præeminere potentiæ, licet ſit
inferior actu, quia eſt quid medium inter
potentiam, & actum. At vero nullus dicit ha-
bitum acquiſitum eſſe ſimpliciter nobilio-
rem potentia in genere entis, neq. etiam de
actu id dici poteſt. ¶ Tertio ſi rationes illæ
eſſent efficaces æque probarent de habitibus
iufuſis eſſe nobiliores ſuis actibus, cuius op-
poſitum frequentius ſentiunt theologi, quia
illi habitus ſunt perſe neceſſarij ad ſubſtan-
tiam actus, et quia hac ratione actus non
poſſunt effectiue cauſare, vel intendere il-
los habitus. Quarto, quia quod actus non
habeat illam admixtionem potentiæ, quam
habet potentia, vel habitus, ſolum pro-
bat illum ſtatum cum res eſt in actu ſe-
cundo eſſe ſimpliciter perfectiorem, quam
cum eſt in habitu vel in actu primo, non ta-
men probat, actum ſecundum præciſe com-
paratum ad habitum, ſeu actum primum ſe-
cundum id quod addit, eſſe ſimpliciter per-
fectius ens, ſed ſolum ſecundum quid, et
in modo actuandi. Eadem ratione cenſet
Suarez numero.19. non ſatis colligi rem præ-
ſentem ex illis locis Ariſtot. in quibus po-
nit beatitudinem in actu vltimo, tanquam
in perfectiſſimo, vt conſtat ex.1. ethicorum.
capit.8.9.&.13. et libr.10. capit. 10.9. met. cap.
7. lib.12. capit.4. et 6. quamquam Scotus. 4.
diſtinct. 49. quæſtione. 1. et 2. præſertim ad
argumenta propter hæc teſtimonia exiſti-
met, actum eſſe ſimpliciter nobiliorem
habitu, ex illis tamen ſolum probatur, eſ-
ſe in actu eſſe ſimpliciter perfectius, quam
eſſe in potentia; non vero quod præciſe
comparando entitatem actus vltimi ad en-
titatem habitus vel potentiæ, illa ſit ſimpli-
citer perfectior. Nihilominus probabilius 12
cenſet Suarez numero ſequenti, actum eſſe
ſimpliciter nobiliorem habitu, ſaltem in
habitibus acquiſitis, qui ſolum conferunt
potentiæ facilitatem in operando. Vnde ſo-
lum videntur eſſe quaſi impulſus quidam
relicti ab actibus propria virtute ipſorum.
Item ſpecies intentionales videntur eſſe mi-
nus perfectæ ex ſuo genere, quam actus ſe-
cundi, etiam ſi magis durent. Denique hæc
perfectio habitus acquiſiti videtur eſſe mi-
nimum quoddam complementum poten-
tiæ. Eſt ergo probabilius actum eſſe ſimpli-
citer perfectiorem habitu acquiſito, etiam
ſi ſecundum quid in permanentia et diu-
turnitate, aut independentia ab actuali in-
fluxu potentiæ excedatur. Hęc Suarez, Coim
bri. etiam in ethic. diſput. 3. quæſt. 3. pag. 26.
cenſent, in naturalibus actum eſſe nobi-
liorẽ habitu. Idem tenet Fonſe.9. Met.c.5.q.4.
ſect.4. Capreo.4.d.49.q.1.a.3. ad.2. Scoti.cõtra
1.concl. idẽ nõnulli tribuũt Zumeli, et Medi.
quęſt.71.art.3. Burid. 1. ethic. quæſt.10. in fine,
Scoto, Rich. Baſſoli. Soto, et Conrado in ma-
teria de beatitudine, qui ponunt eſſentiam
beatitudinis in actu, et non in habitu, cum
Ariſtot. et alijs, eo quod actus eſt perfec-
tior habitu, idem expreſſe docet Maior. 3. d.
23.quæſt.4. ad. 3. Scotus. 1. diſt.17.quæſt.2. ad
arg.cõtra.3.viam, idq; neceſſario dicendũ eſ-
ſe ait, Vazq.diſp.79.c.9.nu.42. eo quod diffe-
rũt ſpecie, et actus eſt propria cauſa habitus,

at vero

at vero habitus non cauſat actum ſecundum
ſubſtantiam ipſius ſed ſecundum modum.
Idem ſuadent alij,quia habitus eſt propter ac
tum:ergo actus eſt nobilior.Item quia eligi-
13 bilius eſt habere actum ſine habitu,quam cõ
tra.Alij tenent,habitum eſſe eſſentialiter &
ſimpliciter nobiliorem actu. Hæc videtur
ſententia D.Tho.q.51.ar.2.ad.3.& q.68. arti.2.
ad.3.Caiet.& Conra. vtroque loco Medinæ
vltimo loco Valentiæ diſp.4.q.3. pun.2. Alijs
vero locis in oppoſitum adductis ſolum do-
cent,D.Thom.& Caiet.actum ſecundum ſe
ſimul & ſecundum id,quod ſupponit, eſſe
ſimpliciter nobiliorem habitu, & habitum
potentia,itemque actum eſſe nobiliorem ha
bitu ſecundum quid: præciſe autem compa-
parando actum & habitum, ſentire vidétur,
habitum eſſe ſimpliciter nobiliorem. Idem
videtur ſentire Alenſ.2.p.q.96.alias.104.méb.
3.& expreſſe tenet Altiſiod.lib.3.tract.2. q. 16.
Henric.quodlib.13.q.12.& vt probabile de-
fendit Valentia diſp.6.q.1.pun.2.

14 Suadetur quia habitus eſt permanentior,
quam actus & non pendet in ſua conſerua-
tione ab actuali influxu potentiæ, ſeu à po-
tentia in genere cauſæ efficientis, & ab alijs
multis,à quibus pendet in ſua conſeruatione
actus,& melius diſponit habentem,quia con
ſtituit illum ſimpliciter ſtudioſum,aut ſcien
tem. Item habitus eſt propinquior & ſimi-
lior potentiæ: vnde ſicut illa eſt ſimpliciter
nobilior actu, ita & habitus,maior patet ex
permanentia & vniuerſalitate.quia vnus ha-
bitus poteſt eſſe principium plurimum ac-
tuum numero, & ſpecie diuerſorum: quod
maxime atteſtatur eius perfectioni. Sed de
his diligemus diſſeremus in tract.de peccatis
cum D.Tho.& alijs.q.71.ar.3.

15 Siue autem actus ſit ſimpliciter nobilior
habitu,ſiue nõ duo tamen concedenda ſunt,
1. eſt actum eſſe cauſam efficientem habi-
tus ſaltem partialem,hoc enim poteſt eſt cõ-
cedi,etiam ſi imperfectior ſit. Secundum eſt
diſtingui ſpecie ab ipſo habitu, ita concedũt
omnes,& ex profeſſo docet Suarez illa diſp.
44. ſect.3. num.14. & ſequentibus,Angeſt.in
moral.c.5.§.1.concl.5.Valen.diſp.5.q.2. pun.3.
& patet.Primo,quia duo accidentia ſola nu-
mero diuerſa, non poſſunt eſſe ſimul in eo-
dem ſubiecto,ſaltem ita vt vnum ab alio fiat,
ſed actus & habitus ſunt ſimul in eodem ſu-
biecto, & interdum actus procedit ab habi-
tu,interdum habitus ab actu: ergo non ſunt
eiuſdem ſpeciei.Secundo,quia actus eſt qua-
litas natura ſua pendens in fieri,& conſerua-
ri ab actuali influxu potentiæ vitalis, habitus
vero eſt qualitas permanens ſine tali depen-
dentia.Tertio,actus ex natura ſua ex produ-
ctiuus ſui habitus, habitus vero non eſt pro-
ductiuus alicuius habitus,econtra etiam ha-
bitus eſt productiuus ſui actus:actus vero nõ
eſt ſic productiuus,ergo actus & habitus dif-
ferunt eſſentialiter & ſpecifice.

Dices,actus & habitus verſantur circa idẽ 16
obiectum: ergo ſunt eiuſdem ſpeciei, nam
ſumunt ſpeciem ab obiecto. R. cum Suarez
ſup.negando conſequentiam, nam diuerſus
modus tendendi potentiæ,actus, & habitus
in obiectum ſufficit ad eorum diuerſitatem
ſpecificam:nam actus attingit immediate ob
iectum,potentia & habitus mediate, poten-
tia quidem dando ſimpliciter poſſe, & ſuſci-
piendo actum & habitum, habitus vero
dans facile poſſe, & nihil in ſe recipiendo,
item habitus eſt vniuerſalior actu,& poten-
tia habitu, vnde neque habent adæquatum
obiectum.Cõuenire autem poſſunt in aliqua
ratione generis remoti, vel ſpecie ſubalter-
na,in quo ſenſu dixit Caiet.q.49.ar.3. §. præ-
terea quinto,habitum,actum, & potentiam
quodammodo eſſe eiuſdem ſpeciei: impro-
prie autem & obſcure loquitur, vnde meri-
to reprehenditur à Vazquez diſp. 79.c.9.n.41.
¶Ad.4.R.1.hic non eſſe idem ſecundum idẽ
agens & patiens,nam potentia per ſolum ac-
tum,aut per ſe, & actum producit habitum,
quem tamen recipit per ſe ſolam.2.R.Valen.
illo pun.2.idem ſecundum diuerſas rationes
poſſe eſſe agens & patiens totale immedia-
tum,ſed de hoc alibi dicetur:vnde male Du-
ran.ponit habitum eſſe immediate in ſola et
à ſola potentia,¶Ad.5.neg.conſeq quia habi-
tus non ſpecificatur à principio productiuo
ipſius,ſed ab obiecto adæquato, quod aliud
eſt ab obiecto actus,per quem producitur:
latius enim patet obiectum adęquatum habi
tus quam actus.¶ Ad.6.R.per actiones imma
nentes de genere qualitatis, nihil produci
vniuerſaliter,& neceſſario, bene tamen ali-
quando & permiſſiue.Dico immanentes de
genere qualitatis,quoniam per actiones im-
manentes de genere actionis ſemper aliquid
producitur,nempe actio de genere qualita-
tis, quæ ſecundum aliquos eſt ipſum verbũ,
vel aliquid proportionale verbo: ſecundum
alios vero eſt qualitas diſtincta à verbo, et
principium effectiuum verbi:item per actio-
nem immanentem de genere actionis ſem-
per producitur aliquid ad intra, non tamen
ad extra:per actionem vero immanentem de
genere qualitatis non ſemper producitur ali
quid ad extra,neque ad intra, ſed pro natura
actionis & diſpoſitione ſubiecti.

Ad fundamentum 2.opinionis.R. actionẽ
de prædicamento qualitatis poſſe efficere me 17
dia actione de prædicamento actionis, et ſic
contingere in caſu noſtro,nam actus intelli
gendi et amandi ſunt qualitates, quæ per

actiones de genere actionis producunt habitus.Ariſto.autem.7.phy. c.2.à tex.11.tantum vult,quod vna actio de genere actionis non fit per aliam eiuſdem generis tanquã per ſui productionem:quo non obſtante,actio de genere actionis poteſt manare tanquam a pirncipio actiuo,ab actione de genere qualitatis. Vt actio qua producitur aſſenſus cõcluſionis manat ab aſſenſu præmiſſarum & actio qua producitur amor manat ab intellectione, & actio qua producitur electio medij, ab intentione finis, & actio imperata ab elicita.

SECTIO II.

Vtrum ex actibus primoprimis generetur habitus.

18 MEDINA. q. 50. a. 3.reſpondet triplici concl.1.eſt ex motibus primoprimis non generari habitus. Probat,tum quoniam eiuſmodi actus ſunt naturales,&inſtinctu naturæ proueniũt, tum quoniam ex D.Thom.in eo art.vbi non eſt obedientia ad rationẽ, habitus non eſt:ſed potentia in his actibus nõ paret rationi, ergo per eos nullum acquirit habitum; tum vltimo quoniam ſuperuacaneum eſt habitum ad eiuſmodi actus conſtituere nam ſiue ſit habitus:ſiue non ſit,continuo atq. tale obiectum præſens eſt,naturaliter talis motus excitatur. ¶ 2.Eius concl.eſt,habitum iam genitum habere ſuos motus primoprimos & naturales nam experiẽtia euidens eſt, eum qui habet conſuetudinem iurandi, ſi cõuertatur, adhuc ſentire quoſdam motus ſubitos ad iurandum,quos non ſentiret, ſi non habuiſſet conſuetudinem iurandi,ergo tales motus ex habitu oriuntur, ¶ 3.Charitas in patria vt ſentiant Theologi habet actus amoris neceſſarium & naturalem,ergo non repugnat habitui morali habere actum naturalem, itaq.ſicut theologi dicunt,voluntatem conſideratam, vt natura eſt,habere actum naturalem & neceſſarium.conſideratam vero vt voluntas eſt,habere actũ liberum: ad eundem modum habitus,vt natura,habet actum naturalem,vt habitus vero,habet actum liberum.

19 3.Concluſio eiuſdem eſt ex actibus ſecundo primis,qui non ſunt plene deliberati, libertatem tamen aliquam habent ſufficientem ad culpam venialem,an generetur habitus problema eſt. Nam cum in his actibus inueniatur vera ratio vitij,& virtutis, videntur generare habitum imperfectum,qui habeat modum diſpoſitionis. Aliunde autem videtur ex his actibus non generari habitum, cum ſint imperfecti, & ex natura quodammodo procedentes. Hæc ille, & quidem 2. cõcluſio cõmunis & vera eſt:eam docet Ariſt. 3.ethi.c.8. inquiens, repentina ex habitu fieri, & ex eodem id docent Conimb. in ethi. diſp.7.q.2.a.1. Patetq. ex ratione, nam actus deliberati & indeliberati in eſſe naturę ſunt eiuſdem rationis, ergo ſi deliberati,vt omnes fatentur, generant habitum, etiam indeliberati illum generabunt.Item habitus producit actus ſimiles ijs tantum à quibus genitus eſt, ſed producere poteſt actus indeliberatos, ergo ab eiſdem generari poteſt. Conf. nam ſi ſunt intenſiores habitu, poterunt ipſum intendere, ergo ſi illum non inueniant in ſubiecto, poterunt generare illum. 3.Per actus qui nullam libertatem habent, generantur habitus in brutis,vt ſuperius vidimus ex communi doctrina, ergo ſimiliter in nobis, quia par, imo & maior ratio eſt, præſertim in voluntate. Vnde in pueris, & amentibus habitus collocat Vict. relect.deueniente ad vſum rationis.p.2. num.10. dub.3. quamuis Victo. in his ponat liberatatem ſiue deliberatione, nos vero vtramque illis negauerimus tract. 1. & tertio.

4. Prob.quia actus non liberi neq. deliberati producunt habitus in intellectu, ergo ſimiliter poſſunt eos in voluntate & alijs potentijs producere.¶ 5. Actus qui per accidẽs infunderentur à Deo, efficerent habitum,ergo à fortiori naturaliter eliciti à nobis.Si autem per actus omnino indeliberatos certum eſt produci habitum,à fortiori per actus non plene deliberatos.Conf. nam actus non plene deliberati, ſi ſint vitioſi, corrumpunt habitum virtutis, ergo generant habitum vitij. Item ſi ſunt ſtudioſi, corrumpunt habitũ vitij, vt ſequenti tract. in fine videbimus, ergo generant habitum virtutis.

SECTIO III.

Vtrum per vnicum actum poſſit generari habitus?

PRIMA opinio extrema eſt habitum nunquam generari vnico actu. 20 1.Opinio. Suadetur 1. quia habitus eſt qualitas difficile mobilis: vno autem actu nulla qualitas difficile mobilis acquiritur. ¶ 2. Habitus confert promptitudinem & facilitatem ad operandum: vno autem actu non redditur homo promptus & facilis ad operandum. ¶ 3. Quia Ariſt. 1. ethi. cap.7. & 2.c.1. ait, vna hirundo non facit ver, neq. vna dies beatum, neq. vnus actus fortem: vel temperatum, & virtute intellectua-

Digitized by Google

lectualem compatari doctrina, experientia, & tempore;moralẽ verò aſſuetudine.Et Flaminuis ſecundo de felicitate. ca. 2. vniuerſe ait,non fit autem ex vnica actione habitus, quæ enim conſuetudine acquiruntur,nõ ſtatum fiunt.Et Burle.2.ethi.ca.1. p. 3.ad dubi. 3. ait,priores actus nihil omnino ipſius habitus producere in ſubiecto, ſed ſolũ preparare, & diſponere quodammodo ipſum ſubiectum, vt tandem actus poſteriores producãt, & augeant ipſum habitum:quod etiam de nonullis habitibus docent Valentia, Medi. & alij referendi pro opi. 3.

21 Secunda opinio & extrema vniuerſe docet,habitum vno actu acquiri ita Duran.1. d.
2. Opinio. 17.q.8.ad.2.ſiue num.6.& 9.Scotus q.3.Henri. quodlib.5.q.16.Gab.3.d.23.q.1.ar.3.dubi.4.Angeſtus inmoralib.c.5.§.1.concl.3.& 4.Burid.2. ethi.q.7.Maior.1.d.17.q.4.& 3.d.23.q.3. Almai. q.1.concl.5.& q.2.& in moralib.tract.1. ca.17. Palac.1.d.17.diſput.6.concl. 1. Argentina.3. d. 23.q. 1.art.2.Conimb. in ethici.diſp.3.q.3. ar.2. qui probant: nã quando cauſæ ſunt eiuſdem rationis & ſpeciei,ſi intẽſior poteſt aliquem effectum producere, etiam remiſsior eũdem producere valet, licet minus intẽſum,modo reſiſtentia patientis non ſuperet agentis actiuitatem. Cum igitur actus virtutis intenſus ac vehemẽs poſsit efficere habitum virtutis, vtiq. etiam remiſſus habitum conſimilem gignet,non ſecus ac calor. 6. gradu intenſus producit calorem vt. 6. intenſus autem ſecũdo gradu efficit calorem vt duo.Limitant alii qui,niſi in potentia appetente fuerit contrarius habitus,tũc enim vnus actus non inducet habitum, quia nõ poteſt vincere tantam ſubiecti repugnantiam & quia contrarius habitus prius debet paulatim expelli,ne contrarij habitus in eodem ſubiecto ſimul reperiantur:ad expulſionem autẽ ipſius ſufficiunt actus quantumcũq. remiſsi multiplicati etiam ſi ipſe ſit intenſiſsimus. Ita ſentire videtur Gerua.tracta.de habitibus. q. 2. ad confirmationem.5.principalis argumẽti,ſed q.3.concl. 6.abſolute docet,actum quantũcumq.remiſſum poſſe generare habitum. Eãdem limitationem exprimunt Conimb.his verbis.Diximus niſi ex parte ſubiecti aliquid impedimẽti ſit;quia ſi vitium contrarium potentiæ inhæreat,& actiuitas ſtudioſæ actionis non exſupetet illius vitij reſiſtentiam,nequaquam per talem actionẽ habitus producetur, quod aſſerendum quoq.eſt cum iam potentia habitum virtutis ſumme intenſum obtinet, tũc enim neq. remiſſus neq.intenſus actus nouũ habitum gignet, vt conſtat, neque maiora incrementa afferet habitui, qui totam, quam aſſequi poteſt,perfectionem,aſſecutus iam eſt.

Tertia opinio media ait habitus euidẽtes intellectus vno actu gigni,ineuidentes non, niſi pluribus, & ſimiliter habitus ſenſus interni, & cuiuſcumq. potentiæ appetẽtis ita Henri.quodlib.5.q.16.D.Thom.q.51.art.3.quẽ Caiet.Medi.Contra.ibi ſequũtur & Valentia diſput.4.quæſt.3.pun. 3.limitant autem,vt in potentia appetente per vnum actum intenſum generari poſsit habitus;non vero per remiſſum. Eandem opinionem docet D. Tho. 2.2.quæſt.24.art.6.ad. 2. & q.vnica de virtutibus in communi art.9.ad.11.& 1.d.17.q.2.art.3. ad.4.& infra.q.71.art.4. Arag. 2.2.q. 26.art.4. Aegidius.1.d.17.q.6. 22 3. Opinio.

Quarta opinio,quæ mihi placet, in re ſentit cum. 2. nomine autem aliquãtulum diſcrepat,vt concinere videatur D. Tho. relato opinione.3.hanc opinionem tenent Vigue.c. 3.& 8.in principio.Vazquez hic diſp.79.ca.7. & 8.Azor lib.3.cap. 21. q.2.& 3. 23 4. Opinio.

Suarez tom.2.inet.diſp.44. ſect.9. qui eam recte duabus aſſertionibus explicat quibus, ego alias adijciã.1. eſt primus actus generat in potentia aliquid permanens,quod ſit habitus,vel pars eius vel diſponat ad generationẽ habitus. Probatur, alioqui æque indiſpoſitã relinqueret potẽtiam ad ſequentes actus, ac ſi non præceſsiſſet. Ad hoc argumentũ reſp. Valentia & Medi. & multi alij (qui tenent, actu primo nihil prorſus gigni in potentia) potentiam ex natura ſua habere, vt poſt certum numerum actuum producat & ſuſcipiat in ſe habitum,etiam ſi priores actus nihil reliquerint in potentia. Vnde ipſi ſunt veluti diſpoſitiones, & conditiones, ſine quibus nõ poſsit gigni habitus & quibus poſitis non poteſt non gigni:quia ab illis determinatur potentia:ſicut in opinione.D. Tho. tenentis accidentia corrupti non manere ingenito, calor qui præceſsit in aqua, & deſinit eſſe in inſtãti generationis ignis,diſponit vere,& determinat materiam ad receptionem formæ ignis:determinat quoq. ipſum agens ad eius introductionem.Neque oportet cauſam diſpoſitiuã eſſe ſimul cum effectu, ſed ſatis eſt antecedere, licet Suarez contendat ſimul eſſe debere, & ideo hanc ſolutionem reijciat quam tamen alia ratione melius impugnat Vazquez:nam quamuis verum ſit,diſpoſitiones ad formam geniti deſinere cum corrupto:tamen quia immediate,& proxime præceſſerunt,conoxionem habent cum forma geniti,& eam inferre poſſunt in inſtãti generationis:actus vero priores interiecto magno temporis interuallo præcedunt habitum iuxta prædictã opi.ergo nõ poſſunt illũ diſpoſitiui cauſare, neq.habẽt cũ eo aliquã cõnexionẽ,neq. conducunt ad productionẽ habitus, quod eſt abſurdum. Eandẽ ſolutionem recte impugnat
24 1. Conclusio.
1. Solutio reijcitur.

Digitized by Google

impugnat Suarez, quia poſt primum actum potentia eſt propenſior ad operandum, vel ergo addito aliquo, vel nullo addito: ſi primũ iam habetur inventum: ſi ſecundum, ergo ſine vllius rei additione poterit deinde reddi magis propenſa per ſequentes actus. Et ſic fruſtra fingitur qualitas producta poſt certũ numerum actuum à natura præſcriptum. Sed poſſet dici, potentiam vſq; ad illum numerũ actuum non eſſe promptiorem ad operandũ quam antea.

25 *2. Solutio reijcitur.* Hoc tñ gratis, & ſine vllo fundamento aut neceſsitate imo & cõtra experientiã cõfictũ videtur. Vnde alij ad argumentum reſp. priores actus producere in potentia aliquam qualitatem & diſpoſitionem permanentẽ diſtinctam ab ipſo habitu. Ita ſignificat Bur. ſed Vaz. hoc ait eſſe commẽtitium & merito nã ſi talis qualitas eſt permanens & difficile mobilis, nihil ei deeſt ad rationem habitus: cum ad ſimiles actus inclinet, promptamq; reddat potentiam. Vnde alij dicunt, priores actus nihil in potentia producere: remouere tamen aliqua impedimenta, quibus ſublatis potẽtia promptius operatur & per ſequentẽ

26 actum producit habitum. ¶ Quam reſponſionem impugnant Suarez, & Vazquez, quia vel illud impedimentum eſt contrarius habitus vel aliquid aliud. ſi contrarius habitus ergo, producitur habitus vnico actu. Itẽ nõ poteſt actus virtutis expellere habitum vitioſum niſi introducendo ſtudioſum, quia actus non expellit formaliter habitum cum non ſit illi formaliter contrarius, ſunt enim affectiones & inclinationes diuerſarum rationum: oportet ergo vt expellat illum effectiue. Non poteſt autẽ expellere effectiue immediate corrumpendo, quia nulla efficientia tendit immediate ad corruptionem, ſeu ad non eſſe ſed ad aliquod eſſe, ex quo ſequatur alterius non eſſe: ergo non poteſt actus virtutis diminuere vitium contrarium niſi introducendo aliquid habitus ſtudioſi: non eſt ergo difficilius introducere virtutem, quam expellere vitium vel aliquid vitij, quia quanto diminuitur vitium, tanto minus reſiſtit introductioni virtutis: ſi ergo primus actus diminuit vitiũ, introducit aliquid virtutis, quod ſimul eſſe poteſt cum vitio diminuto; quia contraria remiſſa ſe compatiũtur, vt tenet S. Tho. 1. p. q. 76. art. 4. ad 4. & Scotus. 1. diſt. 17. quæſt. vltima vbi Capreolus. q. 2. ad argument. 1. loco poſita contra. 2. concl. Ferra. 2. contra gen. cap. 56. & li. 4. ca. 81. Vazquez hic diſp. 82. c. 6. dicens eſſe commune Philoſophorũ & Theologorum contra Soncinatem. 10. met. q. 22. & Grego. 1. d. 17. q. 2. art. 2. friuolis rationibus tenentes oppoſitũ. Si vero dicatur, impedimentum non eſſe contrarium habitum, ſed aliquid aliud vt naturalis complexio, vel inclinatio ad oppoſitum obiectum, aut actum, aut aliqua paſsio, vel conſideratio vel memoria & hoc dici recte non poteſt quia per priores actus ſæpe naturalis cõplexio nõ tollitur neq; variatur & nũquam naturalis inclinatio intrinſeca potentiæ, & licet natiua qualitas tolleretur; tamen abeunte actu, natura ſe ad priſtinum ſtatum reduceret, ſicut aqua abeunte igne reducit ſe ad priſtinã frigiditatẽ: ſimiliter neq; per actus illos ſi nihil producũt, tolluntur, vel minuuntur paſsiones vel conſiderationes aduerſæ: nec actus ſequentes ſublatis his impedimentis extrinſecis potẽtiæ, maiorem habent vim producendi habitum in potentia; neq; ipſa maiorem recipiendi capacitatem: ergo priores actus non conducunt eo modo vt ſequentes producant habitum. Poſſet dici, interdum actionem dumtaxat terminari ad non eſſe vt quando graue ſurſum proijcitur, ſua grauitate paulatim extinguit impetum vt eo extincto in locum naturalem redire poſsit & ſic actum virtutis paulatim euertere vitium, vt proprium habitum introducere poſsit: ſicut enim actus vitales contrarij neq. remiſsi ſe compatiuntur; ita neq. habitus. Sed contra quia ſæpe potentia non habet contrarium habitum: ergo tunc ſaltem primus actus generabit habitum. Itẽ gratis dicitur, contrarios habitus habentes latitudinem intenſionis, non poſſe eſſe ſimul in gradibus remiſsis: de actibus autem alia ratio eſt vt alibi docuimus.

Ex quo etiam facile refelluntur alij reſpõdentes, poſt illos actus facilius apprehendi & memoriæ occurrere tale obiectum vt conueniẽs pluresque offerri rationes conueniẽtiæ, ideo potentiam promptius operari: primo enim per actus potentiæ appetentis nihil ponitur in potentia apprehenſiua, ſed tantũ per actus potẽtiæ appræhẽſiuæ, quia illos actus potẽtiæ appetẽtis interdum, nõ tamẽ ſemper inferunt: ergo actus potentiæ appetentis neq. ſemper, neq. per ſe cõferent talem prõptitudinem. ¶ Secundo quia hoc ipſum quod manet in memoria per modum habitus, vno actu productum eſt: ergo idem dicendum eſt de habitu potentiæ appetentis & conſ. quia ſi habitus apprehẽſiuus primo actu producitur: ergo & iudicatiuus. ¶ Tertio quia experientia conſtat, data æquali repræſentatione obiecti, promptiorem eſſe potentiam appetentem, poſtquam aliquos actus exercuit: ergo in ea aliquid relictum eſt. ¶ Quarto quia licet exiſtente meliori apprehenſione potentia appetitiua ſit promptior ad operandum; non tamẽ eſt capacior ad recipiendum habitum neq. maiorem vim habet producendi illũ, ſed actum: ergo ſi actus 27 *3. Solutio reijcitur.*

ſit

ſit omnino ſimilis non magis producit habitum, quam ſi illa apprehenſio non exiſteret: ſi ergo poſteriores actus producunt habitum in vi præcedentium, oportet præcedentes aliquid in ipſamet potentia reliquiſſe, quę habitum receptura eſt.

28 Secunda concluſio, id quod primo actu producitur in potentia appetente, non diſtinguitur eſſentialiter ab ipſo habitu, ſed nomine & ſtatu, non enim habet ſtatum, & nomẽ habitus donec ita ſit radicatum, vt difficile remoueri poſſit, quod fit per ſequentes actus. Quo ſenſu verum eſt habitum non generari niſi per ſequentes actus. Hęc eſt cõtra Angeſtum in mor. c. 5. § 1. dicentem, illam qualitatem, cum permaneat poſt actum, mereri vere, & ſimpliciter nomen habitus, neq; enim requiritur alia immobilitas ad rationem habitus. Eſt etiam contra Bur. 2. ethi. c. 1. & nonnullos thomiſtas aſſerentes, id quod per primum actum producitur, & per aliquos alios intenditur, non eſſe habitum, ſed aliquid eſſentialiter diſtinctum ab illo, nempe diſpoſitionem ex natura ſua, & intrinſeca ratione facile mobilem, quibus fauet D Thom. 2. 2. q. 24. art. 6. ad. 2. Vbi ait, in generatione virtutis acquiſitæ non quilibet actus complet generationem virtutis, ſed quilibet operatur ad eam vt diſponens, & vltimus, qui eſt perfectior, ages in virtute omnium præcedentium reducit eam in actum, ſicut etiam eſt in multis guttis cauantibus lapidem: quo exemplo vtitur etiam de virtuti q. vn. art. 9 ad. 11. in eo autem conſtat priores guttas nullam diuiſionem facere, ſed emollire lapidem vt per vltimam diuidatur, inſinuat ergo D. Thom. per priores actus produci aliquid eſſentialiter diſtinctum ab eo, quod vltimus actus producit. Suarez vero & Vazquez putant, exemplũ non omnino eſſe ſimile, ſed tantum adduci à D. Thom. vt intelligamus, priores actus nihil producere, quod interim mereatur nomen habitus, ſecus quando complerum fuerit eo gradu, qui per vltimum actum producitur. Vnde de virtutibus loco citato ſubiungit: vltimus actus agens in virtute omnium præcedentium complet generationem virtutis: nõ ergo vult D. Tho. per vltimum actum produci totam entitatem virtutis, ſed conſummari & conſtitui in ſtatu habitus & virtutis. Cui ſententiæ fauent Boë. Albertus Iauellus & alij, qui in prædicamento qualitatis dixere diſpoſitionem, & habitum accidentaliter differre, quia qualitas, quæ interdum eſt facile mobilis, habens rationem diſpoſitionis, poſtea fit habitus: quod non obſcure ſignificauit Ariſtot. ibi dicens, diſpoſitionem diuturnitate fieri habitum & in poſtpredicamẽtis, ca. de oppoſitis, vbi agens de tranſitu à vitio in virtutem ait. Vitioſus ſi moribus præſtabilioribus præceptiſq. inſtituatur aliquid ſaltem incrementi ſuſcipiet &c. ideſt virtutem in aliquo intenſionis gradu conſequetur.

29 Probatur etiam ratione. 1. quia nulla ratio diuerſitatis eſſentialis aſſignari poteſt inter qualitatem productam, à 1. actu. & ab vltimo; cum vtraque ſit qualitas ex natura ſua permanens ſine influxu potentiæ & principium earundem operationum: quod vero vna ſit magis radicata quam alia, prouenit ex maiori eius intenſione; imo in ea conſiſtit: intenſio autem non inducit ſubſtantialem diuerſitatem. ¶ 2. Quia nulla ratio eſt cur adueniente ex qualitate producta per vltimum actum, pereat illa, quam præcedentes produxere: cum non habeant contrarietatem an repugnantiam. Nec forma expellat diſpoſitionem ad ipſam, niſi per accidens ex corruptione ſubiecti: Hic autem ſubiectum integrum manet. Conf quia nulla qualitas deſtruitur niſi à contrario, vel ad corruptionẽ ſubiecti, vel quia ex natura ſua eſt fluens, vt impetus impreſſus rei extra cœlum, vel non habenti grauitatem neque leuitatem, qui manente ſubiecto per ſeipſum remitteretur & tãdẽ extingueretur eo quòd ex natura ſua eſt qualitas fluens. Qualitas autem producta per primum actum, eſt qualitas ex natura ſua permanens: ergo non poteſt corrumpi niſi à contrario vel ob corruptionem ſubiecti. Vnde neq. dici poteſt, ideo corrumpi quoniam ſuperflua eſt. Maxime cum potius dicendum eſſet, nouam non generari, quia ſuperflua eſt, ſiquidem ſi prior intendatur, eũdem effectum conferet & deinde ſi illæ qualitates ſint eiuſdem ſpeciei, aduentu vnius non excludetur alia; ſi autem diuerſę ſpeciei, diuerſos conferent formales effectus & vtraq. ſimul magis inclinabit ſubiectum ad operandum, quam altera tantum, ergo neutra erit ſuperflua. Item qualitas multis actibus genita nõ corrumpitur vno actu, præſertim eiuſdem ſpeciei cum illis, à quibus genita eſt quia actus ſimiles in ſpecie, producunt ex ſe effectus ſimiles ſpecie & non contrarios, & quod in ſe habet latitudinem intenſiuam, quam ſucceſſiue comparauit, eandem poteſt ſucceſſiue amittere, ergo aliquid prioris qualitatis manere poterit aliquo tempore cum ſequenti: cur ergo non poterit diu manere, aut ſemper, donec ſubiectum corrumpatur, vel contraria producatur? tunc ergo, vel ſuperfluo ponetur ſimul vtraq. qualitas, vel nõ erit cur altera corrumpatur poſtea, ſed vtraq. manebit, vt ſubiectum maneat magis propeſum ad actũ, imo tot poſſent huiuſmodi qualitates multiplicari, quot actus præceſſere.

3. ¶.3 Quia actus vltimus eſt eiuſmodi ſpeciei
cũ præcedẽtibus, ergo producet effectũ eiuſ-
dem ſpeciei cum eo, quem illi produxerunt
ſola intenſione diuerſum, quia ipſe actus eſt
intenſior quando enim rationes agendi ſola
intenſione differunt, effectus primo & perſe
Confir. ab illis prodeuntes ſola intentione differunt
Confir. nam illa diſpoſitio producta per prio
res actus, poteſt produci per vltimum, qui ha
bet totam eorum virtutem, ergo non deſtrue
tur per illum: nihil enim deſtruit formam,
quam produceret, ſi non inueniret eá iá pro
ductam: illa ergo qualitas primo producta,
eſt habitus & ſic, vel per actus ſequentes non
producetur alia qualitas ſpecie diuerſa, vel
omnes ſubſequentes actus elicientur à dupli
4. ci habitu, quod eſt abſurdum. ¶ 4. Inter actũ
& habitum ſupernaturalem nulla datur qua-
litas media, quæ ſit permanens, & ad habi-
tum diſponat, ergo pari ratione neq; in ac-
5. quiſitis. ¶ 5. forma à nulla diſpoſitione
dependet in fieri à qua, vel ſimili non pen-
deat in conſeruari: ſed habitus acquiſitus à
nulla qualitate permanente pendet in con-
ſeruari, ergo neq; in fieri; & alioqui & quan-
do per primum actum intenſum generatur
habitus, deberet ea qualitas produci, itaq; ac
tus ille duas actiones haberet, quarum altera
diſpoſitionem; altera vero habitum produ-
6. ceret. ¶6. Alioqui nunquá eſſemus certi de
generatione habitus. Quis enim ſcire poteſt
quot actus quantæque intenſionis requiran
tur vt potentia ſit ſufficienter diſpoſita ad re
ceptionem habitus. In prædictis duabus
aſſertionibus conueniunt omnes citati pro.
4. opini. quibus addo ſequentes aſſertiones.

Tertia concluſio omnes habitus euidẽtes
31 reſidentes in intellectu, vnico actu compará-
3. Conclſio. tur in eſſe perfecto, quatenus ſe extendit ad
propoſitionem cognitam actu generante ip-
ſum habitum, non vero habitus ineuidentes
qualis eſt fides humana, & opinio. Hanc con
cluſionem docent D. Thomas, Aegidius &
alij locis cita. opi. 3. Suarez ſup. nu. 15. cá verò
nos explicabimus ad tertiũ argumẽtum pri-
mæ opinionis, & ab argumentis Vazquez &
Azor, qui cõtrariũ tenẽt, ipſam defendemus.

32 Quarta: habitus exeuntes in appetitu ſen-
4. Concl. ſitiuo, vel voluntate aliquádo in eſſe perfec-
to comparantur vnico actu. ſ. valde intenſo.
Aegidius. 1. d. 17. quæſt. 6. & alij communiter
prob. quia ſicut actus remiſſus generat habi-
tũ remiſſum ita intẽſus intẽſum, & perfectũ.

Ad primum argumentum. Ad primum argumentum primæ opinionis
reſpon. vno actu acquiri qualitatem difficile
mobilem ex natura ſua, in quantum ea quali
tas eſt permanens, licet perfectam immobili
taté, qua cõſtituatur inſtaru & ſimplici deno
minatione habitus nõ habeat, niſi fuerit extẽ
ſa & expedita & cũ debitis conditionibus, vt
homo per eá prõpte & facile operari valeat.

Ad ſecundum reſp. ſolam eſſentiam habi- *Ad. 2.*
tus non reddere hominem promptum & fa-
cilem ad operandum, ſed oportere ipſum eſ-
ſe ſatis intenſum & expeditum & cum eo cõ
currere aliquas alias conditiones vt dictum
eſt & ideo licet primo actu producatur eſſen
tia habitus non tamen eadem habetur ita
promptitudo & facilitas.

Ad tertium reſp. quando Ariſtot. dixit vir- *Ad. 3.*
tutem moralem conſuetudine comparari lo
quitur de comparatione virtutis in actu per-
fecto, in quo denominet ſimpliciter ſtudio-
ſum. Neq. Ariſtot. 7. ethi. c. 7. diſtinguit conti
nentem à temperato, quod poſterior ex ha-
bitu operetur, prior vero non, vtriq. enim in
eſt habitus in voluntate, poſterior tamen,
quia non dum comparauit habitum ſaltem
intenſum in appetitu ſenſitiuo, vehementes
habet paſsiones, ob quas patitur difficulta-
tem non vero prior. Sic etiam diſtingui ſo-
lent. ¶ 3. Status, incipientium, proficientiũ,
& perfectorum, quorũ primi nondum habẽt
habitus omniũ virtutũ intenſos & expeditos
vltimi vero, omnes illos habent intenſos &
expeditos valde: medij vero mediocriter.

Quod autem Ariſto. in argumento citatus
ait, habitus intellectuales doctrina experien 34
tia & tempore comparari, intelligitur quan-
tum ad totam ſuam latitudinem extenſiuam
& quantum ad ea, quæ requiruntur vt quis
ſimpliciter dicatur Logicus, Phyſicus, medi-
cus, &c. & quantũ ad multa re quiſita vt habi
tus facile exeat in actum: inter quæ computa
tur retentio ſpecierum ſenſibilium in ſua
expreſſa repræſentandi virtute: item habitus
apprehenſiuus, quo abſolute vel ordinate
his ſpeciebus vtimur: talis enim habitus non
eſt ſtabilis, niſi actus eius ſæpe repetantur
vnde Ariſt. lib. de memo. & remi. cap. 2. ait
meditatione memoriam confirmari.

Neq. obſtat diſcrimen aſsignatũ à D. Tho. 35
opin. 3. inter habitus euidẽtes & ineuidentes
vt primi vnico actu acquirantur, reliqui non
niſi pluribus. Vult. n. quod cum euidentia in-
tellectũ cõmunicat. relinquit habitũ euiden
tẽ, qui cogit intellectũ vt aſſentiatur propoſi
tioni iá cognitæ quando ſecluſo habitu non
cogeretur. ſ. dũ nõ ſe offert demoſtratio, neq.
inductio, neq. termini ex quib⁹ principiũ per
ſe notũ cõſtat, perfecte & ſine difficultatibus
apprehenduntur: qui enim habitũ ſcientiæ
cõparauit, neceſſario aſſentitur propoſitioni
ſciẽtię, & ſi non recordetur demonſtrationis
modo non occurrant magnæ aliquę difficul
tates: & qui habitũ intellectus cõparauit ne-
ceſſario aſſentitur. 1. principio, licet nõ recor
detur inductionis, qua talẽ habitũ acquiſiuit
neq.

Digitized by Google

neq; tam perfecte apprehendat terminos vt
ſola ipſorum apprehenſio intellectum con-
uincat; ſicut conuincit, quando in contra-
rium nullæ,vel leues difficultates occurrunt,
vel ſi occurrunt;ipſo habitu propter eius per
ſectionem & euidentiam ſuperantur. Quan-
do vero habitus eſt ineuidens, non præbet
ſtatim facilitatem;tum propter ſuam imper-
fectam euidentiá,quæ à modicis etiá difficul
tatibus ſuperatur; tum quia in vſu ſuo pen-
det à prima affectione, quæ initio ſolet eſſe
valde remiſſa,ná habitus voluntatis initio ſo
lent eſſe valde remiſſi, quáuis Vazquez diſ-
put.79.c.7.putet nullum eſſe diſcrimen quan
tum ad hoc inter habitus intellectus, & vo-
luntatis neq; inter habitus intellectus euidē-
tes,& in euidentes. Sed omnes in ſtatu imper
fecto & diſpoſitionis acquiri vnico actu
in ſtatu vero habitus perfecti pluribus acti-
bus. Probat. ¶ Primo ex Ariſtot.2.ethi.c.1.di-
cente ædificatores etenim ędificantes & cy-
tharedi pulſantes cytharam fiunt, parimodo
iuſta agentes iuſti, modeſta modeſti, atq. vt
breuiter, dicam omnes habitus ex operatio-
nibus ſimilibus fiunt,ergo ſecundum Ariſto.
omnes habitus etiam intellectuales aſſuetu-
dine & non vnico actu comparantur.

36 Secundo habitus apprehenſiuus vnionis
inter extrema comparatur aſſuetudine,& nō
vnico actu,ergo idem dicendum eſt de habi
tu iudicatiuo: nam appræhenſio illius vnio-
nis eſt ipſum iudicium, & ſic habitus appre-
henſiuus illius erit habitus indicatiuus:hanc
q 10q; opin. tenere videtur Viguer. ſup. imo
Azor.q.uæſt.2.quamuis enim dicat, habitum
ſcientiæ vnico actu generari, ſcilicet in eſſe
perfecto; habitus vero virtutum moralium
non niſi multis actibus:addit tamen Artes ſi-
militer longo labore & aſſiduitate, & exerci
tatione comparantur, imo & ipſe habitus
ſcientiæ vt reddit hominem expeditum ad
colligēdā cōcluſioné ex principijs,vnde cōſi-
citur, conſuetudinem colligendi requiri:
nam conſuetudine & exercitatione facile &
prompte ratiocinamur & expedite conclu-
dimus ex vno aliud colligentes hoc enim
præſtat etiam habitus ſcientiæ ſicut ars v-
ſu & exercitatione comparatur, ſic & ipſa
recta ratio ratiocinandi, & demonſtrandi
confirmatur ex actibus ſæpius repetitis. Hæc
Azor.ex quibus conſtat ipſum ſentire, quod
habitus ſcientiæ ſecundum vnum officium,
ſcilicet iudicare,fit perfecte vno actu;ſecun-
dum aliud, ſcilicet diſponere præmiſſas in-
terſe,& cum conc. non niſi pluribus actibus
quod verum eſſet ſi hæc duo haberet officia;
re tamen vera vnicum tantum habet. ſ. iudi-
care:nam ad ſcientiam ſecundum ſe non per
tinet recte ordinare interſe, vel cum conc.
præmiſſas,& ſi vtrumq. officiú haberet ſcien
tia,idem de arte dicendum eſſet, ac proinde
eſſet abſolute, ſed cum eadem diſtinctione
dicēdum,artem pluribus actibus gigni dein-
de aperte D.Tho.de omni habitu intellectus
euidēti docuit gigni vnico actu & ita tenēdú.
eſt propter eius & aliorum authoritatem
& rationem allatam. Neq. argumenta in cō
trarium vrgent ad.1.enim reſp.1. Ariſt. loqui- 37
de acquiſitione habituum in eſſe perfecto
ſecundum intenſionem vt in habitibus appe
titus ſenſitiui, vel intellectiui, aut quoad ex
tenſionem & requiſita ex parte virium infe-
riorum,vel voluntatis, vt in habitibus intel-
lectus,qui quidem ſi fuerint ineuidentes, do
nec creſcant quantum ad intenſionem piæ
affectionis,& modum diſſoluendi difficulta-
tes occurrentes, & quoad promptitudinem
ſyllogizandi,& demonſtrandi,ſeu connectē-
di præmiſſas inter ſe & cum conc. nō præſtāt
facilitatem integram,ſi vero fuerint euiden-
tes, ſaltē vt præſtent facilitatem,& prompti
tudinem ad ſyllogizandum,exigunt memo-
riam propoſitionum, quæ non eſt firma, &
ſtabilis,niſi repetitione apprehenſionū, qua
conſeruatur ſeu confirmatur habitus memo-
ratiuus partis ſenſitiuæ, ſiue ſit diſtinctus
ab ſpeciebus(quæ etiam repetitione apprehē
ſionum conſeruatur) ſiue non. ¶ Secundo
reſp.breuius cum Suarez.Quando Ariſtot.ait
ſcientiam aſſuetudine comparari, intelligit
quantum ad perfectam extenſionem & quā-
tum ad totam doctrinam, quæ opinionē etiā
continet. Ad 2. Reſpon. diſpu. præced. ſect.
4.oſtenſum eſſe iudicium propoſitionis alicu
ius eſſe actum diſtinctum ab apprehenſione
vnionis extremorum ipſius propoſitionis,&
poſſe cum perfecta apprehenſione & habitu
appræhenſiuo eſſe difficultatem in iudican-
do propter defectum habitus iudicatiui.

Dubium tamen eſt an per primum actum
producatur habitus etiam in ſubiecto cui in 38
eſt contrarius habitus.Partem negantem te-
nent Almai.1. moral.enim.1.ca.18.Grego.1.d.
17.quæſt.3.art.2.ad.10.Geruaſi.lib.notitiarum
tract. de habitibus.Palud.3.diſt.33.quæſt.2. ar.
2.ad.1.inſtantiam Maior.2.ethi.c. 2. in fine &
3.diſt. 23.quæſt.3.ad.4.Molina.1.p.quæſt.27.a.
1.diſp.8.membro.2.§.quod ſi quis obijciat: ibi
id tribuere videtur Scoto.1.diſt.3. quæſt. 6. §.
hic ſunt tres breues quæſtiones, quod tamen
Scotus non dicit,ſuadet autē.1.quia 1. actu ſæ
pe non deſtruitur totaliter habitus oppoſitus
eo quod primus actus ſolet eſſe remiſſus, &
oppoſitus habitus ſolet eſſe intenſus, ergo ſi.
1.actus generat habitum, ſimul erunt in eo-
dē habitus oppoſiti,quod videtur impoſſibile
quia actus contrarij in nullo gradu ſe com-
patiuntur, ergo neque habebus contrarij.
2.Quan-

Digitized by Google

¶ 2. Quando actus eſt valde remiſſus, & habitus contrarius valde intenſus, maior eſt reſiſtentia habitus quam actiuitas actus: ergo actus non immiuuit habitum oppoſituin, ergo nec proprium generabit, quia cum prius generatur oppoſitus minuitur. ¶ 3. Quia prius oportet tollere impedimenta, quam generetur habitus ſed contrarius habitus eſt impedimentum: ergo prius debet tolli &c. Vnde Argenti. 3. d, 23. q. 1. ar. 2. ait in ſtatn naturæ lapſæ primam virtutem non acquiri vnito actu. quia homo eſt in oppoſita diſpoſitione ad virtutem moralem iuxta id Geneſ. 8. ſenſus, & cogitatio humani cordis in malum pronaſunt ab adoleſcentia ſua. Obijcit ſibi Henric. quodlib. 5. q. 16. probantẽ. 1. actu induci totã eſſentiam habitus, quia. 1. actus aliquid facit, & non niſi eſſentiam habitus: ergo, & Rt. non cõcludere, quia dicetur, quòd primus actus facit aliquid: illud tamen nõ eſt eſſentia habitns, ſed eſt remiſſio, vel deſtructio diſpoſitionum oppoſitarum illi habitui, qui debet introduci, ſicut enim (inquit) ignis agens in rem frigidam. 1. ſua actione non inducit immediate calorem, quamuis illa actione faciat aliquid, quia remittit frigiditatem ſic, &c. quam ſententiam Argentinæ aliqui cẽſent improbabilem, & contra bonam philoſophiã eo quod corruptio nõ poteſt eſſe ſine generatione, ſed facile inſtat in ſono ſpeciebus imaginatiuæ, & impetu, alijſq. huiuſmodi, quæ ſæpe ſine alterius rei generatione corrũpũtur, & poſtea videbimus multos aſſerere, quod habitus acquiſiti interdum ſola ceſſatione corrumpuntur. Sed illud improbabilius reperio in Argentina, quod etiam in homine non habente habitum oppoſitum vult. 1. actũ, licet aliquid efficiat, non generare habitum, quid enim poteſt ponere aut tollere effectiue, ſi nec babitum proprium generat nec contrarium cortumpit. Sicut ergo in multis caſibus cenſet. 1. actu produci habitum, ita ego cum communi recentiorũ, & aliorum doctorũ id teneo in omnib. quia nullum argumentum vrget, vt dicamus. 1. actu non deſtrui totaliter vel partialiter habitum oppoſitum aut deſtructo, vel remiſſo habitu oppoſito proprium non generari. Ad. 1. enim arg. R. propter ſuam efficaciam qua inferunt effectus incompatibiles magis incompatibiles eſſe actus contrarios, quam habitus contrarios, ideo quamuis oppoſiti actus in nullo gradu poſſint eſſe ſimul, ſecus tamẽ oppoſitos habitus. ¶ Ad. 2. R. actum quantumcunq remiſſum habere maiorem actiuitatẽ, quam ſit reſiſtentia habitus quantumcunque intenſi, quia babitus non reſiſtit introductioni alterius habitus perſe, ſed per accidẽs quatenus reſiſtit potentiæ ne eliciat contrarium actum ideo poſito contrario actu nullam penitus reſiſtentiam facit ad iutroductionem babitus contrarij, ſicut forma aquæ poſtquã vltima diſpoſitio ad inttoductionem formæ ignis introducta eſt, nullo modo reſiſtit. Quidã etiã dicũt, calorem, vel frigiditatẽ in quocũq. gradu habere maiorem actiuitatem quã ſit reſiſt. cuiuſcũq. contrarij, & ideo ſemper illud remittere, ſed oppoſitum oſtendi in libris de generatione, ſic enim nũquam calor vt. 8. poſſet calorem vt. 8. inttoducere, quia ſemper eſſet à contrario reagente remiſſus.

SECTIO. IIII.

Vtrùm certum de fide, ſit aliquos habitus infundi perſe à Deo, ideſt, exigente id natura ipſorum habituum.

PRIMA opinio eſt, in nobis dari babitus infuſos; eſſe cer- 39 1. Opinio.
tum de fide. Hãc eſſe longe probabiliorem cenſet Valẽtia diſp. 4. quæſt. 3. pun. 4. eã tribuit Gabrieli. 3. diſt. 23. q. 2. art. 2. conc. 3. Andreæ à Vega. 7. in Trid. cap. 24. Alma. 2. moral. cap. 2. concl. 3. Scoto. 3. diſt. 23. quæſt. vnica. §. ad quæſtionem, vbi ait oportere ptoptet auctoritatem Scripturæ, & ſanctorum credere habitum fidei infuſum: & Ioãnes de Celaya, initio eiuſdem diſt. ait neceſſarium eſt ſecundum fidem catholicam ponere fidem habilitatem infuſam, quia Heb. 11. dicit ſine fide impoſsibile eſt placere Deo, &c. Probat Valen. 1. ex Trid. ſeſſ. 6. cap. 7. aſſerente in iuſtificatione hominis infundi diuinitus iuſtitiam, hoc eſt, vt illic dicitur, charitatem, ſpem, & fidem, quibus nominibus non ſatis bene intelliguntur dona ſeu auxilia Dei actualia, ſed habitus ſeu qualitates permanentes & Can. 11. ſub anathemate definitur, charitatem infundi in cordibus renatorum per Spiritum ſanctum iuxta id Rom. 5. charitas Dei diffuſſa eſt in cordibus noſtris. Vnde Vega ſup. indubitanter ait ibi hanc rem eſſe diffinitam, cuius rei illud argumentum affert quod cum Innocentius. 3. c. maiores de baptiſmo aſſettionem babituum infuſorum viſus fuerit magis ptobare & poſtea Conc. Vienenſe Clem. vnica de ſum. Trini. & fid. cha. expreſſe probabiliorem duxerit, tandem Cõci. Trid. abſolute definit fidem ſpem, & charitatem infundi & inhærere iuſtis; quibus verbis habitus non actus auxiliaue actualia intellexit.

Secundo probat Valen. ex ſcriptura: Paulus enim ad Hebr. 11. ait ſine fide impoſsibile eſt

Digitized by Google

eſt placere Deo ex quo vt argumẽtãtur Gab. & Celaya,aperte colligitur,fidem eſſe habitum.Nam conſtat paruulos baptizatos placere Deo,ac proinde habere fidem;ſed non habent,niſi fidem habitualem:ergo,&.1. Cor.13. (quo loco vtitur Alm.ai.) *nunc autẽ manent fides,ſpes,& charitas,tria hæc. Charitas numquam excidit.* Eſt igitur aliquid permanens & durabile,ac proinde habitus. Et.1. Ioan.3.*Omnis qui natus eſt ex Deo,peccatum non facit,quia ſemen ipſius in eo manet.* Eſt igitur in iuſtis diuino munere aliquid permanens & durabile atq.adeo habituale Item cũ iuſti in ſcripturis dicũtur *renouari,ablui,ſanctificari,renaſci cõſignari ſpiritu ſancto,fieri Diuinæ naturæ participes*, & ſimilia ſatis apparet,ipſis aliquod donũ permanens atq.adeo habituale tribui.

41 3.Probat.Nam patres non aliter loquuntur de virtutibus,quas diuino dono habemus,atq.loquebantur philoſophi de virtutibus acquiſitis,quæ ſine dubio ſunt habitus,vt Hiero. proœmio lamentationũ Ieremiæ ad Euſeb.cum deflendam eſſe ait,animam fidelem,quòd per peccatum ſpolietur ornamẽtis virtutum,ſicut ſpoliatum fuit olim ornamentis ſuis Hieroſoly.templum.*Hoc*, inquit, *Sanctius multo fuit,quod in anima erat templũ;non enim auri & argenti metallo,ſed virtutibus anima radiabat &c.ſed nunc nihil eorũ apparet, Ablata ſunt hæc cuncta,nudata eſt domus Dei omnibus ornamentis ſuis cunctisq. quæ diuinitus confecta fuerat & ſpoliata muneribus,remanſit deformis,& turpis,periit ab ea omne munimen,omnisq.cuſtodia,& iam nõ clauditur oſtium,ſed patet ingreſſus omnibus malis ſpiritibus ad corruptelam animæ feſtinantibus* & Aug 2.de lib.arb.c.19.ait,*virtutes eſſe magna bona,neq.eſſe poſſe,niſi ab illo, à quo ſunt omnia bona*,& Greg.1.moral.c.28.ait,per ſeptem filios &.3.filias Iob ſignificari tres virtutes theologicas & ſeptem dona ſpiritus Sancti. *Habent* inquit,*in nobis ſeptẽ hi filij tres procul dubio ſorores ſuas,quia quidquid vtile hi virtutũ ſenſut faciunt,ſpei fides charitatiq. coniungunt*,quo ſatis ſignificat,eſſe eiuſdem ordinis cum donis ſpiritus Sancti,& ſupernaturales,ac perſe infuſas de quibus agit D.Tho.q.62.&.2.2.proprijs locis, præſertim.q.17.a.5. 7.&.8.Aug.lib.1.de doctri. Chriſtiana.c.37.38.39.&.40.vbi.c.73.de his virtutibus ita ſcribit,*tria hæc ſunt,quibus & ſcientia omnis & prophetia militat, fides ſpes & charitas*,& cap.39.*Homo fide ſpe & charitate innixus eaq. inconcuſſe retinens, non indiget ſcripturis, niſi ad alios inſtruendos,itaq.multi per hæc tria etiam in ſolitudine ſine codicibus viuunt,& in enchi.c.3. &* 4.affirmat,his *tribus virtutibus contineri totius religionis ſummam.* Quæ encomia in ſolas virtutes perſe infuſas cadere poſſunt:explicat autẽ Valen.diſp.5.q.5.pu.5.quomodo probabilius putet,hanc ſententiam eſſe certam de fide, nimirumvt hæreticum,vel erroneum ſit eam negare. Fonſeca.9.met.cap.5 q.1.ſect.2.ait,*dari in nobis reuera aliquos habitus, vt nomen hoc & acquiſitos & infuſos complectitur,ſine magna temeritate,imo etiam errore negari non poteſt:nam de ijs, qui ſunt perſe infuſi,hoc eſt naturalibus viribus acquiri nequeunt,vt ſunt gratia,fides ſpes, & charitas,non modo error in fide eſt,ſed etiam hæreſis. Siquidem in Trid.Syn.aperte definitum eſt,cũ in baptiſmo hæc dona nobis communicantur,aliquid nobis inhærens infundi:nec dubium, quin fixum & ex ſe ſtabile & ad bonam operationem idoneũ &c.* Non Seſſ.6.c.7. nulli autem iuniores habitum timoris infuſum probare conantur ex Baſil.ho.12.quæ eſt in principium prouerb. lõge abinitio,vbi ait, *manifeſtum ſit igitur nobis & alterum bonum ex prouerbiorũ doctrina,videlicet timoris habitus per ſapientiam infuſus.*

2.Opinio eſt,dari in nobis habitus infuſos nõ eſſe certũ omnino de fide, ita Sotus. 2. de natura & gratia.c.17.18.&.19.&.4.d.1.q.3.art.1. Canus.7. de locis.ca.1.& relectione de ſacramentis,par.4.poſt.5.cõcluſionem Medina in hac q.51.a.4.& hanc opinionem probabilem putat Valent.ſupra non enim ſatis,liquit illa veritas ex Trid. Vbi tantum definitur, homines per iuſtitiam propiá iuſtos eſſe, & vt ait Sotus(qui concilio interfuit)illo.c. 18. ipſum Conſilium,conſulto abſtinuit à nomine habitus,quia noluit hanc rem definire; Vnde, qui negaret,huiuſmodi habitus diuinitus infundi,non eſſet hæreticus,niſi ipſe forte putaret, id eſſe determinatum ab eccleſia præſertim in Trid Nam quod ex Vienne,Concil.& ex.c.maiores,affertur,vbi iſte habitus infuſi admittũtur,nõ vrget,ea enim ſententia acceptatur illic,vt probabilior Vnde Vaz.1.p.d.42. nu.5.ſatis ſignificat neq. in his locis neq. in alijs definiri,in adultis,qui propria diſpoſitione iuſtificantur,ponẽdos eſſe habitus infuſos. An vero inquit,*in pueris baptizatis, & ijs qui ex opere operato in ſacramento iuſtificantur, certum ſit & de fide,dari aliquem habitum gratiæ,vel charitatis,licet nõ omniũ virtutum,etiam theologicarum, dicemus*.12.q.113.art.2.itẽ.1.2.d.79.c.1.&.d.85.c.1. &.2.ait,*non eſſe de fide dari in nobis habitus infuſos operatiuos,licet de fide ſit,aliquãdo nos iuſtificari per habitum inhærentem,quod oſtenſurũ ſe* dicit *diſp.203.c.2.tametſi de fide non ſit*,hunc habitum aut *qualitatem permanentem eſſe principium operationis, At vero præter hunc habitum eſſe aliquos alios infuſos,neq.video,*(inquit,)*ab Eccleſia hactenus definitum,neq. ex ſcriptura aperte deduci. Etenim ſi aliqua eſſet Eccleſiæ definitio de infuſione triũ habituum,nempe fidei ſpei & charitatis, maxime eſſet in Trid.ſeſſ. 6.c.7.cum dicitur, in iuſtificatione tria illa infuſa accipere hominẽ,videlicet fidẽ ſpem, & charitatem,verum ibi non loqui Concil.de tribus illis habitibus,oſtendemus* illo.c.9. ex quibus pa-

42 2.Opin.

tet ad.1.locũ Trid.poſitũ in.1. arg.ad aliud vero Trid.teſtimoniũ ibidẽ poſitũ reſpõdetur poſt Paulum ibi loqui de charitate actuali.

43 Ad.2.argum.generatim.℞.Vaz. omnia teſtimonia ſcripturæ,quibus aliqui probare conantur infuſionem aliquorum habituum,de actibus intelligenda eſſe: iuxta quam doctrinam,cum dicitur Heb.11.ſine fide implere eſt placere Deo.Dicendũ eſt loqui de ſolis adultis,quibus neceſſarius eſt actus fidei,& conſonat Apoſtolo dicenti,accedentem ad Deum oportet credere , vel ſi extendatur ad paruulos, intelligendum de fide;id eſt,de proteſtatione fidei in baptiſmo,quod vero dicitur, nunc manere ſpem,fidem,& charitatem, nõ ſignificat, eſſe habitus,nam & actus dicuntur manere,quamdiu hic viuimus, quia ſemper in hac vita illis locus eſt.Ad reliquas vero locutiones,quæ in argumento afferuntur ,ſatis eſt nos iuſtificari per aliquid inhærens, ſiue ſit principiũ phyſicum operationũ, ſiue non.

44 Ad.3.℞.ſanctos loqui de actibus virtutum, qui ingreſſo in animã peccato ceſſare ſolent magna ex parte ſecundum ſubſtantiã & totaliter ſecundum meritũ , vel de habitibus acquiſitis,qui magna ex parte pendent ab auxilio gratiæ, & eo per peccatũ diminuto diminuuntur,aut penitus auferuntur . Ad locum Baſilij ſpeciatim. Reſpondet Vaz.qui eo teſtimonio vtuntur leuiter Baſilij verba conſideraſſe;primum,quia per infuſionẽ non intelligunt patres ꝙ ſcholaſtici,vt ipſe notat, d. 84. c.3.deinde quia cum dicat Baſil.habitũ timoris infundi non à Deo ſed per ſapientiã,facile quiſq. explicare poſſet ipſum, vt exiſtimaret idem eſſe infundi habitũ per ſapi entiã,& per illã acquiri.Poſtremo quia pro eo quod interpres tranſtulit,habitum,græce nõ eſt vox Hexis,quæ habitum ſignificat, de quo nunc diſputamꝰ,ſed vox analipſis, latine reſũptio, recuperatio, receptio,ac ſi diceret Baſil.per ſapientiã infundi nobis receptiorem timoris, quod eſt per ſapiẽtiã recuperare,aut recipere nos affectũ timoris. Aduerte autẽ, quod quãuis certũ eſſet de fide infundi habitus, poſſet explicari de habitibus infuſis per accidens Certũ tamen eſt opinionẽ ſcholaſticorũ ponentiũ habitus infuſos , eſſe probabiliorẽ ex Clemẽtina citata. Quod intelligitur de habitibus infuſis per ſe:nã de infuſis per accidens, quales nonnulli arbitrantur habuiſſe primos parẽtes in ſtatu innocentiæ,& Chriſtũ Dominum, potius ſentiunt cõmuniter ſcholaſtici reliquis hominibus nõ infundi,vt ait, Vazq. Notat autẽ Azor,lib.3.c.24.q.1.licet olim qui dam opinati ſint,pueris in baptiſmo nullos infundi habitus, conſtantẽ fuiſſe ſcholaſticorum ſententiã aſſerentiũ, infundi adultis habitus fidei ſpei charitas, & pœnitentiæ . Sed certe de pœnitentia non ita conſtans fuit ſententia : nam multi ſcholaſtici negarunt virtutes morales infuſas, in quarum numero eſt pœnitentia.Ait etiam.r.parẽti infuſos eſſe habitus diſciplinarum,& artium genere ſuo acquiſibiles.

SECTIO. V.

An iſti habitus ſint proprie habitus & conferant facilitatem,an vero ſolam facultatem & poteſtatem.

HAS duas partes in eandẽ conieci quæſtionẽ,quoniã mutuã interſe dependentiam habent:ſi enim hi habitus ſunt proprie habitus, nõ ſolum videntur dare poſſe,ſed & facile poſſe: & econtra,ſi dant facile poſſe , videntur eſſe proprie habitꝰ.De priori ergo quæſtionis parte alicui fortaſſe videbitur,hos habitus non eſſe proprie habitus;nã habitus nõ dant ſimpliciter poſſe,ſed facile poſſe,& ideo ſpecies ſenſibiles,vel intelligibiles quæ quidẽ dant ſimpliciter poſſe nõ ſunt proprie habitus:ſed habitꝰ perſe infuſi dãt ſimpliciter poſſe,ergo nõ ſũt proprie habitꝰ.℞.tñ eſſe ꝓprie & ſimpliciter habitꝰ.Prob.1.quia ſũt qualitates permanẽtes,ſm̃ quas quis bene.l.male ſe habet, vel diſponitur in ordine ad operationes,ergo vere & ꝓprie ſũt habitꝰ operatiui.¶1.Quia vere,ꝓprie & ſimpliciter ſunt virtutes,ergo & habitus.Habitus.n.eſt genus ſub quo cõtinetᷣ virtus tãquã ſpecies,& oẽs cõmuni cõſẽſu & ſine vlla cõtrouerſia, vel addito diminuente, hos vocãt habitus. 45

Ad arg.autẽ in cõtrariũ quidã ℞.nõ eſſe omnino neceſſarios ad operãdũ:poſſet enim quis ſine habitubus ſupernaturalibꝰ per auxiliũ ſupernaturale intrinſecũ fluens,vel p ſolũ auxiliũ extrinſecũ & aſſiſtẽs elicere actus ſupernaturales & ideo hi habitus nõ ſũt proprie potẽtię,ſed habitus,ſed hoc nõ ſatisfacit,quia etiã põt homo de potẽtia abſoluta elicere intellectionẽ ſine ſpecie,tñ hęc nõ eſt ꝓprie habitus quia dat ſimpliciter poſſe.¶2.Alij.℞.non eſſe potẽtias,ſed habitus quia ſine illis poſſũt potẽtiæ efficere aliquos actus,licet nõ ſupernaturales,at vero ſine ſpeciebus nihil poſſũt operari potẽtiæ cognoſcẽtes,ideo ſpecies nõ ſunt proprie habitus. Sed neq. hoc ſatisfacit,inde enim ſolũ videtur ſequi nõ eſſe potentias ad alios actus ſed tãtum ad ſupernaturales, quia ad hos ſolos dant poteſtatem. 46

3.Alij.℞.quatenus dãt ſimpliciter poſſe,eſſe potẽtias,vt vero dãt prõpte & facile poſſe,eſſe habitus:nec eſſe incõueniens, eſſe formaliter ſm̃ diuerſas rationes in duabus ſpeciebꝰ qualitatis,ſicut multi ſũt habitus.l.etiã actus formaliter practici & formaliter ſpeculatiui, & calor formaliter eſt potẽtia & paſsibilis qualitas,& diſpoſitio.ac proinde in triplici ſpecie qualitatis 47

litatis.Sed hoc præter omnium opinonem eſt, quia in anima rationali nemo ponit potentias ſupernaturales,ſed naturales tantum,memoriam intellectam & voluntatem.Deinde nulla potentia ineſt alteri ad eã adiuuãdam & corfortandam:hoc.n.eſt proprium munus habitus,ſed habitus infuſi inſunt potẽtijs naturalib⁹ad eas iuuãdas & cõfortãdas,ergo nõ ſunt proprie potẽtiæ ſed habitus. Reſp. ergo.

¶ 4.Hos habitus propter rationem dictã non eſſe potentias,eſſe autem habitus,quia nõ adiuuant potentias naturales ex parte obiecti ſicut ſpecies,ſed ex parte ipſarum potentiarũ,quas complent vt vna cũ obiecto, vel aliquo alio tenentſe ex parte obiecti operentur: & quia non tantum dant poſſe ſed etiam facile poſſe, non ſolum conferunt facultatẽ & poteſtatem, ſed etiam facilitatẽ & promptitudinem vt ſtatim videbimus.

Vnde patet à fortiori,eſſe falſum quod aliqui iuniores dicunt, formaliter nec eſſe habitus nec potentias,ſed in alia ſpecie incognita aut innominata,quæ virtute & eminenter eſt habitus & potentia:fingitur.n. præter neceſsitatem & omnium opinione m hæc tertia ſpecies.

De ſecunda quæſtionis parte ſolus vt credo tractat Vaz.diſp.79.c.10.& diſp.80.c.3.& 4. nu.14.& 16.ſed præſertim diſp.83.c.1.in principio,& promittit ſe fuſius tractaturũ in materia de gratia diſp.187.c.2.

48 *Poſterior quæſtionis pars.* Quida ergo dicũt habitus perſe infuſos cõferre facultatẽ,non facilitatẽ;poteſtatẽ, non promptitudinẽ, quod ita verũ exiſtimant vt neq.intenſio horũ habituũ iuuet per ſe ad facilitatẽ in operãdo, vnde, licet alicui infũderetur habitus ſupernaturalis intẽſiſsimus, nõ ſtatim ſentiret facilitatẽ.Quod ſi modo facilitatẽ experimur in elicendis actibus charitatis v.g.erga Deũ,id putant non prouenire ex intenſione habitus infuſi, ſed ex aſſuetudine & exercitatione circa tales actus eliciendos; nã ex tali aſſuetudine aut fit in nobis alius habitus,aut aliquid aliud,quod præſtet nobis facilitatẽ & promptitudinem ad actus ſupernaturales & hac ratione intelligũt S.Thomã. 2. 2.q.23.ar. 2. Vbi concedit habitum charitatis ad prompte & delectabiliter opendum. Porro autẽ habitũ infuſum in quo cũq. gradu per ſe nõ præſtare nobis hãc prõptitudinẽ,perſeuerantiã,& delectationẽ in operãdo, experimento cõpertũ arbitrantur, quia paruulus & quilibet adultus hũc habitũ recipit in baptiſmo,& tñ nõ ſtatim experitur hãc prõptitudinẽ.Præterea nec ex intẽſione habitus charitatis hoc prouenire,probãt,quia habitus charitatis augetur in nobis meritorie actibus omniũ aliarum virtutũ, quibus meremur vitam æternã vt in materia de merito videbimus.& tñ poſt exercitationẽ aliorũ actuũ non experimur hãc prõptitudinem in operando actus charitatis.Hæc illi,quib⁹ fauet alia experientia,nã in multis qui nõ ſine fructu frequẽtãt ſacramẽta ac,pinde recipiũt quotidie magnũ augmentũ gratiæ charitatis & aliorũ habitũ ſupernaturaliũ.nõ experimur prõptitudinẽ & facilitatẽ in operãdo,ergo ſignũ eſt hos habitus nõ cõferre perſe promptitudinẽ & facilitatẽ ſed poteſtatẽ dũtaxat.Fauet etiã huic opinioniScotus.4.d.6.q.10. paulo ante ſolutionẽ argumentorũ dicens habitus infuſos nõ dare facilitatẽ ad actũ vt patet de nouiter cõuerſo cui nõ eſt facile poſt cõuerſionẽ actus bonos elicere ſed difficile quouſq. ex frequẽtia actuũ bonorũ cõparet aliquã virtutẽ acquiſitã.

Cæterũ multo probabilius puto hos habitus dare prõptitudinẽ & facilitatẽ, & tãto maiorẽ,quãto ipſi fuerint intenſiores:ita ſentit. D. Th.2.2.q.23.a.2.& ibi Caiet. & alij recẽtiores idẽ docet D Tho.quodlib.4.q.9.a.1. & 1. 2. q. 114.a.4 ad.2 & 3.d.23.q.1.a.1.ad 4. & cũ eo Capreol.ead.d.q.1.a 3.ad argumenta cõtra.1.cõc. & Rich.a.1.q.2.in fine corporis Maior.3.d.27. q.1.in probatione tertię cõcluſionis,& cõmuni conſenſu cæteri.

Et pbatur.1.nã qui aſsidue exerceret actus 49
charitatis, vel alteri⁹ virtutis infuſe,vel ſacramenſa fructuoſe ſuſciperet, licet non acquireret habitus inueniret ſe promptiorem ad ſimiles actus, etiam ſi nullius virtutis acquiſitæ actus efficeret, talis autem maior facilitas & promptitudo non pũenit ex aliquo habitu vel quopiã alio tũc acquiſito, nã ſectione ſequẽti videbimus p actus habituũ infuſorũ nullũ habitũ nullãq. qualitatẽ fieri:ergo pũenit ab augmẽto ipſi⁹ habit⁹ pſe infuſi. Deinde implicat habere maiorẽ inclinationẽ ad aliquod obiectũ & ad operãdũ circa illud,& nõ habere maiorẽ facilitatẽ et prõptitudinẽ ſi cętera ſint paria,ſed aucta charitate quæ eſt inclinatio ad dilectionẽ ſupernaturalẽ,augetur inclinatio,ergo & facilitas ac prõp-
titudo. Cõfir.1.nã & in naturalibus aucta for- 50
ma.v.g. calore augetur facilitas, & calidum poteſt eundem gradũ caloris quem antea efficere poterat,efficere facilius,nempe citius, velocius,in maiori diſtantia, & cum maiori paſsi reſiſtentia,& ſimiliter duo homines facilius portãt lapidem,quã vnus ſolus, ergo à fortiori id verum erit in habitibus, ad quos magis pertinet facilitatem conferre, nam videtur de eſſentia habituũ eſſe cõferre facilitatẽ & promptitudinẽ aliquã:eoq.maiorẽ, quo fuerint inteſiores.Conf.2 quia gratia excitãs
quo fuerit intenſior maiorẽ prõptitudinem 51
confert magiſq.ad actũ determinat potentiã ergo idẽ dicẽdũ eſt de habitu par infuſo, par enim ratio eſt.Itẽ nã omnes gradus charitatis

qui re ipſa infunduntur, eſſent per accidens infuſi, & perſe atq. ex natura ſua eſſent acqui ſibiles. cur ergo ſtatuiſſet Deus, vt infunderẽtur, & non potius vt per primos actus producerẽtur, ſane ſicut primi actus eos cauſant diſpoſitiue, & meritorie, eos cauſarẽt effectiue. Quorũ.n. miraculoſe efficiẽtia, quæ illis cõnaturalis eſt, priuarẽtur? Itẽ gratia eſt habit⁹ perſe infuſus, ergo & charitas quæ illã ſequitur: antecedens liquet in opinione D. Tho. & aliorũ aſſerentiũ, gratiam nõ eſſe habitũ operatiuũ; habitus n. qui nõ eſt operatiuus, neq. producitur per operationes noſtras: & alioqui cũ illæ operationes dicantur producere aliũ habitũ, ab eadem operatione plures habitus prodireut. Item plura accidentia eiuſdẽ ſpeciei non poſſunt eſſe ſimul in eodẽ ſubiecto: ergo quando in anima ſunt virtutes infuſæ, non generãtur in ea aliæ eiuſdem ſpeciei per actus noſtros aut alio modo, ſed ſi actus noſtri efficientiã phyſicã in tales virtutes habent, debent eas augere & nõ producere.

54 Item, vel iſti habitus ſunt per ſe infuſi, vel nõ: ſi perſe infuſi, ergo ex natura ſua petunt infũdi, & nõ acquiri, & ſic nõ eſt cõcedenda actibus etiã ſupernaturalibus vis cõnaturalis producendi illos, ſi vero nõ ſunt perſe infuſi, nulli habitus perſe infuſi fingi poſſunt, cum nulli alij ſint ſuperiores, niſi ſcientia infuſa, & lumẽ gloriæ, qui tñ habitus pertinent ad intellectũ, & ita licet admittamus eſſe perſe infuſos, ſaltem in volũtate nõ damus habitus perſe infuſos, ꝙ abſurdũ eſt, quia intellectus & volũtas in hoc pares eſſe debent. Præterea qui diceret, fidẽ ſpẽ, & charitatẽ ex natura ſua acquiri poſſe actibus noſtris, eadẽ facilitate dicere poſſet, viſione beatifica poſſe produci lumen gloriæ & actu ſcientiæ infuſę beatis ſciẽtiam ipſam. ¶ Caiet. hoc idẽ probare contendit. quia iſti habitus infuſi, ſunt ſupernaturales, ergo non poſſunt per actus noſtros produci. Sed vt ait Valentia, ad hanc rationem facile diceretur, rem ſupernaturalem produci poſſe per vires noſtras perfectas alijs rebus ſupernaturalibus, vt intellectus perfectus lumine gloriæ producit viſionem Dei, quę eſt ſupernaturalis, neque magis placet alia ratio qua quidam vtuntur, nimirum, quia habitus ſupernaturales educuntur de potentia obedientiali: hæc autem ſolum Deũ reſpicit. Non inquam placet, quia viſio Dei, & alij actus ſupernaturales educuntur de potentia obedientiali, tamen producũtur à rebus creatis, videlicet à lumine gloriæ & ab habitibus & ſpecieb⁹ infuſis & à ſpeciebus acquiſitis & à potentijs naturalib⁹ & ab alijs actib⁹ ſupernaturalibus, vel etiã naturalibus. Neque valet quod aliqui reſpõdent, viſionem non educi per cauſas creatas de potentia obedientiali animæ, quia lumen gloriæ eſt diſpoſitio ad recipiendam viſionem. Nam vt bene arguit Vazquez, diſ. 79. capitu. 10. lumen non eſt diſpoſitio ad recipiendam viſionem & licet eſſet diſpoſitio non educeretur viſio de potentia obedientiali illius, ſed animæ; & de quacumq. potentia obedientiali educatur viſio, eductio fit per lumen, & intellectũ, quæ ſũt cauſæ creatæ, item ſaltem argumentũ procedit in alijs actibus ſupernaturalibus, ad quos ſui habitus non ſunt diſpoſitiones, ergo creatura poteſt educere aliquid de potentia obedientiali.

Neq. D. Thom. de veritate. q. 27. arti. 3. dixit potentiã obedientialẽ ſolũ Deũ reſpicere, ſed nõ poſſe reduci in actũ ſine concurſu Dei ſupernaturali. Alij probant quia neq. actus naturales producũt habitũ naturalẽ. Sed ſupponunt falſũ, vt patet ex ſuperioribus. Alij probant, quia ſi actus ſupernaturalis habet ex natura ſua producere habitũ ſupernaturalẽ, ergo debetur illi de iuſtitia ipſe actus, quia cauſæ debetur de iuſtitia cõnaturalis effectus: ergo actus antecedentes infuſionem horũ habituum merentur illos de iuſtitia, ſed hæc ratio moralis eſt, ab incõmodoq. ducitur. Vaz. probat, quia inter res diuerſas ſpecie nõ põt eſſe actio reciproca, ſed habit⁹ infuſus efficit ſubſtantiã ſui actus, nõ econtra: ergo, ſed maior eſt falſa vt ſect. 1. vidimus. Melior ratio eſt quia habitus infuſi, habent rationem potentiarũ, dant enim nõ ſolũ facile poſſe, ſed etiã ſimpliciter poſſe, nõ ſolũ trãſeunter poſſe, ſed etiã permanenter: per actus autem noſtros non producũtur potentiæ neq. qualitates habentes modũ potentię ſed meri habitus, ergo habitus infuſi, actibus noſtris produci nõ poſſunt, item videtur ſupra excellentiam ſubſtãtiæ creatæ vt ſuis actibus etiam ſupernaturalibus poſſit formas producere, quibus ſupernaturaliter adlibitum operetur: habitus autem ſupernaturales ſunt formæ, quibus prolibito ſupernaturaliter operamur, ergo ſupra excellentiam creaturæ eſt ſuis actibus etiam ſupernaturalibus producere huiuſmodi habitus. Item actus non cauſat habitum ſibi proportionatum, niſi in ſubiecto, cui eſt connaturalis, ſed actus ſupernaturales non ſunt connaturales nobis, ergo non cauſant in nobis habitus: ſecus in ſubſtantia, cui eſſent connaturales. In illa enim ſi eſſet poſsibilis (vt quidam opinantur) producerentur habitus ſupernaturales, niſi eſſent illi innati, ſicut aliqui opinantur, nobis eſſe innatum habitum principiorũ, angelis autem etiam alios habitus, quod autem actibus ſupernaturalibus nõ augeãtur 55

phyſice habitus infuſi, recte probat Vazq. quia nullus actus ſic auget habitum, quē non poteſt phyſice producere: ita docet Vaz. diſp. 79.c.10.& diſp.80.c.1.

56 Quod autem per actus virtutum infuſarū non producātur alij habitus diuerſæ ſpeciei. Prob. quia id expreſſe docet D.Th.in hac q.51 art.4.ad.3.& de verita.q.17.art.1.ad.4. 2. ordinis. Item, quia vt docet Ariſt.2.Ethic.ca.1.& theologi, ac philoſophi communiter, actus non producunt habitus niſi ſpecie ſimiles illis, a quibus eliciuntur, & habētes idem obiectum, & eundē modum attingendi ipſum ac procedendi: non ergo per actus virtutum infuſarū producuntur habitus naturales, vel ſupernaturales diſtincti ſpecie à virtutibus infuſis, & alioqui ijdem numero actus elicerentur poſtea à virtutibus infuſis, & ab his habitibus acquiſitis: quod non videtur rationi conſentaneum, licet id concedat Maior & ita dicendum ſit in opinione aſſerente, actus elicitos à virtutibus infuſis eſſe naturales quo ad ſubſtantiam, tales enim ſi non inueniant productum habitum naturalem, producunt illum, ſi vero illum productum inueniant, augere illum poterunt. Actus autem virtutum infuſarum eſſe naturales quoad ſubſtantiā qui nam ſenſerint, & an illis annumerandus ſit. Molina, opportuno loco trademus.

57 Item probatur, quod intendimus, ſi per actum fidei ſupernaturalem producitur habitus naturalis, ille inclinabit ad credendum ſub ratione diuinæ reuelationis, credere autem ſic eſt opus ſupernaturale quoad ſubſtātiam, ergo habitus naturalis inclinabit ad actum ſupernaturalem quoad ſubſtantiam: q̃ eſt abſurdū. Cōf. Rogo enim an ille actus, quem poſtea eliceret, eſſet fidei Diuinæ, an humanæ, an opinionis: cum enim ſit ineuidens, alius eſſe non poteſt. Si dicas eſſe fidei diuinæ, licet acquiſitæ nitetur diuinæ reuelationi, non ſolum tanquam motiuo, ſed etiā tanquam rationi formali ſub qua: erit ergo natura ſua certus & infallibilis & ita hæreticus, in quo talis habitus manet, ſine vllo auxilio ſupernaturali aſſentietur certo, & infallibiliter articulis fidei: quod eſt abſurdum. Si vero eſt fidei humanæ, nitetur authoritati humanę, tanquam rationi formali ſubqua, erit quæ fallibilis, ergo non erit eiuſdem rationis cum elicito ab habitu fidei diuinæ, & ſic ille habitus acquiſitus non eliciet ſimiles actus illis à quibus genitus eſt: ſed diſſimiles, & diuerſos ſpecie, quod abſurdum eſt. Eadem ratione à fortiori probatur illum actum non eſſe opinionis.

58 Item actus & habitus per ipſum productus attingunt obiectum ſub eadem ratione formali ſed actus ſupernaturalis & habitus naturalis ſeu acquiſit⁹ non poſſunt attingere obiectum ſub eadē ratione formali, ergo per actū ſupernaturalem non poteſt produci habitus, etiam acquiſitus, & naturalis. Itē arguit Vaz. quia vel tales habitus darētur ad ſimpliciter operandum, ſeu efficiendum actus ſupernaturales quoad ſubſtantiā, & ſic non differrent ſpecie ab habitibus infuſis, qui quidē adhoc ſolum dantur: vel darētur ad prompte, & faci le eliciendos actus ſupernaturales & ſic determinarent habitus infuſos dantes ſimpliciter poſſe. Hoc autem videtur incommodum, ergo. Addit tamen Vazq. ſi nō videatur incōmodum concedere habitum acquiſitum per actus ſupernaturales ad facilius vtendum infuſo, dicendum eſſe, in ipſo actu ſupernaturali produci aliquem modum à tali habitu acquiſito alterius naturæ ab infuſo, ſicut diſpu. 83.cap.2.docet, per habitum acquiſitum produci in actu ad quem dicitur concurrere, aliquem modum. Vbi Vaz. probabile putat, per actus ſupernaturales produci habitum acquiſitum & inſinuat fore diuerſum ab acquiſitis per actus naturales: nam de acquiſitis per actus naturales non videtur concedere poſſe producere modum aliquē in actibus ſupernaturalibus. Ego vero potius dicerem, produci habitum eiuſdem rationis cum acquiſito per actus naturales, & illū poſſe concurrere ad ſubſtantiam actus ſupernaturalis ſicut potentiæ & ſpecies naturales concurrunt ad ſubſtantiam actus ſupernaturalis vna cum habitu, vel auxilio ſupernaturali, nullus enim habitus ponit ſolum modum in actu, vt ſuperius vidimus.

Sed contra prædicta argum.1. quia actus ſu- 59
pernaturalis eſt eiuſdem ordinis cum habitu *1. Argum.*
ſupernaturali & proportionatus illi nō minus quam actus naturalis habitui naturali, ergo ſicut actus naturalis producit habitum naturalem, ita ſupernaturalis ſupernaturalem.

Conf. quia habitus theologiæ eſt ſuperna- *2. Argum.*
turalis, tamē producitur per actus noſtros ſupernaturales, qui nitūtur diuinæ reuelationi.

2. Quia actus charitatis eſt vltima diſpoſitio ad gratiam & charitatem: vltima autē diſpoſitio, vel agens quod illam inducit cōcurrit effectiue ad formam: ergo actus noſtri, vel nos illis ſuppoſitis producim⁹ gratiā & charitatem, ac proinde reliquos habitus infuſos ideo ſcriptura, & ſancti dicere videntur hominem ſe ſanctificare & animam ſuam viuificare. Ezechi.18.& 33.& 1.Ioan.3.

3. Hi actus ſunt perfectiores naturalibus: ergo *3. Argum.*
aliquid perfectius producere poſſunt, nempe habitus ſupernaturales.

4. Saltē videtur ꝓducere habitus naturales, *4. Argum.*
quia

quia experientia conſtat, eum, qui frequenter dilexit Deum ſupernaturaliter, etiam ſi per peccatum mortale amittat habitum charitatis infuſæ, próptioré manere ad dilectionem Dei quã ſi non dilexiſſet Deum dilectione ſupernaturali, ergo per eam acquiſiuit aliquem habitum idem argumentum fit in eo, qui amiſit fidem infuſam per peccatum hæreſis, ſpé ve per peccatũ deſperationis. Cõfir. 1. alioqui ſi Deus non infunderet habitum, quantumcumq. homo actus iſtos frequentaret, nũquam promptior redderetur. Cõfir. 2. quia actus ſupernaturales ſunt tãtæ efficaciæ quantæ naturales, quia eos eminenter continent, ſed naturales producunt habitus aliquos: ergo eoſdem producere poſſunt actus ſupernaturales, niſi inueniát eos productos propter hanc cõfirmationem & hoc. 4. Argumentum Bachonius 3. d. 29. art. 3. in fine reiectis aliorum idem tenentium rationibus, docet, per actus virtutum infuſarum produci habitum rationis eiuſdé cũ acquiſito. ¶ 5. Actus ſupernaturales continent eminenter naturales ſimiles: ergo poſſunt producere quidquid producunt tales actus naturales, ac proinde habitum naturalem eiuſdem rationis cum eo, qui ab actibus naturalibus produceretur.

60 Ad primum argumentum Valentia illo punct. 3. dicere videtur, ideo his actibus non produci habitum, quia fiunt ab ipſo habitu nam autem, vt fieri poteſt de potentia abſoluta, producerentur ab alio principio cõfortante potentiam, producturos habitum. Sed quia teneo implicare, vt habitus producat actum, qui eſt vltima diſpoſitio ad ipſum; aliter reſpon. quod licet habitus ſupernaturales ſint eiuſdem rationis cum ſuis actibus non tamé ſunt ſatis proporcionati illis in ratione effectuum, quia ſunt magis ſupernaturales eo quod in nulla opinione à cauſa vlla naturali immediate prodire poſſunt: actus auté poſtulant omnino immediatum influxum potentiæ naturalis, quæ eſt mere naturalis quoad ſubſtantiam, & ideo iſti actus dicuntur aliquomodo naturales à Caiet. q. 113. à vltimo niſi dicit reuera eſſe naturales in ſubſtantia, licet non in ratione diſpoſitionis ad gratiam. Ité quia habit⁹ infuſ⁹ habet rationé potentiæ, vt diximus, quia dat poſſe ſimpliciter & permanenter: actus autem nõ producunt id quod habet rationem potentiæ, imo neq; id quod dat poſſe fluens & tranſiens, quale eſt gratia excitans, vt ſuo loco dicetur. Neq. mirum, ſi dicamus actibus ſupernaturalibus nullum habitum produci, ſiquidem id multi concedunt in cognitionibus primorum principiorum, & in omnibus actibus angelorũ in quibus ponunt habitus à natura ĩnditos, qui nullis actibus producantur, vel augeantur.

Ad confir. reſp. habitum Theologiæ non eſſe proprie & in rigore ſupernaturalé, quia non nititur principijs cognitis tantũ fide diuina aut ſciẽtia ſupernaturali, ſed poteſt procedere etià ex principijs cognitis fide humana, vt tenet Vazquez. 1. p. diſp. 1. nu. 8. & 9. addens, eundem eſſe habitum quo cognoſcuntur principia, & concluſiones, & ideo eundem habitum eſſe, quo cognoſcuntur principia Theologiæ & Theologíam, ac proinde Theologiam idẽtificari cum fide humana & manere in hæretico: in quo tamen nullus manet habitus ſupernaturalis: de qua doctrina alibi dicitur. ¶ 2. reſp. habitum Theologiæ non eſſe ſupernaturalé, quia eius actus producuntur ab actibus fidei diuinæ, vel alijs huiuſmodi ſupernaturalibus, & à naturalibus cum ſolo concurſu Dei naturali ¶ 3. reſp. eſto habitus Theologiæ ſit ſupernaturalis & ſimiliter actus eius, quia non poſſet dari ſtando præciſe in ordine naturæ, eo quod nituntur ſupernaturali reuelationi & cognitioni: tamen habitus iſte poteſt acquiri noſtris actibus; quia ſicut in ordine naturali dantur habitus inditi & quaſi infuſi. ſ. exiſtentes in Angelis, & habitus principiorum in nobis. Alij vero ſunt acquiſiti: ita in ordine ſupernaturali quidam habitus ſunt acquiſiti, qui nitũtur diſcurſui noſtro vt habitus Theologiæ, quidam infuſi, vt fides ſpes, charitas &c. 61 Ad cõfir.

Ad ſecundum reſp. neq; in naturalibus vltimam diſpoſitionem concurrere effectiue ad formã, vel eius vnionem; ſed quod inducit vltimam diſpoſitioné, inducere etiam formã quod tamen non habet locum in gratia, & charitate: quia dilectio, & contritio nõ ſunt diſpoſitiones phyſicæ, ſed morales: & quia ſubſtantia creata non poſt has formas perſe inducere eo quod ſunt ſuperioris ordinis neq. vim habet ad eaſdé producẽdas. Vt licet calor ignis, vel aeris concurrat cũ ſemine ad ponendã vltimã diſpoſitioné ad formã hominis, vel alterius viuentis, non producit, neq. inducit illam effectiue & in artificialibus ars inferior præparat materiam ſuperiori: tamen non inducit formam. Aliam rationé reddit Bañez. 2. 2. quæſt. 24. art. 6. quía videlicet actus noſtri non diſponunt ad gratiam vt ſunt à nobis, ſed vt à Deo qui intendit nos ſibi aſsimilare & diſpoſitiones ad formã ſunt ab eo, qui intendit aſsimilare ſibi ſubiectum vt ait D. Thomas quæſtio. 98. articul. 2. & 3. Sed hanc ſolutionem reijcimus in materia de gratia quia dilectio, vel contritio non eſſet diſpoſitio ad gratiam, niſi eſſet à libero arbitrio, ſi autem eſſet à libero arbitrio, licet non eſſet à Deo, eſſet diſpoſitio, ergo vt à nobis eſt diſpoſitio, & non vt à Deo. 62 Ad. 2

teſtimonia autem, in quibus dicitur, hominem ſanctificare ſe, intelliguntur de ſanctificatione per modum diſpoſitionis, quia homo producit diſpoſitionem ad gratiam.

63 *Ad. 3.* Ad.3. neg. conſequen. ſic enim Angelus eſt perfectior homine; tamen nequit perſe producere hominem, vel aliam ſubſtantiam *Ad. 4.* imo neq; qualitatem. ¶ Ad.4. Reſp. id prouenire ex eo quod ſimul cum actibus ſupernaturalibus eliciuntur naturales, quibus producitur habitus dilectionis, temperantiæ, iuſtitiæ, &c. in voluntate, & fidei humanæ, vel opinionis in intellectu: aut quia continuo viu ſpecierum confirmatur memoria rationum diligendi, vel credendi & ca. ex quo etiam *Ad.1. confirm.* patet. ¶ Ad.1. Confirmationem. ¶ Ad.2. vero *Ad.2. confirm.* reſp. actus naturales non contineri eminenter in ſupernaturalibus, licet hi ſint perfectiores; ſicut homo, licet ſit perſectior equo, non continet eminenter equum, neq; poteſt generare quidquid poteſt generare equus. Non tamen cenſeo improbabilem opinionem Bachonij, & Molinæ aliorumq. aſſerētium per actus ſupernaturales produci habitus eiuſdē *Ad. 5.* rationis ſpecificę cum naturalibus. ¶ Ad. 5. reſp. actus naturales non contineri eminenter in ſupernaturalibus, alioqui vbi eſſent naturales, reliqui eſſent ſuperflui. Supernaturales tamen ſunt perfectiores naturalibus vt homo equo, quem eminenter cōtinet, & certe, ſi actus naturales continerentur eminenter in ſupernaturalibus, etiam habitus naturales continerentur eminenter in habitibus ſupernaturalibus & ſic habitus ſupernaturalis poſſet perſe & immediate elicere omne actum, qui elicitur à naturali habitu quod tamen nemo concedet. Ex dictis patet, quid dicendū ſit de his quæ docet Azor li.3.c.21.q.6. Vbi circa huius ſectionis controuerſiā ait duas eſſe opiniones. 1. D.Tho. q. 51. art.4. ad.3. per actus virtutum perſe infuſarum nullum generari habitum, ſed priorē roborari, confirmari, & perfici. ¶ 1. Quia non generant habitū eiuſdē ſpeciei. ſ. perſe infuſum vt patet, neq. diuerſæ, quia actus generant habitum ſimilem illi, à quo ſunt producti: ergo. ¶ 2. Quia actus & habitus debent eſſe eiuſdem ordinis, ergo cum iſti actus ſupernaturales ſint, generabunt habitum ſupernaturalem, quia omnis habitus ſupernaturalis eſt perſe infuſus. ¶ 3. Nam vel per talem habitum efficeremus ſimiles actus & ſic in hæretico eſſet actus fidei eiuſdem rationis cum præcedētibus & in eo qui deſperat aliquid, eſſet actus, quo aliud ſperaret, qui eſſet eiuſdem ordinis cum præcedētib⁹, & in peccatore eſſent actus charitatis & pænitentię ſimiles cum præcedentibus. Vel diſsimiles; & hoc non, quia habitus producit actus ſimiles illis, à quibus genitus eſt. 2. opi. eſt Scoti.3.d.23.q.11.art.1. Gab. quęſt.1. Alma.q.3. & in moral.c.3. Henri. quodlib.5.q.23. Dura.1. diſt.17.q.10.nu.21. Marſil.3.q.14.art.1. Ocam.3.q.8. Maior.3.d.23.q.3.§.ad.3. D. Tho. actibus habituū infuſorum alium acquiri habitum: nam hæreticus poſt amiſſam fidem, & ſpem infuſā, facile & expedite credit articulos, circa quos non errat & prompte credit ſe conſecuturū vitam æternā, & peccator poſt amiſſam charitatem ſentit ſe promptum ad amādum Deum, & quia experientia teſte omnes actus repetiti promptitudinem relinquunt. Vtramque opinio. probabilem putat Richardus.4.d.14.art.4.q.1. quidam illas conciliant dicētes, actus habituum infuſorum & acquiſitorum, vt dicunt Scot. Ocam, Gabri. & Duran. eſſe eiuſdem rationis quoad ſubſtantiā, ſicut calor, vel candor natura aut arte factus, & homicidium ſcienter, aut ignoranter aut in amentia, aut ſomno factum. Sic actus habituum infuſorum & alij ſolum differunt, quia illi ſunt ab habitu infuſo, & auxilio ſupernaturali. Hi vero à potentia nuda cū habitu, vel auxilio naturali. Vt ergo actus quoad ſubſtātiam producunt habitus non vero vt actus ſupernaturales ſeu procedentes ab auxilio, vel habitu ſupernaturali; ſicut ſtatua non vt ſtatua & ſecundum talem figuram, ſed vt lignea, poteſt generare lignum. ¶ 2. Poſſunt opi. illæ conciliari, vt ipſi virtutum infuſarum & acquiſitarum actus differant in ſubſtantia, tamen ex ratione generica habeant producere habitum, & ideo actus ſupernaturales producant eundem habitum, quem actus mere naturales, ſic producunt eaſdem ſpecies & eadē ſimulacra in intellectu; quibus in abſentia recordamur eorū. Vt cūq. ſit de diſtinct. actuū quo ad ſubſtantiam exiſtimat Azor, actibus illis generati habitum eiuſdem rationis cum acquiſito per actus mere naturales, ſed ſciendum eſt, auctores ſecundæ opinionis nequaquam docuiſſe per actus ſupernaturales quo ad ſubſtantiam produci habitum, quia non concedunt actus virtutum infuſarum eſſe ſupernaturales quoad ſubſtantiam, ſed naturales, & ideo ſentiunt per illos generari habitū eiuſdem rationis cum naturali, quod ſtando in ea opinione veriſsimum eſt, ea tamen opinio iam cōmuniter cēſetur falſa. Quo ſuppoſito probabilius eſt, vt diximus, per actus virtutum infuſarū nullū produci habitum: quāuis probabile ſit produci habitū, eiuſdemq. rationis cum habitu quem producunt actus virtutum acquiſitarum vt tenent Bachonius Molina, & Azor. quod verò quidā dixerūt habitum fidei Chriſtianæ produci per actus credendi imperatos à charitate merito impugnatur à Richard. 3. diſt. 23. artic. 7. q. 2. ad. 4.

Quæſtio. 7. diſputat Azor an prædicti

actus

actus differant in ſubſtantia & ponit duas opiniones primam affirmantem, non ſolum Scoti. 4. diſt. 14. quæſt. 2. Gab. 3. diſt. 27. quæſt. 1. 4. diſtinct. 14. quæſtio. 1. artic. 2. concl. 3. & a. 3. dub. 2. vbi citat Ocam, & Aliacenſem & aliorum Scoto adhærentium; ſed etiam diſcipulorum S. Tho. Palud. 4. d. 14 q 1. & 1. diſt. 17. q. 1. art. 3. ad argumenta Aureoli Caietan. 1. 2. q. 109. art. 4. vbi Medin. dubi. 2. verſ. ad argumenta ergo reſpondendum eſt (quàquam hic contrarius eſſe videatur. 1. 2. quæſt 62. art. 2. dub. 2.) Sotis. 1. naturæ c. 22. dicentis nullus prorſus eſt actus vnus ſingularis in viro iuſto, cuius ſimilis quantum ad ſubſtantiam eſſe nõ poſſit in peccatore, & lib. 2. c. 14. prope finẽ ait quemcũq. actum poteſt habere qui eſt in gratia, poteſt quo ad ſubſtantiam operis elicere peccator ex puris naturalibus, putant eſſe D. Tho. 2. 2. quæſt. 171. art. 2. ad. 3. vbi ait, omne donum gratiæ hominẽ eleuat ad aliquid, quod eſt ſuper naturam humanã, quod poteſt eſſe dupliciter, vno modo quantum ad ſubſtantiã act⁹, ſicut miracula facere, & cognoſcere occulta, & incerta diuinæ ſapiẽtiæ; & ad hos actus nõ datur homini donum gratiæ habituale. Alio modo eſt aliquid ſupra naturã humanam quantum ad modum actus, non autem quantum ad ſubſtantiam ipſius, ſicut diligere Deum, & cognoſcere eum in ſpeculo creaturarum, & ad hoc datur donum gratiæ habitualе, & 3. diſt. 26. q. 2. ait, nulla virtus eſt vera virtus ſine gratia, neq. ipſa charitas quaſi velit charitatem actualem quo ad ſubſtantiam poſſe eſſe ſine gratia. Hanc opinionem probabilem, & multorum putat Azor, ſed probabiliorem oppoſitam, argumenta vero, quæ pro vtraque ponit, leuia ſunt: vide illa, ſi placet. Deinde ſibi aduerſatur dicẽs, eſto dicatur hos actus non differre quoad ſubſtantiam, dicendum eſt, diſtingui ratione, & ſpecie, niſi intelligat de diuerſitate in ſpecie, & ratione accidentali, quod eſt differre ſpecie, & ratione ſecundum quid tantum. Confundit etiam opiniones, aliud enim eſt dicere omnes tales actus eſſe naturales quoad ſubſtantiam, & rationem genericam dilectionis, fidei, ſpei, pœnitentiæ &c. quod ſolum volunt D. Tho. Medi. & alij; aliud, eſſe naturales quoad ſubſtantiam ſpecificam; quod affirmat Scotus Durand. Gabr. & hæ quæſtiones pertinent ad materiam de gratia, vbi eas diſputabimus.

SECTIO. VII.
An per peccata venialia generentur habitus vitioſi.

RESP. cum Azor lib. 3. cap. 24. q. 8. ſi ſint venialia ex genere, & non ex indeliberatione, clarum eſſe generare habitum vt patet in verbis iocoſis, mandacijs otioſis, &c. idem eſt de venialibus ex indeliberatione, vel paruitatẽ materiæ, ſi quidem actus ex ſubſtantia, & nõ ex deliberationis modo, vel extenſionis habent generare habitum, ſed venialia ex indeliberatione ſunt eiuſdem ſubſtantiæ cum deliberatis, & habentes leuem materiam cum habentibus grauem: ergo generant habitus, qui ad eoſdem actus inclinent, ſcilicet, ad actus deliberatos, & habentes grauem materiã, qui enim leuibus furtis aſſueſcunt, prompti fiunt ad grauia. 64.

QVÆST. LII. DE AVGMENTO HABITVVM.

Art. 1. *Vtrum habitus augeantur.*
Art. 2. *Vtrum augeantur per additionem.*
Art. 3. *Vtrum quilibet actus augeat habitum.*

DISPVT. IIII. De augmento intenſiuo habituum acquiſitorum.

Sectio. I. Vtrum omnis habitus acquiſitus poſſit augeri intenſiue.

1\. SVPPONIMVS cum omnib. habit⁹ augeri, & de infuſis id probat Azor lib. 3. c. 22. q. 1. ex Luc. 17. Adauge nobis fidem, & Math. 14. modicæ fidei quare dubitaſti, & Philip. 1. oro vt charitas veſtra magis ac magis abundet. Aug. tract. 5. in 1. canonicam Ioannis, charitas meretur augeri, vt aucta mereretur perfici, & eccleſia, da nobis fidei, ſpei, & charitatis augmentum. Augentur autem habitus infuſi, per

actus,non effectiue,ſed meritorie, vt in habente gratiam,vel diſpoſitiue vt fides,& ſpes in peccatore. Male autem Medi. q.52.ar. 2.dixit fidem,& ſpem in peccatore augeri meritorie,vt notat Azor ſupra, q.3. Theologi ergo,& Philoſophi paſſim dicunt, non ſolum habitus appetitus ſenſitiui, & intellectiui intendi; ſed etiam habitus potentiæ cognoſcentis, vt patet in D. Thom. quæſt.52.artic. 2.in fine corporis. Fonſec.8. met. c.3. quæſt.1. ſect.1.& 2. & Aquar.3.diſt.23.concl.10. vbi air, ſcientiam extendi cum perficitur inordine ad nouam concluſionem;intēdi autem cum in ordine ad eandem;nempe quando inordine ad idem obiectum, & actus eoſdem, quibus illud attigit, perficitur, & augetur: vt quando intellectus fit promptior ad cognoſcendam eandem concluſionem eodem modo,per idemq.medium:aut promptior redditur ad amandam eandem rem eodem modo, & ſub eadem ratione formali,extenſiuum autem augmentum eſt quando habitus extenditur inordine ad nouum obiectum, aut nouam rationem formalem ipſius, vt quando ſcientia extenditur inordine ad nouas concluſiones,quod augmentum extenſiuum intenſiuum appellauit D.Tho. illo art. 2. vt docet Vazq. initio diſput.80.& in habitibus potentiæ cognoſcentis communiter Thomiſtæ admittunt:imo Fonſec.ſupra ſect.2.docet habitus operatiuos ſcientiarum,&virtutum intendi,cum ex minus extenſis ad plura obiecta extenſiores fiunt, quo pacto, inquit, diximus lib.6.c.1. quæſt 2. ſect. 4. habitus principiorum fieri intenſiores, cum per ea plures cōcluſiones demonſtrantur: in habitibus autem potentiæ appetentis variæ ſunt opiniones diſput.ſequenti examinandæ, vbi etiam explicabitur, in quo augmētum extenſiuum conſiſtat.

2 Nunc de intenſiuo probabilius exiſtimo, in habitibus potentiarum cognoſcentiū nō eſſe, ſiue ſint apprehenſiui, ſiue iudicatiui. ratio eſt,quia augmentum intenſiuum habitus prouenit ex augmento intenſiuo actus:in actibus intellectus(idem eſt de alijs potentijs cognoſcientibus)nulla eſt intēſio: ergo neq. in habitibus.Minor probatur in apprehenſionibus:non enim eandem rem,vel propoſitionem omnino,intenſius apprehendo vno tēpore quam alio:ſed vel attentius,vel expreſſius.& maior attentio non eſt maior intenſio, ſed minor diſtractio mentis ad alia, aut etiam intimior apprehenſio orta ex minori abſtractione mentis: intimior autem apprehenſio eſt, qua in eodem obiecto plures rationes aduertuntur, atque eadem eſt expreſſior, & clarior apprehenſio. Cognitio autem plurium rationum ad extēſionem pertinet: ergo in actu apprehenſionis nulla intenſio,ſed extenſio tantum eſt,ac proinde in habitu apprehenſiuo nulla intenſio, ſed extenſio tantum erit. Iam probatur in iudicijs, nam in iudicio tria tantum poſſumus conſiderare, in quibus conſiſtat intenſio, ſcilicet, claritatem, ſeu euidentiam:certitudinem infallibilitatis, & certitudinem adhæſionis. Claritas,& euidentia proprie loquendo neq. reperitur in omni iudicio intellectus, vt patet in fide,& opinione,neque eſt aliquid intrinſecum aſſenſui, ſed iudicium clarum eſt, ad quod intellectus ex aliquo lumine,aut diſpoſitione determinatur, ita vt non poſſit tale iudicium ſuſpendere, & late reperitur aliquis modus claritatis in opinione & fide,quatenus eſt aliquid in intellectu magis inclinans ad iudicium,& generatim in omni iudicio quatenus in eadem re plures proprietates,vel rationes attingit, quod in rigore ad extenſionem pertinet. Cum ergo intenſio ſit maxime diſtincta ab extenſione, & aliquid intrinſecum actui,non poterit intenſio iudicij in euidentia proprie, aut late dicta conſiſtere: in certitudine autem infallibilitatis clarum etiam eſt non conſiſtere: quia intenſio non eſt de eſſentia actus; hæc autē certitudo eſt eſſentialis actui ſicut incorruptibilitas angelo. In certitudine quoq. adhæſionis intenſionem non conſiſtere,ex eo probari videtur. Quod adhæſio ſeu firmitas intellectus in aliquo dictamine ſeu iudicio nō eſt aliud quàm immobilitas ſeu negatio mobilitatis orta ex efficacia rationum,vel ex habitu, aut alia diſpoſitione intellectus, aut ex habituali affectu voluntatis,in negatione autem intenſio conſiſtere non poteſt. Nulla ergo intenſio in actu intellectus fingi poteſt. Vnde vehementer decipiuntur, qui in actibus intellectus duplicem intenſionem ponunt, ſcilicet ſecundum certitudinem, & ſecundum euidentiam,eo vel maxime,quod etiam ſi in illis intenſionem admitteremus,ea vnica, & non plures admittendæ eſſent:in alijs enim naturalibus qualitatibus vnica tantum intentio cernitur. Item cum intenſio conſiſtat in radicatione,ſeu vnione, & informatione ſeu effectu formali qualitatis, vel in congregatione plurium partium eiuſdem qualitatis in eodem ſubiecto; vna autem forma, & qualitas non poſſit habere diuerſos effectus formales, neq. partes diuerſæ rationis nullatenus poterit eadem qualitas diuerſas intenſiones habere,ita vt actus habeat vnam intēſionem ſecundum certitudinem,aliam vero ſecundum euidentiam.

Nihilominus defendi poteſt, etiam habitus intellectus tam apprehenſiuos, quam iudicatiuos intenſionem recipere, nam ſi ſæpius 9

Digitized by Google

pius eandem rem apprehendamus, vel iudicemus, promptiores reddimur ad ſimiles actus. quam ſi ſemel eam apprehenderimus, vel iudicauerimus, vt docet Fóſeca ſupra, &. 9. met. c. 5. q. 3. ſect. 1. in fine & Rubius tract. 2. de habitibus. q. 1. nu. 16. ergo facilitas & promptitudo perfecta eſt: ſed non aduentu nouí omnino habitus, neq. extenſione eiuſdem: ergo intenſione ſi enim dicas, id nõ peruenire ex entitate, vel modo reali ſuperaddito, ſed quia natura potẽtiæ eſt, vt facilius per ſeipſã apprehendat, & iudicet poſt multos actus, quam poſt vnum; eadem ratione dicam, neq. primo actu produci entitatem, vel modum, ſed hanc eſſe naturã potentiæ, vt per ſeipſam facilius operetur, poſt. 1. actum quã ante illũ.

Ad argum. vero prioris opinionis dici poteſt vere in actibus nullam eſſe intenſionem, eam tamen poſſe eſſe in habitu, quia hoc eſt natura iſtorum actuum, vt vſque ad certum terminum mora ſua aut repitione augeant facilitatem, & promptitudinem ad ſimiles actus, cum autem habitus ad certum terminũ peruenit, etiam ſi amplius duret, aut repetatur, actus non augebit facilitatem, & promptitudinem habitus, cui doctrinæ ſatis aſtipulatur experientia ipſa, conſonat autem ſententiæ Maioris referendi ſectione ſequenti qui aſſerit, continuatione, vel repetitione actus æque intenſi augeri habitum intenſiue vſque ad certum terminũ, ad quem, cum habitus peruenirer, etiamſi mille ſæculis actus repetatur, vel continuetur cum eadem intenſione, nihil intenſionis accedet habitui.

SECTIO. II

Vtrum habitus acquiſiti intenſibiles, intenſiue augeantur per actus æquales vel remiſsiores, an ſolum per intenſiores.

4 1. Opinio. PRIMA opinio eſt eiuſmodi habitus poſſe intenſiuẽ augeri per actus ęquales aut etiã remiſſiores Hẽri. quodlib. 5. q. 16. Scotus. 1. d. 17. q. 3. Duran. q. 8. n. 6. & 9. Palacios q. 6. citans Maiorem. q. 4. idẽ tenet Gab. 3. d. 23. q. 1. a. 3. dub. 4. Gerua. li. notitiarum tractatu de habitibus q. 3. concl. 6. & ad. 4. principale docens, quãtumcunq. intenſum habitum intẽdi poſſe actu quãtumcunq. remiſſo. Valent. etiã hic diſp. 4. q. 4. pun. 3. dub. 1. 2. & 3. docet, perſe loquendo non ſolum actu intenſiori, vel æquali, ſed etiam remiſſiori intendi habitum, vel ſtatim, vel diſpoſitiue. Tenet enim non quemlibet actum etiam intenſiorem ponere aliquid in potentia; quemlibet tamẽ eam diſponere ad generationẽ, vel augmẽtũ habitus, quia potentia ex ſe habet vt poſt aliquem numerum actuum à natura præſcriptum, generetur, vel augeatur in ea habitus, qui quidem generatur & augetur à potẽtia, vt a cauſa principali vtente actibus, vt organis & inſtrumẽtis, atq. diſpoſitionibus, in quibus non requiritur tanta intenſio quanta in habitu futura eſt, in hanc opinionẽ inclinare videtur Azot li. 3. c. 22. q. 4. nam poſtquam proſententia aſſerente, ſolis actibus intenſioribus augeri habitum, retulit ſolũ D. Tho. ait Henri. Scot. Gab. Durand. & cæteros theologos tenere augeri quocumq. actu etiam remiſſiori, & ſolũ air, quoſdã conatos eſſe has opiniones cõciliare, ſed nõ poſſe facile conciliari. Hanc etiã ſententiam tenent Rich. 1. d. 17. a. 2. q. 3. Gab q. 4. a. 2. con. 7. & a. 7. dub. 2. Ocam. q. 6. & . 7. Alphon. Tolet. q. 4. a. 2. concl. 2. Bacho. q. 2. a. 4. Rub. q. 3. a. 2. Mayron, q. 2. Petri Aliacen. 1. q. 9. a. 3. pun. 1. Angeſt. in moral. ca. 5. initio. Ægidius. 1. d. 17. q. 6. vbi tamen limitat ad euentum in quo actus remiſſi ſint plures, quia tales ęquiualent vni actui intenſo.

Suadetur. 1. quia actus quantumcunq. remiſſus cauſat habitum, ſi non inueniat illum 5 1. Argum. iã productum, ergo ſi inueniat illũ productũ poterit illum augere, quia facilius videtur rẽ augere quã producere, & vt dicitur facile eſt 2. Argum. inuentis addere. ¶ 2. luminare minus ſuperueniens maiori auget lumẽ à maiori productũ: ergo ſimiliter actus remiſſior auget habitum ab intenſiori productum. ¶ 3. actus remiſſus 3. Argum. minuit contrarium habitum, ergo auget propium: conſequentia patet, quia vnus habitus non tollitur neq. minuitur niſi ponendo vel augendo oppoſitum, antecedens vero probatur, quia cõtingit habitum virtutis, v g. eſſe vt. 6. vitij vero vt duo, ergo ſi actus virtutis ſit vt. 4. diminuet habitum vitij: a proportione enim maioris inæqualitatis ſit actio: tamen ille actus eſt remiſſior proprio habitu, & actu per quem proprius habitus genitus eſt, ergo actus remiſſus minuit habitum oppoſitum ac proinde augebit proprium. ¶ 4. Quia cauſa 4. Argum. æquiuoca cum eſſentialiter ſit nobilior effectu, poteſt dare effectui maiorem intenſionẽ, quã in ſeipſa habeat, ſecus ſi cauſa eſt vniuoca, quia hæc nõ eſt nobilior effectu, ſed æqualis cum illo: cauſa autem habitus eſt æquiuoca, ſiue hæc ſit actus ſolus, ſiue actus ſimul cũ potẽtia, ergo poterit producere habitum maioris intenſionis quan ſit actus, vel aggregatũ potentiæ & actus: quinimo ſicut potentia licet nullã habeat intenſionem, confert intenſionem effectui, ita actus, licet ſit modicæ intenſionis, poterit vel ſe ſolo, vel vna cum potentia

Digitized by Google

tentia producere habitum intẽſiorem ſeipſo. ¶5.Præſens actus vt quatuor tãtũ vim habet 5. Argum. ad producẽdum.4.gradus habitus ſicut actus præcedens vt quatuor: ergo ſi præcedens poſui.4.gradus in ſubiecto,totidẽ poterit ponere præſens; quando quidem ſubiectum eſt eorum capax,imo magis diſpoſitũ eſt modo ad recipiendum alios.4.gradus,quã ſi priores 4.non recepiſſet eo quod gradus præcedentes diſponunt ad cõſequentes,& ſimili ratione ꝓbatur etiã actu remiſſiori augeri habitũ. 6. Argum. ¶6.Idem experientia confirmatur,nã poſt plures actus virtutis,vel vitij etiamſi eiuſdẽ intẽſionis ſint,facilius & promptius ſimiles actus exercemus,quam poſt.1.actum:ergo ſignũ eſt 7. Argum. per tales actus intendi habitum.¶7.Actio nõ poteſt eſſe ſine termino per eam producto, ſed actus voluntatis eſt actio, ergo nõ poteſt dari ſine termino per eã producto, videlicet, ſine habitu, vel augmento, quod per talem actum producatur.

2.Opinio eſt,per actus remiſſiores,vel ęquales non intendi habitus,ſed dumtaxat per in-
4 2. Opinio. tenſiores.Ita tenet D.Th.in hac.q.52.a.3. Vbi Caiet.Conra.Medina,& alij Thomiſtæ Arag. 2.2.q.26.a.2.& Bañes ibi,& relectione de charitate.Victo.relectione de augmento charitatis par.1.n.2,& ſequentib.Caie.2.2.q.24.a.6. ad.2.Zumel.1.2.q.113.a.8.d.3.cõcl.1.Cordu.li.1. q.9.dub.3.Franciſcus de Chriſto.3.d.26.q.6. conc.1.& quidem Valen.ſupra & Sua.& Vaz. infra eandem opinionem tribuunt Almai. 3.d.23.q.2.§.difficultas eſt & Maiori.q.6.ſed Palacios ſupra oppoſitũ tribuit Maiori.1.d.17. q.4.cuius ſententiã paulo poſt referemus.Immerito autẽ putat Palacios primã eſſe Almai. tract.2.moral.c.11.ibi enim expreſſe dicit. Dico firmiter,quod habitus acquiſitus non augentur a quocumq. actu,ſed requiritur actus ſufficienter intenſus. Quibus verbis Almai. hanc.2.opinionẽ aperte ſignificat, & clarius eam tenet in.3.ſupra Scot.4.d.21.q.1.§. in iſta quæſtione, verſic. iſtud eſt probabile, prope finem.§.& diſt.22.q.1.§.de.2.art. poſt medium illius.Has duas opiniones refert. Azor.li.3.c. 22.q.4.& ait,nõ poſſe conciliari,quamuis quidam eas conciliare intenderint & ipſe neutram eligit,licet in.1.inclinare videatur.

Pro declaratione nota duplicẽ hic eſſe quę-
5 ſtionẽ.1.An ſolus actus intenſior habitu augeat habitũ.¶2.An ſolus actus intenſior actu præcedenti augeat habitũ.D.Th.q.52.a.3.ad.1 q.videtur reſpõdere affirmatiue, nempe ſolo actu, qui ſit intenſior habitu, augeri habitũ. Sed reuera nõ reſpond.Solum enim ait, ſi intenſio actus proportionaliter equitur intenſioni habitus,vel etiã ſuperexcedat, quilibet act⁹ vel auget habitũ, vel diſponit ad augmẽtum.Quibus verbis non agit D.Tho. de actu ſimpliciter æquali,vel maiori,ſed proportionaliter tantũ,& ita.1.quæſtionẽ nõ explicat, neq.ſatis intelligitur,quẽ actũ vocet proportionaliter æqualem, vel intenſiorem habitu. Si tñ eum vocet proportionaliter æqualem habitui, qui eſt æqualis ei à quo genitus eſt habitus,& proportionaliter intenſiorem habitu,eum qui eſt intenſior eo à quo habitus genitus eſt,vt interpetratur Vaz.d.80.c.1.n.4. &.9.ſic.2.quæſt.reſoluit;diffinitq. per ſolum actum intenſiorẽ præcedentibus augeri habitum in quo ſenſum diſtinctio:D.Thom.non erit vniuerſaliter vera,vt cũ Vaz.oſtendimus: item nec erit concepta verbis admodũ proprijs;ſiquidem, actum eſſe proportionaliter æqualem habitui,non ſignificat, proprie eſſe æqualem actui,quo genitus eſt.Vnde ſic cenſeo interpretandũ D.Th.vt actus proportionaliter æqualis habitui ſit is,qui tantã habet intenſionem,quanta requiritur ad producẽdum in habitu totam intẽſionem,quã habet, & nõ ad maiorem:proportionaliter vero intenſiorem:quia habet intenſionem requiſitã & perſe ſufficientem ad ponendam in habitu maiorem intenſionem,quam habet. Itaq. mens D.Thom.eſt,actus, qui nõ poteſt perſe conferre habitui totam intenſionem, quam habet & aliquid amplius, non poteſt illum augere:& quia conſtat aliquos actus eſſe huiuſmodi,manifeſte ſentit,non quolibet actu augeri habitum.Sed minime docet, per actũ æqualem,vel remiſſiorem præcedentibus nõ augeri habitum.Vnde doctrina à nobis tradẽda nõ aduerſatur D.Thomæ pro veritatis autem explicatione.

Sit.1.Concluſio,actus quando generat ha- 7
bitũ,non confert ei tantã intenſionem quã- 1. Concluſio
tam in ſe habet.Ita Suarez.to.2.metaphy.d.4 ſectione.10.patet experimento: experimur enim, actu aliquo maxime intenſo generari, quidem habitum,facilitatem, ac promptitudinem; non tamen æqualẽ intentioni actus, ſed longe minorem.

2.Concluſio, actus qui genuit habitum,ſi 8
continuetur,vel repetatur cum eadem intẽ-
ſione,aut etiam cum aliquanto minori, pote 2. Concluſio
rit augere,habitum,non quidem infinitũ,ſed vſq.ad certum terminum. Hanc docet Vazq. ca.cit.Suarez to.2.met.diſp.44.ſectio.10.n.9. & ſeqq.Maior.1.d.17.q.4.&.3.d.23.q.7. in fine licet probabile putet oppoſitum, quod ſecutus fuerat q.6.eandem concluſionẽ inuit Ægidius eadem d.parte.2.q.6.dicens,habitum acquiſitum intendi, vel vno actu intenſo, vel pluribus remiſsis æquiualentibus vni actui intenſo,& quidem quod ille actus continuatus, vel repetitus, vt diximus, habitum augeat, experientia ita comparatum putat Vazquez, vt dixerit, ſe prorſus ignorare,

qua

Digitized by Google

qua id ratione negari queat, patet in habitu apprehenſiuo, ſeu memoratiuo, qui ſola repetitione, vel continuatione actus augetur, idê cernitur in cæteris habitibus intellectus, vel appetitus ſiue vitioſi, ſiue ſtudioſi, ſiue indifferentes ſint: quod autem per actum ſic cõtinuatum, aut repetitũ non augeatur habitus in infinitum, ſed vſque ad certum terminum, ſimiliter experientia cõſtat, & ratione probatur: quia efficacitas ſeu virtus actus finita, & limitata eſt, ergo non poteſt actus nulla ſibi additione facta, vltra certum terminum intendere habitum. Vtraque autem concluſionis pars explicatur exemplo caloris, qui non ſimul tribuit effectui totam intenſionem, ſed paulatim, & ſucceſſiue vſque ad certum terminum, ad quem cum ventum fuerit, quamuis mille ſæculis ſit applicatus paſſo, nihil efficiet.

9. *Obiectio. 1. Solutio.* Si obijcias, actum noſtrum in ſubiecto nullam inuenire reſiſtentiam, ac proinde nõ eſſe cur ſucceſſiue habitum producere aut intendere debeat. R. id non prouenire ex reſiſtentia ſubiecti retardante actionem, ſed ex natura actus, qui paulatim habet operari, ſicut etiam multi dicunt, ignem tametſi nullã in aere inueniret reſiſtẽtiam, paulatim introducturum eſſe in ipſo calorem: quia ex natura ſua habet calor paulatim agere, potiſſime tamen cum inueniret reſiſtentiam, ſicut corpus habet paulatim moueri præſertim tamen ſi inueniret reſiſtentiam in ſpatio, aut haberet eam intra ſeipſum, & fortaſſis etiam angelus non poteſt moueri niſi ſucceſſiue, & pro quantitate ſuæ virtutis poteſt mouere cœlũ certa velocitate, & non maiori, licet in cœlo nulla prorſus ſit reſiſtentia, & aer recipit ſucceſſiue ſonum, tametſi nullam reſiſtentiam habeat, neque fortaſſis carentiam diſpoſitionis in ordine ad ſonum: & per hanc doctrinam Maioris facile. 1. & 2. opinio conciliari poſſent.

10. *2. Solutio.* Vazq. cap. cit. n. 8. & Suarez ſect. cit. aliter propoſitæ obiectioni reſpondent, ſcilicet actum ſequentem æqualis aut minoris intenſionis cum præcedenti, conferre poſſe habitui aliquem gradum, quem nõn contulit præcedens, quia in ſubiecto inuenit diſpoſitionem, quam non inuenit præcedens: nam præcedens vel non inuenit habitum in ſubiecto, vel non inuenit illum ita intenſum, ſicut ſequens, exemplum eſt in luminoſo intendente lumen productum in medio ab alio luminoſo æquali: quod quidem lumen intenderet, etiam ſi in abſentia alterius luminoſi conſeruaretur: item in calido, quod intendit calorem productum ab alio æquali calido: quia inuenit ſubiectum magis diſpoſitum. Sed certe cum gradus intenſionis, vt infra dicemus, ſint omogenei, vnus non eſt vere, & proprie diſpoſitio ad alium, nam ſemper diſpoſitio eſt forma diuerſæ rationis, & cum primus & ſecundus gradus eiuſdem rationis ſint, & vnus nullam in ſubiecto diſpoſitionem petat, idem de alio dicendum eſt. Præterea exemplum de luminoſo non eſt ad rem, quia ſecundum luminoſum non ideo auget lumen productum à. 1. quia inuenit in ſubiecto maiorem diſpoſitionem, ſed quia iuuatur a. 1. vt docet Fonſec. 5. met. c. 2. q. 15. ſect. 3. nam multitudo agentium ad intenſionem conducit: & ideo ſi illa duo luminoſa ſimul applicarentur, maius lumen fieret in aere, quam ſi alterum tantum, non quidem, quia inueniat maiorem diſpoſitioẽ, ſed quia plura ſunt, & ſi lumen productum à. 1. conſeruaretur in eius abſentia, non intenderetur à 2. ſicut neque a. 1. ſi permaneret aeri applicatum: nam ſecundus ſe ſolo non poteſt amplius producere, quam. 1. ſi perſeueraret. Sicut. 2. calidum non poteſt plus ſe ſolo efficere, quam 1. calidum æquale ſi duraret quamuis. 2. inueniret aliquid iam productum à. 1.

3. Ad obiectionem Reſp. Suarez. 1. actum inuenire reſiſtentiam in ſubiecto, nempe inclinationem potentiæ ad alios actus, aliaque obiecta, & ideo non conferre totam intenſionem habitui, quem producit, quam conferret, ſi non inueniret talem reſiſtentiam, ſicut eam conferrent actus ſequentes, tametſi intenſiores præcedenti non ſint. Sed hoc non ſatisfacit nam reſiſtentia illa, quam inuenit primus actus, eſt intrinſeca potentiæ, & ſic eam inueniunt actus ſequentes: ergo nõ quia inueniunt minorem reſiſtentiam, ſed alia ratione conferunt maiorem intenſionem, quã primus: item ea reſiſtentia non eſt ad habitus, ſed ad ipſos actus, ergo non impedit intenſionem habitus, & alioqui actus æquales in ſubiectis ſecundum inclinationes inæqualibus inæquales habitus producerent, & habitus quem multi ponunt ad diligendum bonum in communi, cui nulla eſt in voluntate inclinatio contraria ſtatim à principio per primum actum reciperet totam intenſionem, quam in continuatione, vel replicatione eiuſdem actus poſſet recipere, imo quoties neque in obiecto neque in actu repræſentatur incommoditas, produceretur tota illa intenſio habitus à principio, quia inclinatio voluntatis ad oppoſitum obiectum, vel actum non repugnat neq. reſiſtit actualiter, niſi reuera ipſum obiectum, vel actus oppoſitus apprehendantur ſub ratione boni incompatibilis cum alio actu, vel obiecto. Hoc autem videtur contra experientiam, qua generaliter experimur, continuatione, vel replicatione actus æqualiter intenſi certo tem- 11. *3. Solutio.*

pore

Digitized by Google

pore augeri habitum,& non accipere ſtatim
in principio totam illam intenſionem,quam
poteſt ab actibus capere, imo certe ſi repug-
nantia intrinſeca, ſeu ex propria natura, vel
extrinſeca,ſeu ex oppoſito habitu, vel ex cõ-
trarijs paſſionibus, vel rationibus, vt etiam
per actum valde intenſum potentiæ impedi
mento eſt, vt initio fiat tota illa intenſio,
tanta poterit eſſe repugnãtia, vel nõ genere-
tur habitus,vel certe generetur valde remiſ-
ſus,ſicut calidum etiam in ſummo tantã poſ-
ſet in paſſo reſiſtentiam inuenire, vt vel ni-
hil,vel parum caloris produceret; quod cre-
ditu durum eſt. Recurrendum ergo eſt ad. 2.
obiectioois ſolutionem dicendumq. ex natu
ra ipſius actus prouenire, vt non conferat ha
bitui totam intenſionem, quam conferre po-
teſt,niſi certo tempore continuatus, vel ſæ-
pius replicatus. Nec quidquid probabile di-
cat Suarez, conſtituendum eſt quoad hoc,
diſcrimen inter habitus appetitus ſenſitiui,
& intellectiui,& opinionem,ac fidem huma
nam hinc, habitus vero euidentes inde:vt hi
primo actu accipiãt totam intenſionem, quã
actus præſtare poteſt, illi vero nõ,nam ſi om-
nes intenſibiles ſunt,accipiunt paulatim ſuã
intenſionem,non per intenſiores actus(quia
12. actus intellectus non ſunt proprie intenſibi-
les vt ſect. præcedenti dictum eſt)ſed per re-
3. Concluſ. petitionem vel maiorem durationem actus.
3. Concluſio,probabile eſt actum conti-
nuatum,& replicatum poſſe conferre habi-
tui non ſolum quãtam intenſionem in ſe ha
bet,ſed etiam maiorem,ita tenet Vazq. con-
tra Suarez ſupra, qui mouetur ad aſſeren-
dum,non poſſe maiorem intenſionem con-
ferre habitui, quam in ſe habeat,quia inten-
ſio nõ eſt aggregatio ſimilium graduum, ſed
conſtat gradibus eterogeneis, quorum vnus
per ſe alterum ſupponit: ergo ſi habitus iam
peruenit vſque ad.4.gradum,in quo adæqua
tur actibus,per quos factus eſt, & nihilomi-
nus ſimiles actus multiplicati illi addant ali-
quod augmentum,non poſſunt niſi quintum
gradum intenſionis addere, vel partem eius,
& ita potentia non ſolum fiet promptior, &
facilior ad æquales actus;ſed etiam ad inten-
ſiores:quod tamen videtur impoſſibile.Con-
cluſionem tamen recte probat Vazq.cap.cit.
n.7.nam ſi aliquid obſtaret quo minus actus
æque intenſus cum habitu augeret habitum,
illud eſſet,quod ſimile non poteſt agere in ſi-
mile ſecundum gradum, & illud augere:hoc
autem ſolum obſtare poteſt, quãdo agens eſt
vniuocum,quia nullum agens vniuocum po
teſt augere effectum ſibi æqualem ſecus autẽ
agens æquiuocum,quale eſt actus compara-
tione habitus; quia cauſa æquiuoca debet eſ-
ſe nobilioris naturæ.quam effectus,& ita pa-
rum refert, ſi in intenſione minor ſit ipſo ef-
fectu:ſic forte lumen non intenſum vt.8.pro-
ducit calorem, vt 8. & idem eſt de alijs qua-
litatibus continentibus virtualiter calorem:
neque ratio in contrarium facta alicuius eſt
momenti,nam quod in ea dicitur, intenſio-
nem fieri per gradus, eterogeneos eſſentia-
liter ſubordinatos,falſum omnino eſt, vt in
ſequentibus late oſtendemus; & licet admit-
tatur, nihil hic abſurdi ſequitur: nullum e-
nim incommodum eſt per actus intenſos, vt
quatuor acquire promptitudinem, & facili-
tatem ad actus intenſos,vt. 6.ſiue enim habi-
tus augeatur per gradus, eterogeneos, ſiue
per omogeneos, fatendum eſt, habitum quo
cumq. actu genitum,etiam remiſſo, præbere
promptitudinem & facilitatem ad actus non
ſolum æqualis intẽſionis, ſed etiam maioris,
quamuis ſemper maiorem facilitatem præ-
bent ad actus remiſſiores, quam ad intenſio-
res,eo quod remiſſiores ex natura ſua minus
difficiles ſint,vnde ſtat, aliquem eſſe ſimplici
ter promptum ad remiſſos, & non ad inten-
ſos; ſed non ſtat recipere promptitudinem,
vel intenſionem promptitudinis ad remiſſos,
& non ad intenſos,modo poſſit vtroſq elice
re,quod dico,quia potentia cum remiſſo ha-
bitu non poteſt tam intenſos habitus elice-
re,ſicut cum habitu intenſo, vt etiam docet
Suarez.Sic etiam diſp.1. ſect.2. docuimus,po-
tentiam habitu affectam poſſe elicere inten-
ſiorem actum,quam ſi nuda eſſet:tamen quo
ties habitu affecta eſt,nullum actum elicere,
qui ad habitum pertineat,ad cuius totam ſub
ſtantiam & intenſionem non concurrat ipſe
habitus,quantumq.cũq. ſit remiſſus,neq.mi-
rum cum etiam in agentibus vniuocis contin
gat formam remiſſam cõiunctam intenſæ in
tenſum effectum producere,vt ſi coniungan-
tur calidum,vt vnum,& calidum vt. 6.vtrũq.
efficiet totam intenſionem caloris vt 4.quod
merito concedit Aragon.2.2.quæſt. 24. art. 6.
& licet concederemus intenſionem caloris
fieri per gradus eterogeneos,dicendum eſſet,
inferiorem cum ſuperiori vnito ſibi in eadẽ 13.
parte ſubiecti concurrere ad producendam
in paſſo alium gradum ſuperiori ſimilem.

Ex quibus patet merito Vazq. ſup.nu. 9. &
10.cõtra aliquos docuiſſe, actibus æqualibus,
vel remiſsioribus comparatione præceden-
tium non ſolum augeri habitum,& facilitatẽ
ĩn ordine ad actus remiſſiores, vel æquales,
ſed etiam in ordine ad intenſiores:non enim
poteſt promptitudo creſcere in ordine ad re-
miſſos,quin etiam creſcat in ordine ad om-
nes. Conf.quia quolibet habitu oppoſito re-
tardatur potentia ab omni actu:ergo,& quo-
libet habitu ſimili redditur promptior ad
omnem actum: idem confirmat Vazq. quia
in-

Digitized by Google

intenſio non prouenit ab ipſo habitu tanquam à principio effectiuo, ſed à potentia quæ interdum maiori interdum minori conatu operatur: ergo licet habitus ſit remiſſus poteſt intenſior operatio fieri. Sed antecedens eſt falſum, & conſequentia ineuidens incertaq. valde: nam dici poſſet, potentiam ex natura ſua habere, vt habitu remiſſo affecta ſolos remiſſos actus prompte, & facile elicere poſsit. Melius autem ad hominem confirmari intentum poteſt. Nam Suarez ait, actus æquales diſponere ad augmentum, quia diſponunt ad actum feruentiorem, quo fiet augmentum: quomodo autem poſſunt diſponere ad actum feruentiorem, niſi reddendo potentiam promptam, & facilem ad illum: ergo actus æquales non ſolum augent habitum præbendo facilitatem aliquam ad æquales actus, ſed etiam ad intenſiores deinde recte Vazquez probat contra aliquos eorū ſententiam non eſſe conſentaneam D. Thomæ nam S. Doctor nullum omnino cōcedit fieri augmentum habitus per actus remiſsiores vel æque intenſos cum habitu, vel cum præcedentibus; ſolum docet, per actus proportionaliter æquales habitui non intendi habitum; ſed diſponi ſubiectum ad augmentum habitus. quid autem intelligat per actus proportionaliter æquales, vel intenſiores ante primam concluſionem explicuimus. Quod vero ait, actus proportionaliter æquales diſponere ad augmentum habitus, non intelligitur de diſpoſitione poſitiua, & perſe, nam quod longe ante augmentum corruptum eſt & nihil poſitiuum reliquit, quomodo poteſt per ſe aut poſitiue ad augmentum diſponere? ſed ſi verum eſt, explicari debet de diſpoſitione negatiua & per accidens, quatenus actus æquales impediendo cōtrarios actus aliquo modo conſeruant habitum, qui poſtea prorumpet in actus proportionaliter feruentiores, quibus habitus intendentur & ita docet Vazquez, illo. capi. 1. num. 5. & 6. quod vero ait, D. Thom. actus proportionaliter remiſsiores actu diſponere ad eius diminutionem & corruptionem, ita intellige, vt quando actus ſunt remiſsiores, ex ſe minuatur habitus, vel aliqui actus contrarij miſceri ſoleant, quibus habitus minuatur, vel penitus corrumpatur, vt ex parte docet Vazquez illo nume. 5. & Azor illa q. 4. & latius in ſequentibus exponetur.

Ex quibus conſtat primam opinionem ve-
14 ram eſſe, quatenus aſſerit, actibus æqualibus,
aut etiam remiſsioribus fieri interdū intenſionem habitus.

Quia tamen Henri. Gerua. & quidam alij auctores primæ opinionis ſentiunt, quolibet actu quantumcunque remiſſo augeri habitum quantumcunque intenſum, oportet vt id reijciamus; quod non erit operoſum. Id ergo reijcitur, quia quando paſſum habet quidquid ab agente poſſet recipere, nihil recipit ab illo, & ideo innaturalibus ſimile non agit in ſimile. 1. de generatione. tex. 48. 50. & 51. & 2. animæ, tex. 45. v. g. calidum vt quatuor in alium calidum vt quatuor, quia calidum vt quatuor iam habet quidquid à calido vt quatuor poteſt recipere nempe quatuor gradus caloris, ſed actus remiſsiores, vel æquales præcedentibus, (qui iam in potentia fecerunt omnes gradus, quos poterant efficere) inueniunt productum totum, quod ipſi poterant producere, quia non poſſunt perſe plus producere quam illi: ergo nihil prorſus in potentia efficiunt, ac proinde non augent neque intendunt habitum. Dices, priores ſi amplius durarent, plus effecturos, & ideo ſequentes actus poſſe aliquid noui efficere, contra. Quoniam certum eſt, actum eſſe finitæ actiuitatis, ac proinde non poſſe amplius, & amplius ſine termino efficere, licet amplius, & amplius ſine termino duret; ſed dandum eſſe ſtatum, & terminum in effectu. Tunc ergo præfato argumento aperte probatur, actum remiſsiorem, vel æqualem, ſi accedat, non poſſe quidquam producere, quia inuenit ab alio productum quidquid ipſe poterat producere.

Conf. nam ſi actus in infinitum multiplicati poſſent in infinitum augere habitum, etiam actus in infinitum continuatus poſſet in infinitum augere habitum: hoc autem eſt abſurdum, ergo & illud, ergo non poteſt quilibet actus augere habitum quantumcunque intenſum, ergo neque remiſſus intenſum, quia eadem ratio eſt, niſi quis dicat dari ſummum habitum exigente id natura ipſius habitus, vel ſubiecti, & ideo habitum dari poſſe, qui à nullo actu poſsit intendi, omnem tamen, qui poteſt ab actu intenſo intendi, poſſe intendi ab actu remiſſo; licet minus poſsit intendi à remiſſo: quod non eſſet valde abſurde dictum, ideo rationi potius quam confirmationi prædictæ innitendum eſt. Poteſtque ea ratio aliter confirmari, quoniam actio ſolum fit à proportione maioris inæqualitatis, vt dicitur primo de generatione, et go actus remiſsior habitu nnn poteſt habitum intendere. Reſpondent Palacios, & Valentia, pet naturales qualitates non fieri actionem niſi à proportione maioris inæqualitatis, ſecus per actus; quia actus ſunt inſtrumenta organaq. animæ, quæ vim habet inten

intendendi habitum intenſum, & ideo
poteſt illum intendere etiam per actus re-
miſsiores. Sed hæc ſolutio nulla eſt; quia
actus in generatione & intẽſione habitus nõ
eſt inſtrumentũ, ſed ratio agẽdi: ergo niſi ha-
beat proportionẽ maioris inæqualitatis, non
poterit habitum intendere, ſicut calor nõ po
teſt intendi niſi ab alio calore maiori forma-
li vel virtuali.

Ex toto præcedenti diſcurſu colligitur tã-
15 quam probabilius, habitum interdum augeri
poſſe ſolo actu aliquo æquali, vel remiſſiori
omnibus præcedẽtibus; interdum vero non.
Siquis vero contendat, numquam ſolo actu
æquali vel remiſſiori præcedẽtibus poſſe in-
tendi habitum; quia abſolute docet D. Tho.
ſolo actu intenſiori habitum augeri poſſe (ſi-
militerq. loquuntur Aragon & alij) negarè
debet, experiri nos, per actum eadem inten-
ſione continuatum, vel multiplicatum auge-
ri habitum: licet id videamur experiri; quia,
vt ait Valentia, per tales actus, quaſi cõfirma-
tur, & conſeruatur habitus eoquod à contra-
rijs defenditur, & interdum per eos cõtrarius
habitus corrumpitur; aut paſſio, quæ alioqui
inſurgeret, impeditur, & ideo D. Thom. dixit,
per actus æquales diſponi hominem ad eli-
ciendos intenſiores actus, & eiſdẽ modis diſ-
ponunt actus remiſſiores præcedentibus ad
intenſionem habitus. Sed quia ſæpe aliunde
diſponunt ad corruptionẽ, quatenus permit-
tunt paſſiones aliquas inſurgere, & contra-
rios habitus aliqualiter permanere, quos nõ
totaliter deſtruunt; ideo D. Tho. dixit, actus
remiſſiores diſponere ad corruptionẽ. Quod
aliquando prouenit non ex ipſis ſecundum
ſe, ſed ex eorum cauſa: nam cauſa quæ ab ani-
mo obtinet, vt remiſsiores actus eliciat, obti-
nere ſolet vt prorſus illos non eliciat, ſed op-
poſitos, quibus deſtruitur habitus. De hoc ta-
men fuſius dicetur diſp. 6.

In vtroque autem modo explicandi. 2. opi
16 nionem ſatisfaciendum eſt argumentis pri-
mæ, quæ contra vtrumque modum militare
poſſunt.

Ad. 1. ergo argum. 1. opinionis. Reſp. faci-
lius eſſe aliquando rem producere quã pro-
ductam augere, nimirũ quando res producta
habet totum, quod à præſenti cauſa recipere
poſſet. Vnde non hic, ſed in ſcientijs locum
habet, facile eſt inuentis addere. Ad. 2. Reſp.
luminare maius augere lumen à maiori pro-
ductum, non quidem intendendo lumen
aeris ſe ſolo, ſed in virtute luminaris ma-
ioris, cui coniungitur & cum quo conſtituit
vnum integrum, & totale agens, quod ad ma-
iorem diſtantiam illuminat, & vbi erant
tenere lumen ponit, & vbi erat lumen mi-
nus, ponit lumen maius. Et ſimili quid
eueniret, vt diximus, ſi duo actus eiuſdem ha-
bitus, vnus intenſior, alius remiſsiore præ-
cedentibus, concurrerent eodem tempore
in potentia: quando autem ſolus remiſsior
aduenit, non poteſt habitum ab alio inten-
ſiori genitum augere, ſi inueniat, vt ſupponi-
mus, productam à prioribus totam intenſio-
nem, quam poterat habitus ab illis accipe-
re: quia poſterior actus inuenit productum
totum quod ipſe poſſet producere.

Ad. 3. Reſpond. Aliquos tenere, num- 17
quam generari vnum habitum, donec de-
ſtructus ſit totus habitus oppoſitus vt retu-
limus ſuperiori diſputatione, & in hac opi-
nio argumentum non procedit. Sed quia
hæc opinion ibi reiecta eſt, aliter. Reſp. cum
Aragon ſupra, actum vt quatuor ſuperue-
nientem habitui proprio vt. 6. ideſt habenti
totum quod potuit recipere ab actu, vt. 6.
ſuperuenientemque habitui oppoſito vt di-
uo, diminuere habitum oppoſitum nihil
producendo, ac proinde neque intenden-
do proprium habitum: corrumpere autem
talem habitum, non vt corrumpat, quia
nihil reſpiciens ad malum operatur; ſed vt
proprius habitus ſit magis expeditus, me-
liusq. operari poſsit. Sicut grauitas lapi-
dis ſurſum proiecti nihil producendo ex-
tinguit impetum impreſſum à proijciente.
Et probatur, tunc minui habitum oppoſi-
tum: quia ſi habitus vitij vt duo eſſet ſo-
lus, corrumperetur aut minueretur per ac-
tum virtutis vt quatuor, eoquod huius acti-
uitas ſuperaret reſiſtentiam illius: ergo ſi-
militer, ſi habitus vitij ſit cum habitu vir-
tutis. Vt. 6. Habitus enim virtutis potius iu-
uat, quam impediat vitij deſtructionem. Dici
etiam poteſt, actionem de prædicamento
actionis, qua producitur actus, ſeu actio
de genere qualitatis, habere pro termino
ſecundario deſtructionem luminis inaere;
ſic nulla admittitur actio per ſe corruptiua
ſed per accidens & ſecundario. Vtcunque
autem ſit, fatendum eſt, habitum aliquem
ſine generatione, vel augmento oppoſiti mi-
nui & corrumpi poſſe, quamuis id negent
Gab. 3. d. 23. quæſt. 1. ar. 3. dub. 6. & nonnulli alij
auctores. 1. opinionis.

Ad. 4. Reſpond. aliquando cauſam æqui-
uocam poſſe tribuere effectui maiorem in-
tenſionem, quam in ſe habeat, ſæpe au-
tem neque æqualem conferre poſſe, & ita
accidit in propoſito, nam experientia docet,
minus intenſionis eſſe in habitu, quam in
actu, quo genitus eſt. Et quidquid ſit de
hoc, non poteſt habitus, poſtquam accepit
totam intenſionem, quam conferre poterat.

1. actus

1.actus,aliquid à. 2. accipete,niſi ſecundus ſit intenſior primo,vt dictum eſt.

18 Ad.5. Reſp.nullius eſſe momenti, nam agens æquale poteſt efficere æqualem effectum ſi ſubiectum eodem modo ſe habeat & cætera ſint patia, ſi tamen vnum agens inueniat in ſubiecto productos omnes gradus, quos aliud æquale agens potuit producere, quia eos non inuenit in ſubiecto; nihil poterit producere. Neq; verum eſt, gradum inferiorem diſponere ad gradum ſuperiorē reſpectu agentis quod ſolum gradum inferiorē poteſt per ſe inducere,licet fortaſſe id verum ſit reſpectu agentis quod perſe poteſt ſuperiorem gradum conferre.

Ad 6.Reſpondetur, id prouenire vel iuxta primam declarationem ſecundæ opinionis eo quod prior actus propter modicam durationem ſuam non contulit totam intenſionem,quam poſſet habitui conferre vel iuxta ſecūdam declarationē eiuſdem opinionis,ex eo quod ſequētes actus æquales,vel remiſsiores auferunt aliqua impedimēta quibus, ſublatis melius, & expeditius habitus operatur, non ex eo quod habitus per illos ſequentes actus augeatur. Adde etiam non ſatis conſtare experientia, quando actus ſint æquales, vel remiſsiores aut intenſiores præcedentibus.

Ad 7. Reſpond. actionem de genere actionis non poſſe intelligi quin per eam aliquid producatur,ſecus ſi ſit actio de genere qualitatis,qualis eſt actus intelligendi, vel diligēdi productus per actionem quādam de genere actionis. Vnde non eſt neceſſe, per actum intelligendi,& amandi produci habitum vel augmentum ipſius.

SECTIO. III.

Vtrùm omnes actus intenſiores præcedentibus augeant habituum.

19 RATIO dubitandi eſt, quia D. Tho.hac q.52.ar.3.De actu æquali,& intenſiori ſimul loquēs,ait, vel augere habitum, vel ad augmentū diſponere, & præterea actus quoslibet,qui poſſunt augere habitum, comparat cum alimento,quo videmus non ſemper augeri animal, etiam ſi efficaciſsimum forte ſit.Sed aliquando tantum diſponi ad augmētum.Propter quæ Valentia hic diſput. 4. q. 4. puncto.3.dub.1.ait,verius & magis conſentaneum menti.S.Tho. eſſe, quod non ſemper actus intenſior ſtatim augeat. Ratio inquit, eſt nā ſicut ſe habent actꝰ producti à nuda potentia ad productionem habitus abſolute, ita videntur ſe habere actus producti à potentia, & habitu,ad intenſionem eiuſdem habitus: ſed actus,qui per ſe ſunt productiui habitus abſolute,non ſemper producunt ſtatim habitum,ſed aliquando tantummodo ad id diſponunt, donec potentia ſit ſatis exercita,& cæt.ergo ſimiliter actus augmētatiui habitus,qui videlicet ſunt intenſiores, tantum diſponunt aliquando ad augmentum, cum nimirum potentia nondum eſt ſatis exercita ad augmentum habitus. Hæc ille cuius ſententia etiam confirmari poſſet, quia etiamſi actus ſit intenſior, poteſt eſſe aliquod impedimentum in collatione ſui effectus, nimirum propter habitum oppoſitum vel paſsiones vel difficultates ſe tenentes ex parte obiecti, & occurrentes menti,&cæt.

Ex altera parte nihil videtur deſiderari ad augmentum habitus, quando actus eſt intenſior actibus præcedentibus & proportionaliter ipſo habitu, ita vt habitus non habeat tantam intenſionem, quantam præſens actus conferre poteſt. Vnde Suarez tomo. 2. metaphy. diſput. 44. ſectio. 10. numero ſexto,duo dicit:primum intenſiori actu intendi aliquando habitum: quod manifeſtum putat. Nam ſi actus efficit habitum, perfectior actus perfeciet illum: ſiquidem in forma intenſiori, actiua virtus efficacior eſt etiam ad intenſiorem effectum. Et confirmat. alias nulla via poſſet habitus acquiſitus augeri, quibus enim actibus poſſet id fieri ſi intenſioribus non fit? ergo qua experientia conſtat,habitus augeri, conſtat intenſioribus actibus augeri. 20

Secundum quod dicit eſt ſicut per quemlibet actum fit habitus; ita per quemlibet actum intenſiorem intenditur. Neque probanda,inquit, eſt eorum ſententia, qui dicunt, non intendi habitum per vnum actum intenſiorem, ſed per plures, contra hoc enim eædem rationes fieri poſſunt quæ factæ ſunt de generatione habituum. Ac denique quia in vno actu eſt virtus actiua talis intenſionis: alias neque in vltimo actu eſſet talis virtus: & alioqui ſubiectum eſt capax & diſpoſitum per habitum remiſſum: ergo quilibet actus intēſior perſe loquendo poteſt habitum intendere.

Hæc ille, cuius opinio mihi magis placet maxime cum ſit communis neque aduerſa D. Tho. ſolum enim docuit diſiunctiue actu æquali vel intenſiori augeri habitum, vel diſponi potentiam ad augmētum habitus:tribuenda autem ſunt ſingula ſingulis.ſ.vt ſemper per actū intenſionem augeatur habitus:

per æqualẽ vero diſponatur potentia modo dicto ſuperiori ſect. ad augmentum habitus & ſimile de alimento non oportet in omnibus procedere.tantum enim adducitur à D. Tho. vt intelligamus,non ſemper actibus noſtris augeri habitum, ſicut neq.ſemper alimento augemur, iam etiam ſuperius docuimus.1.actu quantumcũq;remiſſo generari habitum quoad ſubſtantiam, & conſequenter dicendum eſt, quolibet actu intenſiori augeri habitum.Neq; vllum poteſt eſſe impedimentum ex parte potentiæ,vel appetitus ſenſitiui vel intellectus,vel obiecti ad augmentum; ſicut nullum poteſt eſſe impedimẽtum ad generationem habitus. Itaq; ſicut nihil obſtare poteſt quo minus. 1. actu quantumcũq.remiſſo generetur habitus;ita nihil obſtare poteſt, quo minus quolibet actu intenſiori intendatur: par enim ratio eſt.

SECTIO. IIII.
Vtrùm intenſio habituum fiat per additionem partis ad partem habitus, &c.

21 EADEM queſtio,& difficultas eſt de intenſione cuiuslibet alterius formæ vel qualitatis, & quoniam in primo de generatione tractari

1.Opinio. ſolet,breui nunc expedienda eſt prima opinio,intenſionem fieri commutationẽ vnius formæ imperfectioris in alia perfectiorem. Hanc ſententiã Auicennæ Gilberto Porretano,&Alberto tribuit Niphus.8.met.diſp.11.c. 3.eam tenet Burleus tract. de intenſione formarum cum Gothifredo quodlib. 7. quæſt.7. Apud Capreolum.1.diſt.17.quæſt. 2. Eãdemq. Secutus eſt Durandus.1. diſt. 17. quæſt. 5. & 7. qui vt ſaluet vnitatem motus alterationis, quæ conſtaret nequit ſecundum Ariſt.5. phyſi.cap. 3. tex. 35. ſine vnitate termini, ait per quandam continuationem induratione fieri vnam numero formam ex gradu præcedenti

Argu. & ſubſequenti. Suadetur. 1 .nam in motu terminus à quo deperditur, ſed in intenſione terminis à quo,eſt forma præcedens, ergo de

2. Argu. perditur. ¶ 2. Si per intenſionẽ nihil acquiritur diuerſum à præcedenti ,ergo in ſubiecto nulla fit mutatio realis ſi vero acquiritur debet eſſe diuerſum ſolo numero, ergo nõ manet cum præcedenti:nam duæ formæ ſolo numero diuerſæ non poſſunt eſſe in eodem ſub

Argu. iecto ſimul.¶ 3. Quia forma intẽditur ſecundam eſſentiam ſuam, ergo eſſentialiter: additio autem eſſentialis variat eſſentialiter formam,ergo forma intenſa,& remiſſa eſſentialiter differunt & ſic non ſunt ſimul, nunquam enim eſt niſi vnus calor, verbi gratia in ſubiecto, ergo adueniente forma intenſa perit remiſſa.

Sed hæc ſentẽtia facile reijcitur ab omnib⁹; 23 *Reijcitur hæc ſciẽtia.*
nã licet in rebus ſucceſsiuis ex præcedẽti & ſubſequẽti fiat vnum numero, vt in motu & tempore (Vazquez addit. & in ſono, quia 1.
putat eſſe de genere ſucceſſiuorum) tamen in qualitatibus permanentibus,qualis eſt albedo,habitus & aliæ huiuſmodi, quæ intenduntur & remittuntur,iddici non poteſt: nã permanentia ex partibus ſucceſsionem habentibus componi non poſſunt, ergo intenſio & alteratio continua non erit vnus motus,cum non habeat vnum numero terminũ. ¶ 2. Aut gradus poſterior eſt maior, aut 2.
æqualis, aut minor. Si æqualis aut minor, non reddet ſubiectum magis album, calidum, &cæt. quod eſt contra experientiam, quam ſupponimus. Si maior ergo habebit aliquem gradum æqualem præcedenti & aliquem alium, ergo melius eſſet aſſerere, manere in ea gradum præcedentem, & alium accedere, quam dicere pręcedentem gradum corrumpi,& alium maiorem ſuccedere,qui tantumdem,& aliquid amplius habeat. Neque valet dicere poſteriorem gradũ eſſe indiuiſibilem nobiliorem priore. Sic n. erit eſſentialiter & ſpecifice diuerſus. ¶ 3. 3.
Quia quando aqua ſe reducit ad priſtinam frigiditatem remittit calorem, tamen non producit calorem:ergo remiſsio non fit productione caloris, ſed ablatione alicuius gradus caloris manentibus reliquis. Idem eſt in remiſsione habitus vitioſi verbi gratia, quia ſi ſemel corrumpitur non eſt à quo producatur remiſsior:nam actus ſtudioſus nullũ vitioſum habitũ poteſt producere. ¶ 4. Quia
non poteſt aſſignari à quo gradus præcedens 4.
corrũpatur cũ ibi nullũ ſit agẽs cõtrariũ,&in 5.
augmẽto gratiæ, & charitatis res eſt certior, 6.
nã gratia & charitas nũquam amittitur niſi ob peccatũ mortale. ¶ 5. modicus calor non poteſt ſubito ſummam frigiditatẽ expellere, ergo in remiſsione nõ tota forma expellitur, ergo nec in intenſione tota ſubito ꝓducitur: ſed pars cũ præcedenti parte cõiungitur.¶ 6. Quia nihil permanens corrumpitur niſi ad corrupcionem ſubiecti,vel à contrario vt docet D.Tho.q.53.art.1. Sed calor præcedens eſt permanens, & non corrumpitur ad corruptionem ſubiecti,nec à contratio:ergo nullo modo corrumpitur in intenſione.

Ad primum autem huius opinionis argu-
mentum.Reſp. in intenſione terminũ à quo 23
eſſe eandem qualitatem vt minorem, in re- *Ad. 1.*
miſsione vero vt maiorem, quia per inten- *1. Opinio.*
ſionem ſecundum Ariſt.5.phyſi.cap.2.tex.19. dicitur [illegible]

dicitur aliquid fieri de minore maius, vnde in intenſione non amittitur ſecundum ſe for præcedens, ſed ſecundum quod erat minor, vt in accretione contingit. ¶ Ad 2. reſpond. in intenſione aliquid acquiri ſed nullo alio deperdito, quid vero illud ſit ſtatim docebemus. ¶ Ad 3. Reſp. formam intendi ſecundum ſuam eſſentiam non quidem ita vt habeat aliquid eſſeutiale, quod antea non haberet, quia id repugnat neque, quia commutetur vna eſſentia in aliam, quia ſic omnis eiuſmodi gradus formæ differret ſpecie & nulla ſpecifica forma diceret intendi, ſed generica tantum, quatenus producitur in nobiliori ſpecie, ſed quia ipſa met eſſentia dicit recipere additionem & incrementum in eadem parte ſubiecti: quale vero ſit hoc incrementum exponetur. Vide contra præfatam opin. Fonſec. 8. met. c. 2. q. 2. ſect. 1. Scot. 1. diſt. 17. q. 2. Ocam. q. 6. Gab. & Greg. q. 4. D. Tho. q. 52. a. 2. ad. 2. & 3.

Ad. 2.

24 *2. Opinio.* Secunda opinio eſt aſſerentium intenſioné fieri additione vnus partis habitus, vel alterius formæ ad aliam partē præexiſtentem eiuſdē formæ, ſimulq; manentē & quia iſtas partes vocant gradus ideo dicunt intenſioné fieri additione gradus ad gradum. Alb. 1. d. 17. ar. 10. Bon. 2. p. diſt. art. 1. q. 1. Richard. art. 2. q. 2. Melchior Flauius. q. 4. Maior. q. 10. Scotus. q. 3. §. ad iſtá quæſtionem Ocham. q. 6. & 7. Grego. q. 2. & q. 4. art. 1. Gab. q. 4. & ſequentibus Marſi. 2. q. 1. ar. 1. ſuppoſitione. 8. Hēr. quolib. 5. q. 16. & quodlib. 4. q. 15. Vazquez diſp. 82. ca. 3. Et ſequentibus Suarez. 2. tom. met. diſput. 46. ſect. 1. Petrus de Candia. 1. diſt. 17. vt refert Aquarius infra. Idem tenet Azor. 3. lib. c. 22. q. 2. Palacios. 1. diſt. 17. diſp. 5. & 6. Franciſcus de Chriſto. 3. diſt. 26. q. 5. & 1. d. 17. q. 4. Baſſol. q. 2. a. 4. Alphonſ. Toletan. q 3. Rubion. q. 3. Bachon. d. 15. q. 1. Almain. 3. d. 23. q. 2. Maior. 1. diſt. 17. q. 2 p. 2. Petrus Aliacenſ. 1. q. 9. ar. 3. puncto. 1. Fonſec. 8. met. cap. 3. q. 2. ſect. 2. & 3. Antonius Andreas. 8. met. q. 8. Vbi Niphus dipſ. 11. Toletus, 4 phyſic. q. 11. Alenſ. ſumma de virtutibus collatione. 69. in varijs quæſtionibus vt citat Maior. hæc ſententia facile intelligitur, & defenditur, & potiſsimum probatur aliarū impugnatione, ſed non eſt euidens neque certa quia facile. 3. ſententia defendi poteſt vt videbimus.

25 *3. Opinio.* Tertia opinio eſt intenſioné non poſſe fieri additione nouæ partis, quæ cū præcedenti vnam maiorem formam efficiat, ſed maiori radicatione formæ præcedentis in ſubiecto. Ægidius quodlib. 2. q. 14. Capreolus. 1. diſt. 17. q. 2. art. 1. concl. 3. 4. & 5. Sonci. 8. met. q. 21. Iauellus. q. 9. Aſtudillus. 1. de genere. q. 9. Herueus. 1. diſt. 17. q. 4. & 5. & quodlib. 6. q. 11. Cajet. 1. 2. q. 52. ar. 2. & q. 54. ar. 4. & 2. 2. q. 24. art. 5. Aquarius. 3. diſt. 23. concl. 9. & 10. Sotus cap. de qualitate & 4. phyſic. tex. 84. Martinez. 1. de gener. capit. 9. Antoni. 4. p. tit. 6. c. 2. §. 1. Vigue. in inſtitu. cap. 12. §. 1. in principio Bañes relectione de charitate pag. 7. & 8. & 1. de gener. & 2. 2. quæſt. 24. art. 5. Vbi Aragon. Victoria Medina. 1. 2. quæſt. 52. art. 2. Conrad. ibi & q. 53. art. 2. ad 2. Gerard. Senenſis. 1. diſt. 17. quæſt. 2. Per varios articulos, præſertim vero art. 9. Aegi. ead. diſt. quæſt. 2. part. 2. Carthuſ. quæſt. 6. Adducens pro eadem opinione Petrum de Taranthāſia Raynerius in ſumma verbo charitas cap. 17. Hanc opinionem Maior. tribuit Altiſiodor. 3. ſummæ tracta. 6. c. 5. Sed non clare ab Altiſiod. docetur: hanc et præcedentem opiniones probabiles putat Fonſec. illa ſect. 2. et Ouandus. 1. diſtinct. 17. propoſitione. 4. de augmento charitatis, neutram vero eligit: hanc vero tenent Hiſpalen. 1. diſt. 17. quæſt. 2. Argentina. quæſt. 2. art. 2. & plane hæc ſententia vt fatentur Fonſec. & alij eſt. D. Tho. 1. 2. q. 52. art. 1. & 2. & 2. 2. quæſt. 24. art. 5. & diſt. 17. p. 2. q. 2. art. 2. Quamuis illum in 2. opinio. trahere nitantur Palacios, Toletus, Suarez, & Vazquez, qui primo ipſum interpretantur, vt velit intenſionem non fieri additione alicuius diuerſi ſecundum ſpeciem à præcedenti, vt quando extenditur habitus ſcientiæ ad nouam concluſionem, ſed additione partis eiuſdem ſpeciei cū præcedenti. ¶ 2. Vt velit intenſionem nō fieri additione alicuius qualitatis præcedentis ante vnionem, vt colligitur ex. 2. 2. quæſt. 24. art. 5. Sed ita vt per ipſum vnionem fiat augmentum in ſubiecto, quia qualitas non prius producitur vel vnitur præcedenti, quam vniatur ſubiecto. Sed vtraq; explicatio violenta eſt admodum, vt patebit intuenti loca D. Thom. vnde communiter alij, ſiue diſpuli, ſiue non diſpuli D. Tho. ita illū intelligunt vt plane docuerit, intenſioné non fieri additione vnius partis formæ ſeu qualitatis ad aliam partem, & ita illum exponit Valentia diſput. 4. quæſtio. 4. puncto. 2.

Neque obſtat, quod ſanctus Tho. de virtuti. in communi quæſt. vnica art. 11. & 1. diſt. 17. parte. 2. quæſtio. 2. artic. 1. & 2. 2. quæſtio. 24. artic. 4. ad. 3. & quolib. 9. artic. 13. ait formam in intendi ſecundum eſſentiam: non enim eſt ſenſus, vt intendatur addita parte habente eandem eſſentiam, ſed quòd ipſa eſſentia dicitur intendi ſeu magis radicari in ſubiecto, ipſique vniri, vnde Capreolus primo diſtinct. 17. quæſt. 2. articul. 1. concluſio. 4. Sonci. Iauellus Antoninus Viguer. Medina, Conrad. Aragon. Bañes Hiſpalenſis & Caietan. eodem modo 26

Google

modo loquuntur, qui tamen proculdubio te
nent intenſionem nullatenus fieri additione
formæ eiuſdem ſpeciei aut diuerſæ, ſed ſola
radicatione formæ præcedentis in ſubiecto
multo minus obſtant, quæ dicit. D. Tho. 1.
par. quæſtio. 42. artic. 1. ad. 1. & 3. par. quæſt. 7.
artic. 9. & 12. vt legenti patebit. Neque item
obſtat quod ait D. Tho. 2. 2. quæſt. 24. art. 5.
Luminaeris intendi per additionẽ luminis
ad lumen propter diuerſa luminaria, non
n. vult, lumen quod eſt in aere, intẽdi additio
ne luminis in eodẽ ſubiecto, ſed aduenien-
te lumine in alio ſubiecto. ſ. in luminari, quã
uis Cantuarienſis in ſua perſpectiua dicat,
à diuerſis luminaribus non conſtituentibus
vnum, diuerſa lumina in aere] produci: quod
etiam videtur dicere Dio. 2. cap. diu. nomi.
quem ſequitur Bona. 1. diſt. 17. quæſt. vltima
Palacios quæſt. 5. & 6. contrarium tamen eſt
tenendũ in vera perſpectiua vt probant Du-
ran. 2. diſt. 13. quæſt. 1. Capreolus. 1. diſt. 17. q. 2.
ad. 1. & 7. Adæ contra. 2. concluſionem Ferra.
4. contra gent. cap. 28. Aragon. 2. 2. quęſt. 24. ar.
5. & ſimiliter ait Palacios ſpecies & notitias
duorum alborum in eodem ſubiecto differre
ſolo numero & nõ facere vnam ſpeciem, vel
notitiam, quamuis vnus gradus caloris addi-
tius alteri in eodem ſubiecto faciat vnum
cum illo & ait, nullam eſſe huius diſcriminis
rationem prater ipſas rerum naturas.

Hanc tertiam ſententiã ita exponit AEgi-
dius ſecundum Vazquez, & alios vt intenſio
fiat additione nouæ exiſtentiæ eiuſdem for-
mæ, non deſtructa priori exiſtentia; ſed ſecun
dum Gerar. AEgidius tenet, intenſionem fie-
ri additione nouæ vnionis, nouique effec-
tus formalis, nõ autem nouæ exiſtẽtiæ addi-
dit Vazquez Capreolum illo art. 1. ad argu-
menta Gregorij, contra. 5. & 7. concl. & Aſtu-
dillum ita explicare vt intenſio fiat additio-
ne nouæ exiſtentiæ deſtructa priori imper
fectiori (& hanc additionẽ nouæ exiſtentiæ
etiam Fonſeca tribuit Capreolo) Iauellum
autem Caietanum, & Sonci. vt fiat additione
partis effectus formalis, ita vt infotmatio &
vnio ipſa ſit maior quam antea. Ille modus
dicendi Capreolo & Aſtudillo atributus, me-
rito reijcitur: nam quando aqua ſe reducit ad
priſtinã frigiditatem, non eſt à quo produca-
tur eſſe caloris: ergo remiſsio non fit produc-
tione imperfectionis exiſtentiæ caloris. ¶ 2.
Quia quando eſſentia eſt indiuiſibilis, exiſ-
tentia eſt indiuiſibilis maxime ſi, vt Vaz-
quez, & Suarez, & nunnulli alij arbitrantur,
eſſentia & exiſtentia non differunt realiter,
neq. ex natura rei ¶ 3. Calor intenſus eſt ma-
gis actiuus: perfectior autem exiſtentia non
reddit eſſentiam magis actiuam. ¶ 4. Quia vel
poſterior exiſtentia quando fit intenſio, eſt
æqualis, vel maior, vel minor: ſi minor, ergo
calor non erit intenſior aut maior: ſi vero ma
ior, ergo vel diuiſibilis, & ſic ſatius erit dice-
re manere partem præcedentem addito alio:
vel indiuiſibilis; & ſic erit ſpecifice diuerſa à
præcedenti, quod eſt abſurdum: nam vna for
ma ſpecifica vnã tantum exiſtentiam ſecun-
dum ſpeciem habere poteſt. Ex quibus etiã
prior modus explicandi tertiam ſententiam
impugnatus manet. Vnde retinendus eſt ter-
tio modus, quem non ſolum tenet Caietan.
& Soncinas, ſed expræſſe etiam & late Gerar.
illo art. 9. & Valentia, ac Tarantaſia ſupra &
vt credo, cæteri Thomiſtæ, cum enim aliqui
dicunt, intenſionem fieri aduentu noui eſſe,
per nouum eſſe non intelligunt nouam exiſ-
tentiam, ſed nouum modum eſſendi, qui eſt.
magis informare ſeu magis, magiſque illi
vniri.

Sed argumentantur aduerſarij. 1. quia vel 28
eadem forma vnitur eidem ſubiecto diuerſis
vnionibus ſibi ſuccedẽtibus, vel vna tantum
Si diuerſis, ſequuntur abſurda poſita contra
ſecundum modum & agens in intenſione
diſſoluere formam à ſubiecto, vt eam iterum
vniat perfectius, & in remiſsione ipſã diſſol-
uere vt vniat imperfectius, & aquam natura
ſua producere caloris vnionem, cum remit-
tit calorem receptum ab igne; & formam in-
diuiſibilem habere innumeras vniones diuer
ſas, & inæquales ſi vero dicatur, formam vni
ri ſubiecto vnica vnione cõſtituta ex diuerſis
pattibus, quarum vna poſt aliam etiam ma-
nentem acquiritur. Contra quia fieri nequit,
vt forma omnino indiuiſibilis nunc magis,
nunc minus afficiat eandem partem ſubiecti
maxime, quia cum eam produci ſit vniri, &
nõ poſsit magis produci, videtur, nõ poſſe ma
gis vniri; neq. exempla quæ aliqui adducunt
de anima varios effectus formales tribuente
varijs partibus materiæ, vel eidem ſucceſsi-
ue, & de quantitate quæ extendit ſubiectum
nunc ad maiorem nunc ad minorem locum,
ſunt ad rem: quia anima non tribuit diuerſis
partibus, vel eidem ſucceſſiue varios effectus
formales, nunc maiores nunc minores; ſed
vnum tantum in quo conueniunt omnino
omnes partes, & ſolum differunt ſecun-
dum accidentia, & licet tribueret varios &
inæquales effectus formales, id eſſet propter
varias diſpoſitiones: calor autẽ eſt nunc intẽ
ſus nunc remiſſus exiſtente eadem diſpoſitio
ne in ſubiecto, ſimilitet quantitas nõ reddit
vario modo extenſum ſubiectum in ordine
ae locũ ſe ipſa; ſed raritate & dẽſitate, vel no
ua quãtitate, vel ſi ſe ipſa, hoc eſt propter va
rias diſpoſitiones ſubiecti ſecũdũ raritatẽ &
denſitatem;

Digitized by Google

denſitatem: forma vero datur intenſa, & remiſſa ſubiecto nō varie diſpoſitu, quidquid dicat Aegidius, cuius ſententiam reijcit Scotus.1. diſtinct. 17. quæſt. 4. §. contra iſtam opinionem.

29 Secūdo ſi qualitas eſt indiuiſibilis ſecundū intenſionem ita vt in ſe nullas habeat partes, quibus reddatur intenſior, ergo producetur in inſtanti & ſine vllo modo intenſionis, quod eſt abſurdū ſequela probatur, quia forma indiuiſibilis nō producitur ſucceſsiue ac proinde neq; in tempore, ſed in inſtanti: intenſio autem quantumq; minima, non fit niſi in tempore, ergo forma producetur in inſtanti, & ſine vlla intēſione. ¶ 3. Quia motus alterationis eſt eiuſdem rationis in principio & in progreſſu, ſed in principio producitur qualitas, ergo & in progreſſu. ¶ 4. Per intenſionem caloris expellitur frigiditas: ergo & calor inducitur. ¶ 5. Alias non eſſet plus caloris in igne quam in aere, & ſic non plus calefaceret. ¶ 6. Latitudo extenſiua conſtat partibus eiuſdem rationis, ergo & intenſiua. ¶ 7. Alioqui vnus calor ſeparatus non eſſet intenſior alio, imo nullus calor ſeparatus eſſet intēſus. ¶ 8. Quia nō aucta forma non poteſt creſcere eius effectus formalis.

30 Sed his argumentis non eſt operoſum ſatisfacere, ad primum reſp. formam vniri ſubiecto vnica vnione conſtituta ex diuerſis partibus, quarū vna, altera nō deſtructa producitur, illiq; coniungitur. Neq; eſt inconueniens formam omnino indiuiſibilem nunc magis, nunc minus vniri ſubiecto. Neque verum eſt quod eam produci ſit eam vniri, quia poteſt Deus illam producere extra omne ſubiectum, & poſtquam producta eſt in ſubiecto, magis ei vnitur, licet non magis producatur & hoc eſt proprium formarum intenſibilium & remiſſibilium, poſſe magis, & magis vniri ſubiecto, quia in hoc cōſiſtit intenſio, non in hoc quod plures formæ eiuſdē ſpeciei poſsint coniungi in eadem parte ſubiecti, ſic enim omnes formæ eſſent intenſibiles, ſaltē materiales, quæ poſſunt eſſe in eadem parte interſe etiam vnitæ & conſtituentes vnam aliam formam pluribus conſtantem.

Ad ſecundum reſpond. negando ſequelam, quia ſi forma non habet contrarium reſiſtens, producitur in inſtanti cum tota intenſione, quam agens poteſt imprimere paſſo in ea diſtantia, & diſpoſitione ipſius, & me dij; vt patet in productione luminis: ſi vero habet contrarium reſiſtens, producitur ſubito & per vltimum non eſſe & ſimiliter eius vnio cum ſubiecto, tametſi ipſa ſit indiuiſibilis; vnio autem diuiſibilis: nam verum eſt dicere, nunc non eſt calor, neque eius vnio; ſed immmediate poſt hoc erit calor, & eius vnio. Neque eſt inconueniens formam indiuiſibilem produci ſubito, ſeu in tempore indeſignato: nam immediate poſt hoc poterit diuidi linea, ac proinde generari duplex punctus terminatiuus loco vnius continuatiui, puncta autem ſunt indiuiſibilia, ergo, &c.

Ad tertium nego conſequentiam, quia ad vnitatem motus ſatis eſt, quod vnio formæ ſit eiuſdem rationis in principio & in progreſſu, nam alteratio per ſe non tendit ad eſſe caloris, ſed ad eſſe vnionis vt patet, ſi Deus, vel creatura de potentia Dei abſoluta calorem prius productum extra hoc ſubiectum vniret illi. 31

Ad quartum reſpond. intenſione caloris non expelli frigiditatem, donec calor ſit in ſummo, & tunc frigiditas expellitur, & abſumitur tota eius vnio per ſummam vnionem caloris prius producti; itaque calor non expellit per ſe frigiditatem, ſed per ſuam ſummam vnionem & radicationem.

Ad quintum reſpond. concedendo non plus caloris eſſe in igne, quā in aere; ſed plus de vnione caloris, & qui eſt magis, vnitus, poteſt intenſiorem calorē producere, id eſt magis vnitum paſſo.

Ad ſextum nego cōſequentiam, quia ſunt latitudines diuerſæ rationis, & vna conſiſtit in vnione vnius formæ cum alia; altera vero in vnione vnius effectus formalis cum alio.

Ad ſeptimū concedēda eſt ſequela, quāuis Aragon ſupra ponat, vnum calorem ſeparatū poſſe eſſe intēſiorē alio in ordine ad ſubiectū & ſic in radicatione aptitudinali nō in formali & actuali intenſionē cōſiſtere. Videtur Caiet. 2. 2. q. 24. ar. 5. Aſtudilli ſupra Capreoli. 1. d. 44. idq; Caiet. tribuit D. Thomæ. 3. p. q. 7. a. 9. & 12. Sine fundamento tamen, vel apparentia, quia radicatio aptitudinalis nō eſt aliud quam ipſa forma, ſed forma in ſe non poteſt eſſe maior aut minor: ergo neq. radicatio aptitudinalis, & certe non ſolū in opinione aſſerente, intenſionē fieri ſola additione effectus formalis dicendum eſt, calorem extra ſubiectum nullam intenſionem poſſe habere ob rationem dictam, ſed etiā in opinione tenente intenſionē fieri additione formæ, nā ad intenſionē non ſufficit, quod additio fiat per quādam penetrationem in eodem loco, ſed etiā in eadē parte ſubiecti, ergo implicat intēſionem fieri extra ſubiectū. Illud vero abſurdiſsimum eſt, vt ait Fonſec. illa ſectio. 2. in fine, quod aliqui Thomiſtæ dixerunt, calorem ſi ſeparatur à ſubiecto, fore infinite intenſum. Neq. video, cū oēs partes caloris ſint

F 3 eiuſ

eiuſdem rationis, cur quædam earum extra ſubiectum ſint penetrabiles, & faciant latitudinem intenſiuam, aliæ vero impenetrabiles, & faciant latitudinem extenſiuam.

Ad.8. Reſpond. ſicut non aucta cauſa efficienti materiali, vel formali poſt creſcere eius effectus propter concurſum aliarum cauſarum, vel cõditionum, aut circunſtantiarũ, ita effectus cauſæ formalis, qui eſt vnio formæ cum ſubiecto & ſane non video, cur ſicut anima indiuiſibilis tribuit diuerſos effectus formales numero diuerſos, hoc eſt, diuerſas informationes diuerſis partibus, non poſsit eſſe cõnaturale alicui formæ vt eidem parti ſubiecti poſsit tribuere diuerſos effectus formales, & hoc eſt eſſe intenſibilẽ. Dices, ergo omnes formæ de potentia abſoluta ſunt intenſibiles, quia de potentia abſoluta, ſicut poſſunt duas informationes conferre duabus partibus, ita & vni. poſſet primo admitti conſequens, ſed tutius negatur conſequentia, quia formæ, quæ ex propria ratione habent non poſſe naturaliter intendi, etiã habẽt non poſſe intendi ſupernaturaliter, & hoc in quacumque opinione. Sed obijcit Palacios illa diſput. 5. quia omnia accidentia æque dependent à ſubiecto: dependere autem eſt inhærere, ergo æque inhærent: ergo vnum non erit intenſius alio, ſi in ipſa inhærentia intenſio conſiſtit. Reſpond. intenſio dicit duo: primum quidem eſt informatio, & in latitudine huius conſiſtit intenſio: alterũ non poſſe exiſtere niſi informãdo & hoc eſt dependere, in eoque non conſiſtit intenſio.

33 Sed neque argumenta, quæ fiunt pro.3.opinione vrgent: primũ eſt, vel pars quæ additur eſſet eiuſdem ſpeciei cum præcedente, vel diuerſæ: ſi diuerſæ, nõ poſſent componere vnã numero qualitatem: ſi eiuſdem, ergo duo numero accidentia eſſent ſimul in eodẽ ſubiecto; quod eſt contra Ariſto.5.met.c.10.in fine, falſumq; quia indiuiduatio accidentium à ſubiecto ſumitur. Secundo quia ſi id quod additur, eſt eiuſdem ſpeciei, cum indiuidua poſsint multiplicari in infinitum, augmentum intenſiuum, ſicuti & extenſiuum poterit procedere in infinitum, nam ſubiectum eſt capax plurium, & plurium graduum in infinitum, & agens poteſt plures & plures in infinitum producere, ſi inueniat ſubiectum capax.3.Si additur forma, ergo variatur ſpecies, nam ſpecies ſunt ſicut numeri ſecundum Ariſtot.8.met.tex.10. qui qualibet additione variãtur eſſentialiter.¶ 4.Quia Ariſt. 4. phyſi.cap.9.tex.84. ait, ex calido fit magis calidum, nullo facto in materia calido.5.Quia ſicut eſſe calidum eſt informari calori, ita eſſe magis calidum, eſt magis informari calore.

Ad primum enim dicitur, eiuſdem ſpeciei, & in eodem ſubiecto eſſe poſſe plura accidentia ſolo numero differentia, ſaltem ſi ſint penetrabilia & facientia vnum, ſicut plures informationes ſolo numero diuerſæ.

Ad ſecundo nego conſequentiã, quia nullũ agens naturale poteſt alteri rei cõmunicare plures gradus quam habeat in ſe, ſecus pluribus.

Ad. 4. Reſp. Ariſto. ibi ſolum velle, alterationem & intenſionem fieri ſeruata identitate omnimoda ſubiecti, ita vt idem ſecundum eandem partem de non calido fiat calidum, & de minus calido fiat magis calidum.

Ad. 5. Reſpond. eſſe magis calidum eſſe informari maiori calore, vel ſi eſt magis informari calore, id non poſſe contingere niſi exiſtente maiori calore; quia effectus formalis in eadem parte nequit creſcere, non aucta ipſa forma. Quæres an tenendo in intenſe addi partem formæ, iſtę partes differant ſpecie.

34 Reſpon. negatiue vt docent omnes citati: & prob.1. quia ſi ſpecie differunt non conſtituerent qualitatẽ vnã ſpecie & multo minus vnã numero; quia ex pluribus coloribus verbi gratia, ſpecie diſtinctis non fit vnus numero: nec ex habitibus diuerſis ſpecie poteſt reſultare habitus temperãtiæ, vel alterius virtutis vnus numero & ſpecie. Secundo motus quo acquiruntur iſtæ partes eſt vnus ſpecie, & numero: ergo illæ nõ differũt ſpecie: nam vnitas motus alterationis à termino ſumitur: anteced. cõſtat alioqui in ſingulis partibus cõtinuæ alterationis eſſent, quæ ſunt infinitę eſſet motus diuerſus ſpecie. 3. quæ vis pars habitus inclinat ad eoſdem actus ſpecie, ergo eſt eiuſdem ſpeciei cum alia. Sed de hac re plura dicam tracta. ſequẽti: vide etiã Fonſec.5.met. capit. 28. quæſt. 16. & lib. 8. cap. 1. quæſt. 1. qui ait differentias indiuiduales intrinſecas eiuſdem ſpeciei nunquam eſſe inæquales in perfectione, & ideo duos gradus caloris, quicumque illi ſint, ſemper eſſe æquales perfectiones: quare autem vnus prius producatur quam alius, determinari à Deo ait. 8. meta. capit. 3. quæſtio. 2. ſectio. 2. ad finem.

35 Alia quæſtio hic eſſe poſſet, an in oppoſita opinione aſſerẽte, intenſionẽ fieri additione formæ, gradus formæ eterogenei ſint, & diuerſæ rationis an vero omogenei, & eiuſdem rationis. Eadem eſſe poteſt quæſtio de gradibus ipſius effectus formalis, etiam in opinione aſſerente, intenſionem

Digitized by Google

ſionem fieri ſola additione effectus formalis de qua re agemus in materia de peccatis diſputantes, quomodo peccata grauitatem ex intenſione ſumant tracta. 13. diſputat. 5. ſectio.5.

36 Q. Poſſet etiam hic quæri, an habitus poſſint magis ac magis in infinitum intendi, ſed hoc de charitate & alijs habitibus diſcutietur. 2. 2. quæſtio. 24. Vbi etiam diſputabimus, an habitus infuſi augeantur per æquales vel & remiſsiores actus & per totam latitudinem actum intenſiorum, an per exceſſum dumtaxat. Fonſeca autem. 8. meta. cap. 2. quæſt. 1. Ad finem breuiter docet, calorem & alias ſimiles qualitates, licet habeant terminum naturalem, non tamen habere illum in ordine ad potentiam abſolutam.

SECTIO. V.

Vtrùm intenſio habitus ſucceſsiue fiat.

37 Q. SVAREZ tom. 2. met. diſput. 46. ſectione. 3. probat intenſionem qualitatum aliquando fieri ſucceſsiue: aſsignans autem tres cauſas huius ſucceſsionis, ita loquitenumero. 18. Tertia cauſa huius ſucceſsionis eſſe poteſt ſola limitatio, ſeu imperfectio virtutis agentis: nam ex illa poteſt prouenire vt non poſsit ſubito efficere totum effectum & ideo paulatim & per partes illum efficiat, itaq. hæc cauſa differt à præcedentibus, quia ſecluſa reſiſtentia paſſi & ablata omni diſtantia inter agens & paſſum, ex eo præciſe quòd agens eſt imperfectæ virtutis, determinatur ad talem modum agendi, vt non poſsit omnes gradus latitudinis formæ ſimul efficere. Ad quod etiā concurrit varia diſpoſitio ſubiecti; nā cum in principio non ſit diſpoſitum ad talem qualitatem, agens nō poteſt in illud introducere niſi minimum gradum; per hunc autem diſponitur ad gradum vlteriorem & ita conſequenter per vnumquemque gradum ad alium proximum perfectiorem, atq; hac ratione ſucceſsiue. Exēplum huius dari poteſt in intenſione habituum: actus enim qui efficit habitum, non ſtatim confert illi omnem intenſionem, quam poteſt, etiam ſi in potentia nullus ſit habitus contrarius: nam, vt ſupra diximus, primus actus efficit habitū, & non eſt veriſimile efficere ſtatim habitū ſibi æqualē quoad oēs gradus intēſionis, ſed per varios actus ſimiles, ſeu æquales in intenſione, habitus recipit intenſionem æqualem primo actui.

38 *Obiectio.* Si obijcias, ergo ſaltem intenſio habitus non fit ſucceſsione continua, ſed per mutationes diſcretas: nam vnus actus ſubito videtur efficere aliquem gradum intenſionis, & poſtea alium actum addere aliquam particulam intenſionis & ſic de cæteris.

Solutio. Reſpondet Suarez ibi numero. 19. primo nullum eſſe inconueniens, quia hic interuenit ſpecialis cauſa, ob quam intenſio non continue fiat: quot enim variantur actus, tot variantur agentia concurrentia ad intenſionem, & vnum quodq; eorum ſubito agit quantum poteſt ſecundo negādo ſequelam ſi ſenſus conſequentis ſit, vt eſſe debet, intenſionem habitus non poſſe aliter fieri, quam per mutationes diſcretas. Vt autem explicet vtramque ſolutionem, obſeruat numero. 20. 21. & 22. Dupliciter poſſe intelligi, habere vnumquemque actum virtutem ad efficiēdum, vel intendendū habitum, primo quòd nullus actus perſe ſolus ſit ſufficiens ad efficiendum habitum ſibi æqualem in intenſione, ſed ſolum ad efficiendum aliquem gradum habitus in certa proportione, vt verbi gratia, quod actus vt quatuor poſsit in nuda potentia introducere primum gradum habitus; in potentia vero iam habente primum gradum poſsit introducere ſecundum, & ſic de cæteris. Deinde quia iſti actus ex natura ſua habent actionem perfectiuam, & non corruptiuam, addi etiam poſt, veriſimile eſſe vnumquemque actum ſubito efficere quantum poterit iuxta diſpoſitionem & capacitatem potentiæ ita vt ſi illa ſit magis, vel minus diſpoſita aut etiam contraria qualitate affecta, etiam poſſit actus plus, vel minus efficere, ſemper tamen ſubito ſimulq; efficiat totum quòd hic & nunc poteſt circa ſubiectum ſic diſpoſitum. Quod ſi verum eſt, intenſio habitus fit per mutatiunculas diſcretas iuxta primam ſolutionem. Secundo, vero modo intelligi poteſt hæc actiuitas actuum, nimirum, quod virtus actiua vniuſcuiuſque actus non ſit limitata ad vnum tantum gradum habitus ſibi inæqualem; ſed poſsit quantum eſt de ſe efficere habitum ſibi æqualem in intenſione, ita tamen vt non valeat effectum ſibi adequatum ſubito efficere, ſed paulatim procedat ab imperfecto ad perfectum.

39 Eſt autem hoc veriſimile quia cum actus ſit perfectior quam habitus acquiſitus per illum, nulla eſt ratio ob quam de ſe, non ſit effectiuus habitus ſecundum

†
IHS

DISPVT. V. DE AVGMENTO EXTENSIVO HABITVS.

SECTIO. I. VTRVM EXTENSIO HABITVS intellectualis fiat additione partis ad partem habitus, vbi etiam examinatur an habitus intellectuales ſint qualitates ſimplices an vero ex varijs qualitatibus componantur.

1. *1. Opinio.* PRIMA opinio affirmat extenſionē habitus ſcientiæ, vel alterius ſimilis, qui extēſionem recipiat, fieri additione vnius partis habitus ad aliam partem eiuſdē habitus. Hæc ſententia male tribuitur Scoto.2. diſt. 3. q. 10. & 3.diſt.23. q.vnica: nihil enim ad rem dicit eam tamen tenet.q.3.prologi.§.de 2.& q. 4.& 5. Gab.3.diſt.23.q.vnic.art.2.concl.5.& q.8.prologi non longe ab initio, & q.8. minus principali.1.quæ includitur in 3. principali, & 3. ſent.quæſt.8.& quodlib.3. quæſtio.7. Gregor. 3.quæſt. prologi præſertim. art.3. qui aſſerunt omnes aſſenſus habentes pro obiectis adæquatis propoſitiones ſpecie diuerſas, generare habit⁹ ſpecie diuerſos, & ita in aliquo eſſe aliquam ſcientiam maiorem, vel minorem, ſeu extenſionem, aut contractationem nihil aliud eſſe quam in eo eſſe plures, vel pauciores huiuſmodi habitus, & quod dicūt de alijs habitibus intellectualib. acquiſitis, id ipſum docent de Theologia. idem Marſil. q. 2. prologi.a.4. Aureolus late q.3.idem tenet Maior. q.7.prologi.§.hic dubitatur, Baſſol.q.6.Alph. Toletan.q.7.in principio, Rubion.q.7. Palac. q.9.fatentur autem hi omnes, & reliqui, vt ait Azor vnum tantum eſſe habitum fidei infuſæ reſpectu omnium credibiliū iuxta id Epheſ. 4: vna fides. Molin etiam.1.p.quæſt. 1. artic. 3. diſput.3. docet eſſe enim habitum infuſum reſpectu omnium credibilium, & vnum habitum Theologiæ, reſpectu omnium concluſionem, quæ ex credibibus euidenter deducuntur: tot tamen eſſe habitus naturales acquiſitos, quot ſunt propoſitiones cognitæ: & de naturalibus habitibus intellectus acquiſitis idem ſentit Fonſec.5.met.c.7. q.5. ſect. 2. Toletus quæſ. 3. procemiali logicæ, vbi etiam Sotus q.3. probabile hoc cenſet, idq. in ſcientijs ſpeculatiuis acquiſitis docet Suarez tom. 2.met. diſput.44. nu.54. & ſequentibus, cum quadam tamen limitatione: putat enim eodē habitu, & ſimplici qualitare ſciri propoſitionem vniuerſalem, & omnes particulares, ſeu minus vniuerſales in ipſa contentas, vt omnē hominem eſſe riſibilem Petrum eſſe riſibilē, Paulum eſſe riſibilem, &c. Propoſitiones autem vniuerſales quarum neq. vna continetur in alia neque vtraque in 3.diuerſis habitibus ſciri. Cenſet etiam vnum ſimplicem habitum prudentiæ, & artis poſſe eſſe reſpectu omnium propoſitionum, quibus per prudentiam vel artem aliquam aſſentimur, num. etiam. 29. docuerat vnum eſſe ſimplicem & indiuiſibilem habitum fidei humanæ reſpectu omnium, quæ ab eodē homine dicta ſunt inſinuat autem, eſſe diuerſum reſpectu eorū, quæ à diuerſis hominibus ſunt dicta. Eodem autem num.& præcedenti docet eundem eſſe habitum fidei infuſæ reſpectu omniū, quæ propter diuinam auctoritatem creduntur, & ideo in fide diuina nullum admittit augmentum extenſiuum, niſi extrinſece, & per accidens ſecundum diuerſas ſpecies, quæ requiruntur ad cognoſcendos diuerſos articulos. idem ait in fide humana reſpectu eiuſdem hominis dicentis, & in prudentia, & arte, & nu.45. & 46.idem ait in omnibus habitibus ineuidentibus, vt in fide humana, & opinione.

Rationem huius diſcriminus inter intel- 2.
lectuales habitus aſſignat: quoniam aliquæ propoſitiones cognoſcuntur ſub eadem ratione formali; cuiuſmodi ſunt, quæ pertinent ad fidem diuinam, & ad humanam nitentem auctoritate eiuſdem hominis, & ad

artem aliquam, & ad prudentiam: quæ duæ verſantur circa ſingulares propoſitiones, quæ ſolũ materialiter differunt, & cognoſcuntur, vt contentæ in aliqua propoſitione vniuerſali: idem in ſcientijs ſpeculatiuis, quoad propoſitiones contentas ſub aliqua vniuerſali propoſitione ſcita: ergo eiuſmodi propoſitiones pertinent ad vnum ſimplicem habitum, quia habitus vnitatem ſumit ex ratione formali obiecti. Scientia autem ſpeculatiua propoſitionum vniuerſalium, quarum vna non continetur in alia, neque vtraque in 3. nõ poteſt eſſe idem ſimplex habitus: quia non applicat eandem vnitatem ſeu rationem formalem propoſitionibus quaſi materialiter tantum diuerſis, ſed attingit in ſe ipſis diuerſas rationes formales ſeu veritates, quarum vna non continetur in alia, neq. vtraq. in 3. quia vero opinio nõ attingit eas in ſeipſis, ſed per extrinſecum medium, ideo eodem habitu opinionis cognoſcuntur variæ propoſitiones opinabiles, licet nullam connexionem habeant interſe. Addit duo. 1. eſt inter huiuſmodi habitus ſpeculatiuos, qui attingunt propoſitiones vniuerſales omnino diuerſas, nullá eſſe vnionem, propter quam vere, & proprie vnam qualitatem, & vnum habitum componere dicantur atque vnam ſcientiam. Probatur, quia ſi vere componerent vnum habitum, deberent vniri, vel in mediate per modum actus, & potentiæ; ſicut vniuntur materia, & forma, vel medio aliquo termino indiuiſibili, in quo illæ duæ partes vniãtur p modũ cõtinuationis, ſicut vniũt duæ partes lineę in pũcto, & duæ partes intẽſiuæ albedinis afficiẽtes eandẽ partẽ ſubiecti, in vnico indiuiſibili quaſi continuatiuo vtriuſq. Neuter autem vnionis modus poteſt admitti inter eiuſmodi habitus: prior quidẽ, quia locum non habet inter partes eiuſdem qualitatis: quia nunquam aliqua duo vniuntur illo modo, niſi vnum ſe habeat vt potentia, aliud vt actus: hæc eſt enim vnica ratio huius vnitatis hoc modo conſurgentis ex multis, vt Ariſt. ſæpe docuit. 7. & 8. met. At vero partes eiuſdem qualitatis non comparantur inter ſe vt actus, & potentia, quia neutra recipitur in alia vt in ſubiecto, neq. actuat illam, ſed vtraq. proxime afficit ſubiectum, in quo ineſt tota qualitas, vnde neq. tales partes inter ſe habent ordinem per ſe, ſed vna quæq. poteſt per ſe ſola inhærere ſuo ſubiecto: neutra ergo actuat aliam, & ſic non habent inter ſe illud genus vnionis, ꝙ manifeſte patet, quia in phyſica v.g. prius poteſt dari habitus circa quamlibet iſtarum propoſitionum omnis, homo eſt riſibilis, omnis homo eſt flebilis: ergo neuter habitus in alio recipitur: ſi enim in alio reciperetur, non poſſet eſſe ſine alio, licet alius poſſet eſſe ſine ipſo. ¶ 2. Autem modus vnionis in augmento extenſiuo reperiri non poteſt. 1° quia vnaquæq. illarum partium extenſionis, quæ ſic vniri dicuntur, non eſt vlterius diuiſibilis ſecundum extenſionem, ſed indiuiſibilis, vt v.g. licet ſcientia dicatur habere latitudinem extenſiuam ſecundum varios habitus productos varijs aſſenſibus diuerſarum concluſionum; tamen quiſq. eorum habituum eſt indiuiſibilis extenſiue, quia proportionatur actui per quem fit, & ad illum eiuſq. obiectum indiuiſibiliter inclinat: ergo inter huiuſmodi extenſiuas partes habitus non poteſt eſſe vnio per modum cõtinuationis: nunquam enim ſic vniuntur ea, quæ indiuiſibilia ſunt. 2. quia in his, quæ vniuntur per modum continuationis datur vnus terminus indiuiſibilis communis vtrique extremo vnionis: in præſenti autem non poteſt dari huiuſmodi terminus, in quo vniantur partes extenſiuæ eiuſdem habitus: tum quia, cum illæ partes ſint indiuiſibiles, non indigent vlteriori termino indiuiſibili, neque illum habere poſſunt: tum quia ille indiuiſibilis terminus deberet eſſe proportionatus entitati habitus: ergo deberet iuxta modum ſuum inclinare ad aliquem actum, & aliquod obiectũ, quia tota entitas habitus eſſentialiter eſt huiuſmodi, cum ergo vna pars illius habitus inclinet ad vnum actum, & alia ad alium, inquito de illo indiuiſibili termino in quo tales partes vniuntur, ad quem actum inclinet, quia non eſt maior ratio de vno quam de alio, neq. vero poteſt ad vtrunque inclinare, cum ille dicatur eſſe indiuiſibilis, & in actibus ſit latitudo extenſiua, item quia in actibus nihil eſt cõmune realiter in quo vniantur: ergo neq. in habitu poteſt aliquid ſimile correſpõdere.

2. 3. Concluſ. 2. Quod addit Suarez eſt etiã ſi ſcientia nõ ſit vnica ſimplex qualitas inordine ad illas propoſitiones, quæ non cõueniunt in eadem ratione formali, neq. ſit vna qualitas per modum compoſitionis vere, & proprie dictæ: tamen fatendum eſſe, quod ſit vnica ſcientia: cuius oppoſitũ Sotus ſupra tribuit nominalibus, ſed neq. Sotus aut alij referunt, vbi nominales hoc modo loquantur, neq. ego (inquit Suarez) inuenire potui: nam potius in prologo ſenten. agentes de Theologia, licet negẽt eſſe ſimplicem qualitatem, ſentiunt eſſe vnã ſcientiam vt Ocam quæſt. illa. 8. prologi incluſa in 3. principali Marſil. q. 2. ar. 4 Gregor. q. 3. præſertim art. 3. Gab. q. 8. licet minus clare Scotus etiam quæſt. 3. licet non explicet an Theologia varios habit⁹ complectatur; tamẽ vnam ſcientiam eam appellat: & eodem modo loquuntur omnes Philoſophij & Theologi dicentes vnam eſſe geometriam, vnam arithmeticam, vnam Theologiam &c. inordine 3.

dine ad plures concluſiones,& plura obiecta partialia ſeu materialia. Deinde explicat, quare hi habitus diuerſi nullam facientes interſe veram,& propriã cõpoſitionem, vna ſcientia dicantur,& ait eſſe propter connexionem & ordinationem quam inter ſe habent, quæ duplex poteſt intelligi. 1. eſt ſubordinatio effectiua qualis eſt inter partiales habitus inclinantes ad ſubordinatas concluſiones, quæ ſunt in eadem ſcientia,& eodem ordine quarum vna ex alia deducitur,& deriuatur. 2. eſt per attributionem ad vnum obiectũ totale, de quo paſſiones demonſtrantur, quarum vna non deducitur ex alia, ſed vtraque ex eſſentia obiecti, vel ſubiecti, vt hominis, vel equi, vel entis naturalis, ſeu mobilis, & hoc modo habet ſcientia vnitatem ex obiecto iuxta doctrinam Ariſtotel. 2. animæ text. 33. Si autem, quæras, quanta debeat eſſe vnitas obiecti ſeu ſubiecti attributionis, vt ſciẽtia vna dicatur? quidam dicunt, ſumendam eſſe ex formali ratione obiecti ſpecifica, vel generica, vel analoga in eſſe rei, vt videlicet vna ſit ſcientia de ente in communi, alia de ſubſtantia in communi, alia de corporea, & alia de viuentute, alia de animali, alia de homine, alia de equo, alia de elementis in communi, alia de igne, alia de aere, alia de aqua, alia de terra. &c. Licet de toto genere quantitatis continuæ poſſit eſſe vna ſcientia, quia ſpecies quantitatis cõtinuę tametſi diſtinctę ſint, ita ſunt perſe ordinatæ, vt in vna, ſcilicet in corpore, reliquæ quodammodo cõtineantur: ſpecies vero numerorũ neq. ſunt ita proprie ſpecies, neq. differunt niſi per additionem vnitatis, in quo ſeruant eandem proportionem. Alia etiam poteſt reddi ratio, quia illæ ſcientiæ non tractant de quantitate ſub eſſentiali ratione eius, ſed in ordine ad quaſdam proportiones reſpectu quarum eſt fere eadẽ ratio in illis ſpeciebus: ſcientia autem de quibuſdam imperfectis ſpeciebus, quæ ad aliquam perfectam reducuntur, eadem eſt, quæ eſt de illa ſpecie perfecta. Sic ſcientia de ſanguine, bile,& alijs humanis humoribus eadem eſt cum ſcientia de homine, quæ opinio inquit Suarez probabilis eſt,& maxime haberet locum, ſi homo conſequi poſſet propriam ſcientiam ſpecierum ſubſtantialium ſecundum vltimas differentias earum,& ex illis à priori,& perfecte demonſtraret vniuſcuiuſque proprietates, tamen ſcientia humana raro aut nũquam eſt ita perfecta: ideo loquendo de ea, vt de facto acquiri poteſt, parum confert ille modus vnitatis obiecti ad eius vnitatem explicandã. Deinde perſe eſt difficile creditu, de omnib. ſpeciebus ſubſtantialibus,& de omnibus rationibus communibus eſſe ſingulas ſcientias. Quapropter eſt, 2. opinio valde cõmunis hãc vnitatẽ in ſcientij s ſumendã eſſe ex gradu abſtractionis,& ita ſolet diſtingui triplex ſcientia ſecundum triplicem abſtractionẽ ſcilicet, materia ſignata,& indiuidua, ſed non à ſenſibili à materia ſenſibili, ſed non ab intelligibili,& ab omnibus, quæ diuiſio antiqua eſt, & communiter tractatur à ſcriptoribus modernis initio Phyſicæ,& Metaphyſicæ, ſed in primis hic modus aſſignandi obiectum non eſt communis omnibus ſcientijs: in illo enim non comprehenduntur morales aut rationales aut aliæ practicæ: forte tamen dicent, aliquid proportionale cogitandum eſſe in obiectis aliarum ſcientiarum. Deinde nõ conſtat diuerſitas. Deniq. abſtractio ſi ſumatur ex parte noſtra, eſt denominatio extrinſica: id autẽ vnde ſpecificatur ſcientia, debet ſe tenere ex parte obiectorum, ſi vero ſumatur ex parte rerum, non aliud eſt niſi gradus vniuſcunq. ſcientiæ magis, vel minus immaterialis,& ita eadem fere ſupereſt difficultas, quæ ſcilicet vnitas in tali gradu ſufficiat ad ſpecificam vnitatem obiecti, cum ſub eodem gradu plures differentiæ eſſentiales, quæ inter ſe conexionem non habent, neque deriuationẽ vnius ex alia, continent.

Quo circa, vt verum fatear (inquit Suarez) nihil in hac materia inuenire potui, quod mihi omni ex parte ſatisfaceret, vt certam aliquam regulam præſcriberem, qua hæc vnitas obiecti definiri poſſit, ideo id quod dixi de conexione,& ſubordinatione eorum omnium, quæ in eadem ſcientia tractantur, applicando cenſeo ad declarandam ſpecificã vnitatem obiecti. Nam quando aliqua ratio formalis obiecti ſcibilis, quæ ſolet dici ratio, quæ, talis eſt, vt in ea connectantur omnia, quæ in illa ſcientia tractantur, aut demonſtrãtur, quia per illam, vel in ordine ad illam reliqua requiruntur, tunc illa ratio cõſtituit omnia illa ſub vna ratione ſcibilis, ſiue illa ratio ſit ſpecifica in eſſe rei, ſiue non: quia non præbet vnitatem ob ſolam vnitatem eſſentialem quam habet, ſed ob vnitatem, quam cauſat inter omnia, quæ tractantur in ea ſcientia, quatenus ea omnia in ſe aliquomodo cõtinet. Et ita quamuis illa ratio aliquando in ſe ſit alicuius generis in eſſe rei, fieri tamen poteſt vt ſpecies eius non conſiderentur à ſcientia niſi quatenus in ea ratione coniũgũtur. Non ſolum quia ſecundum differentiam genericam cognoſcantur, ſed etiam quia licet ſecundũ differentias proprias cognoſcantur, tamen id eſt per quandam proportionem, aut comparationem ad rationem communem,& collationem ipſarum ſpecierum interſe, vt ſcientia de elementis ita differit de communi ratione elementi,& de ſingulis, vt non poſſint ſeiungi,& fere ad hunc modum explicuimus 4.

Digitized by Google

mus ſopra vnitatem metaphyſicæ,& ita cenſeo Philoſophandum de reliquis, quod minus difficile apparebit conſideranti, hanc vnitatem ſcientiæ non eſſe exactam,& perfectam,ſed quaſi artificialem vt explicuimus: Quod vnitatis genus non ſolum in ſcientijs, ſed etiam in prudentia, & arte probabile eſt interuenire,& ad aliquas virtures appetitus extendi poteſt.Hactenus Suarez paucis muta tis aut reſecatis, quæ fuſe in illa ſectione cõtinentur.

5. Aliter hanc.1.opinionem poſitam in præſenti ſectione, quæ negat in habitibus intellectus vnitatem compoſitionis,declarat Aureo.quæſt.3.prologi.vbi art.1. impugnat Henricum quodlib.9.quæſt.4.aſſerenrem, habitũ ſcientiæ in ordine ad omnes cõcluſiones eſſe indiuiſibilem,& acquiſita.1.demonſtratione acquiri totam,& perſequentes demonſtrationes ſolum intendi, credo Henricum nomine intenſionis antellexiſſe extẽſionem, & non intenſionem proprie dictam,vt intellexit Aureo. vnde non impugnat ſenſum Henrici. 2. impugnat Scotum q.4.& 5.prologi aſſerẽtem, ſcientiam componi ex tot habitibus partialibus, quot ſunt concluſiones demonſtratæ,quia tales,vel erũt diuerſæ ſpeciei,& ſic cum multæ concluſiones nondum ſint demonſtractæ,deerunt nobis innumeræ ſcientiarum ſpecies, vel erunt diuerſi ſolo numero,& hoc non, tum quia duo accidentia ſolo numero diuerſa,&c. tum quia, qui verſantur circa diuerſas concluſiones in eodem intellectu magis differunt intrinſece, quam qui erga eandem in diuerſis intellectibus:ſed hi differunt numero, ergo illi ſpecie. 2. quia ſic Phyſica non erit aliquid per ſe vnum,ſed aggregatũ per accidens, vt Phyſica & mathematica,& cæt.3. qnia ſciens vnã concluſionem eſſet perfecte geometra, ſicut habens vnum colorem eſt perfecte coloratus.3. impugnat Bernardum de Gannaco in impugnationibus Henric.quodlib.9.quæſt.4. aſſerentem, ſcientiam eſſe ordinem ſpecierum ſeu ſpecies ordinatas,& ideo oon eſſe ſimplicem qualitatem,quia ſcientia non eſt relatio nam ſciẽtia per ſe producitur actibus noſtris non autem relatio.Item,quia ſpecies nullam relationem realem ordinis habent interſe etiam ſi ſint productæ ſucceſſiue, ſicut neque Petrus relatione ordinis refertur ad Paulum eo quod ante illum natus ſit,neque alius ordo poreſt eſſe inter ſpecies,niſi ſecũdum perfectionem,productionem,vel vſum,quorum nullus eſt ſcientia. Si dicas eſſe habitum adutendum recte ſpeciebus. Contra quia habitus producitur actibus noſtris:nullus autem eſt actus,quo poſſit acquiri habitus ad vtendum ordinate ſpeciebus.Item ſcientia producitur per iudicium concluſionis: habitus autem ordinatiuus,ſi datur, acquiritur ante iudicium concluſionis per ordinatum vſum ſpecierum:ergo non eſt ſcientia; & ſi illa eſt ſcientia, ergo ſcientia eſt ſimplex qualitas, quia illa eſt ſimplex,& non includit ſpecies, licet illas reſpiciat.Poſtea ait Aureo. ſcientiã non eſſe ipſas ſpecies, neq. earum ordinem, neq. id, quo determinatur intellectus ad ordinatum vſum earum, quia id eſt recordatio diſcurſus præteriti,qui eſt actus memoriæ, & reflexus,& fertur in totam demonſtrationem non autem eſt actus ſcientiæ: deinde docet actum ſcientiæ eſſe ſimplicem,habere tamen obiectum complexum vt homo eſt rationalis,quia riſibilis:ſicut enim vno actu ſimplici amamus medium,& finem,ita aſſentimur cõcluſioni & principio,& habitus ſciẽtiæ eſt,id quod determinat ad habẽdum talem actum, ſine diſcurſu.

¶Hæc late ibi Aureolus artic. autem. 2. 6.
ait habitum memoratiuum congregatiuum, & ordinatiuum principiorum, & concluſionis non eſſe proprie ſciẽtiam,ſecus habitum, qui determinat ad actum complectẽtem cõcluſionem,& principium. De primo ait eſſe compoſitum ex memoria maioris, & minoris propoſitionis, concluſionis, & conſequentiæ de.2.etiam ait,eſſe compoſitum ex varijs habitibus partialibus, vnus enim habitus eſt de vna concluſione,& principijs ei* alius de alia, & eius principijs, qui habitus habent vnitatem ordinis, & continuationis: quia reſpiciunt concluſiones,quarum vna ex alia deducitur,vel quæ deducuntur ex communi aliquo principio.Sed ſic oportebit ponere multas Phyſicas, geometrias, &c. quia multæ concluſiones Phyſicæ, & geometriæ non habent talem ordinem,& concatenationem,neq. ſunt ſubordinatæ interſe, neq. vni 3. conſequens abſurdum putat Aureo. in impugnatione Scoti,ergo.In 3.art.leuibus argugumentis impugnat D. Tho.1.part.quæſt.2. art.3 aſſerentem, Theologiam eſſe vnum ſimplicem habitum, qui ad omnia ſe extendit ſub ratione Diuinæ reuelationis; impugnat etiam Henri. Anglicum quodlib.1.quæſt.3. aſſerentem, habitus qui ſumunt ſuam manifeſtationem ſeu euidentiã ex obiectis,multiplicari ad eorum multiplicationẽ; ſecus, qui ab auctoritate:nã hi ex ſola auctoritate multiplicari poſſunt, & ideo Theologiam eſſe vnum ſimplicem habitum.Poſtea impugnat Scotum quæſt.3.prologi aſſerentem,Theologiam, & alias ſcientias trahere vnitatem ex obiecto formali, & Gofred. quodlib.20.q.1. aſſerentem,Theologiam componi ex plurib. habitibus vno perfecte practico,alio perfecte ſpeculatiuo,& art.4.concludit,Theologiã

eſſe

Digitized by Google

eſſe vnam vnitate ſimplici, ex vniformitate ſeu vniformi modo declarandi tes fidei, quia procedit declarando vnum artic. ex alijs articulis, vel non ex articulis. Sed contra quia ſic aſſenſus Theologicus eſſet euidens, quia deducit, non hoc eſſe, ſed eſſe credibile: & ad quem habitum præſtarent concluſiones deductæ ex principijs fidei? Item in omni ſcientia præter habitum aſſenſiuum ponendus eſſet declaratiuus. Item alias ſcientias ait ſolũ inhabere vnitatem ordinis: ergo idem deberet de Theologia aſſerere, quod tamen ſi aſſereret, deberet ponere plures Theologias, quia ſunt multæ concluſiones Theologiæ, non ſubordinatæ ad inuicem, neque cum communi aliq. principio. Eod. a. 4. ad argum. ponit, temperantiam conſtare pluribus habitibus, ita vt vnus habitus ſit ad abſtinẽdum ab vno cibo, vel temperate vtendum illo, & alius ab alio, &c.

7. 2. Opinio. 2. Opinio eſt in habitu intellectus, qui verſatur circa diuerſas propoſitiones eſſe ſ veram & propriam naturalem, & realem compoſitionem ex diuerſis habitibus partialibus quaſi continuatis adinuicem per aliqua indiuiſibilia, vt diuerſæ partes lineæ continuantur vnico puncto, & diuerſæ partes intenſiuæ coloris vniuntur ſuo indiuiſibili, & quaſi puncto, neque enim videtur inconueniens, firmas indiuiſibiles connecti, & vniri per aliquod etiam indiuiſibile, ſicut intellect[9], & anima, quæ ſunt res indiuiſibiles, vniuntur ipſa vnione, & informatione, quæ eſt res indiuiſibilis, & ſicut puncta non ſunt lineæ, neq. partes lineæ, neq. indiuiſibilia coloris colores, vel partes coloris: ita neque indiuiſibilia quaſi continuantia, & vnientia habitus partiales, ſunt habitus aut partes habitus, & ideo non oportet inquirire, ad quem actum inclinent, ſic neque indiuiſibile albedinis, vel ingredinis, congregat aut diſgregat viſum neque indiuiſibile caloris calefacit vt alibi oſtẽdimus, & hæc extenſio, licet fiat per additionem formæ, maxime differt ab intenſione, etiam ſi teneamus contra D. Tho. additione formæ fieri, quia hæc extenſio fit additione formæ diſtinctæ ſpecifice, aut ſaltem reſpiciẽtis aliud materiale obiectum, intenſio vero fit additione formæ eiuſdem ſpeciei, & reſpicientis idẽ obiectum materiale (vt eandem propoſitionem) & eodem modo illud attingentis. Si togeſ an omnes iſti habit[9] ſint immediate inter ſe vniti modo prædicto, an vero quidam mediantibus alijs, vt in partibus lineæ, & in partibus intenſiuis coloris contingit. R. veriſimilius eſſe, vniri aliquos inter ſe mediantibus alijs. Ratio vero cur hic mediate vniatur cum illo, & immediate cum alio, eſt: vel quia eo ordine neceſſario aut contingenter ſunt producti, vel quia Deus ita decreuit, vt quando ſimul producuntur. 10. gradus lucis, cur talem ordinem vnionis interſe ſeruent, ſolus Deus in cauſa eſt, qui ita ſtatuit, & ſimiliter cur ab igne producatur prius vnus gradus caloris, quam alius eiuſdem rationis, vel ab aqua corrumpatur, in ſolam voluntatem Dei determinantem referendam eſt. Præterea cum iſti habitus finiti ſint, non erit abſurdum inquolibet ponere plures vniones, quibus vniantur immediate cum omnibus alijs habitibus, in partibus, vero intenſionis, vel lineæ minus veriſimile id eſt, quoniam cum partes ſint infinitæ, quælibet earum eſſet infinitis vnionibus copulanda alijs, ſi cum omnibus immediate vnitur, cur autem quidam habitus ſint ita vnibiles interſe mediate, vel immediate, alij vero non, vt habitus Phyſici cum mathematicis, &c. dici poteſt id prouenire ex aliqua earum rationum, à quibus ſumpſit Suarez, vt retulimus vnitatem veluti artificialem, quam ſolam in ſcientijs admiſit, quod ſi ſciẽtiæ habitus in ſola ſpecierum aggregatione conſiſteret, vt exiſtimauit Sonci. 6. metaphyſica q. 9. loquendo de ſpeciebus, quas exiſtimar produci per actus intelligendi, quæ reijciuntur à Suarez illa diſp. 44. ſect. 11. n. 17. Tunc vt vera, & naturalis vnitas eſſet, poni etiam poſſet vnio eiuſmodi intrinſeca inter ſpecies ipſas, ſi autem ſcientiæ habitus, & pro aggregato ſpecierum, & prohabilitate potentiæ proprie ſumi poſſet vt Capreolus. 3. q. prologi arbitratus eſt, dici poteſt, vel inter ſpecies ipſas eſſe eiuſmodi vnionẽ, vel ſpecies, quæ eidem habilitati potentiæ ad iudicandum inſeruiunt, vnicam ſcientiam cõſtituere. Ex quibus omnibus patet ad argumenta prioris opinionis quatenus poſſunt contra hanc procedete, quæ dicto modo defendi poſſet, quam tenent aliqui recentiores, ſed male tribuunt Caiet. q. 54. art. 4. ad. 3. Gregorij, eo quod dicit, ſicut in formis materialibus, calor, & latitudines eius, extenſiua, & intenſiua non ſunt tres entitates, ſed vna habens duas conditiones: ita in habitu. Quod dicit, quia intenſio, & extenſio in habitu ſunt modi quidam, licet extenſio in calore addat partialem entitatem.

3. Opinio eſt, omnes habitus intellectuales, tametſi ſimplices qualitates ſint, ad varias propoſitiones poſſe ſe extendere, ad vatiaq. materialia obiecta, ita Caiet. Med. Contad. q. 54. ar. 4. Capreolus q. 3. prologi art. 1. concluſ. 1. loquens de habitu ſcientiæ ptoprie dicto, nimirum de habilitate, & promptitudine potentiæ ad iudicandum Ferrar. 1. contr. genr. c. 96. Sotus q. 3. procœmiali logicæ Pet. Betgom. in concord. D. Tho. dub. 1099. & 1108. Aqua. 3. diſt. 23. prop. 9. & 10. Alti. Alens, & alij in numeri 8. 3. Opinio.

Digitized by Google

meri, vt inquit Maior quæſt. 7. prologi, idem tenet Conrad q. 52. a. 2. Caiet. 2. 2. quæſt. 74. a. 4. Henri. quodlib. 9. quæſt. 4. Valentia hic diſp. 4. quæſt. 6. punct. 3. & 1. parte, quæſt. 1. D. Tho. pun. 3. quæſt. ſua. 3. vbi dem repetit Caietan. a. 3. & omnes alij Thomiſtæ, idem docet Vazq. ibi diſp. 1. nu. 8. & diſp. 9. nu. 2. & diſp. 43. nu. 22. & 1. 2. d. 78. cap. 3. nu. 13. Vbi eandem opinionē tribui t Henrico. in ſumma ar. 6. q. 3. Ægid. 2. parte prologi quæſt. 2. Richard. quæſt. 3. ex. D. Thoma. Idem tenet Vazq. hic diſp. 80. c. 3. 4. & 5. Vbi idem tribuit Caiet. ſupra & D. Tho. hic quæſt. 52. art. 1. ad finem, vbi ait dupliciter poteſt intēſio & remiſſio in habitibus & diſpoſitionibus conſiderari, vno modo ſecundum ſe prout dicitur maior, vel minor ſcientia, quæ ad plura, vel pauciora ſe extendit: alio modo ſecundū participationē ſubiecti ptout æqualis ſciētia, vel ſanitas magis recipitur in vno quam in alio, vbi D. Tho. ponit augmentum intenſiuū, & extenſiuū, licet hoc quoq. extenſiuum, late loquens, appellet & quæſt. 54. a. 4. vbi in corpore ait, habitus eſt qualitas ſimplex non conſtituta ex multis, etiam ſi ad multa ſe extendat & ad. 3. ait quando habens ſcientiā vnius concluſionis acquirit ſcientiā alterius, non generari in eo alium habitum, ſed habitum præexiſtentem extendi, & perfici, & 2. 2. q. 24. a. 5. ait, ſciētiā extēdi additione aliqua, charitatem vero non augeri extenſiue.

9 Quinimo Vazquez. 1. p. locis citatis & 1. 2. d. 80. cap. 5. docet, eundem habitū, ſimplicēq. qualitatem extendere ſe ad concluſiones, & principia, & reliqui citati arbitrātur, hanc eſſe opinionem D. Thom. infra, quæſt. 54. a. 4. in corpore & ad. 3. & hoc ipſum ſine dubio eſſe Duran. fatetur Suarez illa diſp. 44. met. ſectione. 11. num. 12. & 56. nam ibi D. Thom. ex preſſiſsime hoc docet, quæſt. autem. 52. arti. 1. & 2. ait, ſciētiā augeri per additionem pluriū concluſionum idest in ordine ad plures concluſiones: quod augmentum ſæpe fit aduētu nouarum ſpecierum intelligibilium, interdum tamē ſola ordinatione ipſarū, & apprehenſione, quam cauſant, quaq. media ad iudicium proceditur, quo immediate extenditur habitus ad nouas concluſiones. Quidam probant hanc opinionem, quia habitus circa poſteriorem concluſionem non poteſt eſſe ſine habitu circa priorē, ergo nō ſunt diſtinctæ qualitates. Patet conſequentia, quia qualitates realiter diuerſæ poſſunt ſeparari: ergo ſi iſtæ non poſſunt ſeparari non ſunt realiter diuerſæ.

10 Sed argumentum hoc nullius eſt momenti, tum quia per ſe loquendo, habitus circa poſteriorem concluſionem poſſet eſſe ſine habitu circa priorem concluſionem, vel circa primum principium, licet per accidens ſit impoſſibile naturaliter, quia aſſenſus poſterioris concluſionis pendet ab aſſenſu prioris, vel principij, & hic producit ſuum habitum prius quam ille: tum quia vna qualitas poteſt per ſe pendere ab alia, vt dolor, & delectatio ab amore, electio ab intentione, aſſenſus concluſionis ab aſſenſu principij, & prioris concluſionis. Sed illam tertiam opinionem eligo primo ptopter auctoritatem D. Tho. & aliorum, quos retulimus. 2. propter rationem D. Tho. loco citato, quæ etiam alijs probatur, ſicut enim potentia cū ſit vna ſimplex qualitas, ad varia obiecta ſe extendit, quatenus conueniunt in vnica ratione formali, ita de habitu dicendum eſſe videtur, quia datur in adiutorium potentiæ, & ex parte illius ſe tenet, illique proportionatur, eiuſque naturam ſapit, & imitatur: minorem autem latitudinem, & extenſionem habet habitus, quam potentia, quia habitus eſt medius inter potentiam, & actum, & ideo contractior eſt, quam potentia; latior quam actus. Tertio, quia per ſe videtur creditu difficile tot eſſe in nobis habitus, & qualitates permanentes.

Quarto, quia ex multis habitibus non vnitis per modum actus, & potentiæ, aut per modum continuationis, non poteſt fieri vnum per ſe: ſcientia autem, vt Theologia, geometria, & cæt. eſt vnum per ſe alioqui non eſſet vere, & proprie, & naturaliter vnum, vt patet in alijs, quæ tantum habent vnitatem ordinis, vel attributionis ad vnum: conſequens autem eſt falſum, & contra eos, quos in prima opinione cum Suarez retulimus, aſſerentes vnam eſſe Theologiam, & geometriam, & cæt. quibus accedunt D. Tho. 1. part. quæſtio. 1. artic. 3. Alb. 1. part. ſuæ ſummæ, quæſtio. 3. memb. 2. & 1. diſtinct. 1. art. 3. Henric. in ſumma art. 6. quæſt. 3. Richar. quæſt. 3. prologi Ægidius, 2. part. prologi quæſtio. 2. & alij communiter aſſerentes, Theologiam eſſe vnam ſciētiam: cum ergo ſcientia hæc, & aliæ vnitatem veram habeant, & fictitium aut ſane difficilimum ſit inter habitus diuerſos ponere vnionem per modum continuationis, vel actus, & potentiæ fatendum eſt, ſcientiam eſſe ſimplicem qualitatē ad varia obiecta extendētem ſe ſe, quod probatur argumento ad hominem, nam vt vidimus omnes fatentur, fidem diuinam, licet ad tam multa ſe extendat, eſſe tamen vnam ſimplicem qualitatem, & alij idem ſentiunt de fide humana innitente auctoritati eiuſdem hominis, & de opinione, & de ſcientijs practicis, de arte, & prudentia, & de Theologia: nulla autem ſufficiens ratio afferri poteſt cur de alijs ſcientijs, & habitib. 11.

intel-

intellectus non idem dicatur, quod enim ait Azor, diſcrimé eſſe, quia fides infuſa, eo quod datur adeò poteſt eſſe vna ad varia obiecta ſicut. & facultas intellectus collata ab eodem ſecus acquiſita noſtris actibus, qui varij ſunt; non ſatis facit; nam cur actus varij non poſſunt eandem qualitatem cauſare.

12. Et conf.1. quia multi eorum, vt ſectione ſequenti referemus fatentur habitus appetitus tametſi ſimplices qualitates, ad varia obiecta ſe extendere: cur ergo nō idem dicamus de habitibus intellectus, in quibus ſicut in illis excogitari, & vere dari poteſt vna ratio formalis, quæ illis conferat ſpecificam vnitatem. ſiue illa ratio ſit in ſcientijs naturalibus certa abſtratio, in moralibus vero, & rationalibus quid ſimile conferens diuerſum modum euidentiæ, & certitudinis, & inſupernaturalibus reuelatio clara, & obſcura principiorum, ſiue quid aliud quod in particulari examinare non eſt præſentis inſtituti.

13. Confir.2. quia ſi omnes propoſitiones non habentes connexionem inter ſe pertinent ad diuerſos habitus, cum prima principia interſe nullam conexionem habeant, omnia illa pertinebunt ad diuerſos habitus, ac proinde innumerabiles erant habitus principiorum. Simili argum. colligitur infinitus pene numerus habituum ſciẽtiarum, & opinionum: neque enim inter ſcientiam, & opinionem quoad hoc vlla poteſt aſſignari ratio diſcriminis, quæ intellectui ſatisfaciat: neq. video, quomodo habitus intellectus ſit nobiliſſim⁹, ſi nullus eſt qui duas propoſitiones poſſit attingere, cum tamen ſcientia poſſit attingere ſaltem omnes concluſiones, quarum vna ex alia deducitur. Dicendum ergo eſt habitum quemlibet intellectus, vel omnes, vel plures immediatas propoſitiones attingere propter conuenientia in immediatione, vel in immediatione practica, aut ſpeculatiua, aut ſecundum aliam differentiam. forte enim quando eſt diuerſa ſcientia conclnſionum, etiam eſt diuerſos habitus principiorum; quod inſinuat Ariſtot.1. poſteriorum tex. 7. dicens, eas eſſe diuerſas ſcientias, quarum principia non ex ijſdem ſunt, id eſt, non conueniunt in eadem abſtractione, vel ratione formali, ſeu nō pertinet ad eundem habitũ, & fauet ratio: nã ſicut cognoſci per diſcurſum non ſufficit ad vnitatem, alias vna tantum, eſſet ſcientia: ita neq. cognoſci ſine diſcurſu, & immediate ſufficit ad vnitatem habitus principiorum, ſed de hoc inferius dicetur, diſp.7.

14. Confit. 3. nam non repugnat à Deo fieri vnum habitum intellectus, qui ſub vna ratione ad plura obiecta ſe extendat, neque vlla eſt ratio cur id referatur ad potentiam abſolutam, ſiquidem natura ipſa vnitatẽ amat multitudinem non neceſſariam fugit, fruſtraq. fiunt per plura, quæ poſſunt fieri per pauciora: ergo habitus connaturales intellectui noſtro ſunt ſimplices qualitates ad varia obiecta ſe extendentes.

15. Confir. 4. nam ſi ſolam vnitatem ordinis conexionis, vel attributionis attendamus, ex omnibus habitibus euidentibus concluſionum poterit vna ſcientia conſtitui, quia in omnibus poterit cerni ordo, & nexus aliquis aliquaq. attributio conſequens autem abſurdum eſt, & contra omnes vno excepto Antonio Mirandulano, vt refert Suarez illa diſput.44.ſect.11.n.59. ergo. Et ſicut Molina loco citat. in.1. opinione tenens fidem, & Theologiam eſſe ſimplices qualitates, ait, omnes actus fidei eſſe eiuſdem ſpecie atomæ, & infimæ ſimiliter omnes actus Theologiæ: ita de actibus reliquorum habituum intellectualiũ nonnulli ſentiunt mihi autem magis placet, quod alij dicunt in quolibet habitu intellectuali eſſe actus ſpecie diuerſos etiam ſi habitus ſit ſimplex qualitas per actus producta, quod eſt conſentaneum D. Tho. neganti plura accidentia ſolo numero diuerſa poſſe eſſe ſimul in eodem ſubiecto: conſtat enim multos eiuſmodi actus poſſe ſimul eſſe in intellectu vt aſſenſus duarum concluſionum quarum vna ex alia deducitur, ſic etiam intentio, & electio; amor vnius, & odium oppoſiti, & alij actus appetitus ab eodem habitu ſunt, licet ſpecie differant, & to.1. ſæpe docuimus diuerſitatem ſpecificam obiecti materialis ſufficere ad diuerſitatem ſpecificam actus potentiæ cognoſcentis, vel appetentis, neq. repugnat eandem ſimplicem qualitatem produci poſſe à quolibet ex tot illis ac tam varijs actibus: vnius enim effectus poſſunt eſſe plures cauſæ æquiuocæ, quarum quemlibet ſufficiat ad eius productionem.

16. An vero vnum modum in ea qualitate ponat vnus actus, & alium alius, explicatu difficile eſt duplexque poteſt eſſe modus dicendi. 1. eſt quãdo producitur habitus vno actu, nihil prorſus in ſe habere, quod non haberet, ſi produceretur ab alio, & ſimiliter poſtquã productus eſt habitus ab vno actu, ſi alius adueniat, nihil producere, quia productum inuenit totum, quod poſſet producere, ſi. 1. ipſe adueniret: ita in habitibus potentiæ appetentis, vel cognoſcentis, quos putat eſſe ſimplices qualitates, docet Suarez ſect. ſæpe citata nu.33. & ſequentibus inferens aliqua. 1. eſt tales habitus non poſſe intra ſuam rationem, & ambitum ſeu in ſe ipſis proprie augeri aut minui extenſiue, ſed ad ſummum ex parte ſpecierum ſeu memoriæ. 2. Eſt eiuſmodi habitus ſtatim ac in principio generantur in quocumq. gradu, & per quemcumq. actum, & cir-

Digitized by Google

& circa quamcumq. materiam ex ſe habere vim ad quemcumq. actum intra ſuum gradũ intenſionis,&circa totam materiam ſuorum obiectorum, & quamlibet partem eorum. ¶3. Eſt, quandocumq. huiuſmodi habitus augeantur per intenſionem, augeri ſecundum totam extenſionem ſuam, id eſt in ordine ad omnes actus,quos elicere poſſunt,&circa totam materiam,in qua poſſunt verſari. ¶4.Eſt non poſſe vnum, & eundem habitum ex his ſimplicibus, eſſe intenſum, & remiſſum, ſeu magis, & minus intenſum reſpectu diuerſorum actuum,vel obiectorum, quæ conſectaria,& late deducuntur à Suarez ibi, & apertiſſime ſequuntur ex eo fundamento, & modo dicendi:qui ſuaderi poteſt.

17. 1. Argum. 1. Si aliquid additur habitui ſimplici in ſe ipſo per ſecundum actum, illud erit aliquis modus realis, quo habitus determinate inclinabit ad nouum actum, nouumq.obiectum: inquiro ergo an ille modus ſit informatio aliqua ſubiecti,quæ eſt effectus formalis ipſius habitus, an vero aliquis alius modus afficiens habitum, qui non ſit formalis effectus ipſius. ¶1. Dici non poteſt, quia eſt confundere intenſionem, & extenſionem habitus oſtendimus enim ſuperiori diſputatione,intenſionem fieri additione quadam informationis, & qui tenent intenſionem non poſſe ſic fieri,clarius id putant in extenſione, quia in re alioqui indiuiſibili non poteſt intelligi extenſio ſecundum effectum formalem niſi ſubiectum ſit extenſum, & deuiſibile vt extẽditur informatio animę rationalis, quia materia eſt extenſa. Cum ergo non ſolum habitus ſit forma indiuiſibilis, ſed etiã eius ſubiectum nempe intellectus, & voluntas, quomodo poteſt extenſio ſecũdũ effectum formalem intelligi?

Secundum quoque dici non poteſt, quia nihil deerit tali modo ad rationem habitus, ſiquidem dat facilitatem, & promptitudinem in ordine ad actum: efficit ergo vnus habitus alium,quod inauditum eſt,de eoque habitu eſſet eadem difficultas, an ſit ſimplex, vel non, & an extendatur ad varia obiecta, & varios actus ſine vlla additione, vel non, & ſic,aut erit proceſſus in infinitum,aut ſiſtendum eſt in aliquo indiuiſibili, quod ſine additione ad plura obiecta,& plures actus ſe extendat, vel multiplicandi ſunt habitus pro numero obiectorum:quod maxime intendebamus vitare.

18. 2. Argum. 2. Quia ille modus ſuperadditus,diſtinguitur ex natura rei à qualitate, cui ſuperadditur, & idem eſt de quocumque alio modo cauſato per alium actum diſſimilem, & in ordine ad aliud obiectum, & poſterior ipſa ſubſtantia habitus:poterit ergo dari ea ſubſtantia ſine vllo ex illis modis,tumq. habitus, ſicut ſine vno modo non inclinaret ſufficienter,& proxime ad hoc obiectum, & ad hunc actum,ita ſine vllo ex illis modis ad nullum actum, nullumq. obiectum inclinabit ſufficienter,& proxime,& ita poterit quis habere ſubſtantiam ſcientiæ, tamẽ in ordine ad nullum obiectum vel actum poterit ea vti, eſto nec per actum nouum extendatur, & modificetur,ac determinetur in ordine ad hunc, vel illum actum,in ordine ad hoc, vel illud obiectum, quod videtur creditu durum, & & difficile.¶3.Quia vel ſubſtantia habitus per ſe ſolam concurrit ad actum, vel præciſe per illum modum,vel per ſe,& per illum ſimul, ſicut potentia per ſe,& per habitum concurrit ad actum,nihil autem horum videtur verum,quia ſi ille modus per ſe nihil efficit,ſuperuacaneus videtur:ſi vero cum potẽtia actum ſolus efficit,priuamus habitum efficientia:ſi ipſe,& habitus ac potentia immediate, & per ſe cõcurrunt,multiplicamus nimium, & ſine vrgenti ratione principia actiua. 3. Argum.

4. Argum. ¶4. Habitus potentiam imitatur: ergo ſicut potentia ſine additione vlla poteſt ſe extendere ad varios actus, & varia obiecta: ita & habitus. Conf.1.quia ſect.ſequẽti cum D.Th. & alijs docebimus,id eſſe verum in habitibus appetitus ſenſitiui,& rationalis:cur igitur idẽ non admittemus in habitibus potentiæ cognoſcentis? Conf. 2. quia ſi fides reciperet huiuſmodi augmentum,rogo an in pueris baptizatis,qui nullum habuerunt actum fidei,ſit fides cum omnibus illis modis poſſibilibus ſaltem de lege,an cum aliquibus tantum eorum,an cum nullis? cum omnibus eſſe non poteſt, quia poſſibiles de potentia abſoluta ſunt infiniti,de ordinaria innumeri,& ſi iam omnes illos haberet,nunquam reuera in illis fides augeretur extenſiue,ac proinde, neque in adultis,qui ſaltem habent fidem æqualem: neque eſt maior ratio de vno modo, quam de alio:ergo non habent aliquos tantum ex illis modis. Reſtat ergo,vt nullum illorum habeant,ac proinde,etiam propoſito ſufficiẽter obiecto,non poterunt credere per talem habitum,ſed per auxilium,ac ſi habitum non haberẽt:fruſtra ergo infuſus eſt illis habitus. Confir. 1.

5. Argum. ¶5. Nam ſi in habitu intellectuali reſpectu cuiuslibet propoſitionis eſt ſuus modus,cum habitus principiorũ in opinione plurimorũ ſit cõgenit⁹, infinitos modos habebit quia infinita principia poſſunt illo habitu cognoſci conſequens eſt abſurdum:ergo.

19. 2. Modus explicandi 3.opinionẽ. Propter hæc argu. probabilis valde eſt iſte modus dicendi,&3. opinionẽ explicandi eſt, tñ.2.modus dicẽdi,qui magis placet eo quod mẽti,D.Th.& rationi magis cõſentaneus eſt, vt habitus per vnũ actũ recipiat aliquẽ modum

dum realem abſolutum diſtinctum ab intẽſione & per alium actum alium modum & ſic paulatim in ſeipſo perficiatur in ordine ad varios actus variaque obiecta.

Prob. 1. In primis hæc eſt expreſſa ſententia D. Thom. hac quæſt. 52. articul. 1. in fine corporis vbi ait, ſcientiam eſſe maiorem, vel minorẽ, quæ ad plura vel pauciora ſe extẽdit & art. 2. ſcientia augetur ſecundum ſe ipſam per additionem, cum aliquis plures concluſiones geometriæ addiſcit & quæſt. 54. artic. 4. in corpo. ait, ſi conſideremus habitum ſecundum ea ad quæ ſe extendit, ſic inueniemus in eo quamdam multiplicitatem, & ad. 3. ait, ille qui in aliqua ſcientia acquirit per demoſtrationem ſcientiam concluſionis vnius, habet quidem habitum, ſed imperfecte; cum vero acquirit per aliquam demonſtrationem ſcientiam concluſionis alterius, non aggeneratur in eo alius habitus, ſed habitus qui prius inerat, fit perfectior, vtpote ad plura ſe extendens &c. idem repetit quæſt. 66. art. 1. & quæſt. 65. articu. 1. addit: geometra modico ſtudio acquirit ſcientiam, quam numquã conſiderauit, & 2. 2. quæſt. 24. artic. 5. ait, poteſt contingere, quod aliquis habitus per additionem augeatur, & ſic augetur ſcientia geometriæ in eo, qui de nouo incipit ſcire aliqua geometricalia, quæ prius neſciebat: idem docet Caietan. Conrad. Medina, Aragon, Bañes & communiter allij recentiores explicantes hæc loca D. Thom. Idem docet Bañes relectione de charitate quæſtio. 1. Soto, quæſt. 5. proœmiali logicæ Viguer. in inſtit. capit. 12. §. 1. in principio. Aqua. 3. d. 23. concl. 9 &. 10. Vazquez locis citatis in. 3. opinione quamuis illa d. 80. capitu. 3. num. 14. &. ca. 4. num. 26. aperte doceat, habitus infuſos nullã extenſionem recipere. Sed eadem entitate indiuiſibili ſine vlla additione circa varia obiecta operari: habitus vero acquiſitos recipere extenſionem putat, & ſecundum veritatem & ſecundum D. Thom. male autem Bergomen. in concord. D. Thom. dubio. 676. &. 1108. exponit D. Thom. vt velit, ſolam ſcientiam ſumptam pro aggregatione ſpecierum augeri & non eam, quæ eſt ſimplex qualitas: aperte enim D. Thom. locis citatis loquitur de ea, quã appellat ſimplicem qualitatem: nam ait per additionem augeri ſecundum ſeipſam, ergo non vult augeri ſecundum ſpecies & alioqui non diceret augeri quoties addiſcitur noua cõcluſio, quia non quoties addiſcitur, noua concluſio, acquiritur noua ſpecies, vnde etiam ſequitur ſaltem in via D. Thom. non eſſe dubium, vt eſt apud Valentiam. diſput. 4. quæſtio. 4. puncto. 2. & diſput. 5. quæſtio. 7. puncto. 3. an ſcientia augeatur in ſe, an vero quoad vſum & in actu. 2. primum enim aperte docet D. Tho.

Deinde hic modus dicendi probatur ratione, quia poſtquam quis per demonſtrationẽ 20
Prob. 2. didicit primam concluſionem, vt experimento cõſtat, nõ eſt proxime & immediate prõptus, & facilis ad aſſentiendum alijs, præſertim quæ non ſint deducendæ ex illa; ſecus poſtquam illas didicit per varias demonſtrationes: ergo ſignum eſt illas poſteriores demonſtrationes aliquid facilitatis & promptitudinis acquiſiuiſſe: iam autem docuimus, non acquiri habitus integros, neq. partiales, item neq. nouos effectus formales aut nouas eorũ partes neq. aliquid extrinſecum habitui, ergo aliquid intrinſecum illi. Dices ſolum poſitam eſſe conditionem, ſine qua habitus non poteſt iuuare ad cognoſcendas nouas illas cõcluſiones, quæ conditio eſt illas eſſe demonſtratas. Sed contra quia ſic etiam dici poſſet; neq. per primam demonſtrationem acquiſitum eſſe habitum, ſed conditionem ſine qua potentia non facile prorumpit in actum: conſequens eſt falſum, ergo. Item, iuxta hãc doctrinam, fruſtra alicui infunderetur ſcientia, quia non eſſet per illam promptus neq. poſſet illa vti in ordine ad aliquam concluſionem, niſi prius illam demoſtraſſet, qua demoſtratione potuiſſet eandem promptitudinem acquirire.

Confir. 1. à ſimili nam idem augmentum admitti debet in via D. Tho. aſſerentis patrẽ 21
eadem relatione referri ad plures filios, genito q. 2. filio aliquid noui eſſe in patre, nempe extenſionem relationis ad ſecundum filium & viſio vel auditio creſcit, extenditurq; aucto obiecto ſecundum extenſionem vel intenſionem vel denuo applicato ſecundum aliquam partem per motum videntis vel obiecti vel per remotionem obſtaculi aut mutationẽ figuræ neq. ſemper in his caſib⁹ ponitur alia pars viſionis, quæ vniatur cum præcedenter, quia non videtur vna viſione color alia vero figura ipſius, ſed eadem viſio coloris extenditur nunc ad vnam eius figuram nunc ad aliam ſeruata ſemper eadem claritate, ac proinde intenſione, ſi in claritate, vt aliqui volunt conſiſtit intenſio viſionis. Item viſio Beatifica, vt docuimus tractat. 2. eadem num manens, & cum eadem claritate poteſt ſaltem de potentia abſoluta ſe extendere ad nouas aliquas rationes naturales, aut ſaltem liberas in Deo, ad nouaſque creaturas.

Confirm. 2. Quia per quamlibet ſcientiam poſſunt ſciri plures & plures concluſiones in infinitũ, ac proinde proxime reddere potentiam promptam ad tot actus efficiendos, arguit non nullam infinitatem perfectionis 22

fectionis in habitu: ergo non eſt ei concedenda, ſed tantum vt remote, & medijs quibuſdam modis ſuperadditis poſſit proxime inclinare, & reddere potentiam promptam ad tot actus.

23 *Prob. 3.* 3. Hunc dicendi modum probat Vazq. illo c. 3. nam exercitatione prudentiæ in diuerſis materijs, & negotijs homo fit promptus adiudicanda ea ad quæ iudicanda antea prõptus non erat, vt adiudicandum in materia religionis, qui antea ſolũ erat prõptus adiudicandũ in materia tẽperantiæ idemq. videre, licet in arte, ſed illa maior promptitudo non eſt à nouo habitu, alioqui eſſent plures prudentiæ, vt plures virtutes morales, & plures factiuæ artes &c. ergo eſt à noua extenſione habitus præcedentis. Reſp. aduerſarij vt in vna ſcientia ſunt plures habitus ita in vna arte, & in vna prudentia, ſed inſtat Vazq. nam quam uis aliqua ſpecie probabilitatis defendi poſſit plures habitus eſſe vnam artem propter ordinem & connexionem obiectorum, & operationum ad unum opus integrandum: tñ non apparet, qua ratione dici poſſit plures habitus eſſe vnam prudentiam: ſed ſicut ſunt plures virtutes voluntatis circa varias materias, ita dici deberet, eſſe prudentias varias, ita vt vnaquæq. virtus affectiua ſuam prudentiam habeat: aut reddãt aduerſarij rationem, ob quam tot habitus dicantur vna prudentia: non tamen dicantur vna virtus voluntatis varij habitus, quos mea eſſe dicunt.

24 *Ad 1. arg. prim. mod.* Neq. obſtant addacta pro priori modo dicendi ad. 1. enim. R. illum modum non eſſe informationem nouam, quia in hac conſiſtit intenſio cuius ſorte capaces non ſunt habitus intellectuales, vt ſuperius dictum eſt: ſed eſſe aliquem modum qui non ſit effectus formales actus, ſed veluti forma actus, qui propterea nõ eſt habitus, quia nõ ineſt immediate ipſi potentiæ, ſed habitui, quẽ cõplet, & integrat vt proxime inclinare, & concurrere poſſit cum potentia ad actũ, & ſi in habitu intellectus admittamus intenſionem ea proxime referenda eſt ad hunc modum tanquã effectus formalis illius. Itaq. is intenſus erit magis promptus ad intelligendam hanc, vel illam concluſionem, cuius extenſio ad hanc, vel illam concluſionem magis efficiat, &
Ad. 2. informet habitum cui inhæret. ¶ Ad. 2. R. 1. non omne prius poſſe dari ſine omni poſteriori etiam de potẽtia abſoluta. Sic multi docẽt nõ poſſe dari ſubſtantiã corpoream ſine quantitate, & omnes non poſſe dari quantitatẽ ſine raritate vel denſitate, ſine hac, vel illa figura. Communiter etiã dicitur, non poſſe dari creaturam ſine relatione reali ad Deum neq. duplicẽ albedinem ſine relatione ſimilitudinis poteſt enim aliquando intrinſece prius nõ produci ſine ſufficienti concurſu ad poſterius: ergo ſic poſſet dici non poſſe de potentia abſoluta dari ſciẽtiam quin proxime inclinet per aliquẽ modum ſuper additum ad aliquã determinatam concluſionem. Reſ. Secundo admittendo poſſe produci diuinitus habitum ſcientiæ ſine vllo illorum modorum, in quo euentu homo ad nullam concluſionem agnoſcendã eſſet proxime promptus & facilis, ſed remote eſſet promptus ad eas omnes, quę illo habitu attingi poſſunt, naturaliter autẽ caſus eſt impoſſibilis, quia quilibet actus producit habitum modificatum, & extenſum ad ſimiles actus. ¶ Ad. 3. R. ſubſtantiam habitus, *Ad. 3.*
& per ſe, & per ſuam extenſionem concurrere ad actum, ſicut calor per ſuam ſubſtãtiam, & per ſuam intenſionem concurrit ad calefactionem, & ſe ſolo, at ſeparatus à ſubiecto, ac proinde ſine intenſione, non poſſet calefacere, ſaltem ſine miraculo. ¶ Ad. 4. R. habi- *Ad. 4.*
tum eſſe longe imperfectiorem potentia, & ideo ſicut non poteſt eam imitari in ſua latitudine, & extenſione ita neq. in hoc, quo ad infinitos actus ſpecie diuerſos poſſit ſine additione aliqua concurrere præſertim dando ad illos promptitudinem, maxime cum neq. potentia per ſe, ſed per varios habitus ſit *Ad. 1. conf.*
prompta ad ſuos actus. Ad. 1. conf. R. rationem diſcriminis ſequenti ſect. aſſignandam eſſe.

Ad. 2. confir. Vazq. reſponderet in fide, & 25
alijs habitibus infuſis nullum dari augmen- *Ad. 2. con.*
tum extenſiuum, ſecus in habitibus acquiſitis: rationem diſcriminis reddit diſp. 80. cap. 3. num. 14. & cap. 4. num. 26. quia habitus infuſi non dant promptitudinem, & facilitatem ſed ſimpliciter poſſe, ideo vbi inueniunt rationem formalem ſui obiecti, ſine vlla additione ſtatim poſſunt operari cum nõ dentur ad vincendas varias difficultates: ſecus vero habitus acquiſiti: quia aduincendas varias difficultates dantur, & conſtat non vinci difficultatem circa vnum obiectum aſſueſactione circa aliud. Sed certe habitus infuſi non ſolum dant poſſe, ſed etiam facile poſſe à quo enim niſi ab illis eſſet facilitas, quæ eſt in iſtis ad actiones ſupernaturales, & experimur aſſuetos ad credendum vnam propoſitionem fide, ſentire difficultatem ad credendum alias quibus non eſt aſſuetus, quod referendum eſt in defectum extenſionis, quæ nõ eſt ſine aſſuetudine licet non ſit effectiue ab aſſuetudine. Vnde ad confir. Reſp. 2. in omnibus pueris iuſtificatis non ſolum eſſe ſubſtantiã fidei, ſed extenſionem ad omnes veritates neceſſarias ad ſalutem neceſſitate medij, eo tempore quo iuſtificati ſunt. quo circa ſi illis adueniente vſu rationis proponerentur eiuſmodi veritates, quaſi natu-

Digitized by Google

naturaliter illis aſſentirentur, vt nos aſſentimur veritatibus, quas ſemel credimus: quod tamen non contingeret alijs pueris carentibus fide habituali, neque eiſdem in ordine ad alias veritates proxime, ſed remote tantũ eſſent prompti. Forte etiã omnibus pueris in funditur fides extenſa ad nonnullas alias veritates, ad plures quidem iuſtificati per circuncisionem, quam per remedium legis naturæ, & per baptiſmum quam per circuncisionem, & adultis quam paruulis, & melius quam minus bene diſpoſitis. Quæ autem ſint iſtę veritates Deus ſcit vt cumq; autem ſit, fatendum eſt, fidem extenſiue augeri poſſe, nã Apoſtolus petit, adauge nobis fidem & Eccleſia da nobis fidei ſpei & charitatis augmentum, quod quantum ad fidem intelligitur de augmento extenſiuo, vel quia non eſt capax augmenti intenſiui vel quia etiã eſt capax extenſiui: de quo in materia de fide.

Ad 5. arg. 26 Ad. 5. omiſſa opinione aſſerẽte nõ dari habitũ reſpectu primorũ principiorũ vel illũ nõ eſſe omnino acquiſitũ Reſp. illum eſſe acquiſitum ſecundum aliquos modos, quibus ſe extendit ad principia non nota ex terminis, ſed inductione & fortaſſis in ordine ad alia, licet ſit congenitus quo ad ſubſtantiam & quo ad aliquos modos extenſionis vt ad principia vniuerſaliſsima aut etiam illa, de quibus nulla ratione dubitari poteſt. Deinde cum infinita puncta ponantur in continuo & infinitæ relationes, forte non erit abſurdũ in habitu principiorum ponere infinitos modos congenitos quaſi integrantes prædictũ habitum, quia non ſunt integræ entitates, ſed modi integrantes, vel hoc tamen argumento probabilis redditur opinio aſſerens non dari huiuſmodi habitum diſtinctum ab ſpeciebus, aut illum non eſſe congenitum.

Dici quoque poteſt, hunc habitum propter excellentiam ſuam ſe ſolo ſine additione poſſe ſe extendere ad infinitos act⁹, quod non conuenit alijs intellectus habitibus propter imperfectionem ipſorum. Adhuc autem hic quæri poteſt, an omnes iſti modi ſint eſſentialiter ſubordinati inter ſe, vel cum tertio? Vaz. diſput. 80. c. 5. affirmat, quia putat vnum & eundẽ habitum eſſe qui verſatur circa principia aliqua & omnes concluſiones, quæ ex illis deducuntur, quæ quædam ſunt interſe ordinatæ, quædam cum principijs & ſimiliter ſubordinantur modi, quibus extenditur habitus ad ipſas concluſiones & ita ſcientias quæ communicant in aliquo principio, ait, non eſſe diuerſas ſpecie, quæ vero non communicant, cenſet diſtingui ſpecie. Opinio eſt acuta, cui non ſolum ſuffragatur Aureolus relatus ante. 2. opinionem, ſed etiam D. Thom. 2. d. 24. quæſt. 2. artic. 4. ad. 6. Vbi ait, non eſt alius habitus principiorum & concluſionum quæ eliciuntur ad eis: eſt tamen aperte non ſolum contra D. Thom. in hac. 1. 2. quæſtione 57. artic. 2. ad. 2. docentem, habitum ſcientiæ non attingere principia ſecundum ſe, ſed ex illis deducere concluſiones, ſed etiam contra Ariſtotelem. 6. ethico. cap. 3. diſtinguentem habitus principiorum & concluſionum quod vero ibidem dixit ſapientiam eſſe habitum principiorum & concluſionum, & ita eſſe intellectum & ſcientiam intellige, virtualiter, nam ſapientia per quædam principia demoſtrat alia & ſic virtute eſt habitus intellectus, formaliter autem ſolum eſt ſcientia quædam ſuprema: eſt etiam opinio illa contra rationem, ſic enim tot habitus eſſe debent, quot prima principia: nam hæc neque interſe neque cum. 3. aliquo connexionem habent. Item toterunt mathematicæ aut phyſicæ, quot fuerint concluſiones non ſubordinatæ interſe, neque cum aliquo principio. Item Vazquez fatetur, virtutes affectiuas reſpicere obiecta materialia non ſubordinata, eo quod conuenirent in eadem ratione, aut modo honeſtatis, & ideo modos, quibus extenduntur non ſemper eſſe ſubordinatos interſe, vel cum. 3. ergo idem de virtutibus intellectiuis dicere debuiſſet ſiquidem in illis etiam plura obiecta propter conuenientiam in aliqua ratione formali poſſunt ad eundem habitum pertinere etiam ſi nullum habeant ordinem interſe, neque cum. 3. Recte autem docet Vaz. hos modos non vniri per indiuiſibilia, ſed quia eundem habitum modificant & quaſi eius formæ afficiunt, maleque vnionem hanc per indiuiſibilia, a nõnullis reijci, quia alia non magis inclinarent ad vnum obiectum quam ad aliud: nam hoc non eſſet abſurdum, non eſſent enim habitus neque partes habitus, & ideo ad nullum inclinarent obiectum, ſicut ſi partes ſpeciei intentionalis vnirentur per indiuiſibilia nihil ea repræſentarent, eo quod non eſſent ſpecies, neque partes ſpeciei.

Sed adhuc contra modum dicendi quem defendimus, arguitur nã in actibus nullum poteſt dari augmentum per additionem modi realis, ergo neque in habitibus conſequentia probatur quia actus eſt efficere habitum: ſibi ſimilem & proportionatum: antecedens vero probatur, quia vel potentia ſimul tendit in plura obiecta per modũ vnius & ſub vna & eadẽ rõe, vel tẽdit per modũ plu 27

Digitized by Google

rium. Quando tendit priori modo non eſt in actu varietas modorum, ſed vna indiuiſibilis entitas, quæ intrinſece reſpicit plura illa obiecta, neq. poteſt etiam de potentia abſoluta contrahi ad vnum illorum, & multo minus ab vtroq. diuelli, ita vt neutrius cognitio ſit, & ſi in ea entitate eſſent. 10. modi diſtincti, quando anima Chriſti, vel Angelus eodem actu cognoſcunt infinita indiuidua, vel infinitas ſpecies numerorum, eſſent in actu infiti modi realiter interſe diſtincti, quod eſt abſurdum. Si autem potentia tendit in plura obiecta per modum plurium, erunt actus diſtincti: ergo nunquam vnus actus poteſt habere varios modos accidentales quibus ad varia obiecta accidentaliter extendatur.

28 Reſp. quando potentia tendit in plura obiecta per modum vnius, ſi illa omnia ſint obiecta primaria, omnia reſpicit intrinſece, & non ſe extendit ad illa per modos accidentales, aut certe actus compoſitus ex varijs partibus interſe vnitis quaſi per continuationem, vt cum eadem viſione corporea cerno plura alba, vel plures partes eiuſdem albi ſimul, vel ſucceſſiue. Quādo vero vnum obiectū eſt primarium, & aliud ſecundarium, actus reſpicit intrinſece, aut per ſuam ſubſtantiam obiectum primarium: accidentaliter vero, & per modum accidentalem extenditur ad obiectum ſecundarium, vt patet in corporali viſione coloris, & figuræ; cū n. figura non ſit ſenſibile proprium, neque contineatur ſub colore, aut luce, non poteſt per ſe. 1. terminare viſionem, neque eſſe ad æquatum obiectum illius. Similiterq; neque creatura poteſt eſſe primarium obiectum viſionis beatificæ. Vnde pro numero obiectorum ſecundariorum eſt numerus modorum accidētalium; & ideo ſi eodem actu anima Chriſti, vel Angelus cognoſcit infinita numero, vel ſpecie diuerſa in verbo, vel extra verbum, neceſſe eſt in actu ponere infinitas partes, vel modos realiter diſtinctos. Quod quia non adeo videtur veriſimile, ideo in materia de beatitudine inclinauimus in opinionem, quæ negat, creaturam poſſe cognoſcere vno actu infinita numero aut ſpecie diuerſa. Semper tamen actus intrinſece reſpicit aliquod obiectum, quod per ſuam ſubſtantiam ſine vllo addito attingat: quia actus eſt actualis cognitio, & perceptio obiecti; habitus vero in ſua ſubſtantia ſola nullum obiectum poteſt attingere: ſed ſimul cum aliquo modo accidentali: quia hoc non eſt contra naturā habitus vnde in hoc nō oportet eſſet ſimilitudinē inter actus, & habitus, quia habitus eſt medius inter potentiam, & actum, & ideo habet maiorem latitudinem quam actus, & minorem quam potentia, neq. poteſt vno actu exprimi id omne, ad quod habitus poteſt remote ſe extendere, nimirum per varios modos ipſum integrantes in ratione proximi principij variorum actuum, licet non pertineat ad eius integritatem ſubſtantialem, vnde ex modis, & ſubſtantiā non efficitur vna qualitas extenſiue accidentaliter perfecta, completa, & conſummata.

Solutio.

Præterea arguitur cōtra id q dictū eſt, habitū eſſe ſimplicē qualitatē, nā habitus eſt diſpoſitio. 5. meta. cap. 20. diſpoſitio autem eſt ordo habentis partes eodem lib. cap. 19. ergo habitus eſt ordo habentis partes, ac proinde habere videtur partes, propter hoc argumentum Vazq. diſputa. 78. cap. 2. ait, habitum prout ab Ariſto. definitur illo cap. 20 dupliciter vſurpari poſſe. Primo pro ordine plurium rerum, vel qualitatum, ſic ſanitas quæ eſt ordo & proportio qualitatum primarū vocatur habitus ab Ariſt. illo c. 20. vbi & rationem reddit, quia eſt diſpoſitio, ſecundum quam bene, aut male diſponitur diſpoſitum. 29

2. Obiect.

Ait autem Ariſt. in definitione diſpoſitionis, eſſe ordinem habentis partes ſecundum locum aut ſecundum potentiam, aut ſecundum ſpeciem: nam ordo partium reſpectu loci diſpoſitio eſt, vt ordo quem habent partes exercitus, vel animalis, ſedentis, ſtantis, cubantis, &c. ſimiliter ordo & proportio, vel in proportio, quam habent inter ſe qualitates primæ, in quo conſiſtit ſanitas, vel infirmitas. Ordo etiam quem habent ſpecies vel habilitates aliquæ ad operandum eſt diſpoſitio, ideſt, quædam diuerſorum poſitio. Item ordo quem habent partes alicuius figuræ & formæ, in quo, conſiſtit pulchritudo, vel turpitudo: male ergo Caietanus quæſtione 54. art. 4. & alij contendunt habitum ſcientiæ, licet ſit ſimplex qualitas, eſſe diſpoſitionem, quia habet varias extenſiones ad diuerſa obiecta, vel concluſiones; nam habitus hac priori acceptione non eſt qualitas ſimplex, neque ordo, qui in ea reperiri poſſit; ſed ordo partium alicuius compoſiti.

Secundo ſumitur habitus ab Ariſtotele pro vna parte compoſiti, vel aggregati cuius partes ſunt ordinatæ: ſic enim ait illo cap. 2. Item habitus dicitur ſi particula talis diſpoſitionis ſit, quare partium quoque virtus quædam habitus eſt, ideſt quædam pars aggregati & compoſiti conſtantis ex pluribus virtutibus etiam eſt habitus, ſic Ariſtoteles capite de qualitate calorem & frigiditatem appellat habitus, & diſpoſitiones.

Hęc

30 Hæc Vazq.ibi,quæ ad argumenti propoſiti ſolutionem ſufficiunt.Addo tamen, cum Ariſto.ait,diſpoſitionem eſſe ordinē, nomine ordinis non intelligere tantum ipſam relationem ordinis,ſed omnes res ſic ordinatas vel aliquam earum.Sic ſanitatem, & morbũ vocat diſpoſitiones cap.de qualitate, & etiā quamlibet eius partem vt calorem & frigiditatem ſic D.Thom.quæſt.50.art.6.& Gab.3. d. 23.art.3.dub.1.propoſitione ſecunda & Vazq. ſupra,quamlibet ſpeciem intentionalē appellant habitũ,itemq.aggregatũ,vel ordinē ſpecierum habitum intellectus,aut ſciētię eſſe ait,Sonci.5.met.q.9.Vazq.ſupra & Caie.q.54. art.4.ex D.Thom.quæſt.67.art.2.&.3.p.quæſt. 12.artic.2.& de veritate.q.24.arti.4. ad.8.&.q. 10.artic.2.& in.3.d.14.artic.3.quæſtiun.4.& ſic poteſt intelligi,quod ait D.Thom.quæſt. 52. artic.2.habitũ augeri per additionem & q. 63. artic.1.ad.1.geometram ſtudio acquirere ſciētiam concluſionis,quam antea non nouerat, quanuis melius explicetet de ſimplici qualitate diſtincta ab ſpeciebus aucta per extenſionem in ſe ſuſceptam.Et ſicut ſcientia ſumpta pro collectione ſpecierum ordinatarũ eſt in prima ſpecie qualitatis, ita ſanitas ſũpta pro collectione qualitatum proportionatarum; nam & morbum conſtituit. Ariſt. in ea ſpecie qualitatis,& ita ſentit Vazquez.c.3.quanuis.c.2.dicat,ſanitatem nō eſſe in genere qualitatis,ſed qualitates particulares, ex quibus conflatur.Bene autem docet Vazq.ibi præter ſpecies dari in intellectu ſimplicem qualitatem.¶1. Quia exercitio fit homo promptior ad vtendum ſpeciebus,quas antea habebat. ¶2. quia inter habentes eaſdem ſpecies contingere poteſt,vnum eſſe prudentē artificem ſapientem &c. alium non.¶3. Quia D.Th. q. 51.artic.2.ad.3.ait,habitus generari ex actibus, ſpecies autem non generantur ex actibus. Sed hæ ratione, non probant præter ſpecies ordinatas dari aliam qualitatem, quidquid ipe dicat;nam dici poteſt,aſſuetudine acquiri ordinationem,quæ eſt habitus memoratiuus,ſeu apprehenſiuus,& ordinatiuus ad recte adprehendendum,ſeu ordinate vtendum ſpeciebus;eſſe vero aliā qualitatē, quæ perſe & immediate deſeruiat adiudicandum,difficile probatu eſt, & prædictis rationibus nō ſatis oſtenditur.Et quis negare poteſt ſpecies eſſe ordinatas in intellectu quantum ad facultatem vtendi ipſis ordinate, qui eſt habitus memoratiuus,ſolum de immediate iudicatiuo eſt difficultas & magna, quam nos par.1.huius tractatus diſcuſſimus. Quod vero diſputat. Vazq.piſp.78.c.3.quomodo differant habitus,& diſpoſitio & naturalis potentia, quia ad logicam & metaphyſicam præcipue ſpectat breuiter explicandum eſt. Certum autem eſt diſpoſitionem ſumi dupliciter. ¶1. late vt eſt genus ad habitũ,quo pacto Ariſto. 5.met.c.20.habitum per diſpoſitionem definit.2.ſtricte,vt diſtinguitur contra habitum. Quam diſtinctionem licet eſſentialem putet eſſe D.Tho.quæſt.49.a.2.ad.3.&alij nonnulli; tamen ſatis veriſimile eſt quod.capitul. cit. ait Vazq.cum Durand.1.dicti.17.q.8.n.6.tantũ eſſe accidentalem:tum quia habitus mentis quādo remiſſi ſunt, facile mobiles ſunt, quia per contrarios actus,& forte per non vſum facile corrũpuntur.Tum quia Ariſto.in prædicamento qualitatis poſtquam in exemplũ diſpoſitionum adduxit calorem,& frigus, & morbum,ſubiungit. Niſi & harum ipſarum aliqua ob diuturnitatem verſa iam in naturā ſit,dimoueriq. nequeat,aut ſumma cum difficultate mutari poſſit quam quidem hac ratione quiſpiam habitum iam numcupauerit &c.habitus autem & diſpoſitio à naturali potentia & impotentia non ſemper differunt realiter,nam idem calor quatenus per illum ſubiectum bene,vel male ſe habet in ſeipſo, eſt habitus,vel diſpoſitio;vt vero eſt ratio calefaciendi,eſt potentia.

Sed obijcies,nam ſic viſus,& auditus eſſent habitus,quatenus per illos ſubiectum bene ſe habere dicitur. Item virtutes infuſæ erunt potentiæ, quatenus ſunt rationes agendi.Ad primam obiectionem Vaz.ſupra,num. 17. fateri videtur,facultates cognoſcentes non ſolum eſſe potentias,ſed etiam habitus,quibus ſubiectũ bene vel male ſe habet in ſeipſo,ſed mihi reſpondēdum videtur, qualitatem ſubiecto conuenientem, quādo perſe conuenit, & ſemper comitatur ſubiectum, non poſſe appellari habitum,vel diſpoſitionē:quia non determinat indifferentiam ſubiecti ad bene, vel male ſe habendum per eam qualitatem, quod requiritur ad rationem habitus & diſpoſitionis. Ad.2. autem obiectionem recte Vazq. ſupra,nu.21.ait,virtutes infuſas nō eſſe proprie potētias,quia ex propria ratione habent, vt ſecundũ illas bene ſe habeat ſubiectum,& ſit nō ſolum potens,ſed etiā promptũ & facile ac determinatum ad bene operandũ ita vt ex vi earum determinate poſſit bene operari,& non male. De charactere in qua ſpecie qualitatis ſit,dictum eſt tract.de beatitudine declarando,quid ſit aureola. 31 *Duæ obiectionis.*

SECTIO. II.

Vtrum habitus exiſtentes in appetitu intellectiuo vel ſenſitiuo recipiant augmentum extenſiuum.

32 1. Opinio. PRIMA opinio eſt huiuſmodi habitus augeri extenſiue per additioné noui habitus, ac proinde alium eſſe habitum temperantiæ erga carnes alium erga oua, alium erga piſces &c. Probat: quia contingit aſſuetudine aliquem eſſe promptum ad reprimẽdas delectationes guſtus, non vero tactus, & ad reprimendas delectationes cibi & non potus, vel econtra; ad colendum Deum oratione, non vero votis, vel gratiarum actione, vel econtra: ergo poteſt quis habere temperantiam acquiſitam in vna materia & non in alia, & ſimiliter religionem & ſic de cæteris virtutibus affectiuis. deinde vero aſſuetudine fit prõptus ad alias materias: ergo acquirit nouum habitũ quoniam nouã promptitudinem fieri ſola modificatione & extẽſione intrinſeca habitus præcedẽtis difficile eſt propter argumenta poſita ſect. præcedenti.

33 2. Opinio. 2. Opinio eſt vnum habitum eſſe in appetitu erga plura obiecta: nõ tamen eſſe ſimplicẽ qualitatem, ſed compoſitã ex habitibus partialibus reſpicientibus diuerſa obiecta partialia, vt in habitibus intellectus dicebat opinio. 2. ſuperioris ſectionis, ita vidẽtur tenere Conim. diſput. 7. ethic. quæſt. 3. art. 2. in fine dicentes, licet per vnum actum gigni poſſet habitus virtutis: plerunq. tamen non gigni habitum virtutis perfectæ, niſi per multos actus, vt videre eſt in habitu temperantiæ: nam cum illius materia multiplex ſit, quando quidem omnia ciborum, & potuum genera comprehendit; cumque diuerſis modis variari poſſit, nimirum pro loco, tempore, magnitudine, alijsq eiuſmodi circunſtantijs, nemo perfectum temperantiæ habitum aſſequitur, niſi circa iſtius modi materias & circunſtantias plures actus elicuerit.

34 3. Opinio. 3. Opinio eſt, eumdem habitum & ſimplicem qualitatem appetitus extendere ſe ad varia obiecta additione quadam modorum accidentalium, vt in habitibus intellectus docuit. 3. opinio ſuperioris ſectionis. 2. modo expoſita. Ita ſentit Vazquez, diſpu. 80. ca. 3. & 4. in virtutibus acquiſitis, in infuſis autem negat omnem extenſionem. Ratio eius eſt, quia acquiſitæ dant facilitatem & vincunt difficultates, quæ cum variæ ſint, non poſſunt vinci eadem indiuiſibili entitate: ergo vel ponendi ſunt varij habitus pro numero difficultatum; quod eſt abſurdum: vel habitus debet magis, ac magis extendi, ſecus in infuſis, quæ non dantur ad vincendas difficultates, neq ad facile, ſed ad ſimpliciter poſſe.

4. Opinio & tenenda eſt omnes habitus appetitus eſſe ſimplices qualitates. quæ ſine 35
vlla additione modi accidentalis ſe exten- 4. Opinio.
dunt ad varia obiecta materialia; id docet Soncinas 6. meta. quæſtione. 9. Suarez. diſputatione. 44. metaph. ſect. 11. numero. 23. & ſequentibus. Antoninus. 4. par. tit. 6. capit. 2. §. 1. Viguer. in inſtitutionibus capitu. 12. §. 1. in principio Bañes relect. de charitate. quæſt. 1. pag. 7. & 2. 2. quæſt. 24. articul. 5. Vbi Caietan. Aragon. Victo. & alij iuniores, & ibi expreſſe docet, D. Thom. & 2. Timoth. 3. lect. 3. & 1. 2. quæſt. 52. articul. 1. in fine corporis, & articul. 2. etiã in fine corporis, & clarius quæſtione. 66. articul. 1. & ibi Caietan. Medina. Conrad. Valentia diſpuatione. 5. quæſtione. 7. puncto. 3. & diſputa. 4. quæſt. 4. puncto. 2. qui conſtituit diſcrimen inter habitus intellectus, & voluntatis ſeu appetitus ſenſitiui. Vt illi augeantur extenſiue per additionem, hi vero nullum habeant augmentum extenſiuum, cuius diſcriminis ratio eſt: quia habitus affectiuus attingit immediate omnia obiecta materialia ſub eadem ratione formali motiua, ſeu ſub eodem formali motiuo: habitus vero cognoſcitiuus non item: ſcientiæ enim & quilibet habitus nitens diſcurſu ſyllogiſtico, vna ratione mouet ad vnum aſſenſum, alia ad aliũ, & habitus principiorum cuilibet principio per ſe noto aſſentitur propter ſe: ideo ergo qui eſt promptus ad vnam concluſionem vnius ſcientiæ non eo ipſo eſt promptus ad alias, præſertim quæ non ex illa deducuntur: ſed qui eſt promptus ad ſeruandam abſtinentiam in vna materia, eſt promptus in omni, quantum eſt ex parte habitus, licet ex parte obiecti, vel cognitionis vel paſſionum poſſit eſſe maior difficultas in vna materia quam in alia eiuſdem virtutis. Vt bene Suarez illa ſectione 11. numero. 41. & 42. Vnde non ſolum eſt vna tẽperãtia vna fortitudo, vna religio, vna obediẽtia, vna patiẽtia, vna charitas, vna ſpes, vna iuſtitia, vna pœnitentia &c. erga varias materias, variaque obiecta; ſed etiam ſine vlla modorum additione proxime & immediate per ſeipſam inclinat, & confert facilitatem ad omnia illa de vitijs autem oppoſitis dicta ratio non procedit, quia non ſub eadem ratione motiua declinant a medio virtutis, ſed ſub varijs. Vnde forte non ſe extendit ad plura obiecta niſi additione plurium modorum, vt in habitibus potentiæ cognoſcentis dictum eſt. Neque id erit contra D. Thomam, &

alios

Digitized by Google

alios relatos: omnes enim de ſolis virtutibus ad appetitum ſpectantibus loquuntur. Quanuis autem virtus ſecundum totam ſuam ſubſtantiam & intenſionem inclinet in omnia ſua obiecta & in omnes ſuas materias: tamen magis inclinat in media quam in finem, & charitas in Deum quam in proximum: quia propter quod vnumquodque tale, & illud magis, & in id quod magis participat rationem motiuam, vel conditiones, & ſic charitas inclinat magis in maiorem gloriam Dei, & in bonum eius, qui eſt magis agenti proximus: quia inclinat ad præferendum vnum alteri, & cauſat intenſiorem dilectionem vnius quam alterius, ſicut potentia ipſa licet ſit ſimpliciſſima, & indiuiſibilis, per ſe ipſam inclinat magis ad id, quod eſt maius bonum &c. vide Suarez, ſect. citata nu. 39. & 40.

36. *Obiectio.* Dices, ſi idem habitus ſecundum eundem modum intenſionis & ſine vario modo extenſionis inclinat ad dilectionem Dei & proximi, etiam producetur & creſcet dilectione Dei & proximi, & idem erit augmentum, ſi æque intenſa ſit dilectio; quoniam iuxta intenſionem actus eſt intenſio habitus. Conſequens videtur abſurdum, ergo

Solutio. Reſp. ſi ſermo ſit de amore ſupernaturali, nullam eſſe difficultatem, quoniam amor proximi ſi intenſio & cætera ſint paria, minus eſt meritorius & diſpoſitiuus, quam amor Dei, eo quod eſt minus bonus; & ideo minorem habitum infert quia non cauſat, neque auget habitũ, niſi diſpoſitiue aut meritorie: quanto autem charitas magis perficitur in ordine ad Deum, magis perficitur in ordine ad proximũ, & econuerſo. Ita Suarez ſupra, num. 43. ſi vero ſermo ſit de amore naturali, non eſt neceſſe, inquit Suarez, eſſe eundem habitum, quo dilligitur Deus & proximus, et idem forte eſt de naturali amore proximorum interſe, generatim loquendo de amore, qui poteſt eſſe ſub diuerſis titulis & rationibus, quæ interdum ſunt perſonales, & indiuiduales, interdum ſunt communes aliquibus, non vero omnibus: quando vero amor fundatur in ratione communi & ſecundum ſpeciem æque participata ab omnibus, vt eſt. v. g. amor proximi præcipue quia proximus eſt, & naturæ rationalis, ſic verum eſt, acquiſito habitu circa vnam, acquiri ad omnes & aucto reſpectu vnius, de ſe æque augeri ad omnes, quamuis ex parte apprehenſionis & aliarum circunſtantiarum poſſit non eſſe æqualis facilitas. Hæc ille cæterum in materia de charitate dicemus, ſi proximus diligatur vt eſt aliquid Dei, eodem habitu diligi, quo diligitur Deus, etiam ſi dilectio ſit naturalis. Fortaſſis tamen, quia actus dilectionis naturalis Dei eſt perfectior, licet non ſit intenſior, intenſiorem habitum producet, quia non tota intenſio habitus acquiſiti ex intenſione actus ſumenda eſt, ſed etiam ex perfectione eſſentiali vel indiuiduali intrinſeca, ſiue in hac, ſiue in alijs virtutibus exiſtat, quod pauci aduertunt. Imo aliqui negant, ſolius intenſionis rationem habentes, ait enim Suarez ſupra num. 43. & 44. quando actus ſunt æquales in intenſione, licet ſint inæquales in obiectis materialibus, æquæ augere habitum acquiſitum, ſi non ſint ſubordinati. Si vero proximus non diligatur, vt aliquid Dei non pertinet ad eundem habitum, ad quem dilectio Dei, ſed ad quandam virtutẽ moralem amicitiæ naturalis, ſi dilectio ſit naturalis, ſupernaturalis vero, ſi dilectio ſit ſupernaturalis, in qua fortaſſe ſunt variæ ſpecies ex varijs titulis, & motiuis, quod non eſt præſentis ſpeculationis. Ad eandem tamen virtutem pertinet amare Petrum, & amare alios, quia ſunt aliquid Petri: & tunc magis augebitur amicitia illa per amorem Petri, quam per amorem æquæ intenſum aliorum, ſi cætera ſint paria; quia amare Petrum eſt excellentior actus illius amicitiæ.

Sed quid quando actus ſunt ſubordinati, vt intenſio, & electio, augent ne æqualiter? 37. *Quæſtio.* Suarez illo nu. 44. recte ait, licet cum formidine, cæteris paribus, magis augere intentionem, eo quod perfectior eſt, & fons alterius: tamen quolibet horum actuum, quando augetur habitus in ordine ad intentionem, augetur in ordine ad electionem, & èconuerſo. Semperque habitus magis inclinat in intenſionem, quam in electionem, in finem quam immedia, addit incertum eſſe, an electio habitum augeat, & quidem ſi intentio præcedit, probabile eſt electionem, quæ non ſit intenſior, nihil addere ſecus, ſi fuerit intenſior, vt forte eſſe poteſt eo quod medium alias habeat commoditates, ratione quarum animus adiuuetur in illa electione; finis autem habeat aliquas incommoditates, quæ eius amorem remittant, ſi vero, nulla præcedente intentione, eligatur medium, vt conueniens ad finem, non dubito quin ea electio, quæ eſt virtualis dilectio finis, & nihil ſupponit productum per dilectionem finis, neque ipſam dilectionem finis, producat, vel intendat habitum, qui ordinatur ad dilectionem finis, & medij.

Ad fundamentum. 1. opinionis. R. quantũ 38. *Ad fundamentum. 1. Opinion.* eſt ex parte habit⁹, qui eſt prõptus in vna materia tẽperantiæ, vel religionis, &c. eſſe æque promptum in omnibus æque difficilibus, ſecus ſi ſint inæquales in difficultate: nam maior

ior intenſio requiritur ad reddēdum ſemper promptum in rebus difficilioribus eiuſdem virtutis. Secus etiam quantum eſt ex parte intellectus, & imaginationis, & appetitus ſenſitiui, neq. vero totum negotium referri poteſt ad intellectum, imaginationem, & appetitū: quia cernimus, iſtis eodem modo ſe habentibus, exercitatione, & aſſuefactione voluntatem reddi promptam aut promptiorem ad actus temperantiæ, religionis, fortitudinis &c. Cum autem non ſit dicendum ad ſingula obiecta materialia ponēdos eſſe ſingulos habitus, vel ſingulas extēſiones, dicendū eſt, eūdem habitum eadem indiuiſibili entitate, ſine vlla additione facilem reddere in omni materia. Et confirmatur, nam nemo dicet in ordine ad obiecta ſolo numero diuerſa ponēdos eſſe habit⁹ diſtinctos numero, vt vnus ſit habitus ad abſtinendum ab vno cibo, & alius ad abſtinendum ab alio eiuſdem ſpeciei: ergo: neq. ad obiecta ſpecie diuerſa ponendi ſunt habitus numero diuerſi, nā in moralib. nihil refert ꝙ vina, vel alij potus aut cibi differant ſpecie in eſſe naturæ, vel non, & eodē modo probari poteſt, ad obiecta diuerſa ſpecie non eſſe ponendas extenſiones numero diuerſas. Per hæc patet ad fundamenta. 2. & 3. opinionis. Sed circa. 2. obſeruandum eſt, illā vnionem habituum reſpicientium obiecta diuerſa ſatis eſſe confutatam ſuperiori ſect. Circa. 3. vero illud diſcrimē inter habit⁹ infuſos, & acquiſitos ibidē quoq. recte eſſe impugnatum: quia conſtat habitus infuſos non ſolū dare ſimpliciter poſſe, ſed etiam facile, cum ergo idem habitus infuſus affectiuus, ſine vlla additione extenſiua ſuperet varias difficultates circa varia obiecta materialia, idem de affectiuo acquiſito dicendum. Obſerua tamē Azorem lib. 3. c. 24. q. 3. & 4. tenere charitatem eſſe vnam ſimplicem qualitatem qua diligimus Deum proximum, & nos ipſos: ſimiliter vnicam tantum eſſe ſpem, vnicam pœnitentiam, & ſic de temperantia, & alijs virtutibus infuſis partis appetentis: ſed de acquiſitis probabile putat oppoſitum, quod aperte tenet Maior. quæſt. 3. prologi, vbi ait oppoſitum ſentire D. Tho. Altiſiodoren. Alenſ. & alios innumeros.

QVÆST. LIII. DE CORRVPTIONE, ET DIMINVTIONE HABITVVM.

DISPVTATIO. VI. AN, ET QVOMODO habitus minuantur, & corrumpantur.

SECTIO. I. VTRVM ALIQVI HABITVS CORrumpantur, vel minuantur ad corruptionem, vel diminutionem ſubiecti.

1. QVOD attinet ad corruptionem facile explicatur: dixim⁹ enim ſuperius, aliquos habitus etiā hominis eſſe immediate in ſubiecto corruptibili, videlicet in appetitu ſenſitiuo, & in aliquo ſenſu interno, quas potētias diſtinxim⁹, & ab anima eo quòd ſint materiales, & à materia. 1. quoniam ſunt eius accidentia. Quo ſuppoſito, conſtat corrumpi, quando corrumpitur homo: quia neq. manēt in materia, vt conſtat experiētia, neq. in anima, qm̄ ſolum retinet, & ſuſcipit accidentia ſpiritualia. Qm̄ autem incertū eſt an potentiæ illæ ſint immediate in toto compoſito, ꝙ eſt corruptibile, an in materia. 1. quę eſt incorruptibilis: incertū quoq. ſed non in pręſenti diſcutiendū eſt, an habitus exiſtentes in his potentijs, corrūpantur ad corruptionem ſubiecti remoti, quia vero D. Tho. cēſet, nulla accidētia eſſe immediate in materia. 1. ideo abſolute docet, eiuſmodi habitus corrūpi ad corruptionē ſubiecti. ſ. proximi, & remoti, vt

Digitized by Google

vt.q.præſenti a.1.Almai.1.moral. c.18. Angeſt.
in moral.c.5.§.3.Suar.to.2.met.diſput.44.ſect.
12.nu.13.vbi bene etiã docet,hãc corruptioné
habituum ad corruptionem ſubiecti etiam
habere locum in habitibus mere corporeis
quales ſunt ſanitas,& pulchritudo;& in ſpe-
ciebus corporeis quæ nõ ſunt ꝓprie habitus.

2 Sed de diminutione aliquando eſt maior
difficultas quoniam ſi habitus iſti minuũtur
ad diminutionem ſubiecti, fiet, vt continuo
fere minuantur;nam ſemper,aut fere ſemper
actione caloris naturalis,vel aduentitij reſol
uũtur aliquæ corporis partes, in quibus reſi-
dent appetitus ſenſitiuus, & ſenſus interni,
ergo fere ſemper auferetur ab homine ali-
quid habitus ſtudioſi, vel vitioſi, &cæt. ac
proinde fere ſemper reddetur homo minus
promptus ad actiones ſtudioſas, vel vitioſas,
refragante experientia. Neque valet dicere
in partibus ſenſus, vel appetitus ſuccedenti-
bus ſtatim generari aliquas partes eiuſmodi
habituum vice earũ, quæ calore vna cũ ſuis
partialibus ſubiectis reſolutæ ſunt. A quo.n.
generabuntur hi habitus, cum, vt ſupono,
nulli actus poſt reſolutionem illam eliciti
ſint:habitus autem ſolis actibus generentur.

3 Reſpondetur tamen,eiuſmodi habitus ac-
tione caloris naturalis minui quoad exten-
ſionem:quoniam ex parte corrumpitur eorũ
proximum ſubiectum,quod eſt potentia cor
porea;& remotum,quod eſt compoſitum ex
corpore,& anima;aut ſi ſunt in materia pri-
ma,ea redditur indiſpoſita ad has potentias
& cõſequẽtur ad eorũ habitus,qui cũ ſint di-
uiſibiles, & extenſi, neq; migrare poſſint de
ſubiecto in ſubiectum aut ſinẽ vllo ſubiecto
exiſtere,nõ poſſunt nõ corrũpi ex parte.For-
ſam autẽ in partib ſubiecti ſuccedẽtibus na
turaliter reſultat per ſe habit⁹, ſicut quãdo ho
mo extinguitur nimio frigore naturaliter re
ſultat in cadauere calor æqualis illi,qui erat
immediate incorrupto iuxta opinionem aſ-
ſerentium, accidentia corrupi non manere
eadem numero in genito,ſed tantum eadem
ſpecie, & gradu, quæ naturaliter reſultant
ex genito ſuppoſita tali rerum diſpoſitione
ſic reſultare dicunt aliam numero cicatricẽ
omnino ſimilem priori, &cæt. iuxta quem
modum dicendi concedendum eſt, habitus
corporeos ex parte generari per accidens,nõ
ex actibus,ſed ad generationem ſubiecti par-
tialis ſimilis præcedenti. Quod ſi nõ placeat,
dicendum eſt, quãdiu actus non repetuntur,
habitum manere minorem extenſiuè ex par
te ſubiecti,retenta tamen tota ſua intenſio-
ne in partibus, quæ calore naturali non ſunt
reſolutę aut diſpoſitæ diſpoſitione corrupti-
ua potentiæ, & ideo nos non experiri dimi-
nutionem huiuſmodi habitus. Si enim elici-
mus actum æquæ intẽſum & efficacem, licet
ſit minus extenſus, non poterit deprehendi
per experientiam ipſa habitus diminutio.

De habitibus vero exiſtentibus in intel- 4
lectu & voluntate, ſiue ſint impropriè dicti,
vt ſpecies,ſiue proprie dicti vt ſcientiæ,& vir
tutes morales,conſtat non corrumpi ad cor-
ruptionem ſubiecti; quoniam neq; anima,
neque præfatæ potentiæ ſunt corruptioni
obnoxiæ.

SECTIO. II.

Vtrùm habitus aliqui minuantur aut corrumpantur ex in diſpoſitione ſubiecti.

SVAREZ tom. 2. met. diſp. 44. 5
ſect.12.nu.14.15. & 16. Huic diffi-
cultati reſp.& triplici.3.cõc.1.eſt
aliqui habitus ſaltem impropriè
dicti,cuiuſmodi ſunt ſpecies ſenſibiles, cor-
rumpi poſſunt ex ſola indiſpoſitione ſubiec-
ti:probat,quoniam potentiæ ſenſitiuæ habẽt
organa corporea, quæ certam diſpoſitioné,
& temperamentum primarum qualitatum
requirunt,in quibus poſſunt alterari,& pluri
mum immutari, & ex hac parte poſſunt ad-
mutationem ſubiecti amitti,vel diminui ali-
qui habitus harum potentiarum:quod præ-
cipue, inquit, verum apparet de habitibus
apprehenſiuis, ſeu phantaſmatibus aut ſpe-
ciebus, de quibus vel ipſa experientia ſatis
conſtat,multum pendere ex diſpoſitione or-
gani:nam humiditas, vel ſiccitas cerebri con
fert ad conſeruationem harum ſpecierum,&
affectiones prouenientes ex diuerſis humo-
ribus ſanguineo verbi gratia, aut melancho-
lico,multum conferunt ad concipienda vel
formanda diuerſa phantaſmata; atq; ita non
eſt dubium,quin ex parte phantaſmatum fiat
mutatio in his habitibus ob alterationẽ ſub-
iecti,vel organi.

De proprijs autem, ſeu proprie dictis ha- 6
bitibus,qui per actus acquirũtur,quales ſunt
virtutes exiſtentes in appetitu ſenſitiuo, vel
vitia,putat,rem eſſe magis dubiam, an per ſo
lam mutationem organi immutentur: ſub-
iungit tamen. § 2. Aſſertionem:videtur pro-
babilius non immutari non in ſe, etiam ſi
quo ad vſum, & actus impediri aliquo-
modo poſsint,quia non eſt veriſimile amitti
proprios habitus vitiorum,aut virtutum mo
ralium, etiam prout ſunt in appetitu ſenſiti-
uo, per ſolam naturalem alterationem cor-
poris, ſine vllis actibus contrarijs:item quia
ſicut perſonæ ipſæ in ſua entitate non mutã-
tur propter organi alterationem, niſi tanta
ſit, vt omnino corrumpatur; ita veriſimile

eſt,habitus, qui ſe tenent ex parte potentiæ, imitari quoad hoc conditionem eius,præſertim cum fiant per proprios actus immanentes,qui ſunt ſuperioris rationis eſt itaque,inquit,probabilis hæc pars,quamuis incerta.

7 De habitibus autem intellectus,& voluntatis ſubiungit.3.concl. generaliter dicendũ eſt nunquam corrumpi vel inſeminui ex defectu ſubiecti vt recte docuit D.Tho.1.2.q.53. artic.1.& 2. Et ratio eſt, quia habent ſubiectum incorruptibile & in eo non requirunt peculiarem diſpoſitionẽ, per cuius alterationem ſeu amiſsionem ipſi amitti poſsint.Non deſunt tamen, qui in hoc differenrentiam aliquam conſtituant inter ſpecies intelligibiles & proprios habitus intellectus: nam de ſpeciebus intelligibilibus abſolute & ſine limitatione veram eſſe cenſent aſſertionem poſitam:de habitu tamen ſcientiæ verbi gratia,vel opinionis aiunt,amitti poſſe per accidens ob mutationem ſubiecti ſecundarij,nẽpe organi corporei; nam licet talis habitus non ſit proprie in illo vt in ſubiecto, pendet tamen ab illo quoad vſum & ideo videtur etiam pendere in eſſe ſuo.Quam ſententiam aliqui tribuũt D.Tho.eamq.indicant Almai. & alij nominales. Mihi autem falſa eſſe videtur.1.quidem quia nulla eſt differentiæ ratio: cum etiam ſpecies intelligibiles pendeant in vſu à phantaſmate & organo corporeo, quãdiu anima eſt in corpore: nam ſine phantaſmatibus nullus omnino vſus poſſet eſſe talium ſpecierum & nihilominus non pẽdent in eſſe ſuo à phantaſmatibus:nam etiam ſi in morte omnia phantaſmata corrumpantur, manent ſpecies in intellectu:idem autem eſt de habitu ſcientiæ,vel opinionis perſe loquẽdo,ſeu quantum eſt ex parte ſubiecti, vt eſt res certa & conſtans ex doctrina de anima. Deinde illa dependentia in vſu,tantum eſt ſecũdum quãdam concomitantiã aut tanquã ab inſtrumẽto inferiori,& poſteriori ideo nõ poteſt inde colligi depẽdẽtia in eſſe, alioqui etiam de ipſa anima ſimilis dependẽtia colligi poſſet. Relinquitur ergo proprios habitus ſpirituales nunquam corrumpi hoc modo ex parte ſubiecti quia diſpoſitio corporis nullo modo eſt cauſa conſeruans proprios habitus exiſtentes in ſpiritualibus potentijs animæ.Quando ergo.D. Tho. ſignificat, hos habitus pẽdere ex diſpoſitione organi corporei,intelligendus eſt.1.quidem ac perſe quantum ad vſum Secundario autem, & per accidens quantum ad eſſe, quatenus operatio vel diſpoſitio phãtaſiç poteſt eſſe occaſio vt in ſuperiori parte animæ fiant actus corrumpentes tales habitus ad eũmodum,quo dicebamus,ſciẽtiam poſſe obliuione amitti. Hæc Suarez.

Hæ cõcluſiones veræ mihi videntur neq; Almai. tenet oppoſitum. 3. Aſſertionis in habitibus prædictis & ſubiecto ſecundario,qui nimo id ipſum expreſſe docet.1.moral. cã. 18. Vbi ſic loquitur:qualitas corporea non eſt requiſita ad conſeruationem habituum in anima & probat ex anima ſeparata, quæ poteſt habitus acquirire & retinere independẽter à corpore,& ex Hieronymo in prologo Bibliorum,diſcamus in terris,quorum ſcientia perſeueret in cælis.Fatetur autem animam corpori coniunctam in vſu ſcientiæ à diſpoſitione corporis dependere refert etiam Ocã. 4.q.12.in reſponſione ad. 1. dubium,vbi probabile putat ex actibus intellectus,& voluntatis generari in corpore qualitatem quandam,qua corrupta, corrumpantur ipſi habitus intellectus, & voluntatis. Quem modum dicendi etiam refert,& merito varijs rationibus refellit Angeſtus in moralibus.c. 5. §.3.vt ſectione ſequentur videbimus & Vazquez diſp.81.c.1.numer.3.& c.2.num.9. Vbi probat habitus intellectus & voluntatis non corrũpi ad corruptionẽ,vel variationẽ bonæ diſpoſitionis corporalis ſenſuum vel appetitus:nã quamuis operationes intellectus & voluntatis pro hoc ſtatu multum pendeant à ſenſu, & appetitu, vel eorum operationibus,vt experientia conſtat:nulla tamen eſt ratio, vt dicamus,habitus prædictos aut ſpecies intelligibiles pendere ſecundum eſſe à diſpoſitione corporali:etenim potentiæ mutuo ſe iuuare poſſunt ad operationem propter naturalem conexionem,quam habent & hoc ſtatim fit nobis magis probabile: at vero nulla videtur ſubeſſe ratio, vt dicamus, formam quæ eſt in vna potentia pendere ſecundum eſſe ab alia potentia, aut diſpoſitione illius præſertim ſpiritualis à corporea, & materiali.Quo circa D.Tho.q.53.ar.1. Agens de corruptione habitus ex corruptione ſubiecti, vniuerſe docet,habitus intellectus & voluntatis non corrumpi corrupta bona diſpoſitione ſenſus aut appetitus, ſed illum tantum habitum corrumpi,qui eſt in ſenſu & appetitu, Hæc Vazquez. 8 *Auctor.*

SECTIO. III.

Vtrùm habitus per ſolam ceſſationem aut otium corrumpantur, &c.

GAB. 3. diſt.23.q.1.ar.3.dub.6.Almai. tract.1.moral.c.18.in fine Ocam. 4. q. 12. in reſponſione ad primũ dubium. Cenſent habitũ diminui & corrũpi per ſolũ otium, ſeu ceſſationẽ ab actu quoniã ab eo pendẽt in cõſeruari,nõ omnino vt lumẽ à ſole,vel creatura à Deo, quia lumen 9 *1.Opinio.*

lumen nullo modo poteſt manere ſine ſole,
aut creatura ſine Deo: habitus vero aliquo
tempore poteſt manere ſine actu, neq. ſicut
aliæ res quę ablata cauſa ſtatim minui inci-
piunt,licet non penitus ſtatim pereant, ſed
ſicut res,quæ ablata cauſa aliquandiu perma
net integra & ſine diminutione, non vero
multo tempore:quoniam hæc eſt eius natu-
ra,quæ per experientiam colligitur,nam ex-
perimur etiam ſi nullos actus contrarios eli-
ciamus,ſi diu ceſſamus ob operibus virtutum
moralium & intellectualium, præſertim ac-
tiam,non manere in nobis promptitudinem
ad illa: imo ſpecies ſenſibilis & intelligibi-
lis ſola ceſſatione & non vſu videntur in no-
bis minui & omnino deleri, vſu vero firma-
ri,& ſtabiliri.Vnde habitus ceſſatione minui,
& corrumpi indicat Ariſto.2.ethi.ca.3.in fine
vbi ait.Dictum ſit:igitur virtutem circa vo-
luptates doloreſque verſari & ex quibus fit,
ab ipſis augeri,& cum non eodẽ modo fiunt,
corrumpi,& lib.de longitudine & breuit vi-
tæ ca.2.dicens ſcientiam corrumpi nõ ſolum
deceptione, & errore ſed etiam obliuione,
quia nimirum hæc adducit ceſſationẽ ab ac-
tu,&.8.ethi.cap.5.refert illud vulgare dictum
taciturnitas amicitias complures diſſoluit,vt
probet quod dixerat diuturna abſentia ami-
citias quoq. obliuioni tradi,hoc eſt diſſolui,
idem D.Thom.quæſt.52.art.3. dicens per ac-
tus remiſsiores diſponi hominem ad diminu
tionem habitus:idem ait,2.2.q.24.a.6. argum.
ſed contra & Franciſcus de Chriſto.3.d.26. q.
6.concl.2.ait,habitus acquiſitus actu remiſſo
potius remittitur quã augeatur. 1.quia actus
trahit ad ſimilem habitum,ergo actus remiſ-
ſus ad habitum remiſſum.¶2.quia ceſſatione
deſtruitur habitus,ergo remiſsione remitti-
tur.¶3.Quoniam actu intenſo augetur habi-
tus acquiſitus,ergo remiſſo remittitur oppo-
ſitæ enim cauſæ inferunt effectus oppoſi-
tos.

Et mihi certe nõ apparet improbabile,ha-
10 bitus minui & corrũpi ſola ceſſatione vt im-
Author. petus(qui ex communi & vera opinione eſt
qualitas diſtincta realiter à motu & à mobili)
impræſſus cœlo,vel alteri mobili extra cœlũ
nullã habenti reſiſtentiã,paulatim extingue-
retur,eo ꝙ talis naturæ eſt vt exigat paulatim
Deum ſuſpendere influxum conſeruatiuum
ipſius.Idẽ in ſono & in lumine gloriæ fluenti
& in gratia excitante & in ſpeciebus ſenſibi-
libus internis cernitur,& Vaz.in præſ.d.81.c.2.
&.1.p.d.38.c.2.ait ſpeciẽ viſibilẽ abſente obiec
to à quo deriuata fuit,aliquãtulum in oculo
conſeruari,ſed paulatim euaneſcere,& idẽ vi
detur habere flama ignis,nõ enim videtur de-
ſtrui ab aere,ſed palatim euaneſcere,ergo idẽ
in habitibus,ſuffragante experientia,dici põt

vnde Ocã ſupra,põt dici ꝙ Deus nõ cõſeruat
quãdiu deficit exercitiũ actus diu.Et hoc mo-
do,hanc opinionẽ defendunt Almai. & Gab.
ſed Ocã aliũ modum ſubiungit defẽdẽdi illã.
Aliter(inquit)põt dici ꝙ ex frequẽti intellec
tione,& volitione põt generari & augeri ali-
qua qualitas corporalis, quę eſt cõſeruans ha
bitũ in intellectu & volũtate,ideo ad corrup
tionẽ illius qualitatis cõſeruãtis ſequitur cor
ruptio habit⁹ in anima,illa autẽ qualitas cor
poralis corrũpitur per actionẽ extrinſecorũ
agẽtiũ,quæ continue agunt in corpus alterã-
do diuerſi mode.Eiuſmodi ſũt elemẽta & alia
corpora multa,ꝓpter quorũ actionẽ augetur
qualitas illa corporalis,quãdo nõ augetur per
actum intellectus & volũtatis & frequẽtatio
nẽ.Et hęc(inquit)videt̃ eſſe ratio quare corrũ
pitur habitus in intellectu, & voluntate per
ceſſationem actuum.

Recte autẽ Angeſt.c.5.moraliũ.§.3. impug- 11
nat iſtũ modum dicendi tãquã mere fictitiũ.
¶1.Quia non videtur,cui parti corporis inhæ-
reant huiuſmodi qualitates aut qualis ſit ea-
rum actio conſeruatiua habituum. ¶2. Quia
varij ſunt animi actus non tranſmutatiui cor
porũ,tamẽ productiui habituum.¶3.Quia nõ
videtur,vnde eſſet cauſarum extrinſecarum
corporearum contrarietas ad illas qualitates
ab actibus corpori impreſſas, & cur potius
vnius quã alterius fuerit obliuio,vel corrup-
tio vnius habitus potius quam alterius. Hæc
Angeſt.Vnde ſi præfata opinio ſuſtinenda eſ-
ſet,potius eſſet ſuſtinenda illo priori modo à
nobis adducto,cui addendum eſſet,talem ha-
bitum,vt in eodem ſtatu conſeruetur, requi-
rere actus æquales,vt vero conſeruetur cum
minore intẽſione,ſufficere actus remiſsiores
præcedẽtibus,vt vero augeatur requirere in-
tenſiores,& nõ diutius permanere ſine exer-
citio actuum in vno homine, quam in alio,ſi
æque intenſus ſit,etiã ſi diſparitas magna ſit
in corporis diſpoſitione:nam,vt diximus,ha-
bitus intellectus,et voluntatis per ſe non pẽ-
dent à diſpoſitione corporis.

Cæterum communis opinio ſatis probabi 12
lis eſt,non corrumpi habitus ſola ceſſatione *2.Opinio communis.*
ſed actibus contrarijs, qui ceſſatione à pro-
prijs actibus adiungi ſolent. Ita Angeſtus in
moral.capit.5 §.3.citato Henricus quodlib. 5.
quæſtione.18.et in hac quæſt.53.articul.3. Vbi
id tenet expreſſe Medina et alij. Valentia
diſput.6.quæſt.5.punct.3. Suarez.2.tomo met.
diſputa.44.ſectione.12.nume.6. Maior.3. diſt.
23. quæſtione.7.Azor libro .3.capitulo. 25.
quæſtione. 4. Aragon. 2.2. quæſtione. 24. ar-
ticul. 6. Caietan. 1.parte, quæſt. 79. articul.5.
Vazquez diſputatione 80.capitulo ſecundo
qui hac fere ratione probat. Habitus eſt
qualitas permanens integra aliquo tempore
abſque

Digitized by Google

abſque influxu,& efficientia actus; adeo, vt etiam ſi eo tempore maneat actus,nullo modo conſeruet habitum, eo quod habitus eo non indiget, ergo à ſolo Deo conſeruatur: non enim eſt aliqua cauſa proxima efficiens à qua pendeat ablato actu : influxus autem 1.cauſæ de ſe eſt perpetuus niſi noua cauſa. 2.interueniat,quæ poſtulet ablationem talis influxus:in præſenti autem ſola ceſſatio ab actu eo quod diturnior ſit, non eſt noua cauſa perſe loquendo.Gratis autem dicitur,hanc eſſe naturam habitus , vt ſi diu non exerceatur,ſtatim minui incipiat, & tandẽ corrumpatur,Deo ſuſpendente influxum, nam neq. experientiæ, neq. auctoritates id euincunt, vt patebit.Secus in ſono & impetu & ſpeciebus imaginatiuæ & in quibuſdam ſupernaturalibus qualitatibus fluentibus . Quæ tamẽ exempla negãtur à multis & à pleriſq. in dubium reuocantur; & licet admittantur, non ſunt omnino ſimilia:nã impetus (& idẽ de cæteris dici poſt) non eſt qualitas natura ſua permanens aliquandiu in eodẽ ſtatu, ſed ſemper eſt,aut incontinuo augmento,aut in diminutione:at vero habitus, vt experimẽto cõſtat,eſt qualitas,quæ aliquãdiu manet integra,&in eodẽ ſtatu independẽtur ab actu:cur ergo non poterit ſemper ſic manere quandiu nõ deſtruatur à contrario? Conf. quia finito illo tempore integræ quietis & permanentiæ,inquiro,an remiſſio continue fiat, an vero per moras alias interrumpatur?Si.1.dicatur elapſo illo primo tempore quietis & permanẽtiæ breuiſſime corrumpetur totus habitus præſertim ſi totus habitus erat remiſſus: facile enim per continuam detractionem abſumetur talis habitus,tametſi mot⁹ remiſſionis tardus ſit : Conſequens autem eſt contra experientiam.§ 2.Vero volũtarie dicetur:nullo enim ratio eſt cur poſtquam habitus cæpit dĩ minui,non continuetur diminutio vſque ad totalẽ corruptionem. Omitto alias rationes quæ falſa,vel valde incerta ſumunt, quin & prædictis facile occurri poſſet, & ideo licet hanc.2.opinionem probabilem putem,dubito,an ſit probabilior quam oppoſita.

13 Suſtinendo autem hanc.2. opinionem. ad. 1.argum.quantum attinet ad ſpecies memoriæ ſenſitiuæ.Reſp.Vazquez ſupra,ca. 3. nunquam deleri ſolo otio,quia non pendent ab actibus in fieri,neque inconſeruari,nimia tamen aliarum rerum conſideratione non ſolum impediri ab vſu,ſed forte aliquando deleri:id vero contingere ex aliqua organi in diſpoſitione.Sed hoc non placet, quia conſideratio aliarum rerum non magis lædit organum in ordine ad ſpecies à quibus non elicitor,quã in ordine ad eas à quibus elicitur,manifeſtum autem eſt poſt multum otium , vel aliorum rerum cognitionem , non ocurrere ſpecies,quæ ante occurrebant : ergo ſignum eſt eſſe ſecundum ſuam ſubſtantiam deletas. Aliter ergo ad argumentum. Reſp. per ceſſationẽ actuum abſq. actibus cõtrarijs amitti ſpecies ſenſibiles ſecundum ſubſtantiam ſuã, ideoq. amitti ſpecies intelligibiles & ſcientias,non in ſua ſubſtantia , ſed quo ad vſum, maxime ſi impedimenta,vt fieri ſolet, oriantur,interquæ oportet cõputare ſpecies aliarũ rerum,quæ priores obruunt & ſopiunt, earũ que vſum impediunt.Imo aliqui dicunt,tantam poſſe eſſe multitudinem ſpecierum , vel habituum ſuperuenientium intellectui & voluntati vt excludant,vel minuãt priores:quoniam capacitas paſſiua potẽtiæ in ordine ad ſpecies,& habitus finita eſt,& limitata: cuius oppoſitum docet Suarez ſupra:id tamen non probat,neq. facile probari poteſt:ad rationẽ namq. qua id probat Vazq. illo capitu.3. ſcilicet quia ad conſeruationem talium habituum nullum conatum apponit intellectus aut virtutem ex erit:ergo quanuis eius virtus finita ſit, poterit illos omnes, & quotcunq. alios conſeruare,facile dici poteſt; non ſolũ potentiam actiuam, ſed etiam paſſiuam eſſe ſuo modo finitam,& ſicut actiua propter ſuã finitatem non poſt ſimul quotcumq.actus elicere,ita nec paſſiua quotcunq. actus, & habitus recipere,& retinere,quod ſi verũ eſt, iam non ſolum actibus contrarijs, ſed multitudine actuum & habituum diſparatorũ minuetur & tandem omnino deſtruetur totus habitus intellectus,vel voluntatis.Autores autem ſecundæ opinionis expreſſe docent ſolum deſtrui in ſe,& perſe actibus contrarijs; per accidens autem,vel quod vſum deſtrui etiam actibus diſparatis & ſic explicãt Ariſto. libro de longitudine & breuit.vitæ.ca.1.

Vbi ait,ſcientiam obliuione corrumpi, & quidem in habitibus voluntatis deſtructio quoad vſum facilis eſt quoniam memoriæ & habitus diſparati dirigunt & inclinant ſæpe ad actus incompatibiles,licet non contrarios & ideo impediunt actus aliorum habituum.Deſtructio etiam per accidens facilis eſt,quia cum homo ceſſat ab exercitio virtutis,inſurgunt cogitationes & paſſiones , quæ inducunt actus cõtrarios,quibus habitus ipſi deſtruũtur,vt homine non exercente ſcientiam offerunt ſe rationes,quæ errorem inducunt,ſcientiamq. corrumpunt.Videãtur Angeſtus & Suarez,ſupra & Vaz.illo c. 3. qui ait interdum ocurrere ocaſiones, quibus poſitis ſi nõ eliciantur rectæ operationes,prauæ ſunt eliciendæ,quibus ſtudioſus habitus corrumpetur,vt quia neceſſe eſt comedere , & bibere , ſiquis non comedat & bibat temperate, opus erit comedere , & bibere intemperate & ſic 14

Digitized by Google

& ſic virtus temperantiæ otio illo per accidens corrumpetur. Limitat tamen hoc ad temperantiam appetitus ſenſitiui; nam de ea quæ eſt in voluntate, putat, non corrumpi neceſſario adueniente occaſione, etiam ſi non exerceatur. Si quis enim ex malo fine, non ob honeſtatem obiecti comedat quod, quantum oportet &c. non exercebit temperantiam, neque intemperantiam, neque corrumpetur aut minuetur in eo habitus tẽperantiæ exiſtentis in voluntate. Sed ego credo idem contingere poſſe in habitu appetitus ſenſitiui: nam ſi homo comedat, qund oportet &c. non quia ita apprehendit conuenire corpori, ſed ob aliam rationem bonam, vel malam, non exercebit virtutem appetitus ſenſitiui; neque vero illam deſtruet, aut minuet: itaque neque oblata occaſione neceſſe eſt, ſi non exerceatur virtus, deſtrui, vel minui à contrario licet id paſſim contingat & iuxta hæc etiam exponunt Suarez, Medina & Aragon ſupra Caietan. 2.2. q. 24. artic.6. Vazquez diſput.80. capitul.1. & alij Thomiſtæ quod ait, D. Thom. per actus remiſſos diſponi potentiam, vt in ea minuãtur, aut corrumpantur habitus: nimirum, dum quis tepide, & remiſſe operatur, facile inſurgunt paſſiones, quæ cauſant contrarios actus, ſaltem indeliberatos, quibus vnus habitus generatur & alius corrumpitur, ex quibus etiam patet ad ſetundum argumentum, & ad id quod ait Ariſtotel. 8. ethic. capi.5. multas amicitias ſilentium diſſoluit, nimirum quoad vſum, vel etiã quoad ſubſtantiam; per accidens tamen, vel vt explicat Vazq. illo ca. 3. num.16. quantum ad aliquid, quo amititia cõpletur, nempe, quòd amor ſit vtrique notus, & beneficijs confirmatus: nã hoc eſt de eſſentia amititiæ vt docet Ariſto. 9. ethic. cap.5. & Vazq. 1. par. d. 84. capitul.2.

15 Dices ergo habitus principiorum numquam poterit quoad ſubſtantiam corrumpi: quia non poſſumus diſſentiri primis principijs, ac per conſequens neque actus habere tali habitui contrarios. Almai. ſupra conſequenter ad opinionem ſuam docet poſſe deſtrui, non per actus contrarios, ſed per ſolam ceſſationem, licet addat facile ſubſtineri poſſe, non generari habitum ex aſſenſibus primorum principiorum eo quod potentia ad eos aſſenſus ex ſe ſit ſatis propenſa, & inclinata. Sed tenendo, vt ſupra tenuimus, dari verum habitum reſpectu primorum principiorum & defendendo ſecundam opinionem huius ſectionis, dicendum eſt quoad principia per ſe nota ex terminis eſſe incorruptibilem; quia illis diſſentire nõ poſſumus; & ita docet D. Thom. in hac quæſt. 53. art.1. Medina, & omnes ibi Angeſtus ſupra & probabile putat Almai. quoad principia autem nota per ſolam experientiam, vel inductionem, corrumpi poſſe, quia eiuſmodi principijs poſſumus diſſentire defectu inductionis & experientiæ.

Medina illo art. 1. reddit aliam rationem incorruptibilitatis habitus primorum principiorum, quia eſt inditus animæ: quæ ratio parũ vrget. 1. quia multi, etiã in ſẽtẽtia D. Tho. ſatis probabiliter putant, hunc habitum ſecundum ſe omnino eſſe genitum per actus noſtros: alij ſaltem eſſe genitum quo ad principia, quæ nõ ſunt nota ex terminis. ¶ 2. Quia ſicut aliquis calor põt expelli ab igne (imo & omnis, ſi non prius corrumpatur) quamuis ſit naturaliter inſitus igni, ita etiam ſi habitus principiorum eſſet nobis inditus, ſeu inſitus à natura, poſſet corrumpi, ſi poſſemus habere aſſenſus contrarios.

16 Quod dictum eſt de habitu principiorum quæ ſunt per ſe nota, dicẽdum de habitu, quo amo beatitudinem in communi vel odio habeo ſummam miſeriam in opinione eorum, qui docent, nos non poſſe odio habere beatitudinem vel amare ſummam miſeriam, ita Angeſtus ſupra & probabile cenſet Almai: Ocam tñ in fine tertij ſententia & alij tenentes poſſe odio haberi beatitudinem in communi, & amari ſummam miſeriam, dicerent eiuſmodi habitum poſſe corrumpi à contrario vt prædicti aduertunt. Item Ocham & Gab. alijq; tenentes habitum poſſe ſola ceſſatione corrumpi, concedunt, hac ratione prædictum habitum corrumpi poſſe.

17 Ad 3. argumentum ab exemplis ductum in ſolutione. 1. argum. & in probatione. 2. opinio. Obiter reſponſum eſt. Sed adhuc ſupereſt dicendum aliquid ad exemplum de ſpecie viſibili. Reſpond. Vazquez illo cap. 3. numero.16. negari non poſſe relinqui in oculo ſpeciem aliquam viſibilem, qua video figuram & colorem obiecti iam abſentis, vel deſtructi, vt ex Ariſtot. & Auguſt. putat ſe probaſſe. 1. p. diſp.38. c.2. ſed ait hanc ſpeciem non manere ſine aliqua cauſa efficiente, & conſeruante: nam vi luminis refracti in vehementi obiecto imprimitur aliqua qualitas phyſica oculo, experimur enim ipſum alterari & aliquomodo lædi, quam quidem qualitatem Ariſt. lib. de in ſomn. & imaginibus vocauit commotionem, aut motiunculam, inquit enim talis commotio comitari ſolet (ſcilicet viſionem) & paucis interpoſitis ait, quoniam motiuncula à lumine excitata in oculis adhuc fouetur, illa igitur phyſica alteratio ſenſorij eſt cauſa efficiens conſeruans ſpeciem ſenſibilem; & ideo eam imperfectã conſeruat, quia non eſt primaria & præcipua

pua

pua eius cauſa: deficit ergo ſpecies deficiente eius cauſa conſeruante: cauſa autem conſeruans, quæ erat commotio illa paulatim corrumpitur à natiua virtute animalis reducente oculum & ſenſorium ad ſuum naturale temperamentum, hoc ergo exemplum non probat eſſe aliquam qualitatem, quæ aliquo tempore non poſſit eſſe ſine cauſa 2. conſeruante deinde vero nullo adueniente contrario, aut incompatibili ſola ſuſpenſio-
18 ne diuini concurſus paulatim euaneſcat. Hæc Vazq. quæ difficultate non carent: nam pauci admittent, ſpeciem & notitiam viſiuam conſeruari vel ad momentum poſſe deſtructo obiecto, & illa apparentia in contrarium videtur potius ad imaginationem quam ad viſum pertinere: nam læſio organi facta à vehementi ſenſibili turbat imaginationem, & ita apprehendit videre, quod non videtur vt in ſomnijs contingit, & eſto ſeruetur ſpecies & viſio aliquátulum in abſentia obiecti, videtur id reduci non poſſe ad illam organi commotionem & læſionem, quæ ſane conſiſtit in qualitatibus primis vel raritate aliqua ſenſorij vel diſſipatione diſtractione aut diſcuſſione aliquarū eius partium, in quibus ſane nulla eſſe poteſt vis effectrix aut conſeruatrix ſpeciei viſibilis, alioqui etiá nulla præcedente præſentia obiecti poſſet aliquādo effici, & conſeruari ſpecies in oculo, & quando non ſtatim reducitur oculus ad natiuum temperamentum, non ſtatim deſtrueretur ſpecies, & viſio, et in alijs ſenſorijs ſimili modo poſſet ſpecies fieri, et conſeruari. Dicendum ergo eſt, vel ſpeciem, et viſionem in abſentia obiecti non manere, vel ſi manet, paulatim deſtrui breuiſſime ſola ſuſpenſione diuini concurſus, quá exigit natura ſpeciei, & viſionis, quando obiectum abeſt à quo propter eius vehementiam ita fuit impreſſa, vt eo abſente, aliquantulum etiá perſeuerare poſſet. Ad exemplum de impetu & impulſu impreſſo proiectis. R. Vazquez impetum imprimi proiectis, alio enim modo intelligi nequit quo pacto proiecta, cum loco diſiūcta ſunt à proijciente moueri poſſint, & quæ ſit cauſa noui motus: nam cum motus ſit de genere ſucceſſiuorum, & ita continuo ſuccedat in eo noua pars deſinente priori, neceſſe eſt aſsignare cauſam aliquam permanentem coniunctam paſſo, quę ſit cauſa partium motus nouiter ſuccedentiū quo circa non debet probari eorum opinio, qui dicunt, impetum eſſe de genere ſucceſſiuorum: ſic enim eadem rediret difficultas nempe quæ ſit cauſa partium nouiter ſuccedentium: nam præcedentes eſſe non poſſunt, cum iam non ſint, tum etiam quia vna eſſet cauſa alterius ſine fine.

Præmiſſa igitur opinione communi aſſerente prędictis imprimi qualitatem, quam impetum vocamus. Reſp. ad argumētum, vel deſtrui in prædictis ab alio impetu contrario deriuato ex naturali virtute mobilis, vt ſi proiectum directe ſurſum, ſit graue, ab impetu, quem producit grauitas, qui tandem impedit directum motum ſurſum & facit vt ſagitta v. g. in modum arcus declinet a via recta & deorſum poſtea etiam in modum arcus redeat quanuis tandem extincto, vel debilitato valde impetu impreſſo à proijciente, ſagitta directe omnino deorſum veniat: graue autem imprimere ſibi impetum deorſum cum ſurſum proijcitur. Prob. quia, cum detinetur extra proprium locum a manu, imprimit ei impetum, vt deſcendat deorſum, ergo & ſibi, & hoc eſt grauitate in illo loco, quem impetum antiqui appellarunt grauitatem accidentariam, & dixerunt, augeri in motu naturali, quo maior eſt, & ideo talem motum velociorem eſſe in fine quam in principio. Sed difficultas eſt à quo corrumpatur impetus lapidi impreſſus, cum terram attingit, ſtatim enim extinguitur, vel certe modico tempore in lapide quieſcente durat, in quo nullus eſt contrarius impetus. 19

¶ 2. A quo extinguitur impetus, quem quis imprimit muro vel terræ cum nititur ipſam mouere à loco ſuo, vel grauitate propria vel virtute motiua animali & non poteſt ipſam mouere quia eius reſiſtētia ſuperat virtutem actiuam tūc enim, quáuis nō recipiat motū, nō eſt dubium, quin recipiat impetum, ſicut quando moueri poſſet, quia nullum habet impedimentum ad recipiendum impetum, ſicut ad recipiendum motum. Ad has duas difficultates vt reſpondeat Vazquez, notat doctrinam Archimedis, ſcilicet terram omniaque grauia illi coniuncta, quaſi eſſent vnū corpus, ponderibus ſuis librari, vt docet Ouid. 1. Metamorphoſ. in principio de ipſa terra, ponderibus librata ſuis & habere centrum ſui ſimul penetratiue cum centro mundi & ſua grauitate perpetuo ad hoc conari, ac proinde ſibi & corporibus, vel partibus inferioribus ſecum coniunctis imprimere impetum, quo ſuo centro centrū mundi attingat. Sicut, quando gutta aliqua in puluerem cadit, omnes eius partes in modum orbis ſe contrahunt, & comprimunt, centrum autem grauitatis terræ eſt indiuiſibile illud, à quo ſi ducantur lineæ ad totam peripheriam ipſius terræ per lineam rectam, eſt æquale pondus ex vtraque parte & hoc centrum in omni corpore graui neceſſe eſt reperire, cum igitur centrum grauitatis terræ penetrat centrum totius mundi, terra quieſcit. Variata autem grauitate terræ in aliqua

parte

parte quia ex illa parte magis, vel minus pō-
deris habet variatur centrum terræ, & ideo
neceſſe eſt terram moueri, vt tale eius cen-
trum penetret centrum mundi: mouetur au-
tem motu trepidationis deſcendēdo iam ex
vna parte iam ex alia donec ponderibus ſuis
ex omni parte librata quieſcat. Poteſt autem
terra magis ponderare ex vna parte, vel pro-
pter maiorem grauitatem, vel propter im-
petū, quem aliquid illi impreſſerit, vt deor-
ſum feratur. Vt ſi graue aliquod deorſum deſ
cendat, addet pōdus & ſua grauitate & impe
tu, quem terræ imprimit, quem extinguit
impetus, quem pars terræ oppoſita imprimit
ſua grauitate, quo extincto, centrum natura-
le terræ acquirit centrum mundi, & in eo
quieſcit, ſicut antea. Similiter impetus im-
preſſus muro, quem manu conor impellere,
extinguitur ab impetu terræ oppoſitæ, quia
impetus à manu impreſſus, vel cōtendit mo-
uere manum deorſum, vel ſit à me, qui terræ
nitor & ita eam impello deorſū & ita nullus
impetus euaneſcit defectu conſeruantis, ſed
omnis à contrario minuitur, vel totaliter ex-
tinguitur. Hæc Vazq.

Quæ tamen argumento non ſatisfaciunt,
20 quod procedit in impetu impreſſo toti ipſi
mudo ab aliquo angelo producto, vel produ-
cibili habente vim proijciendi illum quaſi
pilam in aliud ſpacium imaginarium, & idē
eſſet de alio corpore producto extra omne
cælum, ſaltem nullam habente grauitatem,
vel leuitatem aut aliud principium motium
a quo verſus mundum impelli poſſet, proce-
dit etiam argumentum in proiectione gra-
nis verſus terram: nam ſi à cælo in terram Le-
ue impetu proijceretur, antequam terram at-
tingeret, extingueretur in eo impetus impreſ
ſus à proijciente, vt etiam in proiectis ex lo-
cis non adeo emineutibus experimur, ad mo
dicam diſtantiā remitti, & extingui, ſolumq.
manere impetū impreſſum à grauitate intrin
ſeca. Deinde ſi angelus corpus glorioſum, vel
auis quæ terræ non nititur, ſed in aere vo-
litat, impellat murum non deorſum, ſed ſur-
ſum, vel ad latus aliquod, impetus terræ, è re-
gione oppoſitæ cum impetu impreſſo muro
non pugnat, ergo tunc ab illo nō extingue-
tur, ſed mera ſuſpenſione diuini in concurſus
vel ab ipſa grauitate muri, & idem eſſet, ſi
animal terreſtre miraculoſe poſſet eſſe in
aere, non nitendo terræ, vt certe naturaliter
cōtingit poſtquam ſaltu elatus eſt in aerem,
tunc enim non nititur terræ, tamen impelle-
re poteſt parietem: ſi igitur tunc imprimit im
petum, quærēdum eſt, à quo impetu deſtrua-
tur. Deinde cum ſuperfluus ſit impetus in re-
quæ moueri non poteſt, credo in ea nullum
impetum imprimi, alioqui ſi mille ex varijs
partibus connētur terram impellere, quando
moueri à nullo eorum poſſet, mille impetus
per totā terram imprimerent, quoniā impe-
tus non poteſt vni parti imprimi, quin ſimul
imprimatur omnibus partibus, & rebus con-
iunctis, quæ, illa mota, moueri neceſſe eſt.
Deinde non probo illam ſingularem mathe-
maticam, ſeu potius phyſicam Archimedis.
Si enim quilibet impetus, vel grauitas addita
hinc terræ & non è regione, facit ipſam trepi-
dare, continuo erit, (& non parum) trepida,
& inquieta, eiuſq. motus cōparatione auium
volantium in aere, vel hominis ſaltantis per-
cipi poterit: nam cum homo ſaltum facit, ſi
contingat terram velocius aſcēdere propter
grauitatē è regione additā, antequā homo in
ſaltu deſcendat, ipſius pedes cōfractura vide-
tur, aliaq. huiuſmodi quotidie experiremur.

Deinde non video, quomodo centrum in 21
corpore tam inæquali & difformi & non per
fecte circulari, neq. ouali, neq. vniformi ſe-
cundum grauitatem, aſſignari poſſit, ita vt
verſus nullam partem cœli ſit maior grauitas
quam verſus aliam, non igitur terra cum om-
nibus grauibus illi coniunctis appetit habere
centrum ſuum ſimul cum centro mūdi, alio-
qui cū tota terra de cœlo deſcēderet, vt cētrū
mūdi attingeret, naturaliter aſcēderet ſiū me
dietatē ſuam & ſimiliter in motu, qui fingi-
tur trepidationis. Sed hoc eſt falſū quia om-
nia grauia conantur appropinquare centro,
niſi alia grauiora infra ſe habeant, & licet da
mus medietatem grauitatis addita ſibi alia
grauitate, vel impetu impellere ſuum ſubie-
tum & reliquam medietatem terræ, vt cen-
trum totius terræ penetret centrum mundi,
cum tamen aliæ partes reſiſtant, poterit mo-
tus impediri, eo quod illæ partes maiorē ha-
bent reſiſtentiam, quam iſtæ actiuitatem, ſi-
cut contingere poteſt; vt ex duobus ani mali-
bus inæqualibus ſecūdum vires ſuas, neutrū
ſuperet ſua actiuitate reſiſtentiam alterius
ideo neutrum poſsit alterum proſternere.

Sed adhuc contra id quod. 2. opinio aſſerit, 22
habitus non corrūpi ſola ceſſatione, argum.
quia ſic habitus mali manebunt in patria nō
enim corrumpitur ceſſatione, & fieri poteſt
vt non eliciantur actus contrarij, quibus cor-
rumpantur. Reſp. Maior. 3. diſt. 23. q. 7. *Habitus
illos in patria non fore, quia eſſent inanes, cum nun-
quam ſint reducendi in actum, neque pertineant ad
decus ſubiecti, ſed ad dedecus: corrumpuntur ergo
in prime non eſſe vita, vel in primo eſſe beatitudinis
prius natura quam homo ſit beatus ante purgatoriū
vel poſt purgatorium*, ſed non explicat Maior,
quomodo corrumpantur: dico ergo corrum-
pendos eſſe, vel per actus contrarios,
qui tunc elicientur, vel ex vo-
luntate dinina.

Sect.

Digitized by Google

SECTIO. IIII.
Vtrum habitus ab actibus immediate corrnmpantur.

23 NON inquitimus, an cotrumpantur immediate ex parte corrupti, ita vt nihil prius cotrumpatur ab actibus quam ipſi habitus hoc enim ſenſu certum eſt, corrumpi immediate ab actibus: & in eodem ſenſu verum eſt, habitus perſe corrumpi ab actibus, ideſt non alio prius corruptn. Solum ergo inquitimus, an actus immediate, ideſt non medio habitu per ipſum producto, cottumpat habitum inclinātem ad oppoſitum actum. Partem affirmantem tenet Gregor.1.d.17.quæſt. 3. artic.2. ad.10.exiſtimans, non poſſe habitum virtutis, v. g. temperantiæ introduci, donec omnino ſit deſtructus habitus vitij oppoſiti nempe intemperantiæ, qui habitus paulatim deſtruitut per actus nullum habitum introducentes: alioqui darentur, in eodem ſimul habitus temperantiæ & intempetantiæ: quod falſum eſt: nam eadem repugnantia eſt inter habitus, quæ eſt inter actus: ſed actus temperantiæ, & actus intemperantiæ ei oppoſitus non poſſunt eſſe ſimul etiam in gradibus remiſſis, ergo neque habitus temperantię & habitus intemperantiæ ei oppoſitus. Sicut neque habitus ſcientiæ & erroris, & generatim docet Gregorius, formas contrarias non poſſe eſſe ſimul in gradibus remiſſis. Hanc ſententiam tenet etiam Maior. 2. ethic.capit.2. in fine, quæſtione.1.&.3. d.23. quæſt. 3. ad. 4. Molina, 1.par.quæſt.27. artic.1. diſput. 8. membro.2. §. quod ſi quis objiciat Argentina.3.d.23.quæſt.1.artic.2. Angeſtus in moralibus capitu. 5. §.3. ait eſſe communem. Eandemq. tenet Almainus in moralib.tract. 1. capitu. 18. ad finem, qui idem ait in calefatione aquæ, vel alterius rei frigidæ, nimirum non ptoduci calorem, dnnec tota frigiditas deſtructa ſit, ſed addit ita in habitu & alijs qualitatibus dicendum eſſe, tenendo qualitates contrarias neque in gradibus remiſſis poſſe eſſe ſimul. Hanc opinionem tenet etiam Geruaſius in libro notitiatum tractat. de habitibus: videtur Palu.d.3.d. 33. quæſt. 2.artic.2. ad. 1. inſtantiam, vbi ait nec habitus contrarios neq. calorem & frigiditatem poſſe eſſe ſimul etiam in gradibus remiſſis.

1. Opin.

24 Quam alio quoq. de argum. confirmare poſſumus, quia ſi actus ſolum expellit habitū efficiēdo habitus in gradu intētio ac perfecto nonquā acquiretnr: cōſequens eſt, eſt falſum ergo: ſequela probar. nam in alijs cōtrarijs & habentibus latitudinem graduum ita contingit, vt non poſſit expelli remiſſus gradus vnius contrarij niſi per contrariam formam intenſam: veluti frigus vt vnum nam expellitur niſi per calorem vt.8 quia ſubiectum eſt capax caloris, vt.7.& ſimul cum frigore vt vnum: eodem igitur modo habitus temperantiæ vt vnum non expellitur niſi per ſummum habitum intemperantiæ: quia ſi nō ſit ſumma intemperantia poterit temperantiam aliquam admittere & ita non excludet remiſſam temperantiam: conſequens autem eſt falſum: experimur enim habitum acquiſirum per actus remiſſos temperantiæ omnino deſtrui prn actus remiſſos intemperantiæ & è contra: actus autem remiſſi intēſos habitus generare nequeunt, ergo habitus remiſſus poteſt totaliter corrumpi non introducto contrario habitu intenſo confit. nam quādo habitus ſcientiæ & memoriæ corrumpitur actibus non contrarijs ſed diſparatis non producitur habirus contrarius quo per accidens expellatur, ſed actibus illis diuerſis per accidens habitus quaſi obtuitur: poteſt ergo corrumpi habitus ſine contrario habitu per ſolos actus contrarios incompatibiles.

25 2.Opinio eſt habitum per actus corrumpi non poteſt niſi introducto contrario habitu ita Gab.3.d.23.quæſt.1.attic.3.dubio.6. Medina hac quæſtione.53.artic.1. Vazquez diſput. 81. capitul. 2. Azor lib.3. capit.23. quæſt.1.&.2. Suarez, tomo.2.metap.diſput.44.lectione. 12. nume.21. & in hanc opinionem declinare re videtur Angeſtus capit.5.moral.§.3.(licet opinionem contrariam dicat eſſe communem.) Zumel.quæſt.71.artic.1.diſp.2.§.ſed dubitabit aliquis, imo idē videtur tenere Maior.3.d.23. quæſt.6.&.7.

2.Opin.

Concl.3.

Probatur, quia nihil corrumpitur, niſi alio producto: ergo non corrumpitur habitus ab actu niſi alio habitu producto ab eodem actu. Si dicas habitum non cortumpi effectiue ab actn, ſed formaliter ab actu, & effectiue à potentia producenre actum. Contra quia forma ſolum expellit formaliter formam ibi contrariam: actus autem, & habitus non ſunt formæ contrariæ, cum ſint diuerſorum generum, comparenturq. ad inuicem ſicut potentia, & actus: habitus enim quatenus conſtituit in actu. 1. & dat vim agendi, ſapit naturam potentiæ: ergo actus non expellit formaliter habitum, vt neque ècontra: poteſt enim aliquis ſine alio miraculo recipere habitum valde intenſum temperantiæ, & ſimul retinere actum intemperantiæ non ſolum remiſſum, ſed etiam intenſum, quia, videlicet, non eſt formalis contrarietas inter iſtas formas, & habitib. poteſt quis vti vt velit ac ptoinde nihil illis pducere, vel

corrum-

Digitized by Google

corrumpere.Conf.quia habitus non expellit immediate actum ſed medio alio actu: ergo neque actus expellit immediate & formaliter habitum,ſed effectiue tãtũ & medio alio habitu.Neque Greg.aut alij auctores prioris opinionis vnquã dixere,actu expelli formaliter habitum,ſed effectiue tantum,neq.habitũ cum illo formalẽ oppoſitionẽ, ſeu contrarietatem habere,ſed virtualem. Docẽt enim, contraria non poſſe eſſe ſimul, etiã in gradibus remiſſis:actum autem temperantię poſſe eſſe ſimul cum habitu intemperãtiæ, vt in eo qui conuertitur ad Deum poſt intenſiſſimos habitus vitioſos, conſtare dicunt: talis enim nõ protinus exuit habitũ vitioſum: tñ ſtatim elicit actum temperãtiæ & alios huiuſmodi.

26 Neq eſt incõueniens dari actionẽ,qua immediate aliquid deſtruatur,& ꝙ non eſſe alicuius rei immediate dicatur egredi ab agẽte, ſiue egreſſu conſiſtente in poſitiuo,ſiue,quod probabilius eſt,in negatione,& dependentia negatiua ipſius termini negatiui ab agente, quatenus non eſſet ſuo modo talis terminus, ſeu non eſſe alicuius rei,niſi tale agens poneretur. Sic enim grauitas lapidis immediate corrumpit & deſtruit impetũ impreſſum ab eo,qui lapidem ſurſum proijcit. Sic aqua expelleret forte calorem ſuſceptum ab igne,licet nullã vim haberet producendi frigiditatẽ in ſeipſa,aut eam vim haberet diuinitus impeditam.Idemq.facile dici poſſet de actu, nẽpe effectiue expellere habitũ,cui virtualiter opponitur,ſiue inducat habitum oppoſitum formaliter priori,ſiue non;& ſic fortaſſe docuit Ariſt.2.ethi.c.3 habitũ per actus corrumpi; & ſane quando actus ſunt æquales,vel remiſſiores præcedentibus,nõ producunt,neq. augẽt proprium habitum,iuxta ſuperius dicta,tamẽ deſtruere,vel minuere videntur habitum oppoſitum,quia maiorem promptitudinem experimur ad ſimiles actus: ergo actus interdũ ſine inductione habitus proprij oppoſitũ corrumpunt aut minuunt,nõ formaliter, ſed effectiue, vt diximus, & in hoc amplectimur. 1.opinionẽ.à qua tamen recedimus exiſtimãtes cum ſecunda,nõ ſolum reliqua cõtraria, ſed etiam contrarios habitus ſimul eſſe poſſe in gradibus remiſsis,vt primo de generatione doceri ſolet,noſq. ibi docuimus,& fuſe Sua. to.2.metaphy.diſp.45.ſect.4. ac proinde non cenſemus neceſſarium,vt ad introducendum v.g.habitum temperantiæ totus habitus intẽperantiæ prius expellatur,licet fortaſsis ſemper expellatur aliquid ipſius, quod ſequenti ſect.examinabimus.Fortaſsis etiã datur certa latitudo,vltra quam neuter contrariorũ habituũ,aut aggregatio vtriuſq. progredi poteſt, vt in calore & frigore alijſq.cõtrarijs dicitur, quod ſuaderi poteſt, alioqui non erunt vere contrarij iſti habitus,quia in nullis gradibus ſunt incõpatibilis; ſiquidẽ omnes ſunt valde remiſsi comparatione infiniti progreſſus in intenſione,quem habitus habere poſſunt. Si tamen vt alijs placet & eſt valde probabile, nullus eſt præfixus terminus intenſionis his formis,ſed quãtum eſt ex ſe poſſent augeri in infinitũ,ſi actus magis,& magis intenſi in infinitum elicerentur,dicendũ eſſet,adhuc dari certã latitudinẽ,in qua ſe mutuo formaliter expellunt,ſicut alia cõtraria, vel eorũ cõtrarietatem in hoc tantum conſiſtere, ꝙ quantũ de vno ponitur in ſubiecto, tantũdẽ tollatur de altero,ſi ibi repertum fuerit,ſicut multi dicunt,etiam in ſubiecto non habente implerã latitudinem caloris & frigiditatis;ſed.3. vel quatuor gradus.quantum poneretur de frigore.auferẽdũ de calore, quod tñ probabile eſt ſolũ obtinere in habitibus, eo ꝙ ſubiectũ ex natura ſua vtroq.habitu omnino carere põt. 27

Ad.1.ergo argum.1. Opin. R.maiorem aut perfectiorem contrarietatem,ſeu incõpatibilitatẽ eſſe inter actus quã inter habitus ipſos, præſertim ſi verum eſt nec de potentia abſoluta cõtrarios actus ſimul eſſe poſſe, vt multi docent,quod tñ de habitibus non aſſeretur, nec eſt veriſimile Eodem igitur modo, licet cõtrarij actus neq.in gradu remiſſo ſimul eſſe poſsint:bene tñ habitus contrarij intẽſibiles: cuiuſmodi forte nõ ſunt habitus intellectuales,vt ſuperius docuimus & ideo ſatis probabile eſt,ſcientiam & errorem, ſeu contrarias opiniones neq.in gradibus remiſsis ſimul eſſe poſſe.Tenendo autẽ,hos habitus eſſe intenſibiles,vt communiter docetur,oppoſitũ dicendũ. Quoniã autẽ actus ſcientiæ propter ſuã euidentiam efficaciſsimus eſt, ſemper multũ deſtruit habitus erronei, aut certe totum,actus autem opinionis, vel erroris minorẽ vim habet in diminuendo,vel deſtruendo habitu oppoſito. *Ad primũ 1.Opin.*

Ad.2.Reſp.vel peculiare eſſe in habitibus, 28 vt diximus,vt quantum aduenit de vno contrario,tantundem auferatur de alio, etiam ſi *Ad.2.* latitudo completa non ſit, vel id eſſe generale in omnibus contrarijs, quando latitudo ex vtroque non eſt completa,& ideo per actum remiſſum,qui eſt cauſa habitus remiſsi, poſſe excludi totum habitum oppoſitum, ſi fuerit remiſſus.Recte autem Vazq.diſp. 81.in fine notat,non ſtatim,ac producitur actus, remittere,quantum ſimpliciter poteſt de habitu oppoſito, quia ſicut paulatim generat & auget proprium habitũ; ita paulatim remittit oppoſitum.Quod vero ibidem ait,actũ nõ poſſe durare p ſolũ inſtãs,ſed neceſſario debere cõtinuari p tẽp⁹,alibi tract.eſt.Similiter ꝙ ibi.ait,in inſtãti,quo act⁹ ꝑducit̃ nõ generari, nec augeri ꝓpriũ habitũ,nec deſtrui, l. minui

Digitized by Google

forte ibi ſit,non placet:quia ſi in ſubiecto nõ eſt oppoſitus habitus,nulla in eo erit reſiſtẽtia:cur ergo actus nõ producit proprium habitum:deinde etiã ſi habitus oppoſitus ſit in ſubiecto:tamen nullam habet reſiſtentiam, ideo non retardat actionẽ:patet antecedens, nam vnus actus non reſiſtit alteri,alioqui nõ poſſet in inſtanti,vel ſubito produci ſecundũ totam ſuam intenſionem,nam ſi alterum reſiſtit,non poteſt in inſtanti expellere omnem intenſionem alterius:ergo neq. habitus habitui,vel actui reſiſtet:neq.mirum quod aliqua contraria nullam habeant reſiſtentiam, cum pleraq.ſint nullam habentia actiuitatem.

29 Quæſtio Poſſet quis interrogare, in opinione aſſerente,habitum opinionis eſſe incompatibilẽ cum habitu ſcientiæ de eadem concluſione, quomodo actus,vel habitus ſcĩetiæ excludat habitum opinionis,vel actus aut habitus opinionis habitum ſcientiæ:Reſp.eam opinionẽ eſſe falſam,vt alibi docebimus;ea tamen admiſſa admittendam eſſe cõtrarietatem inter huiuſmodi habitus:& ideo quod de alijs habitibus contrarijs dictum eſt,de his dicendũ eſſe. Si autem incompatibilitas illorum habituum ſine contrarietate admittatur, dicendum eſt,habitu ſcientiæ diſpoſitiue tantum expelli habitum opinionis:actu autẽ expelli, non tantũ diſpoſitiue,ſed effectiue.Vt qui ponit opacitatẽ in aere, effectiue expellit lucẽ. Quem modũ dicendi refert Suarez illa diſp. 44.n.22.Sed illum reijcit propter falſum fundamentum,ſcilicet,contrarietatem, quã ille modus dicendi ponit inter hos habitus.

SECTIO. V.

Vtrum quilibet actus remittat habitum oppoſitum quantumcunq. intenſum.

30 1. Opinio. GRegor. Arimini 1.diſt.17.q.3. a.2. ad.10. *Au tam remiſſum poſſe eſſe actum,vt nihil oppoſiti habitus intenſi remittat*. Fauet Scotus. 3. d.23. q. vni.litt.B.vbi ait.*Primo actu vel parum vel nihil habitum remitti oppoſitum*. Fundamẽtum huius eſſe poteſt,quoniam,vt detur actio,vis agentis debet ſuperare reſiſtẽtiam paſſi vel vt cõmuniter dici ſolet, actio prouenit à proportione maioris inęqualitatis inter actiuitatem agentis,& reſiſtentiã paſſi:& ideo tam remiſſa & debilis poteſt eſſe frigiditas agẽtis,&tam magna reſiſtentia paſſi,vt agens frigidũ nihil agat in paſſum,neq.remittat calorem ipſius: ergo eodemmodo dicendum eſt in actibus, & habitibus.

31 2. Opinio Oppoſitum docet Medina in hac q.53.art.1 dub.2.& probat.1.nam paruus ignis,ſi applicetur gelu frigidiſſimo, aliquantum de eius frigore remittet.2.Nam ſi quis habet habitũ tẽperãtiæ,& diu ac multo tẽpore,aut per totã vitã in remiſsis actibus tẽperãtiæ ſe exerceat, ſine dubio amittet habitum temperantiæ.

Ad argu. autem in contrarium reſpondet. *Eſt quadam qualitas habens maximam virtutem ad agendum & minimam ad reſiſtendum; & alia, quæ habet maximam virtutem ad reſiſtendum, & minimam ad agendum.Caliditas maxime valet ad agendum,& facillime extinguitur:humiditas reſiſtit maxime;ſed agit minime.Non diſſimiliter actiuitas cuiuscunq. actus maior eſt reſiſtẽtia cuiuscunq. habitus,ſicut actiuitas cuiuscunq.ignis vel minima, maior eſt reſiſtentia cuiuſcumque aquæ.*Sed iſta ſolutio non placet,quia communiter Philoſophi docent,tam modicam poſſe eſſe actiuitatem caloris,& ignis,vt non ſuperet reſiſtẽtiam aquæ;& ita non ſequatur actio, & ratione oſtenditur: quia actiuitas caloris eſt finita & interdum modica propter modicam intenſionem & extenſionem, & raritatem materiæ,&c. ergo per continuum augmentum reſiſtentiæ frigoris, quæ creſcit ex eius intenſione,& extenſione,& denſitate materiæ,poterit ſuperare actiuitatẽ caloris, & ſic non ſequetur actio. Eademq. ratio in habitu procedit. Vnde dicendum eſt,in habitu nullã prorſus eſſe reſiſtentiam,aut vim impediendi actionem actus:ſed actum quantumcunq. remiſſum poſſe producere proprium habitum in potentia, quomodocunq. ſit diſpoſita, & conſequenter remittere aut penitus delere oppoſitum habitum ſi illum in potentia inueniat,propter hanc ergo rationem, & propter 2.argum.Medinæ tenẽda eſt eius opinio.1.vero eius argum.& ſolutio argumenti oppoſiti reijcienda ſunt.

Ex omnibus ſuperius dictis facile deciditur.Q.illa an habitus acquiſitos vi vnius actus contrarij deleri,& perire queat. Adquam reſpondet Azot lib.3.c.23.q.6.*Habitus morales nunquam vno actu contrario interimi, eo quod ſicut frequẽti vſu,& multis actibus repetitis gignuntur;ſic etiam habitus contrarij non niſi ex multis actibus ſæpius iteratis generantur. Habitus vero diſciplinarum ſeu ſcientiarum aut conſiderantur* (inquit) *ex parte imaginum,& ſimulacrorum,quibus rerum ſcitarum recordamur,& hac ratione per vnum actũ ad contrarium, videlicet errorem,aboleri queunt: quemadmodum enim vna ratiocinatio ſcientiam ſic acceptam gignit:ſic altera contraria parit errorẽ. Aut accipiuntur,quatenus ſunt habitus quidam, quibus frequenti vſu cõparatis,expediti, & prompti ſumus effecti ad ratiocinandum, & concluſiones ex ſuis principijs aperte,& recte colligendas,& tunc habitus diſciplinarum non vi vnius tantum actus contrarij,ſed multorum,qui ſæpius repetuntur,intereunt.* 32 Quæſtio

R.ta-

R. tamẽ habitus morales ſi valde remiſſi ſint, vno actu non ad modum remiſſo interire poſſe, ſi vero ſint ſatis intenſi, non poſſe perire, niſi actu valde intenſo, qui vel ſtatim, vel repetitione, aut continuatione illum penitus deſtruet:, habitus autem intellectuales, quantum ad ſpecies intelligibiles non corrũpuntur, quoad ſenſibiles vero, quibus indigẽt vt prodeant in actũ, corrumpuntur obliuione, & non actib. contrarijs: ſecundum ſe autẽ corrumpuntur vnico actu erroris, ſicut vnico actu euidenti generantur, & loquimur de habitib. euidentib. nam de opinione, & fide humana, ſicut in eſſe perfecto non generantur vnico actu, ita neq. vnico actu totaliter corrumpuntur, ſi euidens non ſit.

3. *Sectio. 6. An habitus infuſi diminuantur aut corrumpantur per actus noſtros.*

De hac re dicimus tract. 11. & tract. 13. & 2. 2. q. 24. a. 10. & 11.

34. *Sectio. 7. An habitus infuſi per actus noſtros eff. ctiue deſtruãtur.*

De hac re dicemus tract. 13. & 2. 2. q. 24. a. 10. & 11. & tractat Azor lib. 3. c. 23. q. 3.

Sectio. 8. An habitus primorum principiorum aliquando pereat, & corrumpatur.

SANCTVS Tho. q. 53. ar. 1. negat, quia primis principijs perſe notis aſſenſum naturaliter præſtamus. Almai. vero 1. moral. cap 18. affirmat, interdum extingui, vt ſi diu ab opere ceſſemus quem explicat Azor lib. 3. c. 23. q. 5 vt tantum voluerit poſſe interire hũc habitum, qua parte eſt genitus inductione, neque mirum cum Almai. 1. moral. c. 17. ad ſola principia cognita inductione habitum cõſtituat. Addit Azor D. Tho. nam dixiſſe, habitum primorum principiorum nunquã deleri: quia eorum imagines, & ſimulacra memoria perpetuo retinemus, nec primis principijs aliquid eſt contrarium, cui aſſentiamur, & ideo habitus primorũ principiorũ, vi habitus contrarij perire nõ poſſe, ſed certe, quãuis omnino, hic habitus perire nequeat, quia ſunt multa principia contra quæ nulla apparens ratio ſe offert: tñ ex parte perire poteſt, oblata contra nonnulla principia ratione aliqua apparentiſsima eo tempore, quo non perfecte termini apprehẽdũtur, vel inductionis obliti ſum⁹. 35.

QVÆST. LIIII. DE DISTINCTIONE HABITVVM.

Art. 1. Vtrum multi habitus poſsint eſſe in vna potentia.
Art. 2. Vtrum habitus diſtinguantur ſecundum obiecta.
Art. 3. Vtrum habitus diſtinguantur ſecundum bonum, & malum.
Art. 4. Vtrum vnus habitus ex multis habitibus conſtituatur.

DISPVT. VII. DE DIVERSITATE HABITVVM.

Sectio. I. Quænam ſint legitimæ habitus diuiſionis.

1. MEDINA in præfatione qu. 54. diuidit habitum in acquiſitũ infuſum, & naturalem ſeu à naturæ auctore inditũ nã dari habitus acquiſitos, & infuſos, cõſtat ex ſuperioribus, & ipſe tenet, habitus primorũ principiorũ eſſe nobis naturaliter inditos, & habitus ſcientiarũ, & virtutũ moralium, & alios eſſe naturaliter inditos angelis. Multi tñ, vt ſuperi⁹ docuim⁹, docẽt, nullũ dari habitũ ꝓprie dictũ inditũ nobis, imo neq. angelis; vnde putãt, nec eſſe legitimã diuiſionẽ in genere, vel habit⁹ hominis, in acquiſitũ infuſum, & inditũ, ſed omnẽ arbitrantur eſſe acquiſitũ, vel infuſum, ita Suar. to. 2. met. diſp. 44. ſect. 13. n. 7. & ſequẽtib. in certũ eſt ergo an prædicta diuiſio legitima ſit, & quãuis Moli. 1. p. q. 12. a. 6. diſput. 5. ſentiat habitum non diuidi in acquiſitũ, & infuſum tanquã genus in ſpecies: quia habitus non di-

Digitized by Google

citur vniuoce, ſed analogice de habitu naturali, & ſupernaturali, idemq. cenſeat de actu: tamen melius Suar. to. 2. met. diſp. 44. ſect. 13. n. 2. & alij cōmuniter docent, eiuſmodi diuiſiones eſſe generis in ſpecies, modo ſermo ſit de habitu per ſe infuſo: nam infuſus per accidens idē eſt cū acquiſito, eundē enim habitū quem actib' noſtris acquirimus, poſſet Deus per ſe infundere, vt omnes theologi docent, & per ſe videtur manifeſtum. Item non ſolū dantur habitus infuſi in intellectu, & voluntate, ſed etiam in ſenſu interno, & appetitu ſenſitiuo, vt ſuo loco docebimus, quāuis hoc cōtrouerſum ſit, vt obſeruat Suar. ſup. n. n. 10.

2 2. Diuiſio. 2. Idem Medin. ibi diuidit habitum in non operatiuum, & operatiuū; ſeu in habitū diſponentē materiā, vt bene, vel male ſe habeat, & diſponentē directe, & per ſe ad operationem in. 1. genere ſunt habitus corporales vt ſanitas, & pulchritudo. itéq. gratia habitualis, in 2. autem genere ſunt omnes virtutes & vitia. Hæc diuiſio incerta quoq. eſt, quia nonnulli, vt. 1. diſp. vidimus, arbitrantur, ſanitatem, & pulchritudinem, & reliquas corporis diſpoſitiones non eſſe proprie habitus. Sunt etiam, qui exiſtiment, gratiam habitualem non diſtingui à caritate, vel ab omnib. virtutibus, & ideo vere eſſe habitum operatiuum.

3 3. Diuiſio. 3. Diuiſio ex ſuperioribus colligitur, quoſdam habitus eſſe corporeos, vt qui ſunt in appetitu ſenſitiuo, & ſenſibus internis: alios vero ſpirituales, vt qui ſunt in intellectu, & voluntate aut etiā in eſſentia animæ rationalis.

4 4. Diuiſio. 4. Etiam intelligitur, quoſdam habitus eſſe in potentia cognoſcente, quoſdam in appetente: qui etiā ſub diuiduntur; nam quidā ſunt in potentia appetente ſenſitiua, & alij in intellectiua; & quidam in potentia ſentiente alij in intelligente, quæ cum vnica ſit, multos tamen habitus habere poteſt, vt docent D. Th. & alij hac q. 54. a. 1. Si obijcias, vbi ſunt diſtincti habitus, ſunt diſtincta obiecta; quia habitus diſtinguūtur per obiecta; vbi autem ſunt diſtincta obiecta, ſunt diſtinctæ potētiæ: quia etiā potentiæ diſtinguuntur per obiecta, ergo vbi ſunt diſtincti habitus, ſunt diſtinctæ potentiæ, & ſic in eadē potentia non poſſunt eſſe diſtincti habitus. R. D. Tho. eodem art. ad 1. diuerſitatem genericam obiectorū facere diuerſitatem potentiarum: diuerſitatem autem ſpecificam obiectorum facere diuerſitatem ſpecificam actuum, & per conſequēs habituum; ideo in eadē potentia poſſe eſſe actus, & habitus ſpecie diuerſos. Addit, omnes actus, & habitus diuerſarum potētiarum differre genere, ac proinde differre ſpecie: quia quæcumq; differunt generi, differūt ſpecie. Quæ doctrina ſi ad vnguem eſſet examinanda, longa & parum pro nunc neceſſaria texenda eſſet diſputatio de principijs ex quibus ſumitur diſtinctio potentiarū, ſciētiarum, & aliorum habiturum, & actuum. Nunc ſatis nobis ſit, potentias diſtingui ſemper ex ratione formali ſub qua, ſeu modo, quo immutantur ab obiectis, vel in obiecta tendunt, & ſæpe, aut ſemper etiam ex ratione quadam generica, & adæquata obiecti in eſſe rei ſeu ex ratione formaliquę. Nam intellectus, & voluntas non tantum diſtinguuntur ex modo attingendi obiectum, quatenus intellectus trahit res ad ſe; voluntas autem fertur in res; ſed quodammodo ex obiecto adæquato: nam voluntas amplecti non poteſt omne ens, eo ipſo quod ſit ens, ſed ſub ratione boni, & conuenientis alicui: & intellectus non poteſt amplecti (nimirū aſſenſu ſuo) niſi propoſitionem quæ ſpeciē veri habeat, licet aliquibus actibus voluntas & intellectus omne ens attingere poſsint, & ideo obiectū adæquatum materiale idem habeant nempe ens, cum tamen ſenſus & appetitus ſenſitiui obiecta adæquata magis limitata ſint. Senſus etiam omnes eodem modo differunt ab appetitu ſenſitiuo; interſe autem different per obiecta adæquata vt patet de ſenſibus externis comparatis ad inuicem & ad internos, vel ex diuerſa conditione obiecti, vt ſenſus communis & imaginatiua: ille enim ſolum præſens attingit, hæc abſens. Hi autem ſenſus ſcilicet ſenſus communis & imaginatiua ab exiſtimatiua & memoria differre creduntur quòd hæ ſolum percipiunt quæ aliquo externo ſenſu cognita ſunt; illi vero alia, vt amicitiam vel inimicitiam; æſtimatiua ad pręſentiam externæ ſenſationis; memoria in eiuſdē abſentia. Habitus autem acquiſiti genere val de remoto differunt ex potentijs, vel ex obiectis facientibus diſtinctionem potentiarū quamuis. n. habitus infuſi ijdem ſpecie, ſint in potentijs angeli, & hominis: non tamē acquiſiti. A potentijs autē differūt habitus, quia potētiæ dāt ſimpliciter poſſe, habitus vero facilitatē; & quia potentiæ ſunt ſubiecta habituū, habitus vero accidētia potētiarū. Specie vero ima vel ſubalterna diſtinguūtur interſe habit' eiuſdē potētiæ ex obiectis adæquatis & ratione adæquata, quæ, ſeu in eſſe rei, aut ſaltē, ſub qua, ſeu ex motiuo vel conditione, quā petūt in obiecto, vel ex modo procedēdi & ſicut ad eandē potētiam pertinere poſſunt habitus diſtincti ſpecie, ita ad eundē habitū actus diſtincti ſpecie: inadæquate tñ. Quod autē docet D. Tho. art. 1. ad. 1. & ar. 2. Vbi ſunt actus ſpecie diſtincti, eſſe habitus diſtinctos ſpecie, de actibus adæquatis intelligitur: nam idem habitus poteſt habere actus inadæquatos ſpecie diuerſos vt ſæpe tom. præcede. dictū eſt: non tamē adæquatos, quoniā autē actus ſunt principia effectiua habituum, ſi diſtinctio habituum ſumitur ex actibus adæquatis,

quatis, etiam ſumitur ex principijs actiuis,
quod D.Tho.a.2.generaliter docet in omni-
bus formis, ſed generalis doctrina difficilis
eſt.& explicatione indiget, cum ab eodẽ prin
cipio actiuo etiam integro. & completo ef-
fectus diuerſi ſpeciæ procedere poſſint prop-
ter libertatẽ talis principij, aut diuerſas cir-
cunſtantias,& conditiones illius aut paſſi:in
agentibus autem non liberis, ſi omnia eodẽ
modo ſe habeãt, non poſſunt eſſe effectus ſe-
cundum ſpeciem diuerſi:& in hoc ſenſu be-
nedicit. D.Tho.diuerſitatẽ ſpecificam formæ
ſumendam eſſe ex diuerſitate ſpecifica prin-
cipij, ſcilicet cum ſumi non poteſt ex diuerſa
circũſtantia,& cõditione principij, vel patiẽ-
tis.¶Vltra illã autem diſtinctionẽ vere gene-
6. ricã, quam habent interſe habitus diuerſarũ
potentiarũ, quæ intelligitur de genere meta-
phyſico, ſeu logico; eſt alia diſtinctio ſecun-
dũ genus phyſicũ, & improprie dictum, quo
pacto, quæ differũt materia, vel ſubiecto, di-
citur differre genere; licet autem phyſice, &
metaphyſice, logiceq. loquendo, habitus di-
uerſarum potentiarũ diuerſi ſint, nõ ſolũ ſpe-
cie, ſed genere: tñ moraliter loquendo idem
habitus poteſt ad diuerſas potentias pertine-
re, ſeu quodãmodo ex habitibus diuerſarũ po
tentiarũ cõponi, ita Suarez illa ſect.13.n.10.ſic
liberalitas,& magnificẽtia aliæq. virtutes iux
ta varia loca D.Th. ponuntur in appetitu ſen
ſitiuo,& in volũtate, vt attigit Med.hac q.54.
art.4.in fine, & latius q.56.art.2.vbi alij idem
docent,& nos fuſe dicemus tract. ſequenti.

5.Diuiditur habitus in intellectualem, &
7. moralẽ, quæ diuiſio cõmunis eſt, difficultatẽ
5. Diuiſio. tñ habet.1.nã multi ſunt habit⁹, qui neq. ſunt
intellectuales, neq. morales, nimirum ſpes, &
charitas, quæ ſunt virtutes Theologicæ,& cõ
tra morales diſtinguũtur.Itẽ habitus, qui ſunt
in ſenſib.internis,& in brutis:non ergo eſt le
gitima diuiſio:quia in diuiſione legitima de-
bent mẽbra diuidẽtia ſimul ſumpta eſſe adæ-
quata diuiſo, ſeu totã eius cõfuſionẽ exhauri-
re.¶Deinde quoniã aliqui habitus ſunt mo-
rales,& intellectuales ſimul, vt prudentia, &
ſcientiæ morales; in legitima autẽ diuiſione
mẽbra cõfundi non debent, nihilominus po-
teſt diuiſio hæc tanquã legitima defendi, præ
notãdo, ꝓ ſolutione argumentorũ, habitũ ali
quẽ dupliciter dici moralẽ.¶1. Quia poſt eli-
cere actũ moralẽ,& humanũ ſeu liberum, aut
ſimilẽ actui libero, nẽpe quatenus ſaltem po-
teſt elicere actũ appetitus, & hac ratione nõ
ſolũ ſpes,& charitas, ſed omnes habitus cuiuſ
cunq. potẽtiæ appetitiuæ, præſertim hominis
(in cuius habitib.potiſſime aut omnino intel
ligit̃ hæc diuiſio, quia in brutis non ſunt pro-
prie habitus) ſunt morales.¶2. Dicitur habit⁹
moralis qui non ſolũ elicere poteſt actũ mo-
ralẽ,& liberũ, ſed etiã habet pro obiecto actũ
aliquẽ humanum: quo pacto ſpes,& charitas
nõ ſunt virtutes morales, quia non habẽt ꝓ
obiecto actum moralẽ, & humanũ: ſed Deũ.
¶3.Dicitur habitus moralis, quia morales &
humanos actus dirigit vel imperat, quo ſenſu
ſcientiæ morales & maxime prudentia, mora
les dicuntur, licet morales actus non eliciãt.
In prædicta ergo diuiſione, habitus moralis
debet.1.modo accipi, vt legitima cenſeatur,
vel certe morale debet ſumi, vt abſtrahit, a.1.
& 3.modo videlicet pro habitu humanũ actũ
dirigente, aut eliciente, intellectualis, vero ꝓ
habitu exiſtẽte in intellectu, vel reducto ad
illum, non dirigente humanũ actũ ſaltẽ pro-
xime: quo pacto prudentia computatur inter
virtutes morales; non autẽ ſcientiæ morales,
quæ non dirigũt proxime operationes huma
nas; ſed remote: differunt enim de actib. hu-
manis in vniuerſali, nec ſunt proxima eorũ
regula, vt prudentia, quæ proinde dici poteſt
intellectualis ſubiecto, ſed moralis obiecto,
& proxima cauſalitate.¶Ex his intelligitur.6.
diuiſio habituum ſeu virtutum in morales,& 8.
theologales: morales ſunt, quæ habent ꝓ ob-
iecto mores, vt prudẽtia,& iuſtitia, &c.Theo *6. Diuiſio.*
logales vero, quæ habent pro obiecto Deum,
præſertim ſi ſupernaturaliter illũ reſpiciant,
vt fides,& ſpes,& charitas infuſæ, nã habitus
acquiſiti, quia non ſunt ſpecialiter profecti à
Deo, neq. ad Deũ ſpecialiter ordinantur, nõ
ita ꝓprie theologici dicuntur.

7. Diuiditur habitus in bonum,& malum:
virtutẽ, & vitiũ hanc diuiſionem ponit Me- 9.
dina in præfatione.q.54.& a.3.eiuſdẽ quæſtio *7. Diuiſio.*
nis. Vbi putat, eſſe demẽte D.Th.docẽtis, habi
tus diſtingui ſecundũ bonũ,& malũ. Sed cer-
te D.Th.ibi nõ docet recte diuidi in bonum,
& malum tanquã in mẽbra adæquata diuiſo,
ſed habitũ bonũ & malũ neceeſſario inter ſe
diſtingui ſpecie, quia vnus diſponit ad actũ
conuenientem naturæ, alius vero ad actũ na-
turæ diſſentaneum, magis autem fauet Ariſt.
huic diuiſioni.7.phyſi. c.3. dicens, *habituũ alij
virtutes, alij vitia ſunt.* Azor lib.3.c.24.q.6.ait ha
bitus omnes infuſos eſſe bonos, acquiſitos ve
ro alios eſſe bonos alios malos, nullos autem
habitus morales eſſe indifferentes, ſecus intel
lectuales, licet ſecundũ multorũ opinionem
oẽs habitus, qui ſunt in appetitu ſenſus, ſint ꝑ
ſe indifferentes: actus vero bonos, vel malos
producãt, vt in pulſu volũtatis eis ad bonum,
vel malũ vtimur, in quã opinionem ipſe pro
pendet, c.25.q.3.eamq. ita explicat, vt habitus
exiſtẽtes in appetitu nõ ſint proprie,& extrin
ſece virtutes, ſed late, extrinſece,& accidenta-
rio: quã opinionẽ tribuit Bona. Richar. Scot.
Gabr.Almai.Maiori.Henri.Ocam,& Buridis.
Suarez autem to. 2. met. diſp. 44. ſectione 10.

Digitized by Google

.13.n.13. & ſequentibus putat, habitum nō recte diuidi in bonum, & malum, virtutem, & vitium, quia in intellectu dantur habitus, qui neque ſunt virtutes, neq. vitia, vt opinio, & fides humana: idemq. erit, inquit, proportionaliter in voluntate, ſi in illa ſunt aliqui habitus indifferentes ex obiecto de quo alias, & certe ipſe Suarez varijs locis, & alij multi ſentiunt, dari aliquos habitus indifferentes ex obiecto, qui tamen ſi in indiuiduo non poſſunt eſſe, niſi, vel boni, vel mali, recta erit diuiſio habituum pertinentium ad apppetitum in bonos, & malos ſtudioſos, & vitioſos: ſicut recte diuiditur actus humanus in bonū, & malum moraliter ſeu ſtudioſum, & vitioſum, quamuis ſint aliqui ex obiecto indifferentes, vt dictum eſt q.18. cum D.Tho. ibi. ar. 8. & 9. & eadem ratione ſiue detur habitus indifferens ex obiecto, ſiue non, ſi idem habitus poteſt eſſe ſucceſſiue bonus, & malus, vt docet Scotus. 1.d.17.q.2. & quodlib.18.ar.1. adhuc diuiſio illa habitus in bonum, & malum conueniens erit, licet non erit generis in ſpecies, neque eſſentialis; ſed ſubiecti in accidētia, & accidentalis; ſicut diuiſio actus humani in bonum, & malum: quia idem actus humanus poteſt ſucceſſiue eſſe bonus, & malus moraliter, vt dictum eſt quæſt.18. & 20. & melius eadem diuiſio defendetur, ſi idem habitus nō poteſt eſſe ſucceſſiue bonus, & malus, quod ex profeſſo docet Caiet.q.55.a.1. Medina, & alij ibidem. Idē tenet Medi. hac q.54.a.3. tribuens D.Tho. eodem.a. dum ait, habitus diſtingui ſpecie ſecūdum bonum, & malum vbi tamen Caiet. ait. Nota quòd apud auctorem hic non dicitur impoſſibile eſſe, quod idem habitus tranſeat de bono in malum, aut èconuerſo, ſed quod impoſſiibile eſt, quod ſit bonus, & malus, eo quod bonus & malus ſunt diuerſarum ſpecierum, & contrarij: impoſſibile autem eſt contraria ineſſe ſimul eidem indiuiduo. Sed expoſitio Medin. eſt magis conſona D.Tho. ſi enim idem habitus poteſt eſſe ſucceſſiue bonus, & malus, non recte dicitur, bonum, & malum habitum eſſe contrarios, & differre ſpecie, ſed bonitatem, & malitiam eſſe contrarias, & differre ſpecie. cum quo tamen ſtat, dari aliquem habitum indifferentem etiam in indiuiduo, qui non tranſeat de bono in malum, neq. de virtute in vitium, aut èconuerſo, ſicut in intellectu concedit Medina illo.a.3. opinionem eſſe habitum indifferentem, vt teſtatur Duran. 2. d. 40. quæſt. 3. ad. 1. & Suarez ſupra. Et ſane nō eſſe virtutem, aperte docet D.Tho.q.55.art.4. & q.57. ar.2.ad.3. quia opinio ſæpe fallit, neq. pertinet ad perfectionem intellectus opinari, imo eſt, quædam eius imperfectio, vnde neque veras opiniones in Deo, aut beatis admittimus, & ea ratione poſſemus aſſerere opinionē eſſe vitium quoddā intellectuale, ſeu in genere cognitionis; quāuis non ſit vitiū in genere moris, ſeu malum morale, in quo decepti ſunt Stoici aſſerētes, opinari eſſe malū, & virū bonum ſeu ſapientē nunquā opinari, certe vita hæc ſine opinionib. vix aut nullo modo tranſigi poteſt, raræ enim ſunt certę, & euidētes cognitiones: ideo opniari nō eſt moraliter malum, tametſi ſit malum aut imperfectio magna in genere cognitionis, imo eſt bonū bene opinari de alijs, licet ſæpe quis fallatur, vt docet D.Tho. & Caietan. 2. 2. quæſt. 60. artic. 4. Sed tenendo hunc habitum eſſe indifferentem in ſpecie, & in indiuiduo, dicendum eſt, habitum in genere non recte diuidi in bonum, & malum, virtutem, & vitium, ſed duntaxat habitum appetitiuum, aut certe, opinionem non eſſe proprie habitum, vt multi dicunt, eo quod ſit facile mobilis. Omnem vero habitum proprie dictum exiſtentem in homine eſſe bonum, vel malum virtutem, vel vitium. ¶ An vero idem habitus ſucceſſiue poſſit eſſe bonus, & malus grauis quæſtio eſt late diſputāda diſp.1. tract. ſequentis, & diſp.1. tractat.13. ex quibus etiam conſtabit, an ſit aliquis habitus, qui non poſſit infundi à Deo.

SECTIO. II.

Habitus intellectus quibus modis legitime diuidantur, & ſpeciatim de habitu principiorum.

II. PRIMO diuidi ſolet habitus intellectualis ſeu reſidēs in intellectu in practicū, & ſpeculatiuum, quę diuiſio late tractatur à Suar. to.2. met. diſp.44. ſect.13. nu.9. & ſeqq. vbi quatuor diſputat. 1. quid ſit praxis ex qua habitus dicitur practicus, 2. quotuplex ſit praxis. 3. quomodo habitus verſari debeat circa praxim, vt ſit practic⁹. 4. an idē habitus poſſit ſimul eſſe formaliter practicus, & formaliter ſpeculatiuus. ¶ Quantū ad. 1. difficultatem praxis ſic definitur à Scoto q.4 prologi in principio, *Praxis eſt actus alterius potentiæ quam intellectus naturaliter poſterior ipſa intellectione natus elici cōformiter rationi rectæ, vt ſit rectus:* Quæ definitio obſcura *1. Opin.* eſt, & prolixa, & redundans, vt conſtabit, ac dubia: nam multi exiſtimant, etiam actum intellectus praxim eſſe poſſe, vt Grego. quæſt. 5. prologi articul. 1. Aureolus quæſtio. 4. articul. 1. Fonſeca. 2. met. c. 3. quæſt. 2. Capreol. quæſt. 2. prologi concluſ. 4. & ad. 1. & 2. Gregorij contra illam, & ſuadetur. ¶ Primo, quia *1. Argum.* omne

omne opus cadens ſub electionem voluntatis,& directionem prudentiæ eſt praxis, ſed actus intellectus cadit interdum ſub electioné voluntatis, & directionem prudentiæ,vt ait D.Tho.2.2.q.47.ar.2.ergo tunc erit praxis, nempe extrinſeca denominatione ab electione voluntatis,ſicut eſt bonus, vel malus extrinſeca denominatione ab eadem electione; qua conſideratione eſt actus voluntatis

2. Argum. vnde non mirum ſi ſit praxis. ¶2. Quoniam actus voluntatis,vel appetitus ſenſitiui regulatus per rationem, eſt praxis, & prudencia quatenus regulat tales actus eſt practica. Vtrumq. docet D.Tho.2.2.q.47.art.2.& 5. & de malo q.16.a.8.ergo etiam actus intellectus regulatus per rationem eſt vere practicus: nullum enim idoneum diſcrimen aſſignari poteſt ex communi vſu loquentium aut impoſitione huius vocis, & dicere, eſſe impoſitam ad ſignificandum ſolum actum alterius potentiæ,quam intellectus,erit ſine fundamen-

3. Argum. to,& petitio principij. ¶3. Actus quo dirigitur operatio intellectus,non eſt vere ſpeculatiuus, quia per ſe ordinatur ad aliam operationem,inquit autem Ariſto.2.met. ca.2. finis ſpeculatiuæ ſcientiæ eſt veritas practicæ autem opus,idem.3,animæ.c.10.& 6.Ethi. c. 1. & 5.ergo eſt practicus: practicus autem eſt qui praxim dirigit: ergo actus intellectus poteſt eſſe praxis.

2. Opin. Sed debere eſſe actum alterius potentiæ, quam intellectus cum Scoto ſupra ſentit Sotus q. 4. proœmiali logicæ. Probatur. 1. quia omnis actus intellectus eſt ſpeculatio, nulla autem praxis eſt ſpeculatio: ergo nullus actus intellectus eſt praxis. 2.probatur cũ Scot. quia intellectus extenſione fit practicus vt ſumitur ex Ariſto.3.animæ cap.10.tex.50.diſtinguente intellectum practicum à contemplatiuo,ex fine, quia practicus,inquit,alicuius gratiæ ratiocinatur & ſpeculatur. 3. probari poteſt ex D.Tho.q.57.a.1.ad. 1. vbi ait, *practicum,vel operatiuum, quod diuiditur contra ſpeculatiuum,ſumitur ab opere exteriori ad quod non habet ordinem habitus ſpeculatiuus, ſed datur ad interius opus intellectus, quod eſt ſpeculari verum.* Vbi per opus exterius videtur D. Thom. plane intelligere opus alterius potentiæ ab intellectu:agit enim de opere interiori, & exteriori comparatiõe ipſius intellectus,& 2.2. q.179.a.2.explicans diuiſionem vitæ actiuæ,& contemplatiuæ per ordinem ad intellectum actiuum,& contemplatiuum, dicit: *Actiuam appellari ex eo quod ad exteriorem actionem ordinatur.* Vbi actionem exteriorem ſumere videtur pro actione illa,quæ eſt extra intellectum. 4.Quia ſi actus intellectus directus per alium,eſt praxis; logica erit practica dirigit enim opus intellectus tãquam modus ſciẽdi 2.met.tex.15.conſequens eſt contra D.Tho.q. 57.a.3.ad.3. ergo.

Suarez ſup. totã hanc quæſt. putat eſſe de nomine:in priorem tñ inclinat ſententiã,dicens. *Hactenus nullam rationem ſufficientem eſſe redditã,quare in intellectu praxis eſſe nõ poſſit.* Ego quidẽ exiſtimo,priorẽ illã ſententiam veriſſimam eſſe:nam ex cõmuni omnium vſu praxis nihil aliud eſt,quam executio voluntatis, & conſilij.& practicare ſeu in praxim reducere eſt volũtatẽ, & conſiliũ exequi ſiue intelligendo,ſiue volendo, ſiue canendo &c. 12.

Neq. obſtant argumenta poſterioris ſententiæ. Ad.1.n. dicitur,non omnem actum intel- 13.
lectus eſſe ſpeculationẽ, vt patet de imperio, *Ad arg. poſterioris ſẽt.*
& deprecatione.Itẽ omnẽ ſpeculationẽ poſſe eſſe praxim, ſi per eam exequamur conſi- *Ad. 1.*
liũ,& voluntatem noſtram.¶Ad.2.R.intellectũ extenſione ad operationẽ quãlibet de qua *Ad. 2.* efficienda dictet,fieri practicum, differtq. à ſpeculatiuo;quia hic de nulla operatione efficienda dictat. ¶Ad. 3. R. D. Tho. priori loco *Ad. 3.* nomine externæ operationis intelligere omnem actum, qui more externi operis ab intellectu dirigitur, & à voluntate imperatur. Sic tomo præced. agentes de bonitate, & malitiã humanorũ actuum cũ Caiet.& alijs dixi actum elicitum voluntatis externum appellari,& cum externis cõputari, quando etiam fuerit imperatus ab ipſa voluntate poſteriori autẽ loco D. Tho.vitã actiuam,& contemplatiuam explicat per intellectũ practicum, & ſpeculatiuum,non quia in vita contẽplatiua nullæ praxes reperiantur, ſed quia fere tota ſita eſt in actib. internis elicitis ab intellectu,& voluntate & alijs potẽtijs internis. Vnde maxime imitatur intellectũ ſpeculatiuũ *Ad. 4.* actiua vero practicũ. ¶Ad.4.R.non eſſe abſurdum ſi logica cum aliquib. inter ſciencias pure practicas, aut cũ Suar.ſect.citata in fine inter partim practicas, & partim ſpeculatiuas numeretur,ſed ſi non eſt vere practica,& formaliter,vt ſentire videtur D.Tho.nõ eſt,quia actus intellectus praxis eſſe non poteſt, ſed quia vt inquit Henricus quodlib.1.q.3. primarius eius actus non eſt dictamen de conſtruendo ſyllogiſmo,vel de aliquo actu intellectus efficiendo,ſed eſt cognitio naturæ entium rationis formalium,vel obiectiuorũ ex qua cognitione ſecundario ſequitur directio in faciẽdis ſyllogiſmis,&c. ſicut in mathematicis D.Tho.docet loco citato in arg. eſſe nõ nullas operationes, quæ per ipſas diriguntur mẽſurare numerare. &c. propter quas operationes etiã ſi ſint ſciẽtiæ ſpeculatiuę, dicipu-tat artes liberales.Sed de logica an ſit ſcientia practica,diffuſius alibi diſſeruimus.

Ex dictis autem conſtat, quodammodo omnem praxim eſſe actum alterius potentię,

quam intellectus:quia etiam ſi ſit actus intel-
lectus,debet etiam eſſe actus volũtatis, ſiqui-
dem debet eſſe executio voluntatis, & conſi-
lij ſeu dictamnis intellectus ita docent om-
nes auctores prioris opinionis præſertim Ca
2. Corolar. pre.neq. id forte negaret Scotus vt docet Sua
rez. ¶ 2. Conſtat,non omnem actum volun-
tatis eſſe praxim, quia non omnis eſt execu-
tio voluntatis, & dictaminis intellectus, vt
patet de 1. actu voluntatis: & de actibus de
quorum productione, nõ dictat intellectus,
3. Corol. neque electionem aut propoſitum habet vo-
luntas. ¶ 3. Non omnem actum ſenſus inter-
ni,vel appetitus ſenſitiui etiam cauſatũ à vo-
luntate, & intellectu, eſſe praxim: quia ali-
quando cauſantur hi actus ab intellectu, &
voluntate per puram ſympathiam, ſine vllo
imperio,vel directione eorum, & tunc non
ſunt praxes,quia non ſunt executiones eius,
quod voluntate,& intellectu definitum eſt:
hocque locum habet, ſiue hi actus ſint ſuo
modo practici,ſiue ſpeculatiui:in imaginatio
ne eſt cognitio practica,nimirum qua iudica
tur aliquid bonum,vel agendũ, & ſpeculati-
ua,nimirũ,qua aliquid iudicatur album, vel
nigrum,magnum, vel paruum &c.quod Sua-
rez ſup. n.26.colligere nititur ex Ariſto.3.ani
mæ.c.10.vbi diſtinguens intellectum in prac-
ticum,& ſpeculatiuum, nomine intellectus
imaginationem quoq. cõprehendiſſe vide-
tur,ſed veritas hæc adeo eſt manifeſta, vt ad
ſui probationem teſtimonio Ariſt. non indi-
4. Corol. geat. ¶ 4. Eſſe de ratione praxis, vt ſit actus po-
ſterior aliqua intellectione, nempe dirigen-
te ipſum,vt dixit Scotus, nam alioqui nõ eſ-
ſet executio dictamnis intellectus. Quod au-
tem Scotus addit in definitione, natus elici
conformiter rationi recte,&c. non eſt neceſ-
ſarium ad praxim:nam etiam ſi operatio non
ſit recta rectitudine moris, neq. rectitudine
artis, neque nata ſit habere talem rectitudi-
nem ſi eſt executio voluntatis,& conſilij,erit
vere praxis.

15 5. Ex dictis colligitur reſolutio. 2. difficul-
5. Corolar. tatis nempe. quotuplex ſit praxis, tot enim
2. Difficul. praxes ſunt,quot executiones voluntatis, &
conſilij,quo circa non ſolum actiones,ſed,&
factiones praxes dici poſſunt, quãdo illis vo-
luntatem,& conſilium exequimur,neque mi
rum, cum pratto,à quo praxis,& agere,& fa-
cere ſignificet Ariſt. autem aliter, & ſtrictius
nomen praxis vſurpat.9.met. c.9. diſtinguens
pijtikim, & praxim, pro quibus interpretes
factionem,& actionem vertunt, quid autem
his nominibus intelligat,tres ſunt expoſitio-
nes,quas videre licet,apud Suar.ſup.nu.30.

Quoad.3. difficultatem,quomodo habitus
16. debeat praxim reſpicere,vt practicus ſit, mul
3. Difficul. ta dicit Suarez, nu.31. ſed paucis mentẽ meã
& vt credo,veritatem explicabo, & ſuppono
tanquam certum,nullum actũ appetitus ſen-
ſitiui, vel intellectiui practicum eſſe poſſe,
quamuis Capreol.& alij merito doceant, ac-
tũ volũtatis praxim eſſe poſſe:praxis enim, &
actus practicus longo interuallo diſtant:nam
praxis eſt actus directus cognitione:actus au-
tem practicus eſt cognitio dirigens,quæ pra-
xis non eſt niſi per accidens contingat alia
cognitionẽ dirigi,eſſeq. executionem alicu-
ius actionis,& conſilij præcedentis.Eademq.
ratione nullus habitus voluntatis,vel appeti-
tus ſenſitiui dicitur practicus, vt neque ſpe-
culatiuus, proptereaq. Theologi in prolog.
ſent.& 1. d. 35. & 1.p.q.1.art.4.& q. 14. art.6. &
alij doctores in quæſtionibus proœmialibus
logicæ,phiſicæ,& met.& 1.2. ac 6.met,& alibi
habitum intellectus non voluntatis diuidũt
in practicum,& ſpeculatiuum. ¶ 2. Suppono,
ad rationem habitus practici non ſatis eſſe a-
gere de re operabili,imo neq. de operatione,
nam domos,& alias res operabiles,amorem,
viſionem,& alias operationes noſtras poſſu-
mus ſpeculatiue cognoſcere, ſed oportet age
re de re operabili quaſi formaliter, id eſt, vt
operabilis eſt,ſeu modo operabili,nempe di-
ctando de ipſa operatione, & iudicando eſſe
bonam, ſeu exercendam; quo ſenſu accipio
dictum Alberti tract.1.Philoſ.c.1. habitũ prac
ticum eſſe,qui diſſerit de re operabili,& idem
eſt quod alij dicunt cum Ariſto.locis cit. dif-
cultate.1. habitum practicum eſſe cuius finis
eſt opus; ſpeculatiuum vero eſſe, cuius finis
eſt ſola veritas. Finis autem ſcientis non eſt
neceſſarius,vt habitus ſit eſſentialiter,& ſim-
pliciter practicus:ſed vt ſit complete, & per-
fecte practicus,vt docet Suarez, n. 37. Ocam
q.4.prolog.a.2.ſeu q.11.minus principali Gab.
q. 11. Gregor. qu.5. neq. aliud forte voluit D.
Tho.1.p.q.14. a.16. Caiet. ibi. Ferra. 3. contra
gent.c.20.Sonci.5.met.q.4.Iauel.q.5.& alij,ad
habitum practicum requirentes finem ope-
rantis,& licet fortaſſe actus prudentiæ,vt di-
catur prudentiæ, ſupponat intẽſionem finis,
de quo alibi, tamen neq. ſecundum ſubſtan-
tiam, neq. vt dicatur practicus, requirit in-
tentionem, ſed ſatis eſt eſſe dictamen de a-
gentis.

Quarta difficultas tractata eſt tom. 1. diſp. 17.
1. ideo nunc cito me expediam. Quidam pu- 4. Difficul.
tant, eundem habitum non poſſe eſſe ſimul
formaliter ſpeculatiuum, & practicum, ſed
decipiuntur, nam idem intellectus ſimul eſt
practicus, & ſpeculatiuus formaliter: ergo
eadem ſcientia,& idẽ habitus non ſolum te-
nẽdo, ſcientiam conſtare pluribus habitibus,
quia ſic modica, vel nulla poteſt eſſe diffi-
cultas,ſed etiam ſi ſit vna ſimplex qualitas vt
intellectus. Dices iuxta Ariſto. intellectum
practi-

practicum & ſpeculatiuum, eſſe potentias re ipſa diuerſas: nã 3. animæ.c.10.tex.50.ait., intellectũ practicũ fine differre à ſpeculatiuo, & tex.53. ait conſtat etiam ens oportere qui partes animæ diuidunt, ſi modo potentias diuidant, atq. ſeparent, complures ipſas eſſe concedere: nutriendi principium, ſentiendi, intelligendi, deliberandi; & appetendi. Hæc etim plus inter ſe differunt, quam potentia cupiendi & iraſcendi. Vbi per principium intelligendi & deliberandi intellectum ſpeculatiuum, & practicum intelligere videtur, & eos vt potẽtias realiter diuerſas diſtinguere, & ibi, & 6.c.1. diſtinguit duas partes animæ, quas dicit genere differre, aliã qua contemplamur, aliã, qua de rebus agendi conſultamus, & 1. magn. moral.c.35. inter partes animæ practicam & ſpeculatiuam enumerat.

18 R. tamen D. Tho.1.p. q.79.a.11. Omnium ſententia, intellectum practicum re non differre à ſpeculatiuo, quod certum & euidens apparet, nam intellectus omnis eſt vniuerſalis potentia ſuo ambitu complectens omne ens, omne verũ, & operabile, practicum, & ſpeculatiuum. Vt omnis voluntas eſt vniuerſalis potentia ſuo ambitu complectens omne bonum, item alioqui vel voluntas, quę vnica eſt, moueretur à duplici intellectu, vel aliquis intellectus non haberet vim mouendi voluntatem, item quia idem eſt modus cognoſcendi principia practica, & ſpeculatiua, ſcilicet ex terminis vel experiẽtia, vel inductione: idemq. modus cognoſcẽdi concluſiones, nempe diſcurſu: ergo eadem potentia vtramq. functionem habet. Item plus videntur differre opinio & ſcientia, quam practicum & ſpeculatiuum; ſed facultas ſciendi & operãdi eadem eſt re, licet Ariſt. ibi. & c.5. diſtinguat partem animæ opinatiuam & ſcientificam, ergo à fortiori intellectus practicus, & ſpeculatiuus idem re erit. Item eiuſdem facultatis eſt apprehẽdere & iudicare, aſſẽtiri principijs, & concluſionibus: ergo & cognoſcere practice, & ſpeculatiue, maxime cum ſæpe, aut ſemper ex principijs ſpeculatiuis practicæ concluſiones deducantur, imo nulla eſt ſcientia adeo practica, quæ non ſit partim ſpeculatiua, vel ſubalternata alicui ſpeculatiuæ: & propterea ſpeculatiua ſcientia ex ſe eſt prior, & nobilior, vt Ariſtot. tradit in proœmio meta. Item eadem phantaſia eſt ſuo modo ſpeculatiua, & practica, ergo à fortiori eadem intellectiua potentia. Cum ergo
19 Ariſtot.3.animæ.c.10. diſtinguit principium intelligẽdi, & deliberandi, vel per principiũ deliberandi intelligit voluntatem: vel ſi intellectum practicum intelligit, vult eſſe potentiam ratione diſtinctam ab intellectu ſpeculatiuo: & forte idem intendit de iraſcibili, quamuis cæteræ potentiæ ibi numeratæ, ſint re diſtinctæ, quæ poſterior expoſitio magis arridet Suarez to. 2. met. diſp.44. ſectio.13 num.48. Sed fortaſſis per intellectiuũ & deliberatiuum eandem potentiam, nõ diuerſam vllo modo voluit intelligere, nempe intellectum, quem ab appetitu ſenſitiuo, & intellectiuo, & ab alijs potentijs ſupponit diſtingui, & diuerſis vocibus nominare voluit. Vt ergo eò redeamus, vnde digreſſi ſumus, ſi eadem potentia poteſt eſſe formaliter practica, & ſpeculatiua ſimul intrinſece & eſſẽtialiter: cur non eidẽ habitui, & qualitati etiã ſimplici id poterit tribui. Vnde idem auctor num. 48. & deinceps putat, fidem, tametſi ſit qualitas omnium opinione ſimplex, eſſe formaliter practicam, & ſpeculatiuam, idem tribuit Theologiæ, & lumini gloriæ, & viſioni beatificæ, quamuis huic non ſine formidine, & medicinæ, de qua idem docet D. Tho. ſuper Boetium de Trinit. q. de diuiſione ſcientiarum. a.1. quamuis doceat Suarez, medicinam magis eſſe practicam, èeontra de logica putat eſſe magis ſpeculatiuam quã practicam: quia contemplando naturam ſui obiecti, dirigit ad compoſitionem ſyllogiſmi, & aliorum argumentorum, & definitionis, diuiſionis, &c. Vt notat Henri. quodlib.1. q. 3. qua ratione nos difficultate 1. diximus, non eſſe formaliter practicam, ſed ſpeculatiuam, licet virtute ſit practica. Male ergo Scotus in prologo. q.4. theologiã putat omnino eſſe practicam; melius Capreol. Ocam. Maior. Greg. Gab. & alij in prolog. ſententiarum locis citatis. difficulta.1. et D. Tho.3.d.23.q.2. art.3. quæſtiuncula 2. et q.14. de veritate art.4. cenſent, vel omnino vel ſaltem præcipue eſſe formaliter ſpeculatiuam: nã potiſſimus eius actus eſt ſpeculatiuus: inter præfatos vero auctores diſcrimen eſt, nã Ocam. Greg. Gab. et Maior putant eandem ſcientiam Theologiæ eſſe formaliter practicam, et ſpeculatiuam, non tamen eundem habitum, alij vero tenent eundem habitum & ſimplicem qualitatem theologiæ eſſe formaliter practicam et ſpeculatiuam. Vt Vazq. 1. p. diſp. 9. per totam idem affirmans de philoſophia morali, et logica, et refellens Caieta. eo quòd dixiſſe videatur, nõ eſſe formaliter practicam, neq. ſpeculatiuam, ſed eminenter, et alios recentiores, qui dixerũt, eſſe quidem formaliter ſpeculatiuam, practicam vero tantam eminenter. Rurſum impugnat Grego. Ariminẽ. q.5. prologi, quòd docuerit, eandem ſcientiam reſpectu eiuſdem concluſionis poſſe eſſe practicam, et ſpeculatiuam, quod verum eſſe docuimus contra alios. to.1. loco citato: nã eodem habitu et actu poſſumus iudicare aliquam actionẽ eſſe ſpiritua-

lem, & obligatoria, & quatenus actus
vel habitus refertur ad primam partem illius
propoſitionis eſt ſpeculatiuus, quatenus ve-
ro refertur ad 2. eſt practicus, quo etiam
argumento probauimus eamdem potentiam
7 poſſe eſſe ſimul practicam & ſpeculatiuam,
quod tamen negat Vazq. diſput. 8. num. 26.
ibi etiam & diſput.9.num.2. impugnat Greg.
eo quod idem homo poteſt nunc conſide-
rare operationem vt illam exerceat, non au-
tem vt cōtempletur tantum, ergo circa ean-
dem concluſionem poteſt idem habitus nūc
eſſe practicus, nunc ſpeculatiuus. Sed ratio
hæc ſolum procedit de practico & ſpeculati-
uo improprie dicto, nempe ex ſolo fine ope-
rantis, loquendo ergo de practico & ſpecu-
latiuo proprie ſumptis, recurrendum eſt ad
rationem à nobis factam.

Ex quibus patet recte & eſſentialiter diui-
di habitum iudicatiuum intellectualem in
pure practicum, & ſpeculatiuum, partim pra-
cticum, partim vero ſpeculatiuum. Item in
practicum & ſpeculatiuum abſtrahendo à
puro, & non puro: in qua ſecunda diuiſio-
ne membra diuidentia interdum differunt
ſola ratione, quia contingit eundem babi-
tum eſſe practicum, & ſpeculatiuum.

20. Sed 5. difficultas eſt, an ſit idem habitus,
5. Difficul. quo aſſentimur primis principijs practicis, &
1. Opinio. ſpeculabilibus, ſuppoſito quod aſſeratur diſ-
tinctus ab intellectu: nam ſi non diſtinguere
tur, nullum locum haberet præſens quæſtio.
Valen.diſpu.4.q.3.pun.1.& q. 5.pun.1.ait, eſſe
D. T.q.eundē habitū ſpecie: quod ait Videri.
53.a.1.Sed ex eo loco D.Tho.contraria opinio
potius colligi videtur. Ait enim D. Tho. *Si
aliquis habitus ſit ab intellectu agente in intellectu
poſſibili immediate cauſatus, talis habitus eſt incor-
ruptibilis per ſe, & per accidens huiuſmodi autem
habitus ſunt primorum principiorum tam ſpecula-
bilium quàm practicorum, &c.* quæ locutio in
numero plurali potius inſinuat hos habitus
eſſe diuerſos, & Rubius tract.2.de habit.q.3.
ait, conſtans eſſe apud omnes nō eſſe eundeē
habitū principiorū ſpeculabilium practico-
rum, ſed diuerſum, itaq. ſenſiſſe D. Tho.
multis locis: ſed præſertim 1. p. q. 79.a.12. &
ita docet Vigu.c.3.§.8.verſ.1.& ratio ſuffraga-
tur, tū quia habitus ſunt lōge limitatiores po-
tentijs: ergo non eſt credendum eundem ſe
extendere ad omnia principia ſpeculatiua &
practica, tum quoniam non eſt vnus habitus
ſcientiæ pro omnibus concluſionibus ſpecu-
latiuis, & practicis; ſed varij, ergo & circa
prima principia ſpeculatiua, & practica va-
rij habitus ſunt, cum par ratio eſſe videatur,
maxime ſi vera eſt ſententia aſſerentiū, eun-
dem eſſe habitum principiorum, & conclu-
ſionum ſentētiæ. Quam ſcientiam de prin-
cipijs non vniuerſaliſſimis, ſed proprijs ſcien
tiarum tenet Vazq. 1.par. diſputatione 1.nu.
8.& diſput.9.num.2. & probat, quia habitus
circa concluſiones non poteſt eſſe ſine ha-
bitu circa principia, ergo non ſunt diſtinctæ
qualitates, ſi enim eſſent diſtinctæ, vtraq. poſ
ſet eſſe ſine alia, neq. vna aliam eſſentialiter
ſupponeret, ex hac autem ſententia maniſeſ-
te ſequitur, ſicut ſunt diuerſi habitus conclu-
ſionum, ſic eſſe diuerſos habitus principio-
rū, fauet Mayrones.3.d.33.q.1.a.8.dicēs, ſi intel
lectus & ſcientia pertineāt ad eundem habi-
tum, quatuor tantum eſſe habitus intellec-
tuales in genere ſcilicet intellectum, ſapien-
tiam, artem, & prudentiam. Si vero perti-
neant ad diuerſos habitus eſſe ſex, ſcilicet,
ſapientiam & ſcientiam, intellectum corre-
ſpontentem ſapientiæ, intellectū correſpon-
tentem ſcientiæ, artem & prudentiā. Senten-
tiam tamen, quæ putat habitum concluſio-
nis & principiorum eundem eſſe, minime re-
cipimus: ſic enim theologia eſſet fides diui-
na, ac proinde non eſſet habitus acquiſitus,
quia habitus fidei diuinæ nulla ex parte eſt
acquiſitus, conſequens eſt falſum, ergo ſe-
quela probatur quia fides diuina eſt habitus
principiorum tehologiæ.

Reſpondet Vaz. illo num. 8. *habitum prin-* 21.
*cipiorum theologiæ eſſe fidem humanam, quia in hæ-
retico manet theologia, quoad ſubſtantiam, & quo-
ad vſum, & quo ad habitum principiorum, in quo
tamen non manet fides diuina, ſed humana erga
principia, & cum hoc habitu fidei humanæ eſt idem
habitus theologiæ:* ſed ita ſolutio ingētem habet
difficultatem: quia licet ſit probabile in hæ-
retico non ſolum manére omnem habitum
theologiæ, ſed etiam actum ipſius nitentem
cognitioni pertinenti ad habitum fidei hu-
manæ, id tamen certum eſt cognitionē prin-
cipiorum pertinentē ad fidem diuinam poſ-
ſe generare cognitionem theologicam con-
cluſionum, ac proinde habitum per ſe prin-
cipiorum theologiæ non eſſe fidem huma-
nam, ſed diuinam, vel certe vtrumq. habi-
tum eſſe per accidens habitum principiorum
theologiæ, ſicut inquit Caiera. & alij, neq.
habitum fidei dininæ, neq. lumen gloriæ eſ-
ſe per ſe habitum principiorum theologiæ,
ſed vtrūq. eſſe per accidēs habitui principio-
rum, & ideo theologiam hic acquiſitam ex
fide diuina, poſſe conſeruari & exerceri in
patria, ex lumine gloriæ, ſic ergo nulla
erit maior ratio, cur habitus theologiæ idem
ſit cum habitu fidei humanæ, quam cum ha-
bitu fidei diuinæ, ergo vel cum vtroq. idem
erit, quod eſt contra aduerſarios & maniſeſ-
te falſum, ſi cenſent, vt tantum datur vna
theologiā, eo quod eſt ſimplex qualitas, vel
cum neutro idem erit: quod nos contendi-
mus,

Digitized by Google

mus, & veriſſimum putamus. Deinde habi-
22. tus principiorum theologiæ non ſolum eſt fides, ſed eſt ſcientia vel alius habitus, ſiquidem ex vna propoſitione de fide & alia euidenti, ſæpe procedit: ergo theologia non ſolum erit idem habitus cum fide, ſed & cum aliquo habitu euidenti, quod abſurdum, impoſſibile, & inopinabile putatur. Item habitus opinionis de aliqua concluſione non eſt idem cum habitu vel habitibus, qui verſantur circa præmiſſas, alioqui idem erit cum habitu ſcientiæ, fidei humanæ, & diuinæ, & intellectu, quo cognoſcũtur principia nota ex terminis, ex quibus interdum colligit concluſionem opinio: ergo neq. habitus theologiç erit idem cum habitu, vel habitibus, quibus, cognoſcuntur theologiæ prinicpia. Item ex principijs vniuerſaliſſimis concluſiones deducuntur, alioqui illa non eſſent principia, habitus autem, quo cognoſcuntur illæ concluſiones, non eſt idem cum eo, quo principia vniuerſaliſſima cognoſcuntur, ergo pari ratione neq. habitus, quibus cognoſcũtur aliæ concluſiones, erunt ijdem cum habitibus, quibus cognoſcuntur earum principia. Neque rationes contrarium vrget: quoniam in habitus concluſionum non pendet per ſe ab habitu principiorum, ſed ab actu ipſius, eo quòd ex notitia principiorum deducenda eſt notitia concluſionum, per quam generandus eſt habitus erga concluſiones, & præterea eſt inconueniens vnam qualitem per ſe, & eſſentialiter ab alia dependere in genere cauſæ materialis vel efficientis. Cum vero Ariſt. dicit 6. ethi. c. 3. ſapientiam eſſe ſcientiam & intellectum ſimul eorum quæ nobiliſſima ſunt, non vult omnem ſciẽtiam eſſe intellectum ſuorum principiorum, ſed aliquam nempe ſapientiam, neq. loquitur de intellectu formaliter, ſed virtute, ſapientia enim quoniam eſt vniuerſaliſſima ſcientia, ex ſuis principijs deducit aliarum ſcientiarum principia, & interdum vnum principiũ ſuũ ex alio principio, & ideo virtute eſt intellectus ſuorũ principiorũ, & aliorum, vt exponit Suarez to. 1. met. diſp. 1. ſect. 4. & 3. licet Molina 1. p. q. 1. a. 6. dicat Ariſt. eo loci nomine ſapientiæ nõ intellexiſſe vnicum ſimplicem habitum, ſed coniunctum ex habitibus principiorum & cõclnſionem ſupremæ ſcientiarum de quo plura inferius. Non ergo ex eo quod idem ſit habitus concluſionum & principiorum ſicut ponimus varios habitus circa concluſiones inter quos vnus eſt practicus & alius ſpeculatuus, ideo etiam circa principia diſtinguendi ſunt habitus practicus, & ſpeculatiuus; ſed ſi illa opinio eſt vera, ex alia principio deducenda eſt.

23. Alia autem difficultas eſt vtrum pro omnibus principijs ſpeculatiuis ſit tãtum vnus habitus & ſimiliter vnus tantum pro omnibus principijs practicis. Pro parte affir. eſt. 1. Ariſt. 2. poſt c. vlt. vbi de principijs ſpeculatiuis loquens, ait. *Vtrum habitus eorum non inſint, ſed fiant, acquiranturq. an vero in ſint quidem, ſed lateant, &c.* 2. Eſt quia habitus concluſionum ſpeculatiuarum ſunt plures, & ſimiliter practicarum, ergo & principiorum ſpeculatiuorum ſunt plures habitus, & ſimiliter practicorum: par enim ratio eſſe videtur. 3. Quia actus circa principia ſpeculabilia ſunt valde diuerſi, vt phyſica & geometrica, quia longe diuerſam certitudinem & euidentiam ſortiuntur diſtinguuntur per actus, nec poteſt vnus habitus habere actus ſpecie diuerſos. Idem arg. ſit in in principijs practicis. ¶ 4. Quia potẽtia eſt determinabilis per varios habitus ad varia obiecta vt ait D. Tho. q. 54. ar. 1. Vnde lõge maiorem ambitum haber: ergo non eſt credibile eundem habitum extendere ſe ad omnia operando practice vel etiam ſpeculatiue circa omnia, eo quod in omnibus obiectis poteſt intellectus practice & ſpeculariue cognoſcere. ¶ 5. Quia habitus ponuntur ad ſuperãdas difficultates: ſunt autẽ variæ difficultates in principijs ſpeculatiuis & ſimiliter in practicis: ergo in vtroque genere debent eſſe variæ ſpecies habituum. ¶ 6. In voluntate circa res practicas ſunt varij habitus: ergo & in intellectu: eadem enim ratio eſt, nempe quod habitus longe limitatior eſt quàm potir. His fere rationibus ductus hanc partem tenet Rubius tract. 1. de habitib. q. 2. addens pro principijs cuiuslibet ſcientiæ ſuum eſſe peculiarem habitum & ideo tot eſſe habitus principiorum, quot ſcientiarum, nam omnia principia pertinentia ad aliquam ſcientiam, eiuſdem ſunt conditionis in ſe aut habent interſe dependentiã, ratione cuius ad eundem habitum pertinere poſſunt, vt colligitur ex Ariſto. 1. poſt c. 24.

6. Difficul.
1. Opinio.

24. Alij vero vt Fonſeca. 9. Met. c. 5. q. 2. in fine ponunt, non ſolum diuerſos habitus vnum in ordine ad principia ſpeculabilia alterũ in ordine ad practica, ſed etiam quoſdam verſantes circa principia communia omnibus ſcientijs, & alios plures verſantes circa particulares ſcientias, practicas vel ſpeculatiuas, nam præter Synderesim, quç verſatur circa principio agibilium, debent dari alij practici circa factibilia, imo docet circa eandem ſcientiam eſſe plures habitus principiorum quia nec ſcientia nec habitus principiorum eſt ſimplex qualitas, ſed ordinata collectio plurium qualitatum, vt etiam lib. 6. c. 1. q. 2. poſuerat. *2. Opinio.*

Alij tenent, tantum eſſe duos habitus principiorum, vnum in ordine ad principia ſpeculatiua, *3. Opinio.*

culatiua, alterum in ordine ad practica. Videtur D. Tho.1.p.q.79.a.12.dicentis, *prima autem principia ſpeculabilium nobis naturaliter indita non pertinent ad aliquam ſpecialem potentiam, ſed ad quendam ſpecialem habitum, qui dicitur intellectus principiorum vt patet ſexto Ethicorum, vnde & principia operabilium nobis naturaliter indita, non pertinent ad ſpecialem potentiam, ſed ad habitum naturalem, quem dicimus Synderesin, &c.* Vbi vtrumque vocat ſpecialem habitum, ſcilicet ſpecie atoma, idem indicant. Caietanus.2. poſt. cap. vlt. vbi ait, Ariſtot. pluraliter dixiſſe, habitus principiorum, quoniam non eſt idem habitus ſpeculabilium & agibilium, & clarius Viguer. c.3. §.8.v.1.4.5.6. & 11. dicens, *duos tantum habitus eſſe nobis naturaliter inditos, ſcilicet habitum principiorum ſpeculabilium, & practicum.*

Suaderi poteſt, quia quæ ſunt diſperſa in inferioribus, vniri ſolent in ſuperioribus, vnde vnus ſenſus interior attingit omnia pertinentia ad quinque ſenſus exteriores, & vna æſtimatiua percipit ſenſata ſenſibus externis, & inſupet alia inſenſata, & intellectus attingit omnia ſenſibilia, & alia: ergo non mirum ſi habitus concluſionum ſpeculabilium vel practicatum, multiplicantur, non multiplicato habitu principiorum practicorũ vel ſpeculabiliũ, eo quod eſt excellentiſſimus. Confirmatur, nam omnia principia ſpeculabilia eodem modo cognoſcuntur, ſcilicet, ſpeculatiua & ſine medio, ergo non mirum ſi ob id ad vnum & eũdem habitum pertinent, & pari ratione omnia practica ad practicum, deinde cum tam multa ſint, quæ à Deo vel creatura dici poſſunt, tamen omnibus dictis Dei aſſentimur vna fide diuina, & omnibus dictis creaturæ vna fide humana: ergo non mirum ſi omnibus practicis principijs aſſentiamur vno habitu practico, & omnibus ſpeculatiuis vno habitu ſpeculatiuo, qui ſicut & vna ſcientia multos actus ſpecie diuerſos habet. Confir. quia vna ſcientia extendit ſe ad infinitas concluſiones, quarum quædam ex alijs deducuntur: ergo non mirum ſi idem habitus ſe fundat ad omnia principia practica, vel ad omnia principia ſpeculabilia: nam vtraq. ſeorſum ſunt pauciora, quam concluſiones ſciẽtiæ: principia enim per ſe nota non adeo

25. Auctor. multa ſunt. Qua ratione videtur mihi ſecunda ſententia aliqualiter probabilior: imo ob hanc rationem defendi poſſet, eundem eſſe habitum principiorum ſpeculabilium & practicorum. Ad argumentum in contrariũ patet ex dictis.

Deinde Quæſtio eſt, an habitus principiorum recte diuidatur in aprehenſiunm & iudicatiuum. Fonſeca 1. meta.c.1.q.4.ſect.5. ait, duplicem eſſe habitum principiorum, alterum apprehenſiuum; alterum iudicatiuum, nam non ſolum ad facile iudicandum requiritur habitus in intellectu, ſed etiam ad facile apprehendendũm complexa, & incomplexa, ſer ſimplices terminos, & propoſitiones. Rubius autem tract.2. de habitibus.q. 4. con.1.ait. *Quemadmodum in ſcientia non ponitur habitus diſtinctus pro apprehenſione & iudicio concluſionis: pariter in principijs non eſt ponendus duplex habitus, apprahenſiuus, & iudicatiuus, ſed vnus pro vtroq. actu ſufficit. Iuxta quam doctrinam hoc modo generatur habitus principiorum, vt primum apprehendantur termini, ex quibus compoſita apprehenſio formatur, ſupra quam cadit iudicium, & per iudicium generatur habitus apprehenſionibus præſuppoſitis, quæ ſuo modo ad generationem concurrunt, & habitus iſte deſeruit apprehenſioni ac iudicio. Quod autem non ſit ponendus pro apprehenſione ſpecialis habitus probatur, quia apprehenſio non eſt propter ſe, ſed præciſe propter iudicium, cuius materia & quaſi obiectum eſt: ergo ex propria conditione aliquid iudicij eſt vnde quamuis ſit diſtinctus actus, pro eodem tamen reputatur, atque adeo vnus, idemq. habitus ab vtroq. generatur, & vtriq. deſeruit.* ¶ 2. *Ad apprehendendum ſimpliciter non requiritur habitus, ſed ſufficiunt ſpecie intelligibiles: ſolum ergo neceſſarius eſſe poteſt ad bene apprehendendum, hoc eſt ordinate ac facile, ſed apprehenſio ordinata non fit niſi propter iudicium. cuius quaſi pars materialis eſt: ergo non producit habitum, niſi adueniente iudicio, nec alio indiget habitu ab eo, qui per iudicium producitur, ſed iſte tanquam eidem actui vtriq. deſeruit. Vbi enim vnum præciſe propter alterum eſt & vbi vnum quaſi pars eſt alterius, ibi vnum duntaxat eſſe indicamus, pro quo vnum habitum ponere ſufficiet. Confir. Quis enim duplicem habitum ſcientiæ, prudentiæ, artis, fidei humanæ aut diuinæ, aut opinionis poſuit vnum iudicatum, alterum apprehenſiuum? nullus, certe: ſed omnes intelligunt eundem habitum pro iudicio & apprehenſione ſufficere. Idem etenim habitus ſcientiæ docet nos principia diſponere, & ordinare in modo & figura, quod ad apprehenſionẽ pertinet, & rurſus iudicare de concluſione ex eis illata, ſicque de cæteris habitibus intellectualibus ſentire oportet, potius quam ea duplicare ſine neceſſitate.* Hæc Rubius. Quæ difficultate non carent. 26.
Nam ſi intellectus ad apprehenſionem poteſt habitu promptior reddi, & actus per ſe producunt habitum ſibi proportionatum, cur non dicemus ſola apprehenſione ante aduentũ iudicij generari habitum, qui ſolum erit apprehẽſiuus, licet forte aſſeratur poſtea per iudicium extendi ad facilius iudicandũ & ita habitum apperhenſiuum reddi iudicatiuum, & melius diceretur, non extendi, ſed poſtea nouum habitum mere indicatiuum generari. Præterea inauditum eſt & incredi-

bile

bile videtur quod ad generationem alicuius habitus duo actus requirantur, quilibet enim perſe eſt ſufficiens ad ſuum habitum producendum. Item ſi demus apprehenſionem diuinitus impediri ne cum iudicio producat habitum, ſolo iudicio reddetur homo facilis ad iudicandum & nō ad apprehendendum, quoniā ſolū iudiciū nequit dare prōptitudinē ad apprehenſionē, ergo iudicium non indiget concurſu apprehenſionis ad producendum ſuum habitum iudicatiuum, & hic non eſt ad apprehēſionem, ſed ad apprehenſionē debet dari alius habitus productus per apprehenſionem. Conf. nam ſi quis plures apprehenderet terminos vel propoſitiones, nullo facto iudicio, vel illud impediente Deo vel humana difficultate vel defectu inductionis ſeu experientiæ, vel cōcurſu magnarum difficultatū: is redderetur promptior ad apprehendendum non ad iudicandum: duplex ergo eſt habitus principiorū alter iudicatiuus, alter apprehenſiuus: idemque de habitibus concluſionum. Sed mere apprehenſiui habitus non dicuntur ſcientia, ſapientia, prudentia, ars, opinio aut fides, nec reperiuntur in ordine ſupernaturali, quia imperfectiſsimi ſunt; ſed idem lumen gloriæ, eadem ſcientia infuſa, eadem dona Spiritus ſancti, eadem fides & prudentia deſeruit apprehenſioni & iudicio: nam quæ ſunt in inferioribus deſperſa, in ſuperibus vniuntur. Negamus item apprehenſionem eſſe præciſe propter iudicium, nā propter ſe etiam eſt bona & apetibilis, ſiue ſit terminorum ſimplicium, ſiue propoſitionum verarum, ſiue falſarum ſiue poſsibilium ſiue impoſſibilium. Vnde imperfectus eſſet Deus, ſi aliqua ei apprehenſio deeſſet, etiam propoſitionis, cui nequit aſſentiri. Sed eſto apprehenſio eſſet præciſe propter iudicium, nō ſequitur, eundem habitum pro vtraque in intellectu ponendum eſſe, nam intellectus non attendit bonitatem: ſicut voluntas, quæ propterea eodem habitu ſtudioſo reſpicit finem & medium, quod vt ſic bonitatem capit ex fine.

SECTIO. III.

Vtrum habitus ſcientiæ ſit diſtinctus ab habitu intellectus, ſeu principiorum.

27 *1. Opinio.* QVIDAM Theologi non vulgares huius temporis docuerunt, ſcientiam eſſe habitum diſtinctum ab habitu principiorum cōmunium omnibus ſcientijs, quæ dignitates ſolent appellari, vt de quolibet affirmare vel negare verum eſt, nō vero diſtinctā ab habitu primorū principiorū particularium & ſibi peculiarium, ex quibus ſuas deducit cōcluſiones; ſed poſtquā genitus eſt per actum qui verſatur circa principium, extendi putant ad concluſionem per actum, qui verſatur circa concluſionem, ſicut ſuperius diximus, habitum qui genitus eſt per aſſenſum primæ concluſionis, poſtea per aſſenſum ſecundæ extendi ad. 2. & ſic deinceps ad alias. Suadetur. 1. ex Ariſto. 6. eth. ca. 7. *1. Arg.* Vbi ait. *Sapientem ergo non ſolum ea ſcire, quæ ex principijs cognoſcuntur, ſed etiam circa principia dicere verū oportet: quare ſapientia intellectus eſt, & ſcientia (vt caput habens) ſcientia rerum earum, quæ ſummis afficiuntur honoribus.* 2. Quia aſſenſus quorum vnus intrinſece ſupponit alterū, *2. Arg.* nequeunt diuerſos generare habitus, quia diuerſi habitus indepentes ſunt: ſed aſſenſus concluſionum intrinſece ſupponit aſſenſum præmiſſarum: ergo non generat diuerſum habitum, ſed extendit præcedentem, vt in ſcientijs dicebamus habitum genitum vno aſſenſu circa vnā propoſitionē, alijs actibus reſpiciētibus alias propoſitiones, extendi ad illas. *3. Arg.* ¶ 3. Suadetur quia eodē habitu diligim⁹ mediū, & finē: ergo attingim⁹ cōcluſionē & principia ſicut enim finis & media ſe habent ad voluntatem; ita principia & concluſiones ad intellectum. ¶ 4. Suadetur ex D. Tho. 2. d. 24. *4. Arg.* q. 2. art. 4. ad. 6. vbi ait. *Habitus ille, ex quo naſcitur actus conſcientiæ, non eſt habitus ſeparatus ab habitu rationis & Syndereſi: quia non alius habitus eſt principiorum & concluſionum, quæ eliciuntur ab eis, & præcipue earum, quæ ſunt circa ſingularia, quorum non eſt habitus ſcientiæ, niſi ſecundum quod continentur in principijs vniuerſalibus.* Quid clarius? ¶ 5. Quia eodem actu poſſumus aſſentiri principijs & concluſioni: nam tota demonſtratio eſt vna propoſitio hypotetica: *5. Arg.* vnica autem propoſitio vnico actu cognoſci poteſt: ſed vnicus actus vnum generat habitum: ergo idēm habitus verſatur circa principia & concluſionē. Huius poſitionis meminit Duran. q. 4. prologi nu. 7. & eám ex parte ſequuntur Ocam & Gab. q. 3. prologi propter hoc arg.

Tenendum eſt tamen, ſcientiam & intellectum eſſe habitus diuerſos: quam ſententiā eſſe communem omnium & veram, docet merito Rubius in poſterioritb. tract. 3. de habitib. q. 1. eamq. recte deducit ex Ariſt. 6. ethi. c. 6. Vbi ait. *Intellectus nec eſt ſcientiā, nec ars, nec prudentia. Scientia, quia ipſum ſcibile demonſtrabile eſt. Ars & prudentia, quia in his verſantur, quæ ſe ſe aliter habere poſſunt. At neque ſapientia: eſt enim ſapientis de quibuſdam demonſtrationem habere. Quòd ſi ea, quibus verum dicimus, & nūquam falſum, in his quæ poſſunt, aut non poſſunt aliter ſe habere,* 28 *2. Opinio. communis & præferēda. Prob. 1. ex Ariſt.*

habere, hæc ſunt ſcientia, prudentia, ſapientia, intellectus: horum autem trium habituum nullus eſſe poteſt, atque tres dico, ſcientiam, ſapientiam, prudentiam, reſtat, intellectum eſſe principiorum.

29 *2. Ex communi conſenſu.* Sed poſſet dici Ariſt. non agere de diſtinctione reali, ſed formali, quia habitus ſcientiæ non dicitur ſciētia, vt verſatur circa principia nota ex terminis aut per inductionem, ſed vt verſatur circa cōcluſiones demonſtratas; ideo magis vrgeo ex communi ſententia à qua non eſt recedendum ſine vrgentibus rationibus maxime cū de re nō dubitatur vt in præſenti videmus. Vnde Caiet. 2.2.q.47.ar. 6. ad. 3. ait. Propterea tam in intellectu practico, quam in ſpeculatiuo alia eſt virtus reſpectu principiorum, nempe Syndereſis, alia reſpectu concluſionum, videlicet prudētia, & ſcientia. ¶3. Quia ex illa ſententia ſequitur, fidem infuſam & Theologiam eſſe eūdem habitum extenſum per actus noſtros ad concluſiones Theologicas, imo Theologiam beatorum, qua cognoſcunt aliqua ex ijs, quæ in verbo vident, eſſe eandem cum lumine gloriæ, illudque extēdi per diſcurſum humanum: quæ nullo modo videntur eſſe admittenda, tantæ enim dignitatis vidētur fides, lumen gloriæ, cæterique habitus infuſi vt actibus diſcurſu naturali elicitis immutari aut extendi nequāt, ſicut habitus voluntatis infuſi non poſſunt actibus ordinis naturæ extēdi, intendi aut vllo modo in ſe ipſis mutari. Vnde male quidam admittunt fidē & Theologiam eundem habitum eſſe, quibus ſuffragautur Canus. 9. de locis & Vega. 9. in Trid. c. 37. Nō longe à principio aſtruētes, aſſenſum Theologicę cōcluſionis eſſe immediate à fide tū qui nō negāt habitū Theologiæ diſtinctū à fide, ſed ponunt duos aſſenſus eiuſdē concluſionis: vnum elicitum à Theologia: alterū a fide. Quos merito reijcit Rubius illa. q. 2. à. nu. 57. Quia omnis aſſenſus nitēs diſcurſu ie ex creditis, eſt Theologicus & non fidei diuinæ. ¶ 4. Arguitur ſic enim dona intellectualia Spiritus ſancti videlicet intellectus ſcientiæ & ſapientiæ confunderentur, & cum ex cognitis per hæc dona aliquid elicimus diſcurſu naturali, actus noſtri extenderent, & mutarent in ſe ipſis dona Spiritus Sancti.

¶5. Quia iſti habitus dicitur verſantur circa diſtinctas veritates, quarum quælibet habet ſuam peculiarem difficultatem & longe diuerſo modo attingūt illas veritates, vnus immediate & ſine diſcurſu, alius cum diſcurſu; modus autem diuerſus cognoſcēdi maxime diſtinguit habitus, nimirum quia refunditur in obiectum & diuerſificat illum formaliter ſic adeo vt non ſolum ſpecie, ſed etiam genere differant habitus diſcurſiui à non diſcurſiuis.

Ad primum argumentum. Reſpond. ex D. Tho. in illum locum Ariſto. & in hac parte 30
q.57.art.1.ad 2. Sapientiam proprie ſumptam de qua ibi agit Ariſto. nō appellari intellectum, quia verſetur circa principia propria, nec quia verſetur circa principia aliarū ſciētiarum vt principia ſunt, ſed vt concluſiones ſunt: nam ea probat rationibus communibus ducentibus ad impoſsibile, vel alia via: quia conſiderat communia obiectis aliarum ſciētiarum, ex quibus pendent propria, principia autem aliarum ſciētiarum vt principia ſunt attinguntur per habitum intellectus proprie dictum realiter diſtinctum ab omnibus ſciētijs. *1. Ad arg.*

Ad. 2. Ad. 2. neg. maior, quamuis enim vnus aſſenſus pendeat ab alio: tamē cum habeat obiectū diuerſum & per ſe verum, & modo valde diuerſo in ipſum feratur, facilitas & promptitudo ac proinde habitus, circa vnum aſſenſum poteſt eſſe valde diuerſus à facilitate promptitudine, & habitu circa alium aſſenſum.

Ad. 3. Ad. 3. R. nō eſſe ſimile quia in medio & fine eadem eſt bonitas & amabilitas eo quod medium vt ſic non eſt bonum niſi relatiue & in ordine ad finē & ideo inclinatio habitualis ad finē ſine vlla additione & extēſione propriam reddit voluntatem ad mediū, vt mediū: at vero in concluſione eſt ſua propria veritas independens à principio, & ideo poteſt habere & ſemper habet ſuā peculiarem inclinationem & facilitatem, quia eius veritas eſt diuerſa & modus attingēdi illam eſt etiā valde diuerſus.

Ad. 4. Ad. 4. Fateor illum locum D. Tho. eſſe difficilē, quem ſi aduerſarij notaſſent triumphū forte contra nos agerent. Ad quem tamen Reſp. Bergom. in concord. D. Tho. dub. 702. *Quod ſi accipiantūr vt vnum eſt ratio alterius, idē eſt habitus principiorum & concluſionum, ſed ſi accipiantur ſecundum ſe, ſic habitus ſunt diuerſi.* Et hoc modo diuerſum eſſe habitum principiorū & concluſionum, docet D. Tho. 1. Poſter. lect. 5. in prin. & lect. 6. in medio. & lect. 44. in fine. & 1.2.q.57.art.2.ad.2. Vbi ſic ait. *Principia demonſtrationis poſſunt ſeorſum conſiderari abſque hoc quod conſiderentur concluſiones, poſſunt etiam conſiderari ſimul cum concluſionibus: conſiderare ergo hoc ſecundo modo principia pertinet ad ſcientiā, quæ conſiderat etiam concluſiones: ſed conſiderare principia ſecundum ſe ipſa pertinet ad intellectum.* Vbi non intelligas ſcientiam attingere in ſe ipſum principium, ſed ex eo cognito per alium habitum deducere concluſionem.

Ad. 5. Ad. 5. Reſp. Rubius tract. 2. de hab. q. 3. nu. 103. Demonſtrationem dupliciter conſiderari. 1. vt eſt vna propoſitio cōpoſita ex tribus, & ſic conſideratur à logica. 2. conſideratur

ſecundum

ſecundum partes ex quibus conſtat, & ſic principium pertinere ad vnum habitum, & concluſionem ad alium, ſed hoc non euadit difficultatem, quia logica non aſſentitur demonſtratiooi, ſed docet illam facere: argumentum autem cõtendit aſſenſum totius demonſtrationis tanquam vnicæ propoſitionis poſſe eſſe vnicum, & ideo generare vnicum habitum, qui ad concluſionem & principia ſe exteodat. Vnde Reſpon. actum, quo formaliter attingo concluſiooem, & principia quatenus eſt cognitio principiorum, generare habitum principiorum, quatenus vero concluſionum, generare habitum ſcientię: neque eſſe in conueniens, ab eodem habitu ſecundum diuerſas rationes prodire habitus realiter diſtinctos.

SECTIO. IIII.

Vtrum euidentia concluſionum ſit de ratione ſcientiæ.

31 EVIDENTIA eſt ſtatus intellectus in quo conuincitur, & neceſſitatur intellectus ad aſſenſum, excluſa omni formidine, & dubitatione ex vi talis ſtatus vt cum principia ſunt experta vel per ſe nota, vel concluſiones ex principijs ſic ootis ſub tali forma arguendi deducuntur. Hanc autem euidentiam non eſſe de ratione ſcientiæ, tenet Maſius. 1. Poſte. cap. 26. quæſt. 3. concl. 1. & 2. ex doctrina aſſerentium, ſcieotiam ſubalteroatam abſque continuatiooe cum ſubalternante eſſe ſcientiam, nam tunc licet conſequentiæ ſint euidentes, tameo concluſiones ſunt ineuidentes quoniam earum principia per ſolam fidem humanam vel opinionem cognoſcũtur. Hæc ſententia merito reijcitur à Rubio. 1. poſt. cap. 10. & tractat. 3. de habitibus quæſt. 2. Quia aſſenſus nitens principijs creditis, reuera eſt fidei humanæ & opinionis, cum ſit incertus, & ineuidens: ſed aſſenſus carentis ſcientia ſubalternante, licet verſetur circa concluſiones ſubalternatæ, eſt incertus & ineuidens: ergo non eſt ſcientiæ, ſed opinionis vel fidei humanæ. Dices, differre ab aſſenſu fidei & opinionis, quoniam eſt euidens aptitudinaliter, ſeu capax euidentiæ actualis, contra quia eur magis eſt capax euidentiæ, quam alij aſſenſus, qui ſunt fidei humanæ vel diuinæ, vel opinionis circa propoſitiones ſcibiles? Vnde tomo primo tracta. 2. docuimus, & in ſeque. tracta. docebimus, fidem diuinam & Theologiam vix non manere in patria, quia non eſt capax euidentiæ. Si enim eſſet capax per coniunctionem ad ſcientiam beatam, & ſubalternatem, procul dubio maneret in beatis, vt ex hoc falſo fundamento putauit Caietan. ſed quamuis Theologiæ propter ſuam certitudinem infallibiliraris daremus eſſe capacem euidentiæ, quam modo non habet, tamen non eſſet dandum alijs habitibus incertis, vt de euidentibus reddi poſſint euidentes.

Dices, Ariſtot. in definitione ſcientiæ non poſuiſſe euidentiam primo poſt. capit. 2. ſolum dixit, ſcire eſt rem per cauſam agnoſcere, & quoniam illius eſt cauſa, & non contingit aliter ſe habere: ſimilia. 6. ethic. cap. 2. Reſpond. Ariſtot. implicite poſuiſſe euidentiam in definitione ſcientiæ: docuit enim aſſenſum eius per ſe eſſe certum, & abſque formidine, timore, ac periculo falſitatis: euidentia autem, vt diximus, coofiſtit in ſtatu excludente formidinem, ex cuius vi, ſeu meritis homo habeat veram certitudinem, id eſt firmitatem adhæſionis, cum ſolido & ſufficienti fundamento. In qua firmitate adhæſionis, certitudinem conſtituunt Docto. 3. diſtin. 26. vbi D. Tho. quæſtio. 2. artic. 4. Bonauentura, quæſt. 4. Durand. 4. diſt. 37. quæſtio. 8. & Rubius ſupra, nam eſt alia adhæſio firma ex falſa exiſtimatione, qua quis putat, habere demonſtrationem, cum non habet, vel expreſſe haberi in ſcriptura, quod non habetur, vel ex pertinacia voluntatis, vt in hæreticis, vel proteruis, de quibus dicit Ariſtot. 7. ethic. cap. 3. ita adhærere ſuis erroribus, vt nihil ambigant. Dices, fidem diuinam habere certitudinem, quamuis ſit ineuidens, ergo euidentia non eſt cauſa adæquata talis certitudinis. Reſpon. fidem diuinam admittere dubitationes & formidines omnino, vel ſemiplene tantum indeliberatas, licet moraliter ſit incompatibilis cum plene deliberatis: qui enim ſic dubitat in rebus fidei, meretur protinus ipſa priuari, maxime eum non ſolum ſit de fide, Deum eſſe trinum, ſed hoc eſſe certum & infallibile, nec poſſe aliter ſe habere. Vnde dubius in fide infidelis dicitur: de quo in tractatu de fide. Deinde ipſa fides docet, peccatum graue eſſe, de rebus fidei dubitare, & ſic facit hominem non dubitare, & ſic fateor veram certitudinem adhæſionis non cauſari à ſola euidentia, ſed aliunde. 32

Obijcies, nam Theologia noſtra eſt ſcientia: tamen eſt ineuidens: ergo euidentia non eſt de ratione ſcientię. 33 *Obiect. 1.*

Ad hoc quidam apud Durand. quæſt. 1. prologi. numer. 50. & 53. dixere, concluſiones Theologicas eſſe nobis euidentes, quia ex aliqua præmiſſa euidenti deriuantur. Sed hoc merito à Duran. ibi, & Rubio, illo tracta. *1. Solutio.*

3. quæſt.

3.quæſt.2.nu.42, & ab alijs communiter:quia ad euidentiam concluſionis requiritur euidẽtia totius antecedentis, & conſequentiæ: in Theologia autem altera pars antecedentis eſt ineuidens:ergo & concluſio. Vnde homo poteſt illi diſſentire negando illam partem obſcuram antecedentis, vt poteſt: ſi autem cõcluſio eſſet euidens, non poſſet manente eadem apprehenſione intellectus illi diſſentire. Vnde ipſe Durand. aliter Reſpondet, ſcilicet, Theologiam noſtram non eſſe vere ſcientiam. Idem renuit Scot. quæſt. 4. prologi Maior quæſt.4.& 5.Gabr.7.Ocham.2. Gregor.quæſt.1. & pleriq. alij, tum recentes tum veteres Theologi. Quod conf. ex Ariſt. 1. poſt c.2. dicente, ſcientiã debere procedere ex primis, ideſt, ex principijs per ſe notis, ſcilicet, mediate, vel immediate, vt 1. top. cap. 1. dicitur, demonſtrationem procedere ex primis, aut ex ijs, quæ per prima fidem acceperunt. Si autẽ quæras à Mai. Gabr. & Ocham, cũ Theologia non ſit ſcientia, quis habitus erit? Reſpondent, eſſe fidem diuinam, mediatam ſcilicet: quia innititur mediate authoritati Dei.
34. Quæ ſententia probabilis eſt, vt fatetur Caie. 1. part. quæſt. 1. art. 2. cæterum tenendo cum D. Tho. Caietan. & omnibus eius ſectatoribus ibi, & 2.2. quæſt. 1. artic. 5. Capreol. Hiſpale. & Alph. Tolet. quæſt.1. prologi. Richar. quæſt.2. Cano.12. de locis.ca.2. Soto. 1.poſt ca. 2. Rubio ſupra, & alijs multis Theologiam noſtram eſſe vere, proprie, & ſimpliciter ſciẽtiam. Facile ad argum. Reſpond. de ratione ſcientiæ humanæ, & mere naturalis, quam ſolum cognouit Ariſt. eſſe euidentiam, quia ſine euidentia nec certa eſſet, ſed fallibilis: de ratione autem ſcientiæ in communi ſolum eſſe certitudinem cum diſcurſu, & quia hanc habet Theologia, vere eſſe ſcientiam. Neque placet, quod ait Sotus ſupra & alij non eſſe ſcientiam perfectam ob defectum euidentię: Vnde 1. Corin.13. *Ex parte enim cognoſcimus, &c. Et ex parte prophetamus: cum autem venerit, quod perfectum eſt, euacuabitur, quod ex parte eſt: cum eſſem paruulus, loquebar vt paruulus, ſapiebam, vt paruulus, cogitabam, vt paruulus: quando autem factus ſum vir, euacuaui, quæ erant paruuli. Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Nunc cognoſco ex parte: tunc autem cognoſcam ſicut, & cognitus ſum, &c.* Quibus verbis ſatis indicatur ſcientiam de diuinis rebus, quæ in hac vita habetur, imperfectam eſſe comparatione eius, quæ in patria habebitur, quia eſt ineuidens. Quod non obſtat quo minus ſit vere, proprie, & ſimpliciter ſciẽtia, & longe perfectior quacũq. ſcientia mere naturali, & independẽte à diuina reuelatione. nam hic defectus compenſatur maiori certitudine, & ſic perfectius participat rationem ſcientiæ, quam ſcientiæ naturales. Neq. item placet, quod docuit Vega.9.in Triden.cap.39. & Canus. 6. de locis aſſenſum concluſionis Theologicæ elici proxime, & immediate, id eſt, nullo alio habitu mediante, ab habitu fidei. Nam habitus primorum principiorum, & concluſionum diuerſi ſunt: ſed fides eſt habitus principiorum Theologiæ: ergo non cõcluſionũ. Item quia Theologia ex natura ſua eſt habitus per ſe, & natura ſua infuſus. Si dicas, hunc habitum aſſentiri immediate concluſioni, & ſimiliter fidem ſuppoſito aſſenſu Theologice, fruſtra hoc fingitur, cum ſufficiat habitus Theologicus ad præſtandum aſſenſum illis concluſionibus. Vide alia contra Canum & Vegam apud Rubium ſupra. Porro Theologiam eſſe vere ſciẽtiam, ſuadent multi ex Auguſtin. 14. Trinita. cap. 1. dicente. Hac ſcientia non pollent plurimi, licet fide polleant plurimi. Hieronym. epiſtol. ad Paulinum. Diſcamus in terris, quorum ſcientia nobiſcum perſeueret in cœlis. Et ex Prouerbio. 15. Labia ſapientium diſſeminabunt ſcientiam: & Sapient. 7. Ipſe dedit mihi horum, quæ ſunt, veram ſcientiam: & cap. 10. Dedit illi ſcientiam ſanctorum, & 1. Corin.13. Si habuero prophetiam, & nouerim myſteria omnia, & omnem ſcientiam: & ſi habuero fidem, ita vt montes trãſferam, charitatem autem non habuero, nihil ſum. Sed de hac re. 1. parte, quæſt. 1. tanquam in proprio loco fuſius dicetur.

SECTIO. V.

An multæ ſint ſcientiæ, & vnde diſtinctionem habeant?

OMISSA opinione aſſerentium eandem eſſe habitum principiorum, & cõcluſionum: inter quos 35.
fortaſſe aliqui aſſererẽt, omnium concluſionum, & principiorum eundem eſſe habitum: Quoniam iam ſuperius oſtendimus, habitum principiorum & concluſionum neceſſario differre ex modo procedendi: & quoniam tanta latitudo eidem habitui ineſſe non poteſt: alioqui adæquaret potentiam. Prima ſententia eſt eorum, qui pro omnibus concluſionibus vnum tantum habi- 1. *Opinio.*
tum, vnamque ſcientiam ſtatuerunt, ſicut plerique vnum tantum habitum ponunt omnium principiorum. Nam cum omnes concluſionis eodem modo attingantur videntur pertinere poſſe ad eundem omnino habitum

Digitized by Google

tũ. Sicut omnia dicta obſcure à Deo ad eundem fidei habitum pertinent, quia eodem modo cognoſcũtur. *Confir.* Confir. quia eadẽ ſciẽtia eſt de generibus & ſpeciebus, vt de figura, triã angulo, quadrangulo, &c. 1. poſt. c. 8. & 10. ergo vna ſciẽtia erit de ente & de omnibus eius generibus & ſpeciebus. Vnde Ariſt. 4. met. tex. 2. quare entis quoq. quot ſpecies ſũt, & ſpecies ſpecierum, ſpeculari, vnius ſcientiæ genere eſt. Hanc ſententiam tenuit Craſſus apud Ciceronem. 4 de oratore, & Antonius Mirand. l. libro 13. de euerſione ſingularis certam. Sect. 6. & 7.

36. *2. Opinio.* 2. Sententia eſt, tot eſſe habitus ſcientiæ, quot concluſiones demonſtratæ non contentę in vna communi & vniuerſali. Hanc opinionem forte eſſe veram tenuit Scotus, 3. d. 25. quæſtio. 2. §. ad 2. quæſitum: eam affirmauit Gab. quæſtio. 3. & 8. prologi. ratio eſt quia habitus ſolum inclinat ad reperendos actus à quibus genitus eſt, non ad alios ſpecie diuerſos, quales ſunt aſſenſus aliarum concluſionum, quia magis differunt intrinſece interſe, quam aſſenſus eiuſdem concluſionis, ſed hi differunt numero: ergo illi ſpecie. Item habitui erga vnam cõcluſionem opponitur errori circa illã, & non circa aliã: ergo habitus iſti differunt ſpecie, alioqui enim eidem habitui erroneo opponerentur.

37. *3. Opinio Authoris.* Sed cum habitus ſint determinationes potentiarum vt ait D. Thom. quęſtio. 54. arti. 1. & inſtituti ſint vt eas adiuuarent tanquam ipſarum complementa, ac proinde ſapiant earũ naturã & ſint medij inter potentiã & actum; non eſt credibile habere tantam latitudinẽ & extenſionẽ quantã eis tribuit 1. opin. nec tantam arctitudinem & contractionem quantã eis tribuit 2. Variæ ergo ſunt ſcientiæ, ſed non pro varietate concluſionum, ſicut nec eſt vna ſola virtus moralis, ſeu affectiua, nec ſinguli pro ſingulis materialibus obiectis, vt tractatu ſequenti videbimus. Confir. quia vna fides ſufficit pro multis aſſenſibus & propoſitionibus ſpecie diuerſis: ergo ſimiliter vna ſcientia. Hinc Ariſt. varijs locis varias ſcientias conſtituit, quaſdam ſpeculatiuas, Phyſicã, Mathematicã, & Metaphy. 6. met. text. 2. Additq. tex. 3. intra genus ſcientiæ Mathematicæ eſſe varias ſpecies, vt Geometriam & Aſtrologiam, ſimilia docet cap. 1. & 1 poſt. cap. 8. 23. & alibi, quando ergo in obiectis, materia, principijs aut modo certitudinis fuerit magna diuerſitas, oportet conſtituere diuerſum habitum, ſicut in Rep. diſtribuuntur inter homines munera, quia vnus omnia explere non poteſt, vide Rubium, tractatu. 2. de habit. q. 3.

Ad argumentum primę ſententiæ reſpondetur, non eſſe eundem habitum reſpectu omnium principiorum, vt ſectione. 2. vidimus, & licet eſſet idem, non ſequitur, eundem eſſe habitum omnium concluſionum, ſic enim nec prudentia nec ars eſſent habitus diſtincti à ſcientia: nec eſt eadem ratio de principijs & concluſionibus, quia principia ſunt numero pauciora, & habitus principiorum eſt perfectior, ideo plura complecti poteſt, quam vnus habitus ſcientiæ. Similiter fides diuina, quia eſt perfecta, & quæ immediate dicta ſunt, expedit qui à Deo dici, non multa ſunt, ideo omnia illa complecti poteſt.

Ad confirmationem reſpondetur, eandem ſcientiam eſſe poſſe de generibus & ſpeciebus, quando non tam multæ ſint ſpecies & paſſiones ipſarum, & modus certitudinis earum, vt non videantur eidem habitui tribui poſſe, vel quando eadem de omnibus generibus aut ſpeciebus demonſtrantur, ſicut Metaphyſica eadem demonſtrat de omnibus entibus, vel de omnibus ſubſtantijs, &c.

Ad fundamentum ſecundæ opinionis reſpondetur, ſicut eadem potentia habet actus ſpecie diuerſos, vt in viſu videre colorem & lucem, & videre albedinem, nigredinem, &c. ita habitus, quia ſapit naturam potentiæ, habet actus ſpecie diuerſos, ſaltem ſecundum diuerſos eius modos & extenſiones, ſecundum quas etiam opponitur habitui contrario habenti ſimiliter varias extenſiones. De hoc vide alia diſputat. 5. ſectione. 1.

Suppoſito ergo quod ſcientiæ non multiplicentur pro numero concluſionum, eſt magna dubitatio, quo pacto multiplicentur. 38 *Dub. 1.*
1. Opinio Quidam dicunt, quando abſtractio eſt diuerſa, diuerſas eſſe ſcientias; tamen intra eandem abſtractionem non pro numero concluſionum, ſed pro numero obiectorum, ſeu ſubiectorum ſcibilium ſpecie diuerſorum multiplicari, vt intra abſtractionem à materia ſignata, vel à materia ſenſibili, vel etiam intelligibili, de quibus abſtractionibus D. Thomas op. 70. ſuper Boetium de Trinitate, quæſtione. 5. articulo. 1. Huius ſententiæ videntur Soncin. 6. Metaphy. quæ. 8. concluſione 3. Scotus 3. d. 33. quæſtio. 2. §. ad 2. quæſitum Tolet. 1. part. quæſt. vnica. con. 2. fauet Ariſtot. 1. Poſt. c. 23. dicens. *Vna autem ſcientia eſt, quæ eſt vnius generis, quæcunque ex primis componuntur & partes ſunt, aut paſſiones horum per ſe*, ideſt vnius ſcientiæ eſt conſiderare vnam ſpeciem cum omnibus ſuis principijs, partibus & paſſionibus, quæ per ſe & proprie illi cõpetũt, & 3. animæ tex. 38. *ſecatur autem ſcientia & ſenſus in res: quæ quidem*

potentia eſt, in ea quæ ſunt potentia, quæ vero actu in eas, quæ ſunt actu. Iuno. 4. Met. in princip. Metaphyſicam à cæteris ſcientijs non diſtinguit ex parte abſtractionis à materia, ſed, quia ipſa conſiderat ens in communi, cæteræ vero obiecta particularia: ergo diuerſa ratio obiecti in eſſe rei ſufficit ad diuerſificandas ſcientias. Vnde Arithmetica, & Geometria ſunt diuerſæ ſcientiæ, tamen obiecta earum habent eandem abſtractionem, ſcilicet, à materia ſenſibili, licet non ab intelligibili. Itē diſtinctio principiorum ſufficit ad diuerſitatem ſcientiæ, ſed quando obiecta differunt ſpecie, ſunt diuerſa principia, etiam ſi abſtractio ſit eadem: ergo erunt diuerſæ

39. ſcientiæ.

2. Opinio.

Alij dicunt etiam ſi obiecta ſpecie differant, ſi abſtractio, ſit eadem, eandem eſſe ſciētiam. Capreol. quæſt. 3. prologi. con. 2. & 3. Hiſpalc. ibi a. 1. & 3. notab. 5. & 6. Caietan 1. poſt cap. 22. quæſt. 1. & 1 part quæſt. 1. art. 3. Sotus in logica quæſt. 3. proœm. & 1. poſt cap. 25. quæſt. vnic. & 1. phyſi. quæſtio. 2. Iauell. 6. Metaphy. quæſt. 7. Conimbri. in proœm. phyſi. quæſt. 1. art. 3. & 4. Et ad argumentum de geometria, & Arimethica. Reſp. Conimb. habere diuerſam abſtractionem, quia Arithmetica quodammodo abſtrahit à materia intelligibili, licet enim proportiones numerorum clarius cernantur in materia intelligibili, ſcilicet quantitate corporea, tamen etiam cernūtur in rebus ſpiritualibus: & muſica ac perſpectiua, quia ſubalternantur phyſicæ, nonnihil participant de materia ſenſibili, Sic etiā qui de cœlo, & anima, & de generatione diuerſas phyſicas ponunt, conantur explicare quomodo magis, vel minus abſtrahant à materia ſenſibili.

Hæc opinio videtur Ariſtot. 6. Met. text. 2. & 3. vbi triplicem ſcientiam diſtinguit per tres illos gradus abſtractionis, & apertius D. Thom. illo op. 70. & 1. phyſi. lect. 1. & paſſim alibi, ratio autem eſſe videtur, quia abſtractionis gradus faciunt diuerſos gradus certitudinis, vt colligitur ex Ariſtot. 1. poſt cap. 23. in princip. vbi ait. *Scientia autem eſt certior & prior ſcientia, quæ eſt ipſius quod & propter quid; & quæ non eſt de ſubiecto*, id eſt materia ſenſibili, *ea quæ de ſubiecto*. Et eodem tendit quod aiunt Banes 1. part. q. 1. art. 4. & Zumel ibi q. 2. notab. 1. abſtractionem diuerſificare ſcientias, quia continuetum habet quaſi diuerſum lumen, quod magis, vel minus res manifeſtat. nam Phyſica eſt de ſenſibilibus ſenſu externo, quæ eo quaſi lumine manifeſtantur, Mathematica eſt de quantitate, quæ imaginatione percipitur cum ſuis figuris, & proportionibus numerorum &c. Metaphyſica eſt de rebus, quæ ſubſunt lumini intelligibili. Diuerſitas autem luminis diuerſificat modum certitudinis, & euidentiæ in ſcientijs, & ita non mirum ſi diuerſificet eas ſpecie. 40.

3. Opinio.

3. Sententia, ait ſcientias diſtingui ex diuerſitate principiorum complexorum, ex quibus earum concluſiones probantur D. Tho. quæſt. 54. art. 2. ad. 2. & 2. poſt lect. 41. Ferra. 2. contra gentes, cap. 4. Paul. Venet. tract. de ſyllogiſ. demonſtr. cap. 12. fauet Ariſtot. 2. poſt cap. 23. tex. 43. ex quo hanc ſententiam colligit D. Tho. illa lect. 41. & Rubius tract. 2. de hab. quæſt. 4. num. 142. & ſequentib. vbi tamen tenet tres illos gradus abſtractionis diuerſificare ſcientias, & licet in illis gradibus reperiatur aliqua maior aut minor abſtractio, nihil referre ad diuerſitatem ſcientiarum, quia intra phyſicam inuenitur maior & minor abſtractio tamen tota phyſica eſt vna ſcientia ſecundum ſpeciem atomam ſimiliter in Metaphyſica diuerſæ ſunt abſtractiones: tamen ſcientia eſt vnica. Vnitatem vero omnimodam abſtractiones non ſufficere ad vnitatem ſcientiæ: nam Phyſica, & Medicina, Theorica, & Moralis Phyloſophia ſunt diuerſæ ſcientiæ, quamuis eandem habeant abſtractionem. Et hinc etiam colligit Rubius, non totam diuerſitatem ſciētiarum eſſe ex lumine ſenſus externi, interni, vel intellectus, multæ enim ſunt diuerſæ ſub eodem lumine, Vnde ergo ſumetur diuerſitas earum niſi ex principijs, quibus nituntur. Sic probatio rotunditatis terræ per principia motus, & per eclipſes pertinet ad diuerſas ſcientias.

Sed hæc poſitio difficultatem habet. 1. quia 41.
quædam ſunt principia, quibus multæ ſcientiæ vtuntur: ergo conuenientia in aliquibus principijs non ſufficit ad vnitatem ſcientiarum. 2. quia eadem ſcientia vtitur varijs principijs primis, quorum neutrum ad ſui cognitionem eget alio hoc eſt enim eſſe prima, nam ad quamlibet concluſionem concurrunt proxime, vel remote duo principia in quæ reſoluitur, & pro diuerſis concluſionib. alterū, vel vtrūq. debet eſſe diuerſum, vt patet diſcurrēdo p demōſtrationes, quæ fiunt in phyſica de eadē ſpecie entis mobilis, vel de diuerſis. Quapropter vnitas, & diuerſitas principiorū non videtur facere ad vnitatē, vel diuerſitatē ſcientiæ, niſi inuoluēdo eūdem, vel diuerſum modum abſtractionis, ad illā ergo tandē confugiendum, & ſic conciliantur loca D. Th. & Ariſt. quę pugnantia vidētur. ¶ Et mihi videtur ſoli Deo eſſe notū, aut Angelis quomodo in particulari, & qñ ſciētiæ aliquæ ſint realiter diſtinctæ, & quantā latitudinem habeat quiſq. habitus, & parum refert id ſcire, licet multum referat habitus ipſus noſtris actibus acquirere, vel augere.

Nec

Digitized by Google

Nec oportet hoc loco plura de vnitate & diſtinctione ſcientiarum dicere quæ à logicis, & Philoſophis fuſe tractari ſolent.

Quæri hic poſſet, an de ſingularibus, & de contingentibus & corruptibilibus ſit ſcientia, de quibus agit Rubius tracta.3.de hab.q.5. &.6. ſed hæc valde philoſophica ſunt, & nonnihil de illis dicam tract. ſeq. diſputando de virtutibus intellectualibus, an prudẽtia & ars differant à ſcientia eoquod ſint de ſingularibus & contingentibus; ſcientia vero non vide D.Thom.2.d. 24. quæſt.2. artic.4.ad 6.Bergomen.in concorda.dub.1104.

SECTIO. VI.

Quomodo ſapientia à ſcientia & intellectu differat.

42 SApientia interdum ſumitur pro collectione & congerie plurium ſcientiarum artium, vel prudentiarum, in quibus homo excellit. Sic Ariſtot.1.Metaphy.capitul.2.non longe à principio ait. *Primo igitur opinamur ſapientem maxime omnia, vt poſſibile eſt, ſcire. Deinde illum, qui difficiliora neque ſcitu facilia homini, cognoſcere poſſit, ſapientem exiſtimamus: ſentire enim omnibus commune eſt, quamobrem facile, & neutiquam ſapiens eſt: Item illum qui certiora, ac magis docere valens cauſas reddat, ſapientem in omni ſcientia eſſe.*

2.Sumitur ſapiẽtia pro excellentia in qualibet ſcientia, arte, vel prudentia: ſic dicimus ſapientem Medicum, Philoſophum, Architectum, Gubernatorem &c. Vnde Ariſtot. 6. Ethic.capit.3.*Sapientiam autem in artibus attribuere illis aſſuenimus, qui abſolutiſſimi in ipſis ſunt, vnde Phydiam ſapientem marmorarium, Policletum ſtatuarium ſapientem dicimus: nihil aliud hic ſapientiæ nomine, quam artis ipſius virtutem ſignificantes. Eiuſdem acceptionis meminet D.Thom.1.p. q.1.a.6.dicens. Ille ſapiens dicitur in vnoquoque genere, qui conſiderat altiſſimam cauſam illius generis, vt in genere ædificij artifex, qui diſponit formam domus, dicitur ſapiens architectus reſpectu inferiorum artificum, qui dolant ligna, vel parant lapides.*

43 3.Accipitur ſapientia pro vna aliqua ſciẽtia omnium excellentiſſima, à qua ſimpliciter denominatur ſapiens, qui eam aſſecutus eſt, ſic Ariſt.6.Eth.c.7.*ceterum eſſe alios quoſdam omnino, & non ex parte ſapientes exiſtimamus, neq. alia aliqua in re ſapientes quemadmodum inquit, Homerus in Margue. Is nec foſſor erat, nec erat robuſtus arator. Aut alia re aliqua ſapiens, ſi numina diuum conceſſere, qua propter exactiſſimam ſcientiarum eſſe ſapientiã manifeſtũ eſt &c.* Et.3. Met. tex.3.*Ex his itaque quæ ab antiquis determinata ſunt, quę ſcientiarum appellanda ſit ſapientia, rationabile videtur, vnamquamque appellandam eſſe verum quatenus principaliſſima & honorabiliſſima, & cui cæteras ſcientias tanquam ancillas non contradicere decet. Illa eſt ipſius finis, huius enim cauſa cætera.* Et quia inter ſcientias naturales perfectiſſima eſt Metaphyſica idcirco non obſcure eam vocat Ariſt. ſimpliciter ſapientiam. 1.Met.c.1.non procul à fine dicens, *cuius autem gratia nunc ſermonem facimus, illud eſt quod appellatam ſapientiam, circa primas cauſas & principia, omnes arbitrantur verſari.* Et D.Thom. 1. p. quæſt.1.artic.6.& ibi Bañes Zumel, Molina, Valen.& cæteri ſcholaſtici Theologiam appellant ſapientiam. Scientia eſt enim omniũ perfectiſſima, eo quod verſatur circa res altiſſimas & vniuerſaliſſimas, vt ſubſunt diuinę reuelationi mediate, quæ aliarum principia & concluſiones ſæpe authoritate diuina cõfirmat & ſui gratia potiſſime quæritur, & ſic habet omnes conditiones ſapientiæ traditas ab Ariſto.1.Met.capit.1.&.2.& alibi. Sapientiam autem non aſſentiri ſuis proprijs principijs, ſed aliarum ſcientiarum principia aliquomodo probare defendere & declarare, & ideo dici ſcientiam & intellectũ 6.Ethic. capitul. 7. dictum eſt ſectione. 3. ex D. Thom. 1.parte.quæſtione.1.articul. 6. &. 1. 2. quæſtione. 57.articul. 2. &. quæſtione.66. articul. 5. quibus locis idem docent recentiores, idem docet D. Thom. opuſ. 70. ſuper Boet. de Trin. quæſtione de diuiſione ſcientiarum ad.1.&.1.d.35.quæſtione.1.articu. 1. ad 5. Rubius tract. 4. de habit. quæſtione vnica, & tractat. 3. quæſtio.1. Iauel.4.Metaphy.quæſtione.1.punct.1.Mairo.3.d. 33. quæſt. 1.articul.2.8.&.10.Gregor.quæſtio. 3. prologi. articul.1.ad. 2. contra.2.&.3. conclu. Argent. quæſtione.2.articul.4.Durand.quęſt. 1. num. 54. Alphon. Toletan. quæſtione.1.articul.1. parte. 2. Burid. 6. Ethic. quæſtion.12.Bañes Zumel, & Molina ſupra. Inquirit autem
Valentia.diſputatione.3.q.5. pun. 2. Quomo- 44
do in eodem habitu rationes ſcientiæ, ſapiẽtięq. concurrant. Et Reſp. vt putat ex D.Tho. quæſtione.57.articul.2. ad.1. *duas rationes ſpecificas eiuſdem generis in eadem re poſſe concurrere, vt in calore ratio habitus & naturalis potentiæ.* Quibus verbis ſignificat, eiuſmodi rationes eſſe diſparatas, & non ſubalternatim poſitas. Melius tamen expræ nominatis auctoribus dicitur, ſcientiam ſumi dupliciter, primo vt genus ad ſapientiam, qualis eſt Metaphyſica, & Theologia. 2. vt condiſtinguitur ſapientiæ. Poſteriori modo

has rationes nunquam in eodem habitu cõcurrere, ſed tantum priori modo, ac proinde eas rationes concurrentes in eodem habitu, non eſſe diſparatas, ſed ſubalternatim poſitas vt in homine rationes entis, ſubſtantiæ, corporis &c. & hoc eſt quod vult Caie. 1. poſt c. 10. dub. 2. dicens, *Scientiam ſumi poſſe ſumi pro quocumque habitu acquiſito per demonſtrationem, & ſic comprehendere ſapientiã: ſumi etiã poſſe vt eſt virtus quedã condiſtincta ſapiẽtiæ, & ſic illã nõ includere.* Hinc Aug. 12. Trin. c. vltimo ſapientiam vocat ſcientiam rerum æternarum & 14. Trin. c. 1. ſcientiam eam appellat.

De prudentia, & arte, fide & opinione multa hic dicere poſſemus, quę inuenies tracta. ſeq. diſp. 3.

† *IHS*

QVÆST. LV. DE VIRTVTIBVS QVANTVM AD SVAM ESSENTIAM.

Art. 1. *Vtrùm virtus humana ſit habitus?*
Art. 2. *Vtrùm virtus humana ſit habitus operatiuus?*
Art. 3. *Vtrùm virtus humana ſit habitus bonus?*
Art. 4. *Vtrum virtus conuenienter definiatur?*

TRACTATVS. XI. DE VIRTVTIBVS in communi.

1 DE Hac re diſputat D. Th. ab hac q. 55. vſque ad. 68. incluſiue, & 2. contra gen. c. 92. & q. vnica de virtutibus, & 1. diſt. 17. & 2. diſt. 26. 27. & 29. & 3. diſt. 23. & 33. quibus locis cæteri ſcholaſtici. Altiſ. 3. ſummæ tract. 2. c. 2. Guill. Pariſ. opuſc. de virtutibus Herueus ſimili opuſculo Albert. in paradiſo animæ Abuleſ. opuſc. 14. qq. in 7. à cap. 58. Conimbricenſes in ethic. diſput. 7. Almain. 3. moral. Vincent. in ſpeculo morali. lib. 1. p. 3. diſt. 1. & ſeq. Azor to. 1. inſtit. moral. lib. 3. a. c. 25. Leonard. Leſsius lib. de virtutib. Cardinal. præſertim in breui explicatione virtutum toti operi ſuppoſita. Fonſeca tom. 3. Metaphy. lib. 9. c. 5. ex patribus Aug. 2. de lib. arb.. à cap. 18. lib. de moribus Eccleſia c. 15. & 16. lib. 83. qq. q. 31. 4. de ciuitate. c. 20. 4. contra Iulianum cap. 3. Ambr. 1. officiorum à cap. 24.

Ex Philoſophis Ariſt. 2. ethic. 2. ad Eudemum. 2. mag. moralium à cap. 41. Rhetoricos cap. 9. & libello de virtutibus (ſi tamen eius eſt) Plato de repub. & in Menone, Plutarcus lib. de virtute morum, Theages Pythagoreus lib. de virtutibus Plotinus lib. de virtutibus, Cicero de officijs, Alcinous lib. de doctri. Platonis.

Vide etiam Flaminium nobilium lib. 2. de fælicit. Petrum Gregorium in Sinthaxi artis mirabilis lib. 4. cap. 7. & lib. 49. per totum Carthuſianum opuſc. de elementis Philoſophiæ propoſite. 95. & ſequentibus Sebaſtianũ Medicis in ſumma de virtutib. Perald. in ſumma virtutum.

DIS-

DISPVTA I DE ESSENTIA ET definitione virtutis.

Sectio. 1. Vtrum virtus ſit bonus habitus operatiuus?

2. *Virtutis acceptiones. Prima acceptio.* OCTO virtutis acceptiones ponit Gab. 3. de 23. q. 1. quas ad. 4. reducit Medina in præfatione huius materiæ, ſed adeo ſunt variæ vt vix certo aut ſaltem exiguo numero comprehendi poſſint, nam. 1. quælibet potentia ad aliquid operandum, portandum, vel ſuſtinendum, vel ad reſiſtendum, & quidquid illam adiuuat, ſiue per modum habitus, ſiue per modum actus, ſiue per modum auxilij fluentis, ſiue extrinſeci cooperantis, ſiue diſpoſitionis, ſiue coditionis, appellatur virtus. Ad hác acceptionem pertinet, quod dicitur Rom. 1. *Non erubeſco euangelium; virtus enim Dei eſt.* 1. Cor. 1. *ys, qui ſalui ſunt, virtus Dei eſt*, & cap. 2. *non imperſuaſibilibus humana ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſione ſpiritus, & virtutis*, & pſal. 32. *Verbo domini cæli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius; omnis virtus eorum* ¶ 2. Quodlibet opus huius virtutis appellatur virtus, ſiue ſit eius actus elicitus, ſiue imperatus, ſiue directus, ſiue aliquid ex tali actu relictum, vel eius obiectum, vt relinquitur domus ex ædificatione, eſtque ædificationis obiectum, præſertim vero tale opus dicitur virtus, ſi ſit inſigne, aut etiam ſummum & vltimum, ad quod virtus prædicta poſsit ſe extendere; aut miraculoſum, vnde paſsim in ſcriptura opera miraculoſa virtutes appellantur, & Ariſt. 1. cœli ca. 11. tex. 116. ait: *Virtutem denominari ab eo quod eſt maximum, & vltimum in illa*, vt virtutem Petri eſſe portare centum libras, quia hoc pondus eſt vltimũ & maximum, quod portare poteſt, & ideo habitus bonus vocatur virtus, quia inclinat ad id, in quod vltimò potẽtia poteſt, vt D. Th. exponit in hac q. art. 1. ad. 1. & 2. 2. q. 23. art. 3. ad. 2. & q. de virtutibus art. 9. ad 15. quamuis 2. diſt. 27. quæſtione. 1. artic. 1. ad. 2. & in hac quæſt. art. 3. in corpore videatur interpretari, virtutem eſſe vltimum potentiæ, ideſt regulari per id, quod eſt vltimum in potentia videlicet per actum, eſt enim actus finis & cõplementum potentiæ, ita etiam videtur exponere. 3. diſt. 27. quæſt. 1. artic. 3. & de veritate quæſt. 14. artic. 3. ... hic etiam omnis rei fructus præſertim vltimus vocatur virtus Ioel. 2. *Ficus & vinea dederunt virtutem ſuam.* Mat. 2. *Virtutes tales, quæ per manus eius efficiuntur.*

3. Acceptio 3. Quidam Angeli, ad quos pertinet miracula facere, vocantur virtutes.

4. Accepti. 4. Speciatim bonus habitus operatiuus, vel actus, vel obiectum eius vocatur virtus præſertim ſi is habitus ſit moralis, & in appetitu reſidens, & maxime habitus fortitudinis; quidam etiam dicunt, quamlibet ſubiecti perfectionem virtutem dici, quoniam Ariſtot. 7. Phyſicorum, c. 3. ait, *virtutem eſſe perfectionem quamdam*, & pulchritudinem ſanitatem, ac robur, virtutes corporis appellat, ſed certe pulchritudo virtus dici nõ poteſt, niſi analogice, vt ſignum vel affectus virtutis naturalis. Iuxta hanc acceptionem Auguſt. 2. de lib. arbitrio capitul. 19. ait, virtutem eſſe bonum vſum liberi arbit. & in Pſalmo. 83. dicitur, *ibunt de virtute in virtutem*, & Ariſtot. 2. Ethicor. capitul. 5. ait, *virtus eſt qua bene diſponimur ad affectiones, & ob quam laudamur*, & Nyſſ. lib. de opificio hominis capitul. 4. ait, *imaginem Dei virtute, vt purpura Regia, amictam eſſe.* & Horatius.

Vilius argentum eſt auro, virtutibus aurum. In propoſito, ergo virtus ſumitur pro bono habitu operatiuo abſtrahente à morali, & intellectuali, qui habitus virtus dicitur ſecundum D. Tho. 3. ſent. & Duran. locis citatis. *Quia vim homini confert, qua bona opera præſtet & ſe à malo tueatur, ſibique vim inſerat.* Cicero vero tuſculana. 2. & Medin. quæſt. 55. in princip. putant virtutem à viro dictam eſſe, quia animum virilem robuſtum, & conſtantem reddit, proprium enim viri eſt habere robur, & conſtantiam in ſuis operibus. Has, & alias nominis etymologias his verbis complectitur Sebaſt. Medices in ſumma virtutum, quæſt. 2. *Virtus dicitur, quaſi vis intus, vel quaſi vim tuens, ſeu quaſi viri ſtatus, Vincen. 1. ſpeculi pu... d. 1. in fine. Item dicitur virtus à vi, vnde Dominus vocat virtuoſos violentos*, Matth. 11. *regnum Dei vim patitur, & violenti rapiunt illud, Tripliciter autem virtuoſus ſibi vim facit. 1. ardua aggrediendo. 2. aduerſa patiendo. 3. à placitis abſtinendo* Perald. 1. p. cap. 2. col. 4. *allegans Ouidium in epiſt. Eſt virtus placitis abſtinuiſſe bonis.* Sed præferenda etymologia, quæ ait virtutem dici, quia ad magna vim confert. Vnde Ariſtotel. 7. Phyſic. capit. 3. text. 17. ait, virtutem eſſe habitum, & diſpoſitionem perfecti ad optimum, vbi aliqui exponunt, 3

culatiua, alterum in ordine ad practica. Videtur D. Tho.1.p.q.79.a.12.dicentis, *prima autem principia ſpeculabilium nobis naturaliter indita non pertinent ad aliquam ſpecialem potentiam, ſed ad quendam ſpecialem habitum, qui dicitur intellectus principiorum vt patet ſexto Ethicorum, vnde & principia operabilium nobis naturaliter indita, non pertinent ad ſpecialem potentiam, ſed ad habitum naturalem, quem dicimus Syndereſin, &c.* Vbi vtrumque vocat ſpecialem habitum, ſcilicet ſpecie atoma, idem indicant. Caietanus.2. poſt. cap. vlt. vbi ait, Ariſtot. pluraliter dixiſſe, habitus principiorum, quoniam non eſt idem habitus ſpeculabilium & agibilium, & clarius Viguer. c.3. §.8.v.1.4.5.6. & 11. dicens, *duos tantum habitus eſſe nobis naturaliter inditos, ſcilicet habitum principiorum ſpeculabilium, & practicum.*

Suaderi poteſt, quia quæ ſunt diſperſa in inferioribus, vniri ſolent in ſuperioribus, vnde vnus ſenſus interior attingit omnia pertinentia ad quinque ſenſus exteriores, & vna æſtimatiua percipit ſenſata ſenſibus externis, & inſuper alia inſenſata, & intellectus attingit omnia ſenſibilia, & alia: ergo non mirum ſi habitus concluſionum ſpeculabilium vel practicarum, multiplicantur, non multiplicato habitu principiorum practicorũ vel ſpeculabiliũ, eo quod eſt excellentiſſimus. Confirmatur, nam omnia principia ſpeculabilia eodem modo cognoſcuntur, ſcilicet, ſpeculatiua & ſine medio, ergo non mirum ſi ob id ad vnum & eũdem habitum pertinent, & pari ratione omnia practica ad practicum, deinde cum tam multa ſint, quæ à Deo vel creatura dici poſſunt, tamen omnibus dictis Dei aſſentimur vna fide diuina, & omnibus dictis creaturæ vna fide humana: ergo non mirum ſi omnibus practicis principijs aſſentiamur vno habitu practico, & omnibus ſpeculatiuis vno habitu ſpeculatiuo, qui ſicut & vna ſcientia multos actus ſpecie diuerſos habet. Confir. quia vna ſcientia extendit ſe ad infinitas concluſiones, quarum quædam ex alijs deducuntur: ergo non mirum ſi idem habitus ſe fundat ad omnia principia practica, vel ad omnia principia ſpeculabilia: nam vtraq. ſeorſum ſunt pauciora, quam concluſiones ſciẽ-
25. *Auctor.* tiæ: principia enim per ſe nota non adeo multa ſunt. Qua ratione videtur mihi ſecunda ſententia aliqualiter probabilior: imo ob hanc rationem defendi poſſet, eundem eſſe habitum principiorum ſpeculabilium & practicorum. Ad argumentum in contrariũ patet ex dictis.

Deinde Quæſtio eſt, an habitus principiorum recte diuidatur in aprehenſiuum & iudicatiuum. Fonſeca 1. meta.c.1.q.4.ſect.5. ait, duplicem eſſe habitum principiorum, alterum apprehenſiuum; alterum iudicatiuum, nam non ſolum ad facile iudicandum requiritur habitus in intellectu, ſed etiam ad facile apprehendendũm complexa, & incomplexa, ſer ſimplices terminos, & propoſitiones. Rubius autem tract.2. de habitibus.q. 4. con.1.ait. *Quemadmodum in ſcientia non ponitur habitus diſtinctus pro apprehenſione & iudicio concluſionis: pariter in principijs non eſt ponendus duplex habitus, apprehenſiuus, & iudicatiuus, ſed vnus pro vtroq. actu ſufficit. Iuxta quam doctrinam hoc modo generatur habitus principiorum, vt primum apprehendantur termini, ex quibus compoſita apprehenſio formatur, ſupra quam cadit iudicium, & per iudicium generatur habitus apprehenſionibus præſuppoſitis, quæ ſuo modo ad generationem concurrunt, & habitus iſte deſeruit apprehenſioni ac iudicio. Quod autem non ſit ponendus pro apprehenſione ſpecialis habitus probatur, quia apprehenſio non eſt propter ſe, ſed præciſe propter iudicium, cuius materia & quaſi obiectum eſt: ergo ex propria conditione aliquid iudicij eſt vnde quamuis ſit diſtinctus actus, pro eodem tamen reputatur, atque adeo vnus, idemq. habitus ab vtroq. generatur, & vtriq. deſeruit. § 2. Ad apprehendendum ſimpliciter non requiritur habitus, ſed ſufficiunt ſpecies intelligibiles: ſolum ergo neceſſarius eſſe poteſt ad bene apprehendendum, hoc eſt ordinate ac facile, ſed apprehenſio ordinata non ſit niſi propter iudicium. cuius quaſi pars materialis eſt: ergo non producit habitum, niſi adueniente iudicio, nec alio indiget habitu ab eo, qui per iudicium producitur, ſed iſte tanquam eidem actui vtriq. deſeruit. Vbi enim vnum præciſe propter alterum eſt & vbi vnum quaſi pars eſt alterius, ibi vnum duntaxat eſſe iudicamus, pro quo vnum habitum ponere ſufficiet. Confir. Quis enim duplicem habitum ſcientiæ, prudentiæ, artis, fidei humanæ aut diuinæ, aut opinionis poſuit vnum iudicatum, alterum apprehenſiuum? nullus, certe: ſed omnes intelligunt eundem habitum pro iudicio & apprehenſione ſufficere. Idem etenim habitus ſcientiæ docet nos principia diſponere, & ordinare in modo & figura, quod ad apprehenſionẽ pertinet, & rurſus iudicare de concluſione ex eis illata, ſicque de cæteris habitibus intellectualibus ſentire oportet, potius quam ea duplicare ſine neceſſitate.*
Hæc Rubius. Quæ difficultate non carent. 26.
Nam ſi intellectus ad apprehenſionem poteſt habitu promptior reddi, & actus per ſe producunt habitum ſibi proportionatum, cur non dicemus ſola apprehenſione ante aduentũ iudicij generari habitum, qui ſolum erit apprehẽſiuus, licet forte aſſeratur poſtea per iudicium ſextendi ad facilius iudicandũ & ita habitum appehenſiuum reddi iudicatiuum, & melius diceretur, non extendi, ſed poſtea nouum habitum mere indicatiuum generari. Præterea inauditum eſt & incredibile

bile videtur quod ad generationem alicuius habitus duo actus requirantur, quilibet enim perſe eſt ſufficiens ad ſuum habitum producendum. Item ſi demus apprehenſionem diuinitus impediri ne cum iudicio producat habitum, ſolo iudicio reddetur homo facilis ad iudicandum & nō ad apprehendendum, quoniá ſolū iudiciū nequit dare prōptitudinē ad apprehenſionē, ergo iudicium non indiget concurſu apprehenſionis ad producendum ſuum habitum iudicatiuum, & hic non eſt ad apprehēſionem, ſed ad apprehenſionē debet dari alius habitus productus per apprehenſionem. Conf. nam ſi quis plures apprehenderet terminos vel propoſitiones, nullo facto iudicio, vel illud impediente Deo vel humana difficultate vel defectu inductionis ſeu experientiæ, vel cōcurſu magnarum difficultatū: is redderetur promptior ad apprehendendum non ad iudicandum: duplex ergo eſt habitus principiorū alter iudicatiuus, alter apprehenſiuus: idemque de habitibus concluſionum. Sed mere apprehenſiui habitus non dicuntur ſcientia, ſapientia, prudentia, ars, opinio aut fides, nec reperiuntur in ordine ſupernaturali, quia imperfectiſsimi ſunt; ſed idem lumen gloriæ, eadem ſcientia infuſa, eadem dona Spiritus ſancti, eadem fides & prudentia deſeruit apprehenſioni & iudicio: nam quæ ſunt in inferioribus deſperſa, in ſuperibus vniuntur. Negamus item apprehenſionem eſſe præciſe propter iudicium, ná propter ſe etiam eſt bona & apetibilis, ſiue ſit terminorum ſimplicium, ſiue propoſitionum verarum, ſiue falſarum ſiue poſsibilium ſiue impoſſibilium. Vnde imperfectus eſſet Deus, ſi aliqua ei apprehenſio deeſſet, etiam propoſitionis, cui nequit aſſentiri. Sed eſto apprehenſio eſſet præciſe propter iudicium, nō ſequitur, eundem habitum pro vtraque in intellectu ponendum eſſe, nam intellectus non attendit bonitatem ſicut voluntas, quæ propterea eodem habitu ſtudioſo reſpicit finem & medium, quod vt ſic bonitatem capit ex fine.

SECTIO. III.

Vtrum habitus ſcientiæ ſit diſtinctus ab habitu intellectus, ſeu principiorum.

27 *1. Opinio.* QVIDAM Theologi non vulgares huius temporis docuerunt, ſcientiam eſſe habitum diſtinctum ab habitu principiorum cōmunium omnibus ſcientijs, quæ dignitates ſolent appellari, vt de quolibet affirmare vel negare verum eſt, nō vero diſtinctā ab habitu primorū principiorū particularium & ſibi peculiarium, ex quibus ſuas deducit cōcluſiones; ſed poſtquā genitus eſt per actum qui verſatur circa principium, extendi putant ad concluſionem per actum, qui verſatur circa concluſionem, ſicut ſuperius diximus, habitum qui genitus eſt per aſſenſum primæ concluſionis, poſtea per aſſenſum ſecundæ extendi ad 2. & ſic deinceps ad alias. Suadetur. 1. ex Ariſto. 6. eth. ca. 7. *1. Arg.* Vbi ait. *Sapientem ergo non ſolum ea ſcire, quæ ex principijs cognoſcuntur, ſed etiam circa principia dicere verū oportet: quare ſapientia intellectus eſt, & ſcientia (vt caput habens) ſcientia rerum earum, quæ ſummis afficiuntur honoribus.* 2. Quia aſſen- *2. Arg.* ſus quorum vnus intrinſece ſupponit alterū, nequeunt diuerſos generare habitus, quia diuerſi habitus independentes ſunt: ſed aſſenſus concluſionum intrinſece ſupponit aſſenſum præmiſſarum: ergo non generat diuerſum habitum, ſed extendit præcedentem, vt in ſcientijs dicebamus habitum genitum vno aſſenſu circa vnā propoſitionē, alijs actibus reſpicientibus alias propoſitiones, extendi ad illas. *3. Arg.* ¶ 3. Suadetur quia eodē habitu diligim⁹ mediū, & finē: ergo attingim⁹ cōcluſionē & principia ſicut enim finis & media ſe habent ad voluntatem; ita principia & concluſiones ad intellectum. ¶ 4. Suadetur ex D. Tho. 2. d. 24. *4. Arg.* q. 2. art. 4. ad. 6. vbi ait. *Habitus ille, ex quo naſcitur actus conſcientiæ, non eſt habitus ſeparatus ab habitu rationis & Synderesi: quia non alius habitus eſt principiorum & concluſionum, quæ eliciuntur ab eis, & præcipue earum, quæ ſunt circa ſingularia, quorum non eſt habitus ſcientiæ, niſi ſecundum quod continentur in principijs vniuerſalibus.* Quid clarius? ¶ 5. Quia eodem actu poſſumus aſſen- *5. Arg.* tiri principijs & concluſioni: nam tota demonſtratio eſt vna propoſitio hypotetica: vnica autem propoſitio vnico actu cognoſci poteſt: ſed vnicus actus vnum generat habitum: ergo idēm habitus verſatur circa principia & concluſionē. Huius poſitionis meminit Duran. q. 4. prologi nu. 7. & eám ex parte ſequuntur Ocam & Gab. q. 3. prologi propter hoc arg.

28 *2. Opinio. communis & præferēda.* Tenendum eſt tamen, ſcientiam & intellectum eſſe habitus diuerſos: quam ſententiá eſſe communem omnium & veram, docet merito Rubius in poſteriorib. tract. 3. de habitib. q. 1. eamq. recte deducit ex Ariſt. 6. ethi. *Prob. 1. ex Ariſt.* c. 6. Vbi ait. *Intellectus nec eſt ſcientia, nec ars, nec prudentia. Scientia, quia ipſum ſcibile demonſtrabile eſt. Ars & prudentia, quia in his verſantur, quæ ſe ſe aliter habere poſſunt. At neque ſapientia: eſt enim ſapientis de quibuſdam demonſtrationem habere. Quòd ſi ea, quibus verum dicimus, & nūquam falſum, in his quæ poſſunt, aut non poſſunt aliter ſe habere,*

Digitized by Google

habere, hæc ſunt ſcientia, prudentia, ſapientia. intellectus: horum autem trium habituum nullus eſſe poteſt, atque tres dico, ſcientiam, ſapientiam, prudentiam, reſtat, intellectum eſſe principiorum.

29 *2. Ex communi conſenſu.* Sed poſſet dici Ariſt. non agere de diſtinctione reali, ſed formali, quia habitus ſcientiæ non dicitur ſciẽtia, vt verſatur circa principia nota ex terminis aut per inductionem, ſed vt verſatur circa cõcluſiones demonſtratas; ideo magis vrgeo ex communi ſententia à qua non eſt recedendum ſine vrgentibus rationibus maxime cũ de re nõ dubitatur vt in præſenti videmus. Vnde Caiet. 2.2.q.47.ar. 6. ad. 3. ait. Propterea tam in intellectu practico, quam in ſpeculatiuo alia eſt virtus reſpectu principiorum, nempe Synderesis, alia reſpectu concluſionum, videlicet prudẽtia, & ſcientia. ¶ 3. Quia ex illa ſententia ſequitur, fidem infuſam & Theologiam eſſe eũdem habitum extenſum per actus noſtros ad concluſiones Theologicas, imo Theologiam beatorum, qua cognoſcunt aliqua ex ijs, quæ in verbo vident, eſſe eandem cum lumine gloriæ, illudque extẽdi per diſcurſum humanum: quæ nullo modo videntur eſſe admittenda, tantæ enim dignitatis vidẽtur fides, lumen gloriæ, cæterique habitus infuſi vt actibus diſcurſu naturali elicitis immutari aut extendi nequãt, ſicut habitus voluntatis infuſi non poſſunt actibus ordinis naturæ extẽdi, intendi aut vllo modo in ſe ipſis mutari. Vnde male quidam admittunt fidẽ & Theologiam eundem habitum eſſe, quibus ſuffragantur Canus. 9. de locis & Vega. 9. in Trid. c. 37. Nõ longe à principio aſtruẽtes, aſſenſum Theologicę cõcluſionis eſſe immediate à fide tũ qui nõ negãt habitũ Theologiæ diſtinctũ à fide, ſed ponunt duos aſſenſus eiuſdẽ concluſionis: vnum elicitum à Theologia: alterũ a fide. Quos merito reijcit Rubius illa. q. 2. à. nu. 57. Quia omnis aſſenſus nitẽs diſcurſu iex creditis, eſt Theologicus & non fidei diuinæ. ¶ 4. Arguitur ſic enim dona intellectualia Spiritus ſancti videlicet intellectus ſcientiæ & ſapientiæ confunderentur, & cum ex cognitis per hæc dona aliquid elicimus diſcurſu naturali, actus noſtri extenderent, & mutarent in ſe ipſis dona Spiritus Sancti.

¶ 5. Quia iſti habitus dicitur verſantur circa diſtinctas veritates, quarum quælibet habet ſuam peculiarem difficultatem & longe diuerſo modo attingũt illas veritates, vnus immediate & ſine diſcurſu, alius cum diſcurſu; modus autem diuerſus cognoſcẽdi maxime diſtinguit habitus, nimirum quia refunditur in obiectum & diuerſificat illum formaliter ſic adeo vt non ſolum ſpecie, ſed etiam genere differant habitus diſcurſiui à non diſcurſiuis.

Ad primum argumentum. Reſpond. ex D. Tho. in illum locum Ariſto. & in hac parte q. 57. art. 1. ad 2. Sapientiam proprie ſumptam de qua ibi agit Ariſto. nõ appellari intellectum, quia verſetur circa principia propria, nec quia verſetur circa principia aliarũ ſciẽtiarum vt principia ſunt, ſed vt concluſiones ſunt: nam ea probat rationibus communibus ducentibus ad impoſſibile, vel alia via: quia conſiderat communia obiectis aliarum ſciẽtiarum, ex quibus pendent propria, principia autem aliarum ſciẽtiarum vt principia ſunt attinguntur per habitum intellectus proprie dictum realiter diſtinctum ab omnibus ſciẽtijs. 30 *1. Ad arg.*

Ad. 2. neg. maior, quamuis enim vnus aſſenſus pendeat ab alio: tamẽ cum habeat obiectũ diuerſum & per ſe verum, & modo valde diuerſo in ipſum feratur, facilitas & promptitudo ac proinde habitus, circa vnum aſſenſum poteſt eſſe valde diuerſus à facilitate promptitudine, & habitu circa alium aſſenſum. *Ad. 2.*

Ad. 3. R. nõ eſſe ſimile quia in medio & fine eadem eſt bonitas & amabilitas eo quod medium vt ſic non eſt bonum niſi relatiue & in ordine ad finẽ & ideo inclinatio habitualis ad finẽ ſine vlla additione & extẽſione prõptam reddit voluntatem ad mediũ, vt mediũ: at vero in concluſione eſt ſua propria veritas independens à principio, & ideo poteſt habere & ſemper habet ſuã peculiarem inclinationem & facilitatem, quia eius veritas eſt diuerſa & modus attingẽdi illam eſt etiã valde diuerſus. *Ad. 3.*

Ad. 4. Fateor illum locum D. Tho. eſſe difficilẽ, quem ſi aduerſarij notaſſent triumphũ forte contra nos agerent. Ad quem tamen Reſp. Bergom. in concord. D. Tho. dub. 702. *Quod ſi accipiantur vt vnum eſt ratio alterius, idẽ eſt habitus principiorum & concluſionum, ſed ſi accipiantur ſecundum ſe, ſic habitus ſunt diuerſi.* Ex hoc modo diuerſum eſſe habitum principiorũ & concluſionum, docet D. Tho. 1. Poſter. lect. 5. in prin. & lect. 6. in medio. & lect. 44. in fine. & 1.2. q. 57. art. 2. ad. 2. Vbi ſic ait. *Principia demonſtrationis poſſunt ſeorſum conſiderari abſque hoc quod conſiderentur concluſiones, poſſunt etiam conſiderari ſimul cum concluſionibus: conſiderare ergo hoc ſecundo modo principia pertinet ad ſcientiã, quæ conſiderat etiam concluſiones: ſed conſiderare principia ſecundum ſe ipſa pertinet ad intellectum.* Vbi non intelligas ſcientiam attingere in ſe ipſum principium, ſed ex eo cognito per alium habitum deducere concluſionem. *Ad. 4.*

Ad. 5. Reſp. Rubius tract. 2. de hab. q. 3. nu. 103. Demonſtrationem dupliciter conſiderari. 1. vt eſt vna propoſitio cõpoſita ex tribus, & ſic conſideratur à logica. 2. conſideratur *Ad. 5.*

ſecundum

Digitized by Google

ſecundum partes ex quibus conſtat, & ſic principium pertinere ad vnum habitum, & concluſionem ad alium, ſed hoc non euadit difficultatem, quia logica non aſſentitur demonſtrationi, ſed docet illam facere: argumentum autem cõtendit aſſenſum totius demonſtrationis tanquam vnicæ propoſitionis poſſe eſſe vnicum, & ideo generare vnicum habitum, qui ad concluſionem & principia ſe extendat. Vnde Reſpon. actum, quo formaliter attingo concluſionem, & principia quatenus eſt cognitio principiorum, generare habitum principiorum, quatenus vero concluſionum, generare habitum ſcientię: neque eſſe in conueniens, ab eodem habitu ſecundum diuerſas rationes prodire habitus realiter diſtinctos.

SECTIO. IIII.

Vtrum euidentia concluſionum ſit de ratione ſcientiæ.

31 EVIDENTIA eſt ſtatus intellectus in quo conuincitur, & neceſſitatur intellectus ad aſſenſum, excluſa omni formidine, & dubitatione ex vi talis ſtatus vt cum principia ſunt experta vel per ſe nota, vel concluſiones ex principijs ſic notis ſub tali forma arguendi deducuntur. Hanc autem euidentiam non eſſe de ratione ſcientiæ, tenet Maſius. 1. Poſte. cap. 26. quæſt. 3. concl. 1. & 2. ex doctrina aſſerentium, ſcientiam ſubalternatam abſque continuatione cum ſubalternante eſſe ſcientiam, nam tunc licet conſequentiæ ſint euidentes, tamen concluſiones ſunt ineuidentes quoniam earum principia per ſolam fidem humanam vel opinionem cognoſcũtur. Hæc ſententia merito reijcitur à Rubio. 1. poſt. cap. 10. & tractat. 3. de habitibus quæſt. 2. Quia aſſenſus nitens principijs creditis, reuera eſt fidei humanæ & opinionis, cum ſit incertus, & ineuidens: ſed aſſenſus carentis ſcientia ſubalternante, licet verſetur circa concluſiones ſubalternatæ, eſt incertus & ineuidens: ergo non eſt ſcientiæ, ſed opinionis vel fidei humanæ. Dices, differre ab aſſenſu fidei & opinionis, quoniam eſt euidens aptitudinaliter, ſeu capax euidentiæ actualis, contra quia cur magis eſt capax euidentiæ, quam alij aſſenſus, qui ſunt fidei humanæ vel diuinæ, vel opinionis circa propoſitiones ſcibiles? Vnde tomo primo tracta. 2. docuimus, & in ſeque. tracta. docebimus, fidem diuinam & Theologiam vix non manere in patria, quia non eſt capax euidentiæ. Si enim eſſet capax per coniunctionem ad ſcientiam beatam, & ſubalternatem, procul dubio maneret in beatis, vt ex hoc falſo fundamento putauit Caietan. ſed quamuis Theologiæ propter ſuam certitudinem infallibilitatis daremus eſſe capacem euidentiæ, quam modo non habet, tamen non eſſet dandum alijs habitibus incertis, vt de euidentibus reddi poſſint euidentes.

Dices, Ariſtot. in definitione ſcientiæ non poſuiſſe euidentiam primo poſt. capit. 2. ſolum dixit, ſcire eſt rem per cauſam agnoſcere, & quoniam illius eſt cauſa, & non contingit aliter ſe habere: ſimilia. 6. ethic. cap. 2. Reſpond. Ariſtot. implicite poſuiſſe euidentiam in definitione ſcientiæ: docuit enim aſſenſum eius per ſe eſſe certum, & abſque formidine, timore, ac periculo falſitatis: euidentia autem, vt diximus, conſiſtit in ſtatu excludente formidinem, ex cuius vi, ſeu meritis homo habeat veram certitudinem, id eſt firmitatem adhæſionis, cum ſolido & ſufficienti fundamento. In qua firmitate adhæſionis, certitudinem conſtituunt Docto. 3. diſtin. 26. vbi D. Tho. quæſtio. 2. artic. 4. Bonauentura, quæſt. 4. Durand. 4. diſt. 37. quæſtio. 8. & Rubius ſupra, nam eſt alia adhæſio firma ex falſa exiſtimatione, qua quis putat, habere demonſtrationem, cum non habet, vel expreſſe haberi in ſcriptura, quod non habetur, vel ex pertinacia voluntatis, vt in hæreticis, vel pro teruis, de quibus dicit Ariſtot. 7. ethic. cap. 3. ita adhærere ſuis erroribus, vt nihil ambigant. Dices, fidem diuinam habere certitudinem, quamuis ſit ineuidens, ergo euidentia non eſt cauſa adæquata talis certitudinis. Reſpon. fidem diuinam admittere dubitationes & formidines omnino, vel ſemiplenæ tantum indeliberatas, licet moraliter ſit incompatibilis cum plene deliberatis: qui enim ſic dubitat in rebus fidei, meretur protinus ipſa priuari, maxime cum non ſolum ſit de fide, Deum eſſe trinum, ſed hoc eſſe certum & infallibile, nec poſſe aliter ſe habere. Vnde dubius in fide infidelis dicitur: de quo in tractatu de fide. Deinde ipſa fides docet, peccatum graue eſſe, de rebus fidei dubitare, & ſic facit hominem non dubitare, & ſic fateor veram certitudinem adhæſionis non cauſari à ſola euidentia, ſed aliunde. 32

Obijcies, nam Theologia noſtra eſt ſcientia: tamen eſt ineuidens: ergo euidentia non eſt de ratione ſcientię. 33 *Obiectio.*

Ad hoc quidam apud Durand. quæſt. 1. prologi. numer. 50. & 53. dixere, concluſiones Theologicas eſſe nobis euidentes, quia ex aliqua præmiſſa euidenti deriuantur. Sed hoc merito à Duran. ibi, & Rubio, illo tracta. 1. *Solutio.*

3. quæſt.

3.quæſt.2.nu.42, & ab alijs communiter: quia ad euidentiam concluſionis requiritur euidẽtia totius antecedentis, & conſequentiæ: in Theologia autem altera pars antecedentis eſt ineuidens: ergo & concluſio. Vnde homo poteſt illi diſſentire negando illam partem obſcuram antecedentis, vt poteſt: ſi autem cõcluſio eſſet euidens, non poſſet manente eadem apprehenſione intellectus illi diſſentire. Vnde ipſe Durand. aliter Reſpondet, ſcilicet, Theologiam noſtram non eſſe vere ſcientiam. Idem tenuit Scot. quæſt. 4. prologi Maior quæſt.4.& 5.Gabr.7.Ocham.2. Gregor.quæſt.1. & pleriq. alij, tum recentes tum veteres Theologi. Quod conf. ex Ariſt. 1. poſt c.2.dicente, ſcientiã debere procedere ex primis, ideſt, ex principijs per ſe notis, ſcilicet, mediate, vel immediate, vt 1. top. cap. 1. dicitur, demonſtrationem procedere ex primis, aut ex ijs, quæ per prima fidem acceperunt. Si autẽ quæras à Mai.Gabr.& Ocham, cũ Theologia non ſit ſcientia, quis habitus erit? Reſpondent, eſſe fidem diuinam, mediatam ſcilicet: quia innititur mediate authoritati Dei. Quæ ſententia probabilis eſt, vt fatetur Caie. 34. 1. part. quæſt. 1.art. 2. cæterum tenendo cum D. Tho. Caietan. & omnibus eius ſectatoribus ibi, & 2 2. quæſt. 1. artic. 5. Capreol. Hiſpale.& Alph.Tolet. quæſt.1. prologi. Richar. quæſt.2. Cano.12.de locis.ca.2. Soto. 1.poſt ca. 2. Rubio ſupra, & alijs multis Theologiam noſtram eſſe vere, proprie, & ſimpliciter ſciẽtiam. Facile ad argum. Reſpond. de ratione ſcientiæ humanæ, & mere naturalis, quam ſolum cognouit Ariſt. eſſe euidentiam, quia ſine euidentia nec certa eſſet, ſed fallibilis: de ratione autem ſcientiæ in communi ſolum eſſe certitudinem cum diſcurſu, & quia hanc habet Theologia, vere eſſe ſcientiam. Neque placet, quod ait Sotus ſupra & alij non eſſe ſcientiam perfectam ob defectum euidentię: Vnde 1.Corin.13. *Ex parte enim cognoſcimus, &c. Et ex parte prophetamus: cum autem venerit, quod perfectum eſt, euacuabitur, quod ex parte eſt: cum eſſem paruulus, loquebar vt paruulus, ſapiebam, vt paruulus, cogitabam, vt paruulus: quando autem factus ſum vir, euacuaui, quæ erant paruuli. Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Nunc cognoſco ex parte: tunc autem cognoſcam ſicut, & cognitus ſum, &c.* Quibus verbis ſatis indicatur ſcientiam de diuinis rebus, quæ in hac vita habetur, imperfectam eſſe comparatione eius, quæ in patria habebitur, quia eſt ineuidens. Quod non obſtat quo minus ſit vere, proprie, & ſimpliciter ſciẽtia, & longe perfectior quacũq. ſcientia mere naturali, & indepẽdẽte à diuina reuelatione. nam hic defectus compenſatur maiori certitudine, & ſic perfectius participat rationem ſcientiæ, quam ſcientiæ naturales. Neq. item placet, quod docuit Vega.9.in Triden.cap.39. & Canus. 6. de locis aſſenſum concluſionis Theologicæ elici proxime, & immediate, id eſt, nullo alio habitu mediante, ab habitu fidei. Nam habitus primorum principiorum, & concluſionum diuerſi ſunt: ſed fides eſt habitus principiorum Theologiæ: ergo non cõcluſionũ. Item quia Theologia ex natura ſua eſt habitus per ſe, & natura ſua infuſus. Si dicas, hunc habitum aſſentiri immediate concluſioni, & ſimiliter fidem ſuppoſito aſſenſu Theologico, fruſtra hoc fingitur, cum ſufficiat habitus Theologicus ad præſtandum aſſenſum illis concluſionibus. Vide alia contra Canum & Vegam apud Rubium ſupra. Porro Theologiam eſſe vere ſciẽtiam, ſuadent multi ex Auguſtin. 14. Trinita. cap. 1. dicente. Hac ſcientia non pollent plurimi, licet fide polleant plurimi. Hieronym. epiſtol. ad Paulinum. Diſcamus in terris, quorum ſcientia nobiſcum perſeueret in cœlis. Et ex Prouerbio. 15. Labia ſapientium diſſeminabunt ſcientiam: & Sapient. 7. Ipſe dedit mihi horum, quæ ſunt, veram ſcientiam: & cap. 10. Dedit illi ſcientiam ſanctorum, & 1. Corin.13. Si habuero prophetiam, & nouerim myſteria omnia, & omnem ſcientiam: & ſi habuero fidem, ita vt montes tranſferam, charitatem autem non habuero, nihil ſum. Sed de hac re. 1. parte, quæſt. 1. tanquam in proprio loco fuſius dicetur.

SECTIO. V.

An multæ ſint ſcientiæ, & vnde diſtinctionem habeant?

OMISSA opinione aſſerentium eandem eſſe habitum principiorum, & cõcluſionum: inter quos 35.
fortaſſe aliqui aſſererẽt, omnium concluſionum, & principiorum eundem eſſe habitum: Quoniam iam ſuperius oſtendimus, habitum principiorum & concluſionum neceſſario differre ex modo procedendi: & quoniam tanta latitudo eidem habitui in eſſe non poteſt: alioqui adæquaret potentiam. Prima ſententia eſt eorum, qui pro omnibus concluſionibus vnum tantum habi- *1. Opinio.*
tum, vnamque ſcientiam ſtatuerunt, ſicut plerique vnum tantum habitum ponunt omnium principiorum. Nam cum omnes concluſionis eodem modo attingantur videntur pertinere poſſe ad eundem omnino habitum

Digitized by Google

tū. Sicut omnia dicta obſcure à Deo ad eundem fidei habitum pertinent, quia eodem modo cognoſcūtur. Confir. quia eadē ſciētia eſt de generibus & ſpeciebus, vt de figura, triā angulo, quadrāgulo, &c. 1. poſt. c. 8. & 10. ergo vna ſciētia erit de ente & de omnibus eius generibus & ſpeciebus. Vnde Ariſt. 4. met. tex. 2. quare entis quoq. quot ſpecies ſūt, & ſpecies ſpecierum, ſpeculari, vnius ſcientiæ genere eſt. Hanc ſententiam tenuit Craſſus apud Ciceronem. 4. de oratore, & Antonius Mirandul. libro 13. de euerſione ſingularis certam. Sect. 6. & 7.

36. 2. Opinio. 2. Sententia eſt, tot eſſe habitus ſcientiæ, quot concluſiones demonſtratæ non contentę in vna communi & vniuerſali. Hanc opinionem forte eſſe veram tenuit Scotus, 3. d. 25. quæſtio. 2. §. ad 2. quæſitum: eam affirmauit Gab. quæſtio. 3. & 8. prologi. ratio eſt quia habitus ſolum inclinat ad repetendos actus, à quibus genitus eſt, non ad alios ſpecie diuerſos, quales ſunt aſſenſus aliarum concluſionum, quia magis differunt intrinſece interſe, quam aſſenſus eiuſdem concluſionis, ſed hi differunt numero: ergo illi ſpecie. Item habitui erga vnam cōcluſionem opponitur errori circa illā, & non circa aliā: ergo habitus iſti differunt ſpecie, alioqui enim eidem habitui erroneo opponerentur.

37. 3. Opinio Authoris. Sed cum habitus ſint determinationes potentiarum vt ait D. Thom. quęſtio. 54. arti. 1. & inſtituti ſint vt eas adiuuarent tanquam ipſarum complementa, ac proinde ſapiant earū naturā & ſint medij inter potentiā & actum, non eſt credibile habere tantam latitudinē & extenſionē quantā eis tribuit 1. opin. nec tantam arctitudinem & contractionem quantā eis tribuit 2. Variæ ergo ſunt ſcientiæ, ſed non pro varietate concluſionum, ſicut nec eſt vna ſola virtus moralis, ſeu affectiua, nec ſinguli pro ſingulis materialibus obiectis, vt tractatu ſequenti videbimus. Confir. quia vna fides ſufficit pro multis aſſenſibus & propoſitionibus ſpecie diuerſis: ergo ſimiliter vna ſcientia. Hinc Ariſt. varijs locis varias ſcientias conſtituit, quaſdam ſpeculatiuas, Phyſicā, Mathematicā, & Metaph y. 6. met. text. 2. Additq. tex. 3. intra genus ſcientiæ Mathematicæ eſſe varias ſpecies, vt Geometriam & Aſtrologiam, ſimilia docet cap. 1. & 1. poſt. cap. 8. 23. & alibi, quando ergo in obiectis, materia, principijs aut modo certitudinis fuerit magna diuerſitas, oportet conſtituere diuerſum habitum, ſicut in Rep. diſtribuuntur inter homines munera, quia vnus omnia explere non poteſt, vide Rubium, tractatu 2. de habit. q. 3.

Ad argumentum primę ſententiæ reſpondetur, non eſſe eundem habitum reſpectu omnium principiorum, vt ſectione. 2. vidimus, & licet eſſet idem, non ſequitur, eundem eſſe habitum omnium concluſionum, ſic enim nec prudentia nec ars eſſent habitus diſtincti à ſcientia: nec eſt eadem ratio de principijs & concluſionibus, quia principia ſunt numero pauciora, & habitus principiorum eſt perfectior, ideo plura complecti poteſt, quam vnus habitus ſcientiæ. Similiter fides diuina, quia eſt perfecta, & quæ immediate dicta ſunt, expedit qui à Deo dici, non multa ſunt, ideo omnia illa complecti poteſt.

Ad confirmationem reſpondetur, eandem ſcientiam eſſe poſſe de generibus & ſpeciebus, quando non tam multæ ſint ſpecies & paſſiones ipſarum, & modus certitudinis earum, vt non videantur eidem habitui tribui poſſe, vel quando eadem de omnibus generibus aut ſpeciebus demonſtrantur, ſicut Metaphyſica eadem demonſtrat de omnibus entibus, vel de omnibus ſubſtantijs, &c.

Ad fundamentum ſecundæ opinionis reſpondetur, ſicut eadem potentia habet actus ſpecie diuerſos, vt in viſu videre colorem & lucem, & videre albedinem, nigredinem, &c. ita habitus, quia ſapit naturam potentiæ, habet actus ſpecie diuerſos, ſaltem ſecundum diuerſos eius modos & extenſiones, ſecundum quas etiam opponitur habitui contrario habenti ſimiliter varias extenſiones. De hoc vide alia diſputat. 5. ſectione. 1.

Suppoſito ergo quod ſcientiæ non multiplicentur pro numero concluſionum, eſt magna dubitatio, quo pacto multiplicentur. 38 Dub. 1. 1. Opinio Quidam dicunt, quando abſtractio eſt diuerſa, diuerſas eſſe ſcientias; tamen intra eandem abſtractionem non pro numero concluſionum, ſed pro numero obiectorum, ſeu ſubiectorum ſcibilium ſpecie diuerſorum multiplicari, vt intra abſtractionem à materia ſignata, vel à materia ſenſibili, vel etiam intelligibili, de quibus abſtractionibus D. Thomas op. 70. ſuper Boetium de Trinitate, quæſtione. 5. articulo. 1. Huius ſententiæ videntur Soncin. 6. Metaphy. quæ. 8. concluſione 3. Scotus 3. d. 33. quæſtio. 2. §. ad 2. quæſitum Tolet. 1. part. quæſt. vnica. con. 2. fauet Ariſtot. 1. Poſt. c. 23. dicens. *Vna autem ſcientia eſt, quæ eſt vnius generis, quæcunque ex primis componuntur & partes ſunt, aut paſſiones horum per ſe*, ideſt vnius ſcientiæ eſt conſiderare vnam ſpeciem cum omnibus ſuis principijs, partibus & paſſionibus, quæ per ſe & proprie illi cōpetūt, & 3. animæ tex. 38. *ſecatur autem ſcientia & ſenſus in res: quæ quidem*

Digitized by Google

potentia eſt, in ea quæ ſunt potentia, quæ vero actu in eas, quæ ſunt actu. Imo. 4. Met. in princip. Metaphyſicam à cæteris ſcientijs non diſtinguit ex parte abſtractionis à materia, ſed, quia ipſa conſiderat ens in communi, cæteræ vero obiecta particularia: ergo diuerſa ratio obiecti in eſſe rei ſufficit ad diuerſificandas ſcientias. Vnde Arithmetica, & Geometria ſunt diuerſæ ſcientiæ, tamen obiecta earum habent eandem abſtractionem, ſcilicet, à materia ſenſibili, licet non ab intelligibili. Itē diſtinctio principiorum ſufficit ad diuerſitatem ſcientiæ, ſed quando obiecta differunt ſpecie, ſunt diuerſa principia, etiam ſi abſtractio ſit eadem: ergo erunt diuerſæ

39. ſcientiæ.

2. Opinio. Alij dicunt etiam ſi obiecta ſpecie differant, ſi abſtractio, ſit eadem, eandem eſſe ſciētiam. Capreol. quæſt. 3. prologi con. 2. & 3. Hiſpale. ibi a. 1. & 3. notab. 5. & 6. Caietan. 1. poſt cap. 22. quæſt. 1. & 1 part. quæſt. 1. art. 3. Sotus in logica quæſt. 3. procem. & 1. poſt cap. 25. quæſt. vnic. & 1. phyſi. quæſtio. 2. Iauell. 6. Metaphy. quæſt. 7. Conimbri. in procem. phyſi. quæſt. 1. art. 3. & 4. Et ad argumentum de geometria, & Arimethica. Reſp. Conimb. habere diuerſam abſtractionem, quia Atithmetica quodammodo abſtrahit à materia intelligibili, licet enim proportiones numerorum clarius cernantur in materia intelligibili, ſcilicet quantitate corporea, tamen etiam cernūtur in rebus ſpiritualibus: & muſica ac perſpectiua, quia ſubalternantur phyſicæ, nonnihil participant de materia ſenſibili, Sic etiā qui de cœlo, & anima, & de generatione diuerſas phyſicas ponunt, conantur explicare quomodo magis, vel minus abſtrahant à materia ſenſibili.

Hæc opinio videtur Ariſtot. 6. Met. text. 2. & 3. vbi triplicem ſcientiam diſtinguit per tres illos gradus abſtractionis, & apertius D. Thom. illo op. 70. & 1. phyſi. lect. 1. & paſsim alibi, ratio autem eſſe videtur, quia abſtractionis gradus faciunt diuerſos gradus certitudinis, vt colligitur ex Ariſtot. 1. poſt cap. 23. in princip. vbi ait, *Scientia autem eſt certior & prior ſcientia, quæ eſt ipſum, quod & propter quid, & quæ non eſt de ſubiecto*, id eſt materia ſenſibili, *ea quæ de ſubiecto*. Et eodem tendit quod aiunt Bañes. 1. part. q. 1. art. 3. & Zumel ibi q. 2. notab. 2. abſtractionem diuerſificare ſcientias, quia continet eum habet quaſi diuerſum lumen, quod magis, vel minus res manifeſtat. nam Phyſica eſt de ſenſibilibus ſenſu externo, quæ eo quaſi lumine manifeſtantur, Mathematica eſt de quantitate, quæ imaginatione percipitur cum ſuis figuris, & proportionibus numerorum &c. Metaphyſica eſt de rebus, quæ ſubſunt lumini intelligibili. Diuerſitas autem luminis diuerſificat modum certitudinis, & euidentiæ in ſcientijs, & ita non mirum ſi diuerſificet eas ſpecie.

3. Sententia, ait ſcientias diſtingui ex diuerſitate principiorum complexorum, ex quibus earum concluſiones probantur D. Tho. quæſt. 54. art. 2. ad. 2. & 2. poſt lect. 41. Ferra. 2. contra gentes, cap. 4. Paul. Vener. tract. de ſyllogiſ. demonſtr. cap. 11. fauet Ariſtot. 2. poſt cap. 23. tex. 43. ex quo hanc ſententiam colligit D. Tho. illa lect. 41. & Rubius tract. 2. de hab. quæſt. 4. num. 142. & ſequentib. vbi tamen tenet tres illos gradus abſtractionis diuerſificare ſcientias, & licet in illis gradibus reperiatur aliqua maior aut minor abſtractio, nihil referre ad diuerſitatem ſcientiarum, quia intra phyſicam inuenitur maior & minor abſtractio tamen tota phyſica eſt vna ſcientia ſecundum ſpeciem atomam ſimiliter in Metaphyſica diuerſæ ſunt abſtractiones: tamen ſcientia eſt vnica. Vnitatem vero omnimodam abſtractiones non ſufficere ad vnitatem ſcientiæ: nam Phyſica, & Medicina, Theorica, & Moralis Phyloſophia ſunt diuerſæ ſcientiæ, quamuis eandem habeant abſtractionem. Et hinc etiam colligit Rubius, non totam diuerſitatem ſciētiarum eſſe ex lumine ſenſus externi, interni, vel intellectus, multæ enim ſunt diuerſæ ſub eodem lumine. Vnde ergo ſumetur diuerſitas earum niſi ex principijs, quibus nituntur. Sic probatio rotunditatis terræ per principia motus, & per eclipſes pertinet ad diuerſas ſcientias. 40. 3. Opinio.

Sed hæc poſitio difficultatem habet. 1. quia quædam ſunt principia, quibus multæ ſcientiæ vtuntur: ergo conuenientia in aliquibus principijs non ſufficit ad vnitatem ſcientiarum. 2. quia eadem ſcientia vtitur varijs principijs primis, quorum neutrum ad ſui cognitionem eget alio hoc eſt enim eſſe prima, nam ad quamlibet concluſionem concurrunt proxime, vel remote duo principia in quæ reſoluitur, & pro diuerſis concluſionib. alterū, vel vtrūq. debet eſſe diuerſum, vt patet diſcurrēdo p demōſtrationes, quæ fiunt in phyſica de eadē ſpecie entis mobilis, vel de diuerſis. Quapropter vnitas, & diuerſitas principiorū non videtur facere ad vnitatē, vel diuerſitatē ſcientiæ, niſi inuoluēdo eūdem, vel diuerſum modum abſtractionis, ad illā ergo tandē confugiendum, & ſic concilientur loca D. Th. & Ariſt. quę pugnantia vidētur. ¶ Et mihi videtur ſoli Deo eſſe notū, aut Angelis quomodo in particulari, & qn̄ ſciētiæ aliquæ ſint realiter diſtinctæ, & quantā latitudinem habeat quiſq. habitus, & parum refert id ſcire, licet multum referat habitus ipſos noſtris actibus acquirere, vel augere. 41.

Nec

Digitized by Google

Nec oportet hoc loco plura de vnitate & diſtinctione ſcientiarum dicere quæ à logicis, & Philoſophis fuſe tractari ſolent.

Quæri hic poſſet, an de ſingularibus, & de contingentibus & corruptibilibus ſit ſcientia, de quibus agit Rubius tracta.3.de hab.q.5. &.6. ſed hæc valde philoſophica ſunt, & nonnihil de illis dicam tract. ſeq. diſputando de virtutibus intellectualibus, an prudẽtia & ars differant à ſcientia eoquod ſint de ſingularibus & contingentibus; ſcientia vero non vide D.Thom.2.d. 24. quæſt.2. artic.4.ad 6.Bergomen.in concorda.dub.1104.

SECTIO. VI.

Quomodo ſapientia à ſcientia & intellectu differat.

42 SApientia interdum ſumitur pro collectione & congerie plurium ſcientiarum attium, vel prudentiarum, in quibus homo excellit. Sic Ariſtor.1.Metaphy.capitul.2.non longe à principio ait. *Primo igitur opinamur ſapientem maxime omnia, vt poſſibile eſt, ſcire. Deinde illum, qui difficiliora neque ſcitu facilia homini, cognoſcere poſſit, ſapientem exiſtimamus: ſentire enim omnibus commune eſt, quamobrem facile, & neutiquam ſapiens eſt: Item illum qui certiora, ac magis docere valens cauſas reddat, ſapientem in omni ſcientia eſſe.*

2.Sumitur ſapiẽtia pro excellentia in qualibet ſcientia, arte, vel prudentia: ſic dicimus ſapientem Medicum, Philoſophum, Architectum, Gubernatorem &c. Vnde Ariſtot. 6. Ethic.capit.3. *Sapientiam autem in artibus attribuere illis aſſuevimus, qui abſolutiſſimi in ipſis ſunt, vnde Phydiam ſapientem marmorarium, Policletum ſtatuarium ſapientem dicimus: nihil aliud hic ſapientia nomine, quam artis ipſius virtutem ſignificantes. Eiuſdem acceptionis meminet D.Thom.1.p. q.1.a.6.dicens. Ille ſapiens dicitur in vnoquoque genere, qui conſiderat altiſſimam cauſam illius generis, vt in genere ædificij artifex, qui diſponit formam domus, dicitur ſapiens architectus reſpectu inferiorum artificum, qui dolant ligna, vel parant lapides.*

43 3.Accipitur ſapientia pro vna aliqua ſciẽtia omnium excellentiſsima, à qua ſimpliciter denominatur ſapiens, qui eam aſſecutus eſt, ſic Ariſt.6.Eth.c.7. *cæterum eſſe alios quoſdam omnino, & non ex parte ſapientes exiſtimamus, neq. alia aliqua in re ſapientes quemadmodum inquit, Homerus in Margite. Is nec foſſor erat, nec erat robuſtus arator. Aut alia re aliqua ſapiens, ſi numina diuum conceſſere, qua propter exactiſsimam ſcientiarum eſſe ſapientiã manifeſtũ eſt &c.* Et.3. Met. tex.3. *Ex his itaque quæ ab antiquis determinata ſunt, quę ſcientiarum appellanda ſit ſapientia, rationabile videtur, vnamquamque appellandam eſſe verum quatenus principaliſsima & honorabiliſsima, & cui cæteras ſcientias tanquam ancillas non contradicere decet. Illa eſt ipſius finis, huius enim cauſa cætera.* Et quia inter ſcientias naturales perfectiſſima eſt Metaphyſica idcirco non obſcure eam vocat Ariſt. ſimpliciter ſapientiam. 1.Met.c.1.non procul à fine dicens, *cuius autem gratia nunc ſermonem facimus, illud eſt quod appellatam ſapientiam, circa primas cauſas & principia, omnes arbitrantur verſari.* Et D.Thom. 1. p. quæſt.1.artic.6.& ibi Bañes Zumel, Molina, Valen.& cæteri ſcholaſtici Theologiam appellant ſapientiam. Scientia eſt enim omniũ perfectiſsima, eo quod verſatur circa res altiſſimas & vniuerſaliſsimas, vt ſubſunt diuinę reuelationi mediate, quæ aliarum principia & concluſiones ſæpe authoritate diuina cõfirmat & ſui gratia potiſſime quæritur, & ſic habet omnes conditiones ſapientiæ traditas ab Ariſto.1.Met.capit.1.&.2.& alibi. Sapientiam autem non aſſentiri ſuis proprijs principijs, ſed aliarum ſcientiarum principia aliquomodo probare defendere & declarare, & ideo dici ſcientiam & intellectũ 6.Ethic. capitul. 7. dictum eſt ſectione. 3. ex D. Thom. 1.parte.quæſtione.1.articul. 6. &. 1. 2. quæſtione. 57.articul. 2. &. quæſtione.66. articul. 5. quibus locis idem docent recentiores, idem docet D. Thom. opuſ. 70. ſuper Boet. de Trin. quæſtione de diuiſione ſcientiarum ad.1.&.1.d.35.quæſtione.1.articu. 1. ad 5. Rubius tract. 4. de habit. quæſtione vnica, & tractat. 3. quæſtio.1. Iauel.4.Metaphy.quæſtione.1.punct.1.Mairo.3.d. 33. quæſt. 1.articul.2.8.&.10.Gregor.quæſtio.3. prologi. articul.1.ad. 2. contra.2.&.3. conclu. Argent. quæſtione.2.articul.4.Durand.quęſt. 1. num. 54. Alphon. Toletan. quæſtione.1.articul.1. parte. 2. Burid. 6. Ethic. quæſtion.12.Bañes Zumel, & Molina ſupra. Inquirit autem
Valentia.diſputatione.3.q.5. pun. 2. Quomo- 44
do in eodem habitu rationes ſcientiæ, ſapiẽtięq. concurrant. Et Reſp. vt putat ex D.Tho. quæſtione.57.articul.2. ad.1. *duas rationes ſpecificas eiuſdem generis in eadem re poſſe concurrere, vt in calore ratio habitus & naturalis potentiæ.* Quibus verbis ſignificat, eiuſmodi rationes eſſe diſparatas, & non ſubalternatim poſitas. Melius tamen ex prænominatis auctoribus dicitur, ſcientiam ſumi dupliciter, primo vt genus ad ſapientiam, qualis eſt Metaphyſica, & Theologia. 2. vt condiſtinguitur ſapientiæ. Poſteriori modo

DISPVTA I. DE ESSENTIA ET definitione virtutis.

Sectio. 1. Vtrum virtus ſit bonus habitus operatiuus?

2. *Virtutis acceptiones. Prima acceptio.* OCTO virtutis acceptiones ponit Gab. 3. de 23. q. 1. quas ad. 4. reducit Medina in præfatione huius materiæ, ſed adeo ſunt variæ vt vix certo aut ſaltem exiguo numero comprehendi poſſint, nam. 1. quælibet potentia ad aliquid operandum, portandum, vel ſuſtinendum vel ad reſiſtendum, & quidquid illam adiuuat, ſiue per modum habitus, ſiue p modum actus, ſiue per modum auxilij fluentis, ſiue extrinſeci cooperantis, ſiue diſpoſitionis, ſiue coditionis, appellatur virtus. Ad hãc acceptionem pertinet, quod dicitur Rom. 1. *Non erubeſco euangelium, virtus enim Dei eſt.* 1. Cor. 1. *ys, qui ſalui ſunt, virtus Dei eſt*, & cap. 2. *non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed*

2. *Acceptio* *in oſtenſione ſpiritus, & virtutis*, & pſal. 32. *Verbo domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius; omnis virtus eorum* ¶ 2. Q uodlibet opus huius virtutis appellatur virtus, ſiue ſit eius actus elicitus, ſiue imperatus, ſiue directus, ſiue aliquid ex tali actu relictum, vel eius obiectum, vt relinquitur domus ex ædificatione, eſtque ædificationis obiectum, præſertim vero tale opus dicitur virtus, ſi ſit inſigne, aut etiam ſummum & vltimum, ad quod virtus prædicta poſſit ſe extendere, aut miraculoſum, vnde paſſim in ſcriptura opera miraculoſa virtutes appellantur, & Ariſt. 1. cœli ca. 11. tex. 116. ait: *Virtutem denominari ab eo quod eſt maximum, & vltimum in illa*, vt virtutem Petri eſſe portare centum libras, quia hoc pondus eſt vltimũ & maximum, quod portare poteſt, & ideo habitus bonus vocatur virtus, quia inclinat ad id, in quod vltimò potẽtia poteſt, vt D. Th. exponit in hac q. art. 1. ad. 1. & 2. 2. q. 23. art. 3. ad. 2. & q. de virtutibus art. 9. ad 15. quamuis 2. diſt. 27. quæſtione. 1. artic. 1. ad. 2. & in hac quæſt. art. 3. in corpore videatur interpretari, virtutem eſſe vltimum potentiæ, ideſt regulari per id, quod eſt vltimum in potentia videlicet per actum, eſt enim actus finis & complementum potentiæ, ita etiam videtur exponere. 3. diſt. 27. quæſt. 1. artic. 3. & de veritate quæſt. 14. artic. [illegible] ... ic etiam omnis rei fructus præſertim [illegible] ... s vocatur virtus Ioel. 2. *Ficus & vinea* [illegible] *virtutem ſuam.* Mat. 2. *Virtutes tales, quæ* [illegible] *tus eius efficiuntur.*

3. *Acceptio* 3. Quidam A[illegible] ... i, ad quos pertinet miracula facere, vocantur virtutes.

4. *Acceptio.* 4. Specialiter bonus habitus operatiuus, vel actus, vel obiectum eius vocatur virtus præſertim ſi is habitus ſit moralis, & in appetitu reſidens; & maxime habitus fortitudinis; quidam etiam dicunt, quamlibet ſubiecti perfectionem virtutem dici, quoniam Ariſtot. 7. Phyſicorum, c. 3. ait, *virtutem eſſe perfectionem quamdam*, & pulchritudinem ſanitatem, ac robur, virtutes corporis appellat, ſed certe pulchritudo virtus dici nõ poteſt, niſi analogice, vt ſignum vel affectus virtutis naturalis. Iuxta hanc acceptionem Auguſt. 2. de lib. arbitrio capitul. 19. ait, virtutem eſſe bonum vſum liberi arbit. & in Pſalmo. 83. dicitur, *ibunt de virtute in virtutem*, & Ariſtot. 2. Ethicor. capitul. 5. ait, *virtus eſt qua bene diſponimur ad affectiones, & ob quam laudamur*, & Nyſſ. lib. de opificio hominis capitul. 4. ait, *imaginem Dei virtute, vt purpura Regia, amictam eſſe.* & Horatius.

Vilius argentum eſt auro, virtutibus aurum. In propoſito, ergo virtus ſumitur pro bono habitu operatiuo abſtrahente à morali, & intellectuali, qui habitus virtus dicitur ſecundum D. Tho. 3. ſent. & Duran. locis citatis. *Quia vim homini confert, qua bona opera præſtet & ſe à malo tueatur, ſibique vim inſerat.* Cicero vero tuſculana. 2. & Medina quæſt. 55. in princip. putant virtutem à viro dictam eſſe, quia animum virilem robuſtum, & conſtantem reddit, proprium enim viri eſt habere robur, & conſtantiam in ſuis operibus. Has, & alias nominis et[illegible] ... ias his verbis complectitur Sebaſt. Med[illegible] ... in ſumma virtutum, quæſt. 1. *Virtus dici[illegible] quaſi vis intus, vel quaſi vi[illegible] tuens, ſeu quaſi vi[illegible] ſtatus, Vincen. 1. ſpeculi p[illegible] 3. d. 1. in fine. Item dicitur v[illegible] tus à vi, vnde D[illegible] vocat virtuoſ[illegible]* Matth. 11. *regnum De[illegible] patitur, & v[illegible] rapiunt illud. Tripliciter autem virtuoſus ſibi vim facit. 1. ardua aggrediendo. 2. aduerſa patiendo 3. à placitis abſtinendo Perald. 1. p. cap. 2. c[illegible] 4. allegans Ouidium in epiſt. Eſt virtus placitis abſtinuiſſe bonis.* Sed præferenda etymologia, quæ ait virtutem dici, quia ad magna vim confert. Vnde Ariſtotel. 7. Phyſic. capit. 3. text. 17. ait, virtutem eſſe habitum, & diſpoſitionem perfecti ad optimum, vbi aliqui expo- 3.

nunt,

Digitized by Google

cunt, ad optimũ, ideſt, ad actũ, qui eſt optimũ quid comparatione potentiæ, non quod ſe ſolo perfectior ſit, quam ipſa potentia, ſed quia eſt perfectior per ſe, & per id quod ſupponit: nam ſupponit potentiam & addit illi aliquid. Vel actus bonus dicitur optimus cõparatione actus mali. Alij exponunt eſſe diſpoſitionẽ perfecti ad optimũ, ideſt, ad excellẽtiſsimũ actum, quia actus procedens ab habitu excellentiſsimus eſt propter facultatem & intentionem quam ab ipſo habitu capit, indicat Azor. lib. 3. c. 25. q. 2. Alij exponũt, ad optimum, ideſt, ad naturã: eſt. n. virtus diſpoſitio quædam, qua natura, quæ eſt optima, optime etiam ſe habet. Eo autẽ loco nõ eſt ſermo ſolum de robore & pulchritudine corporis, vt putat Vazquez diſp. 78. & diſput. 84. c. 3. ſed etiã de habitibus animi, vt patebit legenti, & annotatũ eſt tract. præcedenti. Vnde Azor ſupra putat, ibi non tradi definitionem virtutis preſſe ſumptæ ſed late, nẽpe habitus boni comprehendentis, etiam habitus corporeos late dictos, quales ſunt valetudo, robur, & pulchritudo: quia in his exemplum ponit Ariſt. licet generatim dixerit, virtutes omnes eſſe ad aliquid, quia ſunt diſpoſitiones perfecti ad optimum.

4 Cum vero Ariſt. 1. Rhetoricorũ c. 9. dixit. *Virtutem eſſe vim productiuam rerum bonarum.* De virtute stricte ſumpta locutus eſt & Plato. de republica, cum dixit: *Virtutem eſſe habitum animi, quo vnaquaque potentia recte exercet ſuas operationes.* Quod autẽ Ariſt. 1. ethic. cap. vlt. in fine dixit de intellectuali & morali intellexit cũ vero. 2. ethic. c. 6. dixit, *Virtutẽ eſſe habitũ electiuum in medio conſiſtentem, &c.* De ſola morali locutus eſt. Quod ſi velis virtutem pure moralem, quæ ad appetitum tantum pertinet definire, ſic ſane poteris. Virtus moralis eſt habitus inclinans ad actus moraliter bonos, quo pacto ſecundum aliquos Ariſt. 2. ethic. c. 6. *In principio dixit virtutem eſſe quæ bonum facit habentem & opus [illegible] bonum reddit*, Quibus verbis non fuiſſe comprehenſam virtutẽ intellectualem, ſed moralem tantum bene probat Vazquez diſp. 80. c. 3. quamuis facile intellectuali virtuti acommodari poſsint, immo ſecundum Vazquez ibi & Azor. lib. 3. c. 25. q. 2. Ariſt. alijs verbis virtutes naturales equi, leonis & c. comprehẽdiſſe videtur: quia poſt quam in his exemplum poſuit, adiecit. *Quod ſi id ipſum ita ſe habet in omnibus & virtus ipſius hominis habitus is erit a quo bonus efficitur, & quo bonum ſuum opus reddet*, [illegible]. De virtute etiam morali videtur loqui [illegible] to. 1. de legib. dicens. *Virtus nihil aliud* [illegible] *in ſe perfecta, & ad ſummum perducta* [illegible]. Et Tuſc. 4. *Virtus eſt affectio* [illegible] *conſtans laudabiles efficiẽs eos quibus eſt.* Et lib. de inuentione dicens.

Virtutem eſſe animi habitum ratione & modo naturæ conſentaneum. Qua definitione vtitur Auguſt. lib. 83. qq. q. 31. & lib. 4. ciuitatis cap. 21. ex eodem Cicerone ait, *Virtutem eſſe artem recte viuendi.* Lib. autem de quantitate animæ, inquit, *Virtus eſt qualitas vitæ vndique rationi conſonans.* Aliqui etiam dicunt, virtutem moralẽ ſic Aug. definire. *Eſt bona qualitas mentis, qua recte viuitur qua nullus male vtitur, quam Deus in nobis ſine nobis operatur.* Sed recte Vazquez diſput. 84. cap. 3. notat, nuſquàm apud Aug. integram reperi. ſed ex varijs eius locis compactam eſſe, ſcilicet ex 1. retractionum. c. 9. & 2. de lib. arb. c. 18. & 19. Vnde D. Tho. hac q. 55. art. 4. argumento, ſed contrà ſolum ait, colligi ex varijs Aug. locis, & licet D. Tho. q. 55. ar. 4. ad 6. Vincen. in ſpeculo morali. lib. 1. p. 3. diſt. 1. Rayner. v. virtus. c. 1. in prin. Anto. 4. p. tit. 1. c. 1. col. 1. illam particulam. *Quam Deus in nobis ſine nobis operatur*, Poſitam exiſtimet, propter virtutes infuſas, quibus ſolis competit: quod etiã notant Conimbric. ſup. & Marſ. 3. q. 14. ar. 1. par. 1. nota. 2. alijque cõmuniter: tñ Vazquez ait, apud Aug. nullibi eam particulam inueniri: ſed conſentaneã eſſe eius doctrinæ: nam paſsim docet, omnem bonam operationem, etiam virtutis acquiſitæ, in nobis eſſe immo & infundi à Deo, & fortaſſe in illis locis, ex quibus prædicta definitio colligitur, non loqui de habitu, ſed de actu virtutis, quem vult *Deum in nobis ſine nobis operari.* Ideſt per ſanctam aliquam cõgitationem, quæ nõ ſit à noſtro libero arbitrio, ſed à Deo, ſed ego cum D. Tho. & alijs exiſtimo, Aug. de habitu loqui: alioqui male diceret, qua nemo male vtitur: nam actibus ſtudioſis ſæpe male vtimur: nam bona intentio poteſt prauam electionem cauſare, falſum quoque ſimpliciter eſſet. *Quam Deus in nobis ſine nobis operatur.* Nã actus boni ſimpliciter fiunt à nobis, licet admittamus initium omnium eſſe ab auxilio diuinæ gratiæ per Chriſtũ, vt contendit Vazquez contra communem & ſcholaſticorum ſententiam quam to. de gratia ſequemur; vnde quod ait Paulus, *Deus operatur in nobis velle & perficere*, Explicandum eſt de operibus, ſupernaturalibus diſponentibus ad gratiam & & meritorijs vitæ æternę ad quæ requiritur verum auxilium diuinæ gratiæ condiſtinctũ omnibus naturæ viribus, vel etiam de operibus ordinis naturæ, ad quæ requiritur generalis concurſus Dei, quem negaſſe Pelagium alibi oſtendemus & merito: non dixit Paulus, à ſolo Deo eſſe velle & perficere, quia omne velle, omniſque actus moraliter bonus, vere & ſimpliciter eſt à nobis, licet non omnis ſit à ſolis viribus naturæ noſtræ: loquitur ergo Aug. de habitu virtutis & non de actu & ideo habitui hanc definitionem tribuũt. D. Tho.

D.Tho.ſupra Magiſt.2.diſt.27 in princ. Alen. 3.par.quæſt.62.m.2.Anton.4.p.tit. 1. ca. 2. initio.Rayner.v.virtus cap.1.Bon. 2. diſtinct. 27. dub. 3. Vbi etiam Durand. quæſtio. 1. & alij Aſtenſ.lib.2.tit.9.artic.1.Sotus.1. iuſt. quæſt. 1. art.1.Perald.1.par.tit. de virtutib. in communi.Vincen in ſpecul.morali. lib. 1. part. 3. diſtinct. 1. Medicis in ſumma virtutum quæſtio.1.

5 Circa eandem definitionem notauit Caietanus illo at.4.particulam illam,qua nemo male vtitur explicari poſſe dupliciter. 1. vt ſolũ competat virtuti formatæ per charitatẽ, nã virtute non formata per charitatẽ poſſumus male vti eliciendo actum artis,fidei, vel temperantiæ propter malum finem aut cum alia mala circunſtantia. Secundo vt competat etiam virtuti non formatæ,qua nemo poteſt male vti ita,vt per eã fiat opus ex obiecto malum.ſecus ex fine aut alia circuſtantia, in qua doctrina Vazquez putat. *Caietanum, præter quam, quod falſò putat, definitionem virtutis, intellectuali etiam conuenire, D. Thomæ, ſibi ipſi & manifeſtæ rationi aduerſari: Diuo quidem Thomæ,quia eodem artic.5. ad 5. ait, poſſe aliquem male vti virtute tanquam obiecto vel quia de illa male ſentit vel quia de illa ſuperbit; non tamen vt principio:ſibi autem ipſi,quia ſi virtus formata, non poteſt concurrere ad actum malum: ergo nec informis:nihil enim ad hoc refert, quod virtus fidei, vel temperantiæ ſit vel non ſit coniuncta charitati:manifeſtæ autem rationi quoniã habitus virtutis appetit obiectum honeſtum propter ſe:ergo non propter malum finem. Item quia Caiet. art. 3. docet, habitus virtutem eſſe eſſentialiter bonos:quomodo ergo inclinabunt ad malum?*

6 Sed ad hæc facile Caietanus dicere poſſet,ad primum quidem D.Tho. poſſe exponi de virtute formata per charitatem,vel de vſu virtutis ad actum malum ex obiecto ſecus ex fine & alijs circunſtantijs.

Ad ſecundum autem non eſſe eandem rationem de virtute informi & formata,formata enim non poteſt concurrere ad actum malum mortaliter,quia eo ipſo quòd quis peccat mortaliter, amittit charitatem & ideo virtus formata non poteſt concurrere ad peccatum mortale: ſecus ad veniale informis vero ad vtrumque.

Ad tertium vero quoad primam partem Reſpond. ex dictis tract. de bonitate & malitia humanorum actuum, actionem qua bonum honeſtum amatur propter ſe, poſſe reflexe eligi & amari in ordine ad malum finem. Quoad ſecundum vero partem, etiam ſi virtus concurrat ad actum malum ex fine extrinſeco; vel alia circunſtantia, non amittere rationem virtutis, quia ad hanc ſatis eſt inclinare perſe in obiectum honeſtum vt ſic, ſiue habeat malam aliquam circunſtantiam ſiue non vt ſectione.3.late exponetur, vbi tamen docebimus, valde probabile eſſe virtutem non poſſe concurrere etiam per accidens ad actum aliqua ex parte malum, & ſic in maiori rigore ſaluabitur quod D. Tho. Vincen. Medicis ſupra, & alij communiter dicunt, nos poſſe male vti virtute vt obiecto, non vt principio.

Circa aliam vero definitionem traditam ab Ariſtot.2.ethic.cap.6. non longe,à fine virtus eſt habitus electiuus in medio conſiſtens prout vir ſapiens determinauerit,recte notat Vazquez, non dici habitum electiuum quia aliquis eius actus ſit electio, ſed quia omnis: nam omnis actus moralis virtutis aut eſt electio medij ad finem (quæ frequentius vocatur electio ab ſcholaſticis, & condiſtinguitur intentioni) aut eſt electio medij inter extrema: quo pacto coincidit cum propoſito & intentione finis, vſurpaturque ab Ariſtot. 6. ethic. cap.12. hanc autem, & aliam definitionem traditam ab Ariſtot. 2. ethic. cap. 6. in princ. *Virtus eſt quæ bonum facit habentem, &c.* De virtutibus moralibus non de intellectualibus traditas eſſe cõſtat tum ex ipſis,tum ex Ariſtot.nam illo lib.cap. 1.diuidit virtutes in morales & in intellectuales. Deinde vero toto illo lib. & ſeque. Ad vſque. 5. nclusiue de moralibus agit, de intellectualibus autem lib. 6. Vbi cap. 3. intellectualem virtutem definit. *Vt ſit illa, qua anima verum dicit affirmando aut negando & ideo excludit opinionem à ratione virtutis.* Sicut & D.Tho.quæſt.55.at.4.Vincen.& Medicis ſupra. 7

Illa autem definitio virtutis moralis, qua dicimus eſſe habitum inclinantem ad actus moraliter bonos, breuiter explicatur & probatur cum Ariſtotele ſecundo ethicor. capitul. 5. & 6. quia virtus non eſt actus neque affectus, neque potentia, neque habitus moraliter malus, aut indifferens: ergo eſt habitus moraliter bonus primo inclinans ad actus moraliter bonos. Et quidẽ non eſſe actum, probatur, nam propter vnũ actũ non dicitur nec eſt homo ſtudioſus & licet actu non operetur, non deſinit eſſe ſtudioſus, & eadem ratio eſt de affectu: ergo virtus eſt aliquid permanens, etiam non exiſtente operatione & effectu: nec vero eſt potentia, tum quia ratione ſolius potentiæ non eſt homo bonus, tum etiam quia bonorum operum frequentatione fit in nobis habitus & promptitudo ad bene operandum, qui habitus bonus nomen virtutis ſibi vendicat. 8

Bene ergo Conimbricenſes diſp.7. ethic. q. 9

1.art.1. dicunt varias virtutis definitiones tradi à Platone in Menone, Alcinoo lib. de doctri. Platonis Ariſt. 2. ethic. ca. 6. & libello de virtutibus (ſi eius illud opus) & Plutar. lib. de virtut. morum & Alenſ. 3. p. q. 16. art. 1. Sed virtutem in totu ſuo ambitu ſic eſſe definiendá, virtus eſt habitus boni operatiuˀ intellectuali vero ad dendũ eſſe vt reſideat in intellectũ infuſam autem definiendam eſſe cum Aug. 2. de lib. arb. c. 18. eſt bona qualitas mẽtis quá Deus in nobis ſine nobis operatur, moralem vero cum Ariſt. 2. ethic. ca. 6. vt ſupra: item ad tria nos virtutum habitibus indigere. Primũ ad vniformitatem actionum, quæ enim ad agendum habituali propenſione carent inſtabilia ſunt, facileq. mutantur. Secũdo vt actio in prompta ſit. Vnde Ariſt. 3. ethic. cap. 8. ait, repentina eſſe ab habitu Certe niſi potentia interuentu habitus inclinetur ad vnum oportebit oblata occaſione inquirere: cum tamen negotia interdum moram non ferant. 3. vt cum voluptate actio perficiatur, quare Ariſt. 2. ethic. cap. 3. docuit, delectationem in opere obeundo ſignum habitus eſſe.

10 Denique quamuis Socrates, quem ſtoici ſecuti ſunt, omnem virtutẽ affirmauerint eſſe ſcientiam quandam; prudentiam quidem ſcientiá, ſeu rationem recte eligendi, fortitudinem autem ſcientiam aduerſa, & mala ſtrenue perferendi, &c. apud Ariſtot. 2. ethic. cap. 6. qui affirmat Socratem & alios Stoicos errasse: & merito quidem, ſi in ſenſu formali locuti ſunt, tamen fortaſsis in ſenſu tantum cauſali loquebantur, vt interpretatur Azor. lib. 3. cap. 25. q. 2. Vbi eodemmodo exponit Aug. 1. de moribus Eccleſiæ cap. 15. Aſſerentem omnem virtutem moralem eſſe amorem. Sed loquando deciſio. actu virtutis moralis verum eſt eſſe formaliter amorem quamuis cæteri ſolum ſint amores quaſi effectus: eorum enim origo & cauſa amor eſt.

SECTIO. II.
Vtrum omnis habitus, qui eſt virtus, ſit eſſentialiter virtus.

11 *1. Opinio. Fundamẽtum eius.* SCOTVS 1. diſtinct. 17. quæſt. 2. §. ad argumenta adducta pro. 5. opinio. & §. quantum ad iſtum articulum late docet nullum habitum eſſe eſſentialiter virtutem moralem, ſed aliquem eſſe tantum virtutem moralem materialiter & accidentaliter ex coniũctione ad prudentiam. Ratio eius eſt, quia de ratione illius habitus, vel qualitatis, quæ denominatur virtus, non eſt actualis conformitas illius ad prudentiam: poſſet enim eadem qualitas generari ex actibus in eadem ſpecie elicitis abſque prudentia, immo & cum ratione erronea ad rationem autem virtutis requiritur actualis cõformitas, & coexiſtentia cum prudentia in eodem operante: ergo talis qualitas poteſt non eſſe virtus, & ſic quando eſt virtus non id habet eſſentialiter, ſed materialiter denominatiue & accidẽtaliter ex conformitate, vel coniunctione actuali cum prudentia, ex quo deducit Scotus talem qualitatem ſecundum id quo completur in ratione virtutis, non eſſe cauſam efficientem actus moralis, licet conferat ei bonitatem moralem: primum probat, quia in ratione virtutis completur per relationem cõformitatis & coniunctionis actualis cum prudentia: qualitas autem ſecundum eſſe relatiuum non eſt actiua: ſecundum autem probat quia actus non eſſet moraliter bonus niſi eſſet conſentaneus prudentiæ, & rectæ rationi exiſtenti in eodem operante, ac proinde non produceret virtutem moralem. Cum Scoto ſentit Angeſt. in moralibus cap. 6. §. penultimo concl. 2. dicens, habitum acquiſitum poſſe vno tempore inclinare ad actum malum, alio vero ad bonum & cap. 14. §. 1. concl. 5. cororal. 1. eundem habitum eſſe ſtudioſum & bonum, quando actus, ad quem inclinat, eſt bonus: malum autem & vitium, quando actus, ad quem inclinat, eſt malus ſentit ergo ſaltem aliquibus habitibus accidentario cõpetere rationem virtutis. 12

Poſſumus autem ſentẽtiam Scoti cõfirmare. ¶ 1. *1. Arg.* Quia nullus actus eſt eſſentialiter bonus moraliter, ſed omnis actus bonus poteſt fieri non bonus ablata de liberatione, & forte omnis poteſt vitiari ex aliqua circunſtantia, vel ex conſcientia erronea culpabili, actus autem efficit habitum ſibi ſimilẽ in ſubſtantia, & eſſentia, per quam ſolá operatur: ergo nullus habitus eſt eſſentialiter bonus: ſed qui eſt bonus, id habet accidentario, & per accidens ex coniunctione ad prudentiá, vel aliande, conſequentia patet, quia qualis eſt actus, talem producit habitũ. ¶ 2. *2.* Ex opin. eiuſdem Scoti quolib. 18. at. 1. & 2. Sentẽtiarũ diſt. 41. & aliorum aſſerentium dari in voluntate habitus indifferentes ad bonum & malum morale, eo quòd in eo dantur actus indifferentes, qui vidẽtur producturi habitũ indifferentem ſaltem ex obiecto, ac proinde, qui eſſentialiter nec ſit virtus, nec vitium, vt deducunt Vazquez diſput. 84. cap. 1. nu. 3. Suarez tom. 2. Metaphy. diſp. 44. ſect. 13. nu. 15. ſi n. aliqui habitus ſunt indifferentes, poterunt nunc eſſe boni, nunc non, & ita bonitas, ac proinde actio virtutis erit ipſis accidentalis.

¶ 3. Poſſu

Digitized by Google

13. 3. §3. Poſſumus eandem opinionem confirmare, quia ſi quiſ ex conſcientia erronea culpabili, qua exiſtimaret, cibum aliquem eſſe ſibi improportionatū, comederet, reuera quátum oportet, ille eſſet inclinatus ad comedendum, quantum oportet: ergo adiuncta prudentia haberet virtutem abſtinentiæ, ſeu temperantiæ, quam tamen antea non habebat: ergo habitus vitioſus, quem antea acquiſiuit, accidentario fieret poſtea virtus abſtinentiæ ſeu temperantiæ. *Conf.* Confir. nam eadem actio poteſt fieri de bona mala, & extra ſemper autem fit ab eodem habitu: ergo etiá 4 habitus fit de bono malus, & extra. § 4. Si is, qui obtinuit habitum abſtinendi à cibo aliquo ob Mahometanam ſuperſtitionem, ad chriſtianam fidem conuertatur, & ob verum Dei cultum ab eodem cibo abſtineat, adhuc ex eodem illo habitu ſentiet promptitudinem, & facilitatem ad abſtinendum, ac proinde idem habitus, qui erat antea vitioſus ob prauum finem, nunc ex fine honeſto, & conformitate ad rectam rationem erit ſtudioſus virtutiſque rationem ſortietur. Huic ſententiæ fauet apertiſſime Durand. 3. diſtin. 33. q. 2. nu. 8. vbi ait, *Sicut quidam actus boni & mali moraliter, tam interni quam externi ſunt eiuſdem ſpeciei in eſſe naturæ ita habitus boni, & mali interdum ſunt eiuſdem ſpeciei in eſſe natura, ſcilicet quando cauſantur ex actibus bonis & malis eiuſdem ſpeciei in eſſe naturæ: quia cauſalitas non competit actibus ſecundum moralitatem, ſed ſecūdum realitatem, eadem ratione quando actus boni, & mali differunt ſpecie in eſſe naturæ, habitus ipſi differunt ſpecie in eſſe natura.* Pro hac ſententia citabimus Maiorem, & alios in hac ſect. §. Hæc diximus.

14. *2. Opin.* Contra hanc opinionem late diſputant Caietan. quæſt. 55. art. 1. Medin. ar. 3. & alij iuniores eiſdem locis, Vazquez diſput. 84. cap. 2. docentes, quoſdam habitus eſſe eſſentialiter virtutes morales neque eūdem, habitum modo virtutem, modo vitium eſſe poſſe, idē docent Conimbric. in Ethicis diſput. 7. quæſt. 1. ar. 2. & alij tribuentes D. Tho. hac quæſt. 55. art. 1. 2. 3. 4. Vbi ait virtutem eſſe habitum, habitumq. eſſe genus proximum virtutis, ac proinde ſentire videtur rationem virtutis non conſiſtere in illa accidentali relatione coniunctionis, & conformitatis cum prudentia, & quæſt. de virtutibus in communi, quæſtio. 4. de ſpiritualibus creaturis art. 1. & 3. de 23. quæſt. 1. art. 3. quæſt. 1. Capreolo ibi quæſtion. vnica artic. 3. ad argumenta contra 2. concluſionem Gabr. quæſt. 1. art. 1. lit. P. & alijs Doctoribus, quibus conſentiunt Duran. 2. d. 40. quæſt. 3. num. 5. Valen. diſput. 5. q. 1. puncto. 1. & quæſt. 4. puncto. 1. Ocam. 3. quæſt. 10. 12. & 13. quodlib. 4. q. 6. quodlib. 1. q. 16. qui dicunt eſſe in nobis aliquos habitus ſuapte natura, & eſſentialiter bonos, licet de aliquibus Duran. dicat habere bonitatem accidentaliter, & poſſe ſucceſſiue eſſe bonos & malos, & loco citato ante. 2. opinionem dixit aliquos habitus bonos differre à malis eſſentialiter, & ſpecifice in eſſe naturæ. Huic etiā 2. opinioni fauet Altiſ. 3. ſummæ tract. 2. c. 2. in princip.

Suadetur. 1. quia in intellecti ſunt aliqui 15. habitus, qui ſunt eſſentialiter virtutes, quo- *1. argum.* niam de eſſentia illorum eſt, non poſſe actibus eorum ſubeſſe falſum: ergo ſimiliter in voluntate ſunt aliqui habitus, qui ſunt eſſentialiter virtutes eo quòd actus eorū non poſſunt eſſe mali ſaltem ex obiecto. §2. quia ſunt *2. Argum* quidam actus eſſentialiter bòni ex obiecto: ergo generant habitus eſſentialiter bonos; quia vt habitus ſit eſſentialiter bonus, ſatis eſt inclinare ad actus eſſentialiter bonos ex obiecto, id eſt bonos quantum eſt ex parte obiecti ſufficientis tribuere illis bonitatem, niſi aliunde ab extrinſeco inficiantur, antecedēs patet de actibus quibus appetito propter ſe ſcientiam, vel virtutem, vel beatitudinem vitam, & ſimilia, hi enim vt tomo præcedente docuimus, ſumunt honeſtatem ex obiecto quod intrinſece reſpiciunt. Confirmat. 1. *1. Confirm.* nam homo non eſt ſufficienter propenſus ad varias rationes honeſtatis: ergo poteſt habitus acquirere, quibus ad illas inclinetur, & impellatur, tales autem habitus ſunt eſſentialiter honeſti ergo. Confir. 2. quia ſi dantur *2. Confirm.* habitus inclinantes ad delectabile, vt tale eſt cur non ad honeſtum vt tale: neq. vero dici poteſt eundem habitū nunc inclinare ad delectabile nunc ad honeſtum, & vtrumque eſſe illi accidentarium, quia diuerſa ratio boni pertinet ad diuerſum obiectū formale ſeu motiuū ac proinde eſſentialē affert diſtinctionē, & præterea tali habitui nulla poſſet deſignari eſſentialis ſpecies, quæ ſumatur ex obiecto ſub aliqua determinata ratione boni. *3. Argum.* § 3. Suadetur hæc opinio nam omnis habitus virtutū infuſarū appetitiui ſunt eſſentialiter boni, & virtutes: ergo, & omnes vel aliqui habit⁹ virtutū acquiſitarū: ſimiles enim ſunt habitib. infuſis, & cur in hoc genere habituū nulli reperiantur eſſentialiter boni: antecedēs videtur receptū, & Medi. illud probat quia cōſtat ex diuina Theologia ſemper inclinare ad bonum.

4. Suadet Medi. & Valen. cum Caiet. nam 16. habitus genitus p actus elicitos ſecundum ra- *4. Argum.* tionē erroneā, vel inclinat poſtea ad ſimiles actus, et ſic ad vitioſos ac proinde non erit virtus, vel ad diſſimiles, & hoc non, quia nullus habitus inclinat ad actus diſſimiles illis p quos genitus eſt, ſed ad ſimiles 2. Ethic. c. 1. & in fine

2. in fine. Conf. 1. vel inclinat ad medium in tali materia, vel ad extremum, ſi ad medium ergo ſecundum ſe eſt virtus: nam ei competit definitio virtutis. 2. ethic. c. 6. ſcilicet, *eſt habitus electiuus in medio conſiſtens &c.* ſi ad extremū eſt vitium, & non virtus, ergo nulla datur virtus, quæ accidentaliter ſit virtus. Confirm. 2. quoniam habitus pulſandi citharam non inclinat ad quemcumque motum fidium, ſed ad notam harmonicum ſecundum regulas artis, ergo pari ratione habitus tẽperātiæ. v. g. non inclinabit ſolum ad abſtinēdum à cibo, ſed ad abſtinendum cum circunſtantibus cohoneſtantibus actum, ac proinde erit eſſentialiter virtus.

5. Argum 5. Suadetur ex varijs locis Ariſt. D. Thom. & Auguſt. nam Ariſt. 2. ethic. cap. 5. & 6. docet habitū eſſe genus reſpectu virtutis, vtique formaliter ſumptæ alioqui nūquam explicuiſſet gen⁹ virtutis formaliter ſumptæ, quo ſenſu etiam docet eſſe genus aliorū habituum, non autem eſſet genus, ſi virtus conſtitueretur vltimo per relationem conformitatis, vel coniunctionis actualis ad prudentiam, & eodem cap. 6. ait, Ariſt. *Virtutem eſſe, quæ bonū reddet opus*: ergo virtus, vt virtus efficit ac proinde, vt ſic nō eſt relatio, nec valet dicere illud verbū, reddere, nō ſignificare efficientiā quā enim aliā cauſalitatē ſignificabit? & exēpla Ariſt. de virtute quæ præſtat equo rectè currere & virtute oculi, quæ illi præſtat rectè videre, & de arte quæ facit opus artificioſum, oſtendunt, ſe loqui de cauſalitate effectiua. Item Ariſt. eodem lib. capitul. 8. & 1. cœli, capit. 4 docet, virtutem & vitium eſſe interſe contraria, quod etiam docet in categorijs, capit. de oppoſitis & alibi ſæpe, hoc autē verum non eſſet ſi idem habitus virtus & vitium ſimul aut ſucceſſiue eſſe poſſet, & 6. ethic. capit. 3. dicit opinionem non eſſe virtutem, quia aliquando dicit verum, aliquando fallit, ergo habitus qui aliquando inclinat ad bonum, & aliquando ad malum, non erit virtus, & D. Thom. in hac quæſt. quam de eſſentia virtutis vocat in eius tit. & in ſūmario quæſtionum ſtatim articul. 1. docet virtutem eſſe habitum quemdam, ſcilicet, vt virtus eſt, & argumento, ſed contra ex Ariſtot. cap. de qualitate ait, virtutes eſſe habitus ſeu in genere habitus, & articul. vltim. ait habitum eſſe propinquum genus virtutis, remotum vero qualitatem, & Auguſt. 1. de moribus eccleſiæ ait, virtutem non aliud eſſe quā habitum ipſum & quaſi ſapientis animæ qualitatem, non ergo virtus formaliter conſtituitur per relationem illam coniunctionis cum prudentia, ſed ratio formalis ipſius ad genus qualitatis pertinet, & alioqui verum non eſſet, quod ait Phil. Iudæus, lib. de agricultura, virtutes eſſe exercitus quibus Deo duce vitia perſequimur, nam id quo operamur, ad genus qualitatis, & non relationis pertinet.

6. Habitus qui eſt virtus eſſentialiter habet non poſſe ſequi niſi rationem & pruden- 17
6. Argum. tiam, ergo eſſentialiter eſt virtus, & non ex accidenti, ſeu ex actuali coniunctione cum prudentia, conſequens prob. quia habitus, qui ex ſe habet non poſſe declinare a dictamine prudentiæ, ex ſe, & eſſentialiter eſt virtus, eſſe autem ſaltem aliquos habitus, qui non poſſunt, non ſequi prudentiam, quia ſunt aliqui inclinantes in obiectum, vt vndequaque conſentaneum rectæ rationi, nempe producti per actus, quibus homo vult aliquid, quia vndique eſt honeſtum & conſentaneum rationi.

7. 7. Coniunctio ad prudentiam habitualem non eſt neceſſaria ad rationem virtutis ergo falſo ait Scotus virtutem in ratione virtutis conſtitui per talem coniunctionem, conſeq. nota eſt, antecedens tanquam indubitatum docet Almainus. 1. moral. cap. 22. cum Ocham. 3. quæſtio. 4. id probans. 1. quia capio, inquit, hominem nudum omni habitum, habeat dictamen verum prudentiale, & in voluntate electionem conformem illi dictamini, tunc poterit Deus ſuſpendere actionem. 1. actus ſcilicet dictaminis prudentialis, non ſuſpendendo electionem conformem illi dictamini, in quo euentu ab illo dictamine non generabitur habitus prudentię: ab electione autem generabitur habitus, qui erit virtus, quia inclinabit ad actus ſtudioſos ſimiles illis à quibus genitus eſt, & illos coefficiet ſequendo dictamen. actuale prudentiæ. ¶ 2. Quia ponamus in aliquo homine habitum prudentiæ, & temperantiæ, hic homo poterit elicere actus contrarios prudentiæ, non eliciendo actus contrarios temperantiæ, ergo poterit in eo manere habitus temperantiæ non manente habitu prudentiæ, ille autem habitus inclinabit in actus ſtudioſos ſimiles præcedentibus: ergo erit virtus, & non vitium & alioqui ſine vllo actu voluntatis corrumpetur in ea virtus. Confirm. 1. quia ſic ex eo tantum quod Deus deſtrueret in homine habitum prudentiæ, reliqui habitus amitterent rationem virtutis. Confirm. 2. quia ex coniunctione ad habitum prudentiæ, vel imprudentiæ, vel ad neutrum virtus in voluntate exiſtens, ſuam inclinationem non mutat, ergo non mutatur de virtute in vitium, vel in nō virtutem, aut econtra. 18

8. Argum. Octauo aliqui probant, quia habitus ſtudioſi

Digitized by Google

dioſi habent aliquam differentiam eſſentialem, ea autem non ſumitur ab obiecto in eſſe naturæ, ſed in eſſe mori, videlicet vt eſt vndique moraliter bonum: nam habitus reſpiciens intrinſece obiectum vt eſt vndiq. moraliter bonum, neceſſario, & eſſentialiter eſt virtus, quia eſſentialiter habet reddere hominem promptum ad obiectum vndique bonum.

19 *Ad. 1. arg. in cõtrariũ.* Defendendo hanc opinionem ad. 1. argumen. poſitum in gratiam prioris reſponderi poteſt, aliquem actum eſſe eſſentialiter bonum quantum eſt ex parte obiecti materialis, & formalis, vt tractat. de bonitate & malitia diximus, licet propter indeliberationem, vel ignorantiam culpabilem, aliamve rationem extrinſecam poſſit eſſe non bonus vel etiam malus, vt etiam docet Vazquez diſp. 55. cap. 1. diſput. 56. c. 1. diſput. 84. cap. 2. & actu iſto produci habitum eſſentialiter bonum, nempe inclinantem ad actum bonum ex obiecto materiali, & formali, ſiue actus ille aliunde ſit malus, ſiue non. Alij vero. Reſpondent per actum malum, ſiue ſit malus ex conſcientia erronea ſiue aliunde, produci habitum vitij, qui nunquam erit virtus eo q. nunquam inclinabit ad actum vndiq. bonũ, ſed ſemper ad actum aliqua ex parte malũ.

20 *Ad. 2. arg.* Ad. 2. dici poteſt eſto dentur actus indifferentes ex obiecto, & ſpecie ſua, non euidenter cõcludi, dari habitus indifferentes: ſiquidem reſponderi poteſt nullũ dari actum indifferentem in indiuiduo, habitusq. non produci ab actibus ſecundũ ſuam ſolam ſubſtãtiam ſpectatis, ſed prout fiunt in indiuiduo, itaque ex circumſtantijs reddentibus eos bonos, vel malos moraliter, vim capere producendi habitum ſtudioſum, vel vitioſum, & ideo Ariſtot. 7. Phyſ. c. 3. aperte videtur dicere, omnes habitus virtutes, vel vitia eſſe: ait enim habituũ, alij virtutes, alij vitia ſunt. Deinde licet fateamur eſſe aliquos habitus indifferentes in appetitu, vt aliqui iuniores cõcedunt argumento ſumpto ex habitibus brutorum, puerorum, amentium, & indeliberate agentiũ, non ſequitur, eos poſſe transferri de virtute in vitium, vel econtra: ſemper enim inclinãt eodem modo, & ad actus indifferentes: ergo ſemper manent in ſua indifferentia ſicut opinio ſemper in ſua indifferentia manet, & nunquam eſt intellectualis virtus, aut intellectuale vitium, quamuis ſi proprie loquamur non tam appellabimus hos habitus indifferentes, quam medios, quia non poſſunt indifferenter boni aut mali eſſe, ſed tantum ad actus ex obiecto aut ſecundum ſubſtantiam eorum in eſſe naturæ conſideratam indifferenter inclinare, actus autem proprie dicuntur indifferentes, quia ex parte obiecti nullam haberent bonitatem, vel malitiam vtramq; tamen poſſunt ſucceſsiue recipere, etiã ſi ſint actus interni vt tract. de bonitate, & malitia diximus.

Dices habitus intellectus poteſt eſſe ſucceſſiue verus & falſus, ergo & habitus appetitus poteſt eſſe ſucceſſiue bonus & malus, virtus & vitium. Durand. 2. d. 40. q. 3. num. 5. propter hoc argumentum concedit eundem habitum appetitus ſi ſequatur opinionẽ vel ſuſpitionem, poſſe eſſe ſucceſſiue bonum & malum: virtutes tamen non poſſe ſucceſſiue bonitatem & malitiam induere, quia prudentiam ſequuntur, quę ſemper eſt vera: ſed hoc nihil valet, quia ſæpe ex dictamine vero, ſequitur actus malus, & ex dictamine falſo actus bonus, opinioque in ordine ad eandem propoſitionem nunquam poteſt eſſe ſucceſſiue vera & falſa, quamuis in ordine ad diuerſas propoſitiones vera & falſa ſimul eſſe poſſit: ergo argumẽtum eſt nullum, vel colligit, eundem habitum poſſe eſſe ſimul bonum & malum virtutem, & vitium. 21 *Obiectio.*

Dices idem habitus poteſt ſucceſſiue eſſe clarus & obſcurus, ergo ſimiliter bonus & malus: ãs probatur in Theologia, quæ in viatore eſt obſcura, in beato vero euidens & clara. Idem videtur dñ. de donis Spiritus ſancti ad intellectum ſpectantibus. Huic obiectioni Reſ. Medina ſupra, non eſſe eandem Theologiam in via & patria, vt docet etiam Theophylactus. 1. Cor. 13. & Caiet. ibi ad illa verba cum venerit quod perfectum eſt, &c. Quamuis. 1. p. q. 1. art. 2. ſenſerit, quem nos reijcimus tract. de beatitudine, licet autẽ Theologia in viatore eſſet eſſentialiter obſcura, eſſet virtus authore Medina, ſicuti & fides, de dono autẽ ſapientiæ, quod D. Tho. q. 68. ar. 6. ait manere in patria, affirmat Medina, eſſe veluti quandam prudentiã, ad quam nihil refert obiectũ eſſe obſcurum, vel manifeſtum, ideo tale donum poſſe ſucceſſiue eſſe clarum, & obſcurum. 1. elicere actũ modo clarum modo obſcurũ, ſed hæc ſolutio in multis deficit. 1. quatenus aſſerit prudentiam poſſe elicere actum obſcurum. Inde enim ſequitur eſſe opperationem, vel fidem humanam incertamque eſſe & falſitati ſubiectam, nullus enim habitus acquiſitus eſt certus niſi ſit euidens. Secundo quatenus aſſerit dona aliquando elicere actum ineuidentẽ: infra enim docebimus omnes actus donorum euidentes eſſe, & ita argumentum nullum eſt quia falſum ſupponit. 22

Ad tertium. Reſpond. poteſt ex conſcientia erronea ſiue culpabili, ſiue inculpabili errantem exiſtimantemque, ſe comedere quantum oportet generari in ſe habitum virtutis quia per illum eliciet poſtea actus bonos

bonos ex obiecto licet aliunde interdum vitioſos, nam ipſe error culpabilis non eſt obiectum talium actuum; & ideo habitus non inclinat ad elicendos actus malos ex conſcientia erronea, ſed tantum ad elicendos actus habẽtes pro obiecto materiali & formali temperatam comeſtionem, ac proinde bonos quantum eſt ex parte obiecti materialis & formalis. Vnde falſum eſt quod Scotus Ocam Almainus; Medina Caietan. & alij multi ſupponere vidẽtur, non poſſe dari actum bonum, quo generetur habitus bonus, niſi talis actus ſequatur actuale iuditium prudentiæ: nam licet perſe loquendo actus bonus debeat eſſe conformis tali iudicio, tamẽ per accedens poterit eſſe conformis iudicio erroneo culpabili vel inculpabili quod non eſſe prudentiæ patet, quia prudentia eſt virtus & ſemper elicit aſſenſum verũ, qua parte ad ipſam ſpectat, licet aliunde poſsit eſſe falſus, vt ſi quis eodem actu affirmet duo de ſubiecto, quorum alterum vere illi competat, alterum vero non, vt hunc eſſe pauperem; non tamen eleemoſyna iuuandum.

Ad confir. Ad confirmationem. Reſpond. minorem eſſe dubiam, de qua diſputabitur ſect. ſequenti ea: autem gratis nunc admiſſa, negatur cõſeq. quia virtus poteſt concurrere ad actum malum, qua parte non eſt malus, ſed bonus videlicet ex obiecto.

25 *Ad. 4. 1. Solutio.* Ad quartum aliqui Reſpond. habituum vitij non eſſe eſſentialiter vitioſum, quia non inclinat in malum ſub ratione boni, cui adiuncta eſt malitia, & ideo talem habitum poſſe, exuere rationem vitij, & conferre facilitatem ad eoſdem actus & eadem obiecta, quando non ſunt mala, nec prohibita, vnde fit, eos, qui mala opera exercuerunt, facile eadem repetere, quando malitiam illa exuerunt, vt ſi quis per actus vitioſos habitum acquiſiuit accedendi ad non ſuam, poſtquam eam duxerit promptus quoque erit, ac facilis vt ad eandem accedat, & ille habitus tunc non erit virtus quia virtus inclinat ad bonum ſub ratione boni, & vt omnino conforme & conſentaneum rationi &. ideo non poteſt inclinare ad actum, qui ſit malus: cum ergo ille habitus inclinet aliquando ad actum malum, nunquam erit virtus, ſed iam tractatu ſeptimo vidimus, ad actum bonum non requiri vt tendat in obiectum quatenus eſt conſentaneum rationi, ſed ſatis eſſe vt tendat in bonum, cui nulla ratio mali adiuncta appareat, vel apparere debeat, his autem actibus generatur habitus qui eſt virtus, ergo virtus non inclinat ſemper ad bonum, vt omnino conforme rationi atque ita habitus inclinans aliquem ad accedendum ad mulierem quando eſt ſua, erit vere virtus, quia inclinat ad actum vere bonum, illumque elicit.

Alij ad argumentum Reſpon. habitus vitioſos qualitatem, vel effectum mere corporeum relinquere, quo diſponitur quis ad ſimiles actus externos, etiam quando ſunt liciti vt ſi quis ieiunauit quando non oportuit, facile ieiunabit quando oporteat, quia naturalis calor per ieiunium remiſſus fuit, & ſimiliter ex actu virtutis aliquid manere ſolet ad vitium iuuans, vnde. *2. Solutio*

26 *3. Solutio.* Tertio ad argumentum. Reſp. Valentia. illa quæſt. 1. puncto. 2. per actus malos ex conſcientia erronea non gigni habitum, qui poſtea ſit virtus & inclinet ad honeſtos actus accedente vero dictamine prudentiæ, ſed poſtea debere gigni alium habitum, id quod erit facilius, vt ait Caieta. quemadmodum prodigus facile fit liberalis. 2. ethic. capit. 8. propter magnam ſimilitudinem prodigalitatis & liberalitatis. Nõ diſſimiliter Reſpondent Conimbricenſes, eum qui ita affectus conuertitur ad verum Dei cultum, & religionis cauſa à cibo abſtinet, ſentire facilitatẽ in abſtinendo, nõ quod prior habitus inclinet ad eos act⁹, quos nunc exercet, ſed quia habitus ille non ſolum inclinabat ad ſuperſtitioſe abſtinendum, ſed reprimebat etiam appetitum ne ad cibi appetitionem effrænate inſurgeret: quare cum duo munia præſtent honeſti habitus in appetitu, videlicet cum inclinent ipſum ad actus rationi conſentaneos, & paſsiones ne ſe immoderate efferant, compeſcant, ratione huiuſce poſterioris officij facilitatem ſentit ad religioſe abſtinendum is, qui antea ſuperſtitioſe abſtinebat, etiam ſi talis habitus priorem naturam retineat, proindeque adhuc vitioſus ſit.

Similiter dicendũ videtur de honeſtis habitibus qui vidẽtur concurrere ad actiones quæ ob [illegible] circunſtantiarum vitioſæ ſunt, vt ſi quis antea liberalitatis habitu, præditus, nunc ad inopiam redactus, pecuniam, vti prius in magnis operibus vltra quam poſsit diſtribuat: non enim ad hunc actum eliciendum perſe concurrit habitus liberalitatis, ſed duntaxat eatenus facilitatem præſtabit, quatenus paſsionem auaritiæ cohibet. Hæc Conimbricenſes, quibus addi poteſt: vitium conferre facilitatem ad actum ſtudioſum, non quidem electiue, ſed diſpoſitiue tantum, qui enim habitum habet accedendi ad non ſuam, diſpoſitus ac promptus eſt ad ſimilem acceſſum, ſi eam duxerit & fecerit ſuam; & eodem modo virtus poteſt diſponere ad actũ vitio-

vitioſum. Mitto quòd ratione apprehẽſionis & memoriæ conſuetudo faciendi aliquid quando eſt bonum conducere poterit ad faciendum id quando eſt malũ & econtra,& quòd forte cum habitibus eſſentialiter bonis vel malis generãtur alij indifferentes, ſeu medij qui ad eadem opera mutatis circumſtantijs diſpoſitiue conducunt. Sed adhuc probabilius exiſtimo habitũ malũ genitum ex actibus qui ſolum ſunt mali ex conſcientia erronea culpabili, & habent honeſtũ motiuũ, concurrere poſtea ad actus bonos ſequentes ſcientiam, vel inculpabilem errorem,& in vtroque ſtatu habere rationem virtutis,& ſimiliter habitus indifferentes, ſeu medios nõ ſolum diſpoſitiue,ſed elicitiue etiã cõcurrere nunc ad actus bonos nunc ad malos variatis circunſtantijs.Ex quibus dictis non ſequitur aliquem habitũ accidentario habere rationem virtutis,quia qui ſemel eſt virtus, ſemper eſt virtus etiam ſi per accidens concurrat ad actum malum ex errore culpabili qui autem ſemel nõ eſt virtus, eo quod de ſe eſt medius indifferens,nunquam eſt virtus etiam ſi concurrat ad actum bonum,quia non concurrit ad illum ſub ratione boni, ſed indifferentis.

Ex quibus omnibus deduci poteſt. 1. falſum eſſe quod ait Gab.3.d.2.quæſt.1.art.1. circa finem,vbi in definitione virtutis air poni eſſe habitũ electiuum propter habitus intellectuales ſcientiam,prudẽtiam,artem &c. quia hi nõ generãtur ex actibus electiuis:nõ enim eligit voluntas cui vero aſſentiat,nam euidenter vero intellectus diſſentire nõ poteſt neque euidẽter falſo aſſentiri, neque in hoc ſub eſt imperio aut poteſtati voluntatis. Verum habitus inclinans ad ſpeculandum, ſtudendum,veritatem inquirendam,arguendũ, vel ſyllogizandum,& ad quamcunque operationem intellectus,vel ſenſus,vel potentiæ executiuæ, quam imperare poteſt voluntas, poteſt eſſe virtus denominatione extrinſeca; elicitus autẽ actus volũtatis talẽ actũ imperans eſt eſſentialiter ſtudioſus. Hoc inquam falſum eſt:nam habitus inclinans ad ſpeculãdum,ſtudendum &c.quando oportet,ſi eſt in voluntate eſſentialiter & intrinſeca denominatione eſt virtus moralis, ſi vero eſt in intellectu, eſſentialiter eſt virtus intellectualis,idemque eſt de habitu inclinante ad operationem ſenſus, vel potentiæ executiuæ. Præterea,vel talis habitus inclinat dirigendo et hic eſt in intellectu, & eſſentialiter virtus intellectualis,vt ſcientia,prudẽtia &c.vel impellendo,ſeu applicando & ſic eſſentialiter eſt virtus moralis: nunquam ergo erit accidentaliter virtus.

28
2.Corol.

2. Deduci poteſt explicatio illius quæſtionis,an aliquis habitus poſsit accidentaliter eſſe virtus,aut aliqua ſpecialis virtus. Quidã ponunt in voluntate aliquos habitus medios, qui per ſe non ſunt ſtudioſi,nec vitioſi qui q.ex coniunctione ad habitum bonum à quo imperãtur poſsint denominari virtutes extrinſeca denominatione & ſimiliter habitu intemperantiæ extrinſece denominari religionem,ſi coniungatur virtuti religionis ab ea que imperetur ſicut fides & ex coniunctione ad charitatem eſt virtus ſimpliciter, alioqui vero non. Sed hæc opinio non placet,quia vnus actus imperatur ſecundum ſe ab alio ideoque nomen ipſius accipit, inter habitus autem nunquam vnus ſecundum ſe imperatur ab alio,ideo eius nomen non accipit, alioqui virtus temperantiæ eſſet virtus religionis &c.Neque vero fides ex coniunctione ad charitatem fit charitas,ſed cum ex ſe ſit eſſentialiter virtus,redditur ſimpliciter & perfecte virtus, quia capit ſtabilitatem quandam, mouetque ad vſum bonum dirigendo charitatem, quæ imperat alijs virtutibus illasque coniunctas habet, vnde quodammodo reddit hominẽ ſimpliciter & vndique bonum. Ad quæſtionem ergo iuxta ſuperiora dicẽdũ eſt nullũ habitũ accidentario recipere rationem virtutis, vel talis virtutis.

3. Deducitur, virtutem non ſolum eſſe operatiuam vt quidam habitus eſt, ſed etiam vt virtus eſt,quia ſecundum ſuam ſubſtantiam eſt virtus: ergo,vt virtus eſt,eſt operatiua. Eſt contra Scotum.2. d.17. quæſt.2 §.ſed oppoſitum:demente tamen.D. Thomæ hic articul. 2. Caietan. & Contadi ibi, Capreo. 3. d.23.q. vnica,articu.1.in probationibus.1.&.2 concl. & art.3.ad argumenta Durand.contra primã concluſionem & Hiſpalen.eadem,d. q.vnica ſicut autem habitus conſideratus, vt abſtrahit à bono & malo eſt productiuus actus abſtrahendo à vono & malo, ita talis habitus nempe bonus & ſtudioſus eſt productiuus boni actus, nempe quia poteſt producere eius ſubſtantiam cum omnibus circumſtantijs requiſitis ad bonitatem, non quod omnes circumſtantiæ producantur ab ipſo, libertas tas enim potentiæ quæ eſt conditio neceſſaria ad bonitatem moralem actus, non fit ab habitu, ſed ipſius operationem præcedit. Quia tamen habitus efficit, vt actus à potentia libera procedat cum reliquis circunſtantijs.Ideo dicitur dare ei bonitatem.Qui vero tenent bonitatem moralem eſſe ſubſtantiã actus boni,ſicut ponunt virtutes efficere ſubſtantiã actus,ita dicunt producere bonitatem moralẽ. Qui vero ſentiunt bonitatẽ cõſiſtere in prædicamentali relatione cõformitatis ad rationem, vel naturam rationalem dicent fieri à virtute per accidens in executione 29
3.Corol.

toine:perſe autem in intentione:ſicut ordo in vniuerſo,& commenſuratio ac proportio in rebus naturalibus, & artificialibus perſe intēdūtur, vt Caietan.obſeruat q.55.art.2. quæ tamen exempla negant aliqui putantes nullam relationem prædicamentalem perſe intendi,ſed ratione fundamenti tantū,ac proinde ſi bonitas eſt relatio prædicamentalis, nō poſſe eſſe à virtute perſe in intentione ſicut neque in executione.

30. 1. Obiectio. Dices virtus,& vitium ſunt ad aliquid ſecundum Ariſtot.7.Phy.trac.17.ergo virtus nō eſt eſſentialiter habitus bonus & operatiuus. Ait.1. Valent.illa q.1. puncto.1. Ariſtot. loqui de relatione ſecundum dici. 2. ait cum Soto illo trac.17. Ariſtot. loqui de ſolis habitibus corporis, ſanitate pulchritudine,&c.qui conſtituūtur relatione proportionis inter qualitates,& humores, vel partes corporis:de hoc tamen plura diximus præcedenti tractat. diſputatio.3. ſect. 1. ad 1.1.opinionis.

31. 2. Obiect. Dices ſi in Angelo poneretur habitus temperātiæ non diceretur in eo virtus, quia non diſponeret Angelum cōuenienter ad naturā ipſius: ergo non eſt eſſentialiter virtus, nam quod eſſentialiter eſt tale,ſemper, & in quocunq.ſit, eſt tale, & magis adhuc vrgeret argumentum,ſi (quod aliqui non reputant impoſsibile)habitus tēperantiæ poneret,in lapide.Reſp. talem habitum in quacunq. re vel extra ſubiectū imponat virtutē eſſe,nō quidē Angeli,vel lapidis,ſed hominis, quia eſt habitualis inclinatio ad actum bonum homini ex ſuo obiecto,& motiuo formali, in qua ratione fundatur relatio conuenientiæ ad hominem,quæ non eſt de eſſentia talis habitus in quantum eſt virtus,neque vt aliqui volunt in quantum eſt bonus homini, quia bonitatē ſiue moralem,ſiuē tranſcendentem non conſtituunt in relatione.ſed in eius fundamento vt tract.7. vidimus vbi etiam docuimus bonitatem tranſcendentem addere rei denominationem extrinſecam, quæ eſt eius accidens, idemq.eſt de bonitate à qua virtus dicitur bona,vnde D.Tho. q.71. art. 1. docet bonitatem eſſe proprietatem.conſequentem ad rationē virtutis,quod docet etiam Valent.diſp.6.q.1. puncto.2.& late examinabimus tract.de peccatis,diſp.2.ſect.12. quamuis ſunt, qui dicant, relationem prædicamentalem conuenientię fundari in alia relatione conuenientiæ tranſcendentali;quia habitus intrinſece eſt conueniens,& proportionatus tali ſubiecto. Credo tamen habitum temperantiæ, ſi ſit corporeus,in Angelo eſſe non poſſe, ſi vero ſpiritualis,non poſſe eſſe in lapide:imo ſiue ſit corporeus ſiue ſpiritualis lapidi repugnare,quia laps non poteſt elicere actus temperantiæ, ac proinde nec eſſe temperatus, & promptus ad illos eliciendos. Idemq. eſt de actibus abſolute in Angelo,forte tamen in eo eſſe poteſt ad actus conditionatos,& ſic in eo poterit habere rationem virtutis etiam comparatione ipſius,dixi forte,quia ad ſolos actus cōditionales,cum faciles ſint, non oportet habitum conſtituere.

32. 3. Obiectio. Dices,ſi in Angelo poneretur habitus temperantiæ,non eſſet in eo virtus,quia non diſponeret angelum conuenientur ad naturam ipſius: ergo non eſt eſſentialiter virtus, nam quòd eſſentialiter eſt tale,ſemper, & inquocunq.ſit eſt tale,& magis adhuc vrgeret argumen.ſi quod aliqui non reputant impoſſibile,poneretur n lapide.Reſp. talem habitum in quacunq. re ponatur, vel extra ſubiectum eſſe virtutem,non Angeli, vel lapidis ſed hominis,quia eſt habitualis inclinatio ad actū bonum homini ex ſuo obiecto formali, & motiuo. in qua ratione fundatur relatio conuenientiæ ad hominem, quæ non eſt de eſſentia talis habitus in quantum eſt virtus, neque vt aliqui volunt, in quantum eſt bonus homini,quia bonitatem, ſiue moralē ſiue tranſcendentem non conſtituant in relatione, ſed in eius fundamento vt tract.7. retulimus.

33. Obiectio.2 Si dicas habitus,qui ſunt virtutes, & eſſentialiter ſunt habitus,& eſſentialiter virtutes: ergo quo virtutes fuerint nobiliores habitus, erunt nobiliores virtutes,nam quando ratio aliqua generica eſt nobilior in aliqua re,omnes rationes generica nobiliores ſunt. vt homo eſt nobilius animal, viuēs,corpus, & ens. Cōſequens eſt contra D.Tho.q.66. art. 3. vbi ait virtutes intellectuales eſſe nobiliores moralibus, vt ſunt habitus,ignobiliores vero vt ſunt virtutes. Explicant aliqui de nobilitate accidentali in ratione virtutis,in qua nobilitate morales excedūt,quia melius dant vſum, & hoc etiā pertinet ad rationē virtutis, vt dixerat q,56.ar.3.ſed hoc non placet, nam morales eſſentialiter habent impellere voluntatem ac proinde dare vſum: ergo hic exceſſus non eſt accidentalis. Reſp.ergo bene poſſe aliquam rationem genericam eſſe perfectori modo in eo in quo aliæ rationes ſint imperfectiores; vt ratio viſiui eſt melior in aquila quam in homine,ſimpliciter tamen homo eſt melius animal,viuēs,corpus ens, &c. quia in alijs excedit:ſic ergo ratio virtutis meliori modo eſt in moralibus quam in intellectualibus: hæ tamen in alijs excedunt, ita vt ſint nobiliores habitus,qualitates res,&c. de quo plura diſp.3.ſect.1.& diſp.7.ſect.3.

34. Obiectio.4. Dices rurſū:virtutes moralis conſtituūtur in eſſe virtutis moralis per aliquid pertinens ad genus moris,hoc autem eſt ſuper additum generi naturæ,ergo nullus habitus eſt eſſentiali-

Digitized by Google

tialiter virtus moralis, ſed ex accidenti pertinente ad genus moris. R. in actibus moralitatem eſſe ſuper additam eſſentię non vero in habitibus, quia hi non ſunt morales niſi analogice in quantũ ſunt cauſæ actuum moralium & quia hoc habet eſſentialiter vt medicina eſt eſſentialiter cauſa ſanitatis, & ideo eſſentialiter ſuo tamen modo ſana, ideo tales habit⁹ ſunt eſſentialiter morales, & hinc etiã ſi nulli actus ſint eſſentialiter vndique ſtudioſi, tamen aliqui habitus ſunt eſſentialiter ſtudioſi: quia ſunt eſſentialiter productiui actuum ſtudioſorum, nec poſſunt elicere actus qui nõ ſint moraliter boni, ſaltem quantem eſt ex parte obiecti materialis & formalis, ſeu motiui: dicuntur tamen morales extrinſeca denominatione quia per ordinem ad extrinſecum nempe ad actus ipſos ſunt morales, vt medicina eſt ſana per ordinem ad animal.

35 Hæc diximus in defenſionem. 2. & communis opinionis, quam probabiliorem iudico: primam tamen probabilem cenſeo cũ Vazq. di. p.84.cap.2. quam plane tenet Maior. d. 36. quæſt.3. in fine dicens, *ſi quis dat eleemoſynam contra conſcientiam dictantem, nõ eſſe dandam, actum illum malum generare malum habitum*, qui tamen poſtea inclinabit ad actus bonos ſequentes dictamen verum, vel errorem inculpabilem, ac proinde ſecũdum. Maiorem erit habitus bonus & ſtudioſus, ergo eſſe bonum non erat illi eſſentiale, ſed accidentarium, & 2.d.17.q.8.a.4. ait habitum genitum ex actibus temperantiæ, qui tunc eſt bonus, poſſe poſtea declinare in vitium & fieri malũ propter circunſtantias alias non cadentes in rationem obiecti, quod vero ait, Ariſto.5.ethic. neminē male vti virtutibus, explicat Maior. de eo tempore, in quo ſunt virtutes. Idem videtur tenere Aureolus apud Aquarium. 3. d.23.cõcl. 8. dicens virtutē eſſe ens quodã per accidens cõſtitutũ ex rebus diuerſorum, prædicamentorũ ſcilicet ex habitu & qualitate quadam, ex relationeque coniunctionis ad prudentiam & ipſe Aquarius ait, ſecundum D. Thomam eſſe abſolutum cum reſpectu & relatiuum ſecundum dici. Cum autem Scot. ait, relationem ad prudentiam eſſe de ratione virtutis, non debet intelligi de relatione formaliter ſumpta, ſed fundamentali: nec de prudentia tantum vere habituali, ſed de actuali, vel vere habituali, vel manente per modum habitus, vel denique de potentiali ſecũdum potentiam quandam proximam, & expeditam, vt ſenſus ſit, habitum, qui eſt in homine ad abſtinendum v.g. non habere rationem virtutis in eo qui errore culpabili indicat malum eſſe abſtinere, vel tale iudicium habuit, & nunquã illud retractauit, ac proinde virtualiter in eodem manere videtur, quia in tali potius habent rationem, vitij propter coniunctionem ad errorem culpabilem ex quo habet, vt hic & nunc ad actum culpabilem inclinet, ſed in eo tantum, qui verum iudicium habet de rebus aut ſaltem inculpatum, aut illud habuit & nũquam retractauit aut præditus eſt habitu, aut potentiam habet proximam atque expeditam ad ſic iudicandum, nec ſatis eſt ad rationem virtutis, vt talis habitus ſit prædicto modo cõiunctus prudentiæ ſeu ſeparatus ab errore culpabili, ſed etiã requiritur vt op⁹ ad quod inclinat nõ ſit prohibitũ, nullamq. habeat circunſtantiam, itemque inclinare ad abſtinendum propter honeſtatem obiectiuam quæ eſt in ipſa operatione abſtinēdi, quidquid enim horum defuerit, habitus abſtinendi non erit virtus, & quia aliquid ex his amittere poteſt, vt quod obiectum eius careat malis circũſtantijs, aut prohibitione, aut quod ipſe habitus non habeat adiunctam prudentiam, ideo amittere poteſt rationem virtutis, ac proinde ea ratio non eſt illi eſſentialis, ſed accidentaria. Ad illud autem argum. de opinione, quæ non eſt virtus intellectualis, quia non ſemper dicit verum: ergo nõ erit virtus moralis, quæ non ſemper inclinat ad bonum, quamuis hic & nunc inclinet ad bonum. Reſp. de opinione in genere verum eſt non eſſe virtutē, quia non ſemper inclinat ad verum, ideſt, quia nõ omnis opinio inclinat ad verum, de opinione autem vera verum eſt, non eſſe virtutem; ſed huius ratio non eſt, quod aliquando non inclinet ad verũ; nam opinio quæ ſemel eſt vera ſemper eſt vera; ſed ratio eſt, quia imperfecte inclinat ad verum & quaſi à caſu, nam quantum eſt ex parte ſui motiui, quæ eſt ratio probabilis, poſſet illi ſubeſſe falſum. At vero habitus inclinans ad abſtinendum propter bonitatem obiectiuam abſtinentiæ perfecte inclinat ad bonum quando concurrunt conditiones aliæ ſuperius poſitæ, ideo vere eſt virtus quamuis ex defectu alicuius illarũ conditionum poſſit deponere & amittere rationem virtutis.

Inter has duas ſententias quas hactenus tractauimus, media quædam & fortaſſe probabilior eſſe poteſt vt ſcilicet quidã habitus ſint eſſentialiter virtutes. Alij vero accidentario, in primo genere collocari poſſent qui moraliter loquendo malum actum elicere non poſſunt, niſi ratione erroris culpabilis, eo quod moraliter loquendo non poſſunt verſari circa obiecta prohibita, aut affecta mala aliqua circunſtantia ſaltem ſi tales habitus non conſiderentur ſecundum totam ſuam latitudinem extenſiuam, ſed quatenus reſpiciunt obiecta, quæ moraliter loquendo pro- 36 *Alia opinio media.*

Digitized by Google

prohiberi,aut ex circumſtantijs vitiari non poſſunt:in.2.autem genere collocari poſſunt habitus,qui ſecundum ſe totos vel ſecũdum aliquas ſuas partes aut rationes reſpiciunt obiecta,que moraliter loquẽdo prohiberi poſſun t,vel malam aliquam circunſtantiam habere,hi enim quando obiecta ſunt prohibita vel cum mala aliqua circumſtantia,ſunt mali,alioqui vero ſunt boni.Sic tract.13.diſput.1. ſect. 1.dicemus aliquos habitus eſſe eſſentialiter vitioſos, alios vero accidentaliter tantum,ibique quod attinet ad præſentem & ſequentem ſectionem melius intelligetur.

SECTIO. III.

Vtrum virtus ita ſit habitus bonus, operatiuusque boni, vt nullo modo poſsit concurrere ad actum malum?

37 *Suppoſitio.* SVpponimus virtutem eſſe habitum bonum,bonique actus operatiuum,vt docuit D.Thom. hac quæſt.55.art.3.ſiue his duabus particulis diuerſa indicauerit,quorum vnum ex alio ſequatur , vt eo loco cenſet Conradus, quoniam cum virtus ſit habitus operatiuus, vt art.2.docuerat D.Thom.ſi eſt bonus debet eſſe boni operatiuus: ſiue idem illis duobus particulis explicetur, nempe virtutẽ eſſe habitum bonum , eius que bonitatem cõſiſtere in hoc quid ſit boni operatiuus. Supponimus etiam dupliciter actũ perſe dici malum. 1. ex obiecto,vel ex aliqua circũſtãtia,& vtrumq. poſſe dupliciter cõtingere.1.formaliter veluti ſi ſcienter aliquis exerceat actũ prohibitũ ratione obiecti,vel circumſtantię:aut ſaltem cum ignorantia culpabili.¶2.Materialiter ſcilicet ſi ex ignorantia culpabili & inuincibili. Deinde ſupponimus virtutem non poſſe cõcurrere ad actum malũ,vt malus eſt nam virtus,vt virtus,bonum morale reſpicit, & non malum imo neque indifferens, ſi ergo actui virtutis malum ineſſe poteſt, id à vitio erit non à virture,vt virtus eſt, neque ab aliquo habitu indifferenti,quatenus indifferens eſt ſub ea enim ratione non malum ſed indifferens reſpiciet.

His ſuppoſitis ſolum eſt difficultas,an habitus qui eſt virtus,poſſit concurrere ad actũ malum,non qua parte eſt malus,ſed qua parte eſt bonus,aut certe non malus.

38 *1. Concluſio* Dico.1.ad actum malũ ex obiecto motiuo, vel ex fine intrinſeco non poſſe virtutẽ concurrere:nam eſſentialiter reſpicit bonũ obiectum motiuum,ſeu finẽ intrinſecum & ab eo ſpecificantur omnes eius actus,ac proinde obiectum motiuum malũ,vel indifferens eſt extra latitudinẽ & ambitũ ſui obiecti adæquati.Concluſio eſt contra Scotum & Angeſtum ſuperiori ſect.citatos, qui aiunt virtutẽ eſſe habitum,cui accidit eſſe, vel non eſſe virtutem;ferri, vel non ferri in obiectum, malũ etiam propter ſe ipſum amando illud,ſed immerito cenſetur contra Gab.quia vt ibi vidimus,potius ſentit virtutes exiſtentes in volũtate eſſe eſſentialiter virtutes,ac proinde nũquam elicere actum malum ſaltem ex obiecto motiuo.Contra quemcunq.autem ſit cõcluſio,ſuadetur,quia,vel habitus virtutis cõcurrit ad actum malum ex obiecto motiuo, ipſo habitu retinente rationem virtutis, vel amittente illam;neutrum dici poteſt, ergo minor probatur,quia ſuperiori ſectione oſtẽdimus habitũ,qui eſt virtus, eſſentialiter eſſe virtutem,ac proinde non poſſe reddi vitium aut amittere rationem virtutis. Si autem manet in ratione virtutis,non poteſt elicere actum malum ex obiecto motiuo , quia de ratione actus eliciti ſtudioſi eſt habere bonum motiuum intrinſecum , vel ſaltem motiuum indifferens intrinſecum ſimul cum bono motiuo extrinſeco.

Dico.2.ad actum malum ex obiecto terminatiuo non poteſt habitus virtutis concurrere,nam de ratione habitus qui eſt virtus, eſt, verſari circa obiectum terminatiuum perſe & in genere ſuo bonum,vel ſaltem non malum licet forte poſſint eſſe aliqui habitus medij inter virtutem,& vitium qui nunquam capiant rationem vitij,vel virtutis,nam ſicut in brutis concedimus habitus,qui nec ſunt,nec poſſunt eſſe virtutes aut vitia. ita dici poteſt in pueris,amentibus,& indeliberate agentibus,qui habitus ſolum verſantur circa res in eſſe naturæ,alij vero omnes habit⁹ ſunt eſſentialiter virtutes aut vitia quia generãtur per actus vt ſunt in indiuiduo; in indiuiduo autem omnes actus ſunt boni,vel mali moraliter, ideo generant vitium, vel virtutem & nullus generat habitum medium, quia vnus actus ſolum generat vnum habitum, qui habeat idẽ obiectum formale,ac proinde cum habitus virtutis,& vitij reſpiciat formaliter obiectum in eſſe aliquo moris non poterit generare habitum medium, qui reſpiciat præciſe obiectum ſecũdum aliquod eſſe naturæ: de hoc tamen alibi.Scotus autem & Angeſt. citati præcedẽti ſect.plane ſentiunt,habitum virtutis,amiſſa ratione virtutis,ad actum malum ex obiecto terminatiuo , ſeu ex genere ſuo cõcurrere poſſe;vt ſi comeſtio quæ olim erat tẽperata & proportionata ſubiecto , iam ſit intemperata & improportionata ſubiecto, habitus,qui olim ad illam cõcurrebat & erat 39 *2. Conclu.*

currere ad actum malum ex circunſtātia intrinſeca pertiuento ad ſuum genus, quoniam hæc circunſtantia ad obiectum ipſum pertinet, vt ſiquis comedat quantitatem cibi cōuenientem ſaluti, non tamen tempore, vel loco conſentaneo ſaluti &c. Dices Medicus

Obiectio. ex arte poteſt adhibere medicinam in quantitate, & non in tempore conuenienti, ergo & homo ex virtute temperantiæ poteſt comedere quantitatem conuenientem in loco nō cōuenienti ad ſalutem. Neq. conſeq. quia ad artem pertinet cognoſcere, & ex cognitione efficere bonum, aut malum opus, vt v.g. ad pictorem pingere hominem prolibito pulchrum, aut deformem, ſed ad virtutem moralem ſolum pertinet bonum appetere & facere, Vnde defectus moralis ab illa prouenire non poteſt. Imo neque opus moraliter defectuoſum in proprio genere, ſicut neque ars medicinæ, vel picturæ efficit infirmitatem, vel deformitatem, quando inteodiтur ſalus, vel pulchritudo, quia id ex ignorātia, non ex arte fieret, & ideo hac etiam ratione verum eſt quod ait, D. Thom. quæſt. ſequenti, artic. 3. virtutes intellectuales dare facultatem, non tamen bonum vſum, nam licet ex arte medicinæ proueniat mors intenta per venena & ſimilia, ac proinde mors ſit tunc bona quodammodo in genere artis, tamen, quia ars medicinæ perſe eſt ordinata ad ſanitatem, mors ſic intenta eſt opus quodammodo defectuoſum non ſolum in genere moris, ſed artis. Quomodo autem quamuis virtus non eliciat actum malum ex obiecto, vel circunſtantijs intrinſecis, poſſit conferre promptitudinem & facilitatem ad illū ſuperiori ſect. ad. 4. argumentum expoſuimus, ſic & iudex functus officio ſuo per actus quibus delinquentes licite puniebat, acquiſiuit habitum iuſtitiæ vindicatiuæ, qua facilis eſt quodammodo ad vindictam illicitam.

3. Concluſio, licet probabile ſit virtutem
40 retenta ratione virtutis poſſe concurrere ad
3. Conclu. actum malum ex circunſtantia extrinſeca, dummodo ſit bonus ex obiecto motiuo, ſeu fine intrinſeco & circunſtantijs intrinſecis probabilius, tamen eſt oppoſitum. Priorem *Pars Probatur. 1.* partem oſtendimus primo, authoritate. Nam in primis Scotus & Angeſtus ſuperius relati aperte tenent, habitum virtutis amiſſa rationi virtutis concurrere poſſe ad actus malos, non ſolum ex circunſtantia extrinſeca, ſed etiam ex obiecto terminatiuo imo & motiuo. Retenta autem ratione virtutis poſſe cōcurrere ad actum malum ex circunſtātia extrinſeca, vt ex fine extrinſeco, vel tempore, loco, & modo trahente actum in ſpeciem mali extra proprium genus, vt comeſtionē proportionatam & temperatam in ſpeciē ſcandali, vel inanis gloriæ, vel crudelitatis, vel iniuſtitiæ, aut irreligioſitatis &c. tenet Caie. in hac q. 55. ar. 4. & 2. 2. q. 5. a. 2. & q. 57. ar. 1. §. ad id quod obijcitur de opere tēperato hypocritę, in fine, & ſuaderi pōt. 1. quia comeſtio ex obiecto, & proprijs circūſtātijs bona & proportionata ſaluti, habet totū, quod requiritur ex parte obiecti materialis & formalis, vt virtus moralis concurrat ad ipſam, ergo de facto concurrit, nā quilibet habitus operari poteſt circa proprium obiectum ſi recte proponatur & adſint cōditiones requiſitæ ex parte illius. Antecedens probatur; quia obiectum materiale temperantiæ eſt cibus quantitatis & qualitatis conuenientis ſaluti cum reliquis circunſtantijs ad ſalutem requiſitis, & obiectum formale eſt ſalus ipſa, vel conformitas ad rationem dictantem de ſalute enim nō de alijs, id eſſet virtutes omnes & earum munera cōfundere cum ſpeciem ſumant ex motiuis & finibus intrinſecis, ſeu obiectis formalibus.

Conf. quia tēperantia non curat de miſeri 41
cordia, charitate, vel religione, ſed dē cibo cō- *Conf.*
petēte ad ſalutē: ergo, licet ex comeſtione ſequatur ſcandalum, quod eſt cōtra miſericordiam & charitatē, vel omiſſio miſſæ cōtra religionē, dūmodo comeſtio ſit cōſentanea ſaluti, poterit à tēperātia progredi, ſicut fides aſſentitur propoſitionibus obſcure reuelatis, tametſi ipſe aſſenſus malus ſit ex circunſtantia inanis glorię, quia fides perſeipſā nō excludit inanē gloriā, ſed tm̄ poſtulat propoſitionem obſcure reuelatā, quia hoc tm̄ pertinet ad eius materiale & formale obiectū: nec valet dicere, fidē, quia eſt virtus intellectualis, poſſe cōcurrere ad malū morale, quod eſt malū dūtaxat in alio genere, nō vero virtutē moralē, quia nulla virtus poteſt cōcurrere ad malū in proprio genere. Cōtra hoc.n. eſt quod fides infuſa, nō pōt operari ſine habitu piæ affectionis infuſo, ergo cū homo credit ex inani gloria per illū habitū piæ affectionis cōcurrit ad actum malū moraliter. Deinde, eodē actu quo iudico per ſciētiā, vel fidē Deū eſſe vnū poſſū iudicare falſo ex ignorātia inuincibili nō eſſe trinū formādo iſtā propoſitionē inmente Deus eſt vnus in eſſentia, & in perſonis: tunc autē virtus intellectualis cōcurret per accidens & mere materialiter ad actū malū in genere intellectuali, ergo etiā virtus moralis pōt p accidens & mere materialiter cōcurrere ad malū morale. 2. Probat. quia tract. 7. docuim', eſſe
valde probabile, eundē actū poſſe eſſe bonū, 42
& malū diuerſa rōe, ſed qua parte eſt bonus, *Probat. 2.*
poterit, vt videtur procedere à virtute, ergo. Alij eandem concluſionis partē probare nituntur ex Ariſto. & D. Thom. nam Ariſtot. 2. Ethic. cap. 4. ſic ait, At ea quæ à virtutibus fiunt non iuſte aut temperate aguntur, ſi ſint

iuſta aut tempetata ſed ſi & agens ſic ſe ha-
bens agat & D.Thom.quæſt.96.art.3.ad.2. *du-
pliciter*, inquit, aliquis actus dicitur eſſe virtu-
tis, vno modo ex hoc quod homo operatur.
*Virtuoſa, ſicut actus iuſtitiæ eſt facere recta, & ac-
tus fortitudinis facere fortia. Alio modo dicitur ac-
tus virtutis, quia aliquis operatur virtuoſa, eo modo
quo virtuoſus operatur.* Priori modo docet ibi.
D.Thom opera virtutis, eſſe in præcepto mo
dus enim virtutis non cadit ſub præcepto, vt
docet quæſt.100.art.19.&.11.& cum eo alij co
muniter, ſed hoc non eſt ad rem, quoniam
Ariſt. quem S.Tho. imitatur, ſe explicat ſub-
iungens, *primo quidem ſi ſciens*, ſcilicet eſſe iuſta
vel tempetata. *Deinde ſi eligens propter ipſa.* § 3.
ſi firmo animo, ac immutabili agat, itaque non
vult opera mala ex circunſtantia & bona ex
obiecto procedere poſſe à virtute, ſed opera
iuſta, vel tempetata ſecundum apparentiam
& communem æſtimationem, vel obiectiue,
ſeu materialiter ea inquam, poſſe non proce
dere à virtute iuſtitiæ, vel temperantia nimi-
rum ſi non fiant ex ſcientia & proprio moti-
uo iuſtitiæ, vel tempetantiæ, vt tract.7. dictũ
eſt & ex habitu, quo redditur animus con-
ſtans, ſed à nuda aut ſola potentia.

43 2. Pars Probat. 1. *Poſteriorem*, autem concluſionis partem te-
net Valent.d.5.q.1.pun.2.& ait, eſſe magis cõ-
ſentaneam Aug.2. de libero arb.c.18.& 19. vbi
ait, virtute male vti & quamuis Auguſt. vi-
deatur loqui tantũ de infuſis, quia addit, *quã
Deus in nobis, ſine nobis operatur*, tũ illá priorem
particulam ad omnes virtutes extendunt co-
muniter doctores.

Et conſtat extendi debere, quia nulla maior
ratio eſt de infuſis quam de reliquis quoad
actus venialiter malos, quia nec virtutes in-
fuſæ aduerſantur malitiæ veniali, imo aliquę
non aduerſantur malitiæ mortali vt ſpes, &
quæ aduerſantur mortali, nõ habẽt incõpati
bilitatem ex natura rei cum illo, ſed ex or-
dinatione diuina: qua ſublata ſi virtus acqui-
ſita poteſt concurrere ad actum malum mor-
taliter ex aliqua circunſtantia, idem poterit
virtus infuſa etiam charitas, quod non bene
conuenit cum illo Auguſ. ſupra, Pſalm.31.
numquid charitas permittit aliquid male-
fieri? & Paul. 1. Corinth. 13. *Charitas non agit
perperam, & infra non cogitat malum.* Vbi pul-
chre Chryſoſt. hom. 33. & Rom. 13. *Charitas
proximi malum non operatur.* Quo circa male
Caietan. ait virtute, quæ poteſt eſſe informis
poſſe hominem male vti, non autem reliquis
nimirum charitate, & alijs, quæ neceſſariam
connexionem habent cum charitate. Non e-
nim eſt maior ratio de his, quam de alijs. Vn-
de D.Thom. articul. 4. in corpore. inquit,
*Virtutem in quantum eſt operatiua, ſemper ſe habe-
re ad bonum.* Licet habitus vt opinio interdum
ſe habeat ad malum idem ait de verit. quæſt.
1.art.2.in corp. & ad. 4. ait, *rectitudinem, quæ im
portat ordinem ad finem debitum, & ad legem diui-
nã, eſſe communẽ omni virtuti*, & ad.5. videtur do-
cerę, *neminẽ poſſe male vti virtuti vt principio, ſe-
cus vt obiecto*: Vt cum quis male ſentit de vir-
tute aut odit eam, aut ſuperbit de ea, de
quo vide D.Thom.2.2.quæſt.162.art.2.ad.3. &
de malo, q.8.art.2.ad.1.& hic. q.49.art.4.ad.3.
ait, potentiam poſſe eſſe ad oppoſita ſcilicet,
bonum & malum, non tamen id poſſe habi-
tum, idem ait, quæſt.54.art.3. Quod explicat,
Bergom. in concordan. dub. 692. quod idem
habitus non ſe habet ad vtrumq. perſe, di-
recte & ſemper, ſed per abuſum, nimirum,
quia virtute abuti poſſumus, vt obiecto ſe-
cundum D. locis cit. non tamen vt principio.

Nec recte exponuntur Augu.& D.Thom. 44
& alij, vt ſolum velint, neminem poſſe
male vti virtute formaliter, ita ſcilicet, vt
malitia ipſius actus à virtute intendatur, ſic
enim nec vitio, nec alijs qualitatibus male
vti poſſumus, quia nemo ad malũ reſpiciens
operatur. Ex parte etiam nobiſcum cõuenit
Gab.3.d.23 quæſt.1.lit.P.in fine. Vbi ait, habi-
tũ temperantię eſſentialiter ſtudioſum non
poſſe concurrere ad actum, qui aliqua ex par
te ſit malus, imo Bañes.2.2.quæſt.4.art.5. do-
cet nec fidem infuſam maxime informatam
actu, vel habitu charitatis poſſe concurrere
ad actum mortaliter etiam venialiter tan-
tum malum, & Durand. 1. d. 40. quæſt.3.ad.1.
ait, aliquos habitus ita eſſe bonos, vt nun-
quam poſſint eſſe mali, quia videlicet nun
quam poſſunt concurrere ad actum malum.
Medina etiam quæſt.55.art.3.& quæſt.19.ar.1.
abſolute docet, habitum bonum nunquam
poſſe fieri malum, nec inclinare ad opera-
tiones moraliter malas, licet q.46.art.3.ad fi-
nem cum Caietan. quæſt.45. articul. 4. &.2.2.
quæſt. 5. articul. 2. alijſq. comuniter teneat,
fidem diuinam poſſe concurrere ad actum
mortaliter malum ex fine inanis glorię, vel
alia huiuſmodi circunſtantia, ſicut ſcientia,
etiam Theologia poteſt concurrere ad ac-
tum moraliter malum, quod etiam tenent
Aragon.2.2.& alij multi & probabile eſſe ait,
Suar.3.par.tomo.3. quęſtione.62. artic.2. quod
vero dicunt aliqui in. 1. acquiſitione fidei,
vel ſaltem in eius vſu per ſolam naturalem
etiam malam voluntatem poſſe quem ap-
plicari ad credendũ & actu credere, non exi-
ſtimo tutum, de quo alibi. Ex quibus patet,
ſiſtendo in auctoritate probabilius eſſe, nul-
lam virtutem moralem, ſeu affectiuam poſſe
concurrere ad actum moraliter malum.

Id etiam ratione probat Valentia. 1. nam 45
ſicut res naturales producunt effectum non Probat.
ſolum cum perfectione ſpecifica, ſed etiam
cum

Digitized by Google

cum indiuiduali; ſic virtutes quæ ad actus bonos deſtinantur,non producunt actus niſi tum ſpecifice, tum in indiuiduo bonos, ac proinde nunquam eos,qui in indiuiduo ſunt mali ex aliqua circunſtantia.§ 2. Quia actus ex aliqua circunſtantia malus,ſimpliciter eſt malus,& nulla ex parte bon⁹ vt diſp.(inquit) 2.q.15.pun.6.etiam ex mente Caiet. probauimus: ergo,nulla ratione talis actus proficiſcitur à virtute;actus enim qui nulla ex parte bonus eſt, nō poteſt à virtute proficiſci:nā ſecūdū Ariſt.2.Ethic.c.6.& adducitur a D.Tho. hic art.3.argum.ſed contra. *Virtus eſt, quæ bonū facit habentem & opus eius bonum reddit* & D. Tho.eodem ar.2.docet virtutem eſſe habitū bonum,& boni operatiuum,& virtutis actus à bonitate obiecti ſpeciē ſumit.ſed iam tract. 7.vidimus multos nec improbabiliter omnino tenere,eumdem actū poſſe eſſe ſimul bonum & malum moraliter diuerſa ratione, & conſideratione,in qua opinione quod ait D. Thom. quæſt. 18. a. 1. ad. 4. & articul.10.ad.1. circunſtantiam,quæ transfert actum à bono in malum, dare ſpeciem in genere moris,intelligit de ſpecie mali,vel ſimpliciter denominante.

46 *Prob.at.3.* 3. Autem id probari poſſet vrgentiori ratione, quoniam ſi admittamus virtutē poſſe cōcurrere ad actum malum ex circunſtātia extrinſeca,idē poterit dici de actu malo ex circūnſtātia intrinſeca,vel obiecto, quod ſupra reiectum eſt,& modo reijcitur,ſic enim idem actus poſſet eſſe temperantiæ & intemperātiæ,vt ſi ſeruaretur in cibo vna circunſtantia intrinſeca,& non alia,vel obiectum motiuū, ſeu finis intrinſecus eſſet temperata comeſtio craſtina;obiectum vero terminatiuum in temperata comeſtio hodierna, quæ ad temperatam comeſtionem craſtinam mediū eſſe poteſt, conſeqq. autem eſt falſum, & contra D.Tho.q.18.art.5.vbi ait, *bonum, & malum diuerſificare ſpeciem in actibus moralibus*, quod ſaltem eſt verum de bono & malo ex obiecto & circunſtantijs proprijs,ſeu intrinſecis integrantibus eſſentialiter ipſum obiectū quarum quælibet ſi deficiat, obiectum non erit moraliter bonū nullo modo ac proinde nullo modo per virtutē expeti poterit, vnde Ariſt. 2.Ethic.6.ait, *virtutem inclinare ad ſeruandā mediocritatem,hancque ſeruari ſi operemur, quando, quantum & quomodo oportet & cum reliquis circūſtantijs requiſitis,& virtutem eſſe habitū in mediocritate conſiſtentem,prout ſapiens definierit*; ſapiens autem non definit opus efficiendū eſſe, cui deſit aliqua ex requiſitis circunſtantijs, ergo tale opus à virtute proficiſci non poteſt, neque mirum, cum non continuetur intra proprium & adæquatum obiectum virtutis vt temperantiæ,vel fortitudinis &c. ſed ſub obiecto contrarij vitij,& propterea ſit talis virtutis deſtructiuum nulla vero virtus ad ſui deſtructionem; directe operari poſſit. Quando vero circunſtantia eſt extrinſeca, tantum 47
corrumpitur virtus cui opponitur & hoc quidem ſi actu poſitiuo ea circunſtantia ametur in ſeipſa:ſi enim non ſit poſitiue in ſe volita vt quando quis ob ſtudium omittit miſſam carens omni actu poſitiuo erga miſſam, tunc non generatur vitium,ad quod circunſtantia pertinet,ideo neque virtus,cui opponitur deſtruitur:ac proinde ſi actus ille, vt quidam arbitrantur, nullam habet moralem bonitatē, nullum habitum generat, quia nec generat habitum vitij propter rationem aſſignatam; neque virtutis, eo quod virtus non poteſt generari,niſi per actum aliqualiter bonum: ille autē nullatenus eſt bonus,imo licet admitteremus,habere aliquam bonitatem, poſſemus dicere,nec generare habitum virtutis neque ab illo procedere poſſe habitus enim virtutis tam generoſus eſt,vt nec procedere poſſit ex actu malo,nec ad illum elicitiue concurrere. Idque fortaſſe voluit Ariſt.loco cit. exigens concurſum omnium circunſtantiarum vt opus ſit virtutis, nam inter circunſtantias temperantiæ.v.g.etiam cōputādum eſt quod opus non ſit aliqua ratione malum, ſeu contrarium alicui alteri virtuti,vnde talis circūſtantia poteſt dici extrinſeca operi virtutis,licet poſitiua relatio operis ad finem alterius virtutis ſit circunſtantia extrinſeca operi tēperantiæ.Itaque licet quælibet virtus reſpiciat obiectum ſub peculiari ratione boni moralis,tamē omnes eſſentialiter reſpiciunt obiectum,vt carens omni morali malitia,& ſub tali ratione obiectum ſpecificat virtutē moralem in communi & in genere, diſtinguit que illam ab omni habitu, qui non eſt moralis virtus,non autem oportet carentiā illā malitiæ eſſe rationē motiuā,ſed ſatis eſt ſe tenere ex parte obiecti;vt præſentatur voluntati,& ideo non pertinet ad obiectum formale omnis virtutis, vt motiuum, & vt eſſentialis conditio comunis omni virtuti, ex motiuis autem ſpecialibus morales virtutes interſe diſtinguuntur Ars autem poteſt concurrere ad opus aliqua ex parte malum, etiam in genere artis. Imo in eadem ſpecie artis, vt ſi ex arte fiat domus pulchra quidem,ſed caduca in quo euentu defectus, qui eſt in genere artis,non eſt ex arte,ſed cōtra artem,teſte D.Thom.quæſtione. 57. artic. 3.ad primum & ratio quare ars poſſit concurrere ad opus malum in genere artis, non vero virtus moralis ad opus malum in genere moris, eſt,vel quia cum malitia artificiali poteſt in eodem opere eſſe aliqua bonitas artificialis, cum malitia autem

morali nulla bonitas in eodem opere eſſe poteſt, vel quia virtus moralis, licet ratione ſubiecti ſit inferior intellectuali, tñ in ratione, & modo operandi excedit non ſolum dans vſum, & bonum vſum, ſed ſimpliciter bonũ vſum, & ideo in ratione virtutis eſt excellentior virtute intellectuali, quod diſcrimẽ nõ poſſumus aperte probare, ſed neque vllus valebit manifeſte reijcere. Et iuxta hæc bene intelligitur, quomodo virtus intellectualis poſſit concurrere ad actum malum non ſolũ in alio genere, nempe ad malum moraliter, ſed etiam in eodem nempe ad actum aliũde falſum, nam falſitas, aut malitia adiuncta nõ tollit bonitatem proprij generis, nec propriá rationem formalem cum omni conditione eſſentialiter obiecti, nam propoſitio cui præſtatur aſſenſus eſt vera, & reuelata adeo, vel deducta per demonſtrationem, vel rationem probabilem &c. Quælibet autem malitia moralis tollit comunem bonitatem moralẽ operis quæ eſt eſſentialis conditio, vt ſit obiectũ actus ſtudioſi ſaltem vt procedentis ab habitu virtutis.

48 *Corolariũ.* Ex ſuperioribus infertur licet contra Vaz. diſp. 84. cap. 2. etiam tenendo eumdem voluntatis actum poſſe fieri de bono malum & ſubſtantiam actus poſſe produci ab habitu, recte defendi poſſe, non poſſe habitum ſucceſſiue concurrere ad actum bonum & malum: nam ſi habitus (inquit) inclinat ad ſubſtantiá illius actus, inclinabit ſemper eodẽ modo ſiue actus ſit bonus ſiue malus, iam enim diximus habitum virtutis ex natura ſua petere bonitatem in actu, vt ad eius ſubſtantiá concurrere poſſit, ideo eo ipſo quod actus bonitatem amittat, fieri nõ poſſe ab habitu à quo antea efficiebatur, vnde Sotus. 1. de natura & gratia, c. 22. prope finem, & Bañes. 2. 2. q. 24. a. 2. ad finẽ dicunt eundem, num. actum dilectionis Dei ſuper omnia poſſe fieri de bono malũ, ſed cũ malus fit, non elici ab habitu charitatis à quo tamen antea eliciebatur, cum bonus eſſet, tenet Bañes ſibi aduerſari videatur. Nam. q. 44. a. 1. dub. 2. contra Sotum docet, non poſſe eundem num. actum dilectionis in eſſe naturæ & quantum ad ſubſtãtiá, elicitumq. à charitate fieri poſtea peccatum, quod vero ait Vazq. habitum non efficere ſubſtantiam actus, ſed facilitatem illi inhærentem, ſup. tract. reiectum eſt, & licet admitteretur, non ſufficeret ad defendendum id, quod ea ratione conatur Vaz. defendere, nempe quãdo actio fit de bona mala, nullatenus ad illam concurrere habitum. Ratio enim eius eſt, quia ſi actus erat bonus propter ignorãtiam inculpabilem, vt fiat malus per ignorantiam culpabilem, debet ipſum comitari aliqua ratio dubitandi de parte minus tuta, & tunc retardatur affectus neque proſequitur obiectum prompte & delectabiliter, & ita habitus non confert actui facilitatem & delectabilitatem: qua etiá ratione exiſtimat affectum bonum profectũ ex recta conſcientia, cum ſcrupulo tñ etiam ſi bonus & ſecũdum rectam rationem ſit, nõ proficiſci ab habitu, quia ſcrupulus impedit conferri illi ab ipſo habitu facilitatem & delectabilitatem. Sed certe durum creditu eſt, actum bonum in homine habente habitum nullatenus proficiſci ab illo, quando ſcrupulus difficilem & iniucundum reddit illũ: quæ ratio ſatis conuincit habitum non poni ad ſolam facilitatem & delectabilitatem: niſi dicatur, vt bene dici poſſet, habitum ſemper cõferre aliquam facilitatem, ſed interdum à cõtrarijs fieri, vt non conferat totam facilitatẽ & delectabilitatem, quá alias cõferret, quod ſi ita eſt, iam habitus qui concurrebat ad actum bonum, concurret ad eumdem quando eſt malus, licet minus efficaciter propter impedimentum, imo quando loco illorum impedimentorũ aliæ conditiones concurrãt cõducentes ad facilitatẽ, vt viſio alicuius cõmoditatis in obiecto, maior conſideratio bonitatis illius, maius auxilium. &c. non minus facile fit actus bonus quam cum nullus erat ſcrupulus, & ſimiliter ſi poſtquam quis cæpit dubitare de malitia obiecti, obliuiſcatur rationis dubitandi, & continuet actum, continuabit illum eadem facilitate, qua ante dubitationem ipſum exercebat, tamen erit malus: ergo habitus, qui concurrebat ad actum quando erat bonus, continuabit illum, quando eſt malus conferendo ei idẽ quod antea. Ex quibus patet ad argumenta, quibus prior pars concluſionis ſuadebatur, licet enim oſtendant opinionem illam probabilem ſatis eſſe, tamen his non obſtantibus propter argumenta poſita in. 2. parte concluſionis oppoſita ſententia probabilior iudicanda eſt. Vnde in caſu illo de credente ob inanem gloriá dicendum eſt, ſi præciſe credat propter illum finem, non poſſe credere ex fide diuina, quia non poteſt credere ex pia affectione ſupernaturali, ea enim neceſſario debet habere bonum finem: niſi velis dicere non eſſe opus elicitũ à virtute, nec ſtudioſum ſed bonũ quãtũ eſt ex parte obiecti, & ſic eſſe adeo vt auctore ſupernaturali, vt malum vero eſſe à nobis ſit vero ſimul credat propter alium bonum finẽ, poterit fides eſſe diuina, & à pia affectione omnino bona nempe reſpiciente ſolũ finem bonũ. Ad illud vero de eo qui eodẽ actu tribuit deo verũ & falſum. R. vel id nõ poſſe fieri eodem actu, vel ad talem actũ nullum habitũ intellectualis virtutis concurrere, ſed fieri ex demõſtratione, vel ex motiuo fidei diuinæ & auxilio ſupnaturali. l. ex fide humana. l. po-

tentia

tia nuda eliciẽte actum, qui non ſit fidei di-
uinæ, ſed humanæ. Aut denique virtutes in-
tellectuales eſſe abſtractiores moralibus, &
ideo non petere bonitatem omnimodam ac-
tus in genere intellectuali, ſed aliquam ma-
litiam permittere. Morales autem minus ab-
ſtractas eſſe, & cõcernere, quod actus ſit ſim-
pliciter ſtudioſus in tali materia, ideo nõ poſ-
ſe elicere actũ, qui vlla ex parte ſic malus mo
49. raliter. ¶4. Dico virtutẽ poſſe concurrere ad
4. Concluſ. actũ materialiter, & obiectiue tantum malũ
Prob. vt ad comedendũ carnes feria. 6. vel ad ado-
randũ hoſtiã, quæ non eſt conſecrata, inuinci
biliter putando eſſe conſecratã: eſt cõmunis,
& patet, quia obiectum per ſe virtutis mora-
lis non eſt bonũ morale verũ, ſed bonũ mo-
rale verum, vel apparens ſaltem inculpate, vt
vniuerſim obiectum voluntatis eſt bonũ ab-
ſtrahens à vero, & apparente, obiectum ve-
ro virtutis intellectualis eſt vera propoſi-
tio, & ideo ſi aliqua propoſitio eſt falſa, nõ po
teſt ei aſſentiri fides diuina, vel ſcientia &c.
Confir. 1. Licet appareat vera etiã inculpate. ¶ Confir.
quia ex virtute temperantię Iacob acceſſit ad
Lyam, & ex virtute iuſtitiæ punitur innocẽs,
qui ſecundũ allegata, & probata nocẽs eſt, id
enim leges, & regulę iuſtitię, non tm̃ permit-
tunt, ſed & poſtulant ſaltem qñ ille ſecundũ
priuatam ſcientiã non eſt innocens, tñ actus
ille puniendi eſt malus obiectiue ſeu materia
liter, & ignorantia inuincibili & inculpabili
excuſatur: ergo ad actum obiectiue, & mate-
rialiter malũ concurrit virtus, ſicut enim vi-
ſio per ſe ſolum reſpuit coloratũ: per accidẽs
autẽ hominẽ, vel equũ, &c. ita virtus ſolũ reſ-
picit per ſe bonũ morale apparens ſaltẽ incul
pate, & prudenter, quod autẽ ſit verũ bonum
morale eſt per accidens, & minime requiſitũ.
50. Confir. etiã, quia talis actus eſt bonus mora-
Confirm. 2. liter in ſpecie tẽperantiæ, vel iuſtitiæ vindica
tiuæ, vel religionis, &c. & nullo modo eſt ma
lus formaliter, & per modum actus: ergo po-
terit procedere à virtute, elicitiue quidem ſi
ſit actus interior; imperatiue autẽ ſi exterior,
ſicut ſi aliquid apparet malum moraliter, ac-
tus interior erit elicitus à vitio, exterior vero
erit imperatus, & quæ diximus non ſolum
ſunt vera in virtutib. moralib. acquiſitis, ſed
etiã in infuſis. Vnde ſi quid appareat verum,
& dictũ à Deo. Licet fides non poſſit aſſenſũ
illi præbere, tñ habitus piæ affectionis ſuper-
naturalis inclinabit ad volẽdũ illi credere. Et
ſimiliter ad eũ, qui eſt diues, ſed apparet paup
ſe põt extẽdere miſericordia, & acquiſita, &
infuſa. Et ſẽper ſupponim' id ꝙ diximus trac.
7. eiuſmodi act', qui ferũt in bonũ moraliter
ex ignorãtia inculpabili exiſtimatũ tale, eſſe
bonos moraliter, cõtra Martinũ de Magiſtris,
tract. de fortit. q. 11. in fine, & apud Almai. 3. d.
23. q. 1. qui aſſerebat eſſe vere malos, ſed excuſa
ri ꝓpter ignorantiã inuincibilẽ. Certe ſi eſſẽt
vere mali, non eſſet bonum operari, nec Deo
gratũ, contra id. 1. Ioã. 3. Si cor noſtrum non re
prehenderit nos fiduciã habemus, quia mãda
ta eius cuſtodimus, & ea quæ ſunt placita co-
ram eo facimus, vide Cord. lib. 2. q. 23.

An vero habitus virtutis poſſit cõcurrere 51.
ad actũ malum, qui ex ignorãtia vincibili, & *Dubium*
culpabili putat̃ bonus. Scot. & alij citati ſect.
præcedenti, qui dicunt, eundẽ habitum poſſe
trãſire à virtute in vitiũ, tenent, habitum, qui
erat virtus, poſſe amiſſa ratione virtutis incli-
nare ad actum malum, qui ex ignorantia cul-
pabili ſeu inuincibili reputat̃ bonus, & quid
mirum cum aſſerãt, etiã ad actum, qui ſciẽter
eſt malus, cõcurrere, & inclinare poſſe, in ca-
ſu vero ignorantiæ vincibilis apparentius eſt
virtutẽ, etiã retẽta ratione virtutis, inclinare
poſſe, & concurrere ad actus malos, qui appa
rent boni, quia ſicut voluntas ferri poteſt in
omne bonũ verũ, vel apparẽs, ita videt̃ virtu-
tẽ ferri poſſe in omne bonũ morale verũ; vel
apparens, quãuis appareat ex aliqua ignoran
tia culpabili. Et confir. 1. quia inter caſus cul-
pabilis ignorãtiæ nullũ eſt diſcrimen quoad
obiectũ materiale, vel formale: vtrobiq. enim
obiectum materiale eſt malum verum, forma
le vero eſt bonum apparens obiectum autẽ
omnino idem eodem actu, & habitu attingi
poteſt: ergo ſi in caſu ignorantiæ inculpabi-
lis attingi poteſt actu, & habitu virtutis, etiã
in caſu ignorantiæ culpabilis: per accidens e-
nim eſt, quod ignorantia ſit culpabilis, vel in-
culpabilis, cum non variet materiale, nec for
male obiectũ, neq. eius propoſitionem, ſeu a-
prehenſionem, ſed totũ diſcrimen ſit ex par-
te voluntatis, quæ fuit, vel non fuit negligẽs
in indaganda veritate. Confir. 2. quia experiẽ-
tia cõſtat, eadẽ facilitate operari hominẽ cir-
ca obiectũ propoſitum culpabiliter, & incul-
pabiliter, aut certe experientia nõ docet op-
poſitum, doceret autem ſi in vno caſu habi-
tus virtutis inclinaret, in alio vero non.

Propter hęc probabile eſt virtutẽ, etiam re 52.
tenta ratione virtutis, ad eiuſmodi actum cõ-
currere, quod quidã tribuunt Caiet. loc. cita.
in 3. concl. Nihilominus probabilius eſt non
cõcurrere, quia nõ poteſt cõcurrere ad actus
malos ex circunſtantia, iſte autem actus eſt
malus ex circũſtãtia, licet circunſtantia igno
rantiæ culpabilis non teneat ſe proprie ex
parte obiecti, ſed ex parte operantis. Item
quia ſicut virtus moralis non poteſt attinge-
re obiectum propoſitũ vt malum moraliter,
ita nec propoſitum male moraliter, videli-
cet per ignorantiam culpabilem. Item habi-
tus inclinat ad actus ſimiles illis à qui-
bus eſt generatus, ſed actus virtutis non

poteſt eſſe genitus actibus vitioſis ex ignorātia vincibili, ergo neque ad illos inclinare, item ſi iudex ex ignorantia culpabili damnans innocentem, operatur ex virtute iuſtitiæ, cum ſimul & eodem actu agat iniuſte & corrumpat, vel minuat iuſtitiam, iuſtitia corrumpet, vel minuet ſeipſam effectiue, quod videtur impoſsibile. Et ſimiliter, ſi ſtādo in ſola rei natura ex charitate quis malū aliquod faceret, charitas deſtrueret ſe meritorie Cōf. quia ſecundum Aug.2.de morib.eccleſ. ca.6. virtus animā facit optimam, ſi autē cōcurreret ad actum malū, animam faceret prauam, ergo id repugnat virtuti. Item in opinione tenente eundem actū non poſſe eſſe ſimul bonum & malum moraliter, eſt argumentum, quia virtus retenta ratione virtutis nō poteſt inclinare ad actum, qui nullā habet rationē boni, ſed iſti actus nullam habent rationem boni, ergo ad illos nō poteſt virtus inclinare. Item virtus in ſuo actu ſequitur dictamē prudentiæ: & rectę rationis.6.eth.c.2. Prudentia autem non dictat exercendum eſſe talem actum, ſiquidem dictamen erroneum culpabile non pertinet ad prudentiā: ergo virtus nō poterit tale dictamen ſequi.

Ex quibus patet ad fundamētum oppoſitæ
53 ſententię non enim poteſt virtus ferri in om-
Ad fund. contrariæ ſententiæ. ne bonum morale apparens niſi recte prudēter & inculpate appareat tale, ſicut nec color poteſt mouere viſum, imo forte nec terminare viſionem niſi ſit extēſus in ſe, & in ordine
Ad.1.Cōf. ad locū, vt ſignificat ſatis D.Tho.3.p.q.76.a.8. Ad.1.confirmationē. R. licet inter illos caſus, non ſit diſcrimen ex parte obiecti materialis vel formalis, tñ eſt diſcrimen ex parte propoſitionis obiecti, quæ in vnu caſu eſt culpabilis, & in alio inculpabilis: & tale diſcrimen ſufficit, vt in vno caſu obiectum attingatur à virtute in alio vero non. In alijs vero potentijs & habitibus impertinens eſt obiectum bene, vel male moraliter proponi: ſolum enim pendent a propoſitione bona phyſice & naturaliter. Ad.2.Conf.R. quod cū virtus in vtro-
Ad.2.Cōf. que caſu cōcurrat diſpoſitiue ad actum, licet in vno concurrat elicitiue, & non in alio, nō eſt tātus exceſſus promptitudinis & facilitatis, vt poſsit per experientiam clare deprehēdi, aut in alias cauſas quando deprehenditur, non poſsit reduci.

Sed ſupereſt inueſtigandū, an habitus vir-
54 tutis concurrat ad actionem, quę ſolius deli-
Dubium. berationis, ſeu libertatis defectu moraliter bona non eſt, quia habet bonum & honeſtū obiectū motiuum ſine vlla mala circunſtantia? Vazq.d 84.c.2.nu.12. merito reſp. affirmāter. quia nulla ratio eſt ad id negandum, præſertim cum in ſubitis motibus cognoſci & operari habitus ſoleat. 2.Ethic.capit.8. Conf. quia vitioſi habitus concurrunt ad actus, qui ob ſolam indeliberationē mali nō ſunt: ergo & ſtudioſi ad actus, qui ob ſolam indeliberationem boni non ſunt. Objicies quia habitus virtutis inclinat ad actus ſimiles illis, quibus genitus eſt, ſed non poteſt generari actibus indeliberatis, ergo neque ad illos inclinare R. Vazquez. hos motus ex ſe ſufficientes quidem eſſe ad generandum eundem habitum virtutis, qui acquiritur actibus deliberatis, nihilominus his ſolis non acquiri habitum, quia niſi eſſent alij actus deliberati virtutis, plures eſſent actus vitij contrarij, quibus corrumperetur parum illud, quod actibus indeliberatis, & ſubitis acquiſitū eſſet virtutis. Simpliciter tamen dicimus ex motibus indeliberatis habitum acquiri, vt in pueris & amētibus: quod ſuperiori tract. docuimus.

55 Quod vero dicimus de virtutibus acquiſitis, poſſe ad actus non bonos nempe indeliberatos concurrere, de infuſis quoque intelligendum imo tractat. de bonitate & malitia huma. act. oſtendimus, actum elicitum à virtute infuſa, accidentario & extrinſece malum, & vitioſum eſſe poſſe quamuis oppoſitum doceat. Vazquez, diſp.53.ca.4.&.84. c.2. nu.14. Vbi tamen recte docet bonitatem fundamentalem eſſe de eſſentia habitus, qui dicitur ſtudioſus, non tamē actus, quia actus quilibet poteſt eſſe malus, aut ſaltem non bonus, habitus tamē, qui ſemel eſt bonus, nunquam poteſt eſſe malus, vel non bonus, vt patet ex dictis tñ hac ſectione.

Sed quæres, an virtus poſſit actum aliun- 56
de vitioſum actu ſuo elicito vndique bono *Dubium.*
imperare. R. proculdubio poſſe vt docent communiter doctores cum D.Thom.q.20.ar.5.ad 2.dicente, poſſe idem opus externum ſimul eſſe bonum quatenus ex vno actu bono voluntatis procedit, & malum, vt procedit ex alio malo actu voluntatis: quod verum eſt, ſiue illi actus eliciti ſint ab eadem voluntate, ſiue à diuerſis. Tunc ergo virtus eliciens bonum actum per ipſum concurret ad actum malum imperatum, & hoc locum habet etiā in actu imperato interno, non ſolū intellectus ſed etiam voluntatis: poterit enim ſimul per actum bonum imperari à virtute, & per malum à vitio; à nulla tamem virtute affectiua poterit interim eſſe elicitus etiamſi ſit bonus ex obiecto, quia nulla virtus affectiua poteſt malum actum elicere.

SECTIO. IIII.

Vtrum virtus inclinet ad actus ſimiles illis à quibus eſt producta

Reſp.

Digitized by Google

RESPON. affirmatiue ex ijs quæ tract. præced. generatim de habitibus dixi. Aduerte tamē, cum dicimus, habitū non poſſe per ſeipſum immediate inclinare niſi ad ſimiles actus illis à quibus productus eſt duplicitér id poſſe intelligi, ¶1. De illis à quibus productus eſt actu vel potentia & ſic veriſſima eſt aſſertio. Quia nullus actus pōt immediate prodire ab aliquo habitu, qui ſi præceſſiſſet, non potuiſſet habitum illum producere. ¶2. De illis à
57 quibus productus eſt actu & non ſolū potētia & ſic non eſt vera aſſertio loquendo de ſimilitudine ſpecifica. Nam idem habitus poteſt producere actus ſpecie diuerſos licet ab vno tantū ipſorū productus fuerit. Habitus enim acquiſitus per demonſtrationē de homine ſaltem recepta aliqua additione poteſt concurrere. Ad demonſtrandū de equo & qui productus eſt per demōſtratione vnius cūcluſionis de homine pōt concurrere ad demonſtrandā aliam concluſione de eodem, & recepta quidem additione nō eſt mirū, quia hanc accepit per actum eiuſdem ſpeciei cum eo qui modo exercetur, à quo potuiſſet idem habitus produci. Quam Ocha, & Almai. ſupra ſentiant nunquam ex actibus diuerſis ſpecie procedere poſſe eundem habitum ſpecie. In actibus autem voluntatis, vel appetitus ſenſitiui id fit ſine vlla additione: nam habitus genitus vno actu, ſine additione inclinat ad alios diuerſos ſpecie in eſſe naturæ modo habeant eandē honeſtatē, vel turpitudinē moralē aut ferantur in obiecta materialia cōtēta ſub obiecto formali talis habitus, & ideo non recte probat Almai. ſup. ſi poſsit producere aliquē actū diuerſū ſpecie, poſſe oēs eo q̄ ſit de omnibus eadē ratio. Nā hoc negamus, ſiquidē peculiaris ratio eſt de actibus habētibus eandē honeſtatē, vel turpitudinē, vel tēdētib⁹ in res cōtētas ſub formali obiecto. Sic actus productus per amorē alicuius boni concurret perſe ad oppoſiti, ad deſideriū & fugā, lætitiā & triſtitiā illi proportionatas, & habitus product⁹ per intentionē finis pōt producere electionē medij, & productus per electionē medij pōt producere intentionē finis, vel electionē alterius medij, & habitus dilectionis Dei naturalis productus per dilectionē Dei naturalē, pōt producere dilectionē proximi propter Deū, vel vt eſt aliquid Dei & ecōtra, & habitus productus per abſtinentiā à carnibus pōt producere actū abſtinentiæ à piſcibus vino &c. & habitus diligendi aliquē ortus ex actu ſequēte notitiam intuitiuā pōt producere actū diligēdi ortū ex notitia abſtractiua, vel etiā fidei humanæ, vel opin. licet ſit diuerſus ſpecie ſm̄ Ochā & Almai. ſup. cōformiter ad Scotū. 4. d. 49. aſſerētē dilectionē Dei in via & patria differre ſpecie, ad eundē tn̄ habitū pertinere, nō enim poteſt dubitari, que indiligens aliquem præciſe ex notitia abſtractiua, prōptior reddatur ad diligendū ex notitia intuitiua & ecōtra quidquid dicat Ochā. Ita enim experimur & male fingit Ochā ſemper cū notitia intuitiua habitus aliā abſtractiuā & produci duos actus & habitus diligendi quorūvnus reddit prōptū ad diligendum poſtea ex notitia abſtractiua. Neq. id fingi pōt quādo ſola eſt notitia abſtractiua, tn̄ poſtea ſum⁹ prōptiores ad diligendū ex qualibet notitia, ergo habitus genitus per vnū actū pōt reddere prōptā potentiā ad aliū diuerſum ſpecie. Niſi dicamus id quod probabilius iudico actus illos nō differre ſpecie.

QVÆST. LVI. DE SVBIECTO VIRTVTIS.

Art. 1. Vtrum virtus ſit in potentia animæ ſunt in ſubiecto?
Art. 2. Vtrum vna virtus poſsit eſſe in pluribus potentijs?
Art. 3. Vtrum intellectus poſsit eſſe ſubiectum virtutis?
Art. 4. Vtrum iraſcibilis & concupiſcibilis?
Art. 5. Vtrum vires apprehenſiuæ ſenſitiuæ?
Art. 6. Vtrum voluntas?

DISP. II. DE SVBIECTO SEV CAVSA MATERIALI ALIISQ. CAVSIS VIRTVTVM.

Sect. I. Vtrum in appetitu ſenſitiuo ſint proprie virtutes.

1 VIRTVTES aliquas eſſe in intellectu certum eſt ex dictis de ſubiecto habitum tract. 10. & ex dicendis d. ſeq. de virtutibus intellectualib. In genere etiam clarum eſt, in voluntate eſſe virtutes, vnde in hac ſectione & ſequentibus fere tota diſputatio erit de appetitu ſenſitiuo, & ſenſibus internis. Deinde ex ijs quæ ſuperiori tractatu de ſubiecto, cauſa materiali, ſeu materia in qua habituū dicta ſunt,

facile quia præſenti ſatisfieri poteſt, vt ſequenti diſcuſſu patebit. Cum omnis virtus habitus ſit ac proinde potentiæ, quæ nõ ſunt capaces habituum, etiã virtutum incapaces ſint. Cuiuſmodi ſunt omnes potentiæ materiales præter illas quæ rationi, & voluntati politice obtemperate poſſunt & ideo in potentijs animæ vegetantis non ſunt virtutes, eomodo quo hic de virtutibus loquimur, quæ ſcilicet humanæ ſint, laudemque habeant ob indifferẽtiã quamdam potentiæ ad recte agendũ & ſecus. Vt docuit Ariſt. 1. ethi. cap. vltimo Aug. de motibus eccleſiæ c. 5. & 6. vbi docet, virtutem non niſi ſapientis animæ qualitatem eſſe, quæ niſi in anima eſſe non poſſit, & ratio huius eſt quia illæ potentiæ nullam habent indifferentiã, ſed aut neceſſatio obtemperant, aut nullo modo obtemperare poſſunt: ergo, non ſunt ſubiecta habituum, ac proinde nec virtutum. Tales autem potentiæ ſunt potẽtiæ vegetatiua, ſenſus externi, potẽtia que motiua ſecundũ locũ, ſiue diſtinguatur re ab appetitu ſiue ratione tantum, hæc autẽ ab anima regitur imperio deſpotico, vt docet Ariſto. 1. Politic. c. 3. Porro illę potẽtiæ materiales, quæ politice obediunt rationi, rationales per participationẽ dicitur, nõ ſicut volũtas quæ minime rationẽ participat, ſed alio inferiori modo, quia remote tãtum participat rationẽ ſcilicet, media volũtate & per accedens: nàm volũtas eſſentialiter habet rationem ſequi, ità vt nec de potentia Dei abſoluta operari poſſit niſi ratione duce; illæ vero aliæ potentiæ ſolo ſenſu interno duce operari valent, ſunt autem in primis appetus iraſcibilis, & concupiſcibilis teſte Ariſt. 1. Ethic. cap. vltimo.

2 De hoc igitur duplici appetitu nunc inquirimus, ſit ne alicuius virtutis ſubiectum. Cõ-

1. Opinio. tendunt aliqui proprie nullius virtutis ſubiectum eſſe licet in eo ſint habitus quidã reſpondentes virtutibus inhærentibus voluntati, qui improprie virtutes dicũtur, ita Scotus 3. d. 33. q. vnica, Bonau. ar. vnic. q. 3. Ricard. a. 1. q. 1 Gab. q. vnica. a. 1. litt. P. ar. 2. concl. 3. & 4. & 3. d. 23. q. 1. a. 3. dub. 1. in probatione. 4. propoſitione, & dub 5. Celaya illa d. 33. difficultate. 2. dicens, hanc op. eſſe nominaliũ & realiũ, eam tenet Ocham. 3. q. 10. & 11. & q. 12. a. 1. concl. 6. & a. 2. concl. 2. lit. M. & quotlib. 2. q. 16. Almai. 3. moralium c. 6. Angeſt. in moral. c. 11. §. 1. dub. 2. in fine & initio capitis. Mayron. 3. d. 33. q. 2. a. 3. & 4. Bachouius. q. 1. a. 3. Baſſol. q. 1. a. 2. Carthuſ. q. 2. Petr⁹ de Aquila. q. vni. ar. 4. Palacios diſp. vnica. §. de ſubiecto citans Alenſem opere de virtutibus collatione. 76. ar. 6. idẽ tenet Almai. 3. d. 23. q. 1. Henri. quodlib. 4. q. 22. Fonſ. 9. Met. c. 5. q. 3. ſect. 3. tribuens Buridano. 1. ethi. q. vlt. Vazq. d. 87. c. 2. Leſſius in breui explicatione virtutum toti operi ſuppoſita qui omnes docent habitum exiſtentem in appetitu ſenſitiuo non eſſe proprie eſſentialiter & intrinſece virtutem, ſed improprie, participatiue, & per extrinſecam denominationem ab ab aliquo habitu inhærente voluntati & licet Azor, lib. 3. c. 2. q. 4. abſolute ponat virtutes in appetitu ſenſitiuo poſtea tamẽ. c. 25. q. 3. in hanc op. inclinare videtur, quæ ſuadetur. 1. ex Aug. 12. Trinit. c. 24. & 9. ciuitatis cap. 5. & 6. ponente virtutes in ea parte animæ, vbi eſt ſapientia: ſentit ergo, non eſſe in parte ſenſitiua. *1. Argum.* ¶ 2. ex Ariſt. 2. ethic. c. 6. aſſerente, virtutem eſſe habitum electiuum, electio autẽ non eſſe in appetitu ſenſitiuo, ſed in volũtate *2. Argu.* cuius actus elici non poteſt ab habitu exiſtẽte in appetitu ſenſitiuo: ergo in hoc non eſt proprie virtus. Neque obeſt, quod prudentia etiam dici poteſt habitus electiuus, nec tamẽ eſt in voluntate: non enim dicitur electiua, quaſi ipſa, aut homo per eam [illegible], ſed quia indicat aut præcipit, quid eligẽdũ ſit ¶ 3. Probãt Bon. & Richar. & Leſſius, quia virtutes *3. Argum.* affectiuæ proprie ſunt in potentia libera que in agendo meretur laudem; huiuſmodi autẽ potentia eſt liberum arbitrium, ſeu voluntas & non appetitus ſenſitiuus, cum hic non ſit in ſe liber, nec perſe habeat laudẽ, ſicut nec potentia motiua ſecundum locum ſed tantũ ex imperio voluntati: ergo, in ſola vol[illegible]te ſunt proprie virtutes affectiuæ, licet in appetitu ſenſitiuo ſint quidam habitus boni circa eamdẽ materiam, ſeu habilitates quædã, vt loquitur Bonau. vel impreſſiones, vt loquitur Ricard. vel virtutum adumbrationes, & vel [illegible] quædã vt [illegible] vt bo vtens loquitur Leſſius, vel virtutum complementa, vt loq[illegible] Fo[illegible]ſeca, vel virtu[illegible] diſpoſitiones, vt loq[illegible] [illegible].

¶ 4. Probant Vaz. Leſſius a[illegible] recentiores, *4. Argum.* quia virtus proprie [illegible] cum bonum faciat habentem, & eius opus b[illegible] debet ferri in obiect[illegible] [illegible] rationi q. conſentaneum [illegible] conformitatem [illegible] exiſtens in appetitu [illegible] habere tale motiuum, qu[illegible] ſeq[illegible] qui ſolum attingit bo[illegible] bile, vel vtile, aut commo[illegible]: ergo n[illegible] poteſt eſſe virtus. *5. Argum.*

¶ 5. Probar[illegible] poteſt, quia in [illegible] ſenſitiuis, apprehen[illegible] internis nequit eſſe virtus, ergo [illegible] appetitiuis: cõſeq. valet ex paritate rationis, antecedens vero docet D. Th. in hac quæſtione articul. 5. cum e[illegible] Caietan. & alij ibi, & Valẽntia diſputatione. 5. quæſtione 2. Fonſe[illegible] & Leſſi[illegible].

¶ 6. Prob[illegible] quia virtus tãtũ eſt in potentia, quæ *6. Argum.* eſt hominis, vt homo eſt, ſed appetit⁹ ſenſus nõ eſt huiuſmodi, quia eſt communis [illegible]tis, ergo.

go, Confirm. 1. virtus eſt propria perfectio naturæ rationalis, qua rationalis eſt, Rationalis autem tantum eſt, quatenus eſt principium intellectionis & volitionis: ergo in ſolo intellectu & voluntate eſt virtus, ſi dicas ſatis eſſe quod potentia ſit rationalis per participationẽ, vt eius habitus poſsit eſſe vera virtus, talem autem eſſe appetitum ſenſitiuum, nam rationi obtemperat ciuiliter & quaſi libere, ideo in eſſe poſſe virtutem proprie dictam. Contra, quia virtutes gubernandi, debet eſſe in gubernante, non in eo, qui gubernatur, vt in equite, non in equo, in principe, non in ciuibus infimæ plebis, ſed etiam virtutes affectiuæ ſunt gubernatiuæ: ergo in voluntate, non in appetitu ſenſus eſſe debent. Confi. 2. quia idem eſt ſubiectum virtutis & vitij oppoſiti (idem enim eſt contrariorum ſubiectum) at vitium oppoſitum virtuti, non in corpore eſt, ſed in anima, illamque comitatur poſt ſeparationem à corpore, niſi ante detergatur, ergo &c. Eodemque tendit argumentum quod ducitur ex actu peccati, quo habitus vitij contrahitur: nec enim peccatum perficitur, niſi in voluntate, vbi eſt formaliter libertas. ¶ 7. Quia vbi enim eſt actus bonus formaliter & intrinſeca denominatione non eſt proprie virtus, ſed in appetitu ſẽſus nõ eſt actus formaliter & intrinſeca denominatione bonus: ergo. Obſerua autem diſcrimen eſſe inter Vazq & alios authores: quoniam alij in appetitu ſenſus ponunt aliquos habitus reſpondentes temperantiæ & fortitudini voluntatis, qui verſentur circa eadem bona, ſintq. virtutes improprie, Vazq. verò licet id concedat in temperantia, negat tamen in fortitudine, ratio huius eſt, quia appetitus ſenſus moueri poteſt inde lectabilia tactus, & guſtus, quæ ſunt obiecta temperantiæ, ſub ratione boni delectabilis, quæ eſt ratio motiua appetitus ſenſitiui, at vero in pericula, quę ſunt obiecta fortitudinis, ferri non poteſt, quia non eſt in eis ratio boni delectabilis niſi ſecundum quod ad lucrum, vel ad gloriam conducunt, quæ ratio cum non attingatur à ſenſu, non poteſt appetitum ſenſitiuum mouere. Addit Vazquez ex efficaci conſideratione intellectus circa honeſtatem obiecti fortitudinis abſorberi ſenſum ne efficacius conſideret terrorem periculorum, & ita ex vſu fortitudinis voluntatis immutari temperamentum, & acquiri in corpore quandam diſpoſitionem, ob quam minus reſiſtit voluntati circa pericula, quæ ſunt obiecta fortitudinis. Obſerua item, Aureolum apud Capreolum 3. d. 33. q. vnica arti. 2. partim cum hac ſententia conuenire, ait enim ex habitu exiſtente in voluntate, & ex alio qui exiſtit in appetitu ſenſus

7. Argu. Confir. 1. Confir. 2.

3

vnam virtutem conſtitui, indicatq. neutrum eſſe ſimpliciter virtutem, ſed virtutis partem, obſerua denique ad D. Thom. qui oppoſitã opinionem tenere videtur. R. Azor D. Tho. ſolum velle in appetitu ſenſus debere poni habitus, quibus affectus corrigantur, & difficultates ad voluntatis actum ſuperentur.

4 *2. Opinio Authori.*

Nihilominus dicẽdum eſt in appetitu ſenſus eſſe proprie virtutes, ita proculdubio ſentit D. Thom. & cum eo Caieta. Contra. Medi. & alij iuniores hac quæ. 56. a. 4. 1. & 2. Val. illo pũcto. Vincent. in ſpeculo morali. lib. 1. p. 3. d. 2. Viguer. c. 3. §. 8. verſ. 4. & 11. Conimb. in ethi. diſp. 7. q. 5. a. 2 & 3. & q. 6. ar. 1. & alijs, (licet oppoſitum probabile putet) Capreo. 3. d. 33. q. arti. 3. ad argumenta contra primã concluſionem. Ferrar. 1. contra q. c. 92. Aegid. quotlib. 4. q. 18. Sotus 3. iuſtitiæ. q. 2. a. 4. & lib. 9. q. 5. a. 1. poſt. 3. conclu. Herueus opuſculo de virtutibus. q. 4. & quotlib. 4. q. 12. Flaminius 2. de fœlicitate c. 2. Albertus 3. d. 33. a. 1. Guill. de Rub. ibi. q. 2. Argent. q. 1. a. 2. ad 1. in fine. Maior. d. 36. q. 2. Burid. 1. ethic. q. vltim. ſeu. 22. & lib. 5. q. 1. licet dicat habitus voluntatis eſſe magis proprie virtutes, vt etiam dicunt Guil. de Rub. & alij ex citatis. Petrus Greg. in Syntaxi lib. 4. c. 7. Foxius in compend. ethic. lib. 3. c. 6. & 30. hanc eſſe cõmunem opinionẽ docet Durand. 3. d. 33. q. 4. & 5. licet nihil velit definire, eam tenet Maior. 3. de 33. q. 6. ad finem & latius d. 36. q. 2. hanc opinionem eſſe probabilem ſecundum morales Philoſophos, fatetur Bonau. ſupra, imo eam abſolute eam illi tribuit Fonſeca. & D. Thomæ. & Ariſt. ſed ait has ſententias conciliari poſſe, & non eſſe contrarias, & verum eſt in re, ſolum enim eſt controuerſia de nomine, an ſcilicet habitus qui ſunt in appetitu ſenſus, ſint dicendæ proprie virtutes.

Probatur 1. ex Ariſt. 1. ethic. c. vltim. vbi morales virtutes ponit in potentia rationali, ſub qua appetitum ſenſus comprehendit, vt explicant non ſolum D. Tho. & Auer. ibi. & Maior. ibi. q. 2. ſed etiam Gab. 3. d. 23. q. 1. a. 2. 3. dub. 1. propoſitione 4. & Azor illo cap. 25. q. 3. Deinde Ariſt. 3. ethi. cap. 10. in principio ait, poſt hanc. ſ. fortitudinem de temperantia dicamus hæ namq. virtutes principiũ earũ eſſe videntur quæ ſunt rationis expertes, vbi per partes animi rationis expertes Theodo. Zuingerus. c. 13. in principio ait, intelligi poſſe appetitum iraſcibilem, & concupiſcibilem, licet dicat intelligi poſſe omnes eas potentias, in quibus temperantia, fortitudo, aliæq. morales virtutes exiſtunt. Item 2. eth. c. 3. ex inſtituto probat Ariſt. virtutes temperantiæ & fortitudinis verſari in moderandis voluptatibus & doloribus, quæ ſunt affectiones appetitus ſenſitiui, ſentit ergo in eo eſſe

5. *1. Probatio.*

K 5 veras

veras virtutes. Atque ex his locis hanc ſententiam eſſe probabilem ſecundum morales Philoſophos, fatetur Bonauent.

6 2.Prob. 2. Prob. quia tales actus vt procedunt à voluntate, ſunt liberi & laudabiles, habent item pro obiecto bonum morale, honeſtum & conſentaneum rationi, quod ſufficit; vt habitus à quibus producunt, habeant rationem virtutis: nam nec virtutes, quæ ſunt in volũtate, habent ſemper & in omnibus ſuis actibus, pro motiuo ipſam honeſtatem vel conſonantiam cum ratione, & alioqui nemo poſſet recte agere, niſi reflectendo ſuper dictamẽ rationis, cõſequens eſt falſum, vt ſuperiori tomo ſæpius diximus: ergo ſufficit ad rationem virtutis moueri ex fundamẽto proximo honeſtatis, & conſonantiæ cum ratione, & hoc non ſolum eſt verum in virtute acquiſita, ſed etiam in infuſa, vtraq. enim idem prorſus obiectum motiuum & terminatiuũ habet, vt ſuperius vidimus, nec vna reſpici altiorem honeſtatem obiectiuam, quam alia. Et confir. quia non pertinet ad omnes virtutes reſpicere obiectum ſecũdum rationem boni moralis in communi, ſeu honeſti, & conformis cum ratione, ſed ad peculiarem quamdam virtutem, quam quidam vocant iuſtitiã, legalem ſeu generalem, ſed ſatis eſt ad ſpeciales virtutes, reſpicere obiectum, quod in ſua ratione obiectiua fundet honeſtatem, & conformitatem cum ratione: ergo quamuis habitus qui ſunt in appetitu ſenſitiuo, non habeant honeſtatem pro motiuo, ſed aliquod fundamentum proximum ipſius, non propterea deerit illis ratio virtutis.

7 3.Prob. 3. Prob. quia cum appetitus ſenſitiuus ſit potentia rationalis per participationem, quatenus ſcilicet cum indifferentia quadam rationi obtemperat, nihl deſiderari videtur, vt ſit ſubiectum veræ virtutis humanæ. Confir. quia ad cohibẽdas & frænãdas affectiones appetitus, ne rationẽ turbent, voluntatemq. ad illicita trahant, opus eſt habitibus, qui in appetitu inſũt, & eiuſdem actibus comparentur, qui vere virtutes ſunt, cũ vere ſimpliciter ac proprie promptum reddant hominẽ, ad ſtudioſas operationes, tam ipſius appetitus quam voluntatis. Quod vero ſuperius dicebat Vazq. circa pericula quæ ſunt obiecta fortitudinis, neque habitum, neque actum dari poſſe in appetitu ſenſitiuo, quia ſenſus in illis inuenire non poteſt rationem delectabilis, difficile intellectu eſt, conſtat enim appetitum ſenſitum in nobis, & in brutis pericula aggredi, ac proinde ſenſum internum in periculis apprehẽdere aliquam rationem boni, quæ quidem non eſt ratio boni delectabilis formaliter, nam ſenſus ſicut non cognoſcit ipſam delectationem, ita nec bonum ſenſibile formaliter, vt illam infert, ſed materialiter & fundamentaliter, neque eſt difficile inuenire rationem boni, quam in periculorum aggreſſione apprehendit ſenſus internus, clarum eſt enim apprehendere bonum vindictæ aut repulſionis, inimicorum, quam appetitum ſenſitiuum amare non eſt dubium, quia ira quæ in illo eſt, eſt quidã affectus ſeu appetitus vindictæ, & quis dubitat, quando vnum brutum cum alio acriter & fortiter pugnat, & quando equus pericula belli aggreditur, & vt ait Iob. in occurſũ pergit armatis, in aggreſſione periculorũ aliquid boni inuenire, circa quod ſicut noſter appetitus ſenſitiuus poteſt agere, ita & habituari: Temperamentum vero corporis ex vſu intellectus vel voluntatis circa pericula belli ita immutari, vt appetitus ſenſitiuus circa talia pericula minus voluntati repugnet, fruſtra & ſine fundamento fingitur. Deinde ſicut Vaz. Ariſt. exponat, vt quando.3.ethic.c.10 dixit, fortitudinem & temperantiã eſſe partium irrationalium, non velit, ei ineſſe, ſed circa ipſatũ paſſiones verſari, & D.Thom. vt ſolũ velit in appetitu ſenſitiuo eſſe habitus qui improprie dicantur virtutes: violentæ tamen iſtæ expoſitiones videntur, nam virtutes eſſe partium irrationalium plane ſignificat, ad eas pertinere tanquam ad ſubiectum, & quæ ſimpliciter & abſolute appellantur virtutes vere & proprie virtutes ſunt.

Ad 1. ergo argu. Reſp. Auguſti. in parte animi, in qua eſt ſapientia, virtutes ponere: non tamen negare, quin etiam in parte, in qua non eſt ſapientia; virtutes ſint, vel R. in appetitu ſẽſitiuo & voluntate ſapientiã eſſe participatiue, & hoc ſufficere vt in illis proprie virtutes ſint, imo in intellectu, in quo ſolo formaliter eſt ſapiẽtia, nulla eſt virtus moralis, de qua ſola nunc loquimur. 8 Ad 1. arg.

Ad. 2. arg. bene R. Caie. Val. & Conimb. etſi appetit⁹ ſẽſitiuus nõ ſit proprie & directe primum actiuum electionis, duplici tamen ratione habitum, qui in illo eſt, cenſeri poſſe electiuum. §1. Quoniam habet actum ſubordinatum & conformem electioni volũtatis ab eaque procedentem, qui proinde etiã eſt quædã electio: nimirũ paſſiue & participatiue. 2. quoniã indirecte mouet etiã volũtatẽ ad electionẽ modo dicto à Val. diſp. 2. q. 4. quia ſcilicet qualis vnuſquiſq. eſt, talis ei finis eſſe videtur iuxta Ariſt. 3. eth. vel per quãdam Sympathiam, vt nos tractatu quinto expoſuimus. Vt autem aliquis habitus ſit vere virtus, ſufficit eſſe habitum electiuum hac ratione, idque indicaſſe videtur Ariſtoteles 2. ethi. capi. 5. dicens, virtutem eſſe conſilium Ad. 2.

vel

vel nõ ſine conſilio. Adde licet electio, ideſt, ſumptio per ſe libera medij ad finem, non ſit ſecundum ſe in appetitu ſenſitiuo, bene tamen electionem medij inter extrema vitioſa, à qua electione virtus appellatur habitus electiuus 2.ethi.c.6. ſiue ſit libera per ſe, ſiue per accidens. Sic Cont.q.56.a.4. in fine dicit, appetitum ſenſitiuum motum à voluntate poſſe eligere præuio iudicio & imperio prudentiæ. *Ad.3.* Ad tertium iam dictum eſt ſufficere libertatem participatum à voluntate, vt in ea potentia ſit proprie virtus. *Ad 4.* Ad 4. R. antecedens eſt falſum vt diximus. *Ad 5.* Ad 5. R. aliqui nõ eſſe ſimile, quoniã actus ſenſuũ internorũ ordinantur ad actus intellectus, & ideo habitus, à quibus eliciuntur, non ſunt proprie virtutes, nam omnis virtus habet actum perfectum, qui propter ſe intenditur, neq. opus habet ad aliud ordinari, quæ ratio eſt D.Tho. Caieta.& Valent. locis in argumento citatis. Obijcies quia etiam actus appetitus ſenſitiui ordinantur ad actus voluntatis. R. multo minus ordinari ad actus voluntatis: ſiquidem illos neque neceſſario inferunt, nec ad illos neceſſario requiruntur, & ideo habitus, quibus eliciunt, actus appetitus inferioris, neceſſario & propriè dici poſſunt virtutes, non ita actus ſenſuum internorum, qui neceſſario inferunt actus intellectus, & viciſſim ab illis inferuntur. *Ad 6.* Ad 6. negatur maior. *Ad 7.* Ad 7. negatur etiam maior. Vazq. putat ſecundũ D.Tho.q.20.a.1.2.& 3. negandam eſſe min. *Ad 1. & 2. Confir.* ſed iam tract. de bonit. vidimus, nec bonitatem, nec malitiam moralem formalem poſſe primarie conuenire actui alterius potentiæ à volũtate, ſed obiectiuam tantum. Ad 1. confir. R. *Ad 1. arg.* virtutem eſſe propriam naturæ rationalis, eſſe tamen poſſe in potentia rationali per ſolam participationem, vt recta ratio & voluntas recte poſſint ipſas & alias gubernare: ſi enim appetitus ſenſus non ſit recte affectus, nec voluntas bene eliget. Ad 2. confir. R. etiã vitia oppoſita temperantiæ & fortitudini, eſſe in appetitu ſenſitiuo, licet peccatum in ſola voluntate ſit primarie; vitium enim appetitus ſenſitiui etiam voluntatem peruertit, faciendo vt male eligat.

SECTIO. II.

Vtrum omnibus virtutibus exiſtentibus id appetitu ſenſitiuo reſpondeant ſimiles aliæ in voluntate.

PARTEM affirmantem tenent; Bonauent. Scot. Rich. Gab. Carth. Mayr. Baſ. Ocam. Angelt. Azor. Petrus de Aquila. Palac. Bacho. Celaya locis citatis ſect. præced. Henri. quodlib.4.q.22. Almain.3.d.23.q.1.& 3.moral.cap.6. & Maior.3.d.39.q.1.& 2. aperte docet, omni virtuti exiſtẽti in appetitu ſenſus reſpondere aliam principaliorem in voluntate. Imo Almai.1. moral.c.17. ſolum in intellectu & voluntate habitus ponit. & vt retulimus, prædicti omnes ſentiunt, ſolum habitum temperantiæ, aut fortitudinis exiſtentem in voluntate eſſe vere & proprie virtutem. Vazquez idem de temperantia ſentit, nullum vero habitum fortitudinis ponit in appetitu ſenſus, ſed in ſola voluntate. & Aureol. quodli. 12.a.2. vt refert Bach. 3. d.33. q.3. a.2. dixit, ex habitu exiſtente in voluntate, & ex habitu exiſtente in appetitu ſenſus conflari vnam virtutem iuſtitiæ, temperantiæ, aut fortitudinis, quia nec voluntas ſine habitu appetitus ſenſitiui eſt prompta ad opus, nec appetitus ſine habitu voluntatis: circa eandem autem materiam non ſunt duæ virtutes: ergo ex vtroq. habitu conflatur vna virtus. Hoc reijcit Bach. a.3. vide illum, ſi placet. Vnde male aliqui dicunt. Aureol. apud Capreol.3.d.33. tenere temperantiam & fortitudinem eſſe in voluntate & appetitu ſenſus, quaſi quælibet harum potentiarum in ſe habeat totum id quod requiritur ad rationem virtutis, & quod per ſe ſit ſimpliciter virtus. Id vero in quo omnes citati conueniunt, ſcilicet, temperantiam & fortitudinem proprie, & præcipue eſſe in voluntate, ſuadetur. 1. quia virtutes morales ſolum vel maxime ſunt in ea potentia, ad quam pertinet electio, & quæ eſt per ſe libera, & cuius actus eſt per ſe laudabilis: ſed huiuſmodi eſt voluntas, etiam reſpectu actionis fortis, aut temperatæ: ergo virtus temperantiç aut fortitudinis ſolum vel ſaltem maxime reſidet in voluntate.

2. Negari non poteſt, nos voluntate elice- 10.
re actus ſtudioſos circa materiam temperan- *2. Arg.*
tia, & fortitudinis, vt cum moderatum cibum eligimus, cum etiam repugnante appetitu cõſtanter dolores perferimus, & pericula adimus: igitur per iſtius modi actus gignentur in voluntate habitus fortitudinis, & temperantiæ, nam per omnes actus ſtudioſos, ſaltem naturales volũtatis generatur in ea habitus, tales autem, cum ad ſtudioſas actiones inclinent, ſuo iure nomen virtutis exigunt: ergo in voluntate ſunt virtutes temperantiæ & fortitudinis.

3. Quia voluntas magnam difficultatem *3. Arg.*
experitur in amplectendo bono rationis, contra paſſionũ impetus, adeo vt ijs non alliciatur ſolum, ſed interdum quaſi inuita rapiatur, iuxta id Iacobi .1. Vnuſquiſq. tentatur à concupiſcentia ſua abſtractus & illectus: ergo habitibus eget, quibus ad actus ſtudioſos in ea

Digitized by Google

in ea puplici materia iuuetur & determine-
tur quodã modo: quibus notio virtutis pro-
culdubio cõpetet, ſicut in intellectu eſt ma-
gna inclinatio ad aſſenſum primorum prin-
cipiorum: tamen in eo ponitur habitus, quo
magis inclinetur & determinetur, qui vere
& proprie eſt intellectualis virtus, & ſimili-
liter, licet ſuppoſito aſſenſu principiorum,
magna ſit inclinatio in illo ad aſſenſum con-
cluſionis, tamẽ adhunc ponitur in intellectu
alia virtus, ſcilicet ſcientia, qua promptius
Confir. 1. & facilius aſſentiatur. Confir. 1. quia volũtas
ſuapte natura non ſolum propendet in bonũ
rationis, ſed etiam in bonum ſenſibile, quod
proſequeretur etiã non exiſtẽte, vel non ope
rante appetitu ſenſitiuo, & hæc ſecunda incli
natio retardat eã à bono rationis, quia enim
amat vitã corporis, refugit honeſtatẽ, quæ cõ
iunctam habet mortem, & alia damna, & la-
bores corporis, & ſi fingamus, non eſſe in ho
mine appetitum ſenſitiuum, vel non appete-
Confir. 2. re vitam corporis, adhuc voluntas naturali-
ter mortem refugeret, cum igitur voluntas
propter inclinationem ad bona corporis pa-
tiatur difficultatem in amplectẽdo honeſta,
indigebit habitu ad ea amplectenda. ¶ 2. Cõ-
firma. quia demus totam difficultatem pro-
uenire ex appetitu ſenſitiuo, hic non ita cõ-
ponitur ſuis habitibus, quin obiectum virtu-
tis ſemper maneat abſolute difficile, ergo vo
luntas indigebit virtute, vt ſimul appetitu
moderato per ſuum habitum & voluntate
roborata per ſuam virtutem, opus virtutis ſit
ſimpliciter facile, & ad hoc valet multum
diſcurſus D. Tho. q. 50. a. 4. & q. 58. a. 3. ad 2.
quia vbi eſt mouẽs & motum oportet vtrũq.
eſſe recte diſpoſitum, vt recte fiat motus,
imo vt ait Ariſt. 1 Polit. c. 3. magis neceſſaria
eſt virtus in mouente, quam in ſubiecto, vn-
Confir. 3. de experimur, voluntatem in hoc regimine
appetitus nõ eſſe æque facilẽ in principio, &
in progreſſu: ergo ſignum eſt in progreſ-
ſu acquiſijſſe habitum, quo recte gubernat
appetitum. Confir. 3. nam ſublatis paſſioni-
bus, actus virtutis eſſet multo facilior, tamẽ
quia adhuc moderatis paſſionibus, manet dif
Confir. 4. ficultas in voluntate ponitur in ea virtus: er-
go ſimiliter cum moderatis paſſionibus ad-
huc maneat difficultas ad actum temperãtię
& fortitudinis, etiã ponenda eſt virtus in vo-
luntate. Confir. 4. quia ſi nulli dantur habi-
tus à quibus elicerentur actus, in illa duplici
materia, tã prõpti & expediti eſſem⁹, cæteris
paribus ante exercitium illorum actuum, ac
poſtea: conſeq. eſt plane falſum, & contra
experientiam. Nam quando voluntas repug-
11 nante, aut non operante appetitu ſenſitiuo,
elicit tales actus, nullus habitus generatur in
4. Arg. appetitu ſenſitiuo ad ſimiles actus, neq. ali-
quid aliud ſit in homine, quo voluntas red-
datur promptior ad operandũ: tamen prõp-
tior eſt: ergo, acquiſiuit in ſe habitum quo
promptior redderetur. ¶ 4. Ex Ariſtot. 1. Polit.
cap. 3. aſſerente maxime requiri virtutem in *5. Argum.*
principio imperante: ſed pars ſuperior ani-
mæ imperat inferiori appetitui etiam cir-
ca bonum proprium: ergo in parte ſupe-
riori maxime, debẽt eſſe virtutes, etiam quæ *6. Argum.*
ad bonum ptoprium ſpectant. ¶ 5. Ex Aug.
1. de moribus Eccleſ. cap. 15. aſſerente, omnes
virtutes morales eſſe quendam amorem, qui
nimirum eſt, vel maxime in voluntate.

6. Oppoſita circa idem ſubiectum verſan-
tur, ſed vitia oppoſita temperantiæ & forti-
tudini, maxime ſunt in voluntate, hæc enim
cum ad actus prauos non ſit de ſe ſatis prom-
pta & determinata debet per habitus prom- 12
pta fieri, & determinari, ergo in ea ſunt virtu- *7. Argum.*
tes fortitudinis & temperantiæ.

7. Pro hac ſententia eſt Valentia illa diſp.
5. q. 2. pun. 2. dicto. 4. qui quamuis in appetitu
ſenſitiuo concedat virtutes temperantiæ &
fortitudinis proprie dictas, contra Scotum &
alios citatos: ait tamen, difficilime probari
poſſe, quod ait, D. Tho. non eſſe veras virtu
tes his nominibus appellatas in volũtate. Mo
uetur. ¶ 1. Quia cum voluntatis obiectum la-
tiſſime pateat, ita vt id non ſolum ſit bonum
honeſtum, ſed etiã delectabile & vtile, quod
interdũ repugnat rationi. Non video, inquit,
cur non etiam ipſa voluntas habeat difficul-
tatem (ad quam ſuperandam indigeat virtu-
te) in proſequendo proprio bono honeſto,
poſtpoſito bono ſenſibili, delectabili, vel vti-
li, quod quatenus bonum quoddam, eſt etiã
obiectum voluntatis. ¶ 2. Nam appetitus ſen-
ſitiuus ideo dicitur difficultatem habere in
proſequendo bono ſenſibili honeſto & cõ-
ſentaneo rationi, quoniam etiam habet incli
nationem vehementem ad bonum ſenſibile
rationi contrarium, ſed voluntas, vt dictum
eſt, etiam habet inclinationem ad bonũ de-
lectabile contrarium rectæ rationi tamquã
ad quoddam ipſius obiectum, ergo etiam ha-
ber aliquam difficultatem circa bonum ho-
neſtum, ſi nõ tantam quantã appetitus, quia
non ita vehementer in bonum ſenſibile ra-
tioni contrarium inclinatu, at certe aliquã,
atque adeo ita vt etiam illa ſimpliciter in-
digeat virtute circa bonum ſenſibile honeſ-
tum, tametſi minus quam appetitus. ¶ 3. Quia
Caiet. hac q. 56. art. 6. & alij fatentur, homi-
nem ipſum difficultatem habere circa bo-
num ſenſibile honeſtum propter appetitum
ſenſitiuum, qui in contrarium etiam inclina
tur, atque adeo voluntatem quoque habere
eam difficultatem, ſi conſideretur quatenus
eſt coniuncta cum appetitu ſenſitiuo, & qua
tenus

tenus eſt appetitus totius hominis. Hoc autem ipſum ſatis eſt, vt intelligamus, voluntatem virtutibus indigere circa eiuſmodi obiecta. Nihil enim intereſt, vnde difficultas naſcatur, ſatis enim eſt quod omnibus conſideratis, difficultatem habeat potentia quæpiá ad aliquas actiones vt cenſeamus ipſum indigere habitu. § 4. Mouetur quia ſicut difficultas voluntatis circa actus fortitudinis & temperantiæ prouenit ex paſſionibus appetitus ſenſitiui; vt etiam ex eiſdem paſſionibus prouenit difficultas rationis, ſiue intellectus circa imperandos actus fortitudinis & temperãtiæ & aliarum virtutum, itemq; difficultas voluntatis circa exercendos actus iuſtitiæ (v.g.) & prudentię, ſed hoc non obſtante ſine controuerſia ponitur in voluntate iuſtitia, & in ratione temperantia: ergo ſimiliter debet nihilominus in voluntate poni fortitudo & tẽperantia, & virtutes aliæ his annexæ circa obiecta paſſionum. Maior patet, nam difficultas reddendi vnicuiq; per iuſtitiam ius ſuum cõmuniter prouenit ex aliqua cupiditate, atque amore nimio, ſui vel pecuniæ ſimiliter paſſiones quoque impedimenta ſunt, quo minus per prudentiam efficaciter conſtituamus aliquid recte agere, & tamen quia voluntas circa obiectum iuſtitiæ, & ratio circa rectum agibile abſolute difficultatem habẽt (Vndecũq; ea difficultas naſcatur) ponimus in voluntate iuſtitiam, & in ratione prudentiam: ergo ſimiliter in propoſito ponendæ erunt in voluntate virtutes circa obiecta paſſionum conſentanea rationi, licet difficultas voluntatis in his aliunde proueniat, ſcilicet ex paſſionibus appetitus ſenſitiui, § 5. Nam cum voluntas ſit potentia ſubordinata rationi, difficultatem habebit circa idem illud obiectum, circa quod ratio difficulter operatur, ſed ratio vt dictum eſt habet difficultatẽ circa quodlibet agibile, atq; adeo etiam circa obiecta paſſionũ, eá de cauſa indiget virtute prudentiæ: ergo voluntas etiá habet difficultatem circa quodlibet obiectum agibile ac proinde illa quoq; indigebat virtute circa quodlibet agibile. § 6. Huc quoq; pertinet quod D. Tho. q. 58. a. 3. ad 2. ponit habitum cõtinentiæ, quo voluntas perficitur, ne propter vehementes delectationes ſuccumbat appetitui & deſerat officium virtutis; & habitum perſeuerantiæ, quo ſimiliter perficiatur volũtas ne ſuccũbat magnis triſtitijs: ergo fatendum eſt voluntatem habere difficultatẽ circa huiuſmodi paſſionum obiecta, alioqui ne his quidem habitibus continentiæ & perſeuerantiæ indigent. Neq; video (inquit Valentia) qua ratione Caie. ſatis hunc nodum expediat hic a. 6. deniq; illic etiá ait D. Tho. operationem quæ ex duobus principijs proficiſcitur, nõ eſſe perfectam, niſi vtrumq; principium perficiatur & determinetur per habitum, ex quo colligit continentiam & perſeuerantiam in voluntate non eſſe perfecte virtutes, quoniam poſſunt conſiſtere etiam tũc, cum appetitus ſenſitiuus nondum eſt perfectus per virtutem, quæ verſatur circa delectationes, & triſtitias. Cum ergo actus fortitudinis & temperantiæ ita proficiſcantur ab appetitu ſenſitiuo, vt etiam procedãt ex electione & imperio voluntatis, oportebit in voluntate quoque virtutẽ fortitudinis temperantiæ ineſſe, vt actus fortitudinis & temperãtię ſint perfecti: hæc Valen. aliquos alios iuniores noſtros imitatus, quidá etiá ex noſtris Valent. ſequẽtes, pro eius opinione referunt Vazq. lib. 1. de adorat. diſput. 1. c. 2. num. 14. & Guillermum Mandeſtron, Scotum trac. de philoſophia moral. quæſt. de ſubiecto virtutum. Sed Vaz. ibi ſtatum ait omnem moralem virtutem primo eſſe in affectu, quod iuxta eius doctrinã. in 1. ſecundæ debet intelligi de appetitu ſenſitiuo vel intellectiuo. Sed in margine dicitur omnis virtus moralis eſt in voluntate; quod præter mentem auctoris eſt. Durand. autem 1. ethi. quæſt. vlti. expreſſe docet, omnem virtutem moralem principaliter eſſe in voluntate, licet ei reſpondeat alia minus principalis circa eadem obiecta, in appetitu ſenſitiuo, quod etiam tenet Rub. 3. d. 33. q. 2. Suppoſito quod anima realiter diſtinguatur à ſuis potentijs, ſed ſi non diſtinguatur (quod ipſe probabilius cẽſet) ait virtutem exiſtentem in voluntate, nõ eſſe diſtinctam ab ea, quæ eſt in appetitu ſenſitiuo, ac proinde nec meliorem, quamuis nobilior ſit quæ gignitur per actus volendi, quam quæ per actus ſenſibiliter appetẽdi, ſed hoc friuolum eſt, quia ſaltem voluntas, & appetitus ſenſitiuus debent ratione diſtingui, & ſic dicendum eſt, virtutem quæ eſt in voluntate, eſſe principaliorem, æque aut minus principalem ea quæ eſt in appetitu ſenſitiuo. Conimb. etiam citati ſuperiori ſectio. opinionem Scoti Bon. & aliorum ſatis probabilem putant.

13 *2. Opin.* 2. Opinio eſt in ordine ad obiecta temperantiæ & fortitudinis non eſſe virtutem proprie dictam in voluntate, ita docet D. Tho. q. 60. a. 5. & in hac q. 56. a. 6. quamuis Vazq. dicat D. Tho. ſolum voluiſſe tẽperantiam & fortitudinem nõ eſſe cõſtituendas niſi propter difficultatem, quam voluntas in materia harum virtutum patitur ex parte appetitus ſenſitiui, quæ expoſitio vim affert verbis D. Tho. qui plane ait non eſſe in voluntate ipſa. Vbi idem tenent Caiet. Conr. Medi. & alij, Capreol. Vincen. Dur. Argent. Herue. Vigu. Fer. Aegid. Sotus. Conimb. Val. & Azor citati, ſect. præced. & Flam. Nobi. 2. de fœlic. c. 6. qui nullam virtutem moralem in volun-

tate

Digitized by Google

tate conſtituendum exiſtimat. Reliqui tamẽ omnes iuſtitiam & eius partes in voluntate conſtituunt.

14 *1. Funda.* Hæc opinio eo potiſſimum fundamẽto nititur apud D.Tho.& Vincen. quia pro certo ſtatuũt, nullam potentiã indigere aliqua qualitate, qua inclinet ad id, ad quod ſuapte ingenio propenſa eſt, quomodo ſe habet voluntas tum ad bonum in commune, tũ ad quodlibet particulare bonum proportionatũ, ſuppoſito ipſum expetẽti huius modi eſt inquiũt omne bonum rationis, quod eſt ordinis naturalis, & proprium tali ſuppoſito eiq. cõmenſuratum, cum igitur rationis bonum, quod cernitur in cohibendis paſsionibus appetitus ſenſitiui, ſit bonum quoddam ordinis naturalis ipſi expetenti propriũ, nec eius virtutẽ excedens ſit, vt voluntas non egeat habitu, quo in tale bonum feratur, egeat tamen appetitus ſenſitiuus, qui ex ſua natura non tendit in bonum rationis, vtpote illius menſuram & appetitum exuperãs, ſed in bonum delectabile. Dabitur nihilominus in voluntate habitus iuſtitiæ, quia hæc virtus ordinat immediate affectum hominis ad bonum alterius, ſiquidem iubet reddere vnicuiq. ſuum, ſimiliq. ratione ponenda eſt in voluntate virtus, quæ verſetur circa bonum diuinum, hęc autem eſt Theologica. Quod ſi quis opponat, etiam intellectum inclinare ad verum, & tamẽ dari in eo habitum, quo primis principijs aſſentitur, occurrunt Cõnim. diuerſam eſſe vtrobique rationẽ, quia intellectus non poteſt etiã ferri in propoſitiones e notiſſimas quin in ſe prius extremorum ſpecies recipiat, quare ſicut per notitias extremorum determinatur ad aſſentiendum, nec ei ſufficit inclinatio naturalis, ita nihil mirum, ſi admittat habitũ relictum ex aſſenſu, quo melius inclinetur. At voluntas nihil intra ſe depoſcit vt propẽdeat in obiectum ſibi prædicto modo commenſuratum. Addunt diuerſum inclinandi modũ vtriq. potentiæ conuenire, nam volũtas per inclinationem tendit quodãmodo extra ſe in rem amatam, vnde eſt quod anima magis dicitur eſſe vbi amat, quam vbi animat, at intellectus trahit ad ſe rem cognitam, vnde ex hac inclinationis diuerſitate fieri videtur, vt voluntas ſuo quaſi pondere abſq. ope aduentitia habitus feratur perſe in obiecta; de quibus antea diximus: non ita vero intellectus. Melius autem huic argumento occurreretur dicendo, maiorẽ eſſe propenſionẽ voluntatis in bonum proprium, ſi appetitus recte ſit diſpoſitus per temperantiam & fortitudinem quã in intellectũ circa prima principia, quando occurrunt apparentes rationes in contrariũ, ideo intellectũ magis indiget virtute in ordine ad principia, quam volũtas in ordine ad bonum proprium.

15 *2. Fund.* 2. Eadem ſentẽtia ſuadeatur ex Ariſt. 3. eth. c.10. aſſerente fortitudinem & temperantiam irrationaliũ partium eſſe, hoc eſt ad appetitũ ſenſitiuum pertinere, ibi enim per partes animæ irrationales non voluntatem, ſed dumtaxat appetitus iraſcibilem, & concupiſcibilẽ intelligit. Nec ſatisfaciunt qui R. Ariſt. intelligendum de habitibus illis bonis in appetitu ſẽſitiuo inhærẽtibus, qui à perfecta propriaque virtutis ratione degenerant, nec ſunt illa fortitudo vel temperantia, quæ in virtutibus cardinalibus cenſentur. Neque alij dicentes Ariſt. loqui de veris virtutibus temperãtiæ & fortitudinis exiſtẽtibus in appetitu ſenſitiuo, præter quas ſunt aliæ virtutes eiuſdem nominis proprie dictæ, quæ ſunt in volũtate. Neutri inquam ſatisfaciunt, quia ſi Ariſtot. aliam temperantiam, aliamq. fortitudinem in voluntate collocãdas putaſſet, profecto earum mentionem in tradendis virtutibus feciſſet. Vnde Bon. ſupra fatetur, hanc ſententiam eſſe magis peripateticam. ¶ 3. Prob. inſtitutum hac ratione cũ virtus circa difficile verſetur, oportet in ea potentiam reſidere, in qua difficultas ad eius materiam pertinens viget, tota autem, aut fere tota difficultas ſeruandi mediocritatem in paſſionibus, quod eſt temperãtiæ & fortitudsnis. 2. eth. c.3. oritur ex appetitu ſenſitiuo, cuius actus ſunt ipſæ paſsiones, vt ſatis indicant verba illa Paul. Rom.7. Video aliã legem in mẽbris meis repugnãtem legi mentis meæ. & Galat.5. Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, &c. ergo.

Confir. 1. nam ſi quis quãdo ex recto dictamine rationis debet. v.g. mortem oppetere, illam refugiat, hoc non ob aliquã voluntatis difficultatẽ accidit, ſed ex paſsione timoris. Similiter cum quis non abſtinet iuxta dictamen rationis ab aliquibus voluptatibus, aut immodice his vtitur, hoc efficit paſsio concupiſcentiæ, non inclinatio voluntatis: ergo tota difficultas tenet ſe ex parte appetitus ſenſitiui, ac proinde in eo ſolũ collocãdæ ſunt huiuſmodi virtutes. Quod iterum aliqui cõfirmant exemplo, quia enim difficultas recte equitandi, v.g. non eſt in perito ſeſſore, ſed in equo, idcirco non in ſeſſore frænum ponendum eſt, ſed in ore equi, quanquã ille debeat tenere habenas, & ratione atque arte vti, in dirigendo equo: pari modo dicunt appetitũ ſenſitiuum eſſe, qui virtutis fræno indigeat, circa bonum proprium, quoniam in illo tantum eſt difficultas circa bonum proprium rationi conſentaneum, non in voluntate, tametſi in ratione debeant eſſe, tanquã habenæ prudentiæ, cuius dictamine appetitus ſenſitiuus regatur.

Sed ad atg. quibus hæc ſententia confirmata eſt. ſufficienter R. Val. & alij. ¶ Ad. 1. ex eo quod bonum proprium ſit obiectum propor 16

tionatum

Digitized by Google

tionatum voluntatis, ſolum ſequi non poſſe illud repudiare, niſi ratione alicuius difficultatis vel moleſtiæ adiunctæ, vel habere ad illud magnam inclinationem, quia tamen inclinationem habet ad bonum ſenſibile, tali bono oppoſitum, etiam nulla inſurgente paſsione patitur difficultatẽ in eo bono rationis, & ad ſuperandam hanc difficultatẽ oportet in ea poni habitum, vel etiam ad ſuperandam difficultatem, quæ ex paſsionibus & ignorantijs inſurgit, quæ nõ plene tollitur per virtutes exiſtentes in appetitu ſenſitiuo, & intellectu. Neq. ſane videtur (inquit Val.) quod ad hoc attinet, quod diſcrimẽ ſit inter obiectum alienum, ſcilicet iuſtitiæ, & aliarum virtutum, quæ ſunt ad alterum, & obiectum proprium; nam obiectum etiam alienum, vt eſt bonum honeſtum ſecundum ſe, habet quandam proportionem cum voluntate, & ad illud vt tale volũtas eſt naturaliter determinata quo ad ſpecificationem, ita vt nequeat illud ſecundum ſe repudiare, nec habet perſe circa illud difficultatẽ, & nihilominus quia voluntas adſolute difficultatẽ habet in illo proſequẽdo, virtute indiget circa illud, quod autem minorem difficultatem habeat circa bonum proprium, hinc quidem colligere licet, nõ tantam eſſe neceſſitatem virtutis erga bonum proprium, quanta eſt erga bonum alterius, non autẽ nullã ſimpliciter neceſſitatẽ virtutis eſſe in voluntate ergã illud.

Ad 2. R. Val. Ariſt. 3. ethi. c. 10. per irrationalem partem non tantum intelligere appetitũ ſenſitiuum, ſed etiam voluntatem, vt D. Tho. aperte concedit hic a. 6. ad 2. & bene notauit Gab. 3. de. 23. q. vnica ante 5. propoſitionem. Dato etiam quod per partem irrationalem intellexerit Ariſt. appetitum ſenſitiuum, tamen nõ dixit virtutes illas eſſe in ea ſola parte, ſed eſſe quidem in ea, ſimul autem ſunt in voluntate.

Ad 3. neganda eſt minor, vt patet ex ſolutione primi arg. & licet concederetur, quia tamen difficultas, quæ oritur ex paſſionibus, nõ plene tollitur per alias virtutes, vt ibidem dicebamus, addenda eſt virtus voluntati, & præſertim eo tempore, quo nondum comparatæ ſunt virtutes in appetitu ſenſitiuo, nimirum quãdo volũtas operatur circa talem materiã repugnante vel ſaltem non operante appetitu ſenſitiuo, in quo caſu comparatur in volũtate virtus, cõtinentiæ, quã interim homo cõtinetur in officio, & voluntas reſiſtit paſſionibus, nec ſinit ſe ab illis trahi ad prauas operationes, quæ eſt eadem cum virtute temperãtiæ, quoniam idem habet obiectum materiale, & formale, ſed quia eſt in ſtatu imperfecto admixto paſsionibus frequẽtib⁹, & vehemẽtibus, appellatur cõtinentia potius quã temperantia, & manet acquiſita temperantia in appetitu ſenſitiuo, cum non ſit à quo deſtruatur: ſuoſq. habet actus elicitos circa eandem materiam (alioqui erit perpetuo otioſa: quod eſt abſurdum) licet non pugnet cum voluptatibus & frequentibus paſsionibus, quia iam non ſunt, ideoq. iam non eſt ſatis proprie cõtinentia, ſed temperantia. Vide Fon. 9. meta. c. 5. q. 3. ſect. 3. *Ad 1. Confirma.*

Ex eiſdem patet ad. 1. confir. Ad 2. autem R. Val; diſparitatem eſſe, quod ſeſſor non eo *Ad 2. Confirma.* impellitur ab equo, vt velit etiam ipſe ad deuia declinare, inter appetitum autẽ & voluntatem eiuſmodi Sympathia eſt, vt quo appetitus impellit, eo etiam voluntas ferri ſoleat, ſic vt habeat difficultatem in oppoſito proſequendo, ita fit vt ſeſſor ipſe non indigeat fræno, ſed tantum equus, voluntas autẽ indigeat virtute, qua velut fræno quodam retrahatur, ne appetitioni prauæ conſentiat. Et ſicut actus appetitus ſenſitiui & voluntatis circa talem materiam differunt ſpecie, imo & genere, ex obiecto formali, vel ex modo attingendi idẽ materiale obiectum, ita aſſerendum eſt, de his habitibus, quos ſimul acquiri, augeri, amitti, & remitti, ait Valen. id tamen non ſemper accidit, poteſt enim vt diximus operari voluntas repugnante vel non operãte appetitu ſenſitiuo, & tunc comparari, & augeri poterit habitus voluntatis non comperato, nec aucto habitu appetitus ſenſitiui. 17.

Ad argu. 1. pinio. Ad. 1. Cæterum Conimb. & alij auctores 2. opinionis ſic R. aut reſpondere poſſunt ad argu. 1. opinionis. Ad 1. R. virtutem collocari debere in potẽtia, vbi viget difficultas, & quia recte affecto appetitu ſenſitiuo nulla vel modicã difficultas eſt ad actiones temperatas & fortes in voluntate, ideo non eſſe in ea virtutem collocandam. *Ad 2.*

Ad 2. R. Conimb. per eiuſmodi actus non gigni habitus in voluntate, eo quod illis nõ egeat. Addi poteſt modicam eſſe eorum neceſsitatem, ideoq. à ratione virtutis degenerant, quæ maxime neceſſaria eſt, vtpote quæ verſatur circa res valde difficiles. 18.

Ad 3. Ad 3. R. Conimb. etſi in bono rationis contra inſurgentes paſsionum impetus tuendo, amplectendoq. difficultatem ſentiamus, eam tamen difficultatem non ex ipſa voluntate, ſed ex appetitu ſenſitiuo prouenire, ad quam propulſandã ſat eſt appetitum opera, beneficioq. virtutum recte diſponi ac mitigari, fatetur tañ Ariſt. 7. ethi. cap. 4. 9. &c. D. Tho. 2. 2. q. 155. a. 3. c. 21. Aug. de bono cõiugali, & dum appetitus præſidio virtutum cõmunitur non egere voluntatem ad repugnandum effrænatis paſsionum motibus qualitate quadam, quæ continentia dicitur, quæ tamen qualitas non mereatur abſolute virtutis nomen (etſi

ad habi-

ad habitus ſtudioſos pertineat) quia nō tam voluntatem firmat & corroborat,vt paſsiones oppugnet & vincat, quā vt ne ab illis capiatur,ſed in arce rationis ſeſe cōtineat,vnde & continentiæ nomen habet, tum præterea quia non reddit voluntatem ſimpliciter expeditam, promptamq. ad actiones ſtudioſas(quod virtutis proprium eſt) cum ſe tamē exerceat,& in actum prodeat,dum in appetitu vehementes paſsionum motus oriuntur, quibus voluntas difficile reſiſtit,ijs enimpoſtea virtutū habitu edomitis & cohibitis nullus iam eſt continentiæ vſus, ſed illos iam multo languidiores voluntas ipſa per ſe retardat. Sed obijciunt aliqui quia iſte habitus continentiæ, vt multi recte docent, non eſt diſtinctus à temperantia in materia temperantiæ, & à fortitudine in materia fortitudinis, ſed idem in ſtatu imperfecto,implicat enim aliquem habitum collocari in aliqua potentia,ad hoc tantū vt illā retrahat ab aliquo obiecto abſque hoc quod producat actum,quia cum habitus natura ſua ſit inclinatio in ſimiles actus ijs,à quibus productus eſt ſi per actus quibus genitus eſt, voluntas tendebat in obiectum temperantiæ, per habitū acquiſitum inclinabitur ad ſimiles actus, & ſic retrahetur à contrarijs, & præterea ſi voluntas non indigethabitu ad tendendum in obiectum temperantiæ, propter inclinationem quam habet ad illud, nec indigebit habitu vt retrahatur ab obiecto intemperantiæ,quod falſum eſt: ergo ad vtrumq. indiget habitu ſtudioſo. R. concedendo, dari talem habitum, & non eſſe diſtinctum à temperantia,fortitudine, voluntatis,ſed dicimus nunquam peruenire ad rationem virtutis ſimpliciter, quia per ſe non ſufficit reddere hominem ſimpliciter promptum & expeditum ad operandum , donec comparet habitus in appetitu ſenſitiuo. Nec obſtat 2. articulus Pariſien. dicens, hæreticū eſſe aſſerere continentiam non eſſe virtutem, quia articuli iſti modicam habent auctoritatem, & hic non dicimus, continentiam non eſſe virtutem, ſed non eſſe ſimpliciciter virtutē, præſertim in eo ſtatu, in quo dicitur continentia, ſcilicet cū paſsiones vigēt, & voluntas non tā elicit actum honeſtū,quā abſtinet à cōtrario, habitus vero circa prima principia ſimpliciter eſt virtus intellectualis, quia per ſe ſine vllo alio ſufficienter reddit intellectum promptum ad aſſenſum primorum principiorum, id autem quod dicebatur, continentiam non eſſe virtutem ſimpliciter ſecundum ſtatum imperfectum, docet Suarez. 3.p.q.7. a 2.

19 *Ad 1. Cōfir.* Ad 1. Confir. R. illam vniuerſalem inclinationē volūtatis, ſi ſenſitiuus appetitus ſit recte compoſitus,non ad modum retardere voluntatem , ideo in ea non eſſe habitum, qui ſimplicieter ſit virtus,in ordine ad obiecta tēperantiæ & fortitudinis.

Ad 2. Confir. R. nega.antecedens , data enim temperantia in appetitu ſenſitiuo,tem perata comeſtio eſſet ſimpliciter facilis, etſi in voluntate non eſſet habitus cōſonus, imo etiam ſi in ea eſſet habitus contrarius, fateor tamen interim, dum non acquiritur habitus in appetitu, eſſe valde neceſſarium habitum aliquem in voluntate, qui eo quod non ſufficit vt opus ſit facile, degenerat à vera ratione virtutis. *Ad 2.*

Ad 4. R. poteſt eo argumento confutari aſſerentes nullū dari habitum in voluntate per illos actus genitum, non vero eos qui dicunt, acquiri quidem & appellari continentiam, non autem proprie temperantiam, nec virtutem propter rationes adductas in ſolutione argumenti. *Ad 4.*

Ad 5. R. in homine imperante alijs hominibus maxime requiri virtutes, quia maiores habet difficultates,ſecus in voluntate imperante,quod attinet ad bonum propriū & proportionarum homini, quia in tali imperio modica eſt difficultas, ſi appetitus inferior recte ſit diſpoſitus per proprias virtutes. *Ad 5.*

Ad 6. R. etiam eſſe amorem in appetitu ſenſitiuo, neq. ad omnem amorem ponendam eſſe ſpecialem virtutem, ſed ad eum qui eſt ſatis difficilis, cuius difficultas alijs virtutibus non facile vinci poteſt. *Ad 6.* 19

Ad 7. quidam reſpondent per actus contrarios fortitudinis & temperantiæ non produci habitum in voluntate, quia cum voluntas ſic inclinat in bonum rationis, nō poteſt in contrarium habituari, ſicut lapis non poteſt habituari in motum ſurſum. Hæc tamē ſolutio nulla eſt, quia ſicut voluntas inclinata eſt in bonum rationis, ita appetitus ſenſitiuus in bonum ſenſibile, nihilominus appetitus ſenſitiuus recipit habitum contra bonum ſenſibile: ergo voluntas poteſt illum recipere contra bonum rationis,nec eſt eadem ratio de lapide, quia nullus motus eius ſiue naturalis, ſiue violentus recipitur in potentia motiua, ideo illa nunquam habituatur nec perficitur per talem motum, ſecus voluntas per actus turpes vel honeſtos qui in illa producūtur. Vnde aliter R. etiam vitioſos habitus vt temperantiæ, & puſillanimitatis,qui ſimpliciter ſīt vitioſi, eſſe in ſolo appetitu ſenſitiuo, quia cum is eſt male affectus, ſimpliciter eſt prompta & expedita voluntas ad prauas actiones, etiam ſi forte contingat, illam non eſſe in ſe praue affectam, è contra vero ſi ipſe appetitus ſit bene aut non male affectus, etiam ſi forte volun- *Ad 7.*

tas

tas ſit praue affecta, non erit voluntas ſimpliciter expedita propenſa, & prompta ad actiones prauas, quod, quia durum creditu eſt quibuſdam, ideo ponunt vitia in voluntate, virtutes autem contrarias in appetitu ſenſitiuo, ſed hoc non placet, quia contraria verſantur circa idem ſubiectum; alioqui quomodo ab eodem ſubiecto mutuo ſe expellerent. Quamuis poſſet dici, eſſe quidem in eodem ſubiecto, ſed vnum denominare ſimpliciter, alterum vero non, & ideo intemperantiam eſſe ſimpliciter in voluntate temperantiam vero non.

A 7. argu. Ad. 7. dico ad primum motiuum Valentia ſic Reſponderi poſſe ideo ad illa non eſſe neceſſariam virtutem in voluntate, quia recte diſpoſito appetitu inferiori, modicam difficultatem patitur ipſa voluntas, virtus autem proprie dicta eſt habitus, qui circa res admodum difficiles verſatur: per quod etiam patet ad ſecundum motiuum. 3. Autem parui momenti eſt quoniam difficultas, quæ prouenit ex coniunctione appetitus ſenſitiui, virtutibus in ipſo collocatis tollitur. ¶ Ad 4. autem reſponde. etiam moderato appetitu ſenſitiuo eſſe magnam difficultatem in iudicando (quod eſt munus prudentiæ) & in reddendo alteri quid ſuum eſt (quod eſt munus iuſtitiæ) quia ad bonum alienum parum ex ſe eſt propenſa voluntas, moderato autem appetitu ſenſitiuo, modica difficultas eſt in voluntate erga obiecta fortitudinis, & temperantiæ; ideo non ponitur virtus in voluntate ad obiecta iſta. Obijcies, quia voluntas maxime eſt inclinata ad actus, & obiecta iuſtitiæ, tamen indiget habitu virtutis ſimpliciter dictæ erga illa: ergo ſimiliter, licet ſit maxime inclinata ad actus, & obiecta temperantiæ indigebibit virtute ſimpliciter dicta erga illa. Conſeq. eſt nota, & antecedens probatur, quia maxime inclinatur in habitum iuſtitiæ: ergo, & in actum, & obiectum. Antecedens concedit Caietan. quæſt. 56. art. 6. quantum ad obiecta, ſed negat conſequentiam, quia habitus eſt proprium bonum; obiecta vero ſunt bona alterius. Sed contra hoc argumentatur Medina ibidem, quia habitus eſt propter actum, & obiectum: ſi ergo voluntas eſt naturaliter inclinata in habitum, etiam in actum, & obiectum: item ſi eſt inclinata in finem, etiam in media: actus autem ſunt media ad comparaodum actum: ergo eſt inclinata in actus, nec mirum, quia etiam ſunt booa propria ſicut habitus inclinari autem in actus eſt inclinari in obiecta: ergo etiam eſt naturaliter inclinata in obiecta iuſtitiæ. Reſpon. ad hæc omnia vt ſunt bouum proprium eſſe ſatis inclinatam voluntatem; non tamen vt concernant bonum alienum, & ideo indigere virtute iuſtitiæ, & idem eſt de virtute religionis fidelitatis, & veracitatis, nõ vero de virtute tẽperatiæ aut fortitudinis, quæ bonum proprium reſpiciunt. Ad. 5. Reſpon. licet voluntas ſit ſubordinata rationi in ordine ad prædicta obiecta modicam difficultatem patitur præter eam, quæ pertinet ad ipſam rationem, & ad appetitum inferiorem; ideo erga illa obiecta non poni in ea virtutem, ſed in ratione, & inferiori appetitu. ¶ Ad. 6. Reſpond. iam dictum eſſe cur licet aliquis habitus ponendus ſit in voluntate ne ſuccumbat paſſionibus, tamen ille non ſit verè propriè, & ſimpliciter virtus, cum non reddat voluntatem, neque animam ſimpliciter facilem, & promptam ad opus, ſed ad hoc oporteat adiungi ei virtutem in appetitu ſenſitiuo. Vnde falſum eſt, quod etiam Almain. & Ocham putant, talem habitum non diſtingui eſſentialiter à virtute temperantiæ ſimpliciter dicta. Fateor tamen acquiſita temperantia manere, & habere ſuos actus elicitos perfectiores, quia non eſt à quo corrumpatur, vel impediatur imo extrinſece roboratur per habitum appetitus ſenſitiui, & intrinſece per actus proprios intenſiores. Et eſt idem cum caſtitate, vel temperantia inhærente voluntati, quam dicimus non eſſe ſimpliciter virtute. ¶ Ad. 5. confir. Reſpond. etiam ſublatis paſſionibus actum iuſtitiæ eſſe difficilem valde, & ideo in voluntare eſſe iuſtitiam ſecus temperantiam, quia moderatis paſſionibus non eſſet admodum difficile agere temperate. ¶ Ad vltimum motiuum Reſpond. quando vtraque potentia per ſe magnam habet difficultatem, in vtraque eſſe ponendam virtutem: non ſic autem contingit in præſenti caſu, quoniam recte diſpoſito appetitu ſenſitiuo non magnam patitur difficultatem voluntas, & ideo non oportet in ea ponere virtutem ſimpliciter, & proprie dictam, ſed late, & ſecundum quid: in ratione autem ponenda eſt virtus, præter eam, quæ eſt in appetitu ſenſitiuo ſecundũ D. Th. hic ar. 4. quia ratio per ſe patitur magnam difficultatẽ in iudicando, licet appetitus ſit rectè affectus.

Sed adhuc contra. 2. opinionem eſt magnũ arg. de ſtudioſitate, quæ ponit modum in appetitu ſciendi. 2. 2. q. 166. & ponitur à D. Tho. pars tẽperaotiæ, & ſine dubio eſt volũtate cuius eſt proprium appetere ſciẽtiã, idemq. arg. Vrget in philotimia, humilitate veritate: & ſi delirare. R. nõ omnes virtutes reductas ad tẽperãtiã, & fortitudinẽ eſſe in appetitu ſenſitiuo, ſed eas duntaxat quarũ obm̃ eſt bonũ aliquod ſenſibile, & ꝓpriũ corporis. Cęterę autẽ

Digitized by Google

ſunt in voluntate, quia per ſe dant ſimpliciter promptitudinem, & facilitatem ad operandum circa talia obiecta, & proprie ſola voluntas operatur circa illa nec per ſe eſt ſatis propenſa in illa, ſed per illos habitus Inter quos pono virtutem humilitatis etenim excellentia humana, & ſubiectio non proprie apprehenduntur à ſenſu, ſed ab intellectu, & propenſio ad hæc bona magis eſt naturæ rationalis; vt ſic quam ſenſitiuæ & ideo forte hæ virtutes ſimpliciter denominantes ſunt in angelis, qui appetitu ſenſitiuo carent.

His ita diſputatis, licet vtraque pars controuerſiæ admodum probabilis ſit, libet tñ
22 *Reſolutio Authoris.* poſteriorem defendere, quæ Thomiſtica, & magis Peripatica eſt vt Bonau. & alij primæ opinionis authores fatentur aut certe fateri debent ita autem poſteriorem ſententiam tuebimur vt nonnihil ne ſimus nimium moroſi, & difficiles, priori concedamus, quo aliqua ratione interſe concilientur. Fateor ergo per actus voluntatis gigni in ea habitus quoſdam ſimiles illis, qui circa eaſdem materias gignuntur in appetitu ſentiente, verum illi non merentur proprie, & abſolute aut certe non ita proprie virtutis nomen, quia non ſufficiunt per ſe nec per alios habitus ſibi neceſſario coniunctos reddere hominem ſimpliciter promptum, & expeditum ad rectè operandum circa illas materias, ſecus hi nempe habitus inhærentes appetitui ſenſitiuo. Et quidem dandos eſſe illos habitus in voluntate, bene probant rationes prioris ſententiæ, quibus non omnino ſatisfaciunt poſterioris ſententiæ aſſertores: eos autem non eſſe proprie, aut ita proprie virtutes, recte probant authores poſterioris ſententiæ, quibus non plenè ſatisfaciunt authores prioris, & hoc ſentit Ariſt. 3. ethic. cap. 10. qui planè per partem animæ irrationalem ſolum appetitũ inferiorem intellexiſſe videtur, non voluntatẽ (quãuis hæc quoque quòdammodo ſit potentia irrationalis iuxta D. Tho. hic art. 6. ad. 2.) nam cum prius egiſſet de fortitudine eo cap. proponit ſe ſtatim acturum de temperantia, & non de exiſtentibus in voluntate, quia fortitudo, & temperantia ſunt earum partium, quæ ſunt rationis expertes, id eſt, appetitus ſenſitiui iraſcibilis, & concupiſcibilis, vt colligitur ex eodem Ariſtot. 1. ethic. cap. 13. exponente irrationalem animæ partem eſſe appetitum iraſcibilem, & cõcupiſcibilem quem ſequũtur Stan. Philelph. lib. 7. epiſtola Marco Filio, & Petr. Gregor. lib. 12. ſyntaxis cap. 2. & vtroque Ariſto. loco ſic illum exponunt Donatus, & Euſtratius, qui ibi quoque putat hanc fuiſſe opinionẽ Platonis, & antiquorũ Philoſophorũ: ſic etiam Ariſto. 1. magno. moral. c. 6. in parte irrationali, ſcilicet, appetitu ſenſitiuo. ponit virtutes aliquas morales, ſcilicet, quæ verſantur circa timores, & audacias, dolores, & voluptates, quãdo vero Ariſt. 2. ethic. c. 3. docet, moralem virtutem circa voluptates, & dolores verſari, vel non loquitur generatim, vel ſi loquitur generatim vt præcipue ex fine eiuſdem cap. colligitur, explicãdus eſt de dolore, & voluptate communibus appetitui ſenſitiuo, & voluntati, vel intẽdit, virtutes exiſtentes in voluntate imperatiue, & per redundãtiam verſari circa voluptates & dolores appetitus ſenſitiui; cęteras vero directe, & per ſe atq. elicitiue. Eſt, & aliud diſcrimen, quia priores ſegniter paſſiones frænant, detinent, & compeſcunt, poſteriores autem fortiſſime ac vehementiſſime. Fallitur autem maxime Flaminius. 2. de fœlicit. cap. 6. putans: *errorem maximum eſſe, quod Philoſophi, & Theologi arbitrantur, virtutes aliquas morales eſſe in voluntate, nam voluntas nihil aliud eſt* (inquit) *quam inductio, & propenſio mentis in id quid ſibi bonum eſſe cognoſcit, ex quo niſi mens fallatur, ipſam fallitur nunquam, id circo mens ipſa eſt quoddam habitu confirmanda, non voluntas procurare autem alterius quoque non modo noſtrum bonum nullo modo fines egreditur naturæ noſtræ: præclare enim Chremes, cum Medemum conſilio iuuare vellet, homo, inquit, ſum humani à me nihil alienum puto. Homo enim à natura factus ciuilis, & ſociabilis, neque ſibi ſolum natus, ſed vniuerſa pene hominum ſocietati, illam dum tuetur, propriam perfectionem, propriumque bonum tuetur: ergo cum mens, niſi falſa aliqua ratione decipiatur, aliorum bonũ ſuũ, eſſe bonũ cognoſcat: voluntas etiam in illud per ſe ſuoptoq. nutu ſine vllo habitu propendebit, ita liberalitas, & iuſtitia ſuperuacuæ atque inutiles eſſent habitus, ſi in voluntate conſiſterent. Nos autem inferius illis etiam affectiones moderandas ſubijciemus, de charitate tamen fortaſſe non male ſentiunt, vt ſuo loco conſtabit: perſpicue igitur, palamque in hac re latim lapſi ſunt.* Hæc Flaminius Liberius, quam vere dicit, inanique fundamento nititur, quia intellectus non imponit neceſſitatem voluntati præſertim non affectæ, & ornatæ habitu conſono, ergo in ea ponendi ſunr habitus, vt prompte obediat imperio & dictamini intellectus. Confirm. nam ſi oh eam rationẽ virtutes morales non eſſent in voluntate, idem dicere debuiſſet de charitate, maxime, ſi nec morales infuſas in voluntate, ponat, nam voluntas etiam in actionibus ſupernaturalibus ſequitur dictamen rationis, vel fidei, ſi habeat auxilium ſufficiens ad operandum. Præterea, diſput. 3. ſect. 2. difficultate, ſed

te. 7. docebimus prudentiam non imponere neceſſitatem voluntati & ideo præter prudentiam exiſtentem in intellectu eſſe ponendas virtutes in appetitu ſaltem intellectiuo, in quo vt vidimus incertius eſt virtutes eſſe, quam in intellectiuo.

Ex dictis colligunt Conimbricenſis in fi-
23 ne illius quæſt. 5. cum in angelis non ſit ap-
Corol. petitus ſenſitiuus, non competere eis habitum fortitudinis, aut temperantiæ, & ſi contrarium admitti poſſe dicat Scotus. 3. d. 23. q. vni. Quod ſiquis obijciat Angelum oblato temperantiæ aut fortitudinis obiecto poſſe recte eligere quid eſſet acturus, & ex his repetitis electionibus debere talium virtutum habitus comparare: occurrunt Conimbric. eiuſmodi conditionatas electiones (quas quidam in Angelis dari negant) ſi dentur, non ſat eſſe ad generandos earum virtutum habitus, qui non niſi per actus ſibi proprios gignuntur, ij vero elici nequeunt vbi deeſt ipſorum materia, ratioque obiectiua in ordine ad ſubiectum, quod operatur: conſtat auté deeſſe reſpectu angelorũ. Hæc illi. Cæterum ſicut ad actus conditionatos non requiritur materia præſens, vel poſſibilis. Ita non videtur requiri ad generationem habitus. Vnde aliter Reſpondetur actus, conditionatos de conditione cognita impoſsibili faciles cuique eſſe; ideo ad illos præciſæ nullum poni habitum, ſaltem, qui notionem virtutis habeat, tendit enim in ardua virtus, ait Ouidius lib. de potentia, ac proinde neque illis habitum virtutis gigni, Quando vero materia eſt ſimpliciter poſsibilis ſubiecto, licet non ſecundum præſentem ſtatum, actus conditionati difficiliores ſunt & ſi fiant, poterunt gignere virtutem & ſaltem ſi per alios actus, vel infuſionem parta ſit virtus, poterit ad illos concurrere, & ideo virtutes temperantiæ, & fortitudinis ponendæ ſunt in beatis poſt reſurrectionem, tametſi in ſolo ſentiente appetitu reſideant, quibus etiam beati gaudebunt de operibus temperantiæ, & fortitudinis, quæ in hac vita fecerunt, elicient etiam amorem ſimplicem ſimilium operationum; quoniam ſimplex amor, ſeu voluntas eſſe poteſt de re impoſsibili: Ad ornatum etiam tales virtutes aliæque conducent. Sed de hac re plura cum D. Thom. quæſtione. 67. articul. 1. & Doctores cum magiſtro. 3. diſtinct. 33. Auguſt. 14. Trinit. capitul. 4. Beda ad capitul. 26. Exodi. Conimbricenſes aliquid illa quæſtione. 5. in fine. De hoc autem Corolario, & de virtutibus angelorum, plura habes diſputatione 4. ſectione. 8. & in hac diſputatione ſectione. 4.

SECTIO. III.

Vtrum omni virtuti exiſtenti in voluntate. Reſpondeant alia ſimilis, in appetitu ſenſitiuo? & an aliqua virtus ſit in ſenſu interno. 24 1. Opinio.

VALENTIA, diſputat. 5. quæſtione. 2. puncto. 2. in fine cito ſe expedit ab hac quæſtione dicens, licet concedamus omnes virtutes quæ ſunt in appetitu, eſſe ſecundum alias ſimiles in voluntate, non tamen econtra. Nam virtutes quæ verſantur circa alterum, in ſola voluntate ſunt. Ad argumentum autem quo probabatur initio huius puncti, omnem etiam virtutem, quæ ſit in voluntate, eſſe in appetitu, quia in obiectum cuiuſcunque talis virtutis, in particulari ſaltem apprehenſum per potentiam cogitatiuam, poteſt rendere appetitus: Reſpondendum eſt, appetitum, nullam in eo habere peculiarem difficultatem, ac proinde non indigere ad id virtute, vt iam ante explicuimus in noſtro. 2. pronuntiato, ſeu dicto vbi Valentia, ſic ait. Dico. 2. Verum etiam eſſe, quod D. Thom. ait, arti. 6. virtutes, quæ ſunt ad alterum, eſſe tantum in voluntate, ſi proprie loquamur de virtute ad alterum, vt alter eſt. Nam appetitus ſenſitiuus non verſatur, niſi circa bonum proprium. Quod ſi bonum alterius in particulari per cogitatiuam æſtimatur, vt proprium aliqua ratione, ſuppoſita coniunctione cum proximo per amorem non erit aliqua peculiaris difficultas in appetitu ad illud, vt tale expetendum & ſic non requiretur ad id peculiaris virtus in appetitu præter eas quæ moderantur paſsiones interdũ obſtantes quo minus velimus bonum proximi.

Alij vero veriſimilius putant, etiam virtutes, quæ ſunt in voluntate, & ad alterum, 25 2. Opinio.
iuuari habitibus & virtutibus exiſtentibus, in appetitu ſenſitiuo, quia in earum exercitio vterque appetitus ſuas partes habet, ideo oportet vtrumque eſſe bene diſpoſitum: alias opus non eſſet perfecte facile, & delectabile, nec amare bonum alterius, vt ſic, excedit facultatem appetitus ſenſitiui, imo experiẽtia oſtendit, etiam in actibus, qui verſantur circa Deum, appetitum ſenſitiuum conſuetudine melius diſponi ad amandum, & deteſtandum, gaudendum, & dolendum &c. idem eſt à fortiori

tiori de amore, erga filium & amicum. Quod ſi hi actus poſsibiles ſunt in appetitu ſenſitiuo magis in eo virtutem requirunt quam in voluntate, quia minus propenſus eſt ad bonum alterius atque adeo tales actus illi, ſecundum ſe magis ſunt difficiles. Hæc illi. Addunt ij de nullos habitus appetitus ſenſitiui eſſet proprie virtutes, ſunt habitus voluntatis: tamen aliquos ſecundum quid, & veluti per denominationem extrinſecam dici poſſe virtutes. 1. p. probant, quia idem fere eſt iudicium de actibus, & de habitibus: actus autem appetitus non ſunt per ſe, & formaliter boni moraliter: ergo neque habitus ſunt per ſe, & formaliter virtutes; quod etiam probant, quia non attingunt perfecte bonum honeſtum vt ſic; nec regulantur proxime ipſa prudentia. Vnde fit vt iſti habitus poſſint interdum concurrere ad actum malum, quia ſolum inclinant ad obediendum voluntati in tali materia, quæ tamen motio poteſt eſſe mala ex aliqua circunſtantia extrinſeca, propter quod etiam quilibet actus appetitus ſenſitiui poteſt eſſe bonus & malus ſucceſſiue. Secundam vero partem probant, quia illi habitus perficiunt potentiã in qua ſunt, optimo modo, quo ipſa eſt perfectibilis, virtus autem eſt diſpoſitio perfecti ad optimum. 2. quia de ſe inclinant ad bonum, quod eſt honeſtum, vnde actus eorum ex obiecto non ſunt mali moraliter, & ipſi de ſe ſunt boni bonitate obiectiua, ideſt appetibiles ſecundum rectam rationem & inclinant ad obiecta ſub ratione magis eleuata, quam ſit ratio delectabilis ſecundum ſenſum nempe ſub ratione conuenientis homini vt ſic, licet iſtam rationem conuenientiæ ſenſus non cognoſcat, ſed imperio ſuperioris moueatur appetitus ipſe. Præterea actus appetitus dicuntur boni vt informati actibus voluntatis: ergo, & ptoportionaliter habitus. Addunt. 2. eodem modo loquendem eſſe de prudentia ſicut de his virtutibus indigebit enim prudentia, quæ eſt in intellectu, aliquo habitu, qui eſt in ſenſu ad gubernandum habitus morales, qui ſunt in appetitu ſenſitiuo: nec apparet cur talis habitus reſidens in ſenſu virtus non ſit, vt habitus appetitus; ſed eadem videtur ratio, & ita Caietan. q. 57. art. 4. concedit prudentiam ſecundario eſſe in cogitatiua. Hæc illi. Alij vero apud Palud. 3. d. 36. q. 3. circa omnia obiecta honeſte ponunt virtutem proprie, & ſimpliciter dictam in appetitu ſenſitiuo.

26 5. Opin. Mihi videtur dicẽdum, virtutib. quas diximus reſidere in voluntate reſpõdere, aliquos habitus in appetitu ſenſitiuo: illos autem nõ eſſe ſimpliciter virtutes, eo quod ad opus bonum parum conducant, aut neceſſarij ſunt, quia non ſufficiunt ſine alijs, alij vero ſufficiũt ſine ipſis. Quamuis in appetitu etiam ſint alij habitus, qui vt docuimus ſect. 1. ſimpliciter ſunt virtutes, ex parte fauet Petrus Greg. lib. 4. ſyntaxis cap. 7. dicens morales virtutes quaſdam eſſe in appetitu concupiſcibili vt temperantia, & cõtinentia, quaſdam in iraſcibili, vt manſuetudo, fortitudo, iracundia, quaſdam in tota anima, id eſt appetitu intellectiuo, & ſenſitiuo, vt iuſtitia, & liberalitas. Sed contra id quod diximus iuſtitiam, & alia virtutes, quæ ſunt ad alterum, nõ eſſe ſimpliciter in appetitu ſenſitiuo, ſed tantum in voluntate, arguitur, nam liberalitas, & magnificẽtia ſunt in appetitu ſenſitiuo ſecũdum D. Tho. q. 60. a. 5. 2. 2. q. 30. ar. 3. ad. 2. q. 31. a. 1. & 134. ar. 4. ad. 1. de virt. q. 5. a. 1. in voluntate vero illas collocat. 1. p. quæſt. 21. art. 1. ad. 1. 1. contra gent. cap. 93. 3. diſt. 33. quæſt. 3. art. 4. quæſt 3. 2. 2. quæſt. 30. art. art. 3. in corpore, ſed hæ virtutus ſunt ad alterũ: ergo iuſtitia, & reliquæ virtutes, quæ ſunt ad alterum, non ſunt tantum proprie in voluntate, ſed etiam in appetitu ſenſitiuo Reſp. concedendo, has virtutes eſſe ſimpliciter in vtraque potentiæ, vt docet Medi. quæſt. 56. ar. 2. Contad. quæſt. 60. ar. 5. Bergom. in concordan. dub. 815. & 833. Aragon, & Bañes. 2. 2. quæſt. 30. a. 3. idem docentes de micordia, Caieta. 2. 2. quæſt. 58. ar. 12. cæterum ex quæ ponuntur in appetitu ſenſitiuo, non ſunt, quæ directe reſpondent exiſtentibus in voluntate, ſed indirecte, quia licet materialiter reſpiciant idem obiectum nempe pecuniam, & vſum eius, tamen formaliter habent diuerſa obiecta, nam quæ eſt in appetitu ſenſitiuo reſpicit vſum pecuniæ vt eſt bonus cõueniens, & decens habenti, & ideo dicitur moderari paſſiones, quæ vero in voluntate, reſpicit præciſe bonum alterius, & in his virtutibus eſſe hos duos reſpectus, recte D. Thu. 2. 2. quæſt. 117. ar. 3. & 4. qui ideo docet, ſecundum vnam rationem reduci ad iuſtitiam, ſecundum aliam vero ad temperantiam, idem attigit Bergom. ſupra licet confuſe. Iuſtitia autem ſolum reſpicit alterius bonum ideo ſimpliciter in ſola voluntate eſt, & idem eſt de virtute acquiſita charitatis, quam multi ponunt ad diligendum Deũ naturaliter, hæc enim principaliter, & ſimpliciter ſolum eſt in voluntate, licet reſpondeat ei directe alius habitus in appetitu ſenſitiuo, qui non eſt ſimpliciter virtus, vt in materia de charitate diximus. Dubium tñ eſt an in voluntate circa bonum honeſtum ſit aliquis habitus, qui nõ habeat rationem virtutis. D. Thom. quæſt. 58. art. 3 ad. 2. & 2. 2. quæſt. 155. artic. 1 & quæſtion. 137. artic. 1. ad. 1. conſtituit in voluntate

quoſdã

quoſdã habitus, cótinentiam, perſeuerantiã, conſtantiam, & patiétiã, quos ait non eſſe virtutes, ſed aliquid minus virtute, vt ait Ariſto. 4.Ethic.cap.vltim.& 7.Ethic.cap.1. & probat huiuſmodi habitus non eſſe in appetitu ſenſitiuo, quia in homine continente, & perſeuerante ſæpe abundant paſſiones inordinatæ, quod non eſſet, ſi tales habitus eſſent in appetitu: nam tunc appetitus medijs illis eſſet ſubiectus rationi, quare erunt in voluntate, quia medijs illis voluntas non ducitur paſſionibus, ſed illis reſiſtit non ſunt autem virtutes, quia per illos homo non eſt promptus ad bonum honeſtum proſequendum eo quod appetitus ſenſitiuus, qui circa idem obiectũ verſatur, nondum eſt bene affectus ad illud. Ex hac doctrina D. Thom. colligunt Caietan. & Conrad. quæſt. 56. articul. 6. hos habitus non inclinare voluntatem ad bonũ, ſed tantum retrahere à malo reſiſtendo paſſionibus appetitus: continentia enim reſiſtit voluptatibus tactus, patientia triſtitijs, vel doloribus ne ab eis vincatur voluntas: perſeuerantia tædio ne diuturnitate laboris, & operis ſtudioſi difficilis fatigatus homo ab opere deſiſtat, conſtantia ne deficiat in exequendis ijs, quæ prudentia dictat. Sed hoc non eſt intelligendum vt habitus iſti nullum habeant actum circa ſua obiecta, nam omnis habitus operatur circa ſuũ obiectum, aut quod non ſint eſſentialiter virtutes, quia omnis habitus, qui verſatur circa bonum honeſtum, eſſentialiter eſt virtus, ſed quia quandiu paſſiones appetitus vehementes ſunt, hi habitus non reddunt ſimpliciter promptum hominem ad operationem bonam, quámuis communiter cohibeant ab operatione mala. Victis autem paſſionibus, & nomina illa perdunt, & parum ſunt neceſſarij cum iam ſint virtutes in appetitu, & ideo in neutro ſtatu ſunt ſimpliciter virtutes, ſed habitus annexi virtutibus, ſeu virtutes ſecũdum quid: ſæpe autem his nominibus non ſignificantur dicti habitus exiſtentes in voluntate ſed alij illis reſpondentes in appetitu, qui ſimpliciter ſunt virtutes, vt colligere licet ex D. Thom. de patientia illa quæſtio. 136. artic. 1. vbi ſimpliciter, & abſolute patientiam vocat virtutem. Buridanus autem. 7. Ethic. quæſt. 3. habitum continentiæ in voluntate putat principalius eſſe virtutem, quá habitum continentiæ in appetitu ſenſitiuo. Idemque tenet Fonſeca. 9.met.cap.5.q.3.ſect. 3. vbi ait: *communior tamen & multo probabilior ſententia eſt, omnes virtutes morales eſſe in voluntate, vt in ſubiecto, nullãq. in appetitu ſenſitiuo, ſed tãtum habitualem quandam earum diſpoſitionem*, & poſtquã ꝓbauit. 2. partẽ ſuæ aſſertionis, ait. *In hac aſſertionis parte nõ video vllã inter philoſophos, & Theologos controuerſiam, niſi quod alij volunt, hos habitus eſſe veras virtutes, idque ſentiunt prioris ſententiæ auctores: alij autem non eſſe niſi quaſdã earũ diſpoſitiones, quatenus frænant appetitum ſenſitiuũ, eumque magis obedientem rationi, veriſq. virtutibus reddunt: quod ſentiunt ij, qui ſequuntur poſteriorem ſententiã, exceptis nonnullis qui exiſtimant, vtroſq. habitus, & qui in voluntate ſunt, & qui in appetitu ſenſitiuo verarum virtutum rationem habere quãdocunque illum faciunt rationi obedientem. Nobis magis placet, vt habitus, qui in appetitu ſenſitiuo ſunt, nec dicantur vere ac proprie virtutes, neque item ſolum verarum virtutum diſpoſitiones, ſed etiã earum complementa. Loquimur autem de ijs virtutibus, quæ circa paſſiones verſantur, &c.* Sed quæſtio eſt, de nomine vt ait Valen. diſput. 5. q. 2. pũct. 1. ac proinde parui momenti. vide diſp. 4. ſect. 7. q. 6.

SECTIO. IIII.

Vtrum aliqua virtus ſit in ſenſu interno.

RESPON. negatiue cum D.Th. Caietan. Medin. Conrad. & alijs. 27
quæſt. 56. art. 5. Fonſeca. 9. Met. cap.5 quæſt. 3. ſect. 1. 2. & 3. Leſſio in breui explicatione virtutum toti operi ſuppoſita. Valentia hic diſput. 5. quæſtio. 2. punct. 1. Vigner. capit. 3. §. 8. verſic. 4. qui quidem concedunt aliquos habitus acquiſitos in ſenſu interno, negant tamen habere rationem virtutis. Ratio D. Thomæ eſt, *Quia virtus eſt habitus perfectus, quo non contingit, niſi bonum operari, quare in illa potentia erit virtus, quæ erit conſummatiua boni operis: cum ergo cognitio veri non conſummetur in viribus ſenſitiuis apprehenſiuis, ſed huiuſmodi vires ſint quaſi præparatoriæ ad cognitionem intellectiuam; ideo in huiuſmodi viribus non ſunt virtutes; quibus cognoſcitur verum; ſed magis in intellectu, vel ratione.* Hæc D. Thom. Quæ (ſicut alia multa) ſumpſit D. Thom. ex Vincen. in ſpeculo morali. lib. 1. part. 3. diſtinct. 2. ad. 5. Quæ ratio à Caietan. Medin. & Valentia, explicatur ex ſolutione. 1. argum. D. Thomæ, videlicet ſenſus non eſſe capaces virtutum: quia non ſequuntur veram cognitionem intellectus, ſed potius illam antecedunt, & ideo habitus in ipſis exiſtentes non participant ab intellectu rationem virtutis. At vero appetitus ſenſitiuus mouetur à voluntate, & in eo conſummatur opus voluntatis, & ideo habitus in eo exiſtens poteſt ab eo participare rationem virtutis, elicit enim actus vere bonos moraliter & ſtudioſos bonitate participata ab ipſa voluntate.

28 Aliquibus recentioribus non placet hæc ratio ſic explicata, quia ad rationem virtutis ſecundariæ ſatis eſſe videtur ipſam attingere obiectum bonum in ſuo genere & ſic ſatis erit ſenſum internum cognoſcere verum prompte & expedite vt dicatur habere virtutem ſecundario. Sed hoc friuolum eſt quia virtus ſecundaria debet participare bonitatẽ ſui generis à primaria: cum ergo ſenſus ab intellectu non participet cognitionẽ veritatis, non poterit in eo eſſe virtus ſecũdaria: Cóf. quia virtus eſt pfectio naturæ rationalis per eſſentiã, vel participationẽ, & ideo nullus habitus in brutis habet rationem virtutis: ſed ſenſus non eſt rationalis per eſſentiam, nec per participationem, cum nõ participet cognitionem veritatis ab intellectu: ergo non poteſt eſſe ſubiectum cognoſcitiuæ virtutis. Alia ratio concluſionis eſt quia in ſenſu non ſunt habitus perſe iudicatiui, ſed apprehenſiui, ſeu memoratiui, & ideo D. Thom. & Vincen. probant habitum eſſe in veribus apprehenſiuis ex Ariſt. lib. de memoria, aſſerẽte, quod in memorando vnum poſt aliud operatur conſuetudo. Virtus autẽ cognoſcitiua debet perſe conducere ad perfectiſſimũ actũ intellectus qui eſt iudicare, & non ad ſolã apprehenſionẽ ſicut deſeruiunt intellectui habitus exiſtentes in ſenſu interno.

Conf.

SECTIO. V.

Vtrum in Angelis ſint virtutes.

29 AN in Angelo ſint virtutes intellectuales diſputatũ è tract. 10. d. 2. ſect. 5. de moralibus vero, ſi credimus Azor lib. 3. c. 25. q. 4. Ariſt. 10. Ethi. c. 8. manifeſte negat, in dijs, quos angelos intellexit, virtutes. 4. morales inhærere, nec enim angeli commutant, depoſita reddunt, commercia tractãt, pericula ſubeunt, nummos habent, quos liberaliter dent, aut impendant nec libidines, quas coerceant. Addit Azor, certe dubitari non poteſt, quin careant virtutibus, moralibus cõtractis, ad materiam affectuum & perturbationum quibus aſsidue appetitus ſenſus agitatur. Itẽ carent angeli his habitibus virtutum moralium, quib. appetitus ſẽſus ducitur, ac regitur, & in officio cõtinetur. Sed nõ video cur Angeli non ſint iuſti, liberales, religioſi & pij, nã licet pecunias & comercia non tractant, multa in nos beneficia liberaliter cõferunt, cuiq. quod ſuum eſt tribuunt, pericula fateor non ſubeunt, delitias ſenſus nõ cohibent, at ſũmũ bonum omnibus anteponunt, ante omnia eligunt, ipſi firmiſsime adhærent, eo delectãtur, quod eſt formæ, non materiæ in fortitudine & temperantia. Deum vt ſupremum dominũ agnoſcut, cui ſe ſponte ſubijciunt. Hæc Azor, Durand. autẽ. 3. d. 23. q. 1 nu. 10. generatim ait, in Angelis nullum eſſe habitum acquiſitum, & naturam intellectiuam non requirere, nec habere habitum, niſi ſit cum ſenſitiua. Quid ſentiant Conimbricenſis de temperantia & fortitudine quãtum ad rem preſentẽ, & quid nos ſẽtiamus ſect. 2. in fine videre poteris, vide etiam Maiorem. 3. d. 33. q. 6. de iuſtitia, vbi in Angelis virtutes morales ponit, quæ ſint habitus ipſis inhærentes.

SECTIO. VI.

Vtrum in Deo ſint virtutes etiam habituales.

MAyrones. 1. d. 33. q. 1. a. 4. ait, in Deo non eſſe proprie habitum, ſed eſſe aliquid, quod à nobis intelligitur per modum habitus, vt ſcien- 30
tia, ſapientia, prudẽtia ars, & intellectus, quę diſtinguuntur formaliter interſe & ab eſſentia diuina. Vbi Mayron. aperte videtur ponere in Deo aliquod medium inter intellectũ, & intellectionem actualem, quod ſe habeat per modum habitus. Sed ego non video cur id nõ ſit dicendũ proprie habitus, ſicut enim in Deo dantur veri actus ſecluſa imperfectione, nempe quod ſint qualitates & accidentia, ita dicẽdũ videtur de iſta ratione media inter potentiã intellectiuã & volitiuã & eius actũ. Quod mihi abſurdum videtur, vnde cenſeo tale medium ponendum non eſſe ſiue diſtinctum formaliter ex natura rei, vt ponebat Mayrones, ſiue ratione tantum ratiocinata, & hæc eſſe videtur ſententia D. Thom. q. 49. art. 4. vbi ſic ait. Si aliquid, ſit cuius natura non ſit cõpoſita ex potentia & actu, & cuius ſubſtantia ſit ſua operatio & ipſum ſit propterſe ipſum, ibi habitus & diſpoſitio locum nõ habet: ſicut patet in Deo, & 1. contra gen. cap. 56. probat in Deo non eſſe ſcientiã, quæ ſit qualitas, vel habitus, vel habitualis cognitio, ſed ſubſtantia, & actus purus. Idem docet. 1. p. q. 14 a. 1. ad. 1. & clarius Suar. to. 2. met. diſp. 3. ſect. 15 vbi his rationibus id probat. 1. quia vbi non eſt potentia, quæ reddatur prompta ad operãdum, ibi habitus, aut aliquid quaſi habitus reperiri non poteſt, ſed in Deo nihil eſt per modũ potẽtiæ ad intellectionem, vel volitionẽ, ergo neq. habitus. ¶2. Quia etiã vbi eſt hæc potẽtia, nõ eſt neceſſarius habitus, niſi ob imperfectionẽ potẽtiæ, quia habitus medius inter potentiam & actum adiungitur ad cõfortãdã, & adiuuandã, promptãq. reddendã potentiã in ordine ad actus ac proinde ſupponit potentiam

tentiam eſſe imperfectam,& ideo multi nec in angelis ponunt habitus in ordine ad actus mete naturales.Cõfirmã ratio actus primi in ſuo cũceptu formali includit imperfectioné, & potétialitaté,imo & actus. 2.Si formaliter ſumatur,includit imperfectioné, ſcilicet, habitudiné ad primũ, vel ad principium à quo manat, vel ad potentiá quam actuat, & ideo in Deo non eſt ponenda ſcientia, quæ ſit vere actus. 2. ſed actus purus reſpondens actibus, qui in nobis ſunt ſecundi. Vnde ipſe Suarez ibi expreſſe docet intelligere Dei eſſe formaliſſime eſſentiam Dei, & ita nihil dari in Deo prius intellectione per modum habitus,potentiæ, aut eſſentiæ, aut ſpeciei intelligibilis. Quod tenet Aureol.1.diſt..35quæſt. 3. vbi oſtendere conatur ſecundum verum modum intelligendi in Deo non eſſe ponendam rationem intellectus. 1. quia nullam rationem debemus Deo attribuere, quæ ſonet imperfectioné,ſed ratio intellectus eſt imperfecta cum ſit potentialis:ergo non eſt ponendus in Deo intellectus, ſed tantum intelligere.2. Quia ſi Deus formaliſſime non eſſet ſuũ intelligere ratio intellectionis eſſet intimior alicui qualitati creatæ, quam Deo, quod eſt impoſſibile. 3. Deus eſt actus purus,ſed actui puro repugnat ratio potentiæ ad intelligendum:ergo in Deo nõ eſt ponendus intellectus per modum potentiæ. 4. Quia intellectus eſt materia in genere intelligibilium ideo poſſibilis vocatur.3. animæ ab Ariſt.& Auerr. ſed Deo repugnat omnis ratio materiæ cum cum ſit puriſſimus actus: ergo non eſt intellectus per modum potentiæ, ſed per modum
31. actus ſeu intellectio. ¶Quæ argu.vidẽtur militare contra id quod dixit D. Tho. 2. contra gent. cap. 10. in Deo non eſſe potentiam ſecundum rei veritatem ad actiones immanentes ſed tantum ſecundum modum intelligendi. Ad illa autem tantum Reſp. Capreolus. 1. diſt. 35. q. 1. art. 2. Ad omnia iſta dicitur bene probare, quod diuinus intellectus non ſe habet ad ſuum intelligere ſicut potentia ad ſuũ actum,& quod intellectus,qui hoc intelligit falſus eſt, ſed non probare quin Deus ſine falſitate poſſit intelligi vt intellectus, & vt intelligere. Vnde in Deo eſt aliquid correſpondens vtrique rationi, ſcilicet, rationi intellectus, & rationi intellectionis. Veruntamen ratio intellectus duo includit in creatis,ſcilicet, potentialitatem,& illa non conuenit Deo, & rationé actus primi,quæ eſt perfectio naturæ fixa, & quiete manẽs, & quãtũ ad hoc conuenit Deo. Quæ aliqui ita interpretantur,vt in Deo detur reuera aliqua potentia intellectiua ratione diſtincta ab intellectione ſicut intellectio à volitione,vel alio attributo: Suarez vero aliter interpretatur, ſcilicet, vt ipſa intellectio quatenus eſt quid fixum, & permanens poteſt ferri in obiectum eommodo quo id quod intrinſece eſt tale dicitur poſſe eſſe tale, habet rationem potentiæ intellectiuæ, & hæc explicatio ſiue ſit ad mentem Capreoli (cuius doctrinam approbat Aquar. ead. diſtinct.concl.6.) ſiue nó, eſt verior, & magis conformis Ariſtot. & D. Tho.nam Ariſt.12.met. cap. 9. text. 51. Probat ſi Deus non ſit ſua intellectio,aliquid in Deo eſſe nobilius intellectione, ſcilicet, eſſe potentiam intelligendi, quod putat falſum, quia in Deo: nihil melius, vel optabilius eſt,quam intelligere,& ideo ait obiectũ, ſcilicet, primarium intellectionis diuinæ eſſe ipſammet intellectione,que eſt eſſenria Dei. Quæ ratio, etiá probat intellectioné diuiná noſtro modo intelligendi cũ fundamento in re non ſupponere eſſentiá; & potentiam intellectiuam in Deo. Nec obſtar, quod cap. 7. text. 39. ait intellectum ab intelligibili moueri. Hoc enim eſt in nobis, non in. 1. motore, qui eſt mouens immobile quia eſt ſuus actus: ad quod perueniendum eſſe conatur oſtendere Ariſtot. vt obſeruat D. Tho. ibi, & 2. contra gent. cap. 10. concludit intellectus igitur,& voluntas in Deo non ſunt vt potentiæ,ſed vt actiones,& 1. cont gent. c.45. Prob. ſi Deus non eſſet ſua intellecto, aliquid eſſe ſua eſſentia nobilius, quod inconueniens ſequitur ſi formaliſſime intelligere non eſt eſſentia Dei,item probat,alias in Deo eſſet potentia,& actus,contra id quod probauerat.c. 16.& 1.p.q.14.a.4.in arg.ſed contra probat intelligere Dei eſſe eius ſubſtantiá ex Aug. 7. Trinit.c.7.Deo hoc eſt eſſe,quod ſapienté eſſe;hoc auté eſt ſapientem eſſe,quod eſt intelligere,& in corpore probat alioqui ſubſtãtia diuina ſe haberet ad intelligere,vt potétia ad actú,& concludit,in Deo intellectũ,id quod intelligitur, ſpecié intelligibilé, & ipſum intelligere eſſe omnino vnũ,& idem, nota verbum omnino vnum, & idem, quod deſignat etiam identitatem formalem, & rationis ratiocinatæ, & a.5. probat creaturas intelligi à Deo,quia eſſe Dei eſt ſuum intelligere,ſed ſũt in eſſe Dei,ergo in eius intelligere, quæ cõſequẽtia nulla eſſet niſi eſſe Dei eſſet formaliter intelligere,& a.8.c.50.1.cõt. gẽ. ac ratione.2.probat ſcientiá,& intellectioné diuiná eſſe caſam rerũ,quia ſcientia, & intellectio Dei eſt ſuũ eſſe hoc autem eſt cauſa rerum,quæ conſeq. nulla eſſet ſi ſermo eſſet de ſola identitate reali aut ex natura rei, quia ſola diſtinctio rationis ratiocinatæ ſufficit vt hoc ſit cauſa, vel principiũ nõ vero illud ſic enim Deus producit verbum intellectu, non voluntate &c. Vnde Ferra.1.contra gent. c.50. ratione.2.propter hoc argumentũ con-

cedit,non ſolum identice,ſed etiam formaliter eſt ſuum intelligere,quod & alijs rationibus confirmat.Item D.Thom.1.p.q.34.ar.1.ad 3.in Deo intelligere intellectus, & intellectum ſunt omnino idē, & art. 2.ad.4. eo modo conuenit filio eſſe intelligentē, quomodo conuenit ei dici, cum intelligere eſſentialiter dicatur in diuinis,vt dictum eſt, ſcilicet, q.14.a.2.&.4.Item,q.35.a.2.ait.de ratione verbi eſt ſimilitudo ſpeciei ad id à quo procedit, quod eſt intelligendū de verbo diuino & verum eſſe, non poteſt niſi verum ſit in verbo includi intellectionē & illā formaliſſime eſſentiā Dei.Vide etiā,q.32.a.2.ad.1. verbū Dei, inquit, quia includit eſſe intelligibile, eſſe Deū,quia eſſe Dei eſt ſuū intelligere,&q.27.a.2.&.4.cōtra gent.cap.11.ait, verbum diuinum procedere realiter ſimile in natura, quia in Deo idē eſt intelligere & eſſe,quę ratio nulla eſſet ſi intelligere non eſſet formaliſſime eſſentia,& ſane per hanc doctrinam recte explicatur quomodo proceſſio verbi ſit generatio,non vero proceſſio ſpiritus ſancti,quia nimirum proceſſio verbi formaliter eſt communicatio intellectionis quę formaliſſime eſt eſſentia Dei,proceſſio autem amoris non eſt communicatio intellectionis, ſed dilectionis quæ non eſt formaliter eſſentia Dei, ſecluſa autē hac doctrina difficillime aſſignatur diſcrimen ſufficiens inter proceſſionem verbi, & Spiritu ſancti,vt vna ſit generatio, alia nō, vt in materia de Trinit.vidimus. Præterea D. Thom.1.p.q.25.a.1.ad.3.&.q.41.a.4.ad.3.ait, in Deo non eſſe potentiam reſpectu actuum intelligendi & amandi. Eodem autem.a. ait, eſſe potentiam reſpectu actuum generandi, & ſpirandi,quia iſti differunt ratione ratiocinata ab intellectione & dilectione eſſentiali,ex quibus procedunt,&.q.18.a.3.ad. 2. ſicut Deus eſt ſuum eſſe & ſuum intelligere, ita & ſuum viuere & propter hoc ſic viuit, quod non habet viuendi principiū,q. 16.ar.5. ex eo quod Deus ſit ſuum intelligere colligit non ſolum in ipſo eſſe veritatē,ſed ipſum eſſe ſummam veritatem,& quæſt.18. ar.4. viuere Dei eſſe eius intelligere & ideo omnia quæ intelliguntur à Deo,vt ſic eſſe vitam & viuere in diuina eſſentia.

32 Item intellectio diuina eſt aliquid in productum,cur ergo oportet ponere aliquid ea prius?nulla ſane videtur vrgere ratio,ſecus in volitione,quia non poteſt ferri niſi in rē propoſitā cognitione.Item Deus eſt in nobiliſſimo gradu vitę,vita autem actualis,quando eſt ſubſtantialis,eſt melior potentiali & radicali,ergo.

¶ 3. Deus ſecundum ſuam eſſentiam eſt proximum principiū omnium rerum & non tantum primum,quod non eſſet verum niſi eſſentia Dei eſſet formaliſſime intellectio. Nā intellectio eſt principiū proximum verbi & amoris & omnium creaturarum, quanuis in productione Spiritu ſancti etiā voluntas ſit principiū proximum & in productione creaturarum ſaltem applicatio.Sed intelligere eſſe aliquid ſecundum rationem noſtram ſuperadditum & diſtinctum ab intellectu diuino,& eſſentia diuina,tenent Scotus.1.d.2.q.2. Caietan.1.par.q.1.articul.7. in principio,& q. 14.artic.5.§.adhoc.Bañes ead.quæſt.artic.8.videtur etiam Capreol.1.d.8.quæſt.4.artic.1.vbi ait,attributa noſtro modo intelligendi eſſe ſecundarias Dei perfectiones,& ideo vocari diſpoſitiones à Cōmētatore.11.met.tex.39. & inter attributa iſta numerat ſapientiā:eadem ſententia attribui poteſt Capreol.1.d.35.q.1.a. 2.vt ſupra notauimus,& D.Th.1.p.q.4.a. 2. ad 3.Vbi vitam in Deo ratione diſtinguit à ſapientia, ſcilicet, vt actum primum,à. 2. &. q. 14.in principio vbi ait,poſt conſiderationem eorum quæ pertinent ad Dei ſubſtantiā conſiderandum eſt de ijs quæ pertinent ad operationem,in quibus numerat intellectionem ergo cenſet,non eſſe formaliter ſubſtantiam. Vnde expreſſe de verit.quæſt.2.artic.1.ait, eſſentiam & intellectionem diuinam ratione diſtingui.Idem.1.d.35.q.1.art 1.Item Chryſoſt. & Damaſceno.Nam Chryſoſt. hom.1. de incomprehenſibili Dei natura,tom.5.ait, non à ſapientia ſubſtantia,ſed ex ſubſtantia ſapientia eſt.Damaſce.autem.1.fidei.c.4.ait,ſiue bonum,ſiue iuſtum, ſiue ſapientem, ſiue quod cunque aliud dicere libeat,non Dei naturam ſed quæ naturæ inſunt,exponimus,imo Aug. 15.Trinit.a c.5.videtur ſapientiam inter attributa ponere.

Ratio etiam huic opinioni ſuffragatur.1. 33
nam obiectum aliquomodo debet actu præcedere,ſed eſſentia eſt obiectum primarium diuinæ intellectionis:ergo debet aliquo modo pręcedere & ſic nō ſunt formaliſſime idē. ¶ 2.Quia cognitio diuina in ordine ad terminū primariū nō eſt reflexa ſed directa, ſed eſſentia eſt terminus primarius,ergo nō eſt formaliſſime intellectio ſic.n.intellectio diuina primario eſſet reflexa, quia eſſet ſui ipſius vt termini primarij. ¶ 3. Volitio nō poteſt eſſe primum volibile,nec illud conſtituere vt docet D.Th.1.2.q.9.a.1.ad.2.& q.5.a.4.ad. 2.& 3.cōtra gen.c.28. ergo nec intellectio pōt eſſe primum intelligibile, ſed aliud debet eſſe prius,nempe in Deo diuina eſſentia,quæ non ſit formaliſſima intellectio. Confir.quia omnis volitio ſupponit aliquod ſuum obiectū: ergo & intellectio, etiam ſi ſit diuina,quod nō eſſet verū,ſi eſſet formaliſſime diuina eſſētia:hac enim nihil pōt vllo modo eſſe prius. ¶ 4.Actio immanēs aut vitalis eſt, quæ in ſuo prin-

principio recipitur: ergo ſupponit aliquid prius, ſed intellectio diuina eſt actio vitalis: ergo ſupponit aliquid prius à quo ſit, & in quo recipiatur ſm̃ noſtrũ modum intelligendi, ſcilicet eſſentiam. ¶5. Volitio diuina recipitur in eſſentia diuina, ſed non intellectio: ergo intellectio non eſt formaliſſime eſſentia diuina. ¶6. Paſsio eſt poſterior ſubiecto, ſed intelligibilitas eſt paſsio diuinæ naturę: ergo eſt poſterior, ac proinde intellectio quæ eſt poſterior intelligibilitate. ¶7. Quia operari ſupponit eſſe, & vnicuiq. rei intimius eſt eſſe quã operari, ſed eſſe nõ eſt prius eſſentia imo poſterius: ergo à fortiori operatio eſt poſterior eſſentia & non prior. ¶8. Verbum diuinum non procedit ex intellectione vt principo quo, ſed ex memoria fœcũda ſeu intellectu in actu primo: ergo intellectio non eſt formaliſſime intellectus nec eſſentia Dei, ſed quid poſterius: conſequentia eſt nota: antecedens docent Aug.15. trin.c.7. Anſelm. monolog. c.46. & 47. Tores. 1. p.q.27.a.5.2.p. diſput. Vazq.1.p.d.112.c.1.num.4. & d.142.c.1.& 2. Scot.1.d.2.q.7.d.27.q.1.& 2.& quodlib. 2. D. Tho.op.de natura verbi Celio Zecho. tra. de Trinita.c.1.pag.390.col.2.

34 Ad teſtimonia autem in quibus D. Thom. dixit, intelligere Dei eſt ſuum eſſe, reſpondent auctores huius ſententię intelligi itenti ce, ſicut quando dixit, velle Dei eſt intelligere aut eſſe Dei, vt 1.p.q.19.a.1.& q.20.a.3. ad 2. & q.61.a.2. ad.1.

Sed quamuis iſta opinio vera eſſet, nullo modo eſſent ponendi habitus in Deo ad intelligendum vel amandum, imo nec potentiæ diſtinctæ ab eſſentia realiter virtute, ſicut in nobis diſtinguuntur realiter actu. Quia ipſa eſſentia per ſe poteſt omnia munera potentiarum exercere, propter ſuam infinitatem, ſicut etiam per ſe exercet munus ſpeciei impreſſæ.

Tenendo autem, intelligere eſſe formaliſſime eſſentiam Dei, ad teſtimonia, in quibus D.Tho. videtur dicere eſſentiam diuinam, & intelligere diſtingui ratione: R. id eſſe intelligendum de diſtinctione rationis ratiocinãtis, quæ non fundetur in diſtinctione reali virtuali, ſed pertineat tantum ad modum ſignificandi, ſecundum quem nomine eſſentiæ diuinæ non explicamus, an eſſentia diuina ſit intelligere, aut intellectualis, quamuis reuera per intellectualitatem conſtituatur, & nomine diuini intelligere non explicamus quod ſit ſubſtantia, vel ſubſtantiale. quã uis per aliquid horum conſtituatur. Ad teſtimonium vero Chryſoſt. R. ex ſubſtantia eſſe ſapientiam ſecundum modum noſtrum intelligendi, ſine fundamento tamen cõſiſtente in reali diſtinctione virtuali; quia diuina apprehendimus inſtar humanorum, in quibus ſapientia ex ſubſtantia eſt, & non ipſa ſubſtantia, cum tamen in Deo ſit formaliſsime, non ſolum quid ſubſtantiale, ſed ipſa ſubſtantia. Ad Damaſcenum R. ſapientiam diuinam non dicere explicite naturam diuinã, ſed implicite; adhuc enim dubitare quis poteſt, an ſapiẽtia ſit ipſa natura formaliſsime, an potius aliquid aliud.

His ſuppoſitis ſolum eſt quæſtio de virtu- 35
tibus quantũ ad actus, & non de quibuſlibet, ſed de moralibus, de intellectualibus enim præter fidem, quæ Deo repugnaret ratione ineuidentiæ, conſtat in Deo eſſe quantum ad actus, ſimiliterq. de charitate, de ſpe autẽ etiam conſtat in Deo non eſſe, ſi referatur ad propriam beatitudinem, quia quod quis poſſidet aut videt, quid ſperat? ſimiliter quia ſpes reſpicit ardũ quod in Deo nõ eſt reſpectu boni nr̃i abſentis, quia Deo arduũ nõ eſt.

De moralibus ergo virtutibus apparet in 36
Deo non eſſe, nam Ariſt.10. ethi.c.8. expreſſe dicit, in dijs (quo nomine & Deum verum & Angelos intelligit) non eſſe virtutes iuſtitiæ liberalitatis, & alias huiuſmodi. Et D. T. 1.p.q.21. a.1. ad.1. dicit, virtutum moraliũ quædam ſunt circa paſsiones, ſicut temperantia circa concupiſcentias, fortitudo circa timores, & audacias & huiuſmodi virtutes Deo attribui non poſſunt, ni ſecundum metaphoram, quia in Deo non ſunt paſsiones, nec appetitus ſenſitiuus, in quo ſunt huiuſmodi virtutes, quædam vero ſunt circa operationes, vt circa dationes & ſũptus, vt iuſtitia, liberalitas & magnificentia, quæ non ſunt in parte ſenſitiua, ſed in voluntate, & has virtutes nihil prohibet collocare in Deo, non tamen circa actiones ciuiles, ſed Deo conuenientes: ergo ſecundum D. Tho. ſaltem temperantia & fortitudo non ſunt in Deo: & de fortitudine eſt ſpecialis ratio, quia verſatur circa arduum & circa pericula mortis & ſimilia, Deo autem nihil eſt arduũ, nihil periculoſũ, & eadẽ ratio procedit in magnificẽtia & magnanimitate & alijs, quæ ſecundum D. Tho. & alios circa arduum verſantur. Ariſto. autem liberalitatem excluſit à Deo, & illi conſonat Caieta. in hac.1.2.q.60.a. 5. dicens, liberalitatem & magnanimitatem formaliter non reperiri in Deo, ſed tantum metaphorice & ſecundum aliquid, & idem affirmat de veritate, quia inquit, virtutes iſtæ tantum ſunt circa paſſiones & in appetitu ſenſitiuo, qui non ſunt in Deo, quod ſi primo, cõtra gent.cap.93.& 1.p. loco citato, D.Tho. huiuſmodi virtutes in voluntate collocauit, eſt, quia aliorum ſecutus fuit ſententiam, vel nõ ex profeſſo ſicut in hac. 1. 2. rem explicuit; vbi ſententiam mutauit.

37 Mayrones autem 3.d.33. q.2.a.6. dicit. 1. in Deo eſſe inſtitiam quia in quocunq. legiſlatore iuſto eſt inſtitia legis, ſed Deus eſt legiſlator iuſtus. pſal. 83. etenim benedictionem dabit legislaror, & quia Deus iuſte remunerat bonos, & punit malos. ¶ 2. Ait in Deo eſſe formaliter miſericordiā, quia per eā citra cō dignum punit, cui conſonat D. Tho. 1. p. q. 21. art. 3. vbi ait, in Deo eſſe miſericordiam ſecundum effectum, quatenus depellit miſeriam, & defectum creaturæ, non tamen ſecundum paſſionis affectum, nimirum triſtitiam de miſeria alterius. ¶ 3. Ait in Deo non eſſe formaliter virtutem fortitudinis, quia Deus nō eſt mortalis, nec mortis pauidus. ¶ 4. in Deo nō eſſe formaliter virtutem temperantiæ, quia in eo non ſunt paſsiones tactus, aut guſtus.

38 *1. Conclu.* Dico. 1. in Deo formaliter ſunt actus abſoluti & efficaces plurimarum virtutum etiam moralium: omnes enim actus diuinæ voluntatis ſunt moraliter boni, ſi ſint liberi, & inter eos non ſolum ſunt actus charitatis, quæ eſt virtus Theologica, ſed miſericordiæ, clementię, pietatis, liberalitatis, fidelitatis, veracitatis, iuſtitiæ diſtributiuæ & vindicatiuæ interquos aliq. ſunt abſoluti & efficaces alij cōditionati, aut in efficaces, & ideo ſcriptura paſsim attribuit Deo prædictas virtutes, & D. Thom. ſupra dixit, aliquas earum eſſe formaliter in Deo, nec mutauit. 1. 2. ſententiam quam. 1. p. docuerat, nam in libris contra gentes, quos, poſt partes ſcripſit, eandem ſententiam confirinauit, de iuſtitia etiam diſtributiua quod ſit formaliter vere & proprie in Deo, lare Suarez, 3. p. tomo. 1. diſput. 4. ſect. 1. & opuſc. de inſtitia diuina. Quanuis, quod docet in Deo eſſe obligationem iuſtitiæ fundatam in promiſsione ſua, reijcemus tomo. 3. de gratia: in Deo etiam eſt philotimia qua ſuum honorem diligit & ſtudioſitas, qua ſuam diligit ſcientiam, licet forte iſti actus, quibus reſpicit bonum proprium, ſub charitate comprehendantur & ad virtutes morales non pertineant, certum enim eſt velle ſuum cultū & honorem, quia bonum ſuum eſt, non pertinere ad religionem, quia religio eſt ad alterum. Deinde licet daremus, quod quidem volunt, in nobis philotimiam, quæ honorem amat & humilitatem, quæ illum fugit, eandē virtutem eſſe, tamen in Deo philotimia rationem humilitatis non habebit, quia Deus honorē ſuum non fugit, ſed quærit & merito quia omnis honorem eſt illis maxime proportionatus & debitus & nihil affert periculi ſuperbiendi, vel aliter male operandi: item, quia humilitas importat ſubmiſsionē & ſubiectionem reſpectu alterius: eſſet autem indecens Deum alteri ſe ſubijcere & humiliare & his vel alijs rationibus humilitatē in Deo non eſſe, docent ſæpe Caie. 2. 2. q. 161. a. 1. Mandeſtron. Scotus, quæſt. de fortitudine. f. 140. p. 2. Angeſt. in moral. c. 11. Martin. de Magiſt. q. 1. de humilitate, inſinuatq. Burid. 4. ethic. q. 13.

39 *2. Concl.* Dico. 2. Si aliqua virtus reſpicit præciſe bonum arduum, in Deo non eſt collocāda, quia tn̄ probabile eſt, nullā reſpicere bonū arduū præciſe, ſed ſimul bonum abſolute ſumptū, & abſtractum ab arduitate, ideo dici poteſt omnes virtutes, quę arduum reſpicere poſſunt, in Deo formaliter eſſe, ſi nihil præter arduitatē obiecti obſtet: ſic poteſt in Deo collocari formaliter magnanimitas, magnificentia, & boni noſtri ſpes.

3. Conclu. Dico. 3. virtutes, quæ reſident in appetitu, non ſunt formaliter in Deo, vt temperantia, & fortitudo, & aliæ virtutes, quæ ad iſtas reducuntur, & in appetitu ſenſitiuo collocātur, patet. quia in Deo nō eſt appetitus ſenſitiuus, ſed quia aliæ ſimiles iſtis ſunt in voluntate noſtra, quæritur an ſint in diuina? Reſp. quantum ad actus perfectos, ſeu efficaces abſolutos minime, quia hæ virtutes habent pro obiectis actus externos, quorum Deus eſt incapax, vt comedere temperate exercere, vel omittere actus libidinoſos ſibi poſſibiles, &c. aggredi, vel expectare pericula, & ita intelliguntur, qui temperantiam, & fortitudinæ Deo denegant, qui tamen fateri deberent in Deo eſſe actus conditionatos circa eadem obiecta ego expectarem, vel aggrederer pericula ſi ad eſſem tēperate comederem, ſi eſſem capax cibi, & potus, &c. Patiētia autem, & manſuetudo actus efficaces abſolutos in Deo habent: patienter enim & māſuete ſine ira, vel ſignis eius ſuſtinet peccatores, non tn̄ poteſt patienter ſe gerere in tormentis, quia eſt eorum incapax.

Actus autē inefficaces, & conditionatos eſſe in Deo ſine vllo fundamento negant aliqui, quia nullam imperfectionem dicunt, imo maximam perfectionem vt velle quod omnes conuertantur, & ſaluētur niſi per eos ſteterit: iuxta id, Deus vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionē veritatis venire. Ezech. 18. & 33. nolo mortem peccatoris, ſed magis vt conuertatur, & viuat.

Dico. 4. nulla virtus quantum ad actum doloris, & triſtitiæ poteſt eſſe formaliter, & proprie in Deo. 1. partem docent omnes, quia dolor & eſt affectus naturæ incommodus, & noxius. 2. pars patet Hieremiæ. 8. dolor meus ſuper dolorem, & cap. 31. id circo conturbata ſunt viſcera mea ſuper eum. & Iſai. 1. heu conſolabor ſuper hoſtibus meis. *4. Conclu.*

Dico. 5. iuſtitiam, & liberalitatem quātum ad commutationes, emptiones, venditiones, pecuniæ largitiones, & ſimilia opera nō ſunt in Deo, ita Ariſtot. & D. Tho. initio citati. Illud *5. Conclu.*

lud de largitionib. pecuniæ intellige de procedentibus à Deo, vt à cauſa particulari, nam vt eſt cauſa vniuerſalis pecuniam, & omnia bona, quæ habent, hominibus largitur.

SECTIO. VII.
De cauſa formali, finali; & efficiente virtutis.

40 HActenvs dictum eſt de cauſa materiali ſeu ſubiecto proximo, & remoto virtutis, nunc de alijs cauſis breuiter diſſerendum eſt cum Valentia diſp. 5. q. 2. p. 3. Formalé cauſam virtutis, non poſſumus proprie aſſignare cũ virtus, ſit ſimplex quędam qualitas, non con ſtans ex materia & forma, impropriè autem quid ditas virtutis dicitur eius forma, vt D. Tho. quæſt. 55. art. 4. notauit, & vna virtus dicitur forma alterius, quatenus pręſtat ei finem, extrinſecum quidem, ſed in quem referre expediat omnes eius actus, quo pacto charitas eſt omnium virtutum forma, ſed & obiectum eſt quædam extrinſeca virtutis forma, quatenus hæc ab illa ſpeciem ſumit, ob quam rationem finis eſt forma actus, quia ab eo ſpecificatur vt docet D. Thom. q. 18. a. 2.

Finalis autem cauſa virtutis eſt illud optimum, ad quod dicitur diſponere, hoc eſt vel operatio recta, quæ eſt proprius & proximus finis virtutis vt docet D. Tho. q. 56. a. 1. vel cęte beatitudo hominis, aut Deus, qui eſt vniuerſalis & vltimus finis, ad quem virtus ipſa cũ vniuerſis ſuis actionibus referenda eſt, quãquam enim ſine gratia ad veram & ſupernaturalem fœlicitatem perducere nequeant, tamen ad illam diſponunt vna quæq. ſuo modo & ratione.

41 De cauſa efficiẽti breuiter dicẽdũ quoniã à D. T. tractatur. q. 63. vbi & nos aliqua dicemus. Ariſt. 2. ethi. c. 1. ait, nullam virtutem eſſe nobis à natura, ſed omnes eſſe habitus noſtra diligentia comparatos, morales quidem more & aſſuetudine, intellectualis vero doctrina diſciplina, & experientia, nã ex ſola repetitione actuum intellectus circa eandem propoſitionem nullum augmentum recipit habitus intellectualis: intenſiui enim eſt incapax; extenſiuum autem fit exercitatione intellectus circa aliam propoſitionem. Et ſuperiori tractatu diſputauimus, an habitus primorum principiorum ſecundum ſuã ſubſtantiam eſſet nobis congenitus & inditus à Deo vt auctore naturæ, & ſaltem vidimus certum eſſe quod ſit nobis congenitus ſecundum quandam inchoationem proximam, ac proinde virtutem aliquam hoc modo eſſe nobis congenitam, hic enim habitus eſt in intellectualis virtus, quoad inchoationem vero quandã remotam etiam cẽſentur naturales reliquæ virtutes tum apprehenſiuæ partis, tum appetitiuæ, quatenus eiuſmodi naturam à Deo accepimus vt adiuti cognitionem naturali primorum principiorum, poſſimus tandẽ conſuetudine acquirere eiuſmodi virtutes alias: id quod eſt ingeneraſſe nobis Deum & indidiſſe quaſi ſemina quædam virtutum vt attigit Ariſtot. 2. ethi. c. 1. ſub initium inquiens, cum idonei ad virtutes ſuſcipiẽdas natura ſimus, aſſuetudine per ficimur. Neque ſolum hac ratione ex parte naturæ ſpecifice habemus primordia, ſed etiam ex parte naturæ vnus alio maiorem, & vnus ad vnam, alius ac aliam vt docet D. Tho. q. 63. a. 1. ſed tota difficultas eſt an virtutes iſtæ ſint nobis naturales ſeu congenitę ſecundum ſubſtantiam. Hanc rem tractauit multis locis Plato, vt in Menone, in Prothagora in Euthydemo, etſi more ſuo diſputans nihil fere certi aſſeueret, de eadem quoq. re varia philoſophantium dogmata refert D. Tho. q. 63. a. 1. & de virtutibus quæſt. vnica a. 8. & Conimb. in ethi. diſp. 7. q. 3. a. 1. & 2. vt breuiter rem expediãt, aduertunt, dupliciter poſſe dici virtutes eſſe nobis naturales vno modo prout naturale eſt, idẽ quod conueniens naturali inclinationi, qua ratione naturalis eſt hominis cognitio veritatis. ¶ 2. vt naturale differt à voluntario & acquiſito, quo pacto ea quæ nobis à primæua origine, & ex principijs naturæ innata ſunt & con genita, naturalia dicuntur, vt vis nutriendi. Hoc animaduerſo, primum aſſerunt virtutes eſſe homini naturales, priori modo: probãt. 42 ¶ 1. quia homo natura ſua eſt particeps rationis, eſtq. ei naturale ſecundum rationem viuere, vt docet Dionyſius. 4. c. diuin. quare cũ actiones virtutum ſint conſentaneæ rectæ rationi, conſequens eſt, vt hominis naturæ conueniens ſit. Item quia homo per naturam inclinatur ad cognitionẽ veri docente Ariſt. 1. meta. c. 1. & ad appetitum boni, teſte eodem Ariſtot. 1. ethi. c. 1. virtutes autem intellectuales ferũtur in verum, morales in bonum. Poſtremo (quod eodem recidit) quia id quo vnumquodq. ſecundum naturæ ſuæ gradum perficitur, eſt illi ſecundum naturam conueniens, homo autem ſecundum gradum ſuæ naturæ virtutibus perficitur & excolitur. 3. idem patet ex Bern. de vita ſolitaria ad fratres de monte Dei dicente, nullam vitium naturale eſt, virtus vero omnis naturalis eſt, vbi, vt recte notat Azor lib. 3. c. 26. q. 2. naturale non ſumitur pro inſito à natura, ſed pro conueniente ipſi naturæ, vnde Bern. 2. de cõſi de. ad Eug. c. 11. *Virtutes non natura ſed vſus facit.*

43 *facit.*¶2. Aſſerunt actus virtutum non eſſe homini naturales poſteriori modo, ſuadeturq. quia ſi eo modo naturales eſſent, nemo ijs laudem moritur, cum nemo niſi ex libero actu vere laudetur, conſtat etiam experientia actus iſtos non eſſe congenitos, ſed ſuc-
44 ceſſu temporis elici.¶3. aſſerunt habitus virtutum non eſſe naturales poſteriori modo. ſed actibus noſtris comparari, ita Ariſtot.2. ethi.c.1.D.Tho.q.63.ar.1.vbi D. Thom. quem ſequitur Conradus,probat, virtutes non eſſe in nobis à natura ſecundum cõſumationem quia natura determinatur ad vnum: conſumatio autem huiuſmodi virtutum non eſt ſecundum vnum modum actionis, ſed diuerſimode ſecundum diuerſas materias, in quibus virtutes operantur, & ſecundum diuerſas circunſtantias.¶ cõtra quam ratioñe ſolũ obijcit Caieta.ibi quia non apparet quomodo intellectus principiorum & ſcientia diuerſimode agãt ſecundum diuerſas materias aut circunſtantias, nam habitus principiorũ vno tantum modo ſemper agit,nempe aſſentiendo ex terminis ſolo naturali lumine, & ſcientia demonſtrando, & rurſum, quia in Angelis tam intellectus quam ſcientia inſunt à natura ſecundũ conſummationem, licet etiam in eis natura ſit determinata ad vnum: ergo nõ obſtante illa ratione D.Tho.
45 idem in homine dici poſſet. Ad quas obiectiones R. Caiet.quod quia intellectus & ſciẽtiæ actus in cõpoſitione conſiſtit, & compoſitio ſecundum diuerſas materias diuerſimode ſit, aliter enim componit rem aliquam in materia remota, & aliter in neceſſaria, aliter ens cum non ente, aliter totum cum parte, aliter bonum,aliter malum cum proſecutione & fuga,ideo conſummatio harum virtutũ non eſt ſecundum vnum modum actionis, ſed diuerſimode ſecundum diuerſas materias, & quamuis vnico generaliſſimo modo,ſcilicet componendo, & vna ſecundum rationẽ formalem materia ideſt, obiecto vnica virtus vtatur,cum vnitate tamen harum ſtat diuerſitas ſpecialium modorum actionis ex parte agentis ſecundum diuerſas ſpeciales materias, vt patet ex dictis, & quoniam in Angelis eſt notitia euidens, & principiorum & concluſionum,non componendo,ſed ſicut nos intelligimus quod quid eſt prima operatione intellectus,ideo in eis non eſt habitus, nec principiorum, nec concluſionum ſuperadditus ſpeciebus intelligibilibus, & quoniam ſpecies intelligibiles poſſunt eſſe à natura, conſequens eſt quod in eis habitus intellectualis poteſt eſſe naturalis, etiam ſecundum conſummationem, in nobis autem non. Hæc Caieta.Sed iam vidimus tract.præcedenti in Angelis eſſe habitus intellectuales diſtinctos ab ſpeciebus. Vnde Medi. q. 63. a.1. licet cætera approbet à Caie. dicta in hac ſolutione,tamen tenet in Angelis eſſe congenitos habitus intellectuales, diſtinctos à ſpeciebus, quia non ſunt determinati ad vnum modũ operãdi, ideo egent habitibus proprie dictis, nec acquirunt perfectionem per diſcurſum,ideo illos habent inſitos. Deinde ſi illa ratio D. Thom.concludit, in nobis nullum eſſe habitum congenitũ etiã concludere videtur, in angelis:quia etiam in illis habitus omnes diuerſimode operantur:nam licet forte non componant,nec diſcurrant formaliter,tamen virtualiter varijs modis componunt & diſcurrunt.

Iam eſt alia duplex validior obiectio 46
contra rationem D. Thom. quam non aduertit Caiet.ſed Valentia loco citato. 1. quia non minus ipſa inclinatio potentiæ eſt ad diuerſa quam inclinatio virtutis: ſed ea non obſtante inclinatio potentiæ eſt nobis congenita, ergo ſimiliter poſſet eſſe congenita inclinatio virtutis, tametſi verſetur circa eiuſmodi diuerſa. Maior patet nam potentia inclinationem habet ad omnia ea in quę virtus inclinat,ſiquidem hoc eſt munus virtutis vt potentiam perficiat circa illius obiecta.

¶2. Quia natura ſatis eſt ſi determinata fuerit circa vnum formaliter, tametſi id in pluribus materialiter reperiatur. Hac autem ratione virtus etiam verſatur circa vnum. Propter hæc Valentia ſubiungit: videtur ergo quod virtutes non ſint à natura, melius probari poſſe ratione Philoſophi. 2. Ethic. capit.1.quæ ex experiẽtia petitur hoc modo: ſi quæ inclinatio naturalis eſt,ea non ſolet vlla cõſuetudine cõtraria ſuperari & opprimi,ſed inclinationes eiuſmodi virtutum ad operandum recte prompte & delectabiliter circa quadam obiecta videmus contraria aſſuetudine & actionibus interdum vinci & opprimi, ergo eiuſmodi virtutes non ſunt nobis naturales, maior patet nam vt inquit, Philaſo Lapis v. g. quia inclinationẽ naturalem habet ad deſcendendum nunquam ſurſum ferri aſſueſcit, nec ſi millies, quiſpiam eum ſurſum proijciendo velit aſſuefacere, neque ignis deorſum ferri,neque aliud quippiam aliter quam natura comparatum ſit,vnquam aſſueſcit.Minor patet experientia: nam quidam ita aſſueſcunt virijs, vt minime quidem delectabiliter, & prompte exerceant virtutes contrarias, ex quo planum eſt in ipſis prauos habitus dominari, & vincere eadem ratione ſumpta ex Ariſtotel. 1.mag. moral. capitulo ſexto. Vtuntur Conimbricenſes his verbis.Omiſſa ratione D. Thomæ, ſi virtus eſſet naturalis,

non

non poſſet homines vitijs aſſueſcere, ſiquidẽ vt docet Ariſt.1.mag.moral.cap.9. ad id quod eo pacto eſt à natura inſitum, nihil proficit contraria conſuetudo, vt patet in terra. v.g. quæ quia natiuam habet grauitatem qua deorſum tendit, licet verſus locum ſuperiorum ſæpe iaciatur, nunquam ad aſcendendũ aſſueſcit. Vnde etiam patet virtutes non eſſe contra naturam, alioqui non poſſent homines illis aſſuefieri, eodem modo argumentatur Flaminius Nobilius, 2. de fœlicitate c.10. Medina ſupra Cæterum neque iſta ratio Ari.
47 videtur efficax ideo enim terra. v. g. non poteſt aſſuefieri ad aſcẽſum, quia nullam habet potentiam naturalem ad aſcendendum, ſed potius repugnantiam; habitus autem non dat, ſed perficit potentiam: homo vero habet potẽtiam ad actus vitioſos, & ideo poteſt illis aſſuefieri & habitum comparare, quo virtutes deſtruantur, licet aſcenſus terræ nõ deſtruat grauitatem terræ, quia nihil producit in terra contrarium eius grauitati, & profecto quamuis frigiditas ſit naturalis aquæ, poteſt tamen aqua calefacere recipiendo calorem, quo deſtruatur eius frigiditas & ſimiliter ſi per motũ ſurſum vel aliter generaretur in terra leuitas contraria eius grauitati, aſcenderet: ergo ratio quare ſæpius proiecta ſurſum non aſcendit, non eſt, quia grauitas eſt illi innata & naturalis, ſed quia non deſtruitur per aliam formam contrariam aſcẽſu productam, cum ergo virtutes habeant contrarios habitus vitioſis actibus productos, etiamſi eſſent innatæ, & connaturales vitioſis actibus deſtruerentur; vt ſi per accidẽs nobis eſſent inditę, eodemq; modo ſi quis poſſet omnibus vel aliquibus primis principijs diſſentire, poſſet habitũ primorum principiorum, licet ſecundum aliquos ſit nobis congenitus, deſtruere, aut minuere. Et ratio
48 D.Tho. ſic defendi poteſt, vt quoniam natura præſertim humana ſit valde imperfecta, non eſt credibile per ſe, aut per ea quæ illi cõgenita ſũt, & ab ea dimanant, habere promptitudinem & facilitatem ad tam varias & perfectas functiones, quales ſunt virtutum moralium & intellectualium, ſatis erit habere eam promptitudinem ſecundum ſolam inclinationem, aut quoad aſſenſum omnium vel quorundam principiorum habere illam ſecundum cõſumationẽ, quæ ratio vim quoque habet in Angelo, ſed minorem, nam cum eius natura ſit longe perfectior humana, concedi ei poſſet habere omnes virtutes naturæ inditas, ſeu ab ea dimanantes, licet non concedatur naturæ humanæ. Aliter & melius intentum probari poteſt, nam qualitates innatæ & cõgenitæ, nullo vſu intenduntur, virtutes autem ſi non ponantur acquiſitæ ſecundum ſubſtantiam, vt intendimus, vſu ſaltem perficiuntur: experientia enim conſtat, cæteris paribus maiorẽ promptitudinem vſu comparari: ergo ſignum eſt tales qualitates non eſſe congenitas. Hanc
rationem attigit Flami. ſupra & eam exten- 49
dit ad virtutes intellectuales, & certe ad illas extendi debet, ſi in eis concedamus intenſionem proprie dictam. Maior autem huius rationis patet diſcurrendo per omnes qualitates nobis congenitas. Confir. hæc ratio nam cum omnes gradus intenſionis ſint eiuſdem rationis, ſicut poſſumus aliquos acquirere, ita & omnes: ergo non eſt opus aliquos eſſe cõgenitos. Alia etiam ratione inſtitutum probari poſſet, quia ſi virtutes intellectuales ſunt à natura: ergo vel in omni extenſione poſſibili vel in aliqua certa & determinata extenſione primum dici nequit, quia illa extenſio conſtaret infinitis partibus; habitus enim ſaltem intellectuales non eadem indiuiſibili entitate, ſed diuerſis inclinãt ad diuerſa obiecta materialia: cum ergo ea infinita ſint, extenſio infinitis partibus conſtaret, ac proinde daretur infinitum actu. Secundum etiam reijcitur, quia nulla eſt ratio, cur natura conferat promptitudinem ad hoc materiale obiectũ potius quã ad illud, & ſicut promptitudo ad vnum obiectum eſt acquiſibilis, & acquiritur noſtris actibus, ita alia: cum ergo aſſuetudine & actibus noſtris virtutes præſertim morales acquirãtur (nam intellectuales doctrina, cõparari dicit. Ariſt. 2.Ethic.c.1.& Petrus Gregor. in Syntaxi, li.22. capit.3. *dicens. Si quis à teneris annis aſſueſcat bene agere magnum habebit in virtutibus momentum, ad quod doctrina educatioque conducit, aut obeſt. Et ita chorus in Iphigenia in aulide actu.2. apud Euripidem exprimit: caſta inquit, & recta educatio magnum habet momentum ad virtutem & Plato dialogo.4. de rep. educatio, inquit, eruditioque bona ſeruata, ingenia quoque bona efficit, & dialogo.1. de legibus, caput diſciplinæ rectam educationem dicimus & Ouidius. 3. de arte, ſed nimius labor eſt ſapienter iactibus vti, maius opus mores compoſuiſſe ſuos & Plautus in Trinũmo, mores mali quaſi herba irrigua ſuccreuerunt: docuit exemplo Lycurgus quod refert Plutar. lib. deliber. educ. is enim dum Lacedemonijs ad parandam virtutem ingens momentum conſuetudinem docere vellet, atque diſciplinam, doctrinam & vitæ inſtitutionem, duos catulos produxit in medium eiſdem ortos parentibus, quos diuerſo modo nutriuerat, & leporem & ollam eis appoſuit, quorum alter in leporem, alter in ollã erupit impetu, docens conſuetudine, altiſsimum guloſum euaſiſſe, id circo ſummopere curandum eſt cum quibus conſueſcamus,* vt tales ſint quales nos eſſe velimus. Nam hæc conſuetudo ſiue in malum, ſiue in bonum transfundit mores, & tranſit in alteram

tam naturam, vt tradit idem Plutar. lib. de tuenda bona valetudine monet & Eccleſiaſt. capitul. 37. cum viro ſancto, aſsiduus eſto & Dauid, Pſal. 17. cum ſanctis ſanctus eris, cum peruerſo peruerteris, qui tamen locus non ſenſu, ſed ſono fauet) & Paul. 1. Corinth. 15. corrumpunt bonos mores colloquia praua, idem docent Euripides in Andromacho, Cicero. 1. de legibus: ſunt & verſus græci notiſsimi citati ab Ariſt. Plutar. & Xenophonte in dictis Socratis: à quibuſdam rogatus Socrates quid deceret olere ſenes, reſpondit probitatem. Deinde interrogatus, vbi hoc vnguentum venderetur, verſus protulit Theognidis, quos ſic latine reddimus. A bonis quidem bona diſces, ſin autem malis immiſcueris, te perdes, & quam habes mentẽ. Charondas etiam Turijs lege præſcripſit, vt ciues ſui à malorum familiaritate, & conſuetudine prohiberentur; actionemquæ prauę conſuetudinis inuenit & grauis eius delicti reis impoſita multa licẽtiã coercuit Author Diodorus Siculus, libro. 12. bibliorum.

†
IHS

QVÆST. LVII. DE DISTINCTIONE VIRTVTVM INTELLECTVALIVM.

Artic. 1. Vtrum habitus intellectuales ſpeculatiui ſint virtutes?

Artic. 2. Vtrum ſint tantum tres habitus intellectuales ſpeculatiui, ſapiẽtia ſcientia & intellectus.

Artic. 3. Vtrum habitus intellectualis qui eſt ars ſit virtus.

Artic. 4. Vtrum prudentia ſit virtus diſtincta ab arte?

Artic. 5. Vtrum prudentia ſit virtus neceſſaria homini?

Artic. 6. Vtrum Eubulia, Syneſis & Gnome ſint virtutes adiunctæ prudentiæ.

QVÆST. LVIII. DE DISTINCTIONE VIRTVTVM MORALIVM AB INTELLECTVALIBVS.

Artic. 1. Vtrum omnis virtus ſit moralis?

Artic. 2. Vtrum virtus moralis diſtinguatur ab intellectuali?

Artic. 3. Vtrũ virtus ſufficiẽtur diuidatur in moralẽ & intellecualem?

Artic. 4. Vtrum moralis virtus poſſit eſſe ſine intellectuali?

Artic. 5. Vtrum virtus intellectualis poſſit eſſe ſine morali?

DISPVTATIO. III. DE DISTINCTIONE VIRTUTUM, & ſpeciatim de virtutibus intellectualibus.

Sect.

SECTIO I.

Quotuplex ſit virtus & num aliqua omnino ſit virtus intellectalis & an præſtet morali.

1 OMISSA opinione Menedemi Euricenſis Ariſtotelis & Zenonis citici, qui vnā tantū virtutē eſſe contendebant, variæ multipliſceque virtutū non ſolo nomine ſed natura etiam differentium ſectiones traditæ a Philoſophis & Theologis ſunt: ab Ariſt. paſſim in libris de doctrina morali, à Platone 4. de repub. Alcinoo lib. de eius doctrina. Plotino lib. de virtut. cap. 3. Iamblicho lib. de myſteriis AEgiptiorū, Theage Pithagoteo li. de virtut. Macrobio li. de ſomno Scipionis, ſcholaſt. 2. d. 27. ex quibus duæ hoc loco annotādæ ſunt.

2 *1. virtutis diuiſio.* 1. In virtutem naturalem, acquiſitam, & infuſam, hac vtuntur Valen. diſp. 5. q. 3. puncto 1. & alij tenentes, habitum aliquem eſſe congenitum nobis vel ſaltem angelis: vt Viguer. c. 3. §. 8. verſ. 1. 4. 5. 6. & 11. qui in nobis & angelis ponit aliquos habitus naturales & congenitos, licet in angelis non videatur diſtinguere habitus naturales intellectuales à ſpeciebus & addit, nullum eſſe in eis habitu acquiſitū Naturalis virtus eſt ea, quæ ab authore naturę vt ſic nobis vel angelis in ipſa creatione indita eſt, alij vero qui negant omnem habitum inditum, ſolū ponunt duo poſtrema membra in hac diuiſione. Acquiſita virtus ea eſt, quam noſtris actionibus naturaliter comparamus effectiue vel alio modo iuxta varias opiniones relatas tract. præced.

3 *2. Diuiſio.* Infuſa eſt, quam nobis impertitur Deus, vt author donorum ſupernaturalium.

2. Non ſolū virtus acquiſita, ſed etiam virtus in cōmuni diuiditur in intellectalem, & moralē. 6. eth. c. 1. Intellectualis eſt, quæ eſt in intellectu vel vt definit Ariſt. 6. Ethic. cap. 3. *qua anima dicit verum affirmando, aut negando*, Moralis, quæ eſt in appetitu ſenſitiuo vel intellectiuo, nec oportet. 3. membrum conſtituere de ſenſu, nā in ſenſu ſiue externo ſiue interno nulla eſt virtus vt ſuperiori diſput. attigimus licet ſit in ſenſu interno aliquis habitus, vt docuimus tract. pręced. qui late virtus dici poteſt. Item ſub. 1. membro ex virtutibus infuſis cōprehenduntur ſcientia: fides, & prudentia & ſi quæ ſunt aliæ in nobis & beatis, ſub. 2. aut membro ſpes & charitas infuſæ cum aliis, quæ magis proprie morales dicuntur: nam virtus moralis ſumitur dupliciter. 1. late pro ea cuius actus elicitus per ſe eſt voluntarius, & ſic comprehendit ſpem & charitatem Theologicam. 2. ſtricte pro ea, quæ habet pro obiecto & fine proprio atque intrinſeco morem ſeu actum humanum, & ſic virtus moralis non comprehendit virtutem Theologicam naturalem, vel ſupernaturalem. Imo Valētia ſup. notat ex D. Tho. q. 58. art. 1. morale varie vſurpari ſicut & morem à quo dicitur. Primo enim vt vidimus tract. 7. morem appellamus conſuetudinem, & propriè quidem eam, quæ actibus humanis continetur vt Ambro. præfatione in Lucam annotauit: *Mores*, inquit, *proprie dicuntur humani*: quomodo accipitur id act. 15. *niſi circuncidamini ſecundum morem Moyſi, non poteritis ſalui fieri*. 2. accommodari ſolet vocabulum moris, ad ſignificandam etiam inclinationem, ex qua procedunt actiones & conſuetudines vt. 2. Machab. 11. *irruentes more leonū in hoſtes & Pſal. 67. qui habitare facit vnius moris in domo.* Ac ſic etiam proprie hoc nomen referri ſolet ad eā inclinationem, quæ potiſsimum inclinatio dicitur, ſcilicet ad illam, quæ eſt in humano appetitu ſcilicet intellectiuo, & ſenſitiuo cō ſiderato ſecundū naturam ipſius. *iam* (inquit Valentia) *ſi morales virtutes dicamus à more priori modo accepto, ſcilicet pro conſuetudine, quæ continetur actibus hominis ſatis indicat D. Tho. q. 58. art. 1. ad 1. omnes omnino virtutes, quæ in hominem conuenire poſſunt, eſſe & dici poſſe morales itaque etiā virtutes intellectuales imo etiam ſuper naturales, & infuſæ ſunt ea ratione morales, quatenus nimirum ab homine non ſunt à liena. Non ergo illo priori modo, ſed poſteriori accipitur morale (ſcilicet vt à naturali inclinatione appetitus ductum eſt) cum virtus in intellectualem & moralē proprie diuiditur, vbi etiam excluduntur virtutes infuſæ, ſiue ad intellectum, ſiue ad appetitum pertineant, nam illarum actus non proficiſcūtur ex inclinatione appetitus hominis ſecundum ſolam naturalem ipſius facultatē conſiderari, ſicut cum diximus, per vocabulum moris in propoſito ſignificari.* Hac Valen. ſed certe actus intellectus impropriiſsime mores dicuntur, niſi, vt ſunt voluntarij, aut etiam liberi: ſolæ ergo virtutes, quæ eliciunt actus per ſe voluntarios, liberos autem per ſe vel per alios, morales proprie dicūtur, ſiue infuſę, ſiue acquiſitæ ſint: maxime, ſi morem habeant pro obiecto. Ex quo patet, cum virtus diuiditur in moralē, & intellectualē, vt recta ſit diuiſio, vno 4
ex tribus modis eam eſſe explicandam. Primus eſt vt nomine virtutis intelligatur tantū virtus acquiſita, quæ diuiditur in moralem, ideſt in eam, quæ habet pro actu elicito, & pro obiecto morem, ideſt actū intrinſece voluntarium & extrinſece ſaltem liberum: & intellectualem, quæ ineſt intellectui. Nam in ſen- *Primus modus explicā di diuiſionē virtutis in moralem et intellectualem.*

Digitized by Google

in ſenſu vt dictum eſt nulla virtus exiſtit. Et
habitus acquiſitus qui reſpiciat Deum tam-
quam obiectum nullus eſt ſecundũ aliquos
Theologos & incognitus fuit Philoſophis
præſertim Ariſt.ex quo in 10.Ethic.c. vlt.& 2.
cap.1. & lib.6.cap.2.ſumitur hæc diuiſio,quæ
à D.Th. q.58. art.3. explicatur 2.modus eſt vt
2 *Modus.* virtus etiam ſumatur pro acquiſita, ſed mora
lis dicatur, quæ habet pro obiecto moré ſiue
vt verum,ſiue vt bonum:quomodo compre-
hendit prudentiam:intellectualis vero dica-
tur quæ in intellectu ſit, morem autem non
habeat pro obiecto:quomodo nõ cõprehẽdit
prudentiam & ſic prudentia non in vtroque
ſed in altero membrorum diuidentium com
prehenditur.3.modus eſt vt virtus ſumatur ge
3 *Modus.* neratim vt cõprehendit virtutes omnes etiá
infuſas & moralis dicatur quæ in appetitu,
intellectualis vero quæ in intellectu reſi-
det ſic ſub quolibet membrorum diuidentiũ
virtutes aliquę infuſæ etiam Theologicæ con
tinentur, quæ tamé cõmuniter moralibus &
intellectualibus condiſtinguuntur vt apud
Orontium lib.12.cap. 8.& Petrum Gregoriũ.
lib.4.ſyntaxis cap.7. & quamuis virtutes iſtæ
ſic ſumptę differãt ex ſubiectis tamé etiá diffe
runt ex obiectis:nam intellectuales tendunt
in obiectum ſub ratione veri, appetitiuæ ve-
ro ſeu morales ſub ratione boni.

5 Sed iam de intellectualibus acquiſitis vi-
deamus an veræ virtutes ſint.Partem affirmá
tem docet D.Tho. tota fere q. 57. & 58. & q.
56.art.3.Valen.diſp. 5.q.3.puncto.1.et hic. c.2.
& ſequentibus vbi enumerat aliquas virtutes
intellectuales ſapientiam,intellectum, ſcien
tiam,prudentiam & artem. Doctrina etiam
orthodoxa inter virtutes numerat fidem &
prudentiam. Eadem etiam ratio eſt de aliis
quibuſdam habitibus acquiſitis intellectus:
ergo ſunt virtutes.Et ratio eſt aperta,nam vir
tus eſt habitus diſponens ad actum rectum,
& perfectum in ſuo genere, ſed aliqui habi-
tus intellectuales acquiſiti ſunt huiuſmodi:
ergo ſunt vere & proprie virtutes. Si obii-
cias D.Tho. quæ. 56. art.3. & q 57. art. 1. q. 61.
art.1.& q.66. art.3,aſſerentem, virtutes intel-
lectuales præſtare facultatem:non autem re-
ctum vſum, & confirmes quia q. 56. art.
3. & q.61.art.1. aperte docet, virtutes intelle
ctuales nõ eſſe perfecte nec ſimpliciter virtu
tes,ſed imperfecte, & ſecundum quid, quia
non faciunt hominem ſimpliciter bonum eo
quod non dant rectum vſum,ſed facultatem
idem tenet Medina eiſdé locis Valen. ſupra
& Leonard. Leſsius in explicatione virtutũ
toti operi ſuppoſita. Vincé.in ſpec.mor.li.1.p.
3.diſt.2.Vig.c.3.§.8.v.21. homo auté nõ eſt ſim-
pliciter bonus ſola facultate,ſed vſu:ergo vir
tutis intellectutes nõ ſunt ſimpliciter virtu-
tes vnde Foxius etiá in compendio de mori-
bus cap.12. & in epitome Ethicæ lib.3.cap.6.
ait ſecundum ſe non eſſe ſimpliciter et vere
ac proprie virtutes, ſecus ſi conſiderentur vt
ſubſeruiunt prudentiæ. Sed in. 1. ait ſe omni-
bus Philoſophis aduerſari. Ad arg. R. virtu-
tes intellectuales dare rectum vſum in gene
re intellectuali, non quidem impellendo ſi-
cut virtutes morales, ſed conferendo facili-
tatem ad talem vſum. Item conferre faculta 1
tem ad actum qui ex ſe eſt honeſtus et bonus
moraliter, licet non ſub ratione honeſti et
boni moraliter;et hoc ſufficere vt ſint vere et
proprie virtutes conuenientes vniuocé in ra
tione virtutis cum moralibus vt docet Valen
tia diſputat. 5.q. 3.puncto 1.Quod vero ait D.
Tho. q.61. ar. 1. ad 1.et Contod.ibi. eſſe tan-
tum analogice virtutes, intelligendum eſt,
quoad effectum reddendi hominem bonum
& quantum ad conditionem quandam dan
di vſum,vt indicat Valentia ſupra.

Alij vero dicunt ſi nomine virtutis ſigni- 6
ficatur habitus quidam & perfectio naturæ
hominis vt ſic valde accommodata:virtutes
intellectuales dici poterit virtutes ſimplici-
ter & vniuoce cum moralibus,quia ſunt opti
mæ qualitates & perfectiones hominis
imo in ſuo genere ſunt perfectiones ſimplici
ter & naturam humanam in ſuis operationi
bus perficiunt & per ſe nõ afferunt malum.ſi
etiá virtus dicatur illa quę eſt principiũ actus
moraliter boni vt in communi vſu hominũ
vſurpari ſolet & D.Tho. loqui videtur,admit
ti poteſt analogia, actus enim voluntatis ex
ſe ſunt honeſtate,reliqui vero ſunt tales per
analogiam, et donominationem extrinſecá
à voluntate.Sed hæc explicatio minus placet
ſic enim nec virtutes morales exiſtentes in
appetitu ſenſitiuo eſſent ſimpliciter virtu-
tes,et analogice conuenirent in ratione prin
cipij actus humani cum exiſtentibus in volũ
tate et præterea ſic nihil aliud vellet dicere
D.Tho. niſi virtutes intellectuales non eſſe
ſimpliciter et vniuoce virtutes morales,vtrũ
que auté abſurdum videtur & cõtra mentem
D.Th.Vnde etiam ommiſſa ea doctrina,quæ
poſſet ad ſolutionem confirmationis accõ-
modari. Ad conf. Rr. virtutes intellectuales
eſſe imperfectas in ratione virtutum,quia nõ
dant rectum vſum modo explicato, nec red-
dunt hominem ſimpliciter bonum et ſic quá
tum ad effectum et conditionem quandam
dandi vſum non ſunt ſimpliciter virtutes. In
ſe tamé et quoad ſubſtantiam ſunt ſimplici-
ter virtutes.

Sed obijcies quia virtutes intellectuales
ſunt ſimpliciter perfectiores moralibus vt 7
docet D.Tho.q.56. art.3.q. 61.ar. 1.ad 3. q. 66. *Obiectio.*
3. Medina ibi. et Valentia. ſupra et Sotus. 3.
iuſt.

Digitized by Google

iuſt.quæſt.2.art.8.& colligitur ex Ariſt.2.Eth. cap.6.& lib.6.cap.11.& lib.10 ca.10.& fere per totū & probatur ratione quia intellectus eſt perfectior volūtate:ergo & virtutes eius ſunt perfectiores:cū enim habitus participet modum operandi & rationem formalē obiecti, à ſua potentia,& ex modo operandi & obiecto formali ſumatur perfectio habitus, conſequēs eſt,nobilioris potētiæ nobiliores eſſe habitus. Itē genus perfectius cōmuniter habet perfectiores ſpecies,ſed intelligere actuale & habituale eſt gēnus perfectius quā amare actuale & habituale : ergo cōmuniter habet perfectiores ſpecies. Item actus intellectus ex ſuo genere ſunt perfectiores, & ideo fœlicitas in illis conſiſtit.10.Ethic. c.6.7.&.10. ergo & habitus intellectus erunt perfectiores, vnde & lumen gloriæ præſtat charitati 1onſec.9. Met.c.5.q.4.ſect.4.& prudētia præſtat temperantiæ fortitudini & iuſtitiæ,licet oppoſitū late doceat Gab.3.d.33.q.vn.a.3. dub. 1.cum Scoto & alijs aſſerentibus voluntatem eſſe nobiliorem intellectu : virtutes ergo intellectuales ſunt ſimpliciter perfectiores:qui igitur fieri poteſt , vt morales ſint perfectiores virtutes,ſeu in ratione virtutum? Quomodo D.Tho.ſecum non pugnat aſſerens intellectuales eſſe ſimpliciter perfectiores,tamen morales eſſe perfectiores virtutes , ſeu in ratione virtutum?

8 Caiet. Medi.& Conrad.q.56.a.3.& Sotus.3.

1 Solutio. iuſtitiæ.q.2.a.8.& multi alij laborant in hac re explicanda,quidam cum Caiet. ibi dicunt virtutes intellectuales in vltima differentia eſſe perfectiores,morales autem eſſe perfectiores in communi & generica ratione virtutis:quod non recte intelligitur:nam ratio cōmunis eſt omnino eadem & æqualis ſecundum ſe in omnibus ſpeciebus , ergo morales non excedunt in ratione generica.ſi ergo excedunt in vltima differētia , ſimpliciter excedunt:ergo ſunt ſimpliciter nobiliores:& eodem modo poteſt reijci,quod alij cum Medi. dicunt,virtutes intellectuales eſſe abſolute perfectiores & in genere entis,morales,vero

2.Solutio. in genere,ſeu ratione virtutis.Alij dicunt intellectuales eſſe perfectiores eſſētialiter,mo-

3.Solutio. rales vero accidentaliter, ſeu in aliqua accidētali cōditione,nō enim eſt incōueniēs rē,quę eſt eſſētialiter perfectior,eſſe minus perfectā in aliqua cōditione accidentali , vt intellectus eſſentialiter eſt perfectior volūtate,tñ in libertate & virtute mouendi alias potentias à voluntate exceditur,& actus intellectus licet in ſe & eſſentialiter ſit perfectior;tñ in ordine actus humani,& moraliter boni eſt minus perfectus,ſumit enim bonitatem ab actu voluntatis ſic etiā dicēdū de habitibus,quod explicatur,Nam licet habitus intellectus ſint perfectiores eſſentialiter,quia tēdūt in obiectū perfectius in genere entis,tñ in ratione boni moralis habitus volūtatis ſunt ſimpliciter perfectiores,quia tendunt formaliter in bonū ſimpliciter optimū, nēpe honeſtū & quia perficiūt volūtatē,quæ eſt domina humanorū actuū;operari autē cū dominio eſt proprius modus operādi hominis.At vero virtutes intellectuales eliciunt actus,qui ſm ſuas ſpecies ſūt proprij hominis, nō tñ ſm modū , bonitas autē hominis ſimpliciter cōſiſtit in his , quæ ipſe operatur modo humano & ideo illa ſunt ppria media beatitudini cōſeqnenda,& quia morales nō pñt cōcurrere ad actū,qui ſit malus moraliter,ſecus intellectualis, quas omnes rationes cōplectitur. D.Th.dicēs,intellectuales conferre tantū facultatē,morales vero cōferre tectum vſum. Hæc tñ ſolutio nullius momēti eſt quoniam illæ rationes, in quibus morales dicūtur præſtare,eſſentiales ſunt, nō accidentariæ,vt authores huius ſolutionis aſſerunt. Si autē ſunt eſſētiales, cū alioqui ratio generica ſit æqualis : ergo ſimpliciter & eſſentialiter erunt perfectiores: quod eſt contra D.Thom. & veritatem . Dicendum : ergo eſt rationem genericam virtutis ad vnam & 9

eamdē ſpeciē varijs modis contrahi poſſe vt 4.Solutio.

ratio generica animę cōtrahitur ad ſpeciem ſubalternā animæ ſenſitiuæ nō ſolū per ſenſitiuū,ſed etiā per appetitiuū,appetitu animali & per ſenſitiuū ſenſu interno & externo, & appetitiuum appetitu cōcupiſcibili & iraſcibili,ſic ergo ratio generica virtutis contrahitur ad intellectualē per varias rationes & ſimiliter ad moralē,inter quas rationes quædā pertinētes ad virtutē intellectualē pñt præſtare oppoſitis pertinētibus ad moralē,aliæ vero excedi. Veritas ergo & mens D.Th.eſt ſicōſiderentur omnia,quæ contrahunt rationē genericā virtutis ad intellectualem & ad moralē,præſtātiorē eſſe virtutē intellectualē : quia cumul° perfectionū virtutis moralis,præſtat: poſſe nihilominus in morali reperiri aliquid melius quam oppoſitum , quod reperitur in intellectuali,vt ratio qualitatis eſt perfectior quā ratio quantitatis:tamen ſub genere qualitatis eſt figura, quæ eſt imperfectior linea ſuperficie,vel corpore de genere quantitatis: hoc autem eſt dare rectum vſum modo explicato : reddere ſimpliciter bonum ipſum habentem:quod melius eſt quam dare ſolam facultatem & reddere habentē bonum ſecūdum quid tantū & quia iſta perfectio pertinet quodammodo ad gradum genericum virtutis,veluti eſſe ſenſitiuum tali,vel tali ſenſu, tali vel tali modo,pertinet ad gradum genericum ſenſitiui:ideo docet D.Thom.morales eſſe perfectiores virtutes ſecundum rationem virtutis ſcilicet gradualem,hoc eſt, ſe-

M cundum

cundum gradum genericum virtutis contractū præciſſe per modum rectificandi actum & reddendi hominem bonum vt ſi diceremus, lyncem eſſe animal perfectius homine in ratione viſiui, quia animal contrahitur ad lyncem per ordinem ad meliorem modū videndi, licet alia, quæ contrahunt viſiuum ad hominem, reddant hominem ſimpliciter perfectius animal, ſed de hoc plura diſput. 7. ſect.3. circa art.3.quæſt.66.quod vero dicitur, intellectuales virtutes non eſſe perfectas in ratione virtutum, intelligitur excepta prudētia, quam eſſe virtutem perfectam inquit Orontius, quia ſecundum Ariſto.6. Eth.c.12. & 13.nemo poteſt eſſe prudēs niſi ſit bonus. Leſſius etiā ſupra ait, fidē infuſam, & prudētiam etiā acquiſitā eſſe ſimpliciter virtutes, quia ad ſuū vſum poſtulant rectā volūtatem. Alia ratio eſſe poteſt, quia præſtant rectum vſum incitando ad bonam operationem.

SECTIO. II.

Quotuplex ſit intellectualis virtus.

10. VIRTVTVM intellectualium tres tantum ſpecies numerat Petrus Gregorius in ſyntaxi lib.4. cap.7. ſapientiam, ſcientiam, prudentiā, ſed plures eſſe docet lib.22. cap.2. & quinque ſpecies enumerat Ariſt.6. Ethic.c.3. vſq. ad 7. ea (inquit c.3.) *Quibus anima affirmando, vel negādo, verum dicit, numero ſunt quinq. hæc vero ſunt ars, ſcientia, prudentia, ſapientia, intellectus*, de qua diuiſione, & ſingulis eius partibus, quæ multis ſunt difficultatibus implicatæ ſūt, agit latè D.Th. & cum eo Caiet. Conrad. & Med.q.57. Valen.diſp.5.quæſt.3.punct.2. Viguer. ca.3.§.8. verſ.5.& 6.& 11. Rubius tract.1. de habitib.q.3. Vincē.in ſpeculo morali lib.1. p.3.d.3. Flamin. 2.de fœlicitate à cap.14. Orontius lib. 12. ca.8. & 9. Vazquez diſp.85. vide etiam Ariſt.6.ethi. cap.11.& lib.11. Metaphy. c.2. & 1.mag. moral. cap. 35.

11. Supponendum eſt, opinionem, & exiſtimationem non eſſe intellectualem virtutem, cuius rationem aſſignat Ariſt.6.Ethic.cap.3.quē ſequitur Leſſius.1.de virtut. c.1. dub. 1. & alij ſect.5.referendi, quia fieri poteſt vt anima falſum exiſtimatione opinioneque dicat, pro exiſtimatione Argyrop.vertit ęſtimationem. Vazquez vero diſput. 85. cap. 1. ex Græce peritis putat nomen græcum impolypſis, leuem, & tenuem cognitionem ſignificare, & ideo melius verti, coniecturam, quia æſtimatio, & exiſtimatio, etiam de opinione, & ſciētiā dicitur, ſed non eſt in hac re immorandum, nam ſæpe æſtimatio, & exiſtimatio leuem cognitionem, ſeu ſuſpicionem quādam ſignificat ſeu aſſenſum leuibus fundamentis nitentem, quem nunc Philoſophi, & Theologi opinionis nomine comprehendunt. Adde, alia ratione poſſe excludi opinio à ratiōe virtutis, ſcilicet, quia eſt formidoloſa, ſed ratio illa Ariſt. præcipua eſt, Sotus in prædicamēto qualitatis negat opinionem eſſe verum habitum, ſed valde hallucinatum eſſe ait Aquarius.3. d. 23.concl.5.quia Ariſt.6.Topic.c.4.ait opinionē ex vſu, & conſuetudine firmitatem acquirere. Hoc ſuppoſito ſufficiētiam diuiſionis virtutū intellectualiū in illas quinque ab Ariſt.numeratas, probat Mayrones.3. d.33.q.1. a.2.& alij citati, quia vel virtus intellectualis, eſt ſpeculatiua circa principia, & ſic erit intellect⁹, vel circa cōcluſiones ex cauſis ſuperioribus, & ſic erit ſapientia, vel ex cauſis inferioribus, & ſic erit ſcientia, vel eſt practica, & de agibilibus, & ſic erit prudentia, vel de factibilibus, & ſic erit ars, ibidem ait Mayrones, habitum intellectualem immediate diuidi in practicum & ſpeculatiuum: ſed bene alij addunt, immediate etiam diuidi poſſe in habitum circa concluſiones, & circa principia item in euidentem, & ineuidentem, certum, & incertum, naturalem, & ſupernaturalem. Dices; ergo eadem res erit ſub diuerſis generibus non ſubalternatim poſitis vt eadē ſcientia ſub generibus habitus euidentis circa cōcluſiones ex cauſis inferioribus, naturalis, certi, ſpeculatiui, &c. R. licet nullum illorum generum totaliter ſubalternet ſibi aliud, tamen ſubalternat ex parte, & in hoc ſenſu eodem res poteſt eſſe ſub generibus non ſubalternatis interſe, quod colligitur ex Ariſt.6.Top.c.3. loco.41.& Alphonſo Toleta. q. 1.prologi a. 1. ad rationes Bernard, vbi docet, idē poſſe immediate pluribus modis diuidi, vt ens in reſpectiuum, & abſolutum finitū, & infinitū &c. & ſic eādem rem eſſe ſub duplici genere, vel quaſi genere, nō omnino ſubalternato, vt homo eſt ſub genere entis reſpectiui, & finiti. His ſuppoſitis membra diuiſionis virtutum intellectualium ab Ariſt. traditę explicemus.

Intellectum definit Ariſt.6. Eth.cap.6. eſſe habitum principiorum, ideſt, quo aſſentimur primis ſcientiarum principijs notis exterminis aut per experientiam: iam enim ſuperius vidimus, aliqua principia eſſe nota exterminis, & ſumitur ex Ariſtot. 6. ethic.c.8. dicente pueros poſſe eſſe mathematicos nō vero phyſicos, quia matematica non pendēt ab experientia vt phyſica: imo Vigue.c.3.§.8. verſ.5.& & 6. videtur ſentire, omnia prima principia eſſe nota exterminis. De hoc habitu multa dicta ſunt tracta. præced. diſput. 2. ſectio. 4. vocatur cōmuniter intellectus, & diuiditur in habitū principiorū ſpeculatiuorū, qui ſtrictioti ſigni- 12.

ri ſignificatione dicitur intellectus, & in habitum principiorum practicorum, quæ ſi fuerint moralia, habitus eorum (vt notant Conimbricen. in Ethicis diſput. 2. q. 6. art. 1.) appellatur ſynderesis de quo nomine aliquid dixi tractat. 8. ſcilicet de conſcientia, & D. Tho. 1. part. quæſt. 79. art. 2. hunc habitum ſynderesis ab intellectu, & alijs virtutibus intellectualibus diſtinguentes Conimbricen. ſupra. 6. virtutes intellectuales enumerant. Sunt etiam, qui habitus principiorum iuxta numerum ſcientiarum multiplicent, ſaltem multos eſſe ſupponit Fonſeca. 1. met. cap. 1. q. 4. ſect. 4. & in genere eſſe duos vnum practicum, alterum ſpeculatiuum docent Conim. 1. poſt c. 8. qu. 1. ar. 3.

Scientiam definit Ariſtot. 6. Ethic. cap. 3. eſſe habitum demõſtratiuum circa rem neceſſariam, quæ non poteſt aliter ſe habere, nempe pro vt de illa eſt ſcientia, & vt eſt ſubiectum vniuerſalis propoſitionis neceſſariæ. De hoc habitu multa etiã dixi tract. præced. diſp. 2. ſect. 3. ſub eo ſic definito comprehenditur ſapientia, ſcientia autem, quæ à ſapientia diſtinguitur eſt habitus quo quis inclinatur ad aſſentiendum firmiter, & euidenter per demonſtrationẽ neceſſarijs concluſionib. non tamen per ſupremas cauſas. Diſtinguit autem Ariſto. ſcientias ex principijs quibus vtuntur. 1. poſt. c. 25. in fine: id vero quomodo intelligẽdum maxime in via D. Tho. diſtinguẽtis ſciẽtias ex abſtractione, quoniam longum eſſet proſequi philoſophis relinquos aliquid vero diximus tract. præced. diſp. 7. ſect. 5.

13. *Sapientia.* Sapientia vt docet Ariſtot. 6. Ethic. cap. 7. *Eſt habitus, quo quis eſt propenſus ad aſſentiendum concluſionibus neceſſarys per primas, & ſupremas cauſas, qualis eſt.* 1. Philoſophia ſeu Metaphyſica, vt docet Ariſtot. initio Metaphyſ. de ſapientia vide dicta tract. præced. in fine, & Conimbri. 2. poſt cap. 26. quæſt. 1. art. 1. vbi docent ſapientiam ſub ſcientia late ſumpta comprehendi, & eſſe præſtantiorem ſcientia preſſe ſumpta: ſed ignobiliorem habitu ſuorũ principiorũ, licet ſit nobilior habitu principiorum ad alias ſcientias ſpectantium, & ſic interpretatur, quod ait D. Tho. quæſt. 57. art. 2. & quæſt. 66. art. 5. ad. 4. & 3. d. 34. quæſt. 1. art. 4. dicentem, ſapientiam eſſe nobiliorem habitu intellectus. Facile tamen poteſt defendi, eſſe nobiliorem ſimpliciter habitu propriorum principiorum, quia habet magnam latitudinem extenſiuam: nam principia pauca ſunt, licet certius, & euidentius cognoſcantur, quam cõcluſiones. Modo ſatis eſt ſapientiam ſub ſcientia late dicta comprehendi. Quamuis Molina. 1. par. quæſt. 1. ar. 6. dicat, Ariſtotelem in diuiſione virtutis intellectualis nomine intellectus intellexiſſe habitum principiorum ſciẽtiarum inferiorum, nomine autem ſapientiæ duos habitus nempe habitum principiorum ſupremæ ſcientiæ, & habitum cõcluſionum eiuſdẽ, nam vterq. habitus, quia eſt de rebus altiſsimis, ſapientiã dicitur, & videtur conſentaneum Ariſtot. 6. Eth. c. 7. dicenti ſapientiam eſſe intellectum, & ſcientiam, & circa principia cõcluſioneſq. verſari. Quamuis difficile ſit, quomodo Ariſt. ſolum habitum principiorum inferiorum vocet intellectum: item Ariſt. no aliam ſapientiam naturalem cognouit, niſi metaphyſicã: hãc vero nõ appellat intellectũ, ſed ſcientiã. 1. meta. c. 2. & lib 2. c. 1. lib. 6. c. 1. lib. 11. c. 1. deinde ſi Ariſt. nomine intellectus ſolũ intellexit habitum principiorum inferiorũ, quomodo. 6. Eth. ca. 7. ſapientiam dixit eſſe intellectũ. Si dicas. virtute: male ex eo loco colligitur ſapientiã includere, vt duas ſpecies, habitum principiorũ rerum altiſſimarum, & habitum concluſionũ. Deinde ſm̃ Aug. 12. Trin. c. vlt. & lib. 14. c. 1. ſapientia eſt ſcientia rerum diuinarum, & æternarum, & ſic intelligit id, 1. Cor. 12. alijs datur ſermo ſapientiæ, &c. ergo ſapientia formaliter non eſt habitus principiorum, ſed concluſionũ: qñ ergo Ariſt. 6. Eth. ca. 3. de ſcientia egit nihilq. ei tribuit, niſi quod 1. poſt ei tribuerat, vbi de ſciẽtia egerat, vt ſapientiã cõprehendit, nõ ideo fecit, quia ibi ſapientiã ſub ſcientia cõprehendere voluerit, ſed, quia poſtea dicturus erat, in quo à ſapientia diſtingueretur.

Hos. 3. habitus intellectũ, ſapientiã, & ſciẽtiã, ſpeculatiuos, ſeu contemplatiuos. Oroncius ſupra, & cõmuniter Doctores cũ D. Tho. q. 57. a. 2. Vinc. in Spec. mor. lib. 1. p. 3. diſt. 3. Viguer. ca. 3. §. 8. verſ. 11. appellant, non vt aliqui purant, quia pure ſpeculatiui ſint, ſiquidem ſub intellectu, & ſcientia habitus aliqui practici cõprehenduntur, nẽpe ſynderesis, & ſciẽtiæ practicæ: aut idem habitus ſimul eſt practicus, & ſpeculatiuus: ſed quia in quolibet horũ generũ continentur aliqui habitus contẽplatiui, & hi ſunt in maiori numero, & extenſione quam practici, vel quia omnis habitus cõtentus in tertio genere omnino, vel potiſſimum, aut magna ex parte eſt contẽplatiuus quamquã & aliquis ſit purè ſpeculatiuus, vt Metaphyſ. vel illi dicuntur ſpeculatiui, quia etiã ſynderesis, & ſcientiæ practicæ cõparatione artis & prudentiæ, quæ de operabilib. in particulari tractant, ſpeculatiuæ cẽſentur eo quod de operabilib. in vniuerſali diſſerũt. 14.

Quamquã non eſt negandũ præter artẽ, & prudentiã eſſe alios habitus ſimpliciter practicos, & ſciẽtias practicas eſſe ſimpliciter ſciẽtias practicas, vt late contra aliquos iuniores, ꝓbat Rubi. trac. 1. de hab. q. 3. nã de ſynderesi eſſe habitum practicũ, plane docet D. Th. 1. p. 15.

q.79.a.12.& 2 2.q.47.a.6.ad.3. (vbi Caie.) & 2. d.24.q.2.a.3.Scot.d.39.q.1. §. ad quæſtiones iſtas Dur.q.4. n.11. & alij ead. d. & paſſim alibi Sōcin.6. Met.q.5.Viguer.ca.3.§.8.verſ.1.4.8. & 11.& ſcientiam aliquam eſſe practicam docet D.Tho.2.2.q.47.a.6.ad.3.& alij paſſim numerantes medicinam, & alias ſciētias inter practicas; inter quas Rubius, & alij multi etiam numerant logicam. Licet autem Valentia ſupra exiſtimet, practicū, & ſpeculatiuum, eſſe differētias accidentales, & ideo Ariſtot. non diuiſiſſe virtutem intellectualem in practicā, & ſpeculatiuam:tamen tractatu.2. & 10. docuimus, pure practicum, & pure ſpeculatiuū abſolute, licet ſint prædicata eſſentialia, non efficere diſtinctionem eſſentialem, quia non opponuntur, ſed in eadē re ſimplici reperire poſſe, & ſic viſione qua Deus à ſe, & alijs beatis videtur, & multos alios actus & habitus eſſe ſimul formaliter, & eſſentialiter practicos, & ſpeculatiuos. Vnde habitus practicus eſſentialiter diuiditur in ſcientiam practicam, artem & prudentiam. Aliqui habitum principiorum, & concluſionum eundem eſſe dicunt, contra quos dixi tractat.præced.diſp. 7.ſect.2.in fine.

SECTIO. III.

De Arte.

16. ARS ab antiquiorib. definita eſt, *collectio multarum de re vna cōprehēſionū ad finē aliquē vtilē vitæ*, vt tradit Herod.apud Gal. c.5.introductionis, & eā definitionē locupletat Gal.ipſe initio libr.1.medicarum finitionum. Cicero ex diſciplina ſtoicorum profectam refert. 4. qq. Academ. Pro cuius explicatione notant Conimb.q.1.procem.logicæ, a.2. nomen artis trifariam vſurpari, primò latiſſimè pro omni habitu intellectus verum attingente etiā ſpeculatiuo. Qua vti putant Ariſtotelē.1. poſt c.1. 1.Met.c.1.& 1.Retho.ad Theodectē vbi ſcientias Mathematicas vocat artes, quas.3.Metap. c.vlt.ſcientias appellauerat. Secundo minus late pro ſolis habitibus ſeu ſcientijs practicis vt apud Ariſto.1. Eth. cap. 1. & D. Thom. 1. 2. quæſt. 57. artic.3. ad.3. Tertio ſtrictiſsime pro ſola arte effectiua, quæ ſcilicet, agendo tranſit in exteriorem materiam, & finitur ab Ariſt ꝛ.6.eth.c.3.ſeu potius. 4. vt ſit *recta ratio rerum factibilium, ſeu habitus vera cū ratione factiuus*. Hoc ſuppoſito de illa antiquorū definitione dubitant Conimb. cui illarū acceptionū accommodetur. Galen. ſupr. putat ea finitione omnes, & ſolas ſcientias practicas comprehendi, & quod non comprehendātur contēplatiuæ, probat, quia ad nullum vitæ vſum ſed vnius contemplationis gratia ſunt. Vnde Ariſto.1. Met. cap. 2. fatetur Metaphyſicam nullius vtilitatis gratia à nobis inquiri, & ca. 1.dixerat, artium inuentores aliquid vtile generi humano attuliſſe: ergo ſcientię, quæ non ſunt practicæ, non ſunt artes. Hoc probabile putant Conimb. probabilius tamen omnes ſcientias ea definitione comprehendi, cum etiam ſpeculatiuæ ſint vtiles humanæ vitæ; perficiunt enim, atque ab errore, & ignorantia vendicant intellectum. Quo reſpexiſſe videtur Ariſto.3.polit.cap.8. & 1.ethic. c.1. cum ait, omnem artem & doctrinam bonum reſpicere, qua loquendi forma vtitur D. Tho. 1. 2. quæſt.57.artic.3. & 4. alijq. Theologi.

Artem ergo vt comprehendit omnes ſcien 17.
tias ſic explicant Conimb. vt ſit multarum cōprehenſionum collectio, id eſt multorum verorum, & certorum habituū in intellectu exiſtentium: (alij enim comprehenſiones nō dicuntur) putant enim, ſcientiam non eſſe vnam ſimplicem qualitatem, ſed de qualibet propoſitione ſuum poni habitum ſcientiæ, intellectus, vel opinionis, & collectionem multorum habituum vnam eſſe ſcientiam, vel artem. Addi autem in definitione artis dicunt, de re vna hoc eſt circa vnam materiam obiectam, quia vt multi habitus vnam numero artem efficiant, aliquam vnionem habere debent, alioqui non magis dicentur vna numero ars habitus Metaphyſici, aut Phyſici, quam quicunq. alij temere coniuncti in intellectu. Vnitas vero rei obiectæ non debet eſſe ſingularis, ſed communis; ars enim, & ſcientia, (ſi eam excipias, quæ eſt de Deo) naturam communem conſiderat, quo diſtinguitur à prudentia. Tametſi alia diſtinctionis ratio tradatur à D.Tho. 1. 2. quæſt.57. artic.4.& 2.2. quæſt. 47. art. 5. Alb. 2. ethic.tract 2. cap. 12. quod nimirum prudentia conſideret obiectum prout ad bene viuendum conducit, ars vero bonum tantum artificij, hoc eſt, na-
turalem operis perfectionem ſpectat. 18.

Obijciunt autem ijdem.a.2. cōtra ſuperiorem definitionem: primò, in Deo & angelis eſſe artes: non tñ habituum collectiones. 2. Quia arti ſtricte ſumptæ poteſt ſubeſſe falſum, ſicuti, & opinioni: ergo non eſt comprehenſio, & ita nō includitur in ea definitione. Anteced. probatur, quia eſt de ijs, quæ aliter euenire poſſunt, vt docet Ariſt.6.Eth.c.4.vnde lib.3.c.3.dixit artem conſultare: de ijs autem, quæ non poſſunt aliter euenire, non eſt cōſultatio: ergo. 3. Quia artes maleficæ ſunt vere, & propriæ artes: tamen non ſunt vtiles humanæ vitæ: ergo illa definitio non eſt legitima. ¶Ego credo illam antiquorum definitionem non comprehendere ſcientias mere ſpeculatiuas cum non ſint proprie artes, nec inſtitutæ

Digitized by Google

titutæ ſunt ad aliquam actionem humanæ vitæ vtilem diſtinctá à cognitione, quá elicit: de qua ſola vtilitate loquũtur antiqui. Deinde exiſtimo, ſcientiá omnem, & omnem habitum intellectus eſſe ſimplicem qualitatem ad plures propoſitiones ſe extendentem per varios modos in ſe receptos, vt in ſuperioribus oſtendimus; contra quod nouas rationes non afferunt Conimb. ſupra nec 2. poſt. ca. 23. q. 1. vbi fuſe & nouiſsime de hac re diſputant vnde non oportet in earum ſolutione immorari. Maxime cũ ij qui pro hac ſentẽtia à Conimb. citantur, non eodem modo ac illi ſentiant. Licet enim Scotus. 6. Met. q. 1. & multi Nominales in prologo ſent. Martil. quæſt. 2. Gregor. quæſt. 3. Gab. quæſt. 8. Tolet. quæſt. 3. proœm. logicæ. Fonſeca. 5. Meta. capitul. 7. quæſt. 5. ſectione. 2. Suarez, tomo. 1. Met. diſp. 44. ſectio. 11. præſertim numero. 61. teneant; ſcientiam non eſſe ſimplicem qualitatem: non tamen ponunt pro qualibet concluſione ſuum peculiarem habitum. Item eadem potentia ſufficit pro multis obiectis: ergo, & idem habitus, licet cum minori ambitu, & ideo ponuntur plures habitus in eadem potentia, & ſicut illa non poteſt habere vnum actum ſibi adęquatum, ita neque habitus. Item vna tantum eſt fides pro omnibus dictis à Deo, & alia pro omnibus dictis ab homine, & vna temperantia pro omni cibo, & potu, licet actus ſint valde diuerſi, quia vnitas motiui nõ tollit diuerſitatem ſpecificam actuum: ergo etiam pro multis concluſionibus, vel obiectis poteſt eſſe vna ſcientia; nec enim obſtat, quod motiua ſint diuerſa: nam licet ex diuerſis motiuis intemperate agam, idem eſt habitus vitij oppoſitus ſimplici temperantiæ: & Theologię habitus idem eſt ſecundum Conimbricenſes reſpectu omnium concluſionum, quæ eliciuntur ex vtraque de fide, licet motiua & media ſint diuerſa, nẽpe diuerſi articuli, & ſimiliter ponunt vnum ſimplicem habitum reſpectu omnium, quæ probãtur ex vna de fide, & altera naturali, vbi tamen media & motiua ſunt diuerſa, & certe cum Conimb. in angelis ponant non ſolum vná ſpeciem, quam negant, eſſe proprie habitum. 2. poſt. capitul. 23. quæſt. vni. articul. 5. contra Capreol. quæſt. 3. prologi, & Sonci. 6. Met. quæſt. 9. ſed etiam vnum habitum proprie dictum, & vnam ſimplicem qualitatem reſpectu omnium, quæ in Phyſica Metaphyſica, vel aliqua alia ſciẽtia continentur, neſcio, cur tãtũ abhorreãt ab opinione D. T. quæſt. 54. art. 4. Caiet. Conradi, & Medinæ ibidem. Ferr. 1. contra gen. capit. 56. Flandrien. 6. Met. quæſt. 7. art. 3. Gandens, quod lib. 9. q. 4. & aliorum, quæ non reſpectu quarumlibet diuerſarum præpoſitionũ diuerſos habitus ponit. Qua propter nominẽ comprehenſionũ in illa artis definitione non debent intelligi habitus ſed vt veriſimile cẽſent ipſi Conimb. 19 certę regulæ, aut propoſitiones traditæ in arte, vt ſenſus ſit, artem eſſe habitum, qui verſatur circa collectionem regularum certarum ad vnam aliquam materiá ſpectantium, non quidẽ vná numero vel ſpecie, ſed genere. In qua definitione ſermo nõ eſt de ſciẽtia diuina, quia in Deo nihil eſt per modum habitus, vt ſuperius vidimus: cõprehendi tamẽ poteſt ſcientia angelica, licet qui eam definitionẽ tradiderunt de ſola humana cogitaſſe videãtur. Vnde ſoluta manet. 1. obiectio contra definitionem poſita. Ad. 2. R. ex D. Th. q. 57. art. 3. poſt Plat. 1. de rep. & Ariſt. 6. eth. c. 4. licet ars verſetur circa ea, quæ aliter ſe habere poſſũt, tñ circa ea tradit regulas quę nõ poſſunt aliter ſe habere, quod & intellectus per artẽ ipſá cognoſcit, & videt; & ideo recte ars vocatur cõprehẽſio, nõ autẽ ita vocari poteſt opinio, quia interdũ fallit, & nunquá remouet formidinẽ, an res aliter ſe habeat. Vnde ars non conſultat, vt docet Ariſt. 2. phy. c. 8. tex. 86. videlicet quaſi eius aſſenſus ſit dubius, ſed homo dubitans cõſultat, & per artem de faciẽdis certus fit. Ad. 3. obiectionẽ Reſpondẽt Conimb. artes maleficas, quæ certa habent cognitionẽ, licet vere & proprie ſint artes, ea tñ definitione nõ cõtineri, quia Stoici, quorũ eſt ea definitio, indecorũ iudicarunt, eas ſua definitione cõplecti. Sed non video cur cũ vere, & proprie ſint artes, imo & virtutes, debuerint excludi ab ea definitione, maxime cum earũ vſus bonus eſſe poſsit, nõ omnis ſed aliquis, furari ex arte furandi malum eſt, ſed ex arte furandi cauere fures optimũ. Adde quod ars non reſpicit bonũ morale, ſed naturale, quale eſſe poteſt in vſu artiũ maleficarũ, redundat enim aliorum malum & damnum in cómodũ & vtilitatẽ artificis vel aliorũ, in quorũ gratiá exercet ſuá artẽ. Vide Medi. q. 57. a. 3.

20 Sed omiſſa illorũ antiquorũ definitione, ad definitionẽ artis ſtricte ſumptæ traditá ab Ariſt. 6. Eth. c. 4. veniamus, *Ars*, inquit, *eſt habitus vera cũ ratione factiuus, ſeu recta ratio rerum factibilium.* Factibilia appellat, quæ fiunt per actionem tranſeuntem in externá materiá, vt domus, & ideo ait, artẽ non verſari circa actionẽ, ſed circa effectionem: quod D. Th. q. 57 a. 3. ad. 3. & art. 4. in corp. & a. 5. ita interpretatũr, vt videatur ſentire, ſolas artes mechanicas, ſiue quæ verſantur in operationibus tranſeuntibus, & in exteriori materia, cõprehẽdi ſub eo genere virtutis intellectualis, ꝙ Ariſt. eo loco artẽ vocat. Nec tñ explicat D. Th. ſub quo ná alio genere cõpḣẽdãtur ex mẽtę Ari. artes liberales, quas cõſtat, inquit Valẽ d. 5. q. 3. pũ. 2. *nõ eſſe ſciẽtias, & multominus, aliquẽ intellec*

tualem habitum præter artem, vt gramatica, v. g. Propterea exiſtimat, vel illa diuiſione. Ariſtotelem ſolum voluiſſe memorare intellectuales habitus, qui vulgo ſolent eſſe notiores, & ideo prætermiſſas eſſe artes liberales: vel potius (quia Philoſophus non tractauit alias ex inſtituto de huiuſmodi habitibus) diuiſioně quidem eſſe bonam & ſufficientem & nomine artis ibi liberales quoque comprehendi. Videtur enim ibi appellare habitum effectiuum omnem illum habitum intellectualem, qui habeat has duas conditiones: prima, vt nõ conſideret aliquid vniuerſale, & neceſſariũ. Verſatur enim (inquit) ars circa ea quæ eſſe, & non eſſe poſſunt, quorũ principium eſt in eo qui facit, nõ in eo quod efficitur, ac proinde ſentit, nõ verſari circa aliquid ſcibile, aut demonſtrabile, ſed circa aliquid particulare, & eiuſmodi, vt nunquam ex ſolis principijs naturalibus perſe & ſecluſo caſu fortuito, fiat, ſed machinatione quadam humanæ rationis & arte, ac proinde ſit ens perſe artifitiale, cuius principiũ ſit in ſolo efficiente per quamdam ſcilicet rationis molitionem & ſolertiam, quam quis vel ſua ſponte adinuenerit, vel ab alio didicerit. 2. vt habitus in ſua operatione non ſpectet rectitudinem ipſius hominis operantis, ſed abſolute rectitudině aliquam ipſius operationis ſecundum ſe, ſiue ea operatio ſit tranſiens in exteriorem materiam, vt ædificatio ſiue immanens, vt congrua, & recta locutio ex arte gramatica, nam per hoc diſtinguetur ſufficienter talis habitus à prudentia, quæ ita verſatur circa actionem immanentem, vt in ea ſpectet rectitudinem & bonitatem ipſius operantis.

21 Addit Valentia artes illas liberales, quæ ſcientiæ non ſunt, nomine artis fuiſſe ab Ariſtotel. comprehenſas, quia licet proprie non ſint artes, reuocantur tamen ad artes proprie dictas propter ſimilitudinem quam cum illis habent, ob quam etiam artes nominantur, atque hanc additioně videri ex měte D. Tho. quæſt. 57. artic. 3. ad. 3. vbi ait, non oportere, ſi liberales artes ſint nobiliores magis eis rationě artis conuenire & ſecundum hanc doctrinam, inquit, Valentia non tantum. 5. ſed. 6. ſunt genera virtutũ intellectualium, ſcilicet illa quinque quæ expreſſe numerauit Ariſt. & ars liberalis, quã voluit etiã ſubintelligi vocabulo artis.

22 2. Addit dici poſſe, artem quã ibi Ariſt. definiuit, eſſe habitũ cum vera ratione factiuũ, vere eſſe genus quoddã ad artes quæ verſanť in exteriori materia ideſt, mechanicas & ad artes liberales & hoc. 2. eſſe verius & magis conſentaneum Ariſt. Itaque nomine artis liberales quoque directe comprehendiſſe. Alij tamen magis conſentanee Ariſt. & D. Tho. docent, artes liberales ſcientiæ nomine comprehenſas: agunt enim etiã de vniuerſalibus, & neceſſarijs, & ideo Conimbricenſis ſupra dicunt, Accipitur autem hic ars preſſe alioqui etiam ſcientiæ tam cõtemplatiuæ, quam practicæ, artis nomine comprehenduntur, & quidem gramaticam logicã & Rhetoricam geometriã, & ſimiles, quæ artes liberales dicuntur, omnes vocant ſcientias rationales & mathematicas, & de logica quidem fatetur his verbis Valentia poſt. 2. illam conditioně, atque ex his poteſt intelligi falſo quoſdam dicere, logicã eſſe artem qualě illo loco Ariſt. definiuit. Non eſt ita, ſiquidě cõſiderat ſuum obiectum, vt vniuerſale & demonſtrabile & habet obiectũ in primis naturale, licet ſtudio & diſciplina perficiatur, vt patet in his, qui ante inuentam doctrinam logicæ, ſcientias naturales rectis operationibus intellectus aſſecuti fuerunt. Conimb. etiam in Ethicis, d. 8. q. 1. artic. 1. diſtinguunt dialecticam ab arte, & Oroncius lib. 12. c. 10. docet, grammaticam logicam, & Rhetoricam non eſſe proprie artes ſed ſcientias.

Vazq. d. 85. c. 1. nu. 5. ait, Mathematicas itẽq. grammaticã, rhetoricã & logicam, eſſe vere ſciẽtias, quia tractant de rebus vniuerſe. Itẽq. artes liberales, & vere artes, quia ordinantur ad aliquid efficiendum, mathematica enim faciũt aſtrolabia, horologia cantus & logica ſyllogiſmos &c. & probatur eſſe artes ex Ariſtot. 6. ethic. c. 4. dicente, at vero circa generationem ars omnis verſatur, & inuentionem cõtěplationě ve, quo nam modo fiat eorum aliquid, quæ & eſſe & nõ eſſe poſſunt, quorũ principiũ non in eo quod efficitur, ſed in ipſo eſt efficiěte. Nam neq. eorumquæ neceſſario fiunt, eſt ars, nec eorum quæ fiunt ſecundum naturam. Hæc enim in ipſis habět principiũ. Docet item Vaz. omnem artem eſſe ſcientiã formaliter practicã & ſpeculatiuam. 23

Sed dub. 1. quomodo ars poſſit eſſe virtus intellectualis, cum ars & prudentia verſentur, circa contingentia quæ aliter ſe habere pñt, vt docet Ariſt. 6. ethic. c. 4. Vnde D. Tho. q. 57. a. 4. ad. 2. ea ratione dicit eas eſſe in parte opinatiua animæ. Item aliquæ artes ſunt malæ, vt mentiendi adulandi &c. ergo non ſunt virtutes. Ad. 1. arg. aliqui dicunt, artis nõ eſſe iudicare, ſed præcipere, & ideo licet ars circa contingentia verſetur, in quibus certitudo eſſe non poteſt, virtutem intellectualem eſſe poſſe, ſed hoc nõ placet, quia licet in intellectu ſit imperiũ diſtinctũ à iudicio, vt to. 1. vidimus, tñ artis & prudentiæ ſolum, vel potiſſimũ opus eſt iudicare, omnis. n. intellectualis virtus ſecundum Ariſtot. 6. Ethicor. capitul. 3. habet verum à falſo diſcernere, ſeu verum, affirmando, vel negando dicere. Vnde 24

aliter. R. circa cõtingentia, & variabilia certum, & euidens iudicium ferri poteſt, vt ꝙ quod opus morale, vel artificiale ſic aut ſic fieri debeat poſitis talibus aut talibus materia, & circũſtantijs, & ita inter virtutes intellectuales ars numeratur ab Ariſt. 6. eth. cap. 4. & 1. de partibus animal. c. 1. D. Tho. & alijs q. 57. a. 3. ¶ Ad. 2. varie. Reſpon. Med. quæſt. 57. art. 3. breuiter dicimus, noſſe quomodo malum fieri poſſit, ſine intentione aut periculo illud efficiendi, malum non eſſe, ſed bonum, & à Deo imo, & in Deo eſſe.

25. Dubio. 2. Dub. 2. an ars & ſcientia practica ſint habitus, & virtutes diſtinctæ. Aliqui dicunt eſſentialiter diſtingui, quia ſcientia practica verſatur circa vniuerſalia, & ideo habet certitudinem ex medio per ſe neceſſario, ars vero circa ſingularia verſatur, ideo habet certitudinem ex medio neceſſario per accidens, vel ex circunſtantijs occurrentibus, quæ conſiderandæ, ſunt ne hic, & nunc erretur: ſimul autem debent applicari regulæ vniuerſales traditæ à ſcientia practica.

Alij tenent ſcientiam practicam, & artem eſſe eundem habitum, & eandem virvirtutem. Mayrones. 3. diſt. 33. quæſt. 1. artic. 11. Suarez. 3. parte tom. 1. diſput. 25. ſection. 2. Conimb. quæſt. 1. & 2. proœm. logicæ, & alij recentiores. Probant. 1. quia ſcientia practica, licet immediate verſetur circa vniuerſalia; mediate tamen verſatur circa ſingularia imo omnis ſcientia hoc habet, quæ enim probat omnem hominem eſſe riſibilem probat Petrum eſſe reſibilem, aſſumendo hominẽ. idem autem habet ars. 1. enim tradit regulas generales deinde illas applicat ad ſingularia. Vnde Ariſtot. 1. met. cap. 1. fit ars cum eſt multis experimentalibus conceptibus vna de ſimilib. vniuerſalis opinio fiat, & infra. Cauſa vero eſt, quod experientia ſingularium; ars autem vniuerſalium cognitio eſt: & 1. Rhetor. ad Theodoctem cap. 2. cumque ars nulla conſideret ſingularia vt medicina, quid Socrati autem Calliæ ſalubre ſit, ſed quid tali, vel talibus (id enim artificioſum eſt) ſingularia autem infinita ſunt, & ſcientia nequeunt contineri, &c. & ibidem Ariſtot. Rhetoricam, Logicam, Medicinam, & alias eiuſmodi ſcientias artes quoque appellat, & D. Thom. 6. Ethic. lect. 3. artes confundit cum ſcientijs practicis, & de his etiam ait, verſari circa contingentia in particulari: ergo ars non diſtinguitur a ſcientia practica, quod ars ſingularia, ſcientia autem practica vniuerſalia conſideret: item Ariſtot. 6. met. cap. 2. ædificatiuam inter ſcientias factiuas ponit. Eandem vero vocat artem. 6. ethi. cap. 4. Item cognitio artis eſt certa, & euidẽs, ſed nõ eſt immediata, quia ſic ad habitũ principiorum pertineret: ergo mediata, & ſic per demonſtrationem: demonſtratio autem eſt ſyllogiſmus faciens ſcire. 1. poſt, & ſcientia eſt habitus demonſtratiuus. 6. Ethic. c. 4. ergo ars vere eſt ſcientia. Item ſcientiæ non ſubalternatur niſi ſcientia, ſed multæ artes vt chirurgica ædificatiua, & ſimiles ſubalternant geometriæ, quæ eſt ſcientia: ergo artes ſunt ſcientiæ. Confir. quia in omnibus artibus videmus fieri demonſtrationes à priori, & poſteriori, & ſignis erga ſunt ſcientiæ, quia vel propter quid. Confir. ex Ariſtot. 1. met. cap. 1. vbi ait ſcire, & cognoſcere, magis arti quam experientiæ arbitramur ineſſe ac eos, qui artem tenent, quam eos, qui experientiam habent, ſapiẽtiores eſſe putamus, quoniam illi quidem ſciunt cauſam hi vero minime: exparti etenim ſciunt quidem quod eſt, propter quid autem neſciunt illi vero propter quid, & cauſam cognoſcunt: ergo artifices præſertim architecti ſcientes ſunt, & ars ſcientia ad quod multa alia in eodem c. continentur, vnde, & ibi ſcientiæ mathematicæ vocantur artes.

Obijcies, quia Ariſtot. 6. Ethic. cap. 4. numerans virtus intellectuales ſcientiam ab arte diſtinguit: ergo ars ſecundum Ariſtot. non eſt ſcientia. Vnde 1. met. cap. 1. ait, dictum autem, & in moralibus eſt, quæ ſit artis, & ſcientiæ differentia. Reſpondent aliqui Ariſtot. eo loco de ſcientia ſpeculatiua loqui, quæ ab arte, & ſcientia practica factiua diſtinguitur, ſed hoc gratis dictum videtur. ¶ Alij Reſpondent non intendiſſe Ariſtot. ex æquo diſtinguere ſcientiam, & artem, ſed tanquam ſuperius, & inferius, idem dicunt de prudentia, & ſapientia quas ſcientiæ ſpecies arbitrantur. ¶ 3. Reſpon. Ariſtot. diſtinxiſſe ſcientiam, & artem ſtricte ſumptass, quia ſimpliciter, & in communi modo loquendi ars tantum dicitur habitus, qui regulas generales applicat particularibus, ſolum, vel ſimul colligendo eas per experientiam, ſcientia autem dicitur quando à priori eas colligit, ſiue deſcẽdat ad particularia ſiue non: idem proportionaliter dicendum de prudentia, & ſcientia morali, vt inferius videbimus. difficul. 3. 26.

Dub. 3. V. veritas artis pendeat ab appetitu. R pendere ab appetitu tanquã à miniſtrante 27. finẽ & materiam circa quã: nam ars eſt recta 3. Dub. ſeu vera ratio faciendi quod volumus, ſiue id malum ſit ſiue bonũ moraliter, vel ad cõmunes vſus, vt ſi volo domum alicuius deſtruere, vel domũ cito caſurã, vel alios defectus habentẽ: facere aut res pulchras vt turpes pingere aut malos ſyllogiſmos cõficere: totum hoc ex arte fit, at veritas prudentiæ pendet ab appetitu recto, vt à miniſtrãte finem, & materiã circa quam, quia prudentia eſt recta ſeu vera

ratio agendi id quod recte volumus,hoc diſ-
crimen inter artem,& prudentiá attigete D.
Tho.Contra d.Med.& Caiet.q.57.a.3. & a.5 ad
3.Valé.diſp.5.q.3.punct.2.diffic. 2. Ariſt.6. eth.
c.2.D.Th.3.d.33.q.a.arti.1. quæſt.3.ad. 6. aliqui
dicunt veritatem artis,& prudentiæ pendere
ab appetitu quoad exercitiũ non quoad ſpe-
cificationé:ſed certe nec quoad exercitiũ pé-
det omnino ab appetitu actuali. Ná dictamé
de agendis, vel faciendis antequam quicqué
facere velis,artis aut prudentiæ eſt:ſemper tñ
inuoluit ordinem ad voluntatem , & eſt rec-
ta ratio agendi,vel faciendi,quæ vel iam vo-
lumus:vel velle poſſumus, quæ dictat quo-
modo fient, ſi velimus. Vnde magis pendet
hæc veritas quoad ſpecificationé ab appetitu
quam quoad exercitiũ , quia ſpecificatiu eſt
ab obiecto obiectum auté prudentiæ , & ar-
tis eſt volitũ aut volibile : ergo voluntas quo
dámodo ſpecificat hanc veritaté:ſemper auté
veritas iſta ſumit ex cóformitate ad ré ipſam
ſi enim res quá volo,ita fieri debet,verum eſt
dictamé intellectus;alioqui vero falſum eſt.
Vide Scot.1. d.36.q.vn.§.licet iſtud vbi probat
veritaté prudentiæ à reb. nõ ab appetitu rec-
to deſumi, licet dicat ordinem ad appetitum
rectificandũ. Vide etiam Med. q.57.a.4. Veri
tas vero ipſorũ arte factorũ ſumitur ſm̃ Moli.
1.p.q.16.diſp.1. in ordine ad ideá artificis , ſed
28 Dub.4. de hoc alibi. ¶Dub.4.in quo genere cauſæ ars
cõcurrat ad opus artificioſũ. Cócurrere in ge
nere cauſæ efficientis certũ eſt,quia eſt habi-
tus recta cũ ratione factiuus. 6.ethi.c.4.6.me-
taph.c.1.& alibi ſæpe.Conf.quia ars eſt ſcien-
tia practica vt diximus:ergo operatiua.Certũ
etiá eſt non cauſare quicquá aliud niſi me-
dio ſuo actu elicito,ſcilicet cognitione prac-
tica, ſed quomodo p ſuũ actũ cauſet alia,nõ
cõſtat.3.Certũ eſt, non mouere voluntaté re-
pręſentando ei bonũ,quia hoc nõ pertinet ad
arté,ſed ad prudentiá verá,vel apparenté,qua
lis eſt prudentia carnis,vel ſæculi , ſed mouet
aliqñ voluntaté oſtendendo,qua ratione ali-
quid fieri poſſit:ex hoc enim voluntas incho-
are,vel proſequi ſolet actũ volédi id fieri,pro
babile auté eſt tũc mouere voluntaté nõ ſolũ
finaliter, vel directiue , & applicatiue ſeu ap-
plicando obiectũ accõmodatũ voluntati, ſed
etiá p modũ veræ cauſæ phyſicæ p ſe efficien
tis,ſi auté volitio p ſe effectiue phyſice mo-
uet corpus,id ipſũ mediáte volitione efficiet
ars,& cóſequéter artificiata, quæ vel ſunt mo
tus corporis vt ſaltatio,vel medio motu cor-
poris fiũt , vt domus vineæ, olíueta, &c.Pro-
babile etiam eſt formá artis non ſolum exem
plariter,& directiue,ſed effectiue phyſice pſe
& nõ ſolũ moraliter ſeu cõmuni more loqué
di hominũ cõcurrere ad ipſum motũ localé,
vero.1.tract.5.dictũ eſt,& mihi nunquam pla
cuit ꝙ dicũt,aliqui eſſe p ſe tm̃ ab aliqua poté

tia executiua diſtincta ab intellectu,& volũ-
tate ſenſib.internis,& appetitu:fruſtra.n.fingi
tur talis potentia cum abſq. illa recte omnia
ſaluari poſſint:ſiue auté voluntas ſit potentia
executiua motus localis,ſiue non:tñ in ſenté
tia D.Tho.1.p.q.117.a.4.in corp.& ad.1. no põt
niſi ſupnaturaliter mouere corpus,ꝙ non in-
format,& ita ſeparata nullum corpus poterit
naturaliter mouere,quod tñ alij quidá docto
res nõ recipiũt :& ſiue ponat potétia executi-
ua diſtincta à cognoſcitiuis,ſiue non,dico nũ
quá notũ inchoare nec continuare,quidquid
aliqui dicant, ſine actib. elicitis potentiæ ap-
petitiuæ,& cognoſcitiuæ hñtib. motũ ꝓ ob-
iecto,licet,interdũ appareat continuari mo-
tũ ſine illis, quia in illos non reflectimur , &
quia ſunt tenuiſſimi .Quomodo auté intelli-
gatur, quod dicit D.Th.1.p.q.82. a.4. & de ve-
rit.q.22.a.12.voluntaté mouere intellectũ , &
cæteras potentias p modũ agentis ſeu effecti
ue,to.etiá.1. dictũ eſt:hic ſolũ nota quoſdam
effectus in nullo euẽtu poſſe fieri ſine arte,&
hos eſſe eſſentialiter artificiales , alios poſſe
fieri à natura & arte, & hos eſſe accidẽtaliter
artificiales ¶Dub.5.V.ars ſit in cogitatiua tan
quá in ſubiecto.Caiet.q.57. a. 4. qué ſequitur 49. Dubio. 5.
Med.ibi.ait arté,& prudentiá primario eſſe in
tellectiua,ſecũdario in cogitatiua , quia ſunt
circa ſingularia,circa quæ directe ſola cogi-
tatiua verſatur:intellectus. n. non cognoſcit
directe ſingulare.Probat ex Ariſt.6.eth.c.5.di
cente,prudétiũ eſſe in opinatiua parte animę
quia eſt de ijs, quæ aliter ſe habere pñt , quæ
ratio etiá in arte locũ habet,vnde D.Th.q.57.
a.4.ad.2.nõ ſolá prudentiá,ſed etia arté ponit
in parte animæ opinatiua, ideſt cogitatiua vt
explicat D.Th.6.eth.lect.4.in fine.Hæc Caie.
nõ vult auté habitũ,qui eſt in intellectu eũdé
ſm̃ ſe eſſe , etiá in cogitatiua neq. id verũ eſſe
põt,quia vnũ accidés nõ eſt in duob.ſubiectis
pręſertim ita diſtinctis vt vnũ ſit corporeũ,a-
liud ſpirituale,& nõ faciétib.aliquid p ſe vnũ.
Sed vult in cogitatiua reſpõdere prudétiæ, &
arti exiſtentib.in intellectu aliquos habit⁹ ſi-
miles ſeu ꝓportionales , quod commune eſt
omnib.habitib.intellectualib. ad idq. imper-
tinens eſt,quod ſola cogitatiua,& non intel-
lect⁹ cognoſcat directe ſingularia de quo ſũt
variæ opiniones in philoſophia.Sed male A-
riſto.explicatur, vt nomine partis opinatiuæ
intellexerit cogitatiuá,nec D. Tho. 6. eth.ita
Ariſt.interpretatur,quin potius ſignificat par
té opinatiuá in intellectu eſſe , quod , & ipſe
Ariſt.indicat,& ita illũ interpretatur D.Tho.
q.79.a.9.ad.3.vt ipſemet Caiet.citat,quod ve-
ro in cogitatiua ſunt aliqui habitus prudétiæ,
& arti reſpõ. cõſonat eſt D.T.q.56. a.5. vbi in
virib. ſenſitiuis interiorib. collocat aliquos
habitus ex Ariſt.lib.de mem.c.3.ducéte in me
motádo vnũ poſt aliud opari cõſuetudiné, &

Digitized by Google

q. 50. art. 4. ad 3. ait eundem habitũ poſſe collorari in pluribus potentiis in vna per ſe & primario in alia vero ſecundario & ſecundum aliquem habitum illi proportionatum & q. 58. art. 3. ad 2. quando aliqua operatio pẽdet à duabus potentiis non poſſe eſſe perfectam niſi vtraq. per habitũ perficiatur: licergo ad prudẽter agẽdũ requirirur habitus in intellectu & in cogitatiua illi deſeruiente, quæ per habitum melius apprehendere aut etiã iudicare poteſt: determinatur enim habitu ad apprehendendum & iudicãdum quando alias id non poſſet facere.

30 Dub. 6. Dub. 6. Vtrum artes liberales ſint vere & proprie artes D.Tho. q. 57. art. 3. ad 3. diuidit artẽ in liberalẽ & mechanicam ſiue ſeruilem, et liberalem inquit verſari circa opera rationis vt ſunt Dialectica, Grammatica, Rhetorica, et. 4. Methematicæ: ſeruilem autem verſari circa opera per corpus exercita. Vbi etiã ait propterea dici ſeruilem, quia cum corpus ſit ſeruus animæ, artes, quæ exercentur corpore dicũtur ſeruiles; anima autẽ eſt domina corporis et libera, vnde artes quę anima exercentur, dicuntur liberales, has ait eſſe tantum artes per quandam ſimilitudinem, quia aliquid habent per modum operis, Dialectica enim conſtituit ſyllogiſmos, Grãmatica congruã orationẽ, etc. Quod etiam Caiet. q. 75. ar. 3. et 2. 2. q. 47. ar. 2. circa 3. Sotus q. 4. procœmiale Logicæ. Vnde ſecundum D.Tho. iſta diuiſio artis videtur analogi in analogata. Et conf. nã ars definitur recta ratio aliquid faciendi. 6. Ethic. c. 4. et 5. 1. magn. moral cap. vlt. 9. Metaphy. c. 2. Sed ſola opera externa dicũtur factibilia: quod aliqui probant nã facere et efficere afacie dicitur, quaſi ſit faciem figurã ſeu aliquid aliud extrenũ facere, ſed melius probatur ex D.Tho. q. 57. ar. 5. ad 3. 2. 2. q. 134. a. 2. 6. Met. lect. 1. lit. c. et li. 11. lect. 7. et 6. Ethic. lect. 3. quibus locis docet facere licet late ſumptũ extẽdatur ad opera interna: proprie tamẽ ad externa tãtũ ptinere, et hæc eſſe obiecta artis

31 Alij dicunt, etiã artes liberales eſſe vere et proprie artes et diuiſionẽ artis in liberalẽ et ſeruilẽ eſſe generis in ſpecies, quoniã Ariſt. 6. met. c. 1. virtutes practicas diuidit in factiuas et actiuas, per factiuas intelligens omnes artes et ſciẽtias practicas nõ morales p actiuas, vero prudẽtiã et ſcientias morales, et 6. et h. c. 4. ſolos duos habitus practicos ponit artẽ et prudẽtiã, ſed artes liberales nõ intelligũtur nomine prudẽtiæ; ergo artis et. 1. Rhe. ad Theodect. c. 1. et. 2. et 1. Elenchorũ. c. 11. et li. 2. c. vlt. et 8. Top. c. 2. et li. 11. met. c. 1. omnẽ ſciẽtiã practicã diuidit in actiuã. Ideſt moralẽ et factiuã, ideſt nõ moralẽ, ſeu artẽ: ergo ſm Ariſ. omnis habitus practicus nõ moralis eſt vere et pptie ars, nec refert ꝙ quædã artes verſentur circa opera interna, aliæ circa externa: nã opus vni uoce dicitur de interno et externo: ſimiliter ars vniuoce dicitur de ſeruili & liberali, maxime cũ hæc circa opera externa etiã verſetur, nã ſyllogiſmi vocales et ſcriptæ, orationes elegãtes et cõgruæ locutiones opera externa ſũt quę à Logica, Grãma. et Rhetor. fiunt. Nec refert quod operationes hæ externæ nihil per manẽs aliquãdo relinquant, nã aliquæ artes mechanicæ idẽ habẽt vt ars citharizãdi, quæ propterea magis actiuę quãfactiuę appellãtur ab Ariſt. 1. mag. moral. facere ſumens nõ pro qualibet actione externa, ſed traſmutatiua alterius & relinquente poſt ſe opus vt & 9. Met. c. 2. quod etiã notat D.Tho. ibi. lect. 2.

Q. iſta de nomine eſt nec multũ refert quod ſic vel ſic dicamus. Porro Conimb. in logica. q. 2. procœm. a. 1. diuidunt artes in reales & ſermocinales. ex Plato. in ſophiſta. & 10. de rep. Ariſt. 2. Phy. tex. 24. Alcinoo lib. de doctri. Platonis. c. 7. Laertio. li. 2. Ammonio in iſagogẽ Porphyrij Iſid. 1. etimolog. Hugo. 2. Didiſcalõ Richar. tract. de exceptionib. Alb. 1. Ethi. c. 10. Eugub. 1. de perenni Phil. c. 2. Nomine ſermonis etiã interior cõprehẽditur. Sermocinalis diuiditur in Gramaticã, Logicã, ſeu Dialecticã, & Rheto. ſub hac Poeticã cõprehendi docẽt Conimb. qui eiuſdẽ q. a. 2. artẽ diuidũt in practicã & Theoricã, ſeu contẽplatiuã. Sciẽtia quidẽ ſic diuiditur ab Ariſt. 8. Top. c. 2. & li. 2. Meta. c. 1. tex. 3. & 6. Met. tex. 4. ſed ſciẽtiã ſpeculatiua nõ eſt proprie ars vt diximus. Practica ſcientia, ſeu ars diuiditur in agentem & facientem: agens in Ethicã œconomicã & Politicã. Politicæ quinq. potiſsimũ numerantur ſpecies, monarchia Ariſtocratia, Democratia Oligarchia, & Regimen ex his mixtũ. De hac diuiſione vide Ariſt. 3. Polit. c. 5. & 1. Rhet. c. 8. D.Th. 1. de regimi. princ. c. 3. & dicemus trac. de legib. ſub ſciẽtiis ſeu artibus effectiuis ſermocinales ſeu rationales cõprehendũt Conimb. Efficientes dicũt interdũ accipi proijs tantũ quarũ opus poſt effectionem manet, vt domus pictura, &c. quæ vſurpatio inuenitur apud Ariſt. 1. mag. moral. c. 33. & 6. Eth. c. 4. & 5. & ſic ſermocinales non ſunt effectiuæ, licet ſint practicæ, eædem etiã ſunt artes liberales vt et Arithmetica. Muſica, Geometria, Aſtrologia, ſeruiles autem ſeu mechanicæ Agricultura, venatoria, Militaris, Fabrilis, Chirurgia Textoria, Nautica. Quæ omnes his verſibus cõtinentur: lingua, tropus, ratio, numerus, tonus, Angulus, aſtra. Rus, nemus, arma, rates, vulnera, lana, faber. Præter has ſunt aliæ multæ, vt ars palæſtrę & ars pingendi, quas ſcribit Ariſt. 8. polit. c. 3. fuiſſe communes diſciplinas, quibus olim pueri inſtituebãtur, ſed cõmuni vſu ars militaris & aliæ non nullæ, quæ ſpeciem quandam maioris dignitatis obtinent mechanicæ non vocantur. Qui fuerint primi artium inuentores, refert

Athan. oratione contta idola, Clem. 1. Strom.
Ioſeph. 1. antiquit. cap. 2. Heliodor. lib. 2. Stra-
bo. vlt. gerg. Plin. 7. hiſto. cap. 56. Poly dor. lib.
de inuent. ret. Diod. 2. antiquit. c. 2. Euſeb. 1.
præpar. c. 2. & lib. 11. cap. 1.

33 Habitus primotum principiotum agibi-
liũ & factibiliam ars late vocari poteſt, ſed
preſſe ſolus habitus iudicans de agendis vel
faciendis vocatur ars. Principia hæc magna
ex parte habita ſunt per experientiá, vt quod
Rheubarbarum ſit purgatiuum cholotæ, vn-
de medicina colligit, adhibendũ eſſe ad cho-
leræ purgationem. Multa ſiue arte fiunt ex ra
tione, quæ ipſiusmet artis principium eſt. Vn
de Ariſt. 1. Meta. cap. 1. *genus hominum arte viuit
& ratione.* Et Galen. 1. de vſu partium eos lau-
dat, qui vt Ariſtoteles manum quaſi organũ
quoddam eſſe ante organa dixit, ita ipſi ra-
tionem veluti quandam artem eſſe ante om
Virgil. nes artes, aſſeruerunt. Rationem acuit neceſ-
ſitas. *Duriſq. vrgens in rebus egeſtas. Vexatio dat
intellectum.* Plura de origine & vtilitate artiũ
leges apud Conimbr. q. 1. procem. Logicæ. a. 1

SECTIO. IIII.
De Prudentia.

34 PRudentiæ nomen ductum vide-
tur à porro videndo nam Iſid. 10.
Etym. cap. 5. *prudens*, inquit, *dici-
tur, quaſi porro videns; perſpicax enim
eſt & in certorum videt caſus.* Phroniſim Græci
vocant à phronim, quod eſt ſapere & cogita
re cum affectu. Accipitur. 1. generatim pro
omni notitia veri præſertim quæ aliquomo-
do ad recte viuendum pertinet, ſic Amb. 1. de
offi. cap. 24. dixit, *prudentiam in veri inueſtiga-
tione verſari, & ſcientiæ plenioris infundere cupidi
tatem.* Vt notat D. Tho. 2. 2. q. 47. art. 2. ad. 2. ſic
ſæpe in ſcripturis vocatur ſapientia Eccleſ. 3.
& 33. Ptouerb. 3. & 8. Sapientiæ. 6. & alibi. Se-
cundo ſpeciatim pro notitia ptoxime motũ
directrice. Hanc mirifice laudat Ant. Abbas
apud Caſsian. coll. 2. cap. 2. Ambroſius. q. 1. de
offi. c. 27. vbi ait prudentiam eſſe fontem of-
ficij: quod non eſt ita intelligendum vt ſine
prudentia virtute nullum opus poſsit eſſe bo
num. Nam prudentia virtus eſt habitus cer-
tus & euidens: ad rectam autem operationẽ
ſatis eſt cognitio ptobabilis vt tract. de con-
ſcientia & tract. de bonit. & mal. hum. act. di
ximus: ſed probabilis agendorum opinio pru
dentia etiam vocari ſolet, ſic acceſſus Iacob
ad Liam ex ptudẽtia proceſsit, Geneſ. 29. nec
oportet fingere habuiſſe hoc iudicium eui-
dens. accedere ad hanc eſt mihi licitũ & ho-
neſtum, quia probabile eſt eſſe meam. Sed
ſimplicìter putauit, acceſſum eſſe bonũ, quia
illa erat ſua. Sic etiam multi recte agunt qui
tamen non habent iudicium euidens & ideo
poſtea facile dubitant, an tunc id eſſet agen-
dum. Quod ad monuerim, quia leſsius. 1. lib.
cap. 1. dub. 1. videtur ad omnem honeſtam ac
tionem requirere iudicium euidens elicitũ
à virtute prudentię. Quæ quidem *definitur ab
Auguſtino lib. 83. quæſt. q. 61. & 1. de lib. arb.* c. 11.
cognitio rerum appetendarum & fugiendarum & 35
neutrarum: a Tullio. 2. Rhetoricæ *rerum bo-
narum & malarum, verarumque ſcientia*: & à iu-
risconſulto in lege iuſtitia. §. iuriſprudẽtia. ff.
de iuſtitia & iure, & inſti. eodẽ. §. 1. *diuinarum
humanarum quererum notitia, iuſti atque iniuſti ſci
entia*: quas omnes definitiones commemorat
Oroncius lib. 12. c. 13. ſed ab Ariſt. 6. Ethic. c. 5.
D. Tho. 2. 2. q. 47. art. 3. definitur *recta ratio re-
rum agibilium ſeu habitus verus, aut cum vera ra-
tione actiuus, circa* ea quæ & bona & mala ho-
mini ſunt & antea dixerat prudentis viri eſſe
ptoprium poſſe conſultate recte de ijs, quæ
ſibi ipſi bona ſunt, atque vtilia. Ex quo colli-
git Valentia id quod antea docuerat, nempe
in hoc differre prudentiam ab arte quod pru
dentia reſpicit particulare agibile vt bonum
ipſius operãtis, & proinde in actione etiam
immanẽti verſatur vt proprie immanens eſt,
ipſumque operantem afficit, ars vero opera-
tionem reſpicit (ſiue ea immanens ſiue tran-
ſiens ſit) non ptoptie vt è bonum ipſius ope-
rantis atque adeo neque proprie vt immanẽs
vel tranſiens, ſed vt abſolute è bona & recta
in ſe iuxta normam ipſius artis, ac propterea
quoque dixit Philoſophus illo cap. 5. *artis eſſe
virtutem*: quia ſcilicet vt bene quis vtatur ar-
te, & opus ſit faciat ſibi ipſi bonum, iuuatur
adminiculo virtutis moralis, quod totum, ait
docuiſſe D. Tho. q. 57. ar. 3. in corpote & ad 2.
itaq. ptudentia (inquit Valẽ.) vt Philoſophus
ibi & D. Tho. att. 4. docent, partim conuenit
cum arte, partim ab ea differt. Cõuenit, quia
vtraque verſatur circa patticulare aliquid
quod poſsit aliter ſe habere, differt autem
quid ars in factione vel actione nõ vt eſt bo
num operantis, ſed vt eſt recta ſecundum ſe
proprie verſatur, prudentia vero verſatur in
actionibus immanẽtibus vt immanẽtes ſunt
& vt conuenit illis recte & congruentur ab
homine exerceri, quatenus eſt ratione præ-
ditus & operatur propter finem. Hęc Valẽtia.

36 Cui conſonant non tantum Oroncius li.
12. cap. 10. ſed alij dicentes prudentiam & ar-
tem conuenire, quia vtraque verſatur circa
ſingularia, & de prudentia id docuit Ariſto.
6. Ethic. cap. 7. & 8. Vtraq. ſe extendit ad opus
vtraque eſt regula voluntatis & operationũ
externatũ: differunt tamẽ quia cum duo poſ-
ſint conſiderari in operatione externa. 1. ho-
neſtas

neſtas & rectitudo moralis. ¶2. quidã rectus, & conueniens modus efficiendi, vtraque ratione opus pendet ab interiori motione appetitus, & à directione intellectus: per artem ergo deſponitur intellus ad recte exercendas operationes exteriores ſecundum illam rectitudinem, quæ conſiſtit in quodam conſenſu partium. Per prudentiam vero ad exercendas operationes ſecundum honeſtatem, & rectitudinem moralem, quam doctrinam ex terminis, & ex cõmuni conſenſu notam exiſtimant.

37 Vnde colligunt.1.cur Ariſto.6.ethic. ca. 4. &.5. dixerit, artem eſſe rectam rationem factibilium, ideſt externarum operationum, prudentiam vero agibilium, ideſt internarũ: non eſt enim putãdum, prudentiam nullo modo verſari in operibus externis, cum re vera, de illis iudicet, & ad illa moueat, aut artẽ nullo modo verſari circa interna, nam illa quoque dirigit, ſed conſiderauit Ariſt. finem & veluti formam, quam perſe intendunt inducere virtutes iſtæ in operibus hominis, Ars enim præcipue intendit informare opus externum, internum, vero ſolum, vt habet vim mouendi ad externum, prudentia autem perſe.1. intendit efficere bonam volitionem & electionẽ à qua dimanat omnis bonitas ad exteriora opera.

38 2. Colligunt cur Ariſt.2. mag. mor. in fine dixerit, finem artis eſſe aliquid operatum manens præter actionẽ: prudentiæ vero finẽ nihil eſſe præter actionem: conſiderauit enim, ea, quæ ſunt perſe. Nam interdum etiam ars nihil relinquit præter actionem, ſed hoc accidit arti, vt ſic, quia cum verſetur in actione externa, quæ ex genere ſuo eſt tranſiens, habet relinquere aliquid operatum: verum, inquiunt, eſt Ariſtotelem his locis potiſſimum loqui de artibus mechanicis, quas vocat factiuas, quiaduę liberales, ſi proprie loquamur, magis pertinent ad ſcientiam practicam; licet, vt deſcendunt ad ſingularia, habeant rationem artis, Aliæ vero duæ, ſcilicet grammatica & Rhetorica, vel proprie non ſunt virtutes intellectuales, quia fundantur in fide humana, vel in hoc cum mechanicis cõueniũt, quod ad operationes externas potiſsimum referuntur.

39 3. Colligunt cur Ariſto. dixerit artem eſſe virtutem ſecundum quid, prudentiam vero ſimpliciter. Nempe quia illa non reſpicit honeſtatem, nec rectum vſum ſimpliciter: Hæc vero verſatur circa honeſtũ. vt ſic, & ad illud eligendum dirigit ac mouet, Vnde aduertunt prudentiã varijs modis vſurpari, & lata quadam ſignificatione comprehendere habitus quoſdam, qui non ſunt ſimpliciter virtutes morales, vt prudentia militaris & prudentia mercatoris, quæ in hoc cõueniunt, quod ſuppoſito fine vna quæque diſponit hominem ad eligendum medium proportionatum cõſecutioni finis, & tales habitus non ſunt virtutes, ſed interdum vitia, & interdũ habitus indifferentes, & quædam artes, quia de ſe nõ tendunt in bonũ honeſtum, vt ſic, vel in malum, illa vero quæ ad honeſtum finem, vt ſic refertur, ab Ariſt. & D. Thom. dicitur virtus ſimpliciter, quia licet nõ eliciat actus bonos moraliter, vt ſic, tamen illos regulat & dirigit, & ad illos mouet voluntatem, neque poteſt dictare de actu aliquo, niſi ſub ratione honeſti, vel vtilis ad finem honeſtum. Et licet formaliter non ſit virtus moralis, ſed intellectualis, tamen materialiter eſt virtus moralis, quia verſatur circa materias virtutum, vt ſic, vt docet bene Angeſt. in moral. c.11. par.1. notabili.1. Oroncius lib.12. capit. 21. Hæc illi, quibus quantum ad hoc, quod prudentia ſit ſimpliciter virtus, conſonant Oroncius, li.12. cap.10. & Conimbric. diſput.8. Ethic. quæſt. 1. artic.1. in fine dicentes prudentiam eſſe virtutem perfectam non autem moralem Philoſophiam, quia prudentia rectitudinem volũtatis requirit, & ideo bonum facit habentem &c. antecedens probant, quia de rebus moralibus in particulari non poteſt recte iudiciũ ferri, niſi voluntas ſit probe affecta, vt docet Ariſt.6. Ethic. cap.12. &.13. Cæterum ijdẽ Conimbricen. locis citatis ſolũ diſcernunt prudentia ab arte, quia licet prudentia externos actus regat, circa internos tamen, vnde exter ni manant, præcipue penſatur, & Angeſtus in moralibus cap.7. par.1. notabili.1. prudentiam, & artem diſtinguit dicens, agibile dici ſolet operatio libera tranſiens, factibile autẽ opus tranſeunte, operatione permanens, vt domus. Prudẽtia ergo eſt iudicium dictans aliquam operationem liberam eſſe faciendam cum circunſtantijs debitis ad bonitatem moralẽ, ars vero eſt iudicium dictans aliquod opus eſſe faciendum cum circunſtantijs requiſitis ad ipſius operis artificialis perfectionem.

Cæterum vt res iſta, quæ maxime eſt præſentis inſtituti, melius intelligatur, obſeruandum eſt, prudentiam dici omnem illum habitum, qui dictat euidenter, vel probabiliter, & inculpate de exercenda aliqua alia operatione interna, vel externa, pro vt vtilis, vel inutilis, bona vel mala eſt operanti, vel amicis, aut inimicis ipſius, aut denique alicui, neq. ſemper iudicium, vel dictamen prudentiæ reſpicit in actione exercenda honeſtatem, ſeu cõformitatem cum ratione: ſatis eſt dictare de aliqua naturali bonitate, vel commoditate, cui nulla turpitudo adiuncta appareat: raro enim homines reflexione illa ſupra rationem vtuntur: cum tamen non raro, ſed frequenter- 40

quēter bene moraliter operētur, quod tract. 7.&.8.ſæpius admonuimus & ſtatim ad.5.difficultatē cum Angelo Almaino docebimus, ars vero tantum attendit, quomodo res aliqua fieri poteſt; neque curat de honeſtate, nec de bono proprio, vel alieno. v. g. ars ſtatuaria tractat, quomodo ſtatua fiat, ſiue illam fieri, ſit vtile, ſiue inutile operanti, vel alijs; quod ſi quando de modo conſequendi aliquam vtilitatem, vel honeſtatem diſſeratur, non pertinet hoc ad artem condiſtinctā prudentiæ, ſed ad artem, quæ eſt prudentia, nam & prudentia dicitur ars quædam recte viuendi. Item ſi dictamen verū, & euidens, vel probabile, & inculpatū ſit de fine moraliter malo conſequendo, aut per malum medium, aut denique per fas, aut nefas aliquo obtinendo, habitus à quo tale dictamen profluit, nō tam prudentia, quam ſagacitas quædam dicitur, neque eſt virtus moralis, quia de honeſtate aut turpitudine non curat; eſt tamen virtus intellectualis reducta ad artem, vel ſcientiā practicam, quia eſt habitus verax: quādo vero dictamen eſt falſum, aut improbabile, & culpabile propter negligentiā in inquirenda veritate, pertinet ad vitium imprudentiæ.

41 Ex dictis patet, quomodo prudentia ab alijs virtutibus diſtinguatur. Nam à pure moralibus diſtinguitur, quia eſt in intellectu, ac proinde reſpicit verum, vt ſic aliæ vero in appetitu, ac proinde reſpiciunt formaliter bonum. Nec obſtat D.Tho.2.2.q.47.art.4.dicens quod prudentia reſpicit bonum non ſolum materialiter, ſed etiā formaliter. Nam omiſſa ſolutione Caiet. ibi & Leſſij lib.2.cap.1.dub.2 R. prudentiam reſpicere bonitatem, vt rationem formalem, quę, formaliſsime autem reſpicere veritatem, quia bonum reſpicit affirmando & negando, ac proinde, ſub ratione veri. Itaq. bonitas eſt ratio formalis obiecti prudentiæ, ſed formaliſsima eſt veritas, cuius cōparatione bonitas eſt materia. Dixi autem à pure moralibus, quoniam ipſa eſt quodammodo moralis, ſcilicet ratione materiæ, vt docent D.Tho.1.2.q.58 a.3.ad.1. Leſsius ſupra & alij communiter. A ſapientia differt, quia ſapientia eſt mere, aut præcipue ſpeculatiua, prudentia autem, vt ſic, eſt omnino practica licet forte, ſit eadem cum ſcientia, quæ ſimul ſit practica, & ſpeculatiua, vt poſtea dicemus. Ab intellectu, quia hic eſt habitus principiorum, prudentia autem ſtricte ſumpta eſt ſolum de cōcluſionibus, licet cognitio primi principij ſingularis, ſi quod detur de agendis, aliqualiter poſſit prudentia appellari, quæ tamen potius appellatur ſynderesis. A ſcientia, quia hæc, vt ſic, reſpicit vniuerſalia, de quibus ſolis eſt demōſtratio; quamuis probabile ſit, eandem vt applicatam ſingularibus, ſi ſit de agendis, eſſe prudentiam. Ab arte, quia ars eſt de factibilibus, prudentia vero eſt de agibilibus. Ideſt ars cōſiderat actiones externas, vel opera externa, vt habeant bonitatem independentem à bonitate actionis internæ: prudentia vero dirigit eas vt capiant bonitatem ab actionibus internis, ac proinde vt ſint honeſtæ, vt attigit Leſsius ſupra ſic exponens Ariſtotelem.6. Ethic.cap.5. A fide differt, quia eſt euidens, cum tamen fides ſit obſcura, & eodem modo differt a Theologia, & male dicunt aliqui, prudentiam infuſam eſſe ineuidentem & diſcurrere ex principijs fide cognitis. Tractat quidem de rebus fidei, ſed iudicando euidenter eſſe credibiles & credendas, & alia eiuſmodi. Sed hæc magis ex ſequentibus patebunt.

Sunt tamen hoc loco multæ difficultates, 42
prima, quia omne dictamen, ex quo dimanat actus moraliter bonus pertinet ad prudentiam eiuſmodi autem dictamen poteſt eſſe incertum & ineuidens, imo & falſum, ergo non poteſt ad virtutem pertinere, ac proinde prudentia non eſt vera virtus: maior prob. quia omnis virtus moralis in ſua operatione pendet à prudentia, ſeu actu prudentiæ, vnde Plato in Menone prudentia ſola præit, & ducit ad recte faciendum & Ariſtot.6.Ethicor. capitul.5. fieri non poteſt, vt quiſquam vere probus ſine prudentia euadat. Nec mirū cum ſecundum Ariſtotelem, & Lamb. relatos à Lipſio. 1. doctrinæ ciuilis cap.7. ſit oculus animæ, & ſecundum Ciceronem 5. de finibus ars viuendi prudentia, vt medicina ars valetudininis, & ſecundum authorem libri de. 4. virtutibus prudentia ordinat, futura prævidet, præteritorum recordatur, & ſecundum Menandrum famulatur omne quidquid eſt prudentiæ, & Greg.2. in Ezechiel. homil. 22. docet alias virtutes, niſi quæ agunt, prudenter agant, virtutes eſſe nequaquam poſſe, & Plato in Menone dicebat ſine prudentia virtutes non eſſe, & virtutes omnes ad prudentiam reuocabat, illasque ſine huius præſidio quaſi Dedali ſtatuas ſolutas, fugaces & inſtabiles eſſe aiebat, vt referunt Conimbricenſes diſputatione. 8. Ethicorum quæſt.1. articul. 1. ex Stobæo ſermone.3. &. 4. de qua re plura in ſolutione. 5. difficultatis. Minor vero probatur, quia vt patet ex tractatu. 7. &.8. quando quis exercet actum aliquem, ſiue ſit ex ſe bonus moraliter, ſiue malus, ſi tamen probabiliter ſeputatur bonus, bene operatur homo, ac proinde ex virtute ſi illā habet, ergo actus moraliter bonus pōt procedere ex dictamine probabili & interdum ex falſo conſeq. vero probatur nam virtus intellectualis requirit euiden-

1. Difficul.

tiam,

tiam vel certitudinem in ſuis actibus & propterea Ariſt. inter virtutes intellectuales fidem humanam & opinionem non retulit, ſed à cathalogo virtutum excluſit. 6.Ethic.c. 3 vbi ait,huiuſmodi habitibus poſſe nos falli & ideo non eſſe virtutes,ex quo id ſumpſit Otoncius lib.12.cap.9.cum ergo,etiá prudentia poſsit nos fallere,quia eius dictamẽ non eſt ſemper certum, ſed aliquando tantũ probabile; ſequitur, eam non eſſe vere & proprie virtutem.

43 2. Difficultas huic affinis eſt,nam prudentia per ſe ipſam non iudicat,ſed præcipit & imperat,iudicare enim pertinet ad ſyneſim & gnomen, quæ ſunt virtutes adiunctæ ipſi prudentiæ vt docet D.Th.q.57.ar.6.& Latius. 2 2.q.49.& alibi ſæpe. Vide Scotum 2.d.36. Burid. 6.Erhic.q.20.Caiet.hic q.57.art.5. §. in eadem reſponſ. Plutar. lib. de fortuna.Cicero.5.de finibus D. Tho. 2.2. q.47.Aug. lib. de virtutibus cap.4.deducentes ex Ariſt.6.Erhic. c. 8. 9.& 10.ergo.Eademque difficultas procedit in arte,quæ per ſe non habet iudicare, ſed imperare. Confir.nam Ariſt.6.Ethic. cap. 3. docet quinque habitibus intellectualibus, quos virtutes vocat,ſolere nos verum dicere affirmando vel negando, tamen veritas prudentiæ vt patet ex eodem in 6.Ethic.cap.2.& D.Tho. q.57.ar.5.ad 3.& Caiet.ibi.& Conimbric.in ethicus diſp.8.q.1. art.2. non conſiſtit proprie in affirmatione aut negatione,ſed in conformitate dictaminis ſeu imperij cum appetitu recto:ergo prudentia non debuit numerari in illis 5.habitibus nec nomine virtutis intellectualis comprehendi, eademque ratione probatur,non debuiſſe in tali diuiſione numerari artem,nam veritas artis vt docet D.Thom.q.57.ar.5.ad 3.conſiſtit ſimiliter in conformitate ad appetitum rectum quamuis illic Caiet. & Valen. ſupra notarunt diſcrimen eſſe inter artem, & prudẽtiam, quod veritas prudentiæ conſiſtit in conformitate ad appetitum rectum rectitudine per leges determinata in ordine ad conſecutionem vltimi finis quæ rectitudo nihil aliud eſt quam bonitas moralis veritas autem artis conſiſtit in conformitate operis artificioſi ad appetitum rectum rectitudine præſcripta ab arte quapropter tunc aliquis dicitur vere aliquid præcipere ſecundum prudentiam,quando ipſius dictamen eiuſmodi eſt vt deceat hominem recte diſpoſitum ſecundum appetitum. Operari autem vere ſecundum artem dicitur is, qui ſecundũ artis ideam efficit opus tales quale voluit ſeu appetiuit efficere ſecundum artem. Vnde licet quis recte pingeret v.g.leonem, tamen ſi voluiſſet pingere canem,non cenſeretur vere operatus ſecundum artem quia opus non eſſet tunc conforme appetitui recto rectitudine artis, etiam ſi conſentaneũ alioqui ſit ipſi arti abſolute conſideratæ: patet ergo veritatem artis & prudentiæ quamuis ratione dicta differant:in hoc tamen cõuenire quod neutra conſiſtit in affirmatione vel negatione,ſed in conformitate cum appetitu,ac proinde nõ videntur hi habitus fuiſſe numerandi inter virtutes intellectuales, quæ ſunt habitus,quibus vere aliquid affirmamus vel negamus.

Neque ſatis facere videtur quod R. Valentia,in his habitibus poſſe etiam conſiderari affirmationem vt fac,ne facias in, quibus exiſtit veritas per conformitatem ad appetitum modo explicato vt docet Ariſt. 6. Ethic. cap.2.non inquam ſatisfacit:nam qui dicit ſibi vel alteri fac hoc,nihil veri affirmat aut negat,ſed tantum imperat opus.

Propter hoc aliqui dicunt prudentiam & artem per ſe iudicare & confirmaut quia nullum datur imperium in intellectu diſtinctum ab omni iudicio, addunt hos habitus eſſe certos & euidentes ſuamque euidentiam & certitudinem habere medio aliquo diſcurſu in quo cum ſcientia conueniunt:ab ea tamen differunt quia cum ſcientia circa vniuerſalia verſetur habet ſuam certitudinem ex medio per ſe certo & neceſſario: prudentia vero & ars quia verſantur, circa ſingularia,ſemper vtuntur tanquam medio occurrentibus circunſtantiis, & conditionibus & applicant vniuerſalia ad particularia,in qua re eſt propria difficultas atque adeo peculiaris ratio virtutis. Nec repugnat habitus,qui circa ſingularia verſantur,eſſe certos, quia in ipſis ſingularibus mutabilibusque poteſt eſſe aliquid immutabile et certũ: licet enim conditiones rerum variæ ſint, tamen certum eſſe poteſt,quid et quomodo occurrentibus his circunſtantiis et conditionibus agendum ſit et hoc modo procedit prudentia alioqui operatio erit mala quia ſequitur dictamen dubium, quæ prudentia penſatis omnibus circunſtantiis iudicat operari hic et nunc eſſe honeſtum:quod iudicium eſt certũ et eius veritas dicitur in ordine ad appetitum rectũ quia cum illo debet conformari vt non decipiat hominem:et eodem modo procedit ars ſi eſt perfecta(quia interdum procedit ſolum opinatiue et tunc non eſt virtus) et eius veritas conſiſtere dicitur in ordine ad appetitum quia bonus artifex tale efficit opus,quale vult,et ideo dixit Ariſt. ad perfectionem artis pertinere errare ex electione:quod tamen eſt contra prudentiam:quia eſt directe contra finẽ illius. Sed contra hanc doctrinã eſſe videntur Ariſt.D.Tho.et alij comuniter aſſerentes,proprium actum prudentię eſſe præcipere actus vero conſultandi et iudicandi pertinere 44

Digitized by Google

tinere ad eubuliam ſyneſim & gnomem quæ ſunt virtutes adiunctæ prudentiæ.

45
3. Diffi. 3. Difficultas eſt quia omnis virtus dirigés opus bonum moraliter,eſt prudentia, ſed habitus principiorum practicorum,ſcilicet ſyndereſis dirigere poteſt bonam operationem moralem & ſimiliter omnis ſcientia practica ergo prudentia non recte diſtinguitur a ſcientia & intellectu ; imo neque videtur diſtingui à ſapientia;ſicut enim datur ſapiétia ſpeculatiua iudicans per altiſsimas cauſas quæ erit prudentia,cum dirigat operationès moraliter bonas & idem argumentũ fieri poteſt in arte. Nec valet dicere prudentiam & artem verſari circa ſingularia vt de prudentia docuit Ariſt.6.Ethic.c.7. & in eo diſtingui ab intellectu, ſapientia & ſcientia, quę ſunt de vniuerſalibus. Quia idẽ habitus ſpeculatiuus verſatur circa ſingularia & vniuerſalia vt cir ca hãc ꝓpoſ.omnis homo eſt riſibilis & circa hãc Petrus eſt riſibilis:ergo & idẽ habitus practicus & ita ars,& ſcientia nõ erunt diſtincti habitus à ſcientia practica morali & mechanica.

46
4. Diffi. 4. Difficultas eſt quia ſunt aliqui actus per quos aſſentimur principiis & concluſioni ſimul,vt homo eſt riſibilis quia rationalis & omne rationabile eſt riſibile: ergo etiã erũt aliqui habitus ſpeculatiui & practici ex his actibus geniti & eiſdem proportionati, qui non erunt ex illo numero , nam quinque illi habitus vel ſolũ circa principia vt ſic vel ſolum circa cõcluſiones verſantur, nec enim ſapientia verſatur circa principia vt ſic, ſed vt concluſiones ex altiſsimis cauſis deductas ergo illa virtutum intellectualium diuiſio non eſt conueniens.

5. Difficultas qui nam ſint actus prudentiæ.

6.Difficultas,quæ nam ſint partes prudentię.

7.Difficultas an prudentia imponat neceſsitatem voluntati.

8.Difficultas quomodo cum prudentia & ars verſentur circa ſingularia & contingentia,in quibus poteſt eſſe decepto, ſint virtutes intellectuales, nam opinio ideo non eſt virtus intellectualis, quia aliquãdo falſum enũtiat.

9.Difficultas quomodo differát prudentia & ars, cum vtraque verſetur circa ſingularia,quæ à nobis fiunt.

10.Difficultas vtrum virtus prudentiæ ſit vnicus tantum habitus.

11. An prudentia ſit virtus moris an tantum rationis.

12. Quomodo differant prudentia & ſyndereſis.

13. Difficultas eſt,quomodo prudentia pẽdeat à virtutibus moralibus.

14. Difficultas,quibus modis peccetur contra prudentiam.

Ad 1. difficultatem R. prudentiam ſicut Theologiam Philoſophiam,&c. ſumi dupliciter. 1. pro habitu euidenti & ſic eſſe virtutem de qua author libri de 4.virtutibus apud Lipſium.1. de doctrina ciuili.cap. 7. ait fallere non vult & falli non poteſt. 2. pro habitu opinatiuo in eadem materia vel pro habitu comprehendente habitum euidentem & opinatiuum; ſic prudentia nõ eſt virtus quia eſt fallibilis,ſufficit tamen ad actum morales virtutis appetitiuę vel eſt virtus moralis quia ad mores parum refert cognitionẽ eſſe euidẽtem vel ineuidentem vtrique enim conformari bonum moraliter eſt,non autem eſt virtutis intellectualis, propter ſuam incertitudinem de qua ſap. 9.cogitates mortalium timidę & incertæ prouidentiæ,noſtræ. Ars vero quæ eſt habitus probabilis nullomodo eſt virtus,non enim eſt virtus intellectualis cũ non attingat verum infallibiliter, nec moralis cum non dictet de bono vt ſic,nec artificialis, quia nec in genere artificij bonum eſt opinionem ſequi:ſi quis enim v. g. ex opinione domum conſtruat,fortaſſe nõ efficiet eam firmam, ſtabilem & accommodatam. 47 *Ad. diffi.* *1. Solu.*

De hac difficultate habes etiã nõ nulla in ſolute 3. difficultatis ad finem & in ſol. 8.difficul.

2. Alij huic difficultati aliter Reſp.nempe quando quis probabiliter iudicat ſumendum eſſe talem vel talem cibum in tanta vel tanta quãtitate,tali vel tali tempore,&c. etiã ſi actus non ſit euidens & certus, nec verus ſpeculatiue, ſed falſus; tamen eſſe verum & certum practice,quia veritas practica nonſumitur ab eo quod in re eſt,vel non eſt, ſed in ordine ad appetitum rectum, quem ſemper prudentia ſupponit & ideo eius actus ſemper eſt verus & certus,ita Conimbricenſ. illa diſpu.8.q.1. ar.2. ſed contra;quia generatim docet Ariſt.1. Perihet.cap. 8. ab eo quod res eſt vel non eſt,enuntiationem eſſe verã aut falſam,et nec in ſcientia practica, nec in arte alia veritas reperitur vt dub.3. de arte diceba mus: ergo neque in prædentia fingenda eſt, et prætetea ille actus poteſt præcedere omnem actum et habitum, atque adeo omnem rectitudinem appetitus, quomodo ergo eſt verus per ordinem ad appetitum rectum. Itẽ Ariſt. 3. animę cap.10.et D.Tho.1.p.q.79. art. 11. diſtinguũt intellectum practicum et ſpeculatiuum fine, quia vnus ſiſtit in contemplatione neque dictat de operatione , alius de operatione dictat: ergo omne iudicium de operatione eſt practicum, et ſic ſi aliquomodo in eo ſit falſitas vt eſt in eo iuditio de tanto cibo ſumendo, etc.illa erit practica falſitas: ergo ibi nulla erit veritas practicã,quia idem omnino non poteſt vere et falſe practice de eodem affirmari et negari.

3. Angeſtus in moralibus. c.7. in fine docet,dictamen prudentiæ ſemper eſſe verum quia

quia prudentia definitur recta ratio., &c. & cum dicis, errorem inuincibilem eſſe prudentiam, aberras, inquit: inuincibilitas enim practicum dictamen verificat alias falſum, gratia exempli, in aliquo inuincibiliter credente hanc eſſe eius coniugem, verificatur hoc dictamen: hæc eſt ame cognoſcenda: pariter in caſu diuitis, qui apparet pauper, verificatur hoc dictamen, huic eſt ame porrigenda eleemoſyna, fateor inquit interdum dari dictamen mixtum includens cum practico ſpeculatiuum et contingit ipſum ratione ſpeculatiui incluſi & non practici eſſe falſum. vt iſta, quæ eſt mea, eſt ame cognoſcenda, huic equi eſt pauper, danda eſt elemoſyna. Hoc dictamen eſt ſufficiens actum bonum regulare ratione implicationis practicæ veræ & quamuis ſit ſimpliciter falſum; morali tamen locutione dicitur practice verum. Hæc Angeſtus, qui tamen non ſatisfacit. 1. quia ad actum virtutis intellectualis vltra veritatem requiritur certitudo: iſpe autem fatetur cap. 11. parte 1. notabili. 1. prudentiam poſſe eſſe propoſitionum ineuidentium, ac proinde incertam 2. quia ſic nullus bene ageret ex conſcientia erronea: quod eſt cōtra omnes & falsū prob. nam ille iudicat abſolute & per ſe ac ſecluſa ignorantia, hāc mulierē eſſe à ſe cognoſcēdam, in quo decipitur, tamē cognitio mulieris eſt bona & ex dictamine prudentiæ orta. ergo. Bene tamen docet eundem actum poſſe eſſe ſpeculatiuum & practicum, verum & falſum vt alibi contra aliquos diximus:

50 Poſſet deniq. Quarto priori difficultati R. ad

4 rationem virtutis mere practicæ, qualis eſt ars & prudentia, requiri veram cognitionem non tamē certā nec euidentem: ſed probabilem ſufficere vt expreſſe dicit Foxius in compendio de moribus cap. 12. & in compendio Ethic. lib. 3. cap. 5. iuxta quem actus preciſe procedens ex conſcientia erronea, cum verā cognitionē ac proinde prudentiam non ſequatur, non erit bonus, ſed malus vel indifferens, hoc videtur conſentaneum Platoni Ariſt. & aliis Philoſophis, qui ad actum ſtudioſum petunt prudentiā & hanc definiunt eſſe veram & rectā rationem agibilium. Habitus ergo opinatiuus qua parte aſſenſum falſum habere poteſt, virtus non erit: ſecus qua ratione poteſt aſſenſum verum, practicū tamen, elicere: quoniam ad praxim veritas requiritur, certitudo nihil refert.

51 Aliter & 5. dici poſſet cum Caiet. & Conr-

5 rado. q. 57. art. 5. ad 3. quòd virtus intellectualis, quæ verſatur circa contingētia, qualis eſt ars & prudentia, non debet eſſe vera indicendo, ita vt verū dicat, ſatis eſt ſi dicat id quod eſt probabile & inculpate cenſetur verū: hoc enim ipſo eſt vera prudentia, & vera ars in eſſendo, & hæc ſecundùm Ariſt. 6. Ethic. c. 2. & D. Tho. ibi & in illa ſolutione ad 3. eſt veritas practica ſumpta ab appetitu recto, & propterea Ariſt. 6. Ethic. c. 5. & D. Tho. q. 57. ar. 4. ad 2. prudentiā & artē in parte opinatiua ponunt. Alio tamen modo ſumitur veritas practica, quando conſideratur in ſciētia practica vt in philoſophia morali vel medicina: talis enim veritas practica conſiſtit in conformitate conceptus ad rem, & non ad appetitum rectum. Iuxta hunc modum dicendi exponi & defendi poſſent Conimb. ſup. & Med. q. 57. a. 4. qui eodem modo loquitur.

Ad 2. difficultatem, et eius confirmationē triplex ſolutio eſſe poteſt. 1. quidē ad pruden- 52

tiā pertinere iudicium affirmationem et ne *Ad 2. dif.*

gationem veram, non per ſe, ſed per virtutes *1. Solutio.*

adiunctas ſyneſim et gnomem. 2. vero ad prudentiam ſecundum ſe pertinere iudicium et 2

in hoc diſtingui a ſyneſi et gnome quod iudicium prudentiæ magis habet rationē præcepti eo quod dictat de agendis magis in particulari, nempe cum omnibus circunſtantiis habet enim prudentia quædam iudicia vniuerſalia, quædam particularia ſecundum Angeſtum in moralibus cap. 7. p. 1. notabili. 2. Vniuerſale, inquit, aut generale appellatur, non quod ſit propoſitionis vniuerſalis, ſed quia de materia et non de circunſtantiis dictat vt aggrediendum eſt bellum tali cauſa, tali tempore et loco et ſecūdū Ariſt. ſermones ſcilicet vniuerſales valde certi ſunt, ſed inutiles, particulares vero vtiles, ſed incerti, ſcilicet propter multitudinem circunſtantiarū inſpiciendarum, quas decernere, an ſint bonæ vel malæ, debitæ vel indebitæ, difficile eſt. Idem repetit cap. 11 p. 1. notabili. 10. ſimiliaque ex Almaino ex Ochamo referentur in explicatione. 5. dif- 53

ficult. Tertia Solutio ſumi poterit ex iis, quæ 3

de eubulia ſyneſi et gnome dicemus ad finē. 10. difficultatis, nempe eubulia non iudicare ſyneſim autem et gnomem iudicare ſpeculatiue, ac proinde iudicium practicum de agibilibus ad prudentiā pertinere quod idem appellatur ab Ariſt. præceptum 6. Ethic. cap. 10. ad præceptum autem condiſtinctum iudicio quia parui momenti eſt, non oportet habitum ponere, qui ſit vere proprie et ſimpliciter virtus.

Ad 3. Difficultatem mihi videtur dicen- 54

dum prudentiam et artem non diſtingui re *Ad 3. dif.*

ſed ratione tantum ab aliis habitibus vt à ſcientia practica et habitu principiorum practicorum artificialium et moralium. Nā cum his habitibus coincidere poſſunt, et interdum prudentia coincidit cum habitu opinionis et fidei humanæ, ſententia hæc eſt Angeſti in moral. cap. 11. par. 1. notabili. 1. vbi ait prudentia quandoque eſt propoſitionum

prudentiam,& Cice.apud Foxium in cõpendio de morib.c.12.prudentiã dixit eſſe rerum expetendarum fugiendarũque ſcientiã.Vt ex Aug.lib.83.quæſtionũ q.31.& 61.& lib.1.de lib. arbit.c 12.vel 13. & Pſal.38.& in ſcriptura nomine ſapientiæ prudẽtia intelligitur eccleſ.3. & 33.Prouer.3.& 8.Sapien.6.& alibi:vide,quæ de arte dub.2.diximus.

56. Conimbri.in Ethicis diſp. 8.q.1.a.1.nõ ſolũ diſtinguunt habitũ prudẽtiæ ab habitib. opinionis,& ſuſpicionis,quib. falſum ſubeſſe poteſt,ſed etiam ab habitib. ſapientiæ intellectus,& ſcientię idẽ docent de arte.Sed intelligi poſſunt de diſtinctione rationis,vel ſm̃ cõnotata,aduerte autẽ,quæ diximus, intelligenda cũ hac limitatione eſſe,vt prudentia, quæ euidens,aut certa non eſt, ſed fides humana, vel opinio, virt° ſaltẽ intellectualis nõ dicat: itẽ vt proprie & ſtricte, qñ ſciẽtia in vniuerſa lib. conſiſtit,prudentia non appelletur vnde Ariſt.6 Ethic.c.5. ait, prudentiã ſcientiam nõ eſſe,quia eſt de ijs,quæ poſſunt aliter ſe habere,ſcilicet,de cõtingentib.in particulari.idẽq. repetit.c.6.vbi,& c.3.prudentiã,& artẽ à ſcientia,ſapientia, & intellectu diſtinguit. Grego. etiã q.5.prologi a.2.in fine,& a.3.ad.2. prudentiam & artẽ à ſcientijs practicis moralibus,& & naturalib.diſtinguit, eo quod ſciẽtiæ circa vniuerſalia ars, & prudẽtia circa particularia p experientiã nota verſent̃ eodẽ modo diſtinguit D.Th.q.58.a.5.idẽ colligitur ex D.Th.de virtu.q.vni.a.6.ad.1.Capreo.3.d.36. q. vnic.ad arg.¶Aduerte autẽ id quod ſuperius dicebamus,nempe etiã habitum principiorum agibiliũ ſaltem in ſingulari eſſe partem prudentiæ expreſſe doceri a D. Th.2.2.q.49.a.2 ad.1.et a.5 ad.2.quãuis ſtrictius loquendo de prudentia ſolum ſit habitus concluſionũ.Deniq.circa id quod dicebamus cũ Angeſto,aliquando prudentiã eſſe incertã,& ineuidentem, nota, ſemper tñ eſſe verã.vt docet Maior.3. d.33.q.3. Burid 6.eth q.9.ad.2.qui probant ex Ariſto. 6. ethic c.3.vbi ait:ſunt itaq. ea quib.verum anima dicit affirmando aut negando, numero quinq. hæc autẽ ſunt ars ſcientia, prudentia, ſapientia, intellectus. Sed obijcies nam opinioni poteſt ſubeſſe falſum, vt ibidem docet Ariſtot. ergo, ſi prudentia poteſt eſſe opinatiua, illi poterit ſubeſſe falſum. Propter hoc aliqui tenent,prudentiæ aliquando ſubeſſe falſum,quod & cõfirmatur,nã ex ſolo iudicio falſo probabili, & cum ignorantia inuincibili poteſt aliquis bene moraliter operari,vt concedunt Maior. & Burid. ibi. & Almai.3.moral.c.3.& docuimus tract.de conſciẽtia contra aliquos aſſerentes,nõ poſſe eſſe bonam operationem,niſi quis certus ſit attentis omnib. circumſtantijs,& ſaltem ſuppoſita ꝓbabilitate alicuius opinionis licitum eſſe ſic operari, ſed non poteſt dari bona operatio ſine prudentia ſecundum Ariſt.6.ethic. ca.13. ergo iudiciũ prudentiæ poteſt eſſe falſum, & ita tenet Euſtrat.6.eth.c.3.& probabile putãt Maior,& Burid.quod ſuſtinendo,ad teſtimoniũ.Ariſto.eod.c.3.Reſp.cum Euſtrat. Ariſto. ſolum voluiſſe prudentiam communiter eſſe habitum verum,quia cõmuniter iudiciũ prudentiæ eſt certũ,& euidẽs,vel probabile quidem,ſed certũ. Sed melius R. cum Burid. & Maiori qñ dictamen ꝓbabile fuerit falſum, non eſſe vocandũ prudẽtiæ,ſecus qñ eſſet verum,& ad teſtimo. Ariſt.illo,c.13.R.ſolum voluiſſe, quòd communiter non contingit recta operatio voluntatis ſine prudentia. Aliter etiã dici poteſt,qñ Ariſt.dicit,prudentiã eſſe habitum verum, loqui de prudentia, quæ eſt virtus intellectualis,quæ autem falſa eſt non eſt virtus ſaltẽ intellectualis, & per hoc ſoluitur alia obiectio ſcilicet, quod Ariſt. illo c.3. expreſſe docuit,prudentiam non eſſe opinionem,quia per opinionẽ contingit falſum dicere,quod tñ non contingit per prudentiam. R.enim Ariſt.loqui de de prudentia, quæ ſit, vere virtus intellectualis.Maior autem reſpõdet Ariſt. ſolũ voluiſſe non omnẽ opinionẽ eſſe prudentiam,quia aliqua opinio eſt falſa, & illa non eſt prudentia Burid. reſpondere videtur Ariſt. ſolum voluiſſe prudentiã non eſſe communiter opinionẽ, quia cõmuniter prudentia eſt vera,imo & certa:opinio autem nunquam eſt certa, & ſæpe eſt falſa, qualem autem veritatẽ debeat habere prudentia,vt virtus ſit,difficultate.1.tractauimus: tñ obſeruandũ eſt,quod iudiciũ erroneũ culpabiliter cũ non poſſit in eo ſtatu ſtudioſum actum dirigere,prudentia tunc non erit, ſed quando reddetur inculpabile,prudentia fiet itaq.idem iudicium poteſt tranſire de prudẽtiali in non prudentiale, & ècontra loquẽdo de prudentia ineuidenti.

Ad.4.difficultatem quidam exiſtimant,per act° quib.formaliter attingimus principia,& cõcluſionẽ,generari habitũ diſtinctum ab habitu ſcientiæ & intellectus,qui dicitur ſapiẽtia,ſed ſic non ſolum metaphy.& Theologia erunt ſapientiæ,ſed alij multi habitus. item p habitũ ſapientiæ non poterimus intelligere ſolã concluſionẽ, quod eſt falſum, vel certe habitus ſapientiæ producet actum à quo gigni non poſſet nẽpe aſſenſum ſolius cõcluſionis. Dico ergo, per talẽ actum gigni duas virtutes,nempe habitum intellectus,ſi non erat antea in ſubiecto,& habitum ſcientiæ,vt quãdo eodem actu aſſentio principijs veris, & cõcluſioni falſæ aut ineuidenti,generatur habitus intellectus,& opinionis:quidquid autẽ ſit de hoc tñ certũ eſt,per actũ,quo amo formaliter medium,& finem, non produci duas 57. 4. Difficul.

virtutes,quia virtutes ſolũ multiplicantur ex obiecto motiuo,tunc autem vnum tãtum eſt obiectum motiuum, & generatim circa media.& finem nunquam ſunt duæ virtutes: ſecus circa concluſiones,& principia,quia concluſiones per ſe ſunt veræ ſine relatione ad principia,licet ab illis dependeant in ſuo eſſe & cognoſci:at media,vt ſic,nullam habẽt bonitatem,niſi relatione ad finem.

58. Ad.5.difficultatem Conimbric. in Ethicis diſp.8.q.2.a.1.duas aſſertiones ſtatuũt.1.prudẽtia non præſtituit finem virtutibus moralib. id enim pertinet ad naturalẽ rationẽ, & ſynderesim,quæ ſe habet ad prudentiam,vt intellectus principiorum ad ſcientiá:itaq.prudentiæ munus eſt per ſe de medijs tantum ſeu de ijs,quæ ad fines ſunt,diſponere dirigendo nimirum alias virtutes morales circa media ad earum fines obtinendos accommodata, vt docet Ariſtot.6.Ethic.cap.13.& D.Tho.quæſt. 58.art.4.& 6.& 2.2.quæſt.47. art.6. vbi Caiet. Scoto.3.d 36.q.1.a.2.cõtrarium tenenti,pro D. Tho.Ret.idem ſupponit Caiet.q.65: a.1. & q. 66.a 3.

Ad.5.dif.
1.Aſſertio

2.Aſſertio eſt, tres ſunt actus ad prudentiá
59. ſpectantes,vt docet Ariſt.6.Ethic. c.7.9.& 10. quorum.1.eſt conſultare,& inquirere media: conſtituto enim fine,ad quem quis obtinendum animum applicat,monet voluntas intellectum,vt inueſtiget media ad illum aſſequẽdum idonea.2. eſt iudicare, quæ nam ex medijs inuentis ad finem adipiſcendem magis conducant.3. præcipere,ſiue imperare,vt ea, quæ iudicata ſunt,perficiantur, qui eſt actus rationis,ſiue intellectus dirigẽtis mouentiſq. voluntatem ad executionẽ. Quod vt planius intelligatur,aduertunt iſti,facta mediorũ inquiſitione ac judicio,& conſentiente voluntate,efficaciterque eligente medium illud, quod ad finem conſequendum magis conducere viſum eſt,intellectum interna quadam locutione denuntiare atq.intimare quid agẽdum ſit, itaq. imperium conſiſtit in hac denũtiatione,& intimatione,qua intellectus volũtatẽ eius,cui imperat, ad agendum permouet vbi cernis,ad imperium prærequiri voluntatis conſenſum,& efficacem electionem. Rurſuſq. ab intellectu excitari voluntatem in huiuſce conſenſus, & electiones:niſi enim voluntas medium eligeret,nequaquam intellectus ad agendum impelleret.Eſt autem imperium actus ipſi prudentiæ particulariter conueniens,vt progreſſu patebit,in quo ratio legis cõſiſtit,quidquid in cõtrariá partẽ nõnulli aſſeruerint,exiſtimantes legem non ad intellectũ,ſed ad volũtatẽ ptinere;quorum opinio ex eo breuiter cõfutatur,quia quãtumlibet princeps aliquid à ſubditis fieri velit,etiá ſi de eius voluntate conſtet,non habet ea voluntas vim legis,nec ad eá implendá ciues aſtringuntur,niſi deinde accedat pręceptio illa quæ p intellectum fit:itẽ quia lex eſt formaliter directio.& regula, dirigere vero ptinet ad intellectum,vt cõſtar ex Ariſt.10. Ethic. c. 9.Quod ſiquis objiciat,legem diuinam naturalem eſſe vere legem;tñ antecedere omnẽ actũ volũtatis diuinæ,quemadmodũ ſcientia naturalis Dei conſideratinne noſtra eſt prior omni actu diuinæ voluntaris, quare aut legẽ non conſiſtere in imperio, aut imperium nõ ſupponere actum volũtatis.Occurẽdum eſt, cum in illo imperio legem conſtituimus, nõ loqui nos de lege naturali,qua talis eſt, ſed đ lege poſitiua:te enim vera quamuis Deus nõ præciperet nequis mentiretur, quiſq. nimirum teneretur mendaciũ fugere, quia id ſuapte nãtura, & intrinſeca ratione malum eſt non teneretur tamen lethalia peccata confeſſione expiare,niſi id Deus præciperet,itaq. ſi legis nomen accipiatur prout tantũ ſignificat regulam ſeu menſuram actionis alicuius, ad quam operans tenetur ſeſe cõformare,tũc etiam dictamina iuris naturalis, & ſi nullum actum voluntatis aut intimationem ſupponanr,leges dicentur:nnn tamen ſi lex ſumatur minus late:ſic enim conſiſtit in illo imperio,quod diximus. Verum vtrolibet modo lex ſumatur,ſemper eſt actus prudentiæ atque inter cæteros præcipua dignitate eminens.

2.Aſſertio.

Hæc Conimbric. qui ex officina D. Tho. hic quæſt.57. art.6. & 2.2.quæſt.47. præſertim 60
artic.8. 2.concluſ. elicuerunt: quam impugnat ex profeſſo Almainus.3.moral.cap.2.probans primo,non eſſe ponendum illum actum præcipiendi diſtinctum à iodicio, quia ſecundum Ariſtotelem non ponuntur niſi tres operationes intellectus, ſcilicet, ſimplex apprehenſio, diſcurſus, compoſitio & diuiſio, ſed non eſt ſimplex apprehenſio nec diſcurſus: ergo compoſitio, vel diuiſio:non eſt autem compoſitio, vel diuiſio apprehenſiua :ergo iudicatiua. § 2. Quia ſecundum D. Tho. ex iudicio non ſequitur neceſſario imperium, alias etiam ſequeretur neceſſario externum opus, vt datio eleemoſynæ :poſito ergo illo actu iudicij ſine imperio, vel poſſum velle dare eleemoſynam, vel non, ſi dicas,non poſſe,contra quia poſſum ex ſimplici apprehenſione ſine præcepto :ergo à fortiori ex iudicio, ſi dicas poſſe, redundabit imperium, quia ex illo actu voluntatis ſequitur datio eleemoſynæ, & quidẽ bona moraliter, cum ſit voluntaria, & libera,& ſcienter elicita,& propter finem debitum, & circa materiam debitam. § 3. vel actus imperandi cauſatur mere libere, vel purè naturaliter:non. 2.alias datio eleemoſinæ, quæ neceſſario ſequitur impe-

imperium non eſſet libera,nec laudabilis,ac
meritoria.Si autem des primum, ergo actus
voluntatis,qui neceſſario ſequitur ex impe-
rio,non erit liber in ſe,ſed in cauſa & deno-
minatione extrinſeca, quod nullus doctorũ
concedit,& ideo ait Almainus non eſſe po-
nendum actum præcipiendi in intellectu
diſtinctum à iudicio & hoc eſſe proprium
actum prudẽtiæ & hanc eſſe opinionem om-
nium doctorum.

61 Addit autem,in intellectu nullum eſſe ac-
tum conſiliandi diſtinctum a iudicio, ſed ac-
tum cõſiliandi eſſe volo inquirere & ſic per-
tinere ad voluntatem,vel eſſe iudicium,quo
intellectus iudicat,inquirendũ eſſe, ſine quo
actu intellectus poteſt iudicare,dandam eſſe
eleemoſynam & ideo non requiritur conſi-
liatio,vel inquiſitio ad ſtudioſam actionem.
Hæc Almai.contra quem tract 6.docuimus,
dandos eſſe actus imperij , & inquiſitionis in
intellectu diſtinctos à iudicio , ꝙ etiá docet
Oroncius,li.12.c.13.&.14.vbi etiam docet , im
periũ eſſe potiſsimum actũ prudentiæ: proba
bilius tñ eſt,potiſsimũ actũ prudentiæ nõ eſſe
actum imperij ſtricti ſumpti,ſed iudicij , niſi
quatenus imperiũ includit quodammodo iu
diciũ,eo ꝙ cõmuniter illud ſupponit . Quo
pacto ſolemus dicere , actũ præſtare potẽtiæ.
Imo Leſsius lib.1.c.1.dub.3.licet concedat im
periũ diſtinctũ à iudicio in prudentia œcono
mica,& politica quæ reſpiciunt inferiorem:
tamen illũ negat in prudentia perſonali,qua
homo ſeipſum gubernat,quia proprie nemo
ſibi imperat,& ait,illud imperiũ,quod ponũt
Thomiſtæ,non eſſe neceſſarium ad actiones
noſtras & ſi illas omnino determinet , vt ali-
qui dicunt,euertere libertaté.Vnde imperiũ,
quod Ariſt.poſuit tanquam actum prudẽtiæ,
ait, eſſe iudiciũ efficax, connotando nimirũ
ꝙ reipſa moueat voluntaté:poſſe tñ volunta-
tem quocũq.iudicio poſito nõ moueri.Addo
tñ ſi tãtũ iſte actus imperandi pertinet ad pru
dentiá ſecundũ ſe,actum prudentiæ,qui perti
net perſe ad illã nõ eſſe neceſſariũ ad ſtudio-
ſam actioné.Iam enim loco citato vidimus
actum internũ & externũ voluntatis abſque
illo imperio dari poſſe.

62 Dub. Sed an ad actioné ſtudioſã requiratur ac-
tuale iudiciũ prudentiæ.Almai.3.mor. c.3. cũ
Ocham.3.q.13.alias.12.tres ſtatuit aſſertiones,
1.ad actũ virtutis nõ ſufficit cõformitas cum
prudẽtia actuali poſsibili,ſic enim actus cõ-
trarius cõſciẽtiæ erroneæ eſſet bonus quia
poſsibilis eſt actus prudẽtię,quo iudicetur bo
nus & ſimiliter aliqui actus in carente vſu ra
tionis conſ.eſt falſum:ergo. 2. nõ ſufficit cõ-
formitas cũ habitu prudẽtiæ patet,quia habi
tus nõ dirigit perſe volũtaté,ſed per actũ , vt
auté actus voluntatis ſit ſtudioſus, debet eſſe
directus per prudentiá.3.vt actus ſit ſtudioſus
præcedere debet actuale iudiciũ prudentiæ
Prob. ex Ariſt.2.Ethi. definiente virtuté,vt ſit
habitus electiuus cõſiſtens in mediocritate
determinata à ratione, ideſt dictata à prudẽ-
tia.Ité Ariſt.ad ſtudioſam operationé tria pe-
tit.1.fieri ex electione.2.ſciẽter.3.propter hoc,
ſcienter, inquit,hoc eſt cum iudicio pruden-
tiali. 63

Quæſtio. Rogat rurſus Almai.an requiratur iudiciũ
certũ,vel ſufficiat opinatiuũ,& apparet non
ſufficere opinatiuum,quia bene ſequitur: eſt
iudicium opinatiuũ,ergo eſt formido de op-
poſito:ſed facere contra talem formidiné vi-
detur malum,quia eſſet ſe exponere pericu-
lo peccandi,ergo nunquá actus elicitus cõfor
mitet ad opinioné erit bonus.Ret Quæſtioni
Almai poſſe eſſe aſſenſum opinatiuũ , qui nõ
ſit ſufficiens ad bonitaté actus ſibi conformis
vt cum animus æqualiter,aut magis propen-
det in hoc,quod actus nõ ſit faciẽdus: in quo
caſu actus nõ eſſet bonus;ſecus ſi plus animus
inclinaret in oppoſitum . Sed ex tract.de cõ-
ſcientia patet , nihil referre quod animus ma
gis inclinet,vel nõ inclinet in vná partẽ quá
in aliá,ſed alias regulas eſſe attendendas ad
diſcernendum,an actus ſequens conſcientiá
opinatiuá bonus,vel malus ſit. Addit Almai. 64
hinc ſolui illá difficultaté de actu intellec-
tus regulante piam affectionem , qua impera
tur. 1. actus fidei diuinæ , ſufficit enim actus
opinatiuus ad regulandum illum actum ſtu-
dioſum piæ affectionis,ſed hoc alibi reijcie-
tur,nam actus opinionis pertinet ad ordiné
naturæ,actus autem pię affectionis eſt ſuper-
naturalis: cum igitur regula actus ſupernatu-
rales debeat eſſe ſupernaturalis, non poteſt
actus ille voluntatis regulari per actum opi-
natiuum intellectus,quo auté reguletur ſuo
loco explicabimus.Addit quoque Alma.ante
omné actum bonũ volũtatis dari alium , qui
non eſt bonus,ſed indifferens, nimirum illũ
qui præcedit.1.iudiciũ prudentię & applicat
intellectum ad conſiderãdum:talis enim , cũ
antecedat omne iudicium prudentiæ,nõ erit
bonus,ſed erit indifferens,vel quia nõ eſt li-
ber,nec procedit ex deliberatione,ſed ex ſim
plici apprehenſione,vel quia nulla debita cir
cunſtantia caret,licet non habeat omnes cir-
cunſtantias requiſitas ad operandum , tenet
enim Scotus actũ voluntatis ex ſimplici ap-
prehenſione procedere poſſe.Item poſſe eſſe
indifferentem in indiuiduo,ſed hoc non pla-
cet,quia non oportet dari actum voluntatis
ante primum iudicium prudentiæ, licet e-
nim iudicium prudentiæ circa media ſo-
leat ſupponere intentionem finis , per
quam intellectus ſecundum D.Thom. ap-
plicari ſolet ad inueſtiganda media, tamen

Digitized by Google

aliquando tale iudiciũ circa media non ſupponit intentionem finis, neque alium actum voluntatis, neque eſt primum iudicium prudentiæ, nam iudicium de ipſo fine quando per diſcurſum habetur etiam videtur pertinere ad prudentiam: ſiquidem actus procedens ex tali iudicio, nempe intentio finis, eſt actus ſtudioſus, ac proinde à prudentiæ iudicio dimanat ſaltẽ à iudicio virtuali, quod dico, quia ſi abſq. diſcurſu ſit pertinebit ad ſyndereſim, quæ nõ eſt prudẽtia formaliter, ſed virtute, vnde quod hic & in.1.difficult. dictũ eſt, ad omnem actum ſtudioſum requiri iudicium prudentiæ, intelligi debet de formali, vel virtuali prudentia.

Bene autem Almai. ſupra cum Scoto con-
65 tra Ocham ait, non opus eſſe, vt tale iudiciũ concurrat effectiue, aut obiectiue ad actum, ad hoc, vt actus ſit honeſtus, ſed ſatis eſt tale iudicium aſſiſtere: nam tametſi forte cõcurrat efficienter, Deus poterit eius efficientiã ſupplere & actus erit vere honeſtus. Et ſine fundamento Ocham docet oppoſitum & ſimiliter falſo docet, ſine vllo miraculo fieri poſſe vt exiſtente prudentia actuali, ipſa non regulet actum, nec concurrat ad illum effectiue, ſed ſola voluntas ex ſua libetate, vel propter delectationem, aut aliam cauſam. Certe enim ſi habet motiuum dictatum à prudentia, ipſa illum regulat & efficit, ſi vero habet aliud motiuum, non eſt idem, ſed alius numero & ſpecie diſtinctus: ſimiliterq. etiã ſi homo non appetat obiectum, quia dictatum à recta ratione, aut cõforme rationi, actus erit honeſtus, vt ſæpius tract.7. dictum eſt, & recte docet Almai. ibi & melius Aug. in mor. c.7.p.2. concl.1. argumentũ, vero quo vtitur Ochã ad probandam ſuã opinionem, nimitũ quia niſi prudentia ſit, obiectum nõ concurrit effectiue, aſſumit falſum, vt recte Angeſt. ibi. aliud autem argumentum, quia ſic nullus actus erit eſſentialiter ſtudioſus, nullũ eſt, quia ille qui haberet prudentiam dictantem de omnibus circunſtãtijs & de obiecto motiuo eſſet eſſentialiter ſtudioſus, & alij fortaſſe, de reliquis vero id concedere non eſſet abſurdũ vt etiã tract.7. viſum eſt: imo Angeſt. ait, nihil abſurdi eſſe concedere nullũ actũ eſſe intrinſece bonum, aut eſſentialiter ſtudiuſum, ſed omnem vitiari poſſe ex aliqua circunſtantia vel ex conſciẽtia erronea. Alia, quæ ibi cõtra Ocham dicit, non opprobo.

66 Ex his liquet, quid ſit dicẽdũ de.1. aſſertione Conimb. poſita in præſenti difficultate, nempe prudentiã non pręſtituere finem virtutib⁹ moralibus. Qua in re diſtinguit Leſsius lib.1.ca.1.dub.3.n.19.& ſeq. ſi enim loquamur de fine vniuerſali & abſtracto, quem virtus moralis perſe & adæquate reſpicit: ſic prudẽtia perſe nõ præſcribit illi finem, ſed per ſyndereſim: prudentia enim non dictat in genere, eſſe temperate viuendum, fortiter agendũ patienter ferendum &c. ſed ſyndereſis & tale iudiciũ ſufficit, vt virtus moralis eliciat hunc actum, volo temperate viuere &c. ſi vero loquamur de fine particulari, quem virtus moralis in ſingulis actionibus intendit, hunc perſeipſam præſcribit prudentia, vt expreſſe docet D.Tho.1.2.q.66.a.3.ad.3. quia virtus moralis in ſingulis actionibus intendit honeſte agere, hic enim eſt finis eius intrinſecus, quid autem in ſingulis honeſtũ ſit & quæ ad hoc ſint neceſſaria, præſcribit prudẽtia: ergo. Poſſumus tamen aliter diſtinguere: nam ſi ſermo ſit de formali prudentia, nõ ſemper illa præſtituit finem virtutibus moralibus: aliquãdo enim bonitas finis nullo diſcurſu cognoſcitur, ſed ex terminis, idque frequens eſt, & tũc prudentia formalis, quæ diſcurrit, non præſtituit finẽ, ſed ſyndereſis, quæ ſine diſcurſu procedit, ac proinde prudentia virtualis: alioqui ſine formali, aut virtuali prudentia daretur actus ſtudioſus, quod eſt contra prædicta hic, & in propoſitione primæ difficultatis, & cõtra D.Tho.q.58.a.4. docentem, virtutem moralem ſine prudentia & intellectu eſſe non poſſe, vbi male Caiet. ait, prudentiã includi in virtute morali: ſupponitur enim ad virtutem moralem, non tamen in ea includitur.

Et vt ſaluetur, nullũ poſſe eſſe ſtudioſum
actum ſine prudẽtia, proderit animaduertere 67
cum Almai.3.moral.c.4. ſecundũ Ocham prudentiã, quatuor modis capi. Vno modo pro notitia directiua operationis, ſiue talis notitia ſit vniuerſalis, ſiue particularis, ſiue acquiſita per diſciplinam, ſiue per experientiã, per doctrinam, vt omni benefactori benefaciendum: per doctrinam, & experientiam, vt omnis inimicus per dulcia verba mitigandus. ¶2. Pro notitia particulari directiua particularis operationis deducta ex vniuerſali propoſitione, vt ex iſta vniuerſali, omni benefactori benefaciendum eſt deducimus, huic benefaciendum, quia eſt, benefactor. ¶3. Pro notitia particulari directiua operationis particularis non deducta ex vniuerſali, ſed habita per doctrinam, aut experientiã, vel alio modo, vt hic iracundus lenibus verbis eſt mitigandus. ¶4 pro aggregato ex his omnibus notitijs directiuis. Similiter, vt in explicatione ſecundæ difficultatis retulim⁹ Ang. in mor. c.7.p.1. notabili.2. ponit quædam dictamina prudentiæ vniuerſalia, alia vero particularia. Vt ergo iam ad inſtitutũ reuertamur, vt actus ſit ſtudioſus procedere debet ex aliquo horum actuum prudentiæ, cum ergo intentio finis bona eſſe poſſit & ſoleat, ex dictamine prudentiæ tunc procedit, & ſic prudentia

præſtituit

præſtituit finem virtutibus moralibus. Sed
obiicies Ariſtotel.6. ethic. cap. vltimo ſeu.13.
dicentem, virtus finem, prudētia quæ ſunt
ad finem, agere facit: vel vt alij vertunt vir-
tus quidem Scopum, qui agenti proponitur,
rectum efficit, prudentia vero ea, quę ad ſco-
pum referuntur, quibuſque illum conſequi
poſſumus. R. Flaminius Nobil. 2. de fælicit.
mentem Ariſtotel. eſſe, virtutem moralem
ſcopum rectum efficere inclinando in rec-
tum finem, & prohibendo ne voluntas in
alium finem à paſsionibus aut apprehenſio-
nibus aliis trahatur: prudentiā vero oſtendē-
do bonitatem finis, &c. quod ex Euſtratio
deducit: ergo ad media ſola prudentia neceſ
ſaria eſt: nam poſita intentione recti finis,
etiam ſi nulla eſſet virtus in appetitu, acce-
dente prudētia, facile eſt media acommoda
ta eligere, itaque non tam ad rectam electio
nem, quam ad rectam intentionem neceſſa-
ria eſt per ſe virtus moralis, prudentia autem
ad vtrumque actum valde neceſſaria eſt, &
quaſi ſola præſtituit media virtutibus mora-
libus, nō autem ſola præſtituir finem: ſic etiā
expone D. Tho. & alios in.1. aſſertione Co-
nimbricenſium citatos, vide etiam Ariſt. 3.
Ethic. cap 3. vbi ait conſultationē, non eſſe
de fine & D. Tho. q. 66. art. 3. ad 3. vbi ait, pru-
dentiam non ſolum dirigere virtutes mora-
les intelligendo ea, quæ ſunt ad finem, ſed
etiam præſtituendo finem. Præterea Ange-
ſtus capitul. cit. Notabili. 3. & p. 2. conclu.3.
68. ait, multa opera regulari à prudentia virtua-
liter tantum, nimirum quæ tranſeunte dicta
mine prudentiæ continuantur eius virtute.
Sed fallitur: nam nullū opus bonū continua-
ri poteſt ſine dictamine prudentiæ ſimiliter
continuato; quamuis rationes, quibus dicta-
men illud nititur non ſit neceſſe continuari,
poteſt enim manere aſſenſus concluſionis
tranſeunte aſſenſu præmiſſarum. Bene tamē
Angeſtus eod. cap. 7. p. 2. dub. 1. & 2. docet,
actum aliquem, qui non eſt obiectum pru-
dētiæ, bonum eſſe poſſe: patet de amore Dei,
de voluntate dandi eleemoſynam propter
Deum, imo de omni actu interiori habente
honeſtum obiectum motiuum ſine vlla ma
litia obiecti terminatiui vel circunſtantiarū,
in quem actum nulla fiat reflexio. Bene etiā
in 2. dub in docet actus ſtudioſi & prudentiæ
eum regulantis non ſemper eſſe idem adæ-
quatum obiectum: nam voluntas actum eli-
ciens, nō cogitur pro ſuo obiecto ſumere to
tum, quod ei oſtenditur per aliquem actum
prudentiæ: poteſt etiā aliquid à ſumere, quod
non ei per illud dictamen oſtendatur, ſed per
aliam notitiam. Exemplum.1. dictamine oſtē
dente ſubeunda mortis pericula hoc loco,
hoc tempore, hoc modo, hoc fine, poſſum vel
le mortis pericula ſubire non determinan-
do circunſtantias. Exemplū.2. circunſtantiis
per alias apprehēſiones oſtēſis & ſtante hoc
vniuerſali dictamine, ſubeunda ſunt mortis
pericula, poſſum velle, mortis pericula cum
illis circunſtantiis ſubire. Ibidem etiam dub.
3. bene docet, quando intellectus ſigillatim
& formaliter dictat de opere interno & ex-
terno, dictamina prudentialia ſunt numero
& ſpecie diuerſa ex obiectis adæquatis, ta-
men idem dictamē poteſt eſſe vtriuſque ope
ris & vtrumque regulare, habendo alterum
tantum pro obiecto: nam per hoc dictamen,
volendum eſt loqui, regulatur directe & for
maliter actus internus, indirecte autē & vir-
tute externus, per hoc autem, loquēdum eſt,
regulatur directe actus externus, & indire-
cte internus. Ex dictis etiam liquet, pruden 69
tiam præcipere virtuti morali dupliciter. 1
tradendo illi regulas agendorum. 2. dicendo
per habitum quendam illi adiunctū, fac hoc.
Quæres autem an etiam virtus moralis præ-
cipiat prudentiæ. R. Caiet. 2. 2. q. 47. ar. 6. nega
tiue, quia virtus moralis non verſatur circa
finem authoritatiue, non enim perficit pri-
mo intentionem finis, ſed electionem me-
diorum. Sed hoc merito refellit Leſsius lib.1.
cap.1. nu.28. quia virtus moralis per ſe.1. incli
nat ad finem. Vnde Aug. de morib. Eccleſiæ,
c.15. docet omnem virtutem eſſe amorem bo
ni, amor autem per ſe primo eſt finis: ergo vir
tus per ſe primo perficit ad intentionē finis.
Quod etiam patet quia amor finis eſt honeſ-
tus & difficilis ergo pertinet ad aliquam vir-
tutem. 3. Voluntas per ſe primo inclinat in
finem: ergo & virtus. 4. quia ſi virtus mora-
lis non facit rectam intentionem finis, quid
illam facit? ſed addit Leſsius id quod multis
non probabitur. Diuerſos eſſe habitus circa
finem & media, vt circa concluſiones & prin
cipia, licet vnam virtutem compleant & in-
tegrent. Sed non eſt ſimile quia concluſio-
nes habent propriam veritatem ſine relatio-
ne ad principia: media autem vt ſic non ha-
bent bonitatē niſi in ordine ad finē, & ideo
habitus inclinans ad finem neceſſario incli-
nat ad media, quibus obtinendus eſt & alio-
qui ſicut Ariſt. & omnes ponunt duas virtu-
tis intellectuales ad principia & cōcluſiones;
ita ponere deberent vnam virtutem temperā
tiæ in ordine ad finem, aliā in ordine ad me-
dia, & ſic in fortitudine, iuſtitia, charitate,
& religione. Recte autem docet Leſsius, vir
tutes morales motas à prudentiam vel ſyn-
dereſi (adde vel opinione probabili) poſſe
imperare prudentiæ vt aliquid conſiderat.
Sed quia prudentia incipere ſolet ideo im-
perare potius tribitur prudentię, quam mo-
ralibus virtutibus. 70

Ad 6.difficult.Rent. Conimb. in Ethicis
diſput. 8. quæſt. 2. art. 2. & 3. prænotando
Ad 6.diffi. ordinare in qualibet virtute tria partium
genera inuenni, nempe integrantes, ſubie-
ctas, potentiales: integrantes dicuntur non
quod virtutem ipſam integrent & compo-
nant,ſed quod ad perfectum eius actum om-
nes eas concurrere oporteat:ſubiectæ appel-
lantur, quę ſub ea continentur vt homo ſub
animali, potentiales vero virtutes adiunctæ,
quæ ideo potentiales vocantur, quia non to
tam principalis virtutis poteſtatem in ſe cōti
nent,quemadmodū ſingulæ partes animi po
tētiales,vt intellectus & voluntas nō conclu
dunt in ſe totam animi vim & facultatem.
Hoc ſuppoſito dicunt. 1. partes integran-
71 tes prudentię octo numerantur à D.Tho.2.2.
1. Aſſertio. q. 48. videlicet memoria,intelligentia doci-
litas,ſolertia, ratio,prudentia, circunſpec-
tio,& cautio,quarum quinque priores ſpec-
tant ad prudentiam, vt eſt habitus cognoſcē
di, tres autem poſteriores ad eandem perti-
nent, quatenus pręcipit applicando cogni-
Memoria. tionem ad opus. Cuius diuerſitatis ratio eſt
quia circa cognitionem tria conſide-
randa occurrunt. 1. ipſa cognitio quæ ſi
præteritorum ſit,dicitur memoria, ſi præſen-
tium,ſiue ea ſint cōtingentia, ſiue neceſſaria
vocatur intelligentia intellectus ve.Non ac-
Intellectus cipitur vero tunc intellectus pro ipſa poten-
tia intelligendi præciſe, ſed pro vt importat
rectam æſtimationem alicuius principij mo-
Docilitas. ralis à quo progreſſus rectæ rationis agibiliū
ideſt prudentiæ deriuetur. 2. occurrit ipſa
cognitionis acquiſitio quæ fit per diſci-
plinam & ad hoc ſpectat docilitas, qua
quis redditur promptus ac facilis ad audien
das aliorum ſententias: oportet enim pru-
dentem virum,vt recte iudicet,expertorum
& antiquorum audire ſententias,vel fit per
inuentionem ad quod pertinet ſolertia,
cuius eſt repentina mediorum excogitatio
iuxta Ariſt. 2. poſt.c.27. dicentem, ſolertiam
eſſe inuētionē medij in tēpore breui.3. Expē-
di poteſt vſus cognitionis quo mens ex qui-
Solertia. buſdam antea cognitis ad alia cognoſcen-
da iudicanda ve progreditur, quod eſt offi-
tium rationis,quam ad prudenter agendum
Ratio. apte diſpoſitam expeditamque eſſe oportet.
Et vero hæc vt recte præcipiat,tribus indiget,
Circunſpectio, nimirum prouidentia, circunſpectione, &
cautela:prouidentia vt res futuras ad finem
accomodate diſponat & ordinet,circunſpec-
Prouidentia. tione vt negotiorum circunſtantias caute di
ligenterque attendat, cautione vt impe-
dimenta quæ accidere poſſunt declinet ac re
Cautio. moueat.
72 2. dicunt,quemadmodum agibile in commu
2. Aſſertio. ne late patet & in varias diſtribuitur ſpe-
cies,ita & prudentia quę circa illud verſatur.
Hinc prudentia in commune varias partes
ſubiectas cohibet,quarum potiores ſunt quin
que,nimirum prudentia ſolitaria,œconomi-
ca, militaris, regalis,politica. Nam vel quis
ſe ſe prudenter gerit erga ſe ipſum tantum,
& hæc prudentia dicitur ſolitaria, & monaſ-
tica, vel circa multitudinem gubernandam.
Quæ quidem multitudo aut dirigitur ad ali-
quod ſpeciale negotium pro certo tempore
vt multitudo militum ad bellum; in hac gu-
bernanda verſatur prudentia militatis. Aut
ea multitudo ſub eo regimine toto vitæ tem
pore duratura eſt, quæ ſi ſit familia,pruden-
tia,quæ ad hanc regendam conſtituitur,di-
citur œconomica,ſi autem ſit res publica,in
principe,vocatur regalis,in ipſis vero ſubdi-
tis dicitur politica, qua prudenter ſe gerunt
principi obtemperando communis boni gra
tia, ſed vt ſubditis erga principem, ita &
aliis erga eos à quibus reguntur, ſua etiam
prudentia neceſſaria eſt. 73
3. dicunt,partes potentiales prudentiæ ſunt *3. Aſſertio.*
eubulia,ſynefis, & gnomi. Nā quemadmodū
tres ſunt actus prudentiæ, vti ſuperius dixi
mus, videlicet inquiſitio mediorum, iudi-
cium de medijs inuentis, præceptio ſeu im-
perium,vt ea quæ iudicata ſunt,efficiantur.
in quorum vltimo prudentiæ vis maxime
elucet: ita adhæc tria facile exacteque præ-
ſtanda,tres ſunt habitus,nimirum ad media
accomodata facile inuenienda eubulia; ad
bene iudicandum de his quæ lege aliqua de
finita ſunt ſyneſis; ad ferendum vero iudi-
cium de ijs quæ non ſunt lege aliqua deter 74
minata, & tamen in praxim vennint,in qui-
bus maior occurrit difficultas gnomi. *Hac
Conimbri.* ex D. Tho. 2.2. quæſt.47.ethic.q.57.
art. 6. quem ſequitur etiam Oroncius lib. 2.
cap. 13. 14. & 15. addens Epicheiam ad gnomen
pertinere. Azot vero lib.3.c.26.q.3.ait pruden
tia cōſtat memoria pręteritorū intelligentia
præſentium & prouidentia futurorum, cir-
cunſpectione,vigilantia ſolertia, perſpicacia
cautione, bona remediorum & eorum, quæ
ducunt ad finem,inquiſitione,conſultatione
ac iudicio, & in bene exequendo & præſcri-
bendo conſtantia, & firmitate:ſimilia habet
Leſsius lib. 1. cap. 2. dub. 2. ex. D.Thom. 2. 2.
quæſt. 49. Oportet tamen nonnulla aduer-
tere. 1. diuiſiones prudentiæ quæ ex parte
materiæ circa quam ſumuntur, ſi ad habi-
tus referantur, non eſſe eſſentiales, quia vt
cum Caietano & D. Thom. dicetur diffi-
cul. 10. & diſput. ſequenti ſectione. 2. con-
tra Scotum & alios, vnica tantum eſt ſpe-
cies atoma prudentiæ perſonalis, ſeu
monaſticæ reſpectu omnium agibilium:
ſed deſignare diuerſas rationes veluti ſpe-
cificas

Digitized by Google

veluti ſpecificas in eadem re.Nam idem habitus poteſt elicere varios actus circa omnes illas materias,qui tamen actus differunt ſpecie,& ideo referẽdo has diuiſiones ad actus, poſſumus dicere,varias eſſe ſpecies prudẽtiæ. ſic bene.

Angeſt.c.11.mor.initio text⁹ ait,ſpecies prudentiæ. 1. aſſignari poſſe iuxta virtutũ diuiſio
75 nẽ ſcilicet prudẽtię iuſtitiæ fortitudinis,& tẽperantię.¶2. penes ſpecies iuris ſic prudẽtia iuris naturalis,diuini & humani,ciuilis & canonici.¶3.in politicam œconomicam,& monaſticam diuidi ſolere.¶4.diuidi etiã poſſe prudentiam in iuris conſultiuam, nauticam & militarem &c.Sed hæ diuiſiones ſine arte videntur, cum innumeræ poſſint eſſe materiæ particulares prudentiæ.Prudentiamque monaſticam politicam, & œconomicam eundẽ habitum eſſe,qui ſi in rege ſit perfectus,ad gubernationẽ regni & proprie familiæ, ac perſonę ſufficit,tenẽt nonnulli recẽtiores ptolecitantes Giraldum.6.Ethic.q.14.& ita interpretantur Ariſt.6.Eth.c.8.dicentem.Atqui ciuilis facultas & prudentia idem eſt habitus, eſſe tamen ipſarũ non idem eſt. Idem tenent Altiſiod.lib.3.tract.2.cap.3.quæſt.2.Bachonius 3.d.36.quæſt.1.artic.3.Burid.6.Ethic. quæſt. 14. & Conf.quia prudentia monaſtica,ſeu perſonalis dirigit totam vitam hominis,ad eam autẽ pertinet quidquid facit homo in quolibet miniſterio & officio,ſiue ſit ꝓpter familias,ſiue familiaris,ſiue princeps, ſiue ſubditus &c.maxime cũ homo natura ſua ſit animal ciuile & politicum. 1. polit. ac proinde nunc ſubditus nunc ſuperior in republica ſit, nunc reſpectu diuerſorum & ſubditus & ſuperior,& ſane ſi politica & œconomica eſſent diſtincti habitus interſe, & à prudentia monaſtica,idem videretur dicendum de politica regni & ciuitatis, vel diuerſorum regnorum, vel reip. eccleſiaſticæ, & ſæcularis & ſic ſecundum alia genera principatuum, vel gubernationum: quod videtur abſurdũ: imo idem videretur dicendum de gubernatione vxoris, filiorum,ſeruorum famularum contra D.Thom.2.2.quæſt.50.artic.3. Deinde qui.1.ad gubernandum aſſumitur,ſolum habet habitum, vel habitus pertinentes ad prudentiam monaſticam, tamen eſt prudens ad gubernationem politicam, ergo ijdem habitus ſunt ad gubernandum politice, & monaſtice,ſed habitus aliquis dicitur prudẽtia monaſtica prout dirigit propriã actionẽ œconomica autem, vel politica vt mediante actione propria dirigit alienam. Fauet D. Thom. 6. Ethic.lect. 7. vbi ex mente Ariſtot. ait,prudentiam politicam & monaſticam eſſe eundem habitum,ſed differre ratione.Nocet autẽ,quod ibidem ſubiungit politicam ſe habere ad prudentiam monaſticam, ſicut iuſtitia legalis ad cæteras virtutes morales nã iuſtitia legalis eſt habitus realiter diuerſus, vt docuerat, ergo & politica.Vnde & quædã verſio. Ariſtotelis ibidem habet , eſſentia tamen ipſis eadem non eſt,& D.Thom.2.2.q. 50.in pręfatione ait,ſe agere de partibus ſubiectiuis & ſpeciebus prudentiæ,& poſtea per quatuor articulos probat, pręditas prudentias eſſe ſpecie diſtinctas.Idẽ affirmat Rich.3. d.33.a 2.q.3.&.8.Maior.q.6.Vazq.diſp.85.c.20. Molin.to.1.de iuſt.tract.1.diſput.1. ſed adhæc omnia poſſet dici,intelligenda de diſtinctione ſpecifica formaliter,ſed non realiter,ſicut differunt intellectus practicus & ſpeculatiuus formaliter non realiter . Durius autem eſt quod aliqui volunt eſſe de mente Ariſt. & D.Thom.locis citatis,prudentiam politicam eſſe duplicem realiter diſtinctam vnam in principe quæ dicitur architectonica,alia in ſubdito,quæ ſimpliciter appellatur politica:cum monaſtica dirigat omnes virtutes, ac proinde obedientiam erga principes. Similiter ſuperfluum videtur diſtinguere prudentiam nauticam,militarem.,mercatoriam &c. vt enim dictant de honeſtate non eſt in directione harum rerum ſpecialis difficultas, ergo non indigent diuerſa virtute prudentiæ vt vero abſolute dictant de modo conſequẽda victoriam,lucrum, portum optatum &c. proprie non ſunt prudentiæ,ſed artes, quãuis late dici videantur prudentiæ D. Tho. 2. 2.q. 50.a.4.in corpore,& ad argumenta.Vide alia diſp.ſeq.ſect.1.ad.1.

2.Obſeruandum eſt,habitum cõſultiuum, præceptiuum & iudicatiuum diuerſos eſſe debere,quia tam varij actus non poſſunt eidem habitui competere forte tamen habitum iudicatiuum per leges,& vbi non eſt lex,eũdẽ eſſe:quod enim ex his,vel illis principijs quis iudicet, non videtur ſatis eſſe ad realẽ diſtinctionem habitus, & ſic ſyneſis & gnome,idẽ habitus eſſe poſſunt. 76

3. Obſeruandum eſt, male Flaminium.2. de felicitate capitul. 18. carpere Philoponum in analyticis aſſerentem, artem militarem eſſe proprie prudentiã. Fundamẽtũ Flaminij eſt nam arti militari victoria propoſita eſt,quæ honeſta & turpis eſſe poteſt,prudentiæ autem finis ſemper honeſtus.R.facile artem militarem ſolum dici prudentiã, quãdo de honeſta victoria,& medijs ad eam conſequendam dictat,idem que eſt de iuriſperitia quam ille prudentiam proprie dictam arbitratur.

Ad.7.difficultatem.Reſpond.minime imponere neceſſitatem.Vt ſæpius dictũ eſt tractatu.3.&.6.& confirmatur ex eo, quod de Medea Ouidius inquit , ſed trahit inui- 77 Ad.7.Diſ.

uitam noua vis aliud que cupido. Mens aliud
ſuadet, video meliora proboque. Deteriora
ſequor. Maxime autem conducit prudentia,
propterea forte omnes virtutes prudẽtias eſſe
dixit Socrates apud Platonem in Rep. & alij
antiqui Philoſophi de quibus ſic loquitur
Ariſt. 6. Ethic. cap. vltimo. Harum ea quæ vir
tus eſt, nõ ſine prudentia exiſtit. Vnde etiam
omnes virtutes prudentias eſſe inquiunt &
Socrates partim recte quærebat, partim erra-
bat, quod enim prudẽtias eſſe omnes virtutes
opinabatur, errabat, recte dicebat, quod non
ſine prudentia eſſe eas aſſerebat errori ſocia-
tas. Fauet Flaminius. 2. de felecit. c. 6. dicẽs vo
luntatem neceſſario ſequi iudicium intelle-
ctus vt retulimus diſp. 2. ſect. 2. & diſp. 4. ſect. 4
referemus. Noſtræ autem ſententiæ fauet
Auguſt. 11. ciuit. cap. 28. non enim (inquit) qui
ſcit quod bonum eſt, vir bonus dicitur. Sed
qui diligit bonum quod ſcit.

Ad. 8. difficultatem dicunt aliqui pruden-
78 tiam & artem non iudicare, ſed imperare in
Ad. 8. Diff. 1. Solutio. imperio autem nullam falſitatẽ eſſe vt oſten-
dimus tract. de actibus humanis ideo prudẽ-
tiam & artẽ virtutes eſſe poſſe. Sed hoc reijci-
tur, quia prudentia etiam iudicat ſaltem per
virtutes adiunctas ſyneſim & gnomim imo
probabilius eſt per ſe non habere actum di-
ſtinctum à iudicio, ſed ſolum iudicare practi
ce de agibilibus. Alij dicunt veritatem intel-
2 lectus practici non conſiſtere in conformita
te intellectus ad rem, ſed ad appetitum rec-
tum, & hanc inueniri in prudentia & arte,
ſed certe Ariſt. 6. Ethic. capitu. 3. generatim de
omni virtute intellectuali docet, debere ſem
per verum dicere affirmando, aut negando
dicere autem verũ eſt dicere quod eſt in re,
deinde, vt difficul. 1. & alibi oſtendimus, veri-
tas intellectus ſpeculatiui conſiſtit in conue
nientia, & conformitate cum re, quam enun-
tiat. Vnde his reiectis ſolutionibus Vazquez,
diſputatione. 85. cap. 1. numero. 3. Ret. pruden-
3 tiam, & artem numquam elicere iudicium
falſum, licet illis admixta ſit opinio falſum
interdum iudicium eliciens, quo ipſam pru-
dentiam & artem iuuat vt cum quis opi-
nione falſa iudicat hanc eſſe propriam vxo-
rem, vel illum eſſe pauperem, pudentia vere
& euidenter dictat reddendum vxori debi-
tum, pauperique dandam eleemoſynam ſi-
militer cum quis falſo opinatur, hanc eſſe ta-
lem, vel talem materiam, ars iudicat euiden-
ter ex illa conſtituendam eſſe domum. Vide
dicta difficul. 1.

Ad. 9. difficultatem Ariſt. 6. Ethic. cap. 3. di-
79 ſtinguit prudentiam & artem, quod pruden-
Ad. 9. Difficultatem. tia ſit habitus vera cum ratione actiuus, ſeu
recta ratio rerum agibilium, ars vero habitus
vera cum ratione factiuus, ſeu recta ratio re-
rum agibilium, ars vero habitus vera cum ra-
tione factiuus, ſeu recta ratio rerum factibi-
lium, quam differẽtiam explicat D. Tho. 2. 2.
q. 47. art. 5. vt ars ſit circa actiones quibus ali-
quid externum permanens fit vt domus cul-
tellus &c. prudentia vero circa actiones quæ
in ipſo operãte cõſiſtũt, quibus nihil externũ
manens fit. Sed nõ placet, quia prudentia etiã
reſpicit actiones, quibus aliqua externa fiunt
& ars verſatur circa actiones quibus nihil
externum permanens fit, vt ars ſaltandi, &
citharizandi, &c. Vnde aliter explicat Vazq.
diſp. 85. cap. 1. num. 5. vt ars ſit principiũ faciẽ-
di ea, quæ ad mores non pertinent, pruden-
tia vero quæ ad mores pertinent, ſed adhuc
obſcurum eſt hoc diſcrimẽ, nam omne quod
cadit ſub arte, pertinet ad mores & in multis
pertinentibus ad mores ars etiam verſatur,
ideo alij, vt clarius rem explicent, dicunt, pru
dentiam dictare de rectitudine operationis,
artem vero non, ſed de modo quo operatio
fieri debeat, ſiue ſit recta moraliter, ſiue non,
ſed cum poſſimus recte operari intellectu
non dictante de rectitudine operationis, ſed
de decentia obiecti, non ſemper prudentia
dictat de formali rectitudine operationis,
ſed de fundamentali tantum.

Vnde hoc modo explicandum eſt diſcri- 80
men prudentiæ, & artis, quod ars non dictat
de rebus vt bonæ ſunt ſibi, vel alijs hic, &
nunc; ſed vt bona ſunt ex ſe ad aliquẽ finẽ, vt
de facienda domo, quæ bona eſt de ſe ad pro
tegendum ab iniurijs temporum & ad alios
fines. At vero prudentia dictat de efficiendo
aliquo, quod hic & nunc bonum ſit operanti
vel alijs, ſiue bonitate honeſta, ſiue vtili, ſiue
delectabili, licet ſola ea quæ dictat materiali
ter, vel formaliter de honeſtate, ſit ſtricte pru
dẽtia, eo quod dirigit bonos mores, alia enim
potius dicitur prudentia carnis, vel mundi
quæ inimica eſt Deo ſecundum effectum
ſuum: agit enim de ſola delectatione, vel vti-
litate captanda, etiamſi coniunctã habeat
turpitudinem, tamen eius dictamen eſt ſe-
cundum ſe verum & euidens, & ipſa eſt ve-
ra virtus intellectualis & quod prudentia
ab arte diſtinguatur, quia dictat de his
quæ ſunt homini bona aut mala, vt illa fiãt
hæc vitentur, patet ex Ariſtot. 6. Ethic. cap. 5.
dicente, *reſtat ergo habitum ipſum eſſe agendi ve-
ra cum ratione circa ea, quæ ſunt bona homini,
atque mala*. quod vero prudentia, quæ non
reſpicit honeſtatem, non ſit ſtricte pruden-
tia, patet ex eo quod eodem capit. in princi
pio dixit, *Videtur itaque prudentis eſſe bene
conſulere poſſe circa ea quæ ſibi ſunt bona ac pro
ſunt, non aliqua ex parte, vt quæ nam ad ſani-
tatem, vel vires, ſed quæ nam ad bene viuendum om
nino conducant*. Sed credo vtramque pruden-
tiam

tiam ad eundem habitum pertinere directe, vel ſaltim reductiue, alioqui plures erunt habitus in genere quam numerantur ab Ariſto. Hoc autem commune eſt prudentiæ, & arti, quod vtraque identificatur cùm ſcientia aliqua practica, & de prudentia id docet Maior. 3.d.33.q.2.Duran.d.36.Burid.6.ethic. q.17.& aliqui iuniores dicunt, non diſtingui à philoſophia morali, de quo plura ſuperius dixi.

81. *Ad.10.difficultatem.* Ad.10. difficult. ſupponimus, ex ſuperioribus diuiſionem prudentiæ in monaſticam ſeu perſonalem, œconomicam, ſeu domeſticam, politicam, ſeu ciuilem; quam diuidit Azor lib.3.cap.26.q.3. in eam, quæ in legibus ferendis magiſtratibus eligendis, & cõſtituẽdis conſiſtit, & in eam, quæ in parendo legibus, præfectis, magiſtratibus conſiſtit. Leſſius autem lib.2.cap.2 dub.1.ex Ariſt.6. eth. cap. 8. ponit.4. ſpecies ſeu partes ſubiectas prudentiæ perſonalem ſeu ſolitariam, œconomicam ciuilem, & legiſlatricem, & ex D.Tho.2.2.q.50.art.4.addit militarem, & notat tum ſolam perſonalem dici abſolute prudentiam, quia is ſolum dicitur abſolute prudens, qui ſe ipſum in omnibus recte gubernat: tum prudentiam perſonalem in gubernatore aliorum exercere omnia munera, quæ prudentiæ gubernatrices aliorum imo illas intrinſece includere, & non eſſe habitum diſtinctum ab illis idque voluiſſe Ariſt.6.ethic.c. 8. dum dixit, prudentiam, & politicam eſſe eundem habitum, ſed non habere eandem rationem ſeu idem eſſe, pro quo citat Giraldum.6. eth. q.14.prudentiam autem, quæ eſt in homine alios non gubernante ex officio publico ait omnino eſſe diſtincta ſpecie à cæteris; quod nõ bene intelligo quia etiam ſiquis publicũ officium non habeat, poteſt habere prudentiam ad gubernandum remp. cum ex officio ad eum pertinuerit: & depoſito munere retinet prudentiam gubernatiuam. Deinde priuatus aſſumptus ad gubernandam Remp. nõ amittit prudentiam monaſticam, ſed illam extendit ſaltem in vſu & exercitio ad alia: ergo ea non eſt diſtincta omnino ab illis quibus gubernatur Reſp. ſicut neque ab ea, qua gubernatur familia, vel etiam in gubernante Remp. erit diſtincta. Hoc ſuppoſito Maior. 3. d.36.q. 4.ait tot eſſe prudentias ſpecie diſtinctas quod obiecta materialia ſpecie diſtincta, quia habitus ſpecificatur ab obiecto materiali. Alij vero dicunt, tot eſſe prudentias quod ſunt morales virtutes, Scotus 3. d. 36. q. vnic.§.quintum ergo Gab.q.vnic.a.1.notab.5. Ocham.3.q.12.& quodlib.4. q.1. art.1. Almai. 3. moral.cap. 7. Quod probabile cenſet Leſſius lib.1.cap.2.dub.1.nu.6.& dub. 2. vbi etiam docet, neque ſcientiam eſſe vnam ſimplicem qualitatem, vel habitum, ſed ex varijs conſtare. Suadetur.1.quia poteſt quis recte iudicare in vna materia, & non in alia: ergo, & comparare prudentiam in vna materia, & non in alia.2.Quia variæ honeſtates obiectorum conſtituunt varias virtutes morales: ergo, & prudentias. 3. Quia alia prudentia requiritur ad gubernationem ſui, alia ad gubernationem domus, alia ad gubernationem exercitus: ergo alia eſt prudentia perſonalis, alia œconomica, alia politica, alia militaris vnde contingit in aliquo eſſe vnam harum ſine alia. Alij exiſtimant, vnicum eſſe habitum prudentiæ perſonalis, ſed habere.3. alias virtutes adiunctas eubuliam, ſyneſim, & gnomem. item prudentiam perſonalem diſtinctam eſſe ab œconomica, politica regnatiua, & militari. D.Tho.q.57.ar.6.& 2.2.q.47.ar.5.& 1.2.q 50.a. 1.2.3.& 4.& q 51.ar.1.2.& 3.

Vazq.vero diſp.85.ca. 2.conſentit vt putat cum D.Tho.quantum ad hoc quod prudentia perſonalis vnica ſit diuerſæ tamẽ ab ipſa, & interſe ſint œconomica, politica, regnatiua, & militaris, de quibus diximus difficul. 6. diſſentit tamen, quia cenſet eubuliam ſyneſem, & gnomem non eſſe habitus reductos ad habitum prudentiæ, ſed actus ipſius, quod ex manifeſtis locis Ariſtot. probaſſe ſe putat diſput.49.c.5.

Et quidem quod prudentia perſonalis vnica tantum ſit, tenent D.Tho.& Caiet. qu. 60. art.1.ad.1.Duran.3.d.36. quæſt.3. nu.5. Burid.6.
ethic.quæſt.13.& Ariſt.ibi.c.13.in fine inquiẽs 82.
etenim cum prudentia q. eſt vna in erũt omnes ſcilicet, morales virtutes: id probat D.Th. quia eadem eſt ſpecifica ratio veri in omni materia virtutis moralis: non autem eadem ratio boni honeſti, & ideoq. licet ſint diuerſæ virtutes morales vna tantum eſt prudentia porrò autem eandem eſſe ſpeciem veri in omni virtute morali, patet, quia veritas conſiſtit in conuenientia intellectus cum re quã enuntiat, eadem autem eſt conuentura in omni materia morali: ergo, ſed hanc rationem reijcit Vazq. illo capit. 2. tum, quia ſic non eſſent diuerſæ ſcientiæ ſpeculatiuæ nec diuerſi habemus intellectualis, nam omnium obiecta habent veritatem eiuſdem ſpeciei tũ quia habitus intellectuales non conueniunt ſpeciem ex veritate, ſed ex obiectis, quæ conſiderant, & ex modo illa conſiderandi, & tractandi Duran. verò probat, tum quia vnicum ſit obiectum. 5. bonum humilem. Tum quia vna ars medicinæ verſatur circa omnes ægritudines animi, ſed has rationes reijcit Vazq. tum quia non probat Dur. bonum humilem eſſe eiuſdem rationes in omni materia virtutis moralis, tum quia ars medica aget de vna tantum ſanitate tuenda & reſeruanda & ratio poteſt eſſe vna licet varijs ægri

tudinibus medeatur at vero prudentia de cõparandis diuerſis moralibus virtutibus ideo videtur eſſe multiplex. Vnde quidam cum Caiet. ſupra probat, quia prudentia perſonalis eodem modo agit & iudicat præmiſſa cõſultatione, & inquiſitione de materijs omnium moralium virtutum nempe iudicando de medijs inter extrema & de medijs ad finẽ apprehenſum & amatum ante omne iudiciũ & cõſultationẽ prudentiæ, ſed in primis, ratio Caiet. quam ipſe probat, non eſt diuerſa à ratione D. Tho. non enim probat D. Tho. quia eadem ſit ratio veri in omni materia morali, ſed quia idem eſt modus & veritatis, & cogitandi veritatem, eo quod obiecta omnium virtutum moralium ſunt contingentia agibilia, vt explicat Caie. & colligitur ex verbis ipſius D. Tho. ait enim eſſe eandem rationem veri in omnibus moralibus, quia omnia ſunt contingentia agibilia. Deinde non ſatis ſibi conſonat, ſi enim vt alibi docuit, omnes ſcientiæ, quæ nituntur diuerſis principijs, differunt inter ſe, & quæ eidem nituntur, ſunt eiuſdem ſpeciei, cur non idem dicat de prudẽtia & de arte. Tertio iudicium de temperata comeſtione ſemper vel nunc habenda, eſt alicuius virtutis intellectualis & nõ alterius niſi prudentiæ: ergo ad hanc pertinet, & tale iudicium eſt ante amorem temperate comeſtionis: ergo ante talem amorem eſt iudidium prudentiæ, quod ipſe negat. Deinde idem modus iudicandi & conſultandi de agilibus eſt in obiecto prudentiæ perſonalis & aliarũ vt videtur, licet neget ille: ergo ſi propter identitatẽ modi iudicandi & conſultandi vna eſt prudẽtia perſonalis in omni materia etiam ſimpliciter erit vna prudentia circa omnia obiecta, quæ tamen extenditur, ſicut ait, extendi prudentiam perſonalem ab vna materia in aliam, addito aliquo modo reali, vt generatim cum eo dictum eſt ſupra de habitibus intellectualibus acquiſitis, ſed de hac difficultate nonnulla alia dicentur diſp. ſeq. ſect. 1. ad. 1. vide etiam in hac ſect. diffi. 6.

83 Quod vero attinet ad eubuliam ſyneſin & gnomen, Leſsius lib. 1. c. 2. dub 3. probabilius putat, nõ eſſe habitus realiter diſtinctos à prudentia, ſed eſſe ipſam prudentiã inadæquate cõſideratã, nẽpe vt ſe ad hanc vel illã functionẽ extendit, vt probat Girald. 6. eth. q. 15. & Burid. q 18. Probatur quia prudentiæ propriũ eſt inquirere media ad finẽ idonea: atque hoc fit bona conſultatione: ergo bona cõſultatio eſt actus proprius prudentiæ. Vnde recte Ariſt. 6. eth. c. 7. ait, prudentiæ maxime opus eſſe dicimus recte conſultare. Neque ſatisfacit, ſi dicatur, prudentiæ proprium eſſe bene conſultare quòd imperet illud. Nam conſultatio de medijs non imperatur proprie à prudentia, ſed à cognitione & amore finis, in qua cognitione finis non tam cernitur prudentia quam ſynderesis: cernitur autem in conſultatione ſi bene fiat: ergo bona conſultatio eſt. 1. functio, in qua prudentia elucet. Quod autem recte iudicare, quod pertinet ad ſyneſin & gnomen, pertineat ad prudentiam, patet quia per hunc actum prudentia imperat voluntati, eamq. & potentias inferiores in executione dirigit. Sed ego exiſtimo varios habitus realiter diſtinctos conſtituendos eſſe, quorum alij quos prudentia habet adiunctos alios vero inuoluit: quia omnis actus elicitus à prudentia eſt iudicare vel præcipere: conſultare autem eſt alius actus diſtinctus ab iſtis nempe inquirere, vt ſuperius diximus in hoc tractatu, ct m. 6. & docet D. Thom. 1. 2. quæſt. 14. ar. 2. & 2. 2. quæſt. 47. art. 8. & Ariſt. 6. eth. cap. 9. ergo non poteſt eſſe elicitus ab habitu prudentiæ, ſed ab eubulia illi adiuncta. Item omne iudicium prudentiæ eſt formaliter practicum iudicare autem quæ ſit vel eſſe debeat mens legiſlatoris in caſu particulari, vel in communibus euentis, quæ ſunt officia ſyneſis & gnomes, eſt actus ſpeculatiuus: ergo nõ eſt elicitus à prudentia, ſed ab alijs habitibus adiunctis. Vnde D. Tho. 1. 2 quæſt. 57. art. 6. & 2. 2. quæſt. 47. art. 8. actus iudicandi & conſiliandi, quos tribuit virtutibus adiunctis prudentiæ, ait pertinere ad intellectum ſpeculatiuum iudicium vero prudentiæ, quod vocat præcipere ponit in intellectu practico. Pro quo aduerte. 1. prudentiam dupliciter præcipere. 1. iudicãdo & tradendo regulas ſeu præcepta agendorum. 2. dicendo fac hoc, qui actus eſt valde diuerſus ab omni iudicio, ideo ſuum peculiarem habitum requirit, vtrumque prudentia inuoluit.

¶ 2. Nota apud Ariſtotel. 6. Ethicorum capitul. 10. vt ibi exponit Euſtratius, Syneſin, ſeu ſagacitatem eſſe facultatem acute iudicandi de dicto, vel facto alterius, dicuntur enim ſynetos & euſynetos ideſt ſenſatus & beneſenſatus, qui magiſtro aut altero aliquid dicente, vel inſinuante, ſtatim ſenſum facile percipit. Vnde græce ſynienæ vſurpatur pro manthanin, quod eſt diſcere, ſeu percipere, quod alius dicit, quod maxime eſt neceſſarium ad iudicandum prudenter de agendis, quia ſic penetratur mens legis latoris cui nos accommodate debemus, vnde Ariſtotel. 1. mag. moral. capitul. 35. docet ſyneſin eſſe partem prudentiæ, ſcilicet adiunctam, non incluſam: nam. 6. Ethicorum capitul. 10. ait, *non eſt idem ſagacitas* (ſeu ſyneſis) *& prudentia: prudentia namque preceptiua eſt, finis enim ipſius eſt, quid nam ſit agendum, aut non agendum*

agendum præcipere, ſagacitas autem vis iudicandi dumtaxat. idem eſt enim ſagacitas, & bona intelligentia, quippe cum ſagaces ſint, & bene intelligentes. Neque autem habere neque accipere prudentiã eſt ipſa ſagacitas, ſed in opinationis vſu ad ea bene iudicanda, de quibus eſt prudentia, alio dicente, conſiſtit, ſitque hic perinde atque cum diſcipulus ea dicit, ac comprehendit, quæ à ſcientiam tradente præcipiuntur: ergo ſecundum Ariſt. ſyneſis eſt habitus diſtinctus realiter à prudentia.

De gnome autem aduerte ſecũdum Ariſt. 6. ethic. cap. 11. eſſe rectum iudicium æqui, & & boni, quod Græcis dicitur epiikes, & cũ ſit contra verba legis, non eſt cõtra mentem legiſlatoris ſecundum Ariſto. 5. ethic. ca. 10. eſt correctio legis quatenus deficit ob vniuerſalem locutionem, cum enim leges non poſſint complecti omnes exceptiones in quibus debebant non ſeruari, latæ ſunt generaliter vt comprehenderent omnes caſus ordinarie occurrentes, exceptiones vero relictæ ſunt iudicio prudentum: talis exceptio vocatur epijkes ſiue æquum, & bonum eſtque velut correctio legis poſitiuæ ſupplens eius defectum, ac proinde melior quam obſeruatio verborum legis: iudicium vero illud dicitur gnome, quod latine benignam ſententiam poſſumus nominare, in legibus autem pœnalibus dicitur yſgnome id eſt venia, vel pœnæ mitigatio. v. g. lex vniuerſe præcipit, qui occidit occidatur; tu inuaſus ab alio occidiſti, vir æquus per gnomen iudicat, eam non fuiſſe mentem legiſlatoris, quia eſſet iniuſta, & ſecundũ aliquos virtus, quæ in voluntate reſpõdet gnomi vocatur epijkia, & eſt pars iuſtitiæ, ſecundum alios vero idem eſt epijkia, & gnome, quam & ſagacitatem ſiue ſyneſim habitus appellat Ariſt. illo. cap. 11. licet dicat, aliquando illis nominibus deſignari naturalem aptitudinem ad talia iudicia formanda. Sed contra prædicta obijcies, quia D. Tho. q. 19. ar. 3. ad 2. & 2. 2. q. 47. a. 8. & Ariſt. 6. ethic. cap. 5. cõſultationem tribuunt prudentia. R. non vult quod prudentia eliciat actum conſilij per ſe, ſed per alium habitum, licet ipſa iudicet, quã do, & quomodo, & cum quibus conſultandum ſit. ita Reſp. D. Tho. 2. 2. q. 51. a. 2. ad. 1. cur autem prudentiæ vna tantum virtus in ordine ad conſilium ponatur, & duplex in ordine ad iudicium, ſcilicet ſyneſis, & gnome. vide D. Tho. 2. 2. q. 51. a. 4. ad. 2. Obijcies. 2. quia D. Tho. 6. eth. lect. 9. eubuliam, ſyneſim, & gnomen inquit eſſe practicas, & 2. 2. q. 51. a. 2. ad. 3. eas diſtinguit à ſpeculatiuis: ergo male diximus eſſe ſpeculatiuas. R. eſſe practicas ex parte obiecti, quia circa agibilia verſantur, vt docet D. Tho. 2. 2. q. 51. art. 3. non tamen ex parte modi, quia eubulia non iudicat, aliæ vero ſpeculatiuè iudicant.

Ad. 11. difficultatem bene R. Azor, lib. 3. c. 86.
28. q. 3. partim eſſe virtutem rationis, partim *Ad. 11. dif.*
moris: quia eſt in intellectu, & non in appetitu: circa mores tamen verſatur, vnde eſt moralis ex parte materiæ. ¶Ad. 12. difficul. R. ſyn- *Ad. 12. dif.*
dereſim à prudentia differre, quia ſyndereſis circa principia moralia, prudentia circa concluſiones verſatur, D. Tho. 1. p. q. 79. art. 12. & 2. d. 39. q. 3. ar. 1. Scot. & Maior. q. 1. Baſſol. & Guiller. de Rub. a. 2. Palac. diſp. 1. Alb. in ſumma. par. 2. q. 99. in fine, & in ſumma de homi. tract. de ſynderesi q. 1. Altiſiod. lib. 2. tracta. 12. q. 1. & 3. Angeſt in mor. c. 7. Sot. 1 iuſt. q. 4. ar. 1. licet Bona. 2. d. 39. a. 2. q. 1. Alen. 3. p. q. 27. memb. 2. a. 3. & Henric. quodlib. 1. q. 18. exiſtiment, eſſe habitum voluntatis inclinantem ad bonũ honeſtum in communi. Alij vero ſentiant eſſe habitum intellectus circa principia moralia, & voluntatis circa finem, vt Duran. 2. d. 39. q. 4. cum quo videtur conuenire Rich. ar. 3. q. 1. De ſyndereſi exponunt aliqui id Pſal. 4. ſignatum, &c. & id Rom. 2. gentes, quæ legem non habent, &c. ſed hæc de omni naturali cognitione ſiue principiorum moralium, ſiue concluſionum intelliguntur. Multa de ſyndereſi leges tract. 8. de conſcientia circa
principium. 86.

Ad. 13. difficultatem dicitur, prudentiam *Ad. 13. dif.*
in ſuis functionibus pendere ordinarie à virtutibus moralibus. Leſſius lib. 1. c. 1. dub. 4. & alij communiter ex Ariſtot. 6. Eth. ca. 5. & 13. quiſque enim iudicat ſæpe, licet non ſemper, vt eſt affectus; vnde, qui abſque virtutibus nõ eſt bene affectus, & cum vitijs eſt male affectus, non ſolet recte de agendis iudicare, ſed praue, & ſic non ſolet habere prudẽtiam perfectam, ſed valde imperfectam, & imprudentiæ admixtam, itaque licet aliquod iudiciũ prudẽtiæ poſſit eſſe ſine virtute morali etiam ea quam, dirigit, & aliquis actus bonus poſſit eſſe ſine virtute prudentiæ per iudicium ſyndereſis, vel probabilis opinionis: tamen in ſtatu perfecto non poteſt eſſe virtus moralis ſine prudentia, nec ècontra: ſed mutuam habent dependentiam, vt magis patebit cum agemus de connexione virtutum, ad quod etiam conducet legere, quæ ſcripſimus tractatu. 5. de modo, quo appetitus ſenſitiuus mouet voluntatem peruertendo aut rectificando iudicium intellectus. Hinc recte D. Tho. 2. 2. q. 47. a. 13. dixit, prudentiam, ſcilicet, integram, & perfectam ad bene iudicandum ordinarie in omni materia, non poſſe eſſe niſi *Ad. 14. dif.*
in viris probis.

¶Ad. 14. difficultatem bene Reſpon. Leſſius lib. 1. cap. 2. dub. 4. ſatis eſt illum videre, & res eſt facilis.

(.·.)

SECT.

SECTIO. V.

Vtrũ fides humana, opinio & ſuſpicio ſint virtutes intellectuales, & alia ad hos habitus pertinentia.

87 RESP. negatiue, quia ſunt valde imperfecti in genere intellectuali, cum ſint incerti, & fallibiles, poſſitque illis ſub eſſe falſum, vt de opinione docuit Ariſt.1.poſt. c.23. ita Rubius tract.1.de habit.q.3.n.51.& 52.& alij communiter, imo addit Rubius, non eſſe ſimpliciter habitus intellectuales, & alij dicunt opinionem nec ſimpliciter eſſe habitum, quia non eſt difficile mobilis, ita cum Soto in prædicam. quali docet idem Rubius tract. vlt. q. 1.ſed de hoc iam dixi tract.10. & Viguer. c. 3. 3.§.8.verſ.5. in fine inter habitus intellectuales, ſpeculatiuos numerat fidem, opinionem, ſuſpicionem, & errorem: nobis modo ſatis eſt nõ eſſe virtutes, eſto ſint habitus, vnde Ari.6. ethic. c.3.opinionẽ excluſit à ratione virtutis intellectualis, & recte illo tract vltim.q.1.ait, Rub. opinionẽ eſſe duplicẽ, ſcilicet, immediatã, quæ eſt de propoſitionibus per ſe veriſimilibus, & mediatam, quæ eſt de propoſitionibus, quæ fiunt veriſimiles aliquo argumento. Sumit ex Ariſtot.1.poſt cap. 26. quas opiniones contra Sotum ſupra putat ſpecie differre, ſicut habitus intellectus, & ſciẽtiæ: par enim ratio eſt, idemq. tenent Conimb. ſtatim citandi. De fide humana recte etiam non eſſe virtutem intellectualem, quia poteſt illi ſub eſſe falſum, docuit Rubius ibi ex D.Tho. 2. 2. q.4.a.5 ad.2. Porro licet Conimb.2 poſt ca. 26. q.1. art.2. diſtinguant non ſolum opinionem mediatã : & immediatam, ſed etiam fidem mediatã & immediatã. tñ fidem omnẽ teneo eſſe mediatam, quia procedit ex authoritate dicẽtis: fidẽ etiam nego eſſe proprie eam cognitionem, quæ eſt euidens in atteſtante, licet illi repugnent.

88 *Dub. 1.* An vero fides humana, & opinio differant eſſentialiter omnino, ita vt nulla opinio ſit fides humana, vel econtra Quidam dicunt nõ differre eſſentialiter, ſed ſicut vir & puer; nã fides eſt vehemẽs quædã opinio iuxta Ariſt. 4.top.c.5.loco.60.& 61.q etiã.1. topic.c. 7. ait fidem eſſe opinionem habitam per inductionem vel ſyllogiſmum probabilem, & 2. poſt. c.26. non diſtinguit fidem humanam ab opinione. Hanc ſententiam tenet Sotus.1. poſt. cap. 26. & Maſius ibid. controuer. 2. Alij dicunt, fidem quæ eſt euidens in teſtificante, (qualis eſt quando mihi eſt euidens, id eſſe dictũ ab illis, qui nec decipi nec decipere potuere, quia videlicet certum eſt non potuiſſe omnes cõuenire, vt dicerent aliquid. v.g. Romam eſſe & eam ſe vidiſſe, niſi & Roma eſſet, & ipſi eam vidiſſent) eſſe ſpecie diuerſam ab opinione, quia huic repugnat euidentia, non vero illi: de qua quidem Iacobi.2. dicitur *dæmones credunt & contremiſcunt.* Fidem autem ineuidentem in atteſtate, qua nimirum credo, non habens euidentiã, quod iſte dicat, vel quod eius authoritas ſit infallibilis, eſſe eiuſdem ſpeciei cum opinione. Rubius autem illo tract.vlt.q.1.n.19.& ſeqq. docet, nullam fidem humanam proprie ſumptam eſſe eiuſdem ſpeciei cũ opinione, ſed hos habitus omnino ſpecifice, & eſſẽtialiter differre: quæ apparet ſẽtẽtia D.T.2.2.q.2.a.1. vbi fidem humanã diſtinguit ab opinione. *quod hæc rationi probabili, illa vero teſtimonio fidedigno nitatur*; ꝙ videtur ſufficiẽs ad deſtinguendã eſſentialiter opinionẽ & fidem humanam: nam hæc media valde diuerſa ſunt, ſic etiam Conimb. ſupra dicunt, opinionem non ſolum differre eſſentialiter à fide euidenti, ſed etiam à fide ineuidenti, quęcumque illa ſit.

89. *1.Con.* Ego exiſtimo primo aſſenſum euidentem in homine atteſtante, eſſe eſſentialiter diuerſum ab opinione; non tamen eſſe proprie fidem humanam, ſed late tantum, ſicuti & aſſenſus euidens in Deo atteſtante, non eſt fides diuina proprie, ſed late tãtum, vt docebimus tract. de fide.

2.Con. Secundo exiſtimo, eſſe valde probabile quod opinio & fides humana non differunt eſſentialiter: ſed ꝙ omnis fides humana eſt opinio, quia eſt ineuidẽs & incerta, ſicut opinio, & argumẽtatur à quodã ſigno nẽpe authoritate dicentis, ſicut opinio mediata ab alijs ſignis argumentari ſolet, & quòd ſignum probabile ſit authoritas dicentis, vel quid aliud videtur materialiter ſe habere in ordine ad hos habitus, & ita non diſcernere eos eſſentialiter, nec à fide humana excludere rationẽ opinionis, quinimo Ariſt.1.top. c.1. probabilẽ opinionem definire videtur in ordine ad humanam authoritatem, dicens. *Probabilia autẽ ſunt, quæ videntur omnibus, aut pluribus, aut ſapientibus, & his, vel omnibus, vel pluribus, vel maxime familiaribus, & probatis.*

3. Concl. Tertio exiſtimo etiam valde probabile nullam fidem humanam eſſe proprie opinionẽ, & hos habitus eſſe eſſentialiter diuerſos Conimb.2.poſt, c.26.q.1.ar.1. & 2. & eſt communis ſententia, proba. quoniam opinio reſpicit medium probabile aliquo modo intrinſecũ, argumentando à cauſa ad effectum vel ab effectu ad cauſam, vel ab vno effectu ad alium propter communem cauſam. At vero fides humana argumentatur à ſigno valde extrinſeco, quod eſt dictũ alterius. Deinde ſi quemadmodum fides diuina non ſolum habet dictũ

Dei

Digitized by Google

Dei pro motiuo, ſed etiam pro ratione formali, ſubqua, & ideo quamuis aliquid appareat dictum à Deo, ſi tamen non eſt reuera dictum à Deo, nõ illi aſſentitur; ita aliqua fides humana haberet dictum hominis nõ ſolum pro motiuo, ſed etiam pro ratione formali ſubqua, eam fidẽ ego dicerem diſtingui eſſentialiter ab opinione nitente alijs ſignis, aut fundamentis, vel nitente dicto hominis non, vt rationi formali ſub qua, ſed præciſe vt motiuo. Puto tamen non dari fidem humanam, quæ nitatut dicto hominis vt rationi formali ſub qua, ita vt ſi reuera homo non dixiſſet, quod dixiſſe apparet, non præſtet aſſenſum habitus ille, ſed alius, vt quando quis aſſentitur propoſitioni, quia videtur dicta à Deo, cum tamen non ſit dicta.

90 *Ad arg. prime ſent.* Suſtinendo autem, omnem fidem humanã differre eſſentialiter ab opinione. Ad arg. prioris ſenten. R. cum Ariſto. dixit fidem eſſe opinionem vehementem, non fuiſſe locutũ de fide proprie dicta, nec de humana, nam hæc aliquando eſt remiſſior opinione, vt bene ait Rubius ſupta, ſicut quando Ariſt. 1. top. c. 1. dixit prima principia non per alia, ſed per ſe ipſa fidem habere, non ſumpſit fidem preſſe, ſed late: quod vero dixit, fidem eſſe opinionem, &c. de opinione late ſumpta expone.

91 *4. Con.* De fide autem diuina dico. 4. differre eſſentialiter à fide humana & opinione propter certitudinẽ infallibilitatis & ab omni ſciẽtia naturali & ſupernaturali propter ineuidentiam & obſcuritatem, & quòd diſcurrat aliquo modo nempe vnico & ſimpliciſsimo diſcurſu ab authoritate tantum diuina, dicam in materia de fide. Quod vero ait Rubius ſupra. n. 34. ex D. Tho. 2. 2. q. 2. ar. 1. non diſcurrere intelligitur de diſcurſu non fundato præciſe in authoritate diuina. Diſcurſus vero, qui fiũt an probandum, aliqua eſſe dicta à Deo, non ab illa, ſed ab alijs habitibus fiunt.

92 *Dub. 2.* Adde. 5. recte Conimb. illo. a. 1. docuiſſe ſuſpicionem nõ diſtingui ab opinione: eſt enim aſſenſus priuatus leuibus fundamentis nitẽs: cęterum nõ probo, quod dicunt, omnem ſuſpicionem eſſe opinionem mediatam: nam aliqua ſuſpicio poteſt eſſe immediata & ex terminis, ſicut opinio. Adde ſuſpicionem interdum non ſignificare aſſenſum ſed dubitationem ex aliquo iudicio & tunc eſſentialiter diffetre ab omni opinione. Sed dubitabis. 2. an habitus opinionis mediatæ multiplicandi ſint. R. contra aliquos cum Rubio ſupra. n. 37. 38. & 39. multiplicandos eſſe ſicut multiplicantur ſcientiæ, quia par ratio eſt, cum vterq. habitus diſcurſui nitatur, vnus euidenti alter probabili, circa innummeras materias, quas omnes non poteſt complecti vnus habitus præſertim imperfecti generis, qualis eſt opinio mediata. Opinio autem immediata fortaſſe non multiplicatur niſi per practicum & ſpeculatiuum, ſicut ſuperius diximus de habitu principiorum quia par ratio eſſe videtur; propoſitiones enim per ſe probabiles non adeo multæ ſunt, vt non poſsint vnico habitu comprehendi vel ſaltem duplici, altero ſpeculatiuo, altero practico.

3. Dubitabis, an habitus fidei humanæ multiplicandi ſint. R. negatiue cum Rub. ſupra. n. 93 *3. Dub.*
40. & quia vna ſides diuina deſeruit ad aſſentiendum omnibus dictis à Deo, ergo & vna fides humana, deſeruiet ad aſſentiendum omnibus dictis ab homine, ſicut enim omnia teſtimonia diuina ſunt eiuſdem rationis, ita & omnia humaña, imo & omnia creata, in quibus nihil miſcetur authoritatis diuinæ; nec mirum, ab eodem habitu tot prodire aſſenſus, cum ſint valde ſimiles, & imperfectiſsimi nempe formidine pleni.

4. Duubitabis, an formido ſic de ratione 94 *4. Dub.*
fidei humanæ & opinionis. Maſius ſupra putat, formidinem non eſſe de ratione fidei humanæ, quam appellat perfectam ſeu vehemẽtem opinionem, ſecus de ratione opinionis imperfectæ. R. tamen cum Soto ſupra, & Rubio in illo tract. 5. ſeu vltimo de habi. quæſt. 2. Vaz. 1. p. q. 1. d. 1. n. 4. Conimb. 2. poſt. c. 26. q. 1. ar. 4. formidinem actualem non eſſe de ratione actus fidei humanæ vel opinionis, ſecus radicalem, ſeu virtualem, idem tenent communiter recentiores, Michael de Maſſa apud Grego. infra & in re idem tenent Caiet. locis citandis, & D. Thom. 1. 2. q. 67. art. 3. vbi docet cum ſcientia octuali eſſe poſſe aſſenſum probabilem: talis enim aſſenſus erit opinio & nõ habebit adiunctam formidinem. Pro quo aduerte, formidinem actualem eſſe iudicium, quo quis dicit, forte non ita eſt; quod iudiciũ explicat Rubius nomine timoris, cæterum non eſt formaliter timor, ſed cauſaliter: nam timor ad appetitum pertinet, formido autem dubium & iudicium præfatum pertinet ad intellectum. Opinionem autem ſine illo eſſe poſſe patet ex Ariſt. 7. ethi. c. 3. *Dicente, cum nõnulli ex his, qui opinantur, non ambigant ſed certo ſe ſcire exiſtiment.* Quod in hæreticis & alijs experimur, qui firmiſsime adhærent ſuis erroribus, & putant, ſe demonſtrationem de illis habere. 1. poſt. c. 2. & in alijs, qui propter magna fundamenta quibus nituntur, non dubitant de ijs, quæ credunt vel opinantur, aut quia non conſidetant eſſe ineuidentia & incerta. Habent tamen ſemper opinio & fides humana formidinem tadicalem & fundamẽtalem, quia cum medium ſit ineuidens & fallibile, ſufficiens fundamentum habent homines ad dubitandum & formidandum, ac timendum, ne forte fallantur. Hoc ſenſu opinio-

Digitized by Google

opinionem eſſe habitum vel actum formido
loſum,docent D.Tho.3.d.23. q.2. art.2. q.1. &
de verit.q.14.a.1.& 2.2.q.2.a.5.& 1.2.q. 67.ar.3.
Maſil.q 2.prologi Baſſol.q.5.a.3.Caiet.1. poſt.
c.26. dub.1. Capreol.3. d.25. q.1.& alij paſsim.
Scot.3.d.23.q.vni.ad argumenta.Aureol.apud
Ocam.q.2.prologi circa.2.Ocam,ibi. Gab. q.
7.ar.1.notab.2.Maior.q.4. quanuis Grego. q.
2.prologi plus videatur intendere , & Caiet.
ſupra & expreſsius.3.p.q.5.a.3. circa ad 2.& 2.
2.q.1.ar.5.cognitionem per medium probabi-
le,quæ non habeat adiunctam formidinem,
dicat,non eſſe opinionem , ſed dialecticam
notitiam:ſed contra,quia ille actus non eſt
ſcientia:ergo opinio.

95 *Dub.5.* Dub.5.an ad actum fidei humanæ vel opi-
nionis requiratur pia affectio voluntatis. R.
cum Rubio,illo tract.5.de habi. q.2. non re-
quiri piam affectionem ad patronum opinio
nis vel aſſertorem propoſitionis credendæ,
vt experientia conſtat,ſecus vero piam affe-
ctionem ſumptá pro electione qua voluntas
velit id credi aut opinari. quia cum intellec-
tus à teſtimonio humano,imo & à diuino ob
ſcuro,vel ab argumento probabili non deter
minetur ad aſſenſum oportebit à voluntate
determinari,vt cũ Cai q.65.a.4.docebimus la
te in materia de gratia & de fide,cótra Scotũ,
& alios exiſtimantes,ad credendum ſatis eſſe
voluntatem non repugnare & reſiſtere. Sed
merito Rubius reijcit Caietanum , quod di-
xerit voluntatem prolibito ſine vlla ratione
poſſe determinare intellectum ad credendũ,
niſi velit Caiet. voluntatem poſſe id facere
quanuis non ſit maior ratio pro vna parte
quam pro alia;quod verum eſſet vt Rubius
fatetur,quia vt in.1.tomo tract.6.oſtendimus,
voluntas poteſt eligere inter æqualia etiá
æque efficaciter propoſita.

96 *Dub.6.* Dub.6.V.opinio ſeu fides & ſcientia de ea
dem propoſitione poſsint eſſe ſimul in eodé.
1.ſent.eſt,non poſſe ſimul eſſe in eodem quo
ad actus,nec quoad habitus:tribuitur Scoto.
3.d.24.q.vn.§.contra hæc.Caietano 1.poſt. c.
26.Soto ibi.q.vnic. Maſio.q.5.D.Thom.1. 2.q.
67.ar.3.& q.69.a.3.& 2 2.q.1.a.4. & de verit. q.
14.a.9.et 3.d.24.q.1.a.2.Capreolo.d.25.q.vnica
§.vlt.Greg.2.q.prologi.2.Opi.eſt poſſe eſſe ſi-
mul etiam quoad actus Dur.q.1. prologi. nu.
20.vſq.ad 38.Conim.2.poſt.c.26.q.2.3.Opi.eſt
eſſe incompatibiles quoad actus , non quoad
habitus.Rubius tribuit Alenſi.3. p.q. 29. m.3.
Altiſiod.3.ſummæ.tract.3.q.24.Bon.3.d.24.ar.
2.q.2.Gab.ibid.a.2.& 3.Henrico quodlib.8.q.
14.Ariſt.1.poſt.c.26.Hanc ſent. ſequitur Rub.
tract.5.de habitib.q.3.vbi docet.1. actum opi-
nionis poſſe eſſe ſimul de eadem propoſitio-
ne,& in eodé intellectu cum habitu ſciẽtiæ.
Secũdo cum habitu opinionis.3. ipſos habi-
tus.4.actus non poſſe eſſe ſimul.

De hac re ex profeſſo diſputabimus in ma
teria de fide,vbi oſtendemus neque actus ip- 97 *Auctor.*
ſos ſecundum ſuam ſubſtantiam eſſe incom-
patibiles.Secus ſecundum formidinem actua
lem,quæ,vt diximus,non eſt de eſſentia opi-
nionis,ſed ſæpe illam habet annexam & eã
excludit ſcientia per ſuam euidentiam , nam
qui ſcit,ſcit ſe ſcire & quòd impoſsibile eſt
rem aliter ſe habere.Et ſic intelligit Ariſto 1.
poſt.c.26.nihil poſſe ſimul eſſe ſcitum & opi-
natum,vt explicat Dur.ſupra hæc opinio col
ligitur ex D.Tho.1.par.q.58.ar.7.ad.3.&. q.72.
ar.7 ad.1.&.3.part.q.9.ar.3. ad. 2. quibus locis
aſſerit poſſe ſimul hominem aſſentiri eidem
propoſitioni ex medio probabili, & ſcienti-
fico,ſed aſſenſus procedens ex medio proba-
bili,vt ſic,non eſt euidens,licet forte aliunde
ſit euidens,vel ſubiectum habeat euidentiá:
ergo eſt actus opinionis.Quam rationem a-
lijs adiunctis vrgebimus tract.de fide. vbi D.
Thom. 2.2. q.1.ar.5. & alij cum eo tractát , an
ſcientia & fides poſsint eſſe ſimul , vide Co-
nimb.ſupra qui recte tribuunt.2. ſententiam
Henrico , Alenſi,Altiſiod. Bon. & Gab. locis
citatis in. 3. opinione (quæ male illis tribui-
tur)imo & D.Thomæ.q.67.a.3. Caietano ibi
& alijs locis.

6.Dubitatio eſſe poteſt an opinio cum ſua 98 *6.Dub.*
formidine actuali & ſcientia poſſint eſſe ſi-
mul de potentia abſoluta , hæc quæſtio pen-
dere ex illa videtur, an actus vitales contra-
rij poſſint eſſe ſimul de potentia abſoluta:
nam ſcientia & actualis formido videntur a-
ctus contrarij Conimb. 2. poſt. c.26.q.2. ar.3.
probabile putant , poſſe eſſe ſimul de poten-
tia abſoluta,ſed probabilius putant,non poſ-
ſe eſſe ſimul in eodem intellectu,etiam in di
uerſis locis,quanuis amor & odium, aſſenſus
& diſſenſus de potentia abſoluta poſſint eſſe
ſimul in eodem ſubiecto.ſi ſit in diuerſis lo-
cis.Ego magis propendeo in hoc quod ſi for
mido ſolum dicat formá poſitiuá,poteſt eſse
ſimul cum ſcientia de potentia abſoluta,etiá
in eodem loco,quia teneo non eſſe repugná
tiam in hoc quod actus vitales contrarij ſint
ſimul in eodem ſubiecto & in eodem loco.
Deinde exiſtimo nec de potentia abſoluta
poſse accidens ineſse alicui in vno loco &
non in alio ſiue accidens ſit abſolutum , ſiue
relatiuũ,ſiue reſpiciat ipſum locum ſiue non.
De qua re dicam ſi Deo placuerit, tract. de
Euchariſtia:accidentia enim,excepta quanti
tate,non ſunt per ſe in loco ſed ratione ſubie
cti cui inhærent & ſubſtantia corporea non
eſt in loco , niſi ratione quantitatis, cui ſub
eſt.Si vero formido negationem , aut priua-
tionem ſcientiæ inuoluat , nec de potentia
abſoluta poterit eſse in eodem intellectu cũ
ſcientia

Digitized by Google

ſciẽtia etiã in locis diuerſis, quia nec de potẽtia abſoluta poreſt intellectus in vno loco habere ſcientiam, & in alio eius priuationẽ, nec corpus poteſt in vno loco eſſe viuens, in alio mortuum, quia anima neceſſario eſt vbi eſt ſuum corpus. Sed de his latius alibi.

7. Dub. eſt an poſſit eſſe idem actus ſcientiæ, & opinionis, vt quando per medium probabile, & demonſtratiuum aſſentior alicui concluſioni. De hac re tractant Conimbric. 2. poſt cap.26. quæſt.1. qui varias ſententias referunt. 1. eſt aſſerentium, tunc produci actum ſcientiæ cum modo quodam opinionis prouenienre à medio probabili, vt Capreol. 3. d. 25. quæſt. vnic. art. 3. ad argum. Duran. aſſerit, cum aſſentior alicui propoſitioni ex demonſtratione, & ex authoritate diuina, produci actum ſcientiæ cum modo quodam certitudinis fidei. 2. eſt aſſerentium, produci actum, qui ſimul eſt ſcientiæ, & opinionis, eiuſdẽ rationis cũ actibus, qui ſeorſum fierent à demõſtratione, & à medio probabili. 3. Quòd ille actus erit ſcientiæ, & opinionis diuerſæ tamen rationis ab actibus, qui elicitentur ſeorſum à medio probabili, & demonſtratiuo. 4. tunc ſolum fore vnum actum, nimirum ſcientiæ, & in illum influere etiam per ſe medium opinatiuum. 5. Quam ipſi præferunt, eſt, fore vnicum actum ſcientiæ, & in illum non influere medium probabile, licet diſpoſitiue conducat vt promptius eliciatur. Ego credo tunc formaliter fore actum opinionis, ſiue ſit idem cum actu ſcientifico, ſiue non, vtrũq. enim eſt ſatis probabile, ſed ſi ſunt idem, dicendum cenſeo cum. 3, opinione fore diuerſæ rationis ab illis, qui ſeorſum producerentur à medio probabili, & ſcientifico, quia vtraque ratio eſſet ei intrinſeca, & eſſentialis, alijs vero vnica tantum, ſed de hac re fuſius tracta. de fide: nam eadem eſt difficultas an idem actus poſſit eſſe ſcientiæ, & fidei, ſiue humanæ, ſiue diuinæ.

QVÆST. LIX. DE DISTINCTIONE VIRTVTVM moralium ſecundum comparationem ad paſsiones.

Artic. 1. *Vtrum virtus moralis ſit paſsio.*

Artic. 2. *Vtrum virtus moralis poßit eſſe cum paßione?*

Artic. 3. *Vtrum poßit eſſe cum triſtitia?*

Artic. 4. *Vtrum omnis virtus moralis ſit circa paßiones?*

Artic. 5. *Vtrum aliqua virtus moralis poßit eſſe ſine paßione.*

QVÆSTIO LX DE DISTINCTIONE virtutum moralium ad inuicem.

Artic. 1. *Vtrum ſit tantum vna virtus moralis?*

Artic. 2. *Vtrum diſtinguantur virtutes morales, quæ ſunt circa operationes, ab ijs, quæ ſunt circa paßiones.*

Artic. 3. *Circa operationes ſit vna tantum moralis virtus?*

Artic. 4. *Vtrum circa diuerſas paßiones ſint diuerſæ morales virtutes?*

Art.

Art. 5. Vtrum virtutes morales diſtinguantur ſecundum diuerſa obiecta paßionum?

QVÆST. LXI. DE VIRTVTIBVS CARNALIBVS.

Art. 1. Vtrum virtutes morales debeant dici cardinales, vel principales?
Art. 2. De numero earum.
Art. 3. Quæ ſint.
Art. 4. Vtrum differant ad inuicem?
Art. 5. Vtrum conuenientur diuidantur in virtutes politicas, & purgatorias & purgati animi, & exemplares?

DISPVT. IIII. DE VIRTVTIB. MORALIBVS.

POSTquam dictum eſt de diſtinctione virtutũ moralium,& intellectualiũ diſp.3.ſect.1.& ſpeciatim de intellectualib.diſp.3.ſect. 2. & ſeqq.ordo doctrinæ poſtulat, vt ſpeciatim quoq; de virtutibus moralibus diſputemus,& hac de cauſa præſentem diſputationem inſtituimus.

Sectio. 1. Vtrum vna ſit tantum moralis virtus, an vero.4. & cur cardinales dicantur.

1. PRÆMITTIMVS, moralem virtutem à more dici ex Ariſtotel. 1. magnorum moral.ca.5. & 6. vbi ait,virtutem moralem à more ſeu mora dictam quod ex mora aſſueſcit. & D.Tho.q.58. a.1. quem ſequuntur Conimbric.in Ethicis diſput.7. quæſt. 6. art.1.Valen. diſput.5. quæſt.3.puncto.1.putantes cum eodẽ D.Tho.virtutem moralem dici à more, prout mos naturalem,vel quodammodo naturalem inclinationem ad aliquid agendum ſignificat, talem enim inclinationem potentijs conferunt habitus virtutum moralium, quibus peculiaris eſt huiuſmodi ad actũ propenſio, quatenus facultas appetens in qua in hærent, alias potentias ad agendum mouet, tum vero,quia appetitus ita in rem deſideratam propendet, vt in eam quaſi extra ſe feratur,atque adeo peculiari minimo in eam inclinetur. Alij putant dici à more pro vt mos ſignificat actum liberum, mores enim proprie dicũtur humani,vt notauit Ambr.præfatione ad Lucam: actus autem liber eſt proprie humanus,& proprius hominis,quoniam inter ea, quæ videmus,ſolus homo operatur libere ideo habitus, qui ordinantur ad actus per ſe liberos,quales ſunt actus volũtatis, vel ad ſimiles illis,quales ſunt actus appetit⁹ ſenſitiui,dicuntur morales,vel quia ponunt rectitudinem in moribus hominum eliciendo actus per ſe liberos, vel ſimiles liberis. Paulo aliter rem explicat Petr. Greg. in ſyntaxi lib. 22. cap. 1. dicens: *Quod Græci vocant, ethos, vel, ithos, vix Latine reddi poteſt, vt notauit Quintilianus lib. 6. cap. 3. ithos, inquit, cuius nomine, vt ego quidem ſentio, caret ſermo Romanus, mores appellantur atque inde ea pars Philoſophiæ, quæ moralis eſt dicta, ſed ipſam rei naturam ſpectanti mihi non tam mores ſignificari videntur, quam morum quædam proprietas, nam ipſis quidem omnes habitus mentis continentur, & poſtea mites, & compoſitos ithi vocatos voluiſſe antiquos, vt concitatos pathi, hinc ethica diſciplina ſeu moralis nihil aliud præſtat quã morum compoſitionem, vnde & virtutes morales.* Hæc Petrus Gregorius, qui tamen cap. ſequenti priores expoſitiones ſequi videtur ex Ethica.

Plu-

Plutarcho lib. de virtute morū adducens mores eſſe qualitates animæ ratione vacantes, & & ideo virtutes morales eſſe in anima appetitiua. Iuxta eaſdem autem priores explicationes prudentia non eſt in ſe virtus moralis, eſt tamen moralis ex parte obiecti & materiæ circa quam. Itemque iuxta vltimam explicationem, dirigit namque actus morales, & humanos, & ſuo modo illos cauſat, & in illis ponit moralē rectitudinem, moreque & conſuetudine, ſeu frequentatione actuum hominis acquiritur, & propterea Angeſtus in moralibus cap.7.p.2.& cap.11. in principio, & Almai.3. mor. c.1. dicūt, nō eſſe formaliter virtutē moralē, ſed materialiter, ideſt, ex parte materiæ circa quā, vt etiam docet D. Tho. q.58.a.3.ad.1.57.a.4.61.a.1.& 2.2.q.47.a.5. vnde bene Bernа. in canti. ſer. 49. ait. diſcretionē, non tam virtutem eſſe, quam moderatricem & aurigam quandam virtutum, ordinatricem affectuum, & morum doctricem, & Conimb. ſupra dicunt, prudentiam tametſi virtus intellectualis ſit (vt inquit Ariſt. 1. & hic c.13. & lib.2. c.1. vbi ait etia non eſſe moralem) tamen merito moralibus annumerari, tum quod earum regula ſit, & ad eius normam, præſcriptumque ſuos actus componat appetitus, quoties ex illarum habitu operatus, tum quod perfectio prudentiæ non abſoluitur intra fines intellectus, antequā rectitudo in appetitu inueniatur, quiquid in aduerſam partem ſcripſerit Scotus.3. d.36. quæſtione vnica.

2. Late ergo de virtute morali loquendo, quatuor eſſe virtutes morales, communis eſt Doctorum ſententia, ſcilicet prudentiam, iuſtitiam, fortitudinem, & temperantiam, quas cardinales appellauit non ſolum D. Tho. tota q.61. ſed etiam Ambr.5. in Lucam exponēs id quod habetur Lucæ 6. Beati pauperes ſpiritu, & Caieta.q.61. inquit, aduerte cardinalis vocabulum ab Ambro. forte 1. introductum, ſed Valentia diſp. 5.q.4. pun. 3. ait antiquius eſſe, nam in concilio Romano quod centum annis præceſſit, Ambroſiū, ſub Silueſtro ſtatutum eſt canone ſexto, vt eſſent ſeptē Cardinales vrbis Romæ, ideſt, præcipui: quo pacto Augu. 1. de Baptiſmo cōtra Donatiſtas c.6. eos qui inter Donatiſtas erant primarij vocauit Cardinales & Cyprian. librum ſcripſit de cardinalibus, ideſt, principalibus Chriſti operibus, & Greg. relatus c. fraternitatem.71. d.& c. paſtoralis 7.q.1. Epiſcopum ſeu metropolitanum appellat ſacerdotem cardinalē, ideſt principalem.

3. Cæterū forte Ambroſius primus hoc nomen virtutibus attribuit, quo eas etiam appellauit. Proſper. 3. de vita contemplati. c.1. 8. Grego. 2. moralium. Hieronymus Marci 1. ad finem, eo quod ſint principales non perfectione & natura, ſed materia, neceſſitate, & vſu, & adhuc iſto modo nō cōparantur Theologicis, hæ enim ſunt non ſolum præcipuæ. ſed alīa ratione magis neceſſariæ, vt de fide patet 1. Cor. 3. de ſpe. Hebræ.6. de Charitate, Ephe. 6. vbi dicitur radix, de quo D. Tho. q. vnica de virtutibus in communi. a.12. ad. 14. dicuntur ergo Cardinales 1. principales (vt explicat D. Tho. q. 61. a.3.& 3. d 3. vbi Duran. q. vltima) materia neceſſitate, & vſu humanæ vitæ, non diuinæ. Dicūtur etiam cardinales, quia ſicut fortes cardinibus, ſic illis omnis moralis vitæ honeſtas & ſanctitas fulcitur, in illiſq. quaſi in cardinibus verſatur, in illis eſt ianua & introitus ad alias. Butid.3. eihi.q.19. ex Albert. affirmat, cardinales dici per ordidem ad cardines cœli, & Martinus de Magiſtris. q.2. de temperātia, & 1. de fortitudine ait, cardinales dici per ſimilitudinem ad dignitatem cardinalium; quem male impugnat Maior.3. d.33. q.1. quia antequam eſſent Cardinales, dicebantur virtutes iſtæ cardinales, hoc namq. confutatur ex concil. cita. vide Caniſium 4. parte catechiſmi, vbi de ethymologia & numero harum virtutum diſſerit, lege etiam Ambroſ. lib. de paradiſo cap. 3. Aug.13. ciuit. c.21.& 10. de moribus eccleſiæ cap.15. Greg. 2. moral. c. 36. in id Iob. c.1. concuſſit quatuor angulos domus Philonem. 1. allegoriarum, vbi quatuor paradiſi fluminibus totam terrā interſecantibus, comparant has quatuor virtutes, quæ vberrimis fluentis honeſtarum, actionum vitam noſtram irrigant, vide etiam Ciceron. 2. de inuentione à medio, vbi omnes a tutes ad has quatuor reducit. Item Be dū ſer. 22. in cant. & in paruis ſer. 22. Hierony. Marci.10.& epiſt. ad Pamacllium, Aug. 1. retractationum c.7. 1. contra Academicos c. 7. 1. de libero arbitrio cap.13. 5. ciuit. c.2. lib. 83. qq. in q. 31.& lib. de Geneſi contra Manich. c.10. Gloſ. in id Luc.6. beati pauperes ſpiritu, Ambroſius 3. de virgini. & 2. offici. capit. 9. 4.
Gregorius 1. moral. c 25.& lib.22. c.1.& hom 3. in Ezechielem. vbi has principales virtutes vocat.

Proſper 1. de vita contēplatiua. c.18. vbi ait quaternariū numerum perfectione ſacratū pene nullus ignorat, ſiquidē totus orbis Oriēte, Occidente, Aquilone, & Meridie, quatuor determinari partibus, ſiue angulis inuenitur, & ipſe Adam qui eſt humani generis pater, vel generale nomen quod dicitur homo, 4. literis explicatur, corpus quoq. quatuor elementis ſtructum, quaternarij numeri continet ſacramentum, ipſius etiam animæ qua-

tuor ſint affectiones, ſed & quatuor flumina, quæ de Paradiſi fonte procedunt, quatuor quoq; Euāgelia, diuini curtus rota quatuor. Ezec. 1. & animalia, & eorum alæ quatuor, & facies, ſic Proſper. Adde Iob. 1. quatuor angulis eius domus ſuſtentabatur, & Exodi, 28. in rationali ſummi Sacerdotis quatuor erant ordines lapidum pretioſorum, & Exod. 25. per vectes immiſſas in quatuor circulus aureos, arca fœderis aſportabatur, & Zachariæ. 2. quatuor fabri ſunt contra quatuor cornua, hoc eſt quatuor potentias mundi, ſic ergo quatuor ſunt virtutes cardinales contra quatuor præcipuas paſſiones. Commēdantur hę virtutes Sapien. 8. ſobrietatem & prudentiam docet, & iuſtitiam & virtutem, quibus vtilius nihil eſt in vita hominibus, vbi nomine ſobrietatis intelligitur tēperātia, & virtutis, fortitudo, vt docet Aug. 2. retra. 2. c. 7. & pater clare ex textu Græco vbi ponūtur nomina harū virtutū Philoſophis vſitata, vt notat Leſſi' in breui explicatione virtutū toti operi ſuppoſito vbi ponit Græca nomina poſita Sap. 8.

5 *Iuſtitia.* Ad has quatuor virtutes cardinales ait Azor libro. 3. capit. 26. quæſtione. [illegible] reduci, vel quia ſunt partes illis ſubiectæ, vel quia cum ipſis cognationem & affinitatem habent, vnde Cicero. 2. de inuentione 6. partes iuſtitię enumerat, religionem, pietatem, gratiam, vindicationem, obſeruantiam, & veritatem, Macrobius vero in ſomnium Scipionis capit. 8. ſeptem innocentiam, amicitiam, concordiam, pietatem, religionem, affectum, & humanitatem: ipſe autem Azor ait, iuſtitiæ ſubijci omnes virtutes, quæ ſunt ad alterum, vt ſunt religio, quæ cultum & honorem Deo tribuit, pietas, [illegible] patriæ, parentibus, & propinquis, obſeruantia, qua cæteros dignitate præſtantes [illegible], obedientia, qua ſuperioribus [illegible] obtemperamus, Fides, qua in promiſſis & conuentis veritatem ſeruamus; Veritas: qua etiam in reliquis verum dicimus, Gratia, qua grati ſumus erga eos qui ſunt de nobis bene meriti: Liberalitas, qua liberaliter, & [illegible] pecunias noſtras cum alijs communicamus, quæque in pecunijs quęrēdis & erogādis modū imponit; Benignitas, quæ etiam dicitur humanitas, vel Charitas, qua bene alijs facimus propter ipſos non propter vtilitatem noſtram; Vindicatio, quæ delicta punit; Clementia, quæ in pœnis modum tenet, & ſeruat, diſtributio quæ pro ſingulorum meritis honores, dignitates, publicas adminiſtrationes, & cætera communia beneficia diſtribuit: Miſericordia, qua alienam indigentiam, & miſeriam ſubleuamus: hoſpitalitas, qua hoſpites præſertim aduenas, & peregrinos benigne & amanter excipimus.

6 *Fortitudo.* Fortitudinis Cicero quatuor partes enumerat, magnificentiam, fiduciam, patientiam, perſeuerantiam, Macrobius ſeptem magnanimitatem, fiduciam, ſecuritatem, magnificentiam, conſtantiam, firmitatem. Azor ad fortitudinem redigit virtutes, quæ quamdam animo magnitudinem præſtant, vel in aduerſis, moleſtis, acerbis, & malis ſubeundis & ſuſtinendis, vel in aggrediendis periculis, vel in arduis ſuſcipiendis, vel in bonis impendendis, vel in honoribus, & dignitatibus contemnendis, vnde ad fortitudinem reducit fiduciam ad aggrediendum & ſuſtinendum, magnificentiam in pecunijs abundanter expendendis, & ſumptibus faciendis, magnanimitatem ad arduas & excellas rerum adminiſtrationes ſuſcipiendas in quibus ſunt honores & dignitates imperij & principatus: patientiam ſiue tolerantiam in ſuperandis rerum difficultatibus, quæ moleſtiam, faſtidium & dolorem ſolent afferre, perſeuerantiam in victoria curæ ſolicitudinis & moleſtiæ, quam temporis diuturnitas parit.

7 *Tēperantia.* ¶ Temperantiæ partes ſunt eæ virtutes, quæ cupiditates, voluptates, dolores ſenſuum & corporis corrigunt. Rex etiam quæ iras emolliunt & mitigant, cuiuſmodi ſunt abſtinentia, quæ eſt in cibis, ſobrietas, quæ in potionibus, caſtitas, cuius eſt luxuriam repellere, cui virtuti ſubijciuntur caſtitas coniugalis, vidualis, & virginalis, eorumque qui cælibem vitam agunt. Pudicitia, quæ voluptatem in oſculis, amplexibus, & tactibus refrænat, clementia quæ modum in pœnis præſcribit. Hæc enim, vt eſt ad bonum alterius, iuſtitiæ ſubijcitur, vt vero cohibet affectum, ad temperantiam pertinet, Manſuetudo, quæ iras temperat: Modeſtia, quæ in vultu, inceſſu, geſtu, & alijs corporis motibus rectum ordinem ſeruat: Vrbanitas, quæ in verbis & ſermonibus modum ponit. Hæc Azor quæ plenas difficultatibus. Nam multæ virtutes minus principales reducuntur ſimul ad duas, vel tres virtutes cardinales, 8
& ſine arte multiplicantur, quædam enim ipſarum non videntur realiter diſtingui ab alijs, quibus connumerantur: & multæ aliæ poſſent non ſine fundamento fingi hic non numeratæ. Sed ad expediendas omnes difficultates oporteret de omnium virtutū natura in particulari diſſerere, quod ad 2. 2. pertinet, quæ ſunt vero de partibus prudentiæ dicit ſuperius retulimus.

D. Thomas, Valentia, Conimbricen. & alij temperantiam ponunt in concupiſcibili,

li, fortitudinem in iraſcibili, iuſtitiam in voluntate prudentiam in intellectu. Si obijcias Auguſtin. lib. de moribus Eccleſ. capitul. 15. affirmantem, quatuor virtutes morales nihil aliud eſſe niſi amorem recte compoſitum & lib. 15. de ciuit. capitul. 22. docentem veram virtutem eſſe ordinem amoris, quibus verbis omnes virtutes videtur ponere in voluntate, vel concupiſcibili: in his enim tantum potentijs amor eſt. Reſpondent Conimbric. nihil aliud iodicare, quam omnem virtutem ſuo modo præſtare, vt recte amemus, ſiquidem quisquis virtutum præſidio ſeptus nihil præpoſtere aut inordinate expetit, prudentia amorem cauſat dirigendo, iuſtitia & temperantia eliciendo, fortitudo diſponendo, nam voluntas & concupiſcibilis amorem periculi facilius elicit, quando iraſcibilis per fortitudinem recte affecta eſt, fortaſsis tamen idem eſt appetitus iraſcibilis, & concupiſcibilis & ſic fortitudo in concupiſcibili exiſtens amorem eliciet.

9 1. Opinio. Sunt etiam qui dicant, nullam virtutem eſſe in appetitu ſenſitiuo, qui facile defeodere poſſent, præter prudentiam vnam tantum eſſe virtutem moralem, eamque in voluntate, cuius obiectum adęquatum motiuum ſit bonum honeſtum, effectus autem formalis reddere voluntatem promptam ad omne opus virtutis, quando vero voluntas eſt facilis in vna materia, & non in alia tunc virtutem eſſe inchoatam & non ſatis extenſam, vel id prouenire ex habitibus exiſtentibus in appetitu ſenſitiuo erga vnā materiam & non erga aliam, aut certe (ſi in appetitu ſenſitiuo tantum eſt vnus habitus vt in omnibus obediat rationi & voluntati recte mouenti,) illud prouenire ex varijs corporis diſpoſitionibus, vel paſsionibus, aut apprehenſionibus, & ſuaderi poteſt hęc opinio. 1. quoniam ad omnes actus
1. Argum. moraliter bonos ſufficit vna prudentia in intellectu: ergo ſimiliter ſufficiet vna virtus moralis in voluntate. ¶ 2. Quia dabilis eſt
2 virtus, quæ habeat pro obiecto motioo adęquato bonum honeſtum in cōmuni, & hæc promptam reddet voluntatem, ad omne bonum honeſtum, quatenus honeſtum, ergo ſuperuacaneæ erunt aliæ virtutes. ¶ 3. Qoniam
3 Ambroſ. 2. offic. capitul. 9. ait, Eſt ergo indiuiduum ſapientiæ atque iuſtitiæ contubernium, ſed vulgi vſu diuiditur, vna quædam forma virturum, ſit nobis comunis opiniouis gratia quadripertita facta diuiſio. Gregor. 22. moral. capitul. 1. vna virtus ſine alijs, aut nulla eſt virtus, aut imperfecta, quia neque prudentia vera eſt, quæ iuſtitia, temperans & fortis noa eſt, nec vera iuſtitia, quæ prudens, temperans & fortis non eſt, nec temperantia, quæ prudens fortis & iuſtitia non eſt, nec fortitudo integra, quæ prudens & iuſta & temperans non eſt, & Ariſtot. 2. Ethicorum capitul. 4. in omni virtute requirit, vt ſit prudens, conſtans, fortis, moderata, & temperans. Confirmatur. 1. quia virtus bonum facit habentem, non autem erit bonus niſi ſit prudeos, iuſtus, fotris & temperatus, ergo hæc omnia ad eandem virtutem pertinent. Confirm. 2. nam vna diſciplioa verſatur circa multa ſpecie diſtincta, vna fides ſimiliter, & vna animi facultas, ſeu mens quæ præteritorum recordatur, præſentia intelligit futura prouidet, & vna lux ſolis illumioat, calefacit & excicat, ergo ſimiliter vna virtus poteſt in omnia obiecta moralia.

Hæc tamen ſententia reijcitur. 1. authoritate. Ariſtot. 2. Ethicorom cap. 3. 4. & 5. Plat. 3. de legibus, & ex alijs, qui vt vidimus, tres virtutes cardinales poount in appetitu. 10
¶ 2. Reijcitur ratione D. Thom. quæſt. 60. art. 1. quæ ſatis obſcura eſt, & negotium faceſsit Caietano & alijs ibi, quæ tamē ſic intelligēda eſt, vt quooiam obiecta & actus vnius potentiæ licet conueniant in vna ratione formali ſpecificante potentiam, tamen habent rationes formales diuerſas ad ſpecificandos non ſolum diuerſos habitus vnum bonum alium malum, ſed etiam diuerſos habitus bonos eiuſdem potentiæ, neceſſe ſit in eadē etiam collocare diuerſas virtutes, & multo magis ſi potentiæ ipſæ diuerſæ ſint, ſic enim, vt ibi probat argumento, ſed contra, neceſſe eſt varias virtutes ponere, & ideo ſiue omnes numeratæ virrutes, ſint in eadem potentia, ſiue in diuerſis, ipſæ interſe diuerſæ ſunt ex formalibus obiectis, & ex actibus adæquatis, nec eſt credibile tot actus tamque diuerſos & fere nullam habentes connexionem in vnum concurrere habitum, maxime cum habitus longe imperfectior ſit poteotia ipſa, ac proinde longe minorem extēſionem habere poſſit.

Ad. 1. autem argumentum aduerſariorum Ret D. Thom. quæſt. 60. artic. 1. ad 1. dicendum eſſe, quod obiectum rationis eſt verum, eſt autem eadem ratio veri in omnibus moralibus, quæ ſunt contingentia agibilia; vnde eſt vna ſola virtus in eis dirigens ſcilicet; prudentia: obiectum autem appetitiuæ virtutis eſt bonum appetibile, cuius eſt diuerſa ratio ſecundum diuerſam habitudinem ad rationem dirigentem, vbi Caietan. explicat D. Thom. vt velit prudentiam eſſe vnum habitum, & vnam virtutem ſpecie atoma propter vnitatem obiecti formalis, quod eſt cōtingens agibile, vt ſic. Addit que ex D. Th. de virtutibus q. vn. art. 12. etiam modum iudicādi cū depēdētia à diſpoſitione appetit⁹, per 11

tinere ad vnitatem obiecti formalis, & ideo vnam tantum eſſe prudentiam, ſpecie atoma & reijcit Scotum, 3. d. 36. quæſt. vni. artic. 2. docentem dari plures ſpecies prudentiæ ſicut dantur plures ſpecies ſcientiæ & artis, & plures ſpecies virtutis moralis: par enim ratio videtur.

13 Funda Caiet. præter Ariſt. 6. Ethi. & D. Th. ibi, eſt quia prudentia indicat inter agibilia diuerſarum virtutũ moralium, ergo eſt vna, antecedens patet, nam ad prudentiam ſpectat diſcernere, quid hic & nunc magis expediat, punire iuſte, acceptam iniuriam, antolerare illam, bellare, an voluptates oblatas perſequi, & ſic de alijs ſpectantibus ad diuerſas virtutes, diuerſaque vitia moralia conſeq. patet ratione, & authoritate Ariſto. 2. de anima, vbi ponit ſenſum communem ad diſcernendum inter obiecta ſenſuum particularium, vnde ſicut nullus ſenſus particularis, neque omnes ſimul poſſunt diſcernere ſenſibile proprium vnius ſenſus à proprio alterius, ita ſi plures eſſent prudentiæ iuxta numerum agibilium, nulla poſſet diſcernere inter ea agibilia, & ſic conſtituẽda eſſet præter prudentias particulares, alia comunis prudentia, ſicut comunis ſenſus, præter particulares, quod eſt plane falſum, quia communis illa ſufficeret, & à nemine concedetur, dari communem prudentiam: ergo vnica tantum eſt prudentia erga omnia agibilia, nec eſt ſimile de artibus, quia non pertinet ad artem comparare interſe artefacta & inter ea diſcernere, ſed ad ſcientiam aliquam, ars enim non tractat, quomodo res differant, ſed quomodo ab homine fieri poſſint &c. hæc bene & late Caieta. quamuis non ſit improbabile dari diuerſos habitus prudentiæ particularis, & vnum communem cuius eſt propoſitionibus probatis per particulares prudentias cõparare earum agibilia interſe: imo aliqui de qualibet propoſitione dicunt eſſe ſuum peculiarem habitum ſpeculatiuum aut practicũ, nec ſuperfluunt prudentæ particulares cum illa communis ab illis pendeat, & ſolum poſ-

14 ſit attingere comparatiue ipſa agibilia, item ſtat eſſe prudentem in vna materia & imprudẽtem in alia; quod vt Thomiſtæ referunt ad diuerſas extenſiones poſſibiles in eodem habitu circa diuerſas materias & propoſitiones, alij referunt ad diuerſos habitus prudentales & eos plane conſtituit Almai. 3. mor. c. 7. Gab. 3. diſt. 36. q. vni. a. 1. notabi. 5. Baſſol. q. vni. art. 2. Mayro. q. 2. art. 13. Rub. q. 2. a. 2. Maior. d. 33. q. 4. Angeſt. in mor. c. 11. in textu. Ochã quodli. 4. q. 6. & 3. ſent. q. 12. quinimo quãuis Conrad. quæſt. 60 art. 1. ad 1. Caiet. quæſt. 65. artic. 1. Valentia diſp. 5. quæſt. 7. puncto. 2. & Medina ibi vnicam tantum prudentiam conſtituant reſpectu omnium agibilium, tamen Medina in fine illius art. ait eſſe intelligendum de agibilibus, quæ ad propriam vitam inſtituendam pertinent, & ſub dubio relinquit, an prudentia monaſtica œconomica & politica, quæ diſtinguntur ab Ariſtot. 6. Ethic. capit. 8. & D. Tho. 2. 2. quæſt. 47. art. 11. ſint ſpecie diſtinctæ, quid ergo mirum ſi etiam monaſticæ prudẽtiæ ponãtur ſpecie diſtinctæ, nec valet quod ait, reliquas prudentias, vel non eſſe ſimpliciter prudentias, vel procedere per diuerſa media, vel habere nouas difficultates: nam negari non poteſt quin abſolute & ſimpliciter ſint prudentiæ, ſi bonum honeſtum reſpiciant, & ſicut illæ habent nouas difficultates, & procedunt per diuerſa media, ita monaſticæ, quamuis omnes interdum vtantur eiſdẽ medijs & principijs; omnes enim poſſunt vti hoc principio, in dubijs tutior pars eligenda, è duobus malis minus eſt eligendum &c. & omnes in ſua conſultatione vtuntur ſcripturis, rationibus naturalibus, exemplis bonorũ virorum, ſi ergo hoc non ſufficit, vt illæ prudentiæ idem habitus ſint, nec ſufficiet, vt omnes monaſticæ prudentiæ ſint idem habitus. Item quamuis per prudentiam conferat Rex agibilia quæ ad ſe tantum pertinent ad agibilia pertinentia ad ſubditos, non ſequitur prudentiam monaſticam & politicam in eo non differre, ergo ſimiliter licet quis per prudentiam conferat diuerſa agibilia ad ſe pertinentia non ſequitur monaſticas prudentias in eo nõ eſſe diuerſas. Nec eſt ſimile de logica, quod adducit Medina, nam eadem logica vtimur in omnibus materijs, quia ſolum præbet formam, quæ in omnibus eſt eadem, at vero prudentia diuerſa agibilia cõſiderat, ſicut ſcientia ſpeculatiua, diuerſa ſpeculabilia, ergo ſicut ſunt diuerſæ ſcientiæ ſpeculatiuæ, ita diuerſæ prudẽtiæ. Conf. quia cõſtitui poſſunt diuerſæ ſcientiæ morales pro diuerſitate ſcibiliũ, vt Ethica, œconomica & politica ergo & diuerſæ prudẽtiæ, par enim eſt ratio, maxime, ſi prudentia & ſcientia moralis nõ ſunt diuerſi habitus, quando prudẽtia diſcurſu euidenti vtitur, vt diximus ſupra. Neque Ariſt. 6. Ethic. cap. vltimo ex vnitate prudentiæ probat connexionem moralium virtutũ interſe, ſed ex connexione cuiuſque virtutis moralis cum prudentia conſummata vt d. 7. ſect. 2. dicemus.

Hanc quæſt. de vnitate prudentiæ Valent. diſpu. 5. quæſt. 4. puncto. 1. reſeruat ad. 2. 2. eam vero late diſputat Burid. 6. Ethicorum quæſt. 13. & tenet, eamdem eſſe prudentiam circa obiecta omnium virtutum moralium, q autem. 14. quærit vtrum prudentia monaſtica, regalis, ciuilis, & œconomica ſint idẽ habitus, aut diuerſi & refert diuerſas opiniones; ſed 15

eligit

eligit eam, quæ aſſerit non eſſe diuerſos habitus re, ſed ratione, eumdem que habitum prout dirigit hominem priuatum, dici monaſticam, prout dirigit gubernatorem ciuitatis regalem, vt ciuem vero ciuilem, ſeu politicam; prout dirigit gubernatorem domus œconomicam. Suadetur quia prudentia dirigit hominem in acquiſitione omnium moralium virtutum & vt ſit ſimpliciter bonus, hoc autem non præſtat in ciue & patre familias niſi dirigat ipſum, vt gubernatorem Reip. & familiæ: ergo hoc ipſum in eo præſtat, quia tamen non in omni homine, ideo Ariſtot. 6. Ethicorum capitul. 8. ait, idem quidem habitus, eſſe autem non idem ipſis, ideſt non eſſe illis eamdem rationem, vel non eſſe ſemper ſimul ſecundum actus, & officia ſua. Vtroque enim modo varij authores huius ſententiæ Ariſtot. interpretantur, vt ibidem refert Burid. & priorem expoſitioné ſequitur Donatus ibi conſtituens exemplum in ſuperficie media alicuius orbis, quæ reſpectu partium ſuperiorũ conuexa dicitur, reſpectu vero inferiorum concaua, ſed de vnitate prudentiæ nonnulla alia dixi diſputatione præced. ſect. vltima difficult. 10. & monaſticam prudentiam vnicam eſſe docet etiam D. Thom. 2. 2. quæſt. 47. articul. 1. et quæſt. vnic. de virtuti. in communi articul. 12. ad. 21. Capreol. 3. d. 36. quæſt. 1. Durand. quæſt. 3. Bachon. quæſt. 1. Palacios et alij ead. d. Altiſiodo. 3. ſummæ, tract. 7. capit. 3. quæſt. 2.

16 Ad. 2. Reſp. tametſi vna virtus ſufficeret in volũtate, alias eſſe ponendas in appetitu ſenſitiuo propter difficultatem magnam, quæ ex illo prouenire poteſt & ſiue in eo ſint virtutes, ſiue non, multi habitus in illo poni debent, quia cum nullus habitus appetitus poſſit eſſe admodum perfectus, nullus poterit eſſe admodum extenſus. Addo in voluntate debere etiam conſtitui varias virtutes. Nam vel nulla eſſe poteſt, quæ habeat pro obiecto adæquato motiuo bonum honeſtũ eo quod nimis late patet, ſed aliquod peculiare honeſtum. Vel etiam ſi detur aliqua habens pro obiecto motiuo adæquato bonum honeſtum v. g. iuſtitia legalis, tamé alias eſſe neceſſarias ad agendum propter alias rationes quando non ſe offert communis ratio honeſti vt ſæpe accidit. Ad. 3. Reſpond. bene Azor, lib 3. cap. 26. quæſt. 5. Ambro. Grego. & Ariſt. ſolum voluiſſe omnes virtutes cardinales eſſe inuicem colligatas & connexas. Adde argum. ſi vim haberet, plus probare quam aduerſarij intendant; nempe prudentiá nó eſſe diſtinctam à virtutibus exiſtentibus in appetitu. Ad. 1. Conf. Reſp. vna virtute non reddi hominem ſimpliciter bonum ſed ſecundum quid & ex parte. Ad. 2. Conf. Reſp. vnam virtutem poſſe habere varia obiecta & actus, nó tamen poſſe complecti omnes actus & omnia obiecta moralia propter rationes adductas.

17 Circa hæc notat Azor, illo cap. 26. quæſt. 1. *Numerum virtutum cardinalium ſumi. 1. ex parte facultatum animæ quas afficiunt intellectus, voluntas, iraſcibilis & concupiſcib. § 2. ex officio virtutis nam vt Cicer. 1. de off. dicit omne vitæ humanæ officium ex quatuor partibus oritur, aut ex ea qua quis, quid in rebus agendis verum, quid faciendum, quid fugiendum perſpicit, aut ex ea quæ in hominum ſocietate tuenda, tribuendoque ſuum cuique & in rerum contractarum fide ſeruanda verſatur, aut ex ea quæ in animi excelſi & inuicti magnitudine & robore conſilij, aut ex ea quæ in omnium, quæque ſiunt, quæque dicuntur modo & ordinatione conſtituta eſt. § 3. Ex affectibus qui virtutibus corriguntur: præcipui enim ſunt quatuor, cupiditas, voluptas, metus, dolor, cupiditates & voluptates corporis emundat & corrigit temperantia; metus, & dolores refrenat & temperat fortitudo, prudentia præſtat ne ſimus in agendo inconſtantes, leues, temerarij, & præcipites, inconſtantia enim eſt, qua quis facile conſilium mutat, temeritas qua facile nullo adhibito conſilio credit, præceps eſt qui ſine conſideratione, ac modo quippiam agit, ſtudium, amorem, ac cupiditatem lucri & pecuniæ cõpeſcit liberalitas, iuſtitia facit vt æquum in comertijs & contractibus ordinem teneat, fortitudo eſt coluna domus, temperantia frænum & habena affectuum, prudentia norma & regula morum, iuſtitia trutina æquitatis: hoc veluti quadrigarum curru vita hominis ſapienter & recte vehitur ad finem rationi congruentem. Hæc Azor ibi.*

SECTIO. II.

Vtrum aliquæ virtutes morales verſentur circa paſsiones, ſcilicet, quæ non ſunt ad alterum; aliæ circa operationes, ſcilicet quæ ſunt ad alterum.

18 PArtem affirmatiuá docet D. Tho. tota fere, q. 59. & 60. ar. 2. 3. & 4. & 2. 2. q. 58. a. 9. ex Ariſt. 2. 4. & 5. Ethi. vbi tamen eam impugnat Burid. lib. 5. q. 1. & lib. 2. q. 9. Marti. q. 1. de fortitudine. Almai. 3. moral. capitul. 5. docetq. omnem virtutem humanam verſari in paſsionibus & operationibus: ſimiliter D. Thomá impugnat Angeſt. in moral. c. 11. § 1. dub. 2. ſed ſententiá D. Thom. docuit etiam Ricard. 3. diſt. 33. art. 3. quæſt. 3. Durand. quæſt. 5. Bonau. a. 1. q. 4. Baſſolis quæſt. 3. art. 1.

In hac re Azor lib. 3. capitul. 28. ait iuſti-

tiam in operationibus, temperantiam & fortitudinem magis in paſsionibus occupari, nam hæ poſt ſedatos appetitus affectus bonũ eligunt , illa vero non ſedat perſe affectus, ſed per alias virtutes , clementia crudelem temperat , manſuetudo iratum mitigat. Auarum tenacem, ac reſtrictum liberalitas moderatur , prodigum & profuſum frugalitas, ſiquis non ſit caſtus temperans fortis & liberalis, iuſtus non erit , & leges ac iura perfringet, & ſicut actus eſt fortitudinis velle patriam tueri , etiam cum nihil cogitatur de affectibus, tẽperantia eſt velle ieiunare etiã cum nihil cogitatur de illis, iuſtitia eſt in comercijs iuſtum ſoluere, at pecuniæ & lucri amorem & cupiditatem liberalitas temperat: putat Azor , hanc eſſe opinionẽ Ariſt. D.Thomæ & comunem.

19 Sed pro rei explicatione notandum omnes virtutes morales elicere actus , qui vere ſunt operationes humanæ & hoc ſenſu omnes verſari in operationibus, ideſt aliquam operationem rectam & honeſtam eſſe actum elicitum & imperatum cuiuſcunque virtutis , Vnde Ariſtot. 5. Ethic. cap. 4. ait, virtutis magis eſſe bene agere quam bene pati, eſſeque turpe non bene facere: item notandum eſt omnem virtutem humanam eſſe aliquomodo circa paſsiones voluptates & dolores, &c. vt inquit D. Thom. quæſt. 59. art. 4. ad primum, & quæſt. 60. art. 2. ex Ariſtot. 2. Ethic. capit. 3. quia ex qualibet actione honeſta elicita voluntatis excitari poteſt paſſio aliqua, & bonus affectus in voluntate , & appetitu ſenſitiuo , & quia per omnem virtutem moderantur cohibentur, ac ſuperantur contrarij affectus voluntatis & appetitus ſenſitiui . Vnde Ariſt. illo capit. 3. generatim ait, moralis virtus circa voluptatem dolores que verſatur, & paucis interiectis . Si virtutes ſunt circa actiones atque affectus , omnem vero affectum & actionem omnem voluptas ſequitur, aut dolor , virtus ob id ipſum etiam circa voluptates , doloreſque verſatur , vbi non loquitur Ariſtot. de dolore , & voluptate contrarijs virtuti , vt exponit Vazquez, diſput. 85. capit. 3. D. Thom. quæſt. 60. artic. 2. ſed de dolore & voluptate conſequentibus virtutem: prius autem locutus erat de dolore & voluptate contrarijs virtuti ſeu mouentibus ad actus vitioſos, dum dixit, ob voluptatem enim res improbas agimus, ob dolorem vero res poſthabemus honeſtas, qua propter homines ab ipſa ſtatim adoleſcentia , vt inquit Plato ita inſtitutos eſſe oportet , vt his gaudeant, doleantque , quibus gaudere dolereque oportet, & paulo poſt docet, ob voluptates doloreſque, prauos in nobis habitus generari. Item notandum eſt nullam eſſe virtutem quæ pro obiecto habeat paſsiones, cuius contrarium D. Thomæ impoſuit Angeſtus ſupra cum tamen D. Thom. non dicat paſsiones eſſe obiecta quarumdam virtutum, ſed materiam circa quam, quæ tamen non ſemper coincidit cum obiecto, nam in pictura materia circa quam eſt tabula & in medicina corpus humanum ; obiectum autem eſt pictura & ſanitas.

20 Diſcrimen ergo aſsignatum ad Thom. explicatum que quæſt. 60. artic. 2. vt illic notauit Caiet. & Medina & Valentia, diſput. 5. quæſt. 4. puncto. 1. eſt quod quædam virtutes præcipue verſantur circa paſsiones, & habent eas præcipue pro materia circa quam: aliæ vero præcipuè circa operationes: quæ doctrina eſt plane Ariſtot. & aliorum communiter Philoſophorum moralium dicentium temperantiam verſari circa paſsiones guſtus & tactus, fortitudinem circa timores & audacias, iuſtitiam autem eſſe ad alterum, ac proinde præcipue verſari circa operationes & non circa paſsiones. Hoc diſcrimen ſic nonnulli explicant . Contingit in aliquibus obiectis virtutum totam honeſtatem ſumi ex debita commenſuratione ad operantem, ita vt homo eo modo vtatur materia illa virtutis, quo naturæ ſuæ conuenit, & rationi, non vt petit immoderata paſsio: in alijs vero obiectis virtutum honeſtas ſumitur ex habitudine, & commenſuratione ad alium, quia ſunt circa opera perſe primo ardinata ad bonum alterius . Virtutes primi generis dicuntur eſſe circa paſſiones, non quia inhæreant appetitui ſenſitiuo: id enim non eſt neceſſe, vt patebit: nec quia materia circa quam ſemper ſint verè paſsiones appetitus ſenſitiui, humilitas enim in hoc ordine collocatur , tamen præcipue ponit medium in affectu voluntatis, qui eſt veluti paſsio , vnde etiam in rebus ſpiritualibus reperitur: dicuntur autem verſari circa paſsiones late dictas ſeu immoderatos affectus, quia difficultas recte operandi in ijs quæ ad operantem pertinent ; maiori ex parte oritur ex immoderatis affectibus ad bonum proprium . Item quia virtutes principaliores ex his circa paſsiones proprie dictas verſantur, directe eas cohibendo , moderando & ſuperando per oppoſitos actus appetitus ſenſitiui, vbi finis earum eſt bene componere appetitum inferiorem cum ſuperiori , nempe ſenſitiuum qui ſequi ſolet inclinationem ſuam , cum intellectiuo ſequente rationem . Virtutes autem ſecundi generis ideo dicuntur circa operationes , quia non reſpiciunt perfectionem operantis in ſeipſo , ſed prout ad alium refertur , nec perſe tendunt ad moderandum affectum, & ſubijciendum vnum appetitum

appetitum alteri,ſed ſolum ad bene exercendum officium erga alterum, quod ſi contingat hanc effectum paſsione impediri, cóſecutione quadam illum ſuperant, vnde dicta diuiſio æquiualet iſti. Virtutum quædam referuntur tantum ad operantem perſe, quædam vero ad alterum, vnde patet eius ſufficientia, & ratio. Hos authores magna ex parte imitatur Valentia, ſupra ſed addendum aliquid videtur, quo hoc diſcrimen melius intelligatur: virtutes quidem quæ ad alterum ſunt, & eius bonum reſpiciunt, non moderátur paſsiones, quæ ſunt ad tale bonum: quonia non ad bonum alterius, vt alterius parum afficitur appetitus ſenſitiuus aut voluntas, vnde affectus ad bonum alterius, vt alterius non indigent moderatione, ſicut affectus ad bonum proprium, & hoc credo voluiſſe Ari. D.Th & alios Philoſophos dicentes, virtutes quæ ſunt ad ſe, verſari circa paſsiones, non autem virtutes, quæ ſunt ad alterum, paſsiones autem quæ repugnant bono alterius vt alterius, nimirum quæ ſunt affectus ad proprium bonũ moderantur quidé quæ ſunt ad alterum; tamen in appetitu ſenſitiuo nullæ ſunt paſsiones, quæ directe & perſe & nimiũ repugnatur bono alterius: quoniam appetitus ſenſitiuus non repugnat bono alterius, vt alterius, ſed quatenus impeditiuum proprij boni ſenſibilis, hanc autem rationem impedimenti parum percipit ſenſus, vnde formaliter parum repugnat bono alieno, licet nimium repugnet interdum materialiter, quatenus immediate afficitur bono proprio, cui ratio cernit, repugnat alienum, propterea nó ſunt neceſſariæ virtutes, quæ directe, aut valde moderentur paſsiones repugnantes bono alieno, ſecus proprio conſentaneo rationi, ideo iuſtitia, & virtutes adiunctæ, quæ ſunt ad alterum, verſari dicuntur præcipue tantum circa operationes, reliquæ vero præcipue etiam circa paſsiones.

21

22 Per hoc iudicãdũ eſt de ijs quæ dicit Vaz. diſputatione.85. capit.3. vbi refert & impugnat explicationes varias D. Thom. traditas à Thomiſtis. Prima eſt virtutes quæ ſunt ad alterum, non moderari paſsiones perſe & primario, ſed per alias virtutes quæ primario & perſe paſsiones moderantur, vt iuſtitia. per liberalitatem moderatur nimium affectum pecuniæ. Hanc explicationem reijcit. 1. Quia etiam liberalitas eſt ad alterum, & pars poteſtatiua iuſtitiæ: de omnibus autem virtutibus, quæ ſunt ad alterum & partes poteſtatiuæ iuſtitię docuit D. Thom. quæſt.60. articul.2. non eſſe circa paſsiones. §2. Quia nimium amorem pecuniæ, ne comitatur in iuſtitia, non moderatur liberalitas, ſed iuſtitia: ſiquidem ſine affectu liberalitatis poteſt aliquis ſeruare iuſtitiam & ad hunc finem nimium amorem pecuniæ moderari. §3. Quia omnis virtus efficit dictam operationem, quomodo ergo S. Thom. dixit iuſtitiam & eius partes verſari circa operationes, non vero reliquas virtutes. Sed adhuc dici poſſet explicationem eſſe de mente D. Thom. nam illo artic. 2. dicit, alias virtutes morales præter iuſtitiam verſari principaliter circa paſsiones, iuſtitiam vero, & eius partes proprie circa operationes: quibus verbis ſatis inſinuat, illas verſari minus principaliter circa operationes, & has circa paſsiones, & ad primam obiectionem. Reſpond. quamdam liberalitatem eſſe in appetitu ſenſitiuo, quæ non eſt ad alterum & eam eſſe, quæ præcipue primario & perſe moderatur affectum pecuniæ. Ad.2. Reſp. iuſtitiam imperatiué moderari affectũ pecuniæ: elicitiue autem id fieri à liberalitate conſtituta, in appetitu ſenſitiuo, quæ non eſt alterum.

Ad.3. Reſpondetur D. Thom. ſolum voluiſſe, iuſtitiam, & eius partes verſari perſe circa operationes, quæ non ſunt paſsiones, alias vero circa paſsiones. §2. Explicatio eſt, virtutes quæ non ſunt ad alterum, ex communi ratione virtutis verſari circa operationes, & quæ ſunt ad alterum, verſari, aliquomodo circa paſsiones, ſed iuſtitiam & eius partes habere ex propria ratione, vt conſiſtant in ipſis operationibus, nec moderentur perſe paſsiones, ſolum enim reſpiciunt perſe bonũ alterius, reliquæ vero perſe reſpiciunt paſsiones quia ad proprium bonũ perſe pertinet moderatas habere paſsiones. Hanc explicationé non integre retulit Vaz. & ideo eam impugnat.1. quia ſic tantum doceret D.Tho. id quod erat indubitatum, iuſtitiam & eius partes eſſe ad alterum. §2. Quia etiam ſi iuſtitia ſecundũ propriá rationé reſpiciat bonum alterius, tamen etiá poteſt reſpicere aliquá paſsioné, quam moderetur. R. adhæc D. Thomam nũ docere iuſtitiá eſſe ad alterum, ſed ex eo colligere non verſari perſe circa paſsiones, quia non includitur in bono alterius, quod ego moderatas paſsiones habeam, ſecus in bono proprio, quod perſe reſpiciunt, aliæ virtutes: ſed iuxta hanc explicationem concedendum eſſet, moderationé paſsionum eſſe obiectum proprium virtutũ, quæ à iuſtitia, & eius partibus diſtinguuntur non vero ipſius iuſtitiæ & partium eius, licet, hæ etiam aliquomodo moderẽtur paſsiones: in eo enim, qui illas habet, difficilius paſsiones inſurgunt. 23

3. Explicatio, quam refert Vazquez, eſt Caiet. q.60. art.2. ſed certe explicatio Caiet. non differt à praced. vt à nobis fuit propoſita & 24

quæ contra Caiet. obijciet Vazq. ex præced.
manent ſoluta, nec enim vult Caiet. propriũ
eſſe iuſtitiæ ferri in obiectũ ſub ratione pro-
priæ honeſtatis, commune eſt enim omni vir
tuti iuxta Ariſt.2.Ethic.cap.4. ſed ex hoc dedu
cit, iuſtitiam non reſpicere perſe paſsiones,
quia ſolum reſpicit æqualitatem & bonũ al-
terius, in quo nõ inuoluuntur paſſiones, nec
moderatio paſsionũ; ſecus in bono proprio,
quod perſe reſpiciunt aliæ virtutes. Nec ta-
men mihi diſplicet alia explicatio D. Thom.
quam tradit late & probat Vazq. vt D. Thom.
ſolum velit, virtutes morales, quæ reſpiciunt
bonum proprium, non eſſe neceſſarias perſe
propter ipſas operationes quas eliciunt, ſed
propter paſsiones contrarias, quia ſi paſsio-
nes eiuſmodi non eſſent facile homo bonũ
proprium proſequeretur, nulloque habitu in
digeret ad bonum proprium: æquę vero ſunt
ad alterum, neceſſariæ ſunt perſe, & non ſo-
lum propter paſsiones, quia etiam ſi nullæ
paſsiones obſtarent, homo non eſſet facilis
& promptus ad bonum alienum, ex quo fun-
damento docet D. Thom. quæſt.56.ar.6. in vo
luntate cõſtituendas eſſe virtutes ad bonum
alterius, non ad bonum proprium, ſed licet
cõſtitueretur in ordine ad bonum proprium,
inquit Vazquez, hoc fore propter paſsiones,
exiſtentes in appetitu ſenſitiuo, ideo in ange
lis non habentibus paſsiones, nullas eſſe vir-
tutes in ordine ad bonum proprium, ſed tan
tum in ordine ad alienum, tota ergo neceſsi-
tas virtutum reſpicientium bonum propriũ,
eſt, vt moderentur paſsiones: ſecus reſpicien-
tium bonum alterius.

Porrò, quod docet D. Thom. quæſt.59.art.1.
25 2.& 3. virtutem moralem nõ eſſe paſsionem,
ſed habitum, qui poſsit eſſe cum paſsionibus
moderatis, expeditum eſt à nobis, diſp.1. vbi
ex Ariſt.2 Ethic.cap.1. docuimus, virtutẽ neq.
affectionem eſſe, neque potentiam, ſed habi-
tum & tract.9.diſp.1.ſect.2. oſtendimus paſsio
nes moderatas poſſe cum virtute conſiſtere,
vt in Chriſto, *triſtis eſt anima mea*. Matth.26.
cæpit pauere &c. Marci.14. neq. id negaſſe Stoi-
cos, nam vt Aug.9. ciuit.cap.4. docet, paſsionũ
nomine ſolum intelligebant motus animi
contrarios rationi, quos virtus excludit quã-
tum eſt ex parte ſua, licet in hac vita aliqui
tales motus repugnãtes virtuti inſurgant cõ-
ſentiente, aut etiam repugnãte voluntate, &
ſæpe ſine deliberatione hominis de quo D.
Thom. quæſt.59.art.2. ex quo intelligitur, fere
ſolum fuiſſe Stoicis controuerſiam de nomi-
ne cum Peripateticis, qui paſsionum nomen
latius vſurpantes, virtutis munus cenſuerunt
eſſe hos motus ad mediocritatem redigere
itaque docebant non eſſe funditus extirpan-
dos, nec enim hoc fieri poſſe, aut decere, ſed
temperandos, quod ad pleraque etiam virtu-
tum officia magnum etiam momentum ha-
berent, vt moderata ira ad iuſtitiam, & guber
nationem, triſtitia ad miſericordiam & pæni
tentiam, vt.2.Cor.2. *triſtitia quæ ſecundum Deum
eſt pænitentiam in ſalutem operatur ſtabilem*, quas
Peripatiticorum rationes conatur Cicero.4.
Tuſc. refellere, ſed facit frigide, & tenuiter,
vt docet Valentia, ſupra.

SECTIO. III.

Quotuplex ſit virtus circa operationes ſeu ad alterum.

HVIVS nouẽ partes ſubiectæ ſeu 26
ſpecies, vel quaſi ſpecies nume- *Iuſtitia.*
rantur.1. eſt iuſtitia, ad quam cæ-
teræ, vt partes eius poteſtatiuę,
referuntur, quæ ius ſuum cuiqui tribuit &
inter virtutes ſimpliciter & formaliter mora
les principem locum obtinet, tum ratione
ſubiecti, tũ ratione obiecti. Ratione ſubiecti,
quia cum reliquæ morales virtutes appetitui
ſenſitiuo inhæreant, vt eius perturbationes
moderentur, & cohibeant; ipſa in appetitu
rationali, hoc eſt in voluntate inſidet, vt tra-
dit Ariſt.5.Ethic.cap.1. Ratione obiecti, quia
virtutes aliæ morales verſantur perſe dum-
taxat & ex proprio inſtituto circa bonũ eius
in quo ſunt: at ſecundum iuſtitiam habet ſe
quiſque bene etiam erga alios æqualitatem
eis præſtans, vnde & iuſtitia bonum alterius
dicitur ab Ariſt. loco citato virtutes autem
quæ alijs ſunt, honeſtiſsimæ præſtantiſsimæ
que habentur, vt idem aſſerit.1.Rhetor.cap.9
definitur vero iuſtitia hunc in modum, iuſti-
tia eſt virtus quę ſuũ ius cuique tribuit, porro
ius docente Ariſt.5.Ethic.cap.2. nihil eſt aliud
quam iuſtum & rectum, quod quidem in duo
membra diuiditur, nempe naturale & poſiti-
uum, ſeu legitimum, ius naturale, vt definit
Ariſt.5.Ethic.cap.7. eſt quod vbique eamdem
vim obtinet, & non quia videtur, ſeu quod
vbique natura ſua neceſſarium eſt, quale eſt
vt innocens nõ occidatur, ius poſitiuum, ſeu
legitimum eſt, quod tale non eſt ex ipſa
natura, ſed ex aliqua conſtitutione pendet,
vt quod frumentum tanto pretio venda-
tur. De alia iuris diſtributione in ius ciui-
le & gentium, herile, familiare, pater-
num & dominatiuum, aliaque eiuſmodi con
ſule Ariſtotelem.5.ethic.cap.6.& 7. D. Thom.
quæſt.57.

Dicitur ergo iuſtitia ius ſuum cuique tri-
buere, quia iuſtitiæ munus eſt, ius & æquum 27
ſeruare, Vlpianus. ff. de iuſtitia & iure, l. iu-
ſtitia

ſtitia & inſtitut.eodem titu.§.10. vberioribus
verbis naturæ iniuſtitiæ explicans,*iuſtitia* (in-
quit) *eſt conſtans & perpetua voluntas ius ſuum
vnicuique tribuendi*,in qua definitione tres cō-
ditiones omni virtuti communes poſitæ ab
Ariſt.2.ethic. cap. 4. traduntur,nimirum , vt
ſciens quis agat,vt ex electione,vt perpetuo,
ſeu conſtanter in actione ſtudioſa verſetur.
Cum ergo iuriſconſultus ait , iuſtitia eſt vo-
luntas,&c.Hoc eſt habitus , quo quis perpe-
tua & conſtante voluntate ius ſuum cuique
tribuit,indicat in primis iuſtitiam inhærere
in voluntate.Deinde eius actum ſcientur ad-
miniſtrati,quia quod quis ignorans facit,vo-
luntarium non eſt.Item firmo,ſtabilique ani
mo exerceri,& denique ex electione prop-
ter honeſtum finem , cum honeſtum ſit vni-
que ſuum tribuere.Partes integrantes iuſti-
tiæ,vt tradit D.Thom.2.2.q.99.ar.10.duæ ſunt
nempe facere bonum & declinare à malo tri
buendo alteri debitum,vitandoque quod al-
teri noxium aut incommodum eſt,itaque fa-
cere bonum,vt eſt pars iuſtitiæ ſtricte dictæ,
eſt æqualitatem ſeruare in ijs , quæ ad alterū
ſpectant.declinare autem à malo eſt æquali-
28 tatem non corrumpere.Quod autem ad par-
tes iuſtitiæ ſubiectas attinet, diſtribuitur pri-
mum iuſtitia in generalem & particularem
ex doctrina iuriſconſultorum,& Ariſt.5.eth.
cap 2 & 3. Polit.cap 5. Chryſoſto. hom. 15. in
Math.iuſtitia generalis,quæ etiam legalis di
citur eſt,qua quis iuſte ſe habet circa bonum
commune principis , vel reip. Ariſt. cit.loco
vocat iuſtum legitimum , & legale vt pote,
quod leges præcipue intendunt cum boni
communis gratia ſanciantur,iuſtitia particu
laris eſt qua quis iuſte ſe habet circa bonum
particulare alterius. Rurſum diuiditur iuſti-
tia in diſtributiuam & commutatiuam,diſtri
butiua eſt , quæ in recte diſtribuendo ver-
ſatur,hæc autem in duo membra ſecatur in
remuneratiuam & punitiuam,remuneratiua
eſt,quæ iubet honores & magiſtratus mune-
ra & beneficia,aliaque id genus,pro cuiuſq.
dignitate,& meritis,ſecundum geometriam
proportionē diſpēſare. Punitiua eſt,quæ ſimi
liter nocentes , vt par eſt ſupplicijs affici iu-
bet commutatiua iuſtitia eſt , qua quiſque
recte ſe habet in commutationibus ſuum,
cuique reddendo ſecundum Arithmeticam
proportionem. Ad hanc pertinent contra-
ctus,emptiones,vadimonia,locationes,reſti-
tutiones aliaque eiuſmodi.

29 Omiſsis actibus diſtributiuæ iuſtitiæ,prop
terea quod nulla fere in eis dignoſcendis ſit
difficultas,commutatiuæ duodecim potiſſi-
mum actus numerātur.1.emptio. 2. venditio.
3. vſusfructus,quo quidem dicitur quis habe
re ius vtendi ac fruendi rebus alicuius ſalua
earum ſubſtantia,vt habetur.ff. de vſufructu
& inſt.eodem titulo , vt qui habet vſumfru-
ctum agri,vel horti,poteſt nō ſolum fructus
edere,ſed etiam vendere,& agrum , vel hor-
tum alteri locare. 4. eſt nudus vſus,quo quis
habet ius vtendi rebus alienis ſalua earum
ſubſtātia nō tamē fruendi:itaque vt habetur
inſt. de vſu & habit. minus iuris eſt in vſu
quam in vſufructu : namque ille vti dicitur,
cui tantum illis veſci licet , vel ſua alere ar-
menta,non tamen illas aliter diſtrahere po-
teſt , vt vendere fructus , aut agrum locare.5.
eſt locatio,quæ eſt acceptio rerum mobiliū,
quas non ſolum reddere tenetur is,cui locan
tur , ſed etiam pro vſu earum ſatisfacere. 6.
eſt conductio,quæ eſt acceptio rerum immo
bilium ſub certo pretio,quod etiam reſtitue-
re tenetur is,qui eas pretio vtendas accepit,
7.depoſitam ſeu potius actio deponendi, qua
res alicui traditur non ad vſum , ſed ad con-
ſeruationem.8.eſt pignoris acceptio cum res
traditur non ad vſum , ſed cum obligatione
reſtituendi ſoluto eo cuius gratia pignus ac-
cipitur.9.eſt fideiuſſio,cum ſit promiſſio ſol-
uendi reddendique aliquid pro alio,ſi modo
ille non ſoluat.10. eſt promiſſio ſimpliciter,
quam videlicet non antecedit petitio pro-
miſſionis.11.eſt ſtipulatio, quæ eſt promiſſio
alicuius præcedente promiſsionis petitione.
12.eſt tranſactio,quæ eſt concordia circa rem
litigioſam,ſeu in qua lis præceſsit. Denique
pacta omnia , & conuentiones pertinent ad
iuſtitiam commutatiuam, omneſque contra
ctus innominati,quales ſunt quatuor, Do vt
des,facio,vt facias,Do vt facias , facio vt des.

Partes potentiales iuſtitiæ, quæ nimirum 30
ſunt ad alterum quodammodoque illi debi- *Religio.*
tum,ſeu ius tribuunt,ſunt,quæ ſequuntur: re
ligio eſt , qua quis recte afficitur ad Deū co-
lendum ac venerandum.Eius duo ſunt actus
interni ſecundum Conimbri. in ethi. diſp.9.
q.2.ar.4.deuotio & oratio. Externi ſunt. 6. a-
doratio ſacrificium votum , iuramentum , ad
iuratio , laus. Deuotio eſt actus voluntatis
paratæ ad pręſtanda ea quę ad Dei cultum
& gloriam ſpectant,oratio eſt petitio decen
tium à Deo. Adoratio eſt , qua non ſolum
mente,ſed externa etiam corporis ſignifica-
tione Deo reuerentiam exhibemus , ſacrifi-
cium late ſumptum,quod varias ſpecies con
tinet eſt oblatio , qua Deo aliquid exterius
offertur ad Deum placandum , ſiue vt eius
nos imperio ſubditos eſſe profiteamur , vo-
tum eſt deliberata promiſſio de aliquo bono
facta Deo.iuramentum eſt,quo Deum in te-
ſtem aſſumimus in alicuius rei firmitatem.
Adiuratio eſt inuocatio diuini nominis,qua
quippiam deprecando aut compellando ad
aliquid faciendum,non faciendū ve induci-

 mus,

mus, laus eſt aſſũptio diuini nominis in voca li cãtu. Sed hi actus non videntur cõuenienter explicati: nã in actibus internis laus, adoratio, votum ac forte iuramentum computari debent, & in externis oratio, ac forte deuotio.

31 *Pietas.* Pietas eſt per quam parentibus, aut omnibus etiam ſanguine coniunctis, patriæ, patriæque beneuolis debita officia & cultum exhibemus atque impendimus.

Obſeruãt. Obſeruantia eſt qua dignitate præſtantibus honorem, cultumque deferimus.

Obediẽtia. Obedientia eſt, qua voluntas prompta & facilis redditur ad ſuperioris præcepta implenda.

Veritas. Veritas, ſeu veracitas eſt, qua quis verbis & factis talem ſe demonſtrat, qualis in ſe eſt, promiſſionemque ipſam executione veram reddit, qua ratione nominatur etiam fides, ſeu fidelitas, nam fides eſt, qua fit quod dicitur.

Gratitudo. Gratitudo eſt, qua ijs, qui de nobis bene meriti ſunt gratiam, non ſolum habemus & agimus, ſed etiam cum poſſumus referimus.

Liberalitas. Liberalitas eſt qua quis gratis diſpenſat pecunias in vſus bonos ſuis, & alijs, intellige autem nomine pecuniarum omnia, quæ pecunia æſtimantur, vt declarat Ariſto. 4. ethic. cap. 2.

Magnificentia. Magnificentia verſatur in magnis ſumptibus aliorum cauſa ſuſceptis. Circa has duas virtutes qua ratione ſint in voluntate, & quomodo aliæ eiuſdem nominis, ſed rationis & obiecti diuerſi ſint in appetitu ſenſitiuo, diximus, cum de ſubiecto virtutum ageremus, & ſectione ſeq. dicemus.

Affabilitas. Affabilitas eſt qua quis in communi hominum conſuetudine & congreſſu mediocriter, & vti decet, ſe habet ſtudetque, quatenus poteſt, omnibus benigne obſequi.

Amicitia. Amicitia eſt, qua aliqui mutuam apertãq. beneuolentiam habent, & ſe viciſſim bonis affici volunt ob aliquid bonum, & non ob ſolam iucunditatem definitionem hanc per tractat Ariſt. 8. eth. cap. 2. Vnde licet colligere diſcrimen inter affabilitatem, & amicitiam. Namq; affabilitas eſt, tam erga notos, quam erga ignotos, amicitia erga notos dumtaxat. Item affabilitas in ſermone & vitæ conſuetudine verſatur; amicitia potiſſimum in affectu. Ait vero Ariſt. amicitiam non eſſe propter ſolam iucunditatem, vtilitatem ve, ſed propter bonum virtutis; quia amicitia, quæ alia commoda & emolumenta conſectatur, vera ſolidaque amicitia non eſt. Has fere omnes virtutes alterum reſpicientes numerat Valentia diſput. 5. quæſt. 4. puncto. 2. Conimbric. ſupra & D. Thom. 2. 2. quæſt. 80. ar. vnico, niſi quod D. Thom. quem Conimbricenſes ſequuntur, non numerat magnificentiam licet ad finem corporis ſatis indicit, poſſe liberalitati annumerari de his agit Ariſt. 5. 8. & 9. ethic.

32 *Miſericordia.* Ad aliquam iſtarum videtur reducenda miſericordia, niſi ponatur ſpecialis virtus ignota Ariſt. Sic Valẽtia ait reuocari obedientiam ad obſeruantiam, & alias ad alias, vt videre licet apud D. Tho. 2. 2. varijs tractatibus de virtutibus in ſpeciali. Aliqui male citãtes Amb. lib. 1. de officijs. ſic iuſtitiam definiunt iuſtitia eſt, quę vnicuique quod ſuum eſt tribuit, alienum non vendicat, vtilitatem propriam negligit vt comunem æquitatem cuſtodiat. in qua definitione, quamuis communis bonimentio fiat, ſola iuſtitia, quæ ſpecialis virtus eſt definitur, legalis autem aut generalis iuſtitia, quæ per omnium virtutum actus proſpicit bono communi, vt & leges non eſt aliqua ſpecialis virtus, ſed eſt omnis virtus, ſecundum Orontium lib. 12. c. 23. in quo & ſequentibus late agit de iuſtitia.

SECTIO IIII.

Quotuplex ſit virtus circa paſsiones in hac re ſunt varij modi dicendi.

PRIMVS eſt Valentiæ illo puncto. 2. ſic fere loquentis, *virtutes circa paſsiones eſſe plures probat D. Tho. q. 60. ar. 4. ex eo quod non omnes paſsiones ſunt eiuſdem potentia actus, ſed diuerſarum nẽpe irraſcibilis & concupiſcibilis: oportet autem virtutem in ea potentia eſſe, cuius actum perficit. Non tot autem eſſe virtutes, quot paſsiones, illic probat, quia quædam paſsiones contrariæ ſunt, quas proinde eadem virtus poteſt ad mediocritatem redigere. Eiuſdem enim virtutis eſt amorem, vel concupiſcentiam v. g. de aliquo obiecto rectam efficere, & ſimul temperare odium, vel abominationem contrarij, ſicut etiam eiuſdem virtutis munus eſt, lætitiam moderari, & ſedare triſtitiam contrariam. Deinde paſsiones quædam, & ſi contrariæ non ſint, ſunt tamen ita ſubordinatæ, vt eadem virtute poſsint ordine quodam regi, ſicut temperantia v. g. ſatis eſt ad moderandam concupiſcentiam, & delectationem conſequentes amorem, quem ipſa moderatur, quanquam in irraſcibili non eſt æqualis paſsionum ſubordinatio: non enim paris difficultatis eſt audere aliquid, atq; adeo ſubire periculum & ſimpliciter aliquid ſperare: hoc enim eſt facilius illo. Item diuerſam difficultatem à difficultate audaciæ, & ſpei habet iracundia, quæ tendit in vindictam, quo circa diuerſæ virtutes ad has paſsiones deſtinantur. Itaque pro diuerſitate notabili difficultatis, quam appetitus habet in diuer-* 33 *Primus modus dicendi.*

in diuerſis paſſionibus recte exercendis,& pro diuerſitate item notabili,quæ obiecta variarum paſſionum conſentanea ſunt rationi, vt ab homine vſurpantur.
10. Virtutum ſpecies circa paſſiones colliguntur ab Ariſtotele.2.ethic.cap. 7. & D. Tho. q. 60. art.5.

34. *Temperan. Liberalitas.* *1. Eſt temperantia,quæ moderatur paſſiones concupiſcibilis circa delectabilia ſecundum tactum. ¶2. eſt liberalitas,quæ cum ſit etiam inconcupiſcibili moderatur amorẽ,concupiſcentiã, & delectationẽ circa pecunias, quæ ſunt quoddã bonum delectabile, quod attingitur nõ ſenſu exteriori,ſed interiori, nempe cogitatiua,quæ poteſt in particulari æſtimare pecuniã, vt bonum commune ad commutationes, &c. itaque virtus hæc tribuit homini vt moderate pecunijs vtatur*
Philotimia *præſertim in largitionibus. ¶ 3. Eſt Philotimia, quæ temperat paſſiones concupiſcibilis, hoc eſt amorem,concupiſcentiam,& delectationem,circa dignitates,& honores,quæ etiam percipiuntur ſenſu dum-*
Magnificẽtia. *taxat interno. ¶ 4. Eſt magnificentia, quæ verſatur circa pecunias vt ſunt quoddam bonum arduum ad conſequendum, atque adeo, vt ſunt obiecta ſpei & deſperationis, quas proinde paſſiones circa pecunias virtus hæc redigit ad mediocritatem, & eſt in*
Magnanimitas. *iraſcibili. ¶ 5. Eſt Magnanimitas, quæ moderatur ſpem,& deſperationem circa dignitates, & honores*
Veritas. *vt ſunt bona ardua,eſtque in iraſcibili etiam.¶6.Veritas qua ſe exhibet quis alteri manifeſtum verbis, & factis decentibus, quatenus ex hoc capit etiam ipſe aliquam delectationem, atque ita hæc virtus eſt in concupiſcibili habens pro obiecto exhibitionem ſiue communicationem illam ſeu quatenus ipſum de-*
Amicitia. *lectat ¶7.Eſt amicitia ſiue affabilitas per quam aliquis accommodat ſeſe, & exhibet alteri iucundum decētibus rebus ſerijs, ita vt delectatio, quam ex hoc ipſo aliquis capit,ſiue communicatio hæc,vt delectabilis, intelligatur eſſe obiectum huius virtutis, quæ*
Eutrapelia *proinde etiam eſt inconcupiſcibili. ¶ 8.Eſt Eutrapelia per quam virtutem quis accommodat ſe,& exhibet alteri iucundum in ludis,& iocis ſicut decet,cuius proinde virtutis obiectum eſt hæc iocoſa communicatio ſui,vt afferat delectationem ipſi,qui ſe commu-*
Fortitudo. *nicat ac proinde eſt etiam in concupiſcibili. ¶ 9. Eſt Fortitudo ĩ iraſcibili circa timores,et audacias,quas moderatur, & ſuſcipit prout eſt id vtile ad bonum aliquid conſequendum. ¶ 10. Eſt Manſuetudo cu-*
Manſuetudo. *ius eſt iram regere ac proinde eſt etiam in iraſcibili. Sub his directe,vel reductiue alia continentur:nam ad fortitudinem reuocatur patientia; temperantiæ ſpecies quædam eſt caſtitas.His. 10. virtutibus, quæ collocantur in appetitu ſenſitiuo reſpondent totidem in volũtate eiſdem nominibus,& circa eaſdem materias.* Hæc Valentia.

35. *Obiectio.* Sed obijcit ſibi. 1. liberalitatem, magnificentiam, veritatem, & amicitiam numeratas eſſe in virtutib. ad alterum ſeu circa operationes ac proinde male etiam numerari in
Reſpon. virtutibus circa paſſiones. Reſp. diuerſas eſſe virtutes licet eiſdem nominib. appellentur nam hæ bonum alterius,illæ bonum propriũ ipſius operantis reſpiciunt, vt non obſcure indicauit D.Tho.q.66.a.5.vnde 1.contra gentes,c.93.& 1.p.q.21.a.1.ad.3. affirmat liberalitatem,& magnificentiam eſſe in voluntate, & verſari circa alterum, idemque de liberalitate repetit.2.2.q.117.ar.5.& q.80.ar.vnico liberalitatem numerans inter virtutes annexas iuſtitiæ quas ille ponit in voluntate circa alterum:in hac autem.1.2.q.60.a.5.aperte docet has virtutes eſſe inconcupiſcibili,quod idem de liberalitate repetit.2.2.quæſt.117.ar.2.ad.1. neque eſt acquieſcendum Caiet.q.60.ar.5.aſſerenti D.Tho. mutaſſe ſententiam. Hæc doctrina vera eſt, & cum illa conuenit, quam tradidimus,cum de ſubiecto virtutum moralium ageremus.Aliqui tamen dicunt has virtutes nun eſſe ad alterum quaſi illæ quærant per ſe bonũ alterius,ſed propriũ, ideo ad appetitum ſenſitiuum pertinere. Alij dicunt liberalitatem appetitus moderari pecuniæ poſſeſsioné: volũtatis vero vſum.Sed cõtra,quia vſus pecuniæ eſt bonus,& ſibi,& alteri, & iſtæ rationes boni ſunt valde diuerſæ:ergo conſtituunt vnam virtutem ad ſe, & aliam ad alterum,& ſic tenent aliqui iuniores,idemq. dicunt de eutrapelia.Vnde ſecundum hos liberalitas in genere reſpicit rectum vſum pecuniæ,& diuiditur in eam, quæ illum vſum habet in ordine ad bonum proprium, & in eam,quæ illum habet in ordine ad bonum alienum,& ſimiliter diuiditur eutrapelia, & ad eandem virtutem pertinet rectificare poſſeſſionem pecuniæ,& vſum,quia poſſeſſio eſt propter vſum.

2. Sibi obijcit,quid delectabilia,quæ in cõ- 36. *2. Obiectio*
cupiſcentia cadunt non ſolum tactu, ſed etiã viſu,guſtu, odoratu,& auditu percipiuntur: ergo in virtutibus circa paſſiones non ſolum debuit numerari temperantia circa delectabilia ſecundum tactum,ſed etiam aliæ virtutes circa delectabilia ſecundum illos alios ſenſus:ſi Reſpondeatur ex D.Tho.q.60.art.5. delectabilia aliorum ſenſuum nõ habere difficultatem,virtutem autem verſari circa difficile,vt docet Ariſt.2.ethic.cap.5. inſtat,experientiam repugnare,qua conſtat,delectabilia aliorum ſenſuum ſæpe eſſe difficilia, tum ad conſequendum,tum ad repudiandum.

Reſpon. difficultatem eam non eſſe eiuſ- 37.
modi,vt circa hæc delectabilia oporteat verſari aliquas virtutes non enim pertinent per ſe ad genus bonitatis,vel malitiæ moralis circa quod virtus requiritur, nam actiones, & delectationes ſecundum viſum,auditum, & odoratum per ſe quidem ſunt fere indifferẽtes,ſi autem per accidens in aliquo caſu ſint malæ propter paſſiones malas tactus, quæ inde ſequi poſſunt, ſufficit ad eas moderandas ipſa

Digitized by Google

ipſa virtus,quæ moderatur paſſiones illas tac tus:delectationes autem guſtus in delectatio nibus tactus continentur,nam guſtus eſt quidam tactus.2 animæ text.101. & ſeq.

38. *3.Obiectio.* 3.Obijcit ſicut pecunia,& honor,ita etiam delectabilia ſecundum tactum habent interdum arduitatem,ſed circa pecuniam, & honorem numerantur virtutes aliquæ in iraſcibili nempe magnificentia, & magnanimitas, & non ſolum in concupiſcibili liberalitas, & Philotimia: ergo ſimiliter circa delectabilia tactus, vt ardua ſunt,debuit aliqua virtus in iraſcibili aſſignari præter temperantiam,quæ eſt inconcupiſcibili circa eadem, vt ſunt bona quædam abſolute. Antecedens tametſi à D.Tho.q.60.a.5.negatur, videtur experientia compertum. Nam magni laboris,& difficultatis eſt huiuſmodi delectabilia aſſequi, & præterea conſtat eadem cadere in appetitum iraſcibilem brutorum,quod nō fieret niſi haberent arduitatem, eſt enim appetitus brutorum eiuſdem rationis cum noſtro appetitu ſenſitiuo:itaque iraſcibilis ipſa verſatur etiā circa arduum.

Reſpond. Reſpondet huiuſmodi delectabilia ſecūdum tactum habere quidem arduitatem ſi referantur ad bruta,ſi vero ad hominnem non item conſiderata quidem ipſorum ratione: nam vt recte D.Th.ſupra ait,ſunt per ſe quiddam infimum,quod pertinet etiam ad bruta quare non cadunt in hominum apppetitum, & æſtimationem per ſe vt aliquid arduum;tametſi per accidens quidem in eorum procuratione quædam interdum ardua accipienda ſint,ad quæ ſuperanda ſatis eſt fortitudo cuius eſt aggredi pericula, ſuperareque difficultates,quando opus eſt ad cōſequendum rem concupitam, vt autem in iraſcibili ponatur aliqua virtus, quæ moderetur ſpem, & deſperationem circa rem aliquam tanquam circa finem quendam,neceſſe eſt,vt ea res ſuapte natura ſit ardua,& habeat aliquid ſublime quo pacto honor, & pecunia ſunt quædam ardua.Nam harum rerum vis,& valor continetur æſtimatione humana, quæ quid præſtans eſt.Honor enim eſt excellentiæ teſtimoniū, quod proinde gignit virtutis opinionē, pecunia etiam tantum valet,quantum authoritate publica conſtituitur.

39. *4.Obiectio* 4.Obijcit ſimiliter de accommodatione ſiue communicatione ſui ad alterum delectabiliter in ſerijs,vel iocoſis rebus:nā hęc etiā communicatio videtur interdum habere arduitatem,vt proinde poſſit eſſe obiectum nō ſolum virtutis amicitiæ, & eutrapeliæ, quæ ſunt virtutes in concupiſcibili,ſed etiam aliarum virtutum in iraſcibili. Reſpondet nihil opus eſſe talibus virtutibus in iraſcibili:nam comunicatio illa per ſe cum ſit in noſtra libera poteſtate, non habet ex ſua ratione arduitatem:quamuis ex accidenti poſſet difficultas aliqua occurrere, vt ea communicatio mandetur executioni,quæ difficultas per virtutem fortitudinis poterit ſuperari.

40. *5.Obiectio.* 5. Obijcit ſicut eſt quædam ſubordinatio inter amorem,concupiſcentiam, & delectationem, ſic inter ſpem, & audaciam, ſed illa ſubordinatio efficit, vt vnica virtus temperantiæ ſatis ſit inconcupiſcibili ad moderandum amorem,concupiſcentiam, & delectationem:ergo in iraſcibili pari ratione ſufficiet vnica virtus ad regendam ſpem, & audaciam,ac proinde non debuit in iraſcibili magnanimitas, & magnificentia circa ſpem collocari præter fortitudinem circa audaciā, ſed eadem fortitudo pro vtraque paſſione debuit ſufficere.Reſpon. nō eſſe parem vtrobiq. ſubordinationem: nam primò fortitudo interdum audet aggredi periculum neceſſariū ad conſequendam rem, quæ ex ſua ratione non poteſt cadere proprie in ſpem., ſed tantum inconcupiſcētiam,vel amorem, vt ſi adeundum periculum ſit ad obtinendam rem delectabilem ſecūdum tactum, quæ cum per ſe ſit quid infimum,non eſt aliquid arduum homini, & ſic audacia, & ſpes non ſunt ſemper paſſiones ſubordinatæ, & connexæ ad quas ſufficiat vna, & eadem virtus in iraſcibili.Quod autem concupiſcimus,& in quo delectamur,ſemper eſt amabile ac proinde eadem virtus inconcupiſcibili ſufficit ad omnes has paſſiones tanquam ſemper ſubordinatas. Deindè maioris difficultatis eſt audere aggredi periculum cauſa conſequendi ſperata, quam concupiſcere ſimpliciter rem amatam,aut ex illa iam obtenta capere delectationem, quare diuerſæ virtutes requiruntur ad audendum, & ſperandum, non autem ad concupiſcendum,amandum,& delectationē capiendam.

Reſpon.

41. *6.Obiectio.* 6. Obijcit in ea virtutum enumeratione non numerari continentiam, & perſeuerantiam. *Reſpond.* Reſpondet huiuſmodi habitus non debuiſſe hoc loco recenſeri cum non ſint ſimpliciter virtutes,ſed aliquid minus virtute vt tradit Ariſt.7.ethic.cap.1.& D.Tho. recte declarat hic q.58.a.3.ad.2. quia videlicet tātum conferunt voluntati, vt propter vehementes delectationes vitioſæ actionis, vel triſtitias, quas ingerit labor virtutis, non ſuccumbat, neque à procuratione perfectæ virtutis deſiſtat:non autem moderantur eiuſmodi triſtitias & paſſiones. Præterea ſi eiuſmodi habitus maxime eſſent virtutes, tamen ad aliquā ex numeratis reuocarentur videlicet perſeuerantia ad fortitudinem, & continentia ad temperantiam.Hactenus Valentia.

Secundus modus dicendi eſt aliorum dicentium 42.

dicerium.D.Tho.quæſt.60.art.4.& 5.1.ſupponere virtutes,quæ ſunt circa paſſiones, præcipue eſſe in appetitu ſenſitiuo. ¶2.Diuerſos eſſe appetitus ſenſitiuos iraſcibilem, & concupiſcibilem,indeque concludere virtutes, quæ moderantur paſſiones iraſcibilis, diuerſas eſſe omnino ab illis, quæ moderãtur paſſiones cõcupiſcibiles ¶3.Ad paſſiones connexas,quarum vna ex alia oritur,retenta eadem ratione honeſtatis, eandem eſſe virtutem,indeconcludere omnes virtutes concupiſcibiles per ſe. 1. moderari amorem: nam ex hoc cæteræ paſſiones concupiſcibilis oriuntur. Nec obſtare patientiam eſſe inconcupiſcibili,& moderari triſtitiam:hoc enim efficit moderando amorem id eſt inclinando appetitum ad amandum obiecta, quæ alias triſtitiam afferunt, paſsiones autem iraſcibilis nõ habere neceſſariam connexionem cum paſſionibus concupiſcibiles, quia illæ addunt rationem ardui, & difficilis, qui autem eſt diſpoſitus circa cõmunia,non ideo ſic erit diſpoſitus circa ardua. Vnde neceſſarias eſſe alias virtutes ad moderandas paſsiones iraſcibilis, quæ ſunt ſpes timor, & ira, quia deſperatio, & audacia duabus prioribus reſpondent, & ſimul cum illis temperantur,quæ tres paſsiones non neceſſario connectuntur, quia obiecta earum ſunt valde diuerſa,& difficultas eſt diuerſa,aliud eſt enim ſperare magna bona, aliud audere aggredi magna pericula, aliud appetere vindictã, quare ad has.3. paſsiones tria diuerſa virtutis genera aſsignari, & ita ex parte paſsionum eſſe. 4. genera virtutum moralium,& forte inquolibet varias ſpecies poni à D.Tho. in.1.ſex, temperantiam circa delectabilia tactus, liberalitatem circa diuitias, philotimiam circa honores, quæ duo ſunt bona per interiorem tantum ſenſum apprehenſa; affabilitatem, quæ accommodat hominem vt inferijs ſe facilem,& humanum præbeat; eutrapeliam,quæ moderatur delectationem in rebus iocoſis. Veritatem, qua quis ſe comunicat alteri, vt reuera eſt: circa ſpem poni magnificentiam circa magnas diuitias; magnanimitatem circa magnos honores:circa timorem, & audaciam fortitudinẽ, manſuetudinem circa iram.Hanc doctrinam ex parte ſumpſiſſe D. Tho. ex Ariſto. 2. ethic. & lib.4.à c.6.vſque ad finem, in ea multa eſſe obſcura, & dubia, priora duo fundamenta nec eſſe certa,nec vera,ex.1.illo fundamento tantum ſumendum eſſe materiam, circa quã verſantur iſtæ virtutes,eſſe, actus,vel affectus appetitus ſenſitiui,non quòd hæc ſit materia adæquata,ſed magna ex parte, qui tamen affectus reperiuntur ſuo modo in voluntate. Addunt. 2. fundamentum non eſſe neceſſarium:nec enim virtutes differunt ex potẽtijs, ſed ex obiectis, & actibus; & quod dicit D. Tho. ſpem non habere connexionem cum amore,eſſe valde dubium,& fortaſſe falſum, ſi amor ſit efficax qualis eſſe debet, quare totam illam partitionem dubiam manere, & obſcuram:non poſſe hic rem explicari non intellectis rationibus omnium virtutum, & paſsionum, tamen hæc.4. dicenda videri. 1. non omnes iſtas virtutes reſpicere per ſe. 1. proprie affectus,& paſsiones appetitus ſenſitiui,vt patet de veritate, & forte de philotimia,& liberalitate.2. Eſt videri certum non eſſe hic numeratas omnes virtutes, quæ ad hoc genus pertinent. Omiſſa enim eſt patientia modeſtia, & caſtitas, & Ariſtot. ſupra addit verecundiam,& nemeſim, quæ an virtutes ſint,ſuo loco dicitur. 3. forte non omnes virtutes hic numeratas differre ſpecie, ſed tãtũ eſſe gradus diſtinctos eiuſdẽ virtutis, vt fortaſſe liberalitas, & magnificentia. 4. Ariſto. 7.ethic cap.1.addidiſſe duas alias virtutes cõtinentiam,& conſtantiam.1. velle eſſe temperantiam imperfectam,quia pugnat cum paſſionibus,tamen non ſuccumbit. 2. vero eſſe fortitudinem imperfectam; ideo dicere eſſe imperfectas virtutes:de quibus D. Tho. q. 57. a.3.ad. 2. & 2. 2. quæſt. 115. art.2.& Thomiſtas velle, eſſe habitus diſtinctos à temperantia, & fortitudine:id autem falſum eſſe.

3. Modus dicendi eſt Conimbric. in ethic. 43
diſput.8. quæſt. 2. & 3. hac de fortitudine, & temperantia ſub quibus omnes virtutes, quæ paſsiones reſpiciunt, continentur, docentium, *De fortitudine diſputat Plato lib.2t. qui inſcribitur Laches Ariſt.3.Ethic.à cap.6. Ambr.1. de offic.à cap.35. Auguſt. lib. de vita beata Philo. 1. allegoriarum D.Tho.2. 2.q.123. aduerte inprimis, fortitudinem dupliciter ſumi, vno modo vt importat quandam animi firmitatem, & conſtantiam ad honeſtas actiones obeundas, qua ratione eſt communis conditio cuiuslibet virtutis,quia vt docet Ariſtot. 2. ethic.cap.4.virtutis eſt firmiter immobiliterque agere,ſecundum hanc vſurpationem agit de fortitudine,Gregor.7.mor.cap.9. Alio modo accipitur prout deſignat firmitatem animi in ſuſcipiendis periculis laboribusque perferendis,quomodo eſt ſpecialis virtus vẽdicans pro obiecto* (melius diceret materiam circa quã) *timorem, & audaciam,quę in prædictis rebus exiſtunt, proindeque definitur ab Ariſt. 2.Ethic.cap.7 & lib.3.cap.6. mediocritas circa metum,& audaciam, hoc eſt virtus,quæ in metu,& audacia moderandis poſita eſt. Vnde intelliges,fortitudinem reſidere in appetitu iraſcendi,quia metus,& audacia ad iraſcibilem pertinent.Duo ſunt actus fortitudinis,ſuſtinere, & aggredi:timorem enim reprimit difficultatem ſuſtinendo, audaciam vero aggrediendo moderatur, præſtantior aggreſſione ſuſtinentia.3.Ethic.cap.9. magis enim arduum eſt timorem reprimere,quod fit ſuſtinendo,quam refrenare audaciam,*

3.modus dicendi Fortitudo.

Digitized by Google

ciam,quod aggrediẽdo fit, nam ipſum periculũ quod eſt obiectum audaciæ,& timoris,cum ex ſe conferat aliquid ad reprimendam audaciam, nihil tamen iuuat ad cohibendum, ſed ad augendum potius timorem,inter particulares vero actus fortitudinis principem locum tenet martyrium: nam fortitudinis eſt firmare animum in bono contra timorem:martyr autem firmatur in bono fidei, ac religionis contra timorem rei omniũ accerbiſſimæ maximeq. formidoloſæ videlicet mortis. Quod ſi quis obyciat martyriũ videri potius actũ charitatis.iuxta id Ioã. 15. maiorẽ hac dilectionem nemo habet quam vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Tum quia eſt actus omnium virtutum perfectiſſimus ,cæteris autem virtutibus excellentior eſt charitas. Occurrendum,martyrium eſſe actum fortitudinis,tanquam eius à qua immediate,vt à ſuo proprio motiuo, & habitu elicitur, charitatis autem tanquam illius à qua vt à motiuo principali ac per modum virtutis imperantis pregreditur. Ac ſecundum hanc poſteriorem conſiderationem attribui charitati,eſſeque præſtantiſſimum actum omnium virtutum,& in quo perfectio charitatis maxime eniteſcit , propterea quod tunc quiſque maiorem ſui amoris ſignificationem det cum eius quẽ amat cauſa rem ſibi chariorem contemnit,qualis eſt vita,quam homines inter omnia alia præſentis vitæ bona plus amant.lege Cypri. epiſt. ad martyres,& confeſſores Auguſt.lib. de ſancta virginit. Habet fortitudo partes integrantes potiſſime.4. fiduciam,magnanimitatem,patientiam,ad quam ſpectat longanimitas , & perſeuerantia,ad quam pertinet conſtantia.

Harum numerus ita colligitur actus fortitudinis vt ſupra diximus duo ſunt aggredi,& ſuſtinere. Ad agrediendum vero duo ſunt neceſſaria vnum ad animi præparationem,ob quam ponitur fiducia ſeu magnanimitas,qua quis parato promptoq. animo eſt ad res arduas, & diſſficiles aggrediendas vnde fiducia ſiue fidentia,vt Cicer.2.de inuentione definit, eſt perquam magnis,& honeſtis in rebus multum ipſe animus in ſe fiducia,certa cum ſpe collocauit. Exigitur quoq́, alterum in aggrediendo, idque ad operis adminiſtrationem,nimirum, vt animus in re,quam ſemel eſt aggreſſus,non ſuccumbat, ob idque additur magnificentia,quę vt idem auctor explicat,eſt verũ magnarum,& excelſarum cum animi ampla quadam , & ſplendida propoſitione agitatio , & adminiſtratio. Porro ſi hę duæ virtutes ad materiam fortitudini peculiarem,vt ad mortis pericula referantur, erunt partes integretantes fortitudinis , quia ſic ipſam fortitudinem quaſi integrant , & componunt. Quod ſi alias ſpectent materias in quibus minor eſt difficultas,vt magnos ſumptus,& honores,erunt tũc partes fortitudinis potentiales, propterea , quod non in ſe includũt totã fortitudinis vim,& poteſtatẽ , & tamen ad perfectum ipſius habitũ exigunt. ſicq́ magnanimitatem circa magnos honores verſari affirmat Ariſt. 4. ethic.c.3. magnificentiam vero circa magnos ſumptus eodem loco cap.2.

Iam vero ad alterũ fortitudinis actum videlicet ad ſuſtinendum duo ſimiliter requiruntur,alterum eſt ne animus propter impendentium malorum difficultatem triſtitia frangatur , & ob id conſtituitur patientia,quæ vt Cicero loco ante citato definijt,eſt honeſtatis aut vtilitatis cauſa rerum arduarum ac difficilium voluntaria ac diuturna perpeſſio , huic autem iungitur longanimitas,qua quis res magnas,quæ procul abſunt,ſperat,vnde fit vt longanimitas cum magnanimitate,ſecundum quam, quis res magnas, quibus dignus ſit,deberi ſibi(citra omnem tamen iactãtiam) iudicat, magnam habeat cognationem, conuenit tamen cum patientia , quia diuturna rei magnæ expectatio triſtitiam parere conſueuit ad quam æquo animo ferendã patientia indigemus. Alterum quod ad prædictum actum requiritur , eſt ne ex diuturna rerum difficilium perpeſſione ab incepto animus deſiſtat, ideoque perſeuerantia additur, quæ definitur in ratione bene conſiderata ſtabilis,& perpetua permanſio. Perſeuerantiæ iungitur conſtantia , quæ conueniunt quatenus beneficio vtriuſque in bono aliquo permanemus, differunt,quia perſeuerantia reſiſtit difficultati , quæ ex diuturnitate temporis oritur, conſtantia difficultati,quæ ex aliquo nis externo impedimento perficiſcitur. Hæ quoque duæ virtutes ſi ad ſpecialem fortitudinis materiam referantur,erunt partes integrantes fortitudinis , ſi ad res alias difficiles,in quibus tamen minus eſt negotij,erunt partes potentiales eiuſdem,videlicet à fortitudine diſtinctæ, & tamen ei coniunctæ ſicuti ſecũdariæ principali,vt explicat D. Tho.2.2.q.128.art. 1. Partes autem fortitudini ſubiectæ nullæ traduntur, quia verſantur circa materiã valde ſpecialem , quæ plures virtutes ſpecie diſtinctas conſtituere nequit,vt eodem loco S.Tho.docet. 44.

De temperantia diſſeruit Plato in charmide, Ariſtot.3. Ethic. à cap.1. & 1. magnorum moral. cap. 22. Ambr.1. offic. à cap. 43. Clement Alexandrinus.2.ſtrom. Iſidorus lib. Ethimolog. D.Tho.2. 2.q. 141. Seneca lib.de 4.virtutibus. ¶ Porrò quemadmodum fortitudo circa timorem,& audaciam,præcipue vero circa mortis pericula verſatur,ita & temperantia in voluptatibus ſenſuum,& doloribus moderãdis poſita eſt,ſed præcipue in temperãdis tactus & guſtus delectationibus,quæ maiores ſunt D.efinitur autem ex doctrina Ariſt.3.Ethic.cap.10. mediocritas circa tactus,guſtusque voluptates,& circa dolores:ſunt autem eius parees quaſi integrantes duæ verecundia,& honeſtas,verecundia,de qua Ariſto. 4.Ethic.cap.9 licet proprie virtus non ſit , quia paſſioni magis, quam habitui ſimilis:virtus tamen appellatur ea ſignificatione, qua quidquid in humanis actibus, vel affectibus laudabile eſt, virtutem dicimus, quæ definitur ab Ariſtot. ibi,metus quidam dedecoris,& infamiæ,quo nimirum ad id quod turpe, & temperantiæ contrarium eſt,fugiendum inducimur. Honeſtas vero eſt excellentia quædam honore digna ob ſpiritualem pulchritudinem , qua quis id quod turpe,& indecorum eſt,repellit.

Partes

Partes temperantiæ ſubiectæ.4. numerantur, abſtinentia, ſobrietas, caſtitas, & pudicitia, quarum duæ in ijs voluptatibus, quæ cibo & potu capiuntur, mediocritatem conſtituunt: poſteriores vero duæ in his, quę ad generationẽ pertinent, de quibus D. Tho. 2.2. quęſtione.141. & ſequentibus. Abſtinentia eſt virtus quę in ciborum delectatione mediocritatem conſtituit, ſobrietas delectationes potus moderatur. Caſtitas veneris concupiſcentiã. Ea vero triplex eſt virginalis, vidualis, & matrimonialis. Pudicitia cohibet voluptates quę reperiuntur in venereorum ſignis, qualia ſunt impudici aſpectus & oſcula. Potentiales partes temperantiæ.[illegible] potiſſimum ſunt, cõtinentia, manſuetudo, clementia, modeſtia, humilitas, ſtudioſitas, moderatio, eutrapelia, ornatus, ſimplicitas. Continentia, de qua Ariſto.7. Ethicorum cap. 1. eſt per quam pr[illegible]is ac vehementibus cupiditatibus ad tactum ſpectantibus reſiſtitur, ſic ſumpta continentia, non eſt perfecta virtus, vt alibi monuimus. manſuetudo de qua Ariſt.4. Ethicorum cap. 5. eſt virtus quę iram moderatur, clementia externis punitionibus modum adhibet cum hac iungitur miſericordia, qua alienę miſerię ſubuenimus ad illã ſpectat pœnitentium ſubiectione ad hanc beneficiorum collatione[illegible] m[illegible] ſubuenire, modeſtia circa m[illegible] honores moderandos verſatur, humilitas hon[illegible] cohibet ne in res magnas, & excelſas immoderate tendat, ſed potius ad [illegible] ſe deijciat. Studioſitas ſciendi cupiditatem temperat moderatio quæ modeſtia etiam dicitur, corporis motum, geſtumque componit. Eutrapelia eſt, qua quis in ludis, & iocis moderate atque, vt decet ſeſe habet; ornatus eſt virtus, quæ corporis habitum veſtitumque moderatur. Huic adiungitur ſimplicitas, quę nimię in habuiſce rebus inquirendis, & concinnandis ſolitudini modũ ponit. Hactenus Conimb.

47 4. Modus dicendi est Flaminij.2. de fælicitate capit.6. vſque ad.13 in voluntate quidẽ nullam eſſe virtutem cuius fundamentum reſoluimus & reiecimus diſput.2. ſect.2. pergit autem, vt explicet virtutum numerum, docet que omnes virtutes circa paſſiones verſari, quaſdam tamen elucere potiſſimum in aliqua certa affectione moderanda, vt temperantiam in libidine, fortitudinem in dolore: alias & ſi affectiones moderentur, tamen in externis quibuſdam actionibus maxime extare, vt liberalitas auaritiæ moderatur & alteri affectioni obquam prodigi euadimus, verum in re externa maxime cernitur, in donãdis, ſcilicet, pecunijs: ſimiliter iuſtitia amorẽ odium, miſericordiam, inuidiam frænat. Cæterum in tribuẽdo vnicuiq. ſuum apparet. Sit igitur inquit, hęc.1. virtutũ moraliũ operatio, vt alias in affectionibus potiſſimum moderandis verſari ſtatuamus, alias autem ex quibuſdã potius externis factis ſpectari. Et quidem ſi rei nã ſpectãda fuiſſet cuiq. affectioni ſua virtus tribuenda eſſet: verũ multa virtutũ nomina fingere coacti fuiſſemus & ad vſum ineptior atque inutilior fuiſſet oratio, quare ſatius viſum eſt Ariſt. quem nos ſequimur, quænam eſſent affectiones illæ, quæ in animis noſtris plurimũ vigẽt, etiã attendere, illarũque proprias exponere virtutes, quę notiſſimę, atq. in ore omniũ ſunt. Primæ affectiones noſtræ appellari ſolẽt voluptas & dolor, illa quidẽ naturæ noſtrę amiciſsima eſt, quod vel inde patere põt, quod ſolo dulci, vt Gale, oſtendit, nutrimur & paulo inutiliorem cibũ, dummodo ſuauior eſſet, ægrotis eſſe præbendum Hypocrates cenſebat, quod ſi aliqua guſtatu dulcia vim aliquã veneni ſecũ includant gerũt, ex duabus partibus illa eſſe cõpoſita Theophraſtus dicebat, quarũ vna naturæ noſtræ ſit amica, altera aduerſetur: ſumus igitur mirabiliter appetentes voluptatis quare hæc propenſio regi & moderari à tẽperantia debebit. Non tã autẽ ad voluptatẽ propendemus, quã abhorremus à dolore, ex quo multi à capiendis voluptatibus abſtinẽtes, dolori tñ reſiſtere nõ potuerũt. Hercules dolore fractus miſerabiles voces, vt eſt apud Sophoclẽ in Trachinijs edebat. Maxima igitur virtus fortitudo, quæ dolorẽ moderatur. Præter dolorẽ & voluptatẽ aliæ duæ ſunt in nobis vehemẽtes affectiones, auiditas honoris & ira. Ambitio ex voluptate oritur, quam ex honore capimus; ſicuti ira ex dolore quẽ contẽpti ac ludibrio habiti ſentimus. Hęc vero huiuſmodi eſt, vt in corpore etiam euidẽtia ſigna interioris perturbationis appareant. Expedit igitur, vt naturã cohibere poſſimus lenitatẽ, & manſuetudinem, vt autẽ coerceamus ambitionẽ, moderatũ honoris deſideriũ, vel animi magnitudinem adhibere.

Hæ igitur principes virtutes, quæ affectionibus perſpicue moderantur, tẽperãtia, fortitudo, moderatũ honoris deſideriũ (a qua virtute magnitudo animi ſpecie non differt) & mãſuetudo. Quod diximus tẽperãtiã eſſe mediocritatẽ, quia in voluptatibus verſatur, de ijs potiſſimũ voluptatibus intelligitur, quæ guſtu, tactuque capiuntur. Nam eos qui fabellis, ſpectaculis, cantileniſque delectatur, etiam ſi nimij in eo ſint, non tñ fere ſolemus intemperantes appellare, niſi ob ſimilitudinem quãdam, proprie autem illos dicimus intemperantes, qui vehementius, quam par ſit, illas, quæ ad guſtum, tactumque pertinẽt, voluptates proſequuntur. Has igitur omnes voluptates repudiare, ſtuporis, & vacuitatis ſenſus eſſet, ardenter ſequi intemperantiæ: in medio temperantia conſiſtit, quæ moderatus eſt amor, & moderatum odium harum voluptatum. Dolor non pertinet ad temperantiam, niſi quatenus temperans carere ſe voluptatibus non moleſte fert, quod intemperanti eſt moleſtiſſimum, proprie autem dolor pertinet ad fortitudi-

tudinem, quamuis in hoc ab omnibus Græcis & la.inis diſſentiam. Non ab Ariſtot. nam 3.ethi.c.de fortitudine ait, ex eo fortes appellantur, quod res moleſtas, atque aſperas fortiter ferant, itaque doloris & moleſtiæ plena res eſt fortitudo, eo quod iure laudatur, difficilius enim eſt res moleſtas tolleranter pati quã à iucundis abſtinere. Præterea de tẽperãtia tractans dicebat, alio pacto ſubijci dolorem fortitudini, alio temperantiæ, nam fortitudo dolori, qui pungit & fodicat animum, reſiſtit: temperantia vero efficit, vt carere voluptatibus non nimis moleſte feramus, hac ratione fortitudini etiam voluptas ſubijcietur, præſtabit enim ne lætitia nimiũ efferamur, ex eo quod nullis doloribus vel cruciatibus torqueamur, itaque temperantia quæ abſunt, non nimium expetit; & ab ijs quæ in poteſtate ſunt, quantum ratio poſtulat, abſtinet: fortitudo impẽdenti malo obſtat, & præſens tolerat, quanquam hoc ad patientiam pertinere Cicero arbitratur, quod tamen fortitudini tribuit Ariſt. in verbis ex 3.ethi.c. de fortitudine relatis. Præcipuum autem munus fortitudinis eſt morti propter vnam honeſtatem libenter ſe exponere, nullum enim præſens malum tantum dolorem infert, quantum mors impendens, ea enim nihil horribilius, videturq. omnino metus, quam præſens malum nos magis perturbare atq. concutere, quod multis exemplis Tigranes apud Xenophontem cum Cyro diſceptans probabat, videmus enim afflictiores & deſperatiores, qui ne in exilium mitantur, aut in ſeruitutem abducantur, timent, quam qui iam ſunt exules, aut qui ſeruitutem iniquiſſimam ſeruiunt, contriſtantur, fortitudo ergo habit⁹ animi eſt, qui præcipue efficit vt impedente morte, neque multum confidamus & mediocriter extimeſcamus, vt metus rationi non officiat, aut tenebras offundat, imo alacriter, ſi ita honeſtas poſtulat, mortem appetamus. Extrema fortitudinis ſunt ex vna parte vacuitas metus & conſiderata quædam confidentia, & audacia, qui animi habitus ſtuporem quendam, aut inſaniã inducant, ex altera autem parte ignauia ac deſperatio, qualis habitus illorum eſt, qui vt paupertatem, dedecus vel ſeruitutem fugiãt, ſibi ipſi mortem conſciſcunt, quod res ærũnoſas, ac moleſtas ſe perpeti poſſe diffidant. Tertia virtus moderatum honoris deſiderium, quo tenẽtur homines nõ bruta, quare apud Xenophontem Simonides, hoc potiſſimum, inquit, inter homines & bruta intereſt, quod homo ſit honoris appetẽs, bruta non, quare ſi nullo teneamur honoris deſiderio, á pecudibus non multum diſtamus, cõtra nimia honoris auiditas, ita nos aliquando a vera ratione auerſos agit, vt omnia humana ac diuina permiſceamus. Quare inter hæc duo extrema, quorũ primũ honoris contemptio & deſpicentia, ſecundum vero ambitio dicitur, erit interiecta virtus, quam moderatum honoris deſiderium, ac ſtudium appellauimus, quæ efficit, vt quantum recta ratio poſtulat, honores appetamus, atque oblatis mediocriter lætemur, inde nullo pacto, vnde non oportet, aucupantes. Fortaſſe hæc virtus ſatis apte modeſtia appellaretur, ab hac non forma, ſed gradu differt animi magnitudo, nam magnanimus præcipue in expetendis honoribus cernitur, verum cum is ſit, qui excellenti & ſingulari virtute ſit præditus, magniſq. & illuſtribus beneficijs remp. affecerit, non quibuſuis honoribus aucupandis erit occupatus, ſed magnis tantum, & ijs qui à viris bonis deferentur, modice delectabitur, cum videat maius ſibi præmium ab hominibus tribui nullum poſſe, hoc tamen affectus animo, vt ſi ob improborum inuidiam nullos honores in republica adipiſcatur, ac pro benefactis ignominiam accipit, ipſe tamen ſe non frangat, & conſcientia bene actę vitæ, eximiæq. virtutis ſuæ ſatis ſit aduerſus ſæuentis fortunę impetum munitus, quare ſi apud hunc ne ipſe quidem honos maximum pondus habet, profecto nec principatus, nec diuitiæ habebunt, cum iſta propter honorem maxime ſint optabilia. Illius virtutis extrema videtur eſſe ſuperbia in extolendis animis, cum omnes præ nobis contemnimus, & magnos nobis deberi honores arbitramur, cum debeatur nullus aut exiguus, & deſpicentia in contemnendis honoribus, vel potius demiſſio quædam, atq. infractio animi, vt honores cum mereatur, ijs, in ſe eſſe indignum exiſtimet, lenitas & manſuetudo inter iracundiam, ſiue excandeſcentiam, & lentitudinem, tanquam extrema collocatur, iracundus enim, quibus & propter quæ iraſci non debeat, & vehementius ac citius, quam debeat, iraſcitur, lentus autem quaſi ſenſu careat, ita iniuriam quantumuis inſignem ſibi inferri permittit, nec vlli quo tempore & quo loco oportebat, ſuccenſet, quam ob rem vnam facillime ferendo iniuriam, aliam inuitat, quod mancipij, non ingenij hominis eſt, manſuetus autem ac lenis, quando, & vbi, & quomodo, & quibus. & quas ob cauſas, & quandiu oportet, iraſcitur, ſemper tamen ad ignoſcendas iniurias, quam ad vlciſcendas propenſior.

Expoſitis virtutibus, quæ in affectionibus 51
potiſsimũ moderandis verſantur, illas exponamus, quæ ex rebus externis quodammodo ſpectantur, & in communione ſunt poſitæ. Quædam ſunt huiuſmodi, vt illis ſine flagitio &

tio, & ſcelere carere non poſſimus, vt iuſtitia aliæ potius ineuitanda turpitudine conſiſtũt, vt liberalitas, & conſtans veritatis ſtudium, & aliæ de quibus poſtea. Nemo enim ſordidum aut arrogantem ſceleſtum nominabit, ſed in illis turpitudinem, tantũ quãdam notabit, iniuſtus vero ſceleſte aget. Iuſtitia alia generalis, quæ omnes alias virtutes continet, alia, quæ certam ſibi ſubiectam habet materiam, & ab alijs virtutibus diſtinctam, illa in eo conſiſtit, vt pareat legibus propter commune bonum, de q ia re præclare Plato in Cri

52. tone: hac in præſenti omiſſa alia eſt iuſtitiæ, & integræ virtutis pars, quæ proprie iuſtitia dicitur vnicuique tribuens, quod ſuum eſt, ea in pecunia, honore, & alijs fortunæ bonis cernitur, dicitur iuſtitia quaſi ius tenens, & ſeruans, ius æqualitas quædam eſt verſaturq. tum in diſtributione rerũ fortunæ, tum in emendatione ſi quid non recte inter homines contractum eſt. Cõtractuũ alij ſponte, alij nobis inuitis fiunt: ſponte fiunt exẽpli cauſa, venditio, emptio, mutuũ, fideiuſſio, cõmodatum, depoſitũ, locatio, & cõductio, eorum autem, qui nobis inuitis fiunt, alij clandeſtini, vt furtum, adulterium, veneficium, ſerui alieni deceptio, aut corruptio cædes dolo comiſſa falſum teſtimonium, alij violenti vt verbera, vincula, mors, rapina, debilitatio corporis maledicentia, contumelia, ius quod in diſtributione verſatur, dignitatem, & qualitatem perſonarum ſpectat, nec ſeruat æqualitatem niſi quando perſonæ ſunt æquales meritis, & dignitate. ius quod in contractibus verſatur dignitatem perſonarum non expendit: iuſtus ille eſt, qui non modo inter alios, ſed inter ſe, & alios recta proportione diſtribuat, iuſq. ſeruet, & ipſe cum alijs contrahens, & inter contrahentes iudex. Iuſtitia duplici ratione in mediocritate conſiſtit, tum quia odio, amori, iræ miſericordiæ atq. alijs affectionibus ita moderatur, vt ab illis auferri hominem non ſinat, tum quod in ipſo iure æqualitas quædam exiſtit inter nimium, & parum interiecta. Inter media extrema ambo, ſcilicet, nimium, & parum vnico iniuſtitiæ nomine continentur: in eadem re multa vitia contineri poſſunt ratione diſtincta, vt in adulterio iniuſtitia, & intemperantia, ſimiliter cũ auaritia alia vitia ſæpe confunduntur. Æquitas iuris legitimi correctio, & emẽdatio eſt, lex enim omnis generalis eſt, ꝙ vt plurimũ ſolet euenire, tanquã perpetuũ, & generale ſumit: non culpa in lege eſt, nec in eo, qui legẽ tulit, ſed in natura rerũ. Res enim, quæ ſub actionẽ cadunt, & mutabiles, & infinitæ quodãmodo ſunt, cum igitur lege generaliter locuta aliquid euenit poſtea, præter genus illud vniuerſum, tunc par eſt vbi præter miſit aliquid lator legis, cum illud præſcire non poſſet, id quod omiſſum eſt, ſuppere, & corrigere neceſſariũ legis peccatũ, quẽadmodum lator legis ſi adeſſet corrigeret. hoc autem æquitatis eſt, quare æquitas erat iuſtitia non tamen ius legitimum, & ſeruatur ad amuſſim ſeruans, ſed potius nõ ſcriptum, quod æquum bonum ſolemus appellare.

Inter virtutes, quibus non ſcelus, ſed turpitudo opponitur, principem locum obtinet liberalitas, quæ mediocritas quædam eſt in vſu pecuniarũ, qui duplex eſt, donatio, & ſũptus: liberalis eſt pecunias quando, & quib. oportet, &c. honeſtatis cauſa libenter elargiri, quod ſi aliquando accipiat, aut neceſſitate compulſus accipiet, aut vt ſit, à quibus accipit, maius aliquid poſtea beneficium à e petere nõ vereantur. Liberalitas ſua extrema habet, inter quæ collocatur nimium, & parum, illud effuſio Græce aſotia, hoc auaritia, & illiberalitas nominatur, quæ cum [illegible] tia ſæpe cõiũcta eſt. A liberalitate [illegible] ma, ſed gradu altiori differt [illegible] quia hæc magnos quado, & vbi o[illegible] ſumptus facit, huius virtuti ex[illegible] decora quædã, & minuta [illegible] & inſolẽs ſuatim op[illegible] poris, loci, perſonarũ, re[illegible] habita ratione, magnificentia [illegible] ceſſus virtutis eius extrema [illegible] tius virtutis ſint, quã mera vitia [illegible] ratẽ, ſub qua magnificentia comprehe[illegible] quæ in pecunijs impedendis eſt occ[illegible] quũtur aliæ virtutes, quæ in ſermonũ [illegible] me comunicatione cernũtur. eſt q[illegible] da laudam⁹, vituperãda vituperam⁹ [illegible] ab Ariſtot. amicitia, quia hæc a[illegible] quoq. eſt: hæc tñ nõ ex amore hominis ſic operat, vt verã amicitia, ſed quod ita decere atq. honeſtũ eſſe iudicat: extrema ſunt hinc adulatio, qua ob quæſtũ, & emolumentũ, vt Gnato, velut placeamus, nã obſequiũ amico, [illegible] tas odiũ parit. I amicos honoremus [illegible] cõparemus, quæ non ſunt probãda ꝓbamus: inde autẽ ex ſuꝑbia, & animi elatiõe orta cõ[illegible]io, & moroſitas, q̃a, q uæ ſunt ꝓbãda im ꝓbam⁹. Alia virtus eſt inter arrogãtiã, & diſſimulatio nẽ poſita, quæ quãuis præcipue ſermone, tũ quibuſdã etiã factis cõmet. appellat ꝑpetuũ quoddã veritatis ſtudiũ, vt etiã in reb. in quibus nihil refert veritatẽ colamus, & ea quæ nobis inſunt, habere nõ negemus, neq. ea verbis augeam⁹, neq. multũ extenuemus. res ſuas glorioſas augere. I. quas nõ habet vẽdicare, arrogãtiæ, extenuare. I. prinacitur negare odioſę diſſimulationis eſt, ſunt autem mẽdaces tum arrogans, tum diſſimulãs; mẽdaciũ autẽ omne niſi forte tãquam medicina vt Plato dicebat, adhibeatur, malum, & vituperabile eſt.

53.

Naſcitur arrogantia aut ex ambitione, & ſuperbia aut ex leuitate quadam animi diſſimulatione, vel ex animi remiſſione, vel quod putemus nos ita gratiores in colloquijs futuros, vel ex occulta ſuperbia, ſic à Platone, Diogeniça illam humanarum rerum deſpicientia ſumma quędam ſuperbia fuit iudicata. Ad extenuenda noſtra bona quam ad augenda propenſiores eſſe debemus.

54. In lucis ac iocis elucere etiam virtus poterit, ſi cōcinne, & lapide ſalibus ac iocis vtemur, eaque, quæ viro bono liberoque conueniunt, & dicemus, & libēter audiemus: hanc virtutem vrbanitatem, ingenij dexteritatem, vel commoditatem, ſi placet, appellemus: fugiamus autem ſemper tum omnia, & in omnis ſalſe dicendi licentiam, hoc enim ſcurtæ eſt: tum habitum illum animi, quo neque nos quidquam facete, ridiculeq. dicere volumus, neque alium dicentem ferre poſſumus. Hæc enim ſunt huius virtutis extrema, & prius quidem aut à ſuperbia, & omnium contemptu, aut ab ingenij oſtentandi cupiditate, poſterius autem, vel ab alterius generis ambitione vt ſcilicet graues viri videamur, vel à ruſtica quadam natura proficiſci ſolet. Continentia non virtus, ſed progreſſus, & proceſſus eſt ad temperantiam; incontinentia ſeu impotentia ad intemperantiam: ijdem proceſſus in alijs virtutibus, & vitijs ſunt, ſed nomine carent.

55. Reperiuntur etiam mores ita immanes atque ferini, vt in ijs ne radius quidem vllus mentis atque intelligentiæ illuceſcat: quales barbararum quarundam nationum ſunt, quę humanis carnibus veſcuntur, & proprios filios dant in mutuas epulas, feritas, hæc à vitioſitate differt quoniam in hac mentis apparet lumē, quamuis infectum, & deprauatum; in illo receſſiſſe omnino videtur ratio, & mens: vitioſitas feritate pernicioſior: multo enim plus nocet improbus homo quam fera: ſed tamen ab hominis natura minus remota, quare multo ſæpius vitioſitatem, quam feritatem induimus. Feritati opponitur non virtus ſimpliciter, ſed heroica atque diuina, cum ſcilicet, maxime glorioſis atque illuſtribus factis, qualia Herculis fuerunt, humanam cō ditionem videmur ſuperare, huius virtutis eſſe dicebat Ariſtot. in politicis regnum filijs improbis non relinquere, ſed vt dicebat Proclus in comentarijs politicæ à Poetis finguntur heroes maxime obnoxij amori, & iræ alijſque perturbationibus, quæ magnos animos comitari ſolent.

Similitudo bonorum morum amicitiam veram cauſat, quæ ad voluntatem pertinet, ſed in ſenſitiuum appetitum redundat: oportet autem, vt amor ſit vſu, ac tempore confirmatus: ſequitur ergo virtutem amicitia tanquam vmbra corpus: hoc ſi ſpectamus amicitia non virtus, ſed cum virtute: ſin autem amicitiam certis conſtare legibus atque inter ſua extrema eſſe conſtitutā (non enim omnia neque nihil amici cauſa facere debemus) animaduertamus, virtus quædam, id eſt, vt vult Aſpaſius, & Tullius in partionibus oratorijs, iuſtitiæ pars eſt. Hæc Flaminius.

56. Foxius autem in compendio de moribus à capit. 11. & in compendio Ethicæ lib. 3. à cap. 1. poſtquam definiuit virtutem, eamque diuiſit in intellectualem, & moralem, & prudentiam, quæ intellectualis quoad eſſentiam, & morales ex parte materiæ eſt, prætulit alijs molib. ex Solone dicente, tanto eſſe prudentiam cæteris excellentiorem, quanto aſpectus alios corporis ſenſus ſuperat, primum inter virtutes eſſentialiter morales iuſtitiam collocat, & eam diuidit in communem, generalem, & priuatam: & de iuſtitia ait, dici vniuerſam virtutem, non (inquit illo lib. 3. cap. 12.) quod virtutes omnes ſint iuſtitiæ, ſed quia virtus ea latiſſime pateat, & ad bonum commune referatur: hanc communem iuſtitiam diuidit in legalem, & æquitatem, legalis eſt, quæ leges, & iura cuiuſuis ſocietatis conſeruat, æquitas ad iudicium rationis, præter legem ipſam ſcriptam cōfugit: priuatam diuidit in cōmutatiuam, & diſtributiuā: iuſtitiæ adiungit religionem, pietatem, obedientiam, veracitatem, vindicationem, gratitudinem, liberalitatem (quam ait in compendio de moribus, cap. 16. & in compendio Ethicæ lib. 3. cap. 15. non diſtingui à magnificentia, addit magnificentiam non in eſſe pauperibus) & amicitiam. Deinde ponit fortitudinem cui adiungit. 4. Virtutes, fidentiā, 99 magnanimitatem, patientiam, & conſtantiam: reprehenditque Ariſtotelem illo lib. 3. cap. 19. quod magnanimitatem ponat mediam inter honorum contemptum, & ambitionem, eo quod ſit moderata honorum cupiditas, ab hac, inquit, ſentētia diſſentio, quia omnis ambitio, id eſt, honorum cupiditas quantumlibet ſit moderata, vitioſa eſt. Cuius authoris opinio falſa eſt, nam moderatus honoris amor non eſt ambitio, nec vitium ſaltem ſi ad bonum alium finem referatur) per ſe enim & propter ſe forte nullus honor appeti licite poteſt, vt ſancti inſinuant) Deinde ſtatuit temperantiam de qua lib. illo. 3. cap. 23. ſic ait, *Temperantiæ hæ tres eſſe partes Ciceroni dicuntur, continentia, clementia, modeſtia, Ariſtoteli verò hæ, ordo, id eſt, eutaxia, quem Cicero in officijs decorum appellare videtur: moderatio, pudor, verecundia. Idem autem Cicero in officijs nullam ei partem adiungit præter decorum, alij tamen inter quos D. Tho. rectius verecūdiā, & honeſtatem tēperantiæ*

quaſi

quaſi prima genera ſtatuit: ex quib. oriantur abſtinentia, ſobrietas, caſtitas, ſeu pudicitia, quibus adiunguntur continentia, clementia, ſeu manſuetudo, modeſtia, humilitas, moderatio, comitas, quæ Græcis eutrapelia, & ornatus. De his omnibus virtutibus ſigillatim diſſerit Foxius.

57. *1. Difficult.* Sed circa ſuperiora eſt. 1. difficultas, an vna virtus moralis moderetur omnes paſſiones, quæ ſunt in iraſcibili circa aliquod obiectum. Ratio dubitandi eſt, quia eadem virtus moralis moderatur omnes paſſiones, quæ ſunt in concupiſcibili circa aliquod peculiare obiectum, vt temperantia moderatur amorem, & odium, proſecutionem, fugam, delectationem, & triſtitiam, quæ ſunt circa cibum: ergo ſimiliter vna virtus iraſcibilis moderabitur ſpem, deſperationem, timorem, audaciam, & iram circa bellum, vel aliud eiuſmodi obiectum.

In oppoſitum eſt, quòd fortitudo ſolum moderatur timorem, & audaciam; magnanimitas ſpem, & deſperationem, manſuetudo iram.

Reſpondet D. Thom. quæſt. 60. art. 4. non eſſe eandem rationem, quia paſſiones concupiſcibilis habent interſe connexionem: non vero paſſiones iraſcibilis. Ideo vna virtus ponitur ad paſſiones circa bonum futurum arduum, quæ ſunt ſpes, & deſperatio: alia ad paſſiones, quæ ſunt circa malum futurum arduum, quæ ſunt audacia, & timor: alia vero ad moderandam iram, quæ eſt circa malum iam illatum expulſu difficile, & quodammodo expellendum per vindictam de aduerſario. Nam ea vindicta compenſatur malum actu, vel conatu illatum.

58. *1. Argum.* Sed contra hanc doctrinam eſt. 1. quòd ſicut delectatio boni præſentis, & triſtitia mali abſentis conſequitur naturaliter amorem, vel odium talis obiecti, ob idque per eandem virtutem moderari debet; ita videtur de ira dicendum, quæ naturaliter ſequitur ex carentia boni imminente iam ab aduerſario: qui enim eſt promptus ad amandum tale bonum, etiam eſt promptus ad iram contra aduerſarium. Idem argumen. fit de ſpe, & timore: ſi enim amo bonum apprehenſum, vt poſsibile, naturaliter illud ſpero. Si vero deteſtor malum arduũ apprehenſum, vt imminens, naturaliter illud timeo.

2. Quia ſicut non ſufficit vna virtus ad amorem erga omnia genera bonorum, ita nec videtur ſufficere vna manſuetudo, ad omnes iras, ſed videtur iuxta varia bonorum genera diſtinguenda. idem eſt de fortitudine, & ſpe; nam videtur eſſe vna ſpes boni iuſti, alia tempe ati.

3. Quia amor vindictæ infert deſiderium, & appetitum vindictæ: & hic appetitus eſt ira: ergo ad habitum, quo amatur vindicta, pertinet ira. Nec mirum, quia vterque actus reſpicit per ſe bonum, quod eſt in vindicta non autem arduitatem, ſed hæc eſt ſuperanda induſtria animi, prudentia, vel arte, vel viribus corporis, non habitu affectiuo, cum non ſit difficultas in appetitu eius, ſed in executione. idemq. argumen. eſt de ſpe, timore audacia, & deſperatione; quia virtus, quæ dat promptitudinem ad alios actus, quibus bonum, vel malum abſolute conſideratum amamus, vel deteſtamur, ſufficere videtur, vt illud per alios. 4. affectus proſequamur, vel fugiamus, quamuis eſſent diſtincti ab affectibus concupiſcibilis; quod multi negant, ſaltem loquendo de actibus voluntatis, quid quid ſit de actibus appetitus ſenſitiui, vt vidimus tractat. 9. Ergo virtus iuſtitiæ reſpicit bonum alteri debitum, ſiue ſit arduum in executione ſiue non, & vna virtus amicitiæ, temperantiæ, &c. feretur in arduum, & non arduum.

Et confirm. quia arduitas illa non extrahit obiectum à ratione formali temperantiæ. v. g. ergo temperantia poteſt circa illud operari: ergo ſuperuacaneus eſt alius habitus: & hinc etiam ſequitur, actus non eſſe diuerſos, quia circa vindictam. v. g. vt abſentem, non debemos ponere duos actus elicitos ab eodem habitu. 59.

Confirm. 2. quia difficultas, in appetendo temperatam comeſtionẽ vndecumque proueniat, ſub vna ratione ſuperatur ab vna virtute nõ reſpiciente per ſe arduitatẽ, & ſub alia ratione boni ab alia virtute ſimiliter non reſpiciente arduitatẽ difficultas, vero in exequendo eſt impertinens ad virtutem; quia hæc datur per ſe ad facilè appetendum; non vero ad facile exequendum, quod appetimus: ergo impertinens eſt virtus, quæ reſpiciat arduum, & difficile in executione: nulla enim virtus ſpecificatur à difficultate, quæ eſt in appetitione, vel executione; ſed à fine, ſeu ratione formali mouente appetitum. Vnde Suarez. 3. part. tom. 1. quæſtio. 7. artic. 4. ait, virtutem ſpei eſſe principium dilectionis boni ſupernaturalis, vt eſt bonum hominis, ſiue bonum iſtud conſideretur, vt futurum, ſiue, ſiue vt præſens, ſiue abſolute, ſiue vt arduum.

Confir. quia ſicut virtus intellectus non datur per ſe & immediate, ad tollendam difficultatem, quæ eſt in executione ſed in intellectione: ars enim, vel prudentia non eſt varia eo quod res ſit factu facilis aut difficilis: ſed ex difficultate, qua actus intellectus elici poteſt: ita virtus voluntatis non datur per ſe & immediatè ad tollerandam difficultatẽ, quæ eſt in executione, ſed quæ eſt in appetitione, 60. *Confirm.*

tione: ergo quod obiectum ſit difficile vel facile factu, non variat virtutem, niſi ſit facile vel difficile amatu, & deſideratu.

Ex quibus ſequi videtur, magnanimitatem non diſtingui realiter à virtutibus, quibus appetimus bona abſolute, ſeu abſtrahendo ab arduitate, & difficultate, quæ eſt in illis efficiendis, quia illæ etiam habent ſperare, il[illegible]na, cum apprehenduntur vt ardua & & difficilia factu, ſimiliter iuſtitia punitiua, quæ appetit vindictam moderatam, quando, & vbi oportet, abſtrahendo ab arduitate, elicit iram, quæ eſt appetitus vindictæ, quando eſt ardua. Vnde ſi manſuetudo eſt virtus ad e[illegible]tendā iram, eadem erit cum virtute iuſtitiæ vindicatiua: ſi vero non habet elicere talem affectum, ſed velle impedire eius exceſſum, vel ſigna exceſſiua, cum id eſt arduū, & difficile factu, erit eadem cū virtute, quæ habet id velle, cum non eſt arduum, ſed facile factu: & quę amat pugnā, cū nō eſt periculoſa & talis facit audaces, & in hoc caſu appellatur fortitudo. Et forte nō intēdit D.T. has virtutes, quas tribuit iraſcibili, eſſe diuerſas eſſentialiter, & entitatiue ab alijs, quæ ſunt in cōcupiſcibili ſed tm̄ diſtingui accidētaliter per cōnotationē diuerſi ſtatus vel cōditionis obiecti ſecundum ſe, vel in apprehēſione, & præſertim hoc videtur dicendū de virtutibus exiſtētibus in volūtate, in qua nō diſtinguūtur realiter iraſcibilis & cōcupiſcibilis. Loquēdo vero de appetitu ſenſitiuo in opinione aſſerentiū, iraſcibilē & concupiſcibile eſſe potentias realiter diſtinctas, maior eſt difficultas, quia virtus quæ eſt in concupiſcibili, non videtur poſſe immediate concurrere ad actum reſidentem in iraſcibili: ergo id pertinebit ad aliam virtutem, ſed dici poterit, illos actus proprie à nulla virtute eliciti, neque produci virtute in illos influente, ſed tantum applicante & determinante iraſcibilem ad illos: vel actū concupiſcibilis poſſe actiue per ſe concurrere ad actum iraſcibilis & in illum influere ſicut multi dicūnt, actum intellectus concurrere effectiue per ſe, & non tantum directiue ad actum voluntatis, ſed adhuc eſſet inconueniēs, in appetitu iraſcibili, nullam virtutem aut habitum collocare, ſed in concupiſcibili, maxime ſi ſunt realiter diſtincti, vt tenet D.Tho. in appetitu ſenſitiuo.

60. Vnde ſuperior doctrina licet abſolute nō videatur improbabilis, mihi diſplicet maxime, cum ſit contra D.Tho. qui reuera ponit alias virtutes in appetitu iraſcibili ſolum bonum vel malum arduum reſpicientes, & de earū numero diſſerit illa. q.60. a.5. & affirmat primo non collocari tot virtutes in iraſcibili, quot in concupiſcibili; nam circa ea quæ delectant tactum & guſtum, quia ſunt bona infima, ſeu communia homini & brutis, nulla ponitur virtus in iraſcibili, & ideo caſtitati & temperantiæ exiſtenti in concupiſcibili, nulla virtus reſpōdet in iraſcibili. Secundo inquit circa bonum arduū perceptum ſenſu interno, quale eſt pecunia & honor, eſſe in iraſcibili duas virtutes, ſcilicet magnificentiam, & magnanimitatem reſpōdentes liberalitati & philotimiæ, quæ verſantur circa bonum abſolute, & ſunt in concupiſcibili, & ad magnificentiam pertinere, ſpectat efficere magnos ſumptus, ad magnanimitatem aſpirare ad magnos honores. Tertio dicit bonum alterius nō habere arduitatem; ſed tantum poſſe accipi abſolute, & ſic nullam virtutem in ordine ad illud reſidere, in iraſcibili, & ex alijs, quæ dixerat duobus articulis præcedentibus, colligit. 11. eſſe virtutes morales, vnam in volunate, ſcilicet iuſtitiā, quam communiter in varias ſpecies diſtinguūt omnes: ſex in appetitu, cō cupiſcibili, temperantiam, liberalitatem, philotimiam, amicitiam, veritatem & eutrapeliam, & quatuor in iraſcibili, magnificentiam, magnanimitatem, fortitudinem, & manſuetudinem. Sed contra hanc doctrinā 61 ſunt magna argumenta. Primum eſt quod falſum videtur, in bonis, quæ delectant ſenſus externos, tactum & guſtum, non reperiri arduum & difficile, ſicut enim circa pecunias expēdendas datur arduum, ita circa materiā caſtitatis & temperantiæ, nam difficile & arduū eſt multum ieiunare, & abſtinere à voluptatibus veneris, ſicut magnos ſumptus facere, & ad magnos honores aſpirare: medium tenere, etiam in delectationibus gu[illegible], & tactus, difficillimum eſt. Vnde Paul. [illegible] dixit ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? & certe difficultas faciē[illegible] magnos ſumptus ex amore bonorū, ad quæ [illegible] ſeruiūt, prouenit. ergo in obiectis v[illegible]n, quæ alia bona reſpiciūt, erit arduum & difficile, vt in obiectis temper[illegible]æ, & ſimilibus.

2. Quod [illegible]us, vel honores ſint magni, vel parui, nihil referre videtur ad diuerſificā das virtutes [illegible], & ma[illegible] ſint differen[illegible] eidem [illegible]ales, vt cibus [illegible]ratus magnus, vel paruus pecunia reſ[illegible] vel miſericorditer dāda magna, vel parua, &c. ad eaſdem virtutes pertinent.

3. Quia arduum, quod eſt obiectum iraſcibilis, non eſt difficile amatu, ſed f[illegible]ctu, magni autem ſumptus non ſunt difficiles factu in habente magnam vim pecuniæ, ſed difficiles amatu: ergo poſſe ad expendendum [illegible] has pecunias non ponetur vlla virtus in iraſcibili, idem eſt vt aſpiremus ad magnos honores, quando difficile obtineri poſſunt.

4. Mel[illegible]

4. Melius dictum videretur, ſi diceremus
tria eſſe genere bonorum, vt attigit Ioan-
nes in ſua canonica, cum dixit, quidquid eſt
in mundo aut eſt concupiſcentia carnis. &c.
Ad moderandum appetitū bonorū corporis
eſt temperantia: ad moderandum affectum
diuitiarum, & aliorum bonorum fortunæ li-
beralitas, & magnificentia, ad moderandum
affectū honoris, & famæ philotimia, & mag-
nanimitas: ita vt liberalitas, & magnificentia
ſit eadem virtus, ſimiliterque philotimia, &
magnanimitas, & vt quælibet harum virtutū
habeat actum circa obiectum ſuū ſiue arduū
& difficile factu ſiue non, & ſane Caietan. &
alij Tomiſtæ ar.5. in voluntate eandem virtu-
tem eſſe putant liberalitatem, & magnificen-
tiam, philotimiam, & magnanimitatem: er-
go idem dicendum in appetitu ſenſitiuo ſal-
tem ſi idem realiter ſit iraſcibilis, & concu-
piſcibilis.

5. Fortitudo reſpicit malum arduum, &
conſtituit medium inter timorem, & auda-
ciam in qualibet materia: cur ergo vna alia
virtus non poterit in omni materia reſpicere
bonum arduum, & conſtituere medium in-
ter ſpem, & deſperationem, & ita magnani-
mitas, & magnificentia, quæ bonum arduum
reſpiciunt non erunt diuerſæ virtutes, cuius
contrarium docuit D. Thom. illo artic. 5. &
ſimiliter. 2. 2. quæſt. 129. art. 4. diſtinguit ma-
gnanimitatem a philotimia, quia vna reſpi-
cit arduum, alia non, & quæſt. 134. art. 2. corpo
re, & ad arg. eodem modo diſtinguit magnifi
centiam, & liberalitatem magnanimitatem,
& philotimiam, & quæſt. 152. art. 3. diſtinguit
inter magnificentiam, & liberalitatem ſi-
cut virginitatem, & caſtitatem ex quo vide-
tur ſequi magnificentiā, & liberalitatem non
eſſe diſtinctas eſſentialiter, ſed gradualiter,
quia virginitas, & caſtitas gradualiter tātum
diſtingui videntur.

62. Aliqui nonnullis præcedentium argu-
mentorum preſſi, dicunt, in omnibus ma-
terijs virtutum poſſe reperiri arduum bonū,
& malum, & ideo tot eſſe virtutes iraſcibi-
lis quot concupiſcibilis, non tamen diſtinc-
tas, quia, quæ reſpicit bonum, vel malum
aliquod abſolute, poteſt illud reſpicere e-
tiam quando eſt arduum: neque differunt
ſpecie pecunia, & pecunia magna honor,
& honor magnus, itaque non eſt vna ali-
qua virtus circa omnia ardua, ſed plures
circa varia ardua. Vnde fortitudo, et manſue
tudo non ſunt ſpeciales virtutes, ſed cum
omnibus confunduntur moderantes in ar-
duis illa timorem, et audaciam in omni ma-
teria hæc iram, ſimiliter magnanimitas, et
magnificentia confunduntur cum omnibus
virtutibus moderantes ſpem, et deſpera-
tionem in arduis, quę in qualibet virtutis ma
teria reperiuntur.

Hæc tamen paradoxa ſunt non ſolum cō- 63.
tra D. Tho. ſed etiam contra omnes Theolo-
gos, et Philoſophos, qui prædictas virtutes
diſtinguunt in materia, et motiuo, licet mul-
ti non explicent, an diſtinctio ſit eſſentialis,
vel accidentalis, et ſuſtineri poteſt, quod D.
Tho. 2. 2. quæſt. 134. artic. 2. ait magnificen-
tiam non dici quando fit magnum loquendo
late de facere, vt ſe extendit ad operationes
internas, ſed loquendo ſtricte, et preſſe vt fa-
cere ſolum dicitur de externis operationib.
et præterea ibi ad. 2. non dici magnificentiam
cum hæc magna vtcumq. fiunt, ſed cum mag-
nitudo mouet, et idem ait de magnanimita-
te, quod colligit ex Cicerone. 2. de inuen-
tione: hoc ergo modo bene videntur diſtin-
gui eſſentialiter magnificentia, et liberalitas,
magnanimitas, et philotimia: imo ſic etiā poſ
ſent eſſentialiter diſtingui virginitas, et caſti-
tas. Sed difficile hoc eſt, ſic enim in omni ma
teria non poſſent diſtingui duæ virtutes vna,
quæ magnum, quia magnum reſpiciat, alia
vero bonum aliquod abſolute reſpiciat non
habita ratione magnitudinis. § 2. difficultas 64.
eſt, quia contra diſtinctionē virtutū, quæ in
concupiſcibili ponūtur à D. Tho. q. 60. ar. 5. et
eius diſcurſum ſunt aliqua argumenta. 1. quia
diſtinctio virtutum debet ſumi ex diuerſitate
obiecti formalis, non ergo bene D. Tho. ex di
uerſa apprehenſione ſenſuū internorū, vel ex
ternorū diſtinctionē quandā ſumpſit. 2. Cur
ponitur philotimia ad honorē, et non ponit̃
alia ad famā, et alia ad dominiū: nam tria hæc
valde inter ſe differūt, ſicut diuitiæ, et honor.
3. Cur ad moderādū affectū proprie vitæ inte-
gritatis mēbrorum, et ſalutis nō ponitur ſpe-
cialis virtus ne in tali amore quis excedat vel
deficiat vt excedūt, qui vitam nimis amāt, et
procurāt, deficiūt vero, qui ſe occidūt, vel muti
lāt, etc. § 4. Cur nō ponit̃ virt⁹ ſilētij ad mode-
rādū vſum linguę ſeu verborū, vt poni videt̃ à
ſanctis Baſil. Clima. Caſſian. & alijs. 5 cur non
ponuntur aliæ virtutes ad moderandū vſum
viſus, olfactus & auditus, ſicut ponitur tem-
perantia, ad moderandum vſum tactus &
guſtus. 6. Vna temperantia videtur conſti-
tuenda circa guſtum alia circa tactum. 7.
Vna virtute appetimus alijs omnia bona
vitam ſalutem, honorē, diuitias, &c. ergo &
nobis. 8. Cur non meminit D. Thom. patien-
tiæ, quam alibi poſuit ad moderandam triſti
tiam: hæc enim ad appetitum concūpiſcibilē
pertinet: ergo & patientia.

Ad. 1. obiectionē dici poteſt non diſtingui 65.
virtutes per ſe ex apprehenſione ſenſuum ſed
per accidens, quia bona apprehenſa ſolo in-
terno valde diuerſa ſunt ab alijs, quæ externo

Digitized by Google

etiam ſenſu appreheuduntur, & ideo ad diuerſas virtutes pertinent.

Ad.2.dici poteſt ſub philotimia comprehendi virtutes quæ dominium & famam reſpiciunt, nam late dominium & fama etiã ſub honore comprehenduntur.

Ad.3.R in ordine ad illa eſſe amicitiam, & charitatẽ erga ſe vt probat Molina.1.p.quæſ. 63.ar.3.diſp.vn.memb.2.in fine, quia datur virtus amoris reſpectu Dei & reſpectu proximi ergo & reſpectu ſui, quanuis ad amandum illa bona paruũ ſit requiſita, quia naturaliter homo inclinatur in illa & per virtutem temperantiæ, & per alias virtutes fit, vt in eo à more non ſit exceſſus, & ideo ille habitus nõ eſt ſimpliciter virtus, ſed ſecundum quid, & propterea in cathalogo virtutum nec á Theologię, nec a Philoſophis recenſetur.

Ad.4.R.ponendã virtutem ſilentij ad moderandam linguam non vt conſone menti loquatur, quia ad hoc ponitur veracitas, ſed vt ipſum verum loquatur, quantum quando & quomodo oportet. Sed hæc nõ videtur ſimpliciter virtus, quia ſi aliæ ſint virtutes veracitas iuſtitiæ, & cæteræ in loquendo quantũ quando & quomodo oportet non erit magna difficultas in moderandis verbis, & illa virtus eſt liberalitas in loquendo quæ opponitur prodigalitati verborum & nimiæ taciturnitati: poterit etiam dici hanc virtutẽ ſub affabilitate comprehenſam fuiſſe à D.Thom. & alijs, vel Reſ. virtute ſimpliciter poni ad ea qua per ſe loquendo ſunt magni momenti quod autem verba ſint plura quam res petat ſi nihil aliud mali habeat, res eſt parui momenti ideo ad moderandam verborum multitudinem non ponitur virtus ſimpliciter, ſed ſecundum quid.

Ad.5.iam Valentia reſpondet, vt retulimus diſp.4. ſect. 4. non lõge a princip.

Ad.6.concedi poſſet illa duplex temperantiæ ſpecies iuxta D. Tho.2. 2. & alios qui caſtitatem diſtingunt à ieiunio, & abſtinentia.

Ad.7.negatur conſequentia, quia minus verſamur in alienis bonis, quam in proprijs ideo ad bona aliorum paucioribus habitibus indigemus, & eodem habitu poſſumus illis amare varia bona, ſcilicet, vitam ſalutem honorem diuitias, &c. ¶ Ad.8.Reſpon. patientiam eſſe virtutẽ ad alterum nec moderari triſtitiam in ſe, ſed impedire ne propter triſtitiam mali illati ab aduerſario, illi iraſcamur, & vindictam de eo appetamus, & ſumamus, vt alibi diximus agentes de patientia. Alij vero dicunt D.Tho. in enumeratione, & diſtinctione virtutum non loqui ex propria ſententia, ſed Ariſto.2. ethic.cap.7.& vltim.& 3.ethi. à cap.6.vſq.ad finem.4.lib. ideo ſiquid dicatur contra enumerationem, & diſtinctionem D. Tho. non eſſe vere contra ipſum, ſed ſatis magnum inconueniens eſt eſſe cõtra Ariſt. quem omnes ſequitur, & expreſſiſſime ipſemet D. Tho. qui Ariſt. ſententiam propriam fecit. Sed hæc non poſſumus in præſenti examinare, pertinent enim ad. 2. 2. ſed ſatis eſt attingere loca vbi D. Thom. de virtutibus
moralib. in particula ridiſſerit. ¶ De perſeue- 66
rantia agit D. Thom. 2. 2. quæſt.137. affirmat *Perſeuerãtia.*
eſſe ſpecialem virtutem, quia eſt ad ſuperandam ſpecialem difficultatem, quæ eſt in diuturnitate operis difficilis, & art.3. explicat, in quo differat à conſtantia. Alij dicunt, quamlibet virtutem eſſe perſeuerantiam in ſua materia, quia eiuſdem eſt actionem inchoare, proſequi, continuare, & repetere.

Continẽtia

De continentia agit D.Tho. 2 2. quæſt.155. vbi, & quæſt.143. ar.1. ad.1. docet non eſſe perfectam virtutem, de quo alibi egimus.

Iuſtitia. *Religio.*

De virtutibus ad alterum agit D. Tho. hic quæſt.60.at.3. & ait in omnibus reperiri aliquo modo debitũ, & æqualitatẽ: ergo vel eſt debitum ſimpliciter, & æqualitas ſimpliciter, & ſic eſt iuſtitia ſtricte ſumpta, de qua D. Tho.2.2. quæſt.58. & diuiditur cõmutatiuam & diſtributiuam, quando vero non eſt debitum, aut non eſt æqualitas ſimpliciter, eſt iuſtitia late ſumpta ſeu pars potentialis iuſtitiæ, id eſt, illi ſimilis, & ad illam reducta, de quo D.Tho.2.2. quæſt.80.art.1. ſi debitum eſt Deo, conſtituitur religio, de qua D. Tho.2.2.quæſt. 81. huic adiungitur pœnitẽtia, qua cõpenſare nitimur Dei offenſam, de qua agitur late in materia de pœnitentia.

Pœnitẽtia.

Pietas.

Si bonum debitum parentibus, vt ſic, ponitur pietas; quæ deficit à iuſtitia, quia non poteſt reddere æquale, & alia virtus eiuſdem nominis ponitur in parentib. ad filios vt ſic.

Obſeruãt.

Superioribus etiam, & aliqua excellentia præcellentibus, debitum honorem, & reuerẽtiam reddimus per obſeruantiam: ſub hac cõprehendi obedientiam ait D.Thó.2.2.q.80 a. 1. ad. 3. de vtraq. agit q.102. & 104.

Iuſtitia legalis.

Reſpectu Reip. & patriæ ponitur iuſtitia legalis.

Iuſtitia magiſtralis

Sunt qui ſimilem virtutem ponendam putent reſpectu magiſtrorum in diſcipulis, quia dijs parentibus, & magiſtris non poſſumus æquale reddere. Hæc poterit dici iuſtitia magiſtralis.

Charitas *Amicitia.* *Veritas.*

Reſpectu proximi etiam eſt charitas ſeu amicitia naturalis, quæ nõ reſpicit per ſe debitum, quia etiam ſine reſpectu iſto poteſt operari, licet aliquando, quod datur ex charitate eſt debitum, ſic ex charitate tenemur corrigere, & non ſcandalizare, & ſuccurrere extreme indigenti. Eſt etiã veracitas erga proximũ de qua D. Th. 2.2.quæſt.109. & Molina

lina tomo. 2 inſt. d. 162.

Affabilit. Silentium. Eſt & affabilitas ad quam poteſt reduci ſilentium, quia vtraque ponit modum in verbis, licet diuerſæ mihi videantur, quia vna intendit delectare proximum ſuo ſermone, alia verborum otioſitatem vitare: vnde vna eſt ad alterum, alia ad ſe.

Gratitudo Liberalitas Magnific. Beneuolét. Miſericor. Eſt, & gratitudo, liberalitas, & magnificécia, & beneuolentia, & miſericordia de quibus. 2. 2. quæſt. 32. & 33. tractatur an vere differant à charitate & amicitia proximi propter ſe, vel propter Deum amati.

Non multiplicantur virtutes ad alterum ex parte obiectorum, quæ illi volumus, ſed ex parte rationum volendi, quas intrinſece reſpiciunt, non per quas extrinſece ad ſuos actus applicantur.

Epijchia. Epijchia ex parte intellectus ſe tenet, ſed illi conformari ſæpe pertinet ad iuſtitiam, vt ſi lex in rigore intellecta, vt ſonat, ſit iniuſta, ex iuſtitia tenetur iudex ad ſequendam epijchiam.

De his virtutibus multa dicit Leſſius in ſuo opere de virtutibus cardinalibus reſpondente fere D. Thomæ in 2. 2. vbi, & nos Deo dante multa dicturi ſumus, quæ conſulto prætermittimus. Nunc præter modos ſuperius poſitos diſtinguendi morales ſeu affectiuas virtutes, ſolum nota ſequentem.

67. Quidam ſic numerant morales virtutes, vel ordinantur ad bonum proprium, vel ad bonum alterius ſi ad proprium, vel ad vitam, & ſic ponitur charitas naturalis, ſi ad alia bona præter vitam, vel in ordine ad conſeruationem ſpeciei, & ſic ponitur caſtitas, quæ reſpicit delectabile ſecundum tactum, præſertim veneream, quæ ad conſeruationem ſpeciei ordinata eſt, de qua D. Tho. 2. 2. q. 151. cui adiungitur virginitas de qua q. 152. vbi a. 3. docet diſtingui à caſtitate vt magnificentia à liberalitate, quia eius materia habet ſpecialem excellentiam, vt magnificentia, quæ verſatur circa magnos ſumptus, ſed Caietan. ibi ait non eſſe ſpecie diſtinctam à caſtitate, & alij dicunt illud de magnificentia nó eſſe admodum ſimile, quia magnificentia verſatur circa magnos ſumptus, & liberalitas erga cómunes, at virginitas circa nullas delectationes veneras verſatur, ſed ab omnibus abſtinet: ſimile tñ non eſt in hoc, ſed, quia vna virtus facit id quod eſt cómune, & ordinarium, & facile, alia quod eſt rarum, ſingulare, arduum, & difficile, aliqui dicunt abſtinere ab omni delectatione venerea, vel vſu venereo non eſſe per ſe bonum, ſed ex fine, ideo virginitatem non eſſe virtutem quátum ad id quod addit caſtitati, ſeu in quo ab ea differt.

Charitas naturalis. *Caſtitas virginitas.*

Si vero bonum eſt conueniens ad conſeruationem indiuidui ſecundum ſubſtantiam ſuam ſic ponitur abſtinentia, & ſobrietas ſi vero ad operationes illi conuenientes in intellectu, ponitur ſtudioſitas de qua D. Thom. 2. 2. q. 166. ſi vero ad actiones externas, quibus homo ſenſum ſuum explicat, ſic ponitur veracitas: ſi ad actiones decentes ſecundum exteriorem compoſitionem, modeſtia: ſi ad iocoſas eutrapelia, ſi modú ponit inverbis ne ſint ſuperflua vel aliter immoderata, ſilentiú. Si bonum hominis eſt vtile ſibi, & alijs vt pecunia, & quidquid pecunia æſtimatur, ponitur liberalitas, & magnificentia: de quibus D. Tho. 2. 2. q. 134. a. 2. Si bonum eſt in alio vt honor, qui eſt in honorante, ponuntur Philotimia, Magnanimitas, & humilitas: de magnanimitate eſſe diſtinctá à Philotimia D. Tho. 2. 2. q. 129. a. 4. humilitatem vero eſſe ſpecialé virtutem. qu. 161. alij dicunt Philotimiam, & magnanimitatem eſſe eádem virtutem, quia magnum & paruum ex parte obiecti nó diuerſificant ſpeciem habitus, vt non præſumat pluſque velit, & ſperet, quam oportet requiritur humilitas, vt non deſperet magnanimitas, ſed hoc aliqui reijciunt, quia ſic, etiá deberent poni duæ virtutes erga pecunias, vt arduas; vna ne deſperemus, alia ne præſumamus, ſed arg. nó valet, quia parum refert, quod præſumamus in pecunijs acquirendis modo ſeruetur iuſtitia, ſed in honoribus multum refert, quia poſſumus expetere etiam ſine aliorum iniuria honores nobis indecétes, & improportionatos, quod eſt ſuperbire id eſt ſuper nos ire.

Abſtinétia Sobrietas. Studioſitas Veracitas. Modeſtia. Eutrapelia Silentium. Liberalit. & Magnificentia. *Philotimia Magnanimitas. Humilitas*

Ad mala naturæ, vel fortunæ, quæ ab alijs inferri poſſunt, moderate fugienda, ponunt aliqui patientiam, ſed hoc infra reijcietur: aliud eſt enim ea fugere aliud patienter ſuſtinere, nempe ſine ira, & ad hoc ponitur patientia, ad vitanda vero ſigna iræ manſuetudo: ſic intellige D. Tho. 2. 2. q. 157. a. 1. & 2. & q. 143. a. 1. Ariſto. 5. ethic. cap. 5. vbi manſuetudinem ponunt admoderandam ſeu impediendam iram ſeu appetitum vindictæ: quo etiam modo loquitur Auguſt. in id Math. 5. beati mites. mites, inquit, ſunt, qui cedút improbitatibus, & non reſiſtunt malo, ſed vincunt in bono malum, & Grego. 3. parte paſto. adm. 10. manſuetudinem in eo collocat, quod quis ita mala patiatur, vt non vlciſcatur: idem Baſil. in id Pſal. 33. audiant manſueti, & lætentur, & lib. conſti. monaſt. cap. 14. ait, máſuetum eſſe, qui non iraſcitur, nec in alium indignatur: quod quod etiam inſinuat Paul. 2. Cor. 2. dicens, ſeruum Dei non oportet litigate, ſed manſuetum eſſe ad omnes. Forte manſuetudo non diſtingitur à patientia, & ideo vtrique tribuitur compeſcere, aut impedire iram, ſeu nolle vindicari, aut ſigna huius affectus dare.

Patientia. *Manſuetudo.*

Huic virtuti adiungit D. Tho. clemétiam, quæ

quæ ponit modum in pœnis infligendis, ſed
68 alij dicunt non diſtingui à iuſtitia vindicatiua. Deinde de fortitudine nota ſequentia. D. Tho. 2. 2. q. 123. art. 2. docet eſſe ſpecialem virtutem nam à Greg. c. 22. moral. cap. 1. & ab alijs inter cardinales virtutes numeratur, ꝙ explicat dicens fortitudinem tripliciter ſumi poſſe. 1. pro firmitate animi in bono, & & ſic eſſe conditionem generalem omnium virtutum, quia ad omnem virtutem pertinet firmiter, & immobiliter agere. 2. ethic. cap. 4. 2. prout dicit firmitatem animi in aggrediendis, expectandis, ſuſtinendis, vel repellendis aduerſarijs cum magnis periculis, & ſic eſſe virtutem ſpecialem, nam eſſe intrepido animo in magnis periculis ad nullam aliam virtutem pertinet: & art. 4. ait præcipue verſari circa pericula mortis vbi Caieta. aduertit ſola pericula mortis, vel quæ ad illam dicunt, vt cruciatus, & tormenta grauia eſſe ſimpliciter maxima pericula, & circa hæc ſola eſſe fortitudinem ſimpliciter: circa alia vero ſecundũ quid: ſimiliter fortitudinem eſſe virrutem ſpecialem docet Rich. 3. diſtinct. 33. art. 4. quæſt. 2. & quæſt. 3. docet fortitudinem proprie non eſſe reſpectu cuiuſcunque terribilis, ſed maximi, quod eſt mors; nam virtus cardinalis ſeu principalis, materiã debet habere principalẽ, principale autem periculum eſt mortis, idem ſentit Burid. 3. Ethic. quæſt. 20. prætet quam quod omnia pericula ait ſpectare ad fortitudinem: ſi enim ſola pericula mortis ad eam pertinerẽt, raro generaretur fortitudo, quia hæc raro occurrunt. idem ſentit Maior. 3. diſtinc. 33. quæſt. 1. vbi pericula belli, quæ in definitione fortitudinis Ariſtotel. collocat. 3. Ethic. cap. 6. cum Burid. extendit etiam ad bellum ſpirituale, quod imminet à tyrannis, & alijs ob defenſionẽ virtutũ ſic enim dicuntur martyres fortes in bello. Hebr. 11. ſed ibi de fortitudine veri belli eſt ſermo. idem ſentit Mandeſtron. Scotus, quæſt. de fortitudine, & Marti. de Magiſtris, ibidem.

Obijcies, quia virtus, quæ moderatur amorem, moderatur timorem, ſed non eſt virtus ſpecialis ad moderandum amorem: ergo nec ad moderandum timorem. mai. patet, quia timor ex amore ſequitur: ergo virtus, quæ moderatur amorem, moderatur timorem. Mi. etiam prob. quia quælibet virtus moderatur amorem aliquem, vna vnũ alia alium, &c. Reſp. Richard. ſup. amorem vitæ, & eorum, quæ ad illam pertinent à ſola fortitudine moderari, & cõſequenter omnes affectus, qui circa eadem obiecta verſantur. D. Tho. q. 66. art. 2. & 2. 2. quæſt. citata a. 4. ad 2. etiam Reſp. virtutem, quæ moderatur amorem, conſequenter moderari timorem, vt liberalitas, quæ moderatur amorem diuitiarum, moderatur timorem de earum amiſſione. & ſic, quia amor vitæ eſt naturalis, ponendam eſſe fortitudinẽ, quæ illum moderetur, & conſequenter timorem amittendi vitam, ad amorem autem vitæ videtur D. Tho. alibi nõ ponere virtutem eo quod natura eſt ſufficienter inclinata ad vitã. 2. Dici poſſet ex amore non ſequi infallibiliter timorem: quidam enim, vel à natura, vel à virtute ſunt magni animi, qui, licet multũ amẽt rem aliquã, intrepide propter amorem aliarũ rerum expectant ei⁹ amiſſionẽ, alij vero puſillanimes animũ abijciũt, & timore maximo corripiũtur etiã cũ rem minus amant, vt ergo animus erigatur, & audacter expectet, vel aggrederetur aduerſarios ponitur ſpecialis virtus, ad cuius actum conducunt maxime, quæ moderantur amorem vitæ, & rerum temporaliũ, quod ait Auguſt. 14. Trin. cap. 9. fortitudinem eſſe in perferendis moleſtijs, de fortitudine generali interpretatur Richar. ſupr. vt Burid. & Mandeſtro. quod ait Gregor. 7. moral. cap. 9. in id Iob. 6. quæ eſt enim fortitudo mea, & Martin. ſup. 5. & D. Th. 2. 2. q. 123. a. 2. ad. 2. quod ait Ambr. 1. de offic. cap. 35. & 36. & alij quod dicunt Proſper. 3. de vita contemplat. cap. 20. Bernar. 2. de conſideratione, cap. 10. ex quo argumẽtũ, nonnulli ſumunt ad probãdũ nullam dari ſpecialem virtutem fortitudinis, ſancti enim omnibus virtutibus tribuunt fortiter agere, ſed argumentum eſt infirmum; quia etiam ex ſanctis colligitur virtutes cardinales eſſe diſtinctas, & vnã illarum eſſe fortitudinem. Circa quam illud aduerte, cum quis rationabiliter timet, & fugit hoſtes, illum actum, licet ſit fortis, non tamen forſam eſſe fortitudinis, quia illa non inclinat ad timorem, & fugam, ſed ad audaciam, & aggreſſionẽ, vel expectationẽ hoſtis. Eſt ille actus timoris directus à prudentia oppoſita temeritati, & elicitus à virtute, ſi qua eſt, ad diligendum propriam vitam: quamuis dici poſſet eſſe elicitum ab ipſa fortitudine, quia ſicut datur virtus moralis, quæ per ſe ordinatur ad moderandum timorem, ita ad moderandum audaciam, ad quod per ſe faciendum nulla alia præter fortitudinem ordinatur. Aduerte etiam in martyrio. v.g. præcipue exerceri 3. virtutes. 1. charitas; patimur enim propter Deum, iuxta id, maiorem charitatem nemo habet. 2. patientia, quatenus iram erga tyrannos & carnifices compeſcimus, cũ qua idẽtificatur, vel iungitur manſuetudo, quæ iræ ſigna impedit. 3. fortitudo, quæ intrepide aduerſariũ, & tormẽta expectat. Tertio circa pericula non magna eſſe fortitudinẽ ſecundum quid, licet non ſimpliciter ex Burid. ſup. imo, & D. Tho. 2. 2. q. 123. a. 4. in corp. & ad. 1.

SECTIO. V.

An quælibet virtus ſit ſimplex habitus.

69 AZOR lib.3.cap.26.quæſt.6. ſic fere loquitur,1.Opinio eſt quamlibet virtutem,ſiue rationis,ſiue moris eſſe ſimplicẽ habitũ, quia quáuis habeat particularia obiecta,omnia,tñ reſpicit,ſub eadem ratione: omnem virtutem infuſam eſſe ſimplicem habitum, vt fidem ſpem,charitatem, pænitentiam: acquiſitam vero ſiue moris,ſiue rationis,ex pluribus habitibus conſtare,quia per actus ſpecie diuerſos,habitus ſpecie diuerſi comparátur, actus vero ex materia,& ex re ſubiecta diſtinguntur ſpecie.¶ 2.Quia ſicut Petrus poteſt vnam concluſionem,vel rem ſcire, & circa aliam errare;ita eſſe promptus in vna materia temperantiæ,& non in alia: ergo promptitudines ad diuerſas materias ſunt diſtinctæ.Hæc opinio multis iunioribus magis probatur. Ex qua perſpicitur,virtutem acquiſitam in multorum habituum collectione ad idem obiectæ rei & materiæ genus pertinentium conſiſtere,& virtutis nomen eſſe collectionis,ſicut numerus eſt collectio vnitatum & figura linearum,exercitus militum ſub eodem duce,ſeu imperatore pugnantium, & populus multorum hominum ſub eiſdem legibus & moribus humaniter viuentium, quælibet autem virtus infuſa eſt ſimplex habitus; non enim pro varietate materiæ obiectæ ſecernitur, propter excellentiam ſuam,ſicut nec animæ facultas, quæ ſub vna ratione ſuperiori verſatur circa obiecta variorum habituum. Hæc Azor ibi.Sed iam in ſuperioribus vidimus,non eſſe diſtinguendos realiter habitus virtutem moralium propter ſolam diuerſitatem obiecti materialis.

SECT. VI.

An morales virtutes reductæ ad aliquam ex primis,ſpecie & natura interſe diſtinguantur.

70 VERBI gratia vtrum quæ reuocantur ad iuſtitiam, diſtinguátur ſpecie interſe,& ſimiliter quæ reuocantur ad fortitudinem, vel temperantiam.De hac re diſſerit Azor,lib. 3. capitul. 26. quæſtione. 7. & ait, non omnes illas ſpecie interſe differre, vt patebit cũ de virtutibus ſingulis diſputabitur:liberalitas & magnificentia in eadem voluntate ponuntur,idem obiectum habent, videlicet pecuniam, eadem extrema,ſcilicet prodigum & auarum,licet magnificus in magnæ pecuniæ ſumptibus, liberalis in paruis cernatur:idem eſt de modeſtia,ſi cum magnanimitate in honoribus,de temperantia, ſi cum continentia in voluptatibus,de manſuetudine,ſi cum comitate in affectu animi conferatur,quemadmodum ergo vnus,idem que homo nunc magiſtratus publicam perſonam in ſumma dignitate,nunc priuati hominis perſoná in mediocritate ſuſtinet, ſic vna eademque virtus aliquando magis ſplendeſcit, vt magnificentia,aliquando minus,vt liberalitas. Hæc Azor,& bene.

SECTIO. VII.

An ſint aliquæ ſemi virtutes & quæ illæ ſint,an videlicet ſint miſericordia verecundia,indignatio,ſeu zelus, continentia, tolentia, amicitia.

HANC rem varijs quæſtionibus poſitis explicat Azor lib.3.capite.27. 71
1. quærit, an miſericordia ſit virtus.Reſ.Ariſt.2.Ethic. cap. 8. eam *Quæſtio.1.*
inter affectus animi collocaſſe: Ciceronem autem Stoicos ſecutum Tuſc.4.docuiſſe eſſe affectionem,& malam: ſed in oratione pro Quinto Ligario cum de Cæſaris laude diceret, virtutẽ eam appellaſſe,vt notauit Aug.9. ciuit.capi.5.a Lactantio vero.5.diuin.inſtit.c. 14.Stoicos reprehendi ꝙ miſericordiá virtutẽ eſſe negauerint, qui nomine miſericordiá intelligit beneficiẽtiá:miſericordiá ſũpta pro affectu naturali,quo dolemus de rebus aduerſis alterius ſine deliberatione,non eſt virtus, licet ſit actus bonus ex obiecto,ſecus ſumpta pro affectu deliberato,quod de aduerſis alterius dolemus,& eius miſeriam ſubleuare volumus:quidam putant diſtingui à charitate alij non:de quo alibi.

2. Quærit Azor, an verecundia ſit virtus, 72
Reſp.de hac re diſputaui hoc lib.cap.16.Ariſt. *Quæſt.2.*
4.Ethic.cap.vltimo,& lib.2.capit.7. plane dixit non eſſe virtutem idem D.Tho.3.p.quæſt. 85.artic.1.ad.2.&.2.2.quæſt.144.artic.1. ſed eſſe virtutem teſtatur Ariſto.3.Ethic.cap.8.dicens fortitudinem,quæ metu ignominiæ,aut ſtudio honoris, aut cupidinis vitandæ gratia pericula ſubit,virtutem eſſe.Sed dico eam, quæ eſt affectus naturalis non eſſe virtutem licet ſit bona ex obiecto; eam etiam quæ eſt actus voluntatis deliberatus,quo quis timet ignominiam ex turpi facto non eſſe virtutẽ 1.quia virtus turpe factum nõ admittit,verecundia

Digitized by Google

cundia vero poteſt eſſe cum turpi facto.¶ 2. Quia virtus bonum operatur ſtudio & cauſa honeſtatis:verecundia vero licet aliquando à turpi ſe contineat,id tamen facit metu probri & dedecoris. ¶ 3.Virtus non ſolum hominem à turpi auocat, ſed etiam ad bonũ impellit;at verecũdia ſolum eſt veluti frænum, quo homines à turpi cohibentur.Obijcias, quia pænitentia eſt virtus,licet ſupponat peccatum.Reſpond.non eſſe ſimile, quia pænitentia peccatum tollit,& abijcit, verecundia autem turpe ſecum admittit,nec repellit, itē pænitentia bonam electionem facit.per eam enim ſtatuimus peccara vitare, fugere,& cauere,ne Deus offēdatur,itaq. mouetur amore Dei,& deteſtatione turpitudinis, at verecundia metu dedecoris non ſtudio honeſtatis.

73. Hæc Azor. Sed credo, verecundiam ſumptam pro actu deliberato eſſe virtutem ſicut de miſericordia dictum eſt,quia bonum habet motiuũ, ſcilicet honorem moderatum, & honeſtum, ſicut Philotimia,cum qua idētificatur & videtur doctrina ſanctorum,qui verecundiam maxime laudant,quia à peccato abſtrahit,honeſtò affectu honoris & odio dedecoris.

74. *Quæſtio. 3.* 3.Quætit Azor,an indignatio,ſeu zelus ſit virtus,Reſp.ſecundum Ariſt.2.Rhetor.cap.9. indignationem eſſe dolorem ortum ex eo quod alius res ſuas adminiſtret indigne, vel ex eo quod rebus bonis potiatur indignus, quem affectum zelum paſsim vocant:qui virtus non eſt,quia eſt naturalis affectus, qui ſi nimius ſit,virtute eſt temperandus:eſt tamen ex obiecto bonus;idē eſt de affectu, qui dicitur æmulatio virtutis.

75. *Quæſtio. 4* 4.Quærit,an continentia, ſeu tolerantia ſit virtus, & reſpondet Ariſtot. 7.Ethicorum ait,non eſſe virtutes.aduerte tamen continētiam aliquando ſumi pro caſtitate, quæ libidines reprimit & ſic virtus eſt:aliquando pro temperātia,& ſic etiam eſt virtus.¶ 3. Pro habitu,quo bonũ in delectationibus eligimus, ſed cum interna pugna,& immodicis affectibus contra rationem obſiſtentibus, pugnantibus,& obnitentibus,& ſic Ariſt. continentiam diſtinguit à temperantia prompte,conſtanter,& delectabiliter operante, quia voluntates,& cupiditates bonarum operationũ aſſiduitate ſuperauit, & de hoc habitu eſt quæſtio, an ſit virtus? Tolerantia etiam aliquando ſumitur pro patientia, vel fortitudine,& ſic eſt virtus:aliquando pro habitu,quo bonũ in medijs doloribus eligimus,qui habitus à patientia & fortitudine differt, quod in patienti,vel forti affectus dolorum ſunt domiti & moderati:non tamen in tolerante, & ideo de hoc etiam quæſtio eſt, an ſit virtus? Dicet ergo Ariſt.7.Ethic. cap.2. hos habitus virtutes non eſſe,quia virtus cum affectibus immodicis,& immoderatis non conſiſtit,tolerans autem vel incontinens nimijs affectibus vrgetur,ac premitur.Deinde quia virtus, bonum eligit hilariter, facile,prompte & expedite;ſed continens,& tolerans,non ſic eligit,propter pugnam affectuum ratione obſiſtentium,ergo. Teſte Rich.3.d 33. art.1.quæſt. 1.ad primum.Stephanus Epiſcopus Pariſiens anathema in eos tulit, qui dicebant, continentiam non eſſe virtutem:ſumpſit continētiam pro temperantia,vel caſtitate S. Thom. 2.2. q. 155.artic.1.cum Ariſtot.docet, continētiam vt eam ſumpſit Ariſt.non eſſe perfectam virtutem,ſed laudabilem habitum,idē Rich. ſupra artic. 5.quæſt.4.Differunt incontinens & intemperans,quia ſicut temperans eſt qui eligit ſine affectibus repugnantibus rationi: continens vero cum illis:ſic e conuerſo,intēperans eſt,qui in delectationibus conſentit, parum repugnante voluntate & ratione: incontinens vero delectationes ſequitur, ſed non parum repugnante ratione & voluntate in bonum inclinata,& ideo cum male agit, contriſtatur & dolet:intemperans vero non, ſed gaudet vehementer.

5.Quærit,an continentia ſit habitus re diſtinctus à temperantia & ſimiliter tolerantia à fortitudine ſiue patientia: quidam inquit, affirmant,alij verius negant:quia habitus tēperantiæ cum incipit acquiriri,& eſt remiſſus, nondumque robur, & vires accepit, reddit hominem continentem, roboratus vero temperantem:ſic habitus fortitudinis, vel patientiæ remiſſus reddit hominem tolerātem; intenſus,& robuſtus fortem,& patientem. 76. *Quæſtio. 5.*

6.Quærit,in qua animæ facultate continentia & tolerantia reponantur.Quidam inquit,dicunt,in voluntate, quia in ea animæ parte poni debet, quæ paſſionibus reſiſtit. Hæc autem eſt voluntas.¶ 2.Quia hi habitus in appetitu ſenſus eſſe nequeunt, quoniam in eo cupiditates & affectus dominantur. ¶ 3.Quia hi habitus ſunt neceſſarij,ne voluntas paſſionibus ſuccũbat:ergo in ea poni debent.Burid autem.7.Ethic.quæſt.3.ait, continentiam eſſe duplicem habitum,vnũ in appetitu ſenſus,alium in voluntate,& hæc opinio etiam eſt probabilis,quia continentia nō eſt habitus re à temperantia diſtinctus, hæc autem conſtat duplici habitu,altero in appetitu ſenſus,altero in voluntate. Præterea continentis voluntas paſſionibus obnititur: ergo eget habitu ad reſiſtendum illis,appetitus autem eget,vt in eo minus inſurgant affectus, & vt inſurgentes vincat,& ſe conformet rationi.Hæc Azor plura autem de continentia, & incontinentia, perſeuerantia & mollicie inuenies 77. *Quæſtio. 6*

inuenies apud Maiorem.3.d.36.dub.1.2.&.3.& nonnulla diximus,diſp.2.ſect.3.ad finem.

78 Sed de patientia peculiaris difficultas eſt, nam D.Thom.eam ponit ad moderandas triſtitias.2.2.q.136.ad hoc autem nulla peculiaris virtus requiri videtur,nam virtus quæ moderatur amorem alicuius boni, moderatur etiā & triſtitiā de eius amiſſione,vt virtus tēperātiæ, quæ moderatur appetitum cibi,moderatur triſtitiam de carentia illius,& ſic de alijs virtutibus:ergo adhoc non eſt conſtituenda ſpecialis virtus patientiæ.Reſp.Caieta. 2.2.q. cit.art.1. ſingulas virtutes moderari ſingulas triſtitias circa particularia bona: patientiam autem moderari triſtitias in ordine ad bonū rationis,vt ſcilicet homo propter triſtitiam non declinet à bono rationis præſertim propter triſtitiā ab extrinſeco illatā, inquit etiā charitatem nō moderari paſſionem triſtitiæ ſeipſa,ſed mediāte prudentia infuſa.

1.Opinio.

79 Martin.vero de magiſtris quæſt.1.de patiētia affirmat patientiam,vt eſt virtus firmans animum in opere ſtudioſo,vt nullius vi mali ab eo dimoueatur, eſſe eandem cum virtute perſeuerantiæ,& hanc cum omni, & quauis virtute perfecta,vt vero eſt virtus firmans animum contra quæuis mala,eſſe virtutem ſpecialem,& probat,quia ſecundum Aug.lib.de patientia cap.1.to.4.Gregor.ho.35.in euangelia, & omnes alios, *patientia eſt qua aduerſa aquo animo tolleramus, vt infirmitates perſecutiones,& alia quæuis mala*.Etenim in his malis tenere medium, ita vt neque nimis triſtemur, neque ſimus inſenſibiles,pertinet ad ſpecialē virtutem patientiæ: nam hæc ratio diſtincta eſt à rationibus omnium aliarum virtutum.

2.Opinio.

80 Medin.autem quæſt.60.art.5. 1.dicit patiētiam non eſſe ſpecialem virtutem , quia ad eandem virtutem pertinet moderari amorē cibi & odium abſtinentiæ,ad eandem charitatem gaudere de bono amici & triſtari de contrario.¶ 2.Dicit, ſi patientiā eſt habitus peculiaris ad tollerandas triſtitias,non mereri ſimpliciter nomen virtutis,vt dixit D.Tho. quæſt.58.art.3.ad.2.¶ 3.Dicit, ſiquæ eſt virtus moderatrix triſtitiæ,illam reduci ad fortitudinem,nam quādo in re contriſtante,& affligēte apparet ratio ardui ſuſtinere illam opus eſt fortitudinis,quia malum arduum ſuſtinere ad fortitudinem ſpectat, vt patet in patientibus martyrium.¶ 4. Dicit ſuſtinere triſtitias ne homo abſorbeatur ab illarum impetu,pertinere ad quandam virtutem infuſam quæ dicitur patiētia:de qua D.Thom.2.2.loco citato . Confuſe hæc dicta ſunt, & irreſolute,videtur autem hic auctor cum Caiet. ſupra ſentire , ad moderandas triſtitias , in ſeipſis non poni ſpecialem virtutem, ſed ad ſeruādum animum ne illarum cauſa à bono declinet,& hanc ſpecialem virtutem reduci, ad fortitudinem.Illud vero in.3.dicto aliqui non probant,quod putat in omni re triſtante & affligente rationem mali ardui eſſe.Hoc enim falſum eſt,cum triſtitia de malo arduo non ſit,ſed de malo abſolute, & ideo omnis triſtitia in appetitu cōcupiſcibili collocatur. Vnde ſi patientia eſt triſtitiæ moderatrix, in appetitu concupiſcibili collocari debet, vt collocatur à D.Thom.2.2.q.136.a.4 ad. 2. Vbi fortitudinem collocat in iraſcibili. Quomodo ergo ad fortitudinem reducitur? Sed hæc obiectio etiā militat cōtra D. Tho. qui eodē loco patientiam reducit ad fortitudinem,tamen vnam in iraſcibili, aliam in concupiſcibili conſtituit.

3.Opinio.

Id vero etiam certum eſt cum Medina , & Caiet.patientiā infuſam ponunt,quæ a charitate imperetur, acquiſitam non excludere: omni enim virtuti morali infuſæ ſimilis acquiſita reſpōdet. Porro quod iſti cum D. Th. & alijs citatis aſſerunt ponendam eſſe patiētiam diſtinctam realiter à fortitudine & alijs virtutibus, docet etiam Angeſt.in moralib. ca.11.& noſter Guillermus Mandeſtro.quæſt. de fortitudine,& Maior.3.d.33.q.12.vbi etiam affirmat patientiam eſſe virtutem & multiplicem & partem fortitudinis, nō ſubiectiuam, ſed poteſtatiuam. 81

Sunt vero iuniores quidā affirmantes patientiam eſſe virtutem ſpecialem quæ triſtitiam non eliciat, ſed pro obiecto habeat,ita vt eius ſit velle triſtari quando, & quantum oportet & non amplius: qui actus, & bonus,& difficilis eſt,& non pertinet ad alias virtutes:ergo ad iſtam. Minor probatur, quia aliæ virtutes,licet habeant pro actu triſtitias & delectationes moderatas de obiectis contrarijs,vel proprijs,non tamen habent triſtitiam pro obiecto.Sed hæc philoſophia,vt noua ita reijcienda,ſicut enim nulla ponitur virtus ſpecialis ad volendum delectationes, & alias actiones elicitas ab alijs virtutibus, ita nec ad volendas triſtitias, quas aliæ virtutes eliciunt. Item triſtitia non eſt perſe amabilis:obiectum autem virtutis debet eſſe perſe amabile & habere rationem finis. Deinde ſecundum omnes patientia ad ferendas triſtitias ſeu res triſtes eſt,non ad amandas triſtitias: etiam ſi quis non amet triſtitiam,ſi in tribulatione erecto, & æquo ſit animo , ſeu nō demittat, deijciat,vel deſpōdeat animum,patiens dicitur:ergo nō in amore triſtitiæ cōſiſtit patientia:poteſt quidem actus iſte eſſe bonus,& ſtudioſus,ſed iuxta finem,quem adieceris ſeu motiuum, quod varium eſſe poteſt: vnde in genere ad nullam ſpecialem virtutem pertinet ſicut nec amare delectationem aliquam,quæ propter ſe non eſt honeſte amabilis. 82

bilis, ſed ex ad iuſto fine honeſto, honeſte quæreretur. Explicatur, ſi quis enim amat triſtitiam, vt ſatisfaciat pro peccatis, pertinet ad virtutem pœnitentiæ, ſi vero ad mortificandum corpus ne intemperanter agat, ad virtutem caſtitatis, &c. Similiter ſi velim delectatione aliquam, vt reſultet aliquod bonum meum, pertinebit ad bonum concupiſcentiæ honeſtæ naturalis, vel ſupernaturalis ſi vero ad bonum diuinum, vel alterius amici, ad charitatem, vel amicitiam naturalem, vel ſupernaturalem, &c. ſic velle delectationem, vel carentiam triſtitiæ amico, vt bonum eius, eſt actus amicitiæ, & velle iſta, vt ſurgat ab aliqua miſeria, eſt actus miſericordiæ. 2.2. q.30.a.3.& q.31.

83 Ego exiſtimo patiētiam eſſe virtutem ſpecialem eandem cum manſuetudine, quæ quidem eligit nō iraſci interius, nec exterius contra proximū: in ordine ad actū externum vocatur manſuetudo, in ordine ad internum patientia & quatenus fertur in eiuſmodi obiecta, vt bona ſimpliciter, pertinet ad appetitū concupiſcibilē, vt vero bona ardua, ad iraſcibilē, & ſic conciliantur varia dicta D. Thom. & aliorū & ſoluuntur omnes difficultates, & quando aliqui dicunt, moderari triſtitias, loquuntur improprie, prout moderari eſt reſiſtere illis, i.e in iram, vel ſigna irænimū præcipitent.

84 7.Quærit Azor, an amicitia ſit virtus, Ariſt.
Quæſtio. inquit, toto.8.&.9 Ethi. de amicitia diſſeruit, & initio ſtatim eam docet eſſe virtutem, aut non ſine virtute, id eſt virtutis effectum. Quidam putant non eſſe virtutem, quia inter virtutes non connumeratur ab Ariſtot. alij cenſent eſſe virtutem partem ſubiectam iuſtitiæ quia eſt ad alterū, mihi probabilius, eſſe charitatem, non Theologicam infuſam, ſed partem eius charitatis, quæ à Philoſophis benignitas, vel humanitas appellatur: quia per charitatem amore & beneficijs amicum proſequimur, quia bonus eſt, & quia nobis placet, quod eſt charitatis officium: intereſt tamen inter amicitiam & charitatem, quia charitas eſt amor beneuolentiæ ad omnes, etiam ad eos, qui nos viciſſim non diligunt, amicitia autem eſt beneuolentia erga amicos tātum: Vnde amicitia eſt pars charitati ſubiecta; loquimur enim de amicitia, quæ bono honeſto innitatur: nam quæ vtili, aut delectabili, vera amicitia non eſt. Amicitia tria præſtat beneuolentiam, concordiam animorum, & beneficentiam. Hæc Azor, ſed tract. de chari-
85 tate dicemus, amicitiam eſſe veram virtutē, & eſſe duplicem, alteram, qua proximum diligimus propter Deum, & hanc eſſe virtutem Theologicam infuſam vel acquiſitam, alterum vero qua volumus ei bonum, quia bonū eius eſt, ſine vlla relatione formali ad Deum id eſt, non quia eſt Dei nec, quia bonum eius conducit ad aliquod bonum Dei, & hanc eſſe virtutem moralem ſpecialem, quandam quidem infuſam aliam vero acquiſitam.

SECTIO. VIII.

Vtrum recte virtutes cardinales diuidantur in politicas purgatorias purgati animi & exemplares.

RESPON. cum D.Thom. quæſt. 61. art.5. & Foxio in compendio de moribus c.11. rectam eſſe diuiſionem ſumptā ex Macrobio. 1. lib. commentariorum in ſomnum Scipionis c.8. ſeu fol.2. ante mediū libri & ex Plotino apud Macrobium ibi, exemplares dicuntur prout ſunt in Deo, quem vt vitæ exēplar nobis proponere debemus iuxta Auguſt.1. de moribus Eccleſ.ca.6. Vbi concludit, Deum eſſe quem ſequendo anima ſit compos virtutis, atque ſapientiæ, quem ſi ſequimur inquit, bene ſi autem aſſequimur non tantum bene, ſed etiam beate viuimus: ſunt autem in Deo eiuſmodi virtutes ſecundum D.Thom. Macrobium & Plotinum, ita vt prudentia in Deo ſit diuina mens; temperantia conuerſio diuinæ intentionis ad ſeipſum, ſuam que mentem, & rationem, ſicut in nobis per temperantiam cōformatur appetitus cōcupiſcibilis cum recta ratione: fortitudo autem in Deo eſt immutabilitas; iuſtitia in Deo eſt obſeruatio quædam legis, ſeu ordinationis æternæ in diuinis operibus: ex quo concludit Valentia, diſputatione. 5. quæſtione. 4. puncto. 3. virtutes cardinales, non eſſe formaliter in Deo, neque ſecundum eamdem rationem (ſcilicet etiam analogam analogia proportionis proprie dicta, ſicut charitas, ſapientia, intellectus, etc. Sed æquiuoce, vel analogia pro proportionalitatis improprie dicta, et eminenter, neque probabile eſſe, quod cenſuit Scotus. 3. d.33. q. vnic. ad. 1. poſſe in Deo, et angelis eſſe has virtutes morales ſecundum ſuā formalem rationem: vltimam ſecluſa accidētalite, ſicut eſt etiam in illis formaliter charitas: *eſt enim, inquit, de ratione formali huiuſmodi virtutum, vt electione quadam verſentur circa paſſiones proprias, vt recte etiam contra Scotum argumentatur Caieta. & Medi. illo art. 5. conſtat autem neque in Deum, neque in angelos eiuſmodi poſſe cadere.* Neq. argumēta Scoti vllius puto eſſe momenti. Primum eſt poſſe in Deo & angelis 86

Vide Mai. 3.d.33. poſt q.5.prin. q. 4. Abul. 1. Reg.tom.2. fol.22.

gelis eſſe formaliter huiuſmodi virtutes, per
hoc quod in nobis velint & expetant mode-
rationem paſſionum, licet non in ſe ipſis; per
me enim & te, inquit Scotus, non variatur
formalis ratio habitus. Secundum eſt, poſſe
angelum frequenter exercere actum, quo
velit conditionaliter moderari paſſiones pro-
prias, ſi eas haberet: ergo acquirit habitum
ei[illegible] illas, cum eam perfectionem habitus
nec ex natura ſua habeat, nec ſit opus illi
88 deeſſe. Ad 1. Rt. [illegible] qui velit moderā-
tionem paſſionum non in ſe ſed in altero, ne-
quaquam pertinere ad virtutem mod[illegible]
cem talium paſſionum, ſed ad amorem vel
charitatem cuius eſt velle bonum alteri: vir-
tus enim moralis verſatur circa paſſiones
proprias, quarum videlicet moderatio ſit
difficilis ipſi operanti, non autem circa paſ-
ſiones alienas, quæ [illegible], ſed a te [illegible] nego-
tium faceſſunt: quod poteſt, inquit, confirma-
ri manifeſto exemplo, nam vt recte inquit
Caieta. & Medin. q. 61.a.5. fieri poteſt vt in-
te[illegible] ta mater velit [illegible] filiam ha-
bere caſtam, nec tamen ipſa per huiuſmodi
[illegible] actū & voluntatē [illegible] ſæpe repetitā
eu[illegible] caſta: euidens [illegible]
vel moderat[illegible]
actu [illegible] moderat[illegible] taliū paſſionum.

Ad 2. Rt. per a[illegible] ales non pro-
duci virtutem, ſed per a[illegible] cum mate-
ria virtutis ſuppetit [illegible], quis ſe exercet
probat ex philoſo. 2. eth. c. ca. 1. [illegible], i[illegible]
a[illegible]endo iuſti, temperata temperantes, fortia
fortes euadimus. Cōfir. cum Caiet. & Medina
clariſſimo vt putat exemplo, nam etſi pau-
per frequenter deliberet ſe velle magnificos
ſu[illegible] facere, ſi poſſet, tamē non ideo erit
89 magnificus, niſi in quadam potentia pro pin-
qua. Cæterum ego non video cur prudentia
non poſſit formaliter tribui Deo quatenus
per eam ſuas actiones dirigit, ſecūdario vero
noſtras, quas vt princeps & legiſlator & dux
gubernat, iuſtitia etiam diſtributiua mune-
rum, & ſuppliciorum in eo eſt formaliter, li-
cet ſine vlla obligatione iuſtitiæ, vt contra
aliquos diceemus tractatu de gratia diſp. vlti.
de merito, de iuſtitia autem commutatiua
ſentio in Deo & angelis non eſſe, ſicut nec
fortitudinē & temperantiam, tametſi nō ſo-
lum in appetitu ſenſitiuo, ſed etiam in volun-
tate noſtra eas eſſe teneremus, quoniam ea-
rum actus externi & interni efficaces abſolu-
ti Deo repugnant, conditionati [illegible] & in
efficaces, qualis eſt ſimplex voluntas rei im-
poſſibilis, [illegible] ac[illegible]les & imperfecti, nec prop-
ter eos ſolos ponitur virtus, nec illis ſolis
producitur habitus ſaltem qui habeat ratio-
nem & ſtatū virtutis, omnis enim virtus ver-
90 ſari ſemper debet, aut ſaltem poteſt circa dif-
ficile operanti, ſaltem in aliquo ſtatu, vnde
Ariſtot. 10. ethi. cap. 8. abſurdum putat iuſti-
tiam commutatiuam, temperantiam, libera-
litatem, & alias eiuſmodi virtutes, circa qua-
rum obiecta ſolos actus conditionatos habe-
re poſſunt, diis tribuere. Argumenta Scoti
bene diluuntur à Valentia, præſertim primū
in cuius ſolutione cum Caiet. & Med. conue-
nit; qui recte aſſerunt, actum, quo ego volo
alium eſſe caſtum, non eſſe caſtitatis, ſed ami-
citiæ. In ſolutione verò ad 2. licet recte Ca. &
Medi. ſentiant, illis actibus conditionatis nō
generari in angelis virtutes illas ad quas in
nobis pertinent, falſò tamen docent, pertine-
re ad virtutem iuſtitiæ, qua in omnibus ob-
iectis, etiā cōditionatis ſubdere ſe volūt diui-
næ legi, nā illi actus tendunt in eadē obiecta,
& ſub eadem ratione formali, qua noſtri: er-
go ad eaſdē virtutes pertinēt, & ita docet Sco.
3. d. 33. q. 1. ad. 1 Princip. Maior. ead. d. Angeſt. c.
8. mo[illegible] in fine. Conſonat doctrinæ Suarez.
3. p. to. 1. diſp. 19. ſect. 1. vbi actus conditionatos
& inefficaces in eo, qui non habet materiam,
circa [illegible] exercere poſſit abſolutos & effica-
ces, [illegible] ad [illegible] virtutes pertinere. Confir.
1. [illegible] quia actus conditionati & in
efficaces mali pertinent ad vitia contraria
etiam in angelis: ergo & boni conditionati
pertinent ad prædictas virtutes. Confir. 2.
quia ſecundū D. Th. [illegible] & alios, in ſta-
tu innocentiæ erant virtutes, quæ in illo ſta-
tu ſolum poterant habere actus conditiona-
tos & inefficaces, vt miſericordia, pœniten-
tia &c. Idem in Chriſto dicunt Suarez, ſu-
pra Scot. 3. 4. d. 15. q. 2. [illegible] Gab. 2. d. 29. q. 3. a. 3.
dub. 3. ergo actus conditionati & inefficaces ad
tales virtutes pertinēt in nobis: ergo & in an-
gelis. Confir. 3. nam iſte actus, ſi ego eſſem an-
gelus vel Deus, hoc vel illud bonum facerē,
pertinet ad eandem virtutem, ad quam per-
tinet in angelo vel Deo: ergo ſimiliter iſte
actus in angelo, ſi eſſem homo viuerē caſte,
pertinet ad eandem virtutem, ad quam per-
tinet in homine. Sed in angelo non genue-
runt habitum, ſaltem qui ſimpliciter dicatur
virtus, quāuis per alios actus daremus virtu-
tes acquiſiſſe, vt tenet Moli. 1. p. q. 58. a. 1. Sed
an virtutes morales ſint in angelis plura dixi
d. 2. ſect. 5. & aliis locis ibidem citatis.

Politicæ virtutes dicuntur prout ſunt in 91
homine, qui eſt animal politiuū, ſeu ciuile,
& prout res humanas modo communi ciuiū
& ordinario moderantur: vt vero animum
hominis abſtrahunt à rebus temporalibus &
à communibus defectibus, dicuntur purgato-
riæ: vt vero ſunt in animo iam perfecto pa-
cato & Deiformi, dicuntur purgati animi,
vel heroicæ, non enim illæ virtutes ſunt di-
uerſæ ſecundum ſubſtantiam, ſed ſecundum
gradum

Digitized by Google

gradum perfectionis, vt manent recte Caiet. & Valentia, qui Caiet. reijcit, quòd dixerit, has eſſe virtutes infuſas: Philoſophi enim virtutes infuſas minime cognouerunt quamuis & in illis eadem diſtinctio graduum cóſiderari poſſit, & officium virtutum, quæ ſunt purgatoriæ, & purgati animi, nobis commendatur ſententijs, & exemplis diuinæ ſcripturæ Pſal. 72. mihi adhærere Deo bonũ eſt. Luc. 10. porro vnum eſt neceſſarium Philip. 3. conuerſatio noſtra in cœlis eſt. Cicero 1. officiorũ circa medium hoc ipſum indicat dicens, ea quæ eximia pleriſque & præclara videntur, parua dicere, eaque ratione ſtabili firmaque contemnere, fortis animi, magnique dicendum eſt: quamuis non immerito ibi Cicero vitio dádum quibuſdam putat, quod propterea ſolum quia labores, & moleſtias, & repulſarum quaſi quamdam ignominiam & infamiam timent, deſpicere ſe dicunt, ea, quæ plerique admirantur, imperia & magiſtratus, ſi quis autem hæc doctrinæ & commentationis rerum diuinarum cauſa reſpuat, is, Cicerone etiam iudice, minime eſt vituperandus, ſed laudandus, vt oſtendit D. Thom. hic ex eo quod Cicero ibi ſcribit. Ijs concedendum ſit Remp. non compeſcentibus, qui excellenti ingenio ocio, doctrinæ que ſe dediderunt, & ijs qui aut valetudinis imbecillitate, aut aliqua grauiori cauſa impediti à Rep. receſſerunt. Et ſuperius docuerat imperia expetenda non eſſe, ſed potius aut non accipienda interdum, aut deponenda nonnunquam optime Auguſt. 19. ciuit. cap. 19. A ſtudio cognoſcendæ veritatis nemo prohibetur, quod ad laudabile pertinet ocium: locus vero ſuperior, ſine quo Regi populus non poteſt, etſi ita teneatur, & adminiſtretur, vt decet, tamẽ indecenter appetitur. Quam obrem ocium ſanctum quærit charitas veritatis, negocium iuſtum ſuſcepit neceſſitas charitatis. Quam ſarcinam ſi nullus imponit, percipiendæ atq. intuendæ vacandum eſt veritati, ſi autem imponitur, ſuſcipienda eſt propter charitatis neceſſitatem, ſed nec ſic omnimodo veritatis delectatio deſerenda eſt, ne ſubtrahatur illa ſuauitas & opprimat iſta neceſſitas.

SECTIO. IX.

Quænã virtutes dicãtur euãgelicæ.

RESP. Azor, lib. 3. c. 26. q. 4. eas eſſe quæ ex Chriſti ad monitionibus, & conſilijs colliguntur, quæ ſunt potiſſimũ ſex, paupertas ſpiritus quæ in rerum caducarum contemptione, & deſpectione conſiſtit, qua quis ſpóte, & ex animo ſe ſuis bonis abdicat, vt Chriſti veſtigia imitetur: quæ ad temperantiam poteſt reuocari. ¶ 2. Eſt caſtitas virginum, voto, vel firmo propoſito ſuſcepta. ¶ 3. Obedientia præſertim religioſa. ¶ 4. Humilitas, qua animum noſtrũ moderamur, ne alta & ardua proſequatur, quæ ad magnanimitatem redigi poteſt. ¶ 5. pœnitentia, qua pro peccatis ſatisfacimus Deo & iniuriã Deo illatam debito dolore ex charitate ſuſcepto, ſuſque pœnis compenſamus ¶ 6. ſimplicitas quæ ad téperantiã reduci poteſt, nam in quadam morum & vitæ ſinceritate conſiſtit & qua ſumus iuxta iuſtitiæ & rationis præceptũ in omnibus faciles, & benigni. 92

QVÆST. LXII. DE VIRTVTIBVS THEOLOGICIS.

Arti. 1. Vtrum ſint aliquæ virtutes Theologicæ?

Artic. 2. Vtrum virtutes Theologicæ diſtinguantur ab intellectualibus & moralibus?

Artic. 3. Vtrum conuenienter fides, ſpes, & charitas ponantur virtutes Theologicæ?

Art. 4. Vtrum fides ſit prior ſpe, & ſpes charitate?

Tota doctrina D. Thom. hîc eſt Vincent. in ſpeculo mor. lib. 1. p. 3. d. 8.

DISPVTATIO. V. DE VIRTVTIBVS INFVSIS THEOLOGICIS.

SECTIO. I.

Vtrum dentur aliquæ virtutes infuſæ Theologicæ, & quænã ſint.

DAri aliquas virtutes Theo
1 logicas perſe infuſas, ni-
mirum ſaltem. 3. virtutes
Theologicas fidem ſpem
& charitaté. (Quidquid
ſit de moralibus de qui-
bus diſputatione ſequẽti
differemus) tract. præced. diſp. 3. ſect. 4. docui-
mus, de eiuſque rei certitudine diſputaui-
mus de qua vide etiam Anto. Perez certam.
7. Schol. cap. 4. Vbi probat ex Pau. ad Titum. 3.
quem effudit in nos abunde & Ro. 5. charitas
Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris, &. 2. Corin.
1. Deus ſignauit nos &c. &. 2. Cor. 4. illuxit in
cordibus noſtris, & Ioa. 4. fiet in eo fons &c.
& Baſil. lib. de Spiri. ſan. cap. 26. gratia quidem
ſpiritus in eo qui recipit, ſemper quidé præ-
ſens, at non perpetuo operans, & Trid. ſeſſ. 6.
can. 7. dicente nos iuſtificari per iuſtitiam
inhærentem, & quia ſine fide impoſſibile eſt
placere Deo Heb. 11. ſed paruuli non habent
fidem actualem, ergo habitualem, vt tanquã
certum de fide colligunt Scotus. 3. d. 23 quæſt.
vnic. Gab. quæſt. 2. Almain. 2. mor. c. 3. Vega. 7.
in Trid. c. 24. Med. 1. 2. q. 51. art. 4. dicto vltimo,
ait contrarium eſſe fere hæreticum. Sed Ant.
Perez ait tantam cenſuram communiter re-
prehendi quia aliquæ poſſunt eſſe euaſiones,
vt ipſe declarat, & nos ſupra. Vnde rem non
eſſe de fide tenet Medina quæſtione. 62. art. 1.
Vazq. d. 79. ca. 1. Sotus. 2. de nat. & grat. c. 17. &
18. Canus. 7. de locis. cap. 2.

2 Nunc vero exponẽdũ eſt, an recte diuida-
tur virtus infuſa in Theologicã & moralé, &
Rurſum Theologica in fidem, ſpem, & chari-
tatem. Contra primam enim diuiſionem eſt
primo, quia membra diuidentia debent eſſe
oppoſita, ſpes autem, & charitas ſunt virtutes
morales: cum ſint in appetitu, ergo cum ſint
etiam Theologicæ, non eſt conueniens illa
diuiſio, ſed prius diuidenda eſſet virtus infuſa
in intellectualem & moralem. Deinde intel-
lectualis infuſa in fidem, & prudentiam, qua
rum prima Deum habet pro obiecto. 2. huma
nos mores, moralis infuſa in eam quæ Deum
habet pro obiecto; quales ſunt ſpes & cha-
ritas & in eam, quæ habet creaturam pro ob-
iecto qualis eſt fortitudo, temperantia & iu-
ſtitia infuſa. ¶2. Contra eamdem diuiſionem
eſt, quod fides videtur moralis virtus, ſicut
prudentia, quia dictat de agendis, ergo eadé
virtus infuſa eſt moralis, & Theologica, &
ſic non recte ſecatur virtus infuſa in mora-
lem & Theologicam.

Contra. 2. vero diuiſioné eſt. 1. quod Theo- 3
logia eſt virtus Theologica: tamen nulla eſt
ex illis tribus. ¶2. Metaphyſica, & habitus di-
lectionis naturalis Dei, & ſpei naturalis
ſunt virtutes Theologicæ: tamen non conti-
nentur illis tribus. ¶3. Quia cum voluntas tẽ-
dat in Deum, non ſolum, vt eſt noſtrum bo-
num arduum, ſed etiam, vt eſt abſolute bonũ
noſtrum. Videtur præter virtutem ſpei, quæ
tendit in Deum, vt bonum noſtrum arduum,
ac proinde pertinet ad voluntatem, vt reſpõ-
det iraſcibili, aſſignandam eſſe aliam virtuté,
quæ tendat in Deum, vt bonum noſtrum ab-
ſolute, quæque pertineat ad voluntatem, vt
reſpondet cõcupiſcibili. Nec dici poteſt, eam
eſſe charitatem: hæc enim nõ elicit amorem
concupiſcentiæ, ſed amicitiæ, nec vult Deum
homini, ſed bonum Deo. Confirm. nam circa
honores, & diuitias ſunt variæ virtutes mora
les, vt ſunt bona abſolute, & vt ardua, priores
quę ad concupiſcibilem poſteriores ad iraſci
bilem pertinẽt, vt diſp. præced. viſum eſt: ergo
ſimiliter circa Deum, vt eſt bonum noſtrum
abſolute & vt bonum arduum, debent poni
virtutes Theologicæ infuſæ diuerſæ. ¶4. Quia
in voluntate eſt duplex virtus Theologica:
cur non ergo in intellectu? & ſic erunt. 4. vir-
tutes Theologicæ.

Ad. 1. argum. contra primam diuiſionem. 4
Reſp. cum Valentia, diſp. 5. quæſt. 5. puncto. 1.
bene diuidi potuiſſe virtutem infuſam in mo
ralem, & intellectualem, ſumendo late virtu
tem moralem pro virtute exiſtente in appe-
titu; quo ſenſu ſpes & charitas morales
ſunt: non tamen eo ſenſu, quo moralis virtus
communiter dicitur, quæ humanum morem
pro obiecto habet, nam non morem, ſed Deũ
pro obiecto habent. Ad. 2. contra eamdem di
uiſionem. Reſp. fidem non eſſe moralem vir-
tuté ratione materiæ, obiecti, & ſicut pruden
tia, nam Deum, & non morem humanum ha
bet pro obiecto.

Ad. 1. vero contra ſecundam diuiſionem 5
omiſſis, quæ dicit Caie. 2. 2. q. 17. art. 5. Reſp.
Valentia ſupra, Theologiam non eſſe virtu-
tem Theologicam, quia non eſt perſe infuſa,
ſed acquiſita, ac proinde licet habeat obiectũ
ſupernaturale, tamen non attingit illud om-
nino proportionate, ſcilicet, actu etiã ſuper-
naturali ad virtutem autem Theologicam,
ſicut hic loquimur, hoc requiri, ſicut recte
notauit Caiet. hac, quæſt. 62. ar. 3. quod ſi quis
contẽdat, eam eſſe virtuté Theologicã pro-
pter excellentiam & certitudinem, quam
habet, quæſtio, inquit, erit de nomine Theo-
logice arte nõ ſolent appellare virtuté Theo
logicam niſi habitum, qui ſit etiam perſe in-
fuſus. Vnde D. Thom. quæſt. 62. art. 1. virtutes
Theo-

Theologicas dici putat, quia Deum habent pro obiecto,& quia à ſolo Deo nobis infunduntur,& quia ſola diuina reuelatione in ſacra ſcriptura nobis traduntur. Atque ob eamdem cauſam fides acquiſita,vel opinio de diuinis rebus non eſt virtus Theologica,præter quam quod poſſunt ex genere ſuo habere aſſenſum falſum,quo circa nec virtutes omnino ſunt,Theologia autem cum ſit certa,virtus eſt intellectualis,quæ reuocari poteſt ad illud genus virtutis intellectualis,quod Ariſt. 6.Ethic appellauit ſcientiam,vt 1 p.q.1.pun.3. tradidimus. Hæc Valentia, Alij cenſent non eſſe virtutem Theologicam,quia etiam ex fide humana, vel opinione procedere poteſt, vt hæreticus probat concluſiones Theologicas ex principijs fidei,quæ ſola fide humana, vel opinione cognoſcit.

6 Ad.2.cõtra eamdem diuiſionem. Reſpon. Theologos communiter ſolas virtutes quæ Deum habent pro obiecto & totali principio,& perfecte ideſt ſupernaturaliter Deum attingant Theologicas vocare,& ideo habitus illos non eſſe eorum ſenſu virtutes Theologicas: aliqui etiam negant dari illos duos poſteriores habitus,ſed contra eos diſputabimus.2.2.in materia de ſpe, & de charitate, qui autẽ hos habitus admittunt, diuiſi ſunt, nam quidem fatentur eſſe virtutes Theologicas,vt Scotus.3. d 16. & nominales. Caieta. vero.2.2.q 26.a.3. omnino negat eſſe virtutes, quia ſunt improportionata ſuis obiectis. Alij dicunt non eſſe virtutes Theologicas, quia non habent rationem formalem diuinam, ſed nituntur rationi humanæ,& fidem humanam articulorum non eſſe virtutem intellectualem,quia licet ex parte obiecti materialis non poſſit illi ſubeſſe falſum, tamen ex vi obiecti formalis poteſt: vnde,& alijs propoſitionibus ide habitus falſo aſſentitur, & interdum erroribus contra fidem Item ſpẽ, & charitatem naturalem eſſe virtutes morales, quatenus actus morales eliciũt, nõ Theologicas,quia nõ ſunt infuſæ. ideo eas ignorarunt Philoſophi,vel ſub religione comprehenderunt, quæ tamen eſt moralis ex obiecto, quia non Deum,ſed cultum Dei pro obiecto habet,certum tamen eſt actus horum habituum poſſe eſſe moraliter bonos,quia habẽt bona obiecta, & poſſunt prudenter, & ſine vlla mala circunſtantia fieri.

7 Ad 3.contra eamdem diuiſionem Ret Valentia ſupra,actum intentionis, vel amoris, circa Deum,vt eſt bonum noſtrum abſolute: non habere perſe aliquam difficultatẽ,quare ſi abſtrahamus ad arduitate, quá ſpecies reſpicit,non eſt neceſſaria aliqua virtus:quilibet enim facile cupit abſolute frui Deo, ſed adhoc indiget virtute, vt feratur ſic in Deum,vt vincat difficultates,quæ occurrunt in proſecutione beatitudinis, id quod ſufficienter præſtat ſpes. Ad confirmationem Reſpond.non eſſe parem rationem de appetitu honoris,vel diuitiarum,nam in his appetẽdis,ſicut oportet,vt quædam bona ſunt,eſt magna difficultas, & prætea differentia, illa boni ardui,& abſolute conſiderati,non perinde valet ad efficiendam differentiam in volũtate ſicut in appetitu ſenſitiuo,ac proinde,non quæcunque diuerſitas eiuſmodi rationum ſufficit ad fundandas diuerſas virtutes, in voluntate poterit ergo virtus ſpei,quæ eſt in voluntate,attingere Deum ſub vtraque ratione ſpectatum licet in appetitu ſenſitiuo ad attingendum ſub vtraque ratione honores, & diuitias diuerſæ virtutes requirantur.

Ad.4.Reſpond non eſſe ſimile, quia intellectus in via ſolum tendit ſupernaturaliter in Deũ ſub ratione diuinæ reuelationis obſcuræ,& ideo in via ſolum datur vna virtus Theologica infuſa;voluntas autem in via tẽdit ſupernaturaliter in Deum duplici ratione,ſcilicet,vt eſt bonus ſibi,& vt eſt bonus nobis,ſub prima ratione eſt obiectum charitatis:ſub ſecunda ſpei, ideo in voluntate datur in via duplex virtus Theologica. 8

Sed adhuc contra eamdẽ diuiſionẽ, argumẽtor,quia obedientia,pietas,religio & pœnitentia reſpiciunt Deum ergo ſunt virtutes Theologicæ,ſicut fides,ſpes & charitas. Reſp. nõ reſpicere Deũ. vt obiectũ ſed vt materiã, circa quam,& finem,& ideo non eſſe virtutes Theologicas, nam obiectum religionis non eſt Deus, ſed cultus Dei, pietatis honor & reuerentia,quæ Deo deferimus, obedientiæ obſequiũ,quod Deo præſtamus, ſeu quo Deo paremus tanquam ſuperiori præcipienti: pœnitentiæ vero ſatisfactio pro peccatis. At vero fides,ſpes,& charitas Deum credunt,ſperant & amant tanquam primariũ obiectũ. Item Deum habent pro regula,& ratione formali,ſub qua: nam fides nititur teſtimonio primæ veritatis:ſpes promiſſioni diuinæ fidelitatis:charitas ſummæ bonitati Dei, ſpes amat Deum propter ſe amore concupiſcentiæ,charitas amore amicitiæ. Vide Azor lib.3. c.25. quæſt.1.

SECTIO. II.

Quis ſit ordo perfectionis inter virtutes Theologicas.

DVPLEX ordo conſiderari poteſt inter virtutes Theologicas, vt recte docet D. Thom. in hac, q. articul. 4. nempe perfectionis, de quo 9

[illegible]

SECTIO III.

Q[illegible]

10 Q[illegible] [illegible] rica [illegible] est, [illegible] actum spei [illegible] penderet [illegible] & immediate [illegible]

11 [illegible] re [illegible] possu[illegible] [illegible]

[illegible] eode lib. c. 36 [illegible] 1. Cor. 13. primum [illegible] fidem, deinde spem, [illegible] numerat [illegible] & passim [illegible] autem [illegible] at D. Th[illegible] ar. 4. [illegible] esse [illegible] [illegible] tate vt ante [illegible] & [illegible] in [illegible] peccatum [illegible]

QVÆST. LXIII. DE CAVSA VIRTVTVM EFFICIENTI

[illegible]

[illegible] naturales [illegible] modo [illegible] tract. [illegible] sec. 4. vbi ex[illegible] habi tus princip[illegible] latinorū [illegible] Q[illegible] in[illegible]

inſint nobis à natura, & [illegible] tate [illegible] c [illegible] antia [illegible] & ſect. [illegible] an in Angelis præter ſpecies [illegible] vel per eorū actus acquiſiti, & in hoc tract. 11 d.2. ſect.5. [illegible] dixim [illegible] in voluntate Angeli ſint virtutes [illegible]. Vide [illegible] an eadem diſp. ſect.2. in fine, & Molin. 1.p.q.58 a. [illegible] vbi in voluntate Angeli ponit virtutes morales [illegible] proprijs [illegible] b [illegible] poſſet aliæ morales infuſæ a Deo, quod colligitur ex Patribus in [illegible] Ezech. 8. *Tu* [illegible] *culum ſim* [illegible] *perfectus* [illegible] & cū peccauerint aliqui, & nō ex ignorātia, aut infirmitate, [illegible] Bern. ſer. [illegible] in Cāt. ſignū eſt, eorū voluntaté nō tantā habere naturalem propenſioné ad bonū, quin poſſit perfici virtutibus acquiſitis [illegible] quanuis [illegible] 1. p. q.58. a. [illegible] an intellectu angeli nō ponat habitus diſtinctos à ſpeciebus; [illegible] ponit M [illegible] ſ [illegible] & poni in [illegible] ad [illegible] & eſſe commune [illegible] Angeli [illegible] ille [illegible] at, [illegible] eſſe in [illegible] di conditiona [illegible] virt [illegible] verſatur circa difficile [illegible] facilimi, [illegible] ſimpliciter virtus. Quidā cū Scoto [illegible] putát ad habitū caritatis in illis [illegible] caſti [illegible] Sed hoc merito [illegible] placet quia caſtitas [illegible] formaliter bonum proprium non aliorum [illegible] ille actus eſt charitatis [illegible] impudica, quæ amat in [illegible] ex parte. Cita ratio [illegible] D.Tho. probat, nullas virtutes eſſe [illegible] à [illegible] ſecūdū conſummation [illegible] eſt difficultas, de qua multa diximus [illegible]

Art.2. Vtrum aliqua virtus cauſetur in nobis ex aſſuetudine operum.

RESP. D.Thom. virtutes ordinātes ad bonū, [illegible] ſecū [illegible] hominū, poſſe humanis actibus cauſari, quod Caiet. ibi, & Valent. d.5. q.2. puncto [illegible] intelligit [illegible] de intellect [illegible] & ſpecula tiuis, alij tam [illegible] ad ſummū etiā de intellect [illegible] practici [illegible] tionem d [illegible] & [illegible] ab ipſo Caiet. itaque ſecūdū D.Tho. virtutes [illegible] regulát [illegible] ratione humana [illegible] naturali, ſunt naturaliter acquiſi [illegible] legeDei, [illegible] gnitione, nam virtutes [illegible] voluntate exigente [illegible] ralem, ſunt [illegible] ter ac [illegible] p [illegible] aliæ de quibus Se [illegible] virtus ſine ſtudio [illegible] non p [illegible]

Artic. 3. Vtrum aliquæ virtutes morales ſint in nobis per infuſionem.

Art. 4. Vtrum virtus quam acquirimus ex operum aſſuetudine, ſit eiuſdem ſpeciei cum virtute infuſa.

DISPVTATIO VI. DE VIRTVTIBVS INFVSIS MORALIBVS.

SECTIO. I.

Vtrum in iuſtificatione infundantur nobis morales virtutes

1 QVÆRIMVS [illegible] re i [illegible] cu morales virtutes pertinea [illegible] quando [illegible] ū adi [illegible] gratia [illegible] di debe [illegible] tute [illegible] hic q. [illegible] & q.51 art 4. ſcilicet [illegible] & per [illegible] ecū ligeo [illegible] res & ſcientiæ [illegible] D.Tho. [illegible] part. quæſt.49 [illegible] 95. ar. [illegible] & ſcie tiæ ſcriptu [illegible] Apoſtolis [illegible] m. ſupra [illegible] genere [illegible]

[illegible] abſolute negat m [illegible] gratia in [illegible] Hanc ſequuntur Scotus [illegible] q. vnica a.5.§. [illegible] Auguſt. D [illegible] q.6. Argentin. [illegible] a.1. Gab 4 [illegible] ſub.2. O [illegible] 2 *Opinio.*

[...] ſolutione.3.4.&.5. difficultatis, & [...] 4.& quantum adhoc, quod nõ dẽ[...] virtutes morales perſe infuſæ conueniunt [...] Henricus, quodlib.6.q.12. Marſilius [...] artic.1.p.1.concluſ.3.& parte.2.ad.1.& in quodam notabili poſito ad ſoluenda argumenta facta contra.5.concl.& Almai.3.mor. c.3.& 3.d.34.q.vnica notabili vltimo Lichetus.3.d.33.q.vnica ad argum.principalia. Dur. q.6.Baſſol.q.2.art.3.in eadem ſententia videtur eſſe Bon.q.1.tantum enim meminit Theologicarum & acquiſitarum virtutum. Vnde pro hac opinione citatur à Carthuſiano, eodẽ modo loquuntur, Rubion.Bachonius ibi.Altiſſiodo.lib.3.tract.13.q.2.Henric.quodlib.6.q.12.Vincen.in ſpeculo moral.lib.1.p.3.d.9.hanc ſententiam non eſſe tamquam temerariam refellendam, vt fecit Medina, q.62.ar.3. docet Azor, lib.3.c.28.q.4.cum ſit grauiſſimorum authorum, nec ratione careat, nec neget ſimpliciter virtutes morales interdum infundi, aut diuinitus dari, & eatenus eſſe dona Dei ſolũ enim negat virtutes morales infuſas ſpecie natura, & ſubſtãtia diſtinctas ab acquiſitis & ait dari virtutes morales nõ ex genere ſuo infuſas, ſed ex accidenti. Suadetur hæc ſentẽtia, quia virtutes genere ſuo acquiſitæ nullã habent connexionẽ cum gratia vel cũ illis vt late oſtendere conatur Dur. 3. d.36. q.1.ergo non eſt cur dicamus cum gratia infundi, maxime ſi ante infuſionẽ gratiæ eſſent acquiſitæ, quia duo accidentia eiuſdem ſpeciei nequeunt eſſe ſimul, & quia eſſent ſuperfluæ. Quod ſi dicas, tunc infundi augmentũ, homo experiretur magnam propenſionem, quã tamen non experitur, ergo virtutes genere ſuo acquiſitæ nunquam cum gratia infundũtur.

3 De infuſis vero ex genere ſuo probatur

1. Argum. 1.Quia in iuſtificatione ſolum infunduntur quæ neceſſaria ſunt, vt quis emũdetur à peccato, renouetur interius, & acceptetur ad vitam æternam, ad quæ omnia ſufficit gratia cum virtutibus Theologicis, & non requirũtur virtutes morales, ergo non infunduntur.

2. Argum. 2.Quia hæ non ſunt neceſſariæ ad operandũ ergo non infunduntur ſecundum legem ordinariam, habitus enim operatiui non debẽt ſtatui, niſi ſint neceſſarij ad operationem: antecedens probatur, quia iſtæ virtutes nõ ſunt neceſſariæ ad ſubſtantiam operationis: ſine illis enim poſſumus temperate, & iuſte agere &c. neque vt operatio referatur in Deũ finẽ ſupernaturalem, quoniã hoc pertinet ad virtutẽ charitatis directæ per fidem, & quælibet virtus põt imperare actũ alterius etiã Theologicæ, vt docet Sua.3.p.to.2.d.51.ſect.2. ratione.1.Leonar.in [...] l.2.c.3.dub.2.n.8. & c.36. dub.2. neq. vero ad facilitatẽ quia hũc modũ nõ præſtant virtutes genere ſuo infuſæ, ergo.

3.Quia cum peccator conuertitur manent in eo habitus vitiorum, & magna difficultas 4 *3. Argum.* ad opera virtutum moralium quod nõ contingeret ſi infunderẽtur ei virtutes morales, nam hæ vitia excluderẽt: vel ſi dicas virtutes perſe infuſas, quia ſunt alterius ordinis, illis, nõ opponi, ſaltem conferrent magnam facilitatem ad agendum iuſte, tẽperate, &c.& ſic homo experiretur in ſe magnã promptitudinem ad eiuſmodi operationes, quod tamen eſt contra experiẽtiã, & ſane cum duo pueri, quorũ vnus eſt baptizatus, & alius non, æqualiter inſtructi, & diſpoſiti perueniũt ad vſum rationis, non ſentit maiorem propenſionem promptitudinẽ, & facilitatem vnus quã alius ad opera moraliũ virtutũ, ergo neuter habet morales virtutes infuſas, ergo in iuſtificatione hæ virtutes morales non infunduntur. Et

Conf. Conf.alioqui per promptitudinẽ & delectationẽ, quã conferrent, poſſit quis earum infuſionem, ac proinde iuſtificationẽ propriã deprehendere, quod enim ait Ariſt.2.Ethic. c.4. ſignum inhærentis habitus eſſe delectationẽ in operãdo, ad habitus infuſos extẽdi debet, omnis enim promptitudinem, propenſionẽ & delectationẽ confert ſubiecto: conſequẽs eſt contra omnes Theologos & Trid. ſeſſ. 6. decreto de iuſtificatione cap.9.ergo.

4. Argum. 4.Quia ſententia oppoſita, nec ex ſcripturis, nec ex patribus, nec ex Eccleſiæ definitione, nec ratione vlla efficaci probatur.

5 *2. Opinio.* 2.Sententia eſt Marſilij loco citato in iuſtificatione infũdi virtutes morales, quæ ex ſuo genere ſunt acquiſitæ, vt ſcilicet homo perfecte ſanetur, & ad morales actiones promptus reddatur; non vero alias: quia nõ ſunt neceſſariæ, cum præfatæ ſufficiant.

6 *3. Opinio.* 3.Opinio eſt in iuſtificatione infundi virtutes morales, nõ quidẽ genere ſuo acquiſitas, ſicut dixit Marſil. ſupra, ſed alias æquali num. quæ perſe & nõ per accidens infuſæ ſunt. Ita D.Th.præſenti q 63.a.3. in corpore, & ad.1.& a.4.&.q.51.a.4.q.vn.de virtutibus in cõmuni a.10.&.3.d.33.q.1.a.2.quæſtiũcula.3.Caie.Med. Cõrad.& alij recentiores q.63.a.3.&.4.Valen. d.5.q.6.pun.1.&.2.& Conim.in Ethicis, d.7.q. 6.a.2.Ant.4.p.tit.1.c.1.§ 3.Vega.7.in Trid. c.24. Ant.Perez, certam.7.Schol.c.4.n.31.Vega.7.in Trid.c.24.Herueus op de virtutibus, q.3. Vaz. hic d.86.c.2.& ſeq.Richar.3.d.33.a.1 q 2.Bon.a. 2.q.5.Maior.q.6.circa materiã iuſtitiæ.Gab.q. vn.a.3.dub.2.Capr.q.vn.a.1.conc.3.&.a.3.ad argumenta Durãdi cõtra.3.conc.Hiſp.q.vn.a. 1. 3.&.4.Palud.q.1.a.2.opi.3.cõc.1.& ſeq.Mayro. q.2.Carth.q.3 Palac.d.36.diſp.vn.cõc.7.Ant.4 p.tit.1.c.1.§ 3 Ochã.3.q.12.a.4.dub. 5. quamuis Ochã & Gab.vt retulimꝰ, primã ſentẽtiã alibi ſecuti fuerint, hanc ſententiam eſſe admodum probabilem, ait Azor, ſupra eandem te-

net Suarez.3.par.tom.1. diſputatio.19. in prin-
cipio.

7 Iuxta hanc ſententiam tertiam ſtatuo pri-
1.Concluſio mam concluſionem:virtutes genere ſuo ac-
quiſitæ nec in iuſtificatione,nec in alia certa
occaſione infunduntur ſecundum legem or-
dinariam.Probatur,quia licet nõ ſit dubium
a Deo infũdi poſſe, quia omnes effectus præ-
ſertim non vitales qui fiunt à cauſis ſecundis
poteſt efficere ſe ſolo:tamen eos nõ ſolet effi
cere ſe ſolo,niſi interdum miraculoſe,& præ-
ter legem ordinariam,vt enim ait Dioniſ. ca.
4.diui.nom. prouidentiæ eſt ſaluare naturã,
& vltima per media adducere, & alioqui cũ
hæ virtutes vitia excludant,& paſſiones mo-
derentur,magnam promptitudinem, facilita
Confirm. 1. tem,& delectationem in ſeipſis experirentur
iuſtificati:quod falſum eſt. Cõſ.quia cum hæ
virtutes ante iuſtificationem à multis acqui-
rantur , vel in iuſtificatione infunduntur
illis aliæ numero eiuſdem ſpei,& hoc eſt ſu-
peruacaneum,& impoſsibile,quia duo acci-
dentia ſolo numero diuerſa non poſſunt eſſe
ſimul in eodẽ ſubiecto, vel nihil earum illis
infunditur, & ſic inæqualis erit iuſtificatio
etiam ſi æqualis fuerit ad gratiam diſpoſitio,
vel accipiunt augmentũ,& ſic magnam ſen-
tient ad operandum promptitudinem, vt in-
8 ferebamus, quod tñ aduerſatur experientiæ.

Confirm.2. Conf.2.nam iuſtificatus,ſi poſtea per actus
bonos acquirit virtutes,vel plura accidentia
eiuſdem ſpeciei erunt ſimul in eodem ſubie-
cto,vel amittet priores virtutes: primum eſt
contra Philoſophiam. 2.contra id Rom. 11.ſi-
ne pœnitentia ſunt dona Dei:ſi vero non eas
acquirit,ſed auget,erunt in iuſto virtutes mo
rales valde intenſæ , & ſic facile operabitur
quod eſt contra experientiam. Aliqui hanc
concluſionem probant,quia negari non po-
teſt,pœnitentiam eſſe virtutẽ perſe infuſam,
ea vero non eſt virtus Theologica : ergo.Sed
hæc ratio eſt nulla,quia etiam eſt pœnitẽtia
acquiſita,quidquid dicat Vazquez,diſput.86.
cap.3.immerito dicens,licet cõcederetur pœ-
nitentiam eſſe virtutem moralem,& infundi
à Deo,poſſe negari de alijs,& quia pœnitẽtia,
non poteſt acquiri,ſicut aliæ poſſunt,& quia
dici poſſet cum nonnullis, pœnitentiam non
diſtingui realiter à charitate,quod tamẽ eſſe
falſum docui late in materia de pœnitentia.
Alij etiam concluſionẽ probant,quia religio
eſt virtus infuſa,tñ moralis, ſed iſta ratio ni-
hil valet,quia etiã datur religio acquiſita , &
negari poſſet vllam dari religionem infuſam
Vazquez autem,diſp.citata cap.6.probat alia
ratione, quam ſectione ſequenti conſtabit,
infirmam eſſe incertoque fundamento niti.
9 His ergo rationibus ommiſsis ſit.

2. Conclu. 2.Concluſio in iuſtificatione ſecundũ le-
gem ordinariam infunduntur virtutes mora-
les ſupernaturales, ſeu quæ viribus naturæ
haberi non poſſunt . Probatur, quia hæ ſunt
poſsibiles,ergo re ipſa,& ſecundum legem or-
dinariam infunduntur;vt perfecta ſit iuſtifi-
catio & renovatio interior,& homo operari
poſsit circa obiecta harum virtutum modo
conſentaneo,connaturali,& proportionato
ipſi eſſe ſupernaturali , quod confert gratia.
Iuxta id.1.Petri,1. *vt diuinæ efficiamur conſortes
naturæ*,& iuxta id.2.Cor.5.& Galat.6.*noua crea
tura*,& Ioann.3.*renati* . Sicut per vires natura-
les operatur modo conſentaneo ; & propor-
tionato ipſi eſſe & fini naturali . Nec enim
alia ratione infunduntur virtutes Theologi-
cæ;ſiquidem ſicut poſſumus imperfecte,iuſte
& temperate agere ſine habitibus ſupernatu
ralibus,ita imperfecte credere ſperare. & di-
ligere:infunduntur autem virtutes Theolo-
gicæ,vt perfectius,& modo conſentaneo gra
tiæ , & fini ſupernaturali id efficiamus, ergo
eadem ratione infundi debẽt morales(quam
rationem attigit D. Thom. quæſt. 63.artic.3.)
quod conducit etiam,vt iuſtus qui nõ habet
virtutes morales acquiſitas , aliquam habeat
promptitudinem ad opera moralia,qui vero
illas habet,per has ad eadem opera prõptior
reddatur,& forte,vt homo ſine formali rela-
tione præſenti,vel præterita ad finem ſuper-
naturalem mereri poſsit, actus enim virtutũ
infuſarum in homine iuſto perſe ſunt meri-
torij vitæ æternæ,vt videbimus tract. de gra-
tia;quoniam ex ſe tendunt in finem ſuperna-
turalem,& habent cum illo proportionem,
& ſunt effectus ipſius gratiæ,non vero actus
virtutum acquiſitarum.Nec poteſt dici,virtu
tes morales ſupernaturales eſſe impoſsibiles:
nam ſupernaturales Theologicæ ſunt poſsi-
biles,cur ergo non erunt poſsibiles ſuperna-
turales morales?In quo autem diſtinguantur
ab acquiſitis ſectione ſequenti explicabitur,
nec minor eſt difficultas in virtutibus Theo-
logicis ſupernaturalibus quomodo,à natura
libus diſtinguantur.

Hæc concluſio ſtatim amplius conſtabit
de cuius certitudine quanta ſit,certant Theo 10
logi,nam Capreol.loco citato ad.2.Dur.cõtra *Quæſt.*
3.conc.erroneũ putat negare infuſionem ha- *Opinio*
rũ virtutum in iuſtificatione: eius cenſuram *quorundã.*
refert & quodammodo confirmat Conrad.
hac.q.art.3.in fine corporis Medin. autẽ q.51.
art.4.& alij ſolũ dicunt eſſe ingentẽ temeri-
tatẽ.Vtrique ſuã cenſuram probant. Primum *1.Fundam.*
ex concil. Viennenſi Clemm.de Summa Tri.
vbi Clem. 5. relatis diuerſis doctorum opi-
nionibus ſic ait , nos attendentes genera-
lem efficaciam mortis Chriſti, quæ per bap-
tiſma applicatur pariter omnibus baptiza-
tis opinionem,quæ dicit tam paruulis quam
adul-

adultis conferri in baptiſmo informantem gratiam & virtutes, tanquam probabiliorē, & dictis ſanctorum ac doctorum modernorum Tœologiæ magis conſonam & concordem, facto approbante conc. duximus eligendam. Si dicas cum Duran. conc. loqui de ſolis virtutibus Theologicis, contra obijcit Caieta. hic art. 3. in fine concilium loqui indefinite. Item obijciunt idem auctores & gloſſa in Clem. cit. verbo ſanctorū & doctorum, concilium loqui de illis virtutibus, de quibus eo tempore erat controuerſia, an infundantur in baptiſmo, tunc autem non erat controuerſia de virtutibus Theologicis, ſed de moralibus: ergo de his loquitur concilium. Mi. quoad eam partem quæ ait non fuiſſe tunc controuerſiam de Theologicis, probatur, quia nullus refertur, qui eo tempore negauerit, eas in baptiſmo infundi: quoad eam vero partem, quæ ait fuiſſe tunc de moralibus controuerſiam, patet, quia cōcilium illud fuit celebratum anno 1311. vt refert Onuphrius in factis ſub eodem anno. Antea vero Theologi diſſentiebāt quoad virtutes morales, nā Scotus qui vt refert Genebrardus in chronologia, & obijt Colo. anno 1308. Henr. quem ipſe Scotus vt antiquiorem citat & horum ſectatores, quos multos eo tempore fuiſſe credendum eſt, negabant infundi in baptiſmo. D. autem Tho. quem Onuphrius adſcribit anno 1262. & Petrus de Tarantaſia, qui electus fuit poſtea in pontificem, anno 1262. & appellatus Innocent. 5. aſſerebant huiuſmodi virtutes in baptiſmo infundi.

11 2. Ex aliquibus locis ſcripturæ, nam Sap. 7.
2. Funda. dicitur, *Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, innumerabilis honeſtas per manus illius*, & Sap. 8. *Sobrietatem & iuſtitiam docet, prudentiam, & virtutem*, ideſt fortitudinem: ergo iſtæ ſunt virtutes ſupernaturales, & dona Dei hominibus collata, ſimili enim argumento vtitur conc. Mileuitan. cap. 4. vbi ex eo quod habet Pſal. 93. *Beatus quem tu erudieris Domine*, colligit ſcientiam de qua loquitur pſaltes, eſſe donū Dei. Item Sap. 8. dicitur, *Sicut quoniam aliter non poſſem eſſe continens, niſi Deus det, & hoc ipſum erat ſumma ſapientia ſcire eius eſſe hoc donum*, ex quo loco Medi. in hac q. 63. a. 3. docet ſecundum fidem catholicam certum eſſe virtutem continentiæ eſſe infuſam & gloſſa Rabani ibi inquit, nemo eas virtutes habet, niſi cui omnium virtutum origo, ſcilicet Deus contulit quocunq. tempore, & in quacunq. lege. De prudentia idem ſignificatur in verbis citatis. *Si qui indiget ſapientia poſtulet à Deo.* & Rom. 8. *prudentia carnis mors eſt, prudentia ſpiritus vita.* & de religione eodem cap. & Gal. 4. *Non accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore, ſed ſpiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus abba pater*, & Rom. 8. *Quid oremus ſicut oportet, neſcimus, ſed ipſe ſpiritus interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.* Gal. 5. *Qui tribuit ſpiritum & operatur virtutes in vobis.*

3. Ex ſanctis, nam Greg. hom. 5. in Ezech. explicans id Sap. 7. ſpiritus Domini ſtabilis & mobilis, & refertur c. poteſt, de pœni. d. 2. poteſt inquit mobilitas ſpiritus aliter intelligi: in ſanctorum quippe cordibus iuxta quaſdam virtutes ſemper permanet, iuxta quaſdam vero neceſſarius venit, & venturus recedit, in fide enim, ſpe. atq. charitate, & in bonis alijs, ſine quibus ad cœleſtem patriam non poteſt veniri, ſicut eſt humilitas, caſtitas, iuſtitia atq. miſericordia perfectorū corda nō deſerit ſcilicet, Spiritus Sanctus, vbi ſatis ſignificat has quatuor virtutes eſſe dona Spiritus Sancti, ſicut fides, ſpes, & charitas. & Aug pſal. 118. concione. 26. exponens id fecit iudicium & iuſtitiam, ait, iuſtitiæ nomine hoc loco non ipſa virtus, ſed opus eius ſignificatum eſt, quis enim fecit in homine iuſtitiam (intellige habitualem) niſi qui iuſtificat impium, hoc eſt per gratiam, ex impio facit iuſtum, & 5. ciuit. cap. 21. & in lib. medita. c. 8 tom. 9. ait, virtutes eſſe quædam animæ ornamenta, quæ dona Dei ſunt, & D. Tho. q. 55. a. 4. argumento, ſed contra, & alij citati, hoc tract. 11. diſpu. 1. ſect. 1. colligūt ex Aug. 2. de libero arbitrio. cap. 18. & 19. & 1. retractationum cap 9. illam definitionem virtutis in fuſæ, eſt bona qualitas mentis, &c. quā Deus in nobis ſine nobis operatur, & tractatu 8. in 1. epiſt. Ioan. parū à principio opera inquit, miſericordiæ affectus charitatis, ſanctitas pietatis, incorruptio caſtitatis, modeſtia ſobrietatis, ſemper hæc tenenda ſunt, quia intus ſunt omnes hæ virtutes quas nominaui, quis autē ſufficeret omnes numerare, quaſi exercitus eſt imperatoris, qui ſedet intus in mente tua, quomodo enim imperator per exercitum ſuum facit, quod ei placet, ſic Dominus Ieſus Chriſtus incipiens habitare in interiore homine noſtro. ¶ 1. In mente per fidem vtitur iſtis virtutibus quaſi miniſtris ſuis, & lib. de moribus eccleſ. c. 15. omnes virtutes morales Chriſtianorum definit in ordine ad finem ſupernaturalem, idem præſtat cap. 25. & 6. de muſica. c. 16. & alibi ſæpe docet, virtutes morales permanere in patria, etiam in paruulis baptizatis, ſupponitur ergo infundi in baptiſmo. Amb. 6. Hexameron. c. 7. Attende qualem animam ac mentem habeas, dicit Deus, Ecce ego Ieruſalem, pinxi muros tuos, illa anima à Deo pingitur quæ habet in ſe virtutum gratiam renitentem, ſplendoremque pietatis, & Hieron. præfat. in lament. Ieremiæ ſtatū animæ in peccatū lapſæ deplorans, nō, inquit, auri & argenti metallo ſed virtutibus

12 *3. Funda.*

radiabat, ablata ſunt hæc cuncta, nudata eſt domus Dei cunctis ornamentis ſuis, nempe virtutum.

13 *Reſolutio auctoris.* Alij inter iuniores doctiſſimi, vt Vazq. diſp.86.cap.2.& ſequentibus,& Anto. Perez, certam.7.Scholaſt.cap.4.num.33.eam ſententiam indignam cenſent illis notis & cenſuris, quia noſtra non probatur efficaciter aliqua definitione Eccleſiæ, teſtimonio ſcripturæ, vel ſanctorum præter D.Thomam, qui à multis ſcholaſticis nõ admittitur, imo adhuc inter ſcholam D.Thom.& Scoti controuerſia durat & aliqui ex diſcipulis D.Tho. ſentẽtiam illam referentes, eam non damnant, vt conſtat ex Caiet.hac, quæſt.63.art.3.Conimb. in Ethicis diſp.7. quæſt. 6. art. 2. Valentia hic diſpu. 5.quæſt.5.puncto.1.& quæſt.6.puncto.1. Henri.op.de virtutibus quæſt.3. & Soto. 2. de natura & gratia cap.7.&.19.vbi ſic ait. Qui, ſcilicet Theologi, de gratia & virtutibus, tribus ſaltem Theologicis, quidquid ſit de alijs moralibus, vna mente confitentur, eſſe habitus infuſos & cap.18.dicit non eſſe tam vnam omnium ſententiam infundi virtutes morales, ſicut infundi Theologicas, & Palud. ſupra impugnans ſententiam aſſerentem non infundi virtutes morales; eam vocat probabilẽ & demũ argumẽta, quæ probant has virtutes nõ infundi, leuia nõ ſunt & quæ probant infundi in iuſtificatione, facile dilui poſſunt.

14 *Ad.1.Fun. oppoſita ſententiæ.* Ad. 1. Reſp. non omne, quod probabilius eſt, dictiſque ſanctorum & Theologorum conformius eſſe tale, vt oppoſitum ſit erroneum, vel temerarium, cum igitur cõcilium ſolum dicat eſſe eligendam opinionem, quæ aſſerit virtutes infundi in baptiſmo, tamquã probabiliorem, & dictis ſanctorum & Theologorum magis conſonam, oppoſita ſententia non erit erronea, nec temeraria, imo ſiquis aſſerat ſententiam oppoſitam probabiliorem eſſe, non erit hæreticus, aut punitione dignus, quia concilium nõ definit, ſed docet ſuam ſententiam eſſe probabiliorem, & alio qui puniendus eſſet, qui oppoſitam ſententiã teneret, is enim ſimul teneret, eam eſſe probabiliorem, raro enim, vel nunquam quis tenet ſententiam, quam minus probabilem arbitratur.

15 Adde Concil. conſulto abſtinuiſſe à virtutum moralium expreſſione, vt ſentẽtiam ſuã, quæ indefinite loquebatur, probabiliorem faceret, quippe quę propter ſolas virtutes Theo logicas ſaluari poſſet, in quibus plures Docto res conueniebant, quamuis nonnulli repugnarent, nam in cap. maiores de baptiſmo. Innoc.3.(qui præceſſit Concilium Viennenſe) refert opinionem Theologorum aſſerentiũ, paruulis nec gratiam, nec fidem, nec charitatem, nec alias virtutes in baptiſmo infundi, ſed tãtum remitti originale peccatum, quod etiam indicat ipſum Concilium Viennenſe, vbi Clemens, ſic loquitur: verũ, quia quãtum ad effectum baptiſmi reperiuntur Doctores, quidam Theologi opiniones contrarias habuiſſe, quibuſdam ex ipſis dicentibus per virtutem baptiſmi paruulis quidem culpam remitti, ſed gratiam non conferri; alijs contra aſſerentibus, quod culpa eiſdẽ in baptiſmo remittitur, & virtutes ac informans gratia infunduntur quoad habitum &c. ergo concilium ſolum vult probabilius eſſe, infundi gratiam, & virtutes ſaltem Theologicas. Et ita Viennen. Concilium intellexiſſe videntur non ſolum Dur. & expreſſe Vazquez ſupra, ſed etiam Conimbricen.& Sotus ſupra, qui ad probãdum, dari virtutes infuſas, non vtũtur teſtimonio Concilij, ſed D.Thomæ, quãuis Sotus teſtimonio concilij vtatur ad probandam infuſionem Theologicarum virtutum, & certe imper.inens erat ad id, de quo concilium diſſerebat, an infunderentur virtutes morales: quia ſolum agebat de eo, quod videbatur neceſſarium ad iuſtificationem paruulorum, ad quam ſatis eſſet infuſio gratiæ & virtuum Theologicarum, nullus enim Theo logus vſque ad tempus illud aſſeruerat, virtutes morales eſſe neceſſarias ad iuſtificationẽ cum non habeant Deum pro obiecto, ſecus de Theologicis, quæ Deum habent pro obiecto & ex mente multorum Theologorum vna earum, nempe charitas, quæ alias ſupponit, non diſtinguitur à gratia iuſtificante & ex mente aliorũ cum gratia infunditur.

Quia ergo hanc controuerſiam Innoc.3. ibi indeciſam reliquit, poſtea concilium Viennenſe, non definiendo, ſed eligendo hanc partem decidit, poſtea vero definiendo eam decidiſſe videtur Concilium Tridẽt. ſeſſ.6. decreto de iuſtificatione cap.7.& Can. 11. ſaltem, quo ad iuſtificationem adultorum, nam cap.7. in principio ait, *quæ iuſtificatio non eſt ſola peccatorum remiſſio, ſed etiam ſanctificatio, & renouatio interiores hominis per voluntariã ſuſceptionem gratiæ, & donorum*, & prope finem capitis, *vnde in ipſa iuſtificatione, cum remiſſione peccatorum, hæc omnia infuſa accepit homo per Ieſum Chriſtũ fidem, ſpem, & charitatem*, & Canone. 11. damnat dicentes iuſtificari hominem ſola remiſſione peccatorum, excluſa gratia & charitate, quæ ipſis inhæreat. Quibus locis Tridentinum, nullam mentiorem facit de virtutibus moralibus, imo Vazquez diſputatione 79. capitul. 1. & diſputatione. 86. capitul.1.& 2. contendit, nec poſt Trident. eſſe de fide infundi habitus virtutum Theologicarum, ſed tantum gratiam habitualem, & quando ſcriptura, & patres dicunt, fidem, ſpẽ, & charitatem, aliaque dona infundi, poſſe id de 16

ſolis

Digitized by Google

ſolis actibus intelligi,de qua re aliquid diximus tractatu præcedenti diſputatione. 4. ſect.4.& licet Viennenſe diceret probabilius eſſe morales virtutes infundi,poſſet explicari cum Marſ.ſupra,de moralibus eiuſdem rationis cum illis:quæ à nobis acquirũtur,ergo ex illo nõ eſt certũ dari morales perſe infuſas atque Concil.Viennenſe de virtutibus tantum Theologicis egiſſe, & non definiendo ſentit Ocham.4.quæſt.3.ar.3.ad 3.dubium dicens.Nec poteſt probari per rationẽ,nec per authoritatem Eccleſiæ ſufficienter,quod virtutes Theologicæ infundantur in baptiſmo, quia licet Eccleſia reputat probabilius infundi,tamen contrarium non damnat, vt patet Clem.vnica de ſumma Trinitate & cap. maiores de baptiſmo.

17 *Ad.2.ſūd.* Ad.2.Reſp ex illo.1.loco recte colligi cognitionem aliquam actuum virtutũ moraliũ, & acquiſitarum eſſe donum Dei, quia nimirum Deus reuelat multa pertinentia ad tales virtutes:non vero,quod dentur virtutes infuſæ,ſicut Conc.Mileuit.ex ſimilibus locis colligit,ſcientiam aliquam eſſe donum Dei, & licet ex illo loco colligi poſſet virtutes morales eſſe dona Dei,non ſieret eſſe habitus infuſos,ſed generale exercitium virtutum moralium non poſſe haberi ſaltem moraliter,ſine ſpeciali & ſupernaturali auxilio Dei, aut non haberi cõmuniter ſine illo propter rei difficultatem,vt non poſſunt vinci omnes tẽtationes,vel magna earũ multitudo, vel grauiſſima,aut diu permanens tentatio aliqua, ſine tali auxilio, aut ſaltem communiter non vincuntur,vnde ſancti quoties grauem tentationẽ vicerunt,gratias Deo agere ſolent exiſtimantes,ſpeciali Dei auxilio tentationem viciſſe,& nõ ſolis naturæ viribus.Adde quod ſapiens ibi de creata ſapientia loqui videtur, ait enim,ſi iuſtitiam, quis deſiderat,labores eius,ſcilicet ſapientiæ,magnas habent virtutes:ſobrietatẽ enim &c. docet:ſapientia autẽ creata nõ infũdit virtutes,ſi autẽ ſermo ſit de ſapiẽtia diuina ſuperior expoſitio amplectẽda eſt,ſic etiã intelligitur Gloſſa Rabani ibi. Per quod etiam explicatur.§ 2.Teſtimonium ſignificat enim,vt videbimus in materia de gratia neminem,ſine ſpeciali & gratuito Dei auxilio poſſe continentiam diu ſeruare, vt explicat Auguſt.6.confeſſ.cap.11.in fine, nec refert,quod nomine continentiæ,ibi intelligatur temperantia,aut virtus ſpecialis,quam aliqui ponunt condiſtinctam temperantiæ, aut omnis virtus.Vnde recte Bonau.ſupra, ad 2.ait,id poſſe explicari de continentia acquiſita,& alij,forſam melius exponi de acquiſita eo quod infuſa donetur nobis cum alijs virtutibus infuſis in iuſtificatione: acquiſita autẽ difficilime obtineatur.

Alij tamen inter quos eſt Vazquez,diſp.86 18 c.3.exponunt non poſſe contineri,vel obtineri ſapientiam(de qua ibi agit Salomon) niſi dono Dei,quæ explicatio ſatis conſonat cõtextui:dixerat enim Salomon,*circuibam quærens,vt mihi illam*,ſcilicet ſapientiam. *Aſſumerem*.& ſubiungit,*ſciui enim quod non poſſum eſſe continens*,ſcilicet ſapientiæ,*niſi Deus det*, additur,*hoc ipſum eſſe ſapientiam*, ſcilicet ſcire eſſe donum Dei,quod ſine ipſo obtineri aut, ſeruari non poſsit,& poſtea addit. *Adij dominum & deprecatus ſum illũ*,& in oratione, quæ habetur ſtatim ca.9.non poſtulat à Deo virtutem continentiæ,aut temperantiæ,ſed ſapiẽtiam, nec inſuetum, aut inſolitum eſt interpreti noſtro ſumere nomen continentiæ in hac ſignificatione,nam Eccleſiaſtici.6. habetur,inueſtiga illam,ſcilicet ſapientiam,& manifeſtabitur tibi,& continens factus,ne derelinquas eam,quare licet dare ibi ſit infundere,nõ poteſt colligi,temperantiam eſſe virtutem infuſam,ſed ſapientiã,ſeu fidem:fortaſſe autem dare ibi eſt ſpeciali auxilio concurrere,vt Danielis.1.pueris autem his dedit Deus ſcientiam,& diſciplinam in omni libro,& ſapientia,ſcilicet Chaldæorum, vbi ſermo eſt de ſapientia acquiſita, quoniam initio capitis dicitur illos fuiſſe electos, vt præpoſitus Eunuchorũ doceret eos litteras, & linguam Chaldæorum ergo nõ ſignificatur Deum infudiſſe illis ſcientiã,ſed eos adiuuiſſe, vt breui illam diſcerent.Aliquo ex his modis poſſunt exponi reliqua teſtimonia,quibus ſuadetur infundi prudentiam & religionem,& nõnulla poſſũt exponi de actu orationis,vt procedit ex imperio charitatis,cum vera in Pſal. 23.45.&.79 & alibi Deus dicitur Deus,vel Dominus virtutum,non eſt ſenſus, quod eas infundat,ſed quod eas obtineamus ſpeciali auxilio Dei modo dicto.aut vt vult Vazq. quia nullus actus moraliter bonus dari poteſt ſine auxilio gratiæ per Chriſtum,vel eſt ſermo de Theologicis,vel de ſpiritibus cœleſtibus, vel de operibus miris, ſeu miraculoſis, vel ſignificatur,Deum eſſe magnis viribus,quod vero dicitur ſapientiæ.7.venerunt mihi omnia bona pariter : cum illa:intelligitur de ſapientia creata,vel ſi intelligatur de increata habitante in nobis per gratiam, intelligitur, quoniã gratia eſt radix omnium bonorũ, quia in ea fundantur omnia merita. & omne ius ad gloriam,& ex ea prodeunt virtutes Theologicæ & ſi quæ aliæ ſunt infuſæ,ſed alias eſſe infuſas inde non habetur,nec ex Galat.3.qui tribuit vobis ſpem, & operatur virtutes in vobis,& Coloſſen.1.non ceſſamus orare pro vobis, vt ambuletis digne Deo &c. in omni virtute confortati ſecundum potentiam claritatis eius., nam de actibus ; vel de

virtutibus Theolog.intelligi poſſunt.

19 *Ad.3.fundamentum* Ad.3.fundamentum. R.mentem Gregorij eſſe Deum conferre perfectis auxilium neceſſarium. Imo & ſuperabundans, ad exercẽdas virtutes morales & vincendas tentationis quæ contra eas militant, ſine hoc auxiliũ aſſeramus eſſe neceſſarium ad omnes actus bonos, & ad vincendas omnes tentationes, ſiue non Auguſtinumque per virtutem iuſtitiæ, nõ intelligere iuſtitiam, quæ eſt virtus moralis, ſed actum bonum externum, qui ſit effectus doni interni. Vnde paulo inferius ait facit ergo iuſtitiá. i. opus iuſtitiæ qui habet in ſe iuſtitiá. i. donũ gratiæ & tutiũ Aug. & interlin. per virtutum comitatũ, & copiam forte intellexere virtutes Theologales; alia loca Auguſt. in quibus virtutes appellat dona Dei etiam de acquiſitis intelliguntur, quæ generaliter, & meritorie exerceri, & in ſtatu perfecto obtineri non poſſunt ſine ſpeciali auxilio Dei: illa autem particula definitionis virtutis, vt ſit qualitas quá Deus in nobis ſine nobis operatur, vt vidimus tract. hoc, diſput. 1. ſect. 1. non reperitur apud Aug. & licet reperiretur poſſet ad actum referri, & licet habitui accomodaretur, iuxta D. Thom. quæſt. 55. a. 4. & Marſil. 3. quæſt. 14. art. 1. par. 1. notabili. 2. non ſequitur, dari virtutes morales infuſas, ſed ſi dentur competere illis eam particulam, alia teſtimonia ſanctorum, ſolum docẽt in iuſtis eſſe virtutes infuſas Theologicas, vel certe ſpeciali auxilio, & donis gratiæ eos habere, & generaliter exercere virtutes acquiſitas, quas quidem cum in peccatum m. labuntur, non ita exercent, imo ſecundum Vazq. & nõnullos alios ſine auxilio gratiæ per Chriſtũ nunquam exercere poſſunt & anima cũ peccat etiam dicitur nudari virtutibus, quia amittit gratiam & merita, quæ actibus ſtudioſis comparauit & Deus vt miniſtris vtitur virtutibus, id eſt virtutũ affectibus, quos inſpirat & virtutibus acquiſitis, ad quarum acquiſitionem iuuat. Ad tria prædicta fundamenta, Latius Reſp. Vazq. rez diſputatione. 86. capit. 2. & 3.

20 *Ad. 1. arg. 1. Opinio.* Ad argum. initio ſectionis poſita pro prima opinione Reſp. ad primum in iuſtificatione non totum conferri, quæ neceſſaria ſunt ad remiſſionem peccati: nc enim ſola gratia daretur. ſiue ea ſit charitas, ſiue aliquis alius ſpecialis habitus: non enim poteſt eſſe aggregatum omnium virtutum, vt oſtendemus in materia de gratia, & nunc patet, quia infuſio fortitudinis impertinens eſſe videtur ad remiſſionem peccati, quod eſt contra temperantiam: ſed in iuſtificatione etiam reuocatur animus, & munitur contra ipſa vitia, ne iterum committantur, & ideo infundũtur, non ſolum Theologicæ, virtutes, ſed etiam morales, itemque ob alias vtilitates, quas recenſuimus.

21 *Ad. 2.* Ad.2. Reſp. licet ad ſubſtantiam operationum externarum iuſtitiæ, temperantiæ &c. non requiratur virtus perſe infuſa, imo neque adquiſita, item neque ad ſubſtantiam actuum internorum iuſtitiæ in communi, vel iuſtitiæ acquiſitæ in particulari requirantur virtutes morales perſe infuſæ, quia omnes tales operationes ſimpliciter poſſunt fieri à nuda potentia, prompte vero à potentia habente virtutes acquiſitas, tamen requiruntur ad ſubſtantiam quarumdam internarum operationum, quæ ſunt ſupernaturales quoad ſubſtantiam & eliciuntur à virtutibus perſe infuſis, quæ etiam requiruntur, vt facilius homo operetur iuſte, vel abſolute, vel ipſis virtutibus acquiſitis, nam hæ ex ſocietate infuſarum facilius in ſuos actus prorumpunt: poteſt tamen Deus actus ſupernaturales quoad ſubſtantiam, efficere cum potentia eleuando illam, non ſolum virtute perſe infuſa, ſed ſupernaturali auxilio intrinſeco, vel extrinſeco. Fateor tamen ad ordinandam actus iuſtitiæ extrinſecus in finem ſupernaturalem, (quo tantum modo ordinantur actus externi virtutum moralium, & interni moralium acquiſitarum) ſufficere virtutes ſpei & charitatis, nam hæ ſi ſunt ordinis naturæ, connaturaliter, ſi vero ordinis ſupernaturalis, nõ connaturaliter imperare poſſunt actus virtutum moraliũ acquiſitarũ, actus vero virtutũ moraliũ infuſarũ habent intrinſece per ſeipſos & extrinſece connaturaliter per virtutes Theologicas ordinari in finem ſupernaturalem ſupernaturali quadam ordinatione, & ſicut ad actus virtutum moralium acquiſitarum præter ſcientias ſpeculatiuas & practicas ponitur prudentia, quæ forte à ſcientijs practicis moralibus non diſtinguitur re, ſed ratione, ita præter fide, quæ eſt veluti ſcientia practica moralis & tantum dictat de reuelatis obſcure, & immediate à Deo, qualia non ſunt, quæ in particulari hic & nunc agenda occurrunt, ponenda eſt alia virtus perſe infuſa quæ euidenter dictet de hic, & nunc agendis, & hæc eſt prudentia, infuſa, quam male aliqui dicant procedere

22 *Prob. veri prudẽtiã infuſam non procedere ex principijs fidei.* ex principijs immediate reuelatis, ſic enim obſcura eſſet & per conſequens nec eſſet in Chriſto, nec in alijs beatis, & confunderetur cum Theologia, quæ ex reuelatis deducit concluſiones, & non eſſet perſe infuſa, ſed acquiſita naturali diſcurſu nitente præmiſſis fidei ſicut & Theologia. Item eſſet in peccatore aut etiam in hæretico etiá quoad vſum, vt de Theologia dicitur, ſed aliqui varijs modis has difficultates euadere conantur, prima euaſio eſt aſſerentium duplex

eſſe

eſſe genus aſſenſuum ſcientificorum circa cõcluſiones Theologicas. 1. eſt eorum aſſenſuũ quos elicit intellectus ſine dependentia à voluntate ex meritis aſſenſuum præmiſſarum, & bonitatis conſequẽtiæ. 2. genus eſt aſſenſuum quos elicit intellectus dependenter a pia affectione voluntatis, quæ ſine præuio aſſenſu præmiſſæ de fide determinat intellectum ad aſſentiendum concluſioni quatenus apparet reuelata obſcure à Deo in præmiſſa, qui enim dicit, omnem fornicariũ, ſi moriatur in eo peccato, eſſe mittendum in infernum, virtute, & implicite idem dicit de hoc fornicario, & illos prioris generis aſſenſus dicunt eſſe naturales, quia nitũtur diſcurſui, in quo neceſſe eſt, vt cõcluſio debiliorem partem ſequatur, ſcilicet, aſſenſum naturalẽ bonitatis conſequentiæ, & interdũ vnius ex præmiſsis: poſterioris autem generis aſſenſus eſſe ſupernaturales, quia non nituntur diſcurſui nudo, ſed piæ affectioni: cum cognitione tamen euidenti præmiſſæ naturalis, & bonitatis cõſequẽtiæ ex vtraq. præmiſſa ad concluſionem inferendam, ideoque ad hos aſſenſus ponendum eſſe habitum per ſe infuſum, & ſupernaturalem, non tamen infundi in iuſtificatione, quoniam non eſt ſingulis hominibus neceſſarius ad finem ſupernaturalem, ſed in exercitio talium actuum, qui nec effectiue, nec meritorie, ſed diſpoſitiue tãtum concurrunt ad eius productionem ſicut aſſenſus fidei diuinæ ad productionem ſui habitus. Vnde nec ſolus, nec omnis iuſtus eſt Theologus, & actus vnius ex his habitibus adiuuant, & conferunt facilitatem ad actus alterius: ſimiliter diſtinguunt iſti duos habitus prudentiæ procedentes ex principijs fidei. 1. qui nititur diſcurſui. 2. qui nititur piæ affectioni modo dicto, qui habitus infunditur omnibus iuſtis, quia eſt neceſſarius ad operandum in ordine ad finem ſupernaturalem modo connaturali ipſi gratiæ, & præter hos habitus prudentiæ eſt alius mere naturalis nitens diſcurſui euidenti naturali. Sed hæc euaſio noua, & inaudita fingit, & certe ſine fundamento, quoniã ſicut ad aſſentiendum concluſionibus, quæ probabiliter tantum deducuntur ex altera, vel vtraque de fide non ponitur duplex habitus, vnus nitens diſcurſui, alter piæ affectioni ſoli, licet dari poſsint aſſenſus vtriuſq. generis, ita nec quando ex vna, vel duabus de fide euidenter deducitur concluſio, diſtinguendi ſunt illi duo habitus Theologiæ, & prudentiæ, & eſto diſtinguerẽtur inter ſe, non eſt cur habitus prudentiæ diſtinguantur ab habitib. Theologiæ, & prætere a cum vterque ille habitus prudentiæ ſit obſcurus, neuter erit in Chriſto, & in alijs beatis, ſed vel nullus nitẽs principijs reuelatis, vel alius diſtinctę ſpeciei, ab eo, qui eſt modo in iuſtis, qui quidem non maneret in patria contra omnes Doctores aſſerentes, virtutes morales viæ eaſdem ſpecie, & numero manere in patria. Item habitus infuſus eſt certior, & excellentior acquiſito, at habitus nitens diſcurſui ex reuelatis non eſt certior, nec excellentior nitente ſoli piæ affectioni: ergo cum ille prior ſit acquiſitus, hic ſecundus non erit infuſus, nec mirum cum nitatur virtualiter diſcurſui naturali ſicut ille formaliter, & neuter immediatæ reuelationi, ſed vterque mediatæ. concluſio enim deducta ex principijs fidei non eſt reuelata in ſe nec omnino in ſua cauſa, quia non eſt reuelata altera præmiſſa, vel bonitas cõſequẽtiæ, nec reuelatũ eſt eam contineri in præmiſſa de fide, & ideo non eſt de fide: ergo aſſenſus ei præſtitus non eſt ſupernaturalis in ſe, ſed naturalis, quamuis ſit ſupernaturalis in cauſa, quam fortaſſe nõ per ſe exigit: nam in hæretico manet habitus, & actus Theologiæ procedẽs ex propoſitione aliqua de fide, circa quam non errat, quamq. non cognoſcit fide diuina.

23. *2. Euaſio.*

2. Euaſio eſt iudicia prudentiæ, circa concluſiones practicas deductas ex principijs fidei non eſſe ſupernaturalia in ſe ipſis, quia ſi ſumantur in vniuerſali, nõ tranſcendunt limites Theologiæ moralis, quæ eſt ſcientia, ſi vero in particulari, ſunt quædam opiniones circa particularia agibilia. ſi vero conſiderentur, vt ſubſunt appetitui recto rectitudine charitatis, eſſe ſupernaturalia. Sed hæc euaſio nullius momenti eſt, quia ſi iudicia hæc ſunt in ſe naturalia, nõ erunt à prudentia infuſa, ſed à Theologia ſcientia, vel opinione vt ipſi fatentur, & ſiue verſentur circa actiones, vel propoſitiones in communi, ſiue in particulari, poterunt cadere, & ſub opinione, & ſub ſcientia Theologia. nam quædam propoſitiones practicæ vniuerſales deducuntur ineuidenter ex principijs fidei, & quædam particulares euidenter. item omnia hæc iudicia ſunt obſcura: ergo nõ erunt in Chriſto, & alijs beatis. Nec refert quod veritas practica ſumatur in ordine ad appetitum rectum ſecundum Ariſt. 3. ethic. cap. 5. & lib. 6. cap. 5 & 12. D. Th. & Caiet. ſupr. quæſt. 59. art. 5. & 2. 2. q. 47. art. 13. in corpore, & ad. 2. hoc enim ſuam habet difficultatem tom. 1. explicatam, cuius explicatio præſentibus aduerſarijs minime patrocinatur, & quando illis concederemus, ſenſum eſſe, quod aſſenſus practicus in ſua veritate pendet ab appetitu recte diſpoſito, nam ſi praue ſit affectus, facit intellectum errare, nihil opinioni noſtræ noceret, nec pateret, eis aditus ad effugiendas ſuperiores difficultates.

24.

3. Euaſio eſt, iudicia quædam practica nitẽ-

tia principij fidei eſſe de actibus virtutum infuſarum, qui cum ſint ſupernaturales quoad ſubſtantia, tribuunt illis iudicijs ſupernaturalitatem, non enim poteſt actus naturalis dirigere per ſe actum ſupernaturalem, neque ad illum directe mouere, alia vero iudicia nitentia principijs fidei non eſſe de actibus ſupernaturalibus, quoad ſubſtantiã, & ideo nõ eſſe ſupernaturalia quoad ſubſtantiã: ſed hoc quoque effugium friuolum eſt quoniam de obiectis ſupernaturalibus poſſunt eſſe aſſenſus naturales præſertim ſi propoſitiones, quæ habent res ſupernaturales pro obiectis nõ ſunt reuelatæ aut ſint tales, quæ certo aut probabiliter poſſint ſine reuelatione diuina cognoſci: ſic etiam de actibus ſupernaturalibus poſſunt eſſe præcepta diuina, & humana naturalia in ſubſtantia ſua, ſuppoſito, quod Deus præſto ſit ad conferendas hominibus vires vt eliciant eiuſmodi actus, quamuis talia præcepta dicentur ſupernaturalia ſecundum quid, ſeu ex parte obiecti. Deinde iuſti omnes paſſim exercent prudentiam ſupernaturalem, non tamen cognoſcunt actus elicibiles à virtutibus infuſis ſecundum ſpecialẽ rationem, qua diſtinguntur ab actibus elicitis virtutum acquiſitarum: nimirum, vt ſunt ſupernaturales in ſubſtãtia, vel habẽt aliquid aliud peculiare: imo aliqui hoc negant, & alij raro, aut nunquam de hoc cogitant: ergo illa iudicia prudentiæ infuſæ non habent ſupernalitatem, ex his obiectis, non autẽ apparet, vnde illã habere poſſunt, ſi ſunt ineuidẽtia & nituntur principijs fidei, & præterea ergo nõ erunt in Chriſto, & beatis, in quibus omne iudicium eſt euidens. Dicẽdũ ergo eſt iudicia prudentiæ infuſæ non niti principijs fidei, nec eſſe obſcura. Vnde autem habeant ſupernalitatẽ, quæ ſufficere poſſit ad ſupernaturales actus virtutum moralium exiſtentium in appetitu, ſequenti ſectione explicabitur.

25 *Ad.3. arg. & eius cõfirmationẽ.*

Ad 3. argumentũ dicunt aliqui à Capreol. 3.d.33.quæſt.vni.art.3.ad.4. contra.3. concluſionem duas tradi ſolutiones primam deſumptam ex D.Thom.quæſt.vnica de virtutibus, in communi, art.1.ad.16. nempe virtutem infuſam opponi formaliter habitui vitioſo in ratione habitus ſumpto. Licet non in ratione diſpoſitionis, & ideo quãdo peccator cõuertitur, & recipit virtutes infuſas, non manere in eo vitium in ratione habitus, ſed in ratione diſpoſitionis, vnde minorem difficultatem afferre exercitio virtutum, quamuis aliquam afferant, vt etiam afferunt remanentes paſſiones, vt docet D.Tho art. illo de virtutibus in communi ad.14. ¶2. verò ſumptam ex D.Thom.4.d.14.quæſt.2.art.2.ad.4. virtutem infuſam nõ apponi habitui vitioſo, quia huic opponitur virtus, acquiſita & vni vnum tantum eſt contrarium.1.cœli cap.2. vel quia cõtraria debent eſſe eiuſdem ordinis, & ideo in peccatore conuerſo manere ſimul habitus vitioſos, & virtutes infuſas, vt in graui ſunt duæ inclinationes ad motus contrarios, ſeu incõpatibiles, nempe ad deſcenſum comuniter, itemque ad aſcendendum cum id neceſſe eſt ne detur vacuum. Et ſimiliter error, quo quis per media Phyſica iudicat terram nõ eſſe rotundam, manet cum ſcientia mathematica, qua iudicari poteſt eſſe rotundam, neque demonſtratio Phyſica rotunditatis terræ deſtruit habitum erroris mathematici, neque demonſtratio mathematica habitum erroris Phyſici. Iuxta hanc ſolutionem Ocham.3.q.12.art.4.dubio.1.&.4.quæſt.3.ad.1. principale docet habitũ odij manere in peccatore, quãdo per contritionem iuſtificatur. Idemque docet de habitu erroris in eo, qui cõuertitur ad fidem. Hæ ſolutiones nullo aut fere nullo modo differunt, vt patet etiam ex Valentia, illa quæſt.6.puncto.1.ad.3. & ex his, quæ dicemus tract.14.diſput.1.ſect.3.difficul.3. nam in prima, non vult D. Tho. deſtrui ſubſtantiam habitus, & loco illius generari aliã ſpeciem ſubſtãtialem habitus quæ ſit diſpoſitio: nihil, enim eſt quod talem ſpeciem poſſit generare: & cum ea etiam ſit qualitas difficile mobilis, non poteſt negari eſſe habitũ, vt ex tract. præcedẽti cõſtat. Nec eſt à quo corrũpantur, ſecundam ſubſtantiam omnes habitus vitiorum; quia contritio per ſe non poteſt deſtruere niſi forte habitum proprio ſuo habitui cõtrarium: per gratiam autem, quoniam nulli contrariatur, nullum deſtrueret: per habitus, vero ſequentes gratiam, ſi non deſtruit diſpoſitiones vitioſas, nec deſtruet habitus, vel ſaltem non deſtruet eos totaliter, ſed remittet, imo etiã ſi directe illis opponeretur, poſſent eſſe ſimul in gradibus remiſſis iuxta dicta tom. præcedenti.

Deinde per neutram ſolutionem recte ſoluitur principale argumentum, ſi enim virtutes morales ſupernaturales infunduntur, illæ conferunt magnam propenſionem ad actus morales, ſiue deſtruantur vitia ſecundũ ſubſtantiam, ſiue non, & ſic homo experietur in ſe magnam promptitudinem ad eiuſmodi actus: quod videtur contra experientiam, vt igitur argumentum, & eius confirmatio diluantur, obſeruandum eſt.1. etiam militare, contra infuſionem Theologicarum virtutũ, ſi enim infunduntur in conuerſione peccatoris, ad fidem, & ad gratiam experietur homo magnã promptitudinem in dilectione Dei, & ex ea deprehenderet ſe eſſe in gratia, quod abſurdum eſt, & contra experientiam. ¶2. Facilitatem agentis ad operandum eſſe conditionem 26

Digitized by Google

tionem agentis prius quam agat, & non ip-
ſius operationis, niſi per extrinſecam deno-
minationem, dicitur enim facilis operanti,
quia operans antequam operetur habet fa-
cilitatem ad operandum, vnde vna & eadem
operatione, cum eadem intenſione intrinſe
cis, reſpectu vnius hominis vel temporis eſt
facilis, & reſpectu alterius difficilis. Et quod
dicimus de actione, quoad eius inceptionem,
dicimus de ipſa quantum ad eius continua-
tionem. ¶ 3. Hanc facilitatem aut difficulta-
tem prouenire poſſe, vt docet D.Tho.q.114.a.
4.ad.2. & alibi omneſq. Doctores, vel ex par
te cognitionis & obiecti: quod tanto faci-
lius amatur, quanto melius mihi vel amicis
iudicatur, & tanto difficilius, quanto dete-
rius aut minus bonum, vel ex parte ipſius po
tentiæ melius vel deterius diſpoſitę in ſe ipſa
per habitus, vel alias diſpoſitiones in ordine
ad obiectum, quo pacto virtutes acquiſitæ,
facilitatem cõferunt ad actus infuſarum vir-
tutum, & ècontra, licet vna alterius actũ nõ
eliciat, vel ex pręſentia aut abſentia impedi-
menti, aut intrinſeci, extrinſeci, nam paſſio-
nes exiſtentes in appetitu ſenſitiuo, impedi-
re vel iuuare poſſunt actionem potentię or-
ganicæ, vel dependentis in ſua operatione à
potentia organica. ¶ 4. Diſcrimen eſſe inter
27 virtutes acquiſitas & infuſas, quod acquiſi-
tæ paſſiones impediunt, reprimunt, & mode
rantur: infuſæ non: hoc diſcrimen conſtituũt
Theologi recentiores cõmuniter ab illiſq.
inuentum & excogitatum videtur, vt conci-
lient infuſionem & augmentum virtutum in
fuſarum cum experientia ipſa: ſi enim non eſ
ſet hoc diſcrimen inter has virtutes, ſicut cer
nimus, virtutibus acquiſitis paſſiones re-
mitti, & moderari, & ſic in voluntate con-
ſurgere magnam promptitudinem, ita quo-
que dicẽdum eſſet de virtutibus infuſis: quod
eſt contra experientiam: nam qui per ſacra
menta & actus meritorios magnum incremẽ
tum gratiæ, & infuſarum virtutum perci-
piunt, magnam ſæpe difficultatem in bonis
operationibus habent & experiũtur, vehemẽ
te paſſiones: hoc autem diſcrimen in eo ſi-
tum eſſe aliqui arbitrantur, quod virtutes ac-
quiſitæ cum actibus noſtris comparentur,
& actus noſtri alterationem quandam orga-
nis inferant, recte illa diſponunt ad functio-
nes organicarum facultatum, vel ab organi-
cis pendentium: quod non præſtant infuſæ,
quoniam actibus noſtris non comparan-
tur. Sed obijcis, quia aliquæ virtutes infuſæ
ſunt in appetitu ſenſitiuo: hæ autem non
poſſunt non moderari paſſiones: quia incli-
nant ad proprios actus, qui ſunt contrarij paſ
ſionibus. Propterea aliqui dicunt, nullam vir
tutem infuſam eſſe in appetitu ſenſitiuo, &
rationem à priori reddunt, quia infuſæ ver-
ſantur circa ſupernaturale vt ſic: appetitus
autem cum regatur ſenſu non cognoſcente
ſupernaturalitatẽ, non attingit illam. Sed in
fra dicemus in appetitu ſenſus eſſe virtutes
infuſas reſpondentes acquiſitis exiſtentibus
in ſenſitiuo appetitu, & idem habere obiec-
tum, licet modus tendendi diuerſus ſit, nec
attingere ſupernaturale vt ſic, ſed ſupernatu-
raliter: & ſaltem in appetitu ſenſitiuo ſunt
habitus ſupernaturales, ſiue ſimpliciter dicã-
tur virtutes, ſiue non. Dicimus ergo, inter vir
tutes infuſas & acquiſitas, hoc eſſe diſcrimẽ,
quod acquiſitæ moderantur & impediunt
paſſiones, & primos motus appetitus, in quo
ſunt, & adiuncti ſuperioris vel inferioris:
infuſæ autem ſolas paſſiones, ſeu primos mo
tus potentię, cui inhærent. Ex qua ſententia 28
ſequitur primo, virtutes genere ſuo acquiſi-
tas, ſi per accidens infunderentur alicui, ta-
lem effectum non ſtatim habituras. ¶ 2. Vir-
tutes omnes ſiue per ſe ſiue per accidens in-
fundantur, licet initio talem effectum non
habeant, illum tamen habituras ſi exerceãn-
tur, vt docet Caie.2.2.q.23.a.2. quãuis nõ vi-
deatur moderationẽ paſſionũ quæ fit per ac-
tus virtutũ infuſarum, vel acquiſitarũ, refer
re in alterationem organi, ſed in conditionẽ
potentiæ, quæ aſſuefacta per virtutum exer-
citium minus inſurgit contra rationem, ſi ex
parte habituum & aliorum cætera ſint paria,
quo etiam modo hãc domationẽ & cõpreſ-
ſionem paſſionum per virtutes acquiſitas ex
ponit Val.1.2.diſput.5.q.6.puncto 1. ad primũ.
Quod ego probabilius puto, nã alteratio or- 29
gani, quæ fit per exercitium virtutum non
ſemper auffert impedimenta organi, ſed ſæ-
pe auget, nam exercitio intemperantię. v.g.
ſæpe debilitãtur corporis vires, vnde corpus
minus aptum eſt ad luxuriam, vel crapulam
& ebrietatem, &c. Deinde actus iuſtitiæ &
ſimilium virtutum modicam vel nullam al
terationem in corpore efficiunt, quæ earum
actibus cõferre poſſit: ergo vel dicẽdum eſt
exercitium virtutum modo alio nunc dicto
paſiones moderari, vel certe id efficere ha-
bitus ſolos virtutum acquiſitarum per ſe ip-
ſos independenter omnino ab earum vſu &
exercitio, quoniam enim virtutes iſtæ con-
naturales ſunt, magis eſt illis obſequens ap-
petitus ſentiens, magiſque illi dominantur,
& ideo eius paſſiones nõ ita facile inſurgũt,
ſed infuſæ hunc effectum non conferunt eo
quod non ſint nobis connaturales: vtcumq.
ſit, admittendum eſt hoc diſcrimen, ex eo-
que tertium argumentum & eius confirma
tio diluenda ſunt. Vnde dico 4. ex infuſione 30
virtutum Theologalium, vel moralium, non,
deprehendi plane iuſtificationem hominis
vel

Digitized by Google

vel eius augmentum, quia licet promptiores reddant potentias ad ſtudioſas actiones, tamen non auferunt nec moderantur paſſiones, nec tollunt vitioſos habitus, ideoq. illa promptitudo non adeo magna eſt, vt effectus ex illa manantes, nempe maior frequentia & delectatio actionum, & alij eiuſmodi ad alias cauſas reuocari non poſſint, vt ad virtutes ſimul acquiſitas, ad mutationem aliquam corporis vel apprehenſionis, &c. vt docet Capreol. 1. d. 17. quæſtio. 1. articu. 3. ad. 4. Aureoli contra primam concluſionem agens de cognitione charitatis infuſæ ex delectatione, quam in opere cauſat. Nec enim promptitudo quam per ſe ipſam immediate confert infuſa virtus ipſi potentiæ, poteſt per ſe ipſam, & in ſe ipſa cognoſci, quia eſt primarius effectus formalis ipſius, nullus autẽ effectus formalis primarius pōt in ſe cognoſci, niſi cognoſcatur in ſe forma: ergo cum habitus in ſe ipſis nō cognoſcantur, præſertim ſuper naturales, conſequens, neque dicta in promptitudinem & propenſionem in ſe ipſa cognoſci poſſe, ſed tantum per effectus: & idem eſt de inclinatione habituali; quæ conſiſtit in ipſa inhærentia habitus, iam enim tactatu præcedenti oſtendimus contra Ochã 3. quæſtio. 4. art. 2. dub. 5. habitum etiam dum nullum actum cauſat, inclinare ſcilicet habitualiter: actu namque non inclinat, niſi cũ aliquem actũ cauſat, nẽpe vel ſimplicem & neceſſarium amorem obiecti, vel liberum & proſecutiuum, aut alium eiuſmodi, per quem quoque præſentia habitus conijci poteſt, ſicut elementa in proprijs locis dicantur non grauitare, nec leuitare, quia non ſe mouent ſurſum nec deorſum, nec corpora ſuppoſita aut ſuperimpoſita, quamuis id etiam dicatur, quia in eo loco & ſtatu non habent vim impellendi ſe, vel alia corpora ſurſum vel deorſum, ſed cum fuerint extracta ex proprio elemento, vt in Philoſophia docuimus, quamuis maior illa promptitudo quam cæteris paribus habet iuſtus ex virtutibus infuſis, coniectura aliqua deprehendi poſſit, in quem ſenſum explicat Valentia id Malac. 3. Conuertimini & videbitis quid interſit inter iuſtum & impium, & ibidem merito reijcit alteram argumenti ſolutionem, quam tradit Gab. 3. d. 36. quæſt. vnica. dubio. 2. cum ait, virtutes eiuſmodi infuſas non poſſe in actum prodire ſine virtutibus acquiſitis: ſine ratione namque hoc dicitur, cum enim infuſæ ſint diſtinctæ ab acquiſitis, cur non poterunt ſine acquiſitis operari? illam vero Gab. doctrinam tenere videtur Angeſtus in moralibus capite 5. §. vltimo. dubio. 2. Quod vero dicebamus, habitus vitioſos non eſſe contrarios virtutibus infuſis, neque illas deſtruere, nec ab illis diſtrui, docet Antonius Perez cert. 7. Schol. c. 4. n. 35. & ſequentibus, alijq. communiter.

31. Ad fundamentum ſecundæ opinionis R. per infuſionem virtutum ordinis naturæ nō recte ſanari animũ, nec diſponi ad actiones proportionatas, & accommodatas gratiæ, ideo in iuſtificatione non infundi illas virtutes, ſed eas duntaxat, quæ ſuperant ordinem naturæ.

SECTIO. II.

Quo modo & qua ratione virtutes infuſæ ab acquiſitis differant?

32. SVPPONIMVS ex præcedenti ſectione contra Marſil. 4. q. 10. eiuſmodi virtutes eſſe per ſe infuſas, & ordinis ſupernaturalis, ac proinde non ſolum ſpecie, ſed genere quoq. differre ab acquiſitis, quæ eſt ſententia omnium, quos ibi pro tertia opinione retulimus. Solum ergo eſt difficultas, quomodo, & qua ratione diſtinguantur, ideſt vnde ſumatur earum diſtinctio. Bon. 2. d. 33. art. 2. q. 5. putat ſolum diſtingui has virtutes morales, quia infuſæ ſunt gratuitæ, & apud Deum meritoriæ, acquiſitæ vero non. Hoc impugnat Vazquez diſput. 86. cap. 4. quia omnes actus virtutum acquiſitarum in homine iuſto ſunt meritorij gloriæ, & procedunt ex gratia Dei. Sed falſo nititur fundamēto & licet dabimus omnes actus bonos eſſe à gratia Dei morali, tamen conſtat non eſſe omnes ex gratia Phyſica, ac proinde habitus virtutum acquiſitarum poſſe ſine gratia Phyſica obtineri, & in hoc differre ab alijs, quæ ſine gratia Phyſica obtineri nequeunt. § 2. Eas diſtinguit Caietanus quæſtione 63. arti. 3. quia 33. infuſæ verſantur circa media ad finẽ ſupernaturalem, acquiſitæ vero circa media ad finem naturalem, hoc reijcit Vazquez, quia virtutes non ponuntur propter media, ſed propter fines, & quæ attingunt finem, attingunt etiam media ad illum, ſed Caietanus per media intelligit alios fines præter vltimũ, ſcilicet Deũ, ad quem vt finẽ ſupernaturalem pertinent virtutes infuſæ tanquam proportionatæ illi, acquiſitæ vero non, niſi cum improportione, licet enim extrinſecus referri poſſint ad finem ſupernaturalem, tamen non expoſcunt talem relationem, infuſæ autem intrinſece ordinantur ad finem ſupernaturalem, & illum petunt, & propterea ſine vlla alia relatione illum merentur in homine iuſto.

D. Tho.

34. D Tho.hac q. 3. ar.4. dupliciter diſtinguit
has virtutes.1.ex formalibus obiectis nam vir
tus acquiſita ſequitur regulam rationis hu-
manæ ſeu attingit obiectum vt regulatum ra
tione humana:infuſa vero vt regulatum lege
diuina explicat autem in abſtinentia acquiſi
ta regulari ratione humana,nam in ſumptio-
ne ciborum ratione humana modus ſtatui-
tur vt non noceat valetudini nec impediat
rationis actum, in abſtinentia etiam infuſa
regulari lege diuina explicat,quia ſecundum
regulam legis diuinæ requiritur, quod homo
caſtiget corpus ſuum, & in ſeruitutem redi-
gat per abſtinentiam cibi,& potus, & aliorũ
huiuſmodi:eodem modo has virtutes diſtin-
guit a. 2.& 3. eiuſdem quæſtionis & ibi Ca-
ietan.Conrad Medina, & alij iuniores eiſdẽ
locis Valent diſp. 5. q.6.puncto. 1.& 2.& q. 2.
punct.3. Conimbric.in ethic.diſput.7. q. 6. ar.
1.& 2.Caietan.hic ar. 3.

35. 2. Has virtutes diſtinguit D. Tho. illo art.
4. & cum eo Valentia & Caietan. ſupra quia
virtutes morales acquiſitæ ordinantur ad res
humanas, infuſæ autem ad vitam diuinam,
qua homo recte viuit vt ciuis ſanctorum, &
domeſticus Dei, ſicut Ariſt.3.politicorum ca.
3.docet diuerſas eſſe virtutes ciuium ſecun-
dum quod diuerſimode ſe habent ad diuer-
ſas politias. 3. D. Tho. illo art. 3. diſtinguere
videtur has virtutes, quia virtutes acquiſitæ
tendunt in media ordinata ad finem natura-
lem,infuſæ vero in media ordinata ad finem
ſupernaturalem,ſcilicet Deum, vt ibi expli-
cat ad. 2.

36. Omnes tamen iſtæ rationes diſtinguen-
di has virtutes difficultatem habent, quia
per vires naturæ poſſumus amare quod-
cunque obiectum propter quemcunque fi-
nem,& ex quocunq. motiuo ac proinde ac-
quirere habitum circa quodcũq. obiectum,
ex quocunque fine,& motiuo: ergo virtutes
morales infuſæ,& acquiſitæ non poſſunt eſ-
ſentialiter differre ex ſolo obiecto fine, vel
motiuo,conſequentia eſt nota, & ant. prob.
ſicut enim viribus naturæ poſſumus cognoſ-
cere quæcunq. obiecta etiam ſupernaturalia
& reuelata vt patet in hæretico,qui ſine fide,
vel auxilio ſupernaturali credit articulos fi-
dei circa quos non errat,& in chriſtiano, qui
virib. naturæ fide humana, vel opinione, vel
ſcientia aſſentitur omnibus propoſitionibus
quas credit fide diuina:ita viribus naturæ ſine
vllo ſupernaturali auxilio poteſt homo quod
libet obiectum amare,quod autẽ poſſit quo-
cunque fine,& motiuo,patet facile, quia ho-
mo viribus naturæ poteſt amare quemcunq.
finem propter ſe, & ſic ordinare quodcunq.
medium ad talem finem, qui enim naturali-
ter amare poteſt aliquem finem,naturaliter
etiam poteſt propter eum amare media conſen
tanea illi fini, & amare illa propter tantum fi
nem,ac proinde cum fines,& motiua eadem
ſint,homo poteſt naturaliter operari ex quo-
cunque motiuo,ac proinde poteſt abſtinere,
vt caſtiget corpus, & in ſeruitutem redegat,
& quia decet fidelem,& filium Dei & ciuem
ſupernæ ciuitatis, & viuentem vita gratiæ,
& etiam quia cedit in gloriam, & honorem
Dei,& quia conducit ad conſecutionem glo
riæ.& beatitudinis ſupernaturalis. Vnde chri
ſtianus peccator præſertim putãs,ſe eſſe in gra
tia,in quo ſolum eſt fides,& ſpes,paſſim exer-
cet huiuſmodi actus immo, & hæreticus, &
quicunque infidelis, & licet ad operandum
propter Deum, vel beatitudinem ſupernatu-
ralem opus eſſet virtute aliqua infuſa, ſuffice-
rent ſpes, & charitas directæ per fidem, nam
ex charitate poſſumus imperare omnes actus
moraliter bonos in gloriam,& honorẽ Dei,
ex ſpe autem in propriam beatitudinem ſu-
pernaturalem, & actus virtutum moralium
non habent pro fine ſuo intrinſeco gloriam
Dei,vel beatitudinem naturalem aut ſuper-
naturalem,ſed aliquam peculiarem honeſta-
tem,vt quia iuſtum eſt, vel quia ſic ſubueni-
tur indigenti, &c. ſpeciatim autem contra
1.modum diſtinguendi has virtutes eſt : nam
virtus moralis infuſa non reſpicit formaliter
legem Dei naturalem, nec ſupernaturalem,
ſed materialiter,quo pacto etiam ſequitur le-
gem Dei virtus moralis acquiſita, & vtraque
eodem modo regulatur per rationem : ergo
hæ virtutes non differunt penes ſuas regulas,
& ex formalibus rationibus obiectorum.Eo-
dem modo impugnare poſſunt ijdem,vel alij
modi diſtinguendi has virtutes politi al Her
ueo op.de virtutibus q. 3. in corpore,et argu-
menta.

Propter hæc aliqui ſic videntur diſtin- 37.
guere has virtutes, vt infuſæ referant ſuos
actus in finem ſupernaturalem implicite:
quoniam actus eliciti earum,cum ſint ſuper-
naturales,ex ſe ſunt proportionati, & idonei
ad finem ſupernaturalem,ac proinde etiam
actus imperati harum virtutum,vt ab illis im
perantur,etiam ſi non imperentur à charita-
te,vel alia virtute,tendunt in finem ſuperna-
turalem:non autem actus imperati nec elici-
ti virtutum acquiſitarum,ſed ſi interdum tẽ-
dunt in finem ſupernaturalem,id habent ex
imperio alterius virtutis naturalis, vel ſuper-
naturalis,vt ſpei,vel charitatis, & huc perti-
net,quod dicit D.Tho.ar.4.& Caiet.ar.3.infu
ſas ordinari ad vitam humanam,& qualis de
cet hominem in ſua natura ſpectatum:in-
fuſas vero ad vitam diuinam qualis decet ho
minem participem naturæ diuinæ per gratiã:
hoc etiam eſt quod ait D.Tho.ar.3. in corpo
pore

...& 2.& Caiet.ibi virtutes morales in... eſſe proportionatas Theologicis, & fini ſupernaturali,& operari diuine:non vero acquiſitas,quod idē eſt dicere illas eſſe ſupernaturales,& gratuitas ac ex ſe meritorias,has vero non:quo pacto eas diſtinguit Bonau.3.d 33.ar.2.q 5.ac proinde eſt,eas diſtinguere ex parte principij, vel ſubiecti , potius quam ex parte obiecti materialis, vel formalis , vel finis,naturale enim,& ſupernaturale in eo diſtinguūtur,quod naturale eſt aliquid poſſibile per vires naturæ , & non eſt ſupernaturam rei, cui ineſt , ſecus ſupernaturale : ſic etiam Caietan. art.4.ait diſtingui ſpecie , quia aliæ ſunt per ſe infuſæ,aliæ vero per ſe acquiſitæ. At qui virtutes iſtæ non ſolum ex parte ſubiecti,vel cauſæ efficientis; ſed etiam ex parte finis,& obiecti formalis diſtinguendæ videt. ...tamen poteſt non omnes habitus etiam exiſtentes in eadem potentia oportere ex obiectis formalibus diſtingui,ſed ſatis eſt diſtingui ex modo procedendi, vt opinio, & ſcientia Philoſophica; quamuis & ipſi modi procedēdi in obiecta refundātur , & quandā diſtinctionē formalē efficiant, nā obiectū vt eſt attingibile vno modo eſt obiectum vnius habitus,vt vero attingibile alio modo eſt obiectum alterius,ſic ergo materia virtutis moralis, vt attingibilis ſupernaturaliter, & modo proportionato ad finem ſupernaturalem eſt obiectum virtutis moralis infuſæ, vt vero eſt attingibilis naturaliter , & modo proportionato ad finem ſolum naturalem eſt obiectū virtutis moralis acquiſitæ.

38 Alij docent diſtingui has virtutes in ordine ad finem ſupernaturalem,quia infuſæ operari non poſſunt niſi earum actus eliciti , vel ſaltem imperati prius referantur à charitate in Deum finem ſupernaturalem cui:ſecus autem acquiſitę. Quod diſcrimen ſufficiens quidem eſſet : attamen videtur gratis excogitatum & inuentum. Cur enim dicemus infuſas non poſſe in actum exire niſi præuia actione charitatis. Confir:quia nulla virtus fingitur, quæ præuiam actionem ſpei requirat : ergo nec fingi debet,quæ requirat præuiam actionem charitatis. Item;quia virtutes acquiſitæ non requirunt præuiam actionem charitatis acquiſitæ : ergo neq. infuſæ præuiam actionem charitatis infuſæ.

Mihi ſemper placuit illa ratio diſtinguendi virtutes iſtas,quam attigit Valent. diſpu. 5. q.6.punct.1. in princip. vt infuſæ ſolū poſſint ſequi cognitionem ſupernaturalem,quā fortaſſis nomine legis Dei intellexit D. Tho. acquiſitæ vero ſequi poſſint, & cognitionem naturalem,& ſupernaturalem,ac proinde humana ratione contentæ ſint, & generatim ſic diſtinguo,cum eodem Valentia eſſentialiter ex parte obiecti omnem actum naturale voluntatis à ſupernaturali,ſic vt actus appetitus ſenſitiui, & voluntatis generatim diſtinguantur, quoniam hi cognitionem intellectiuam,illi ſenſitiuam ſequuntur,& bene docet Valentia actus virtutum omnium infuſarum eſſe ſupernaturales in ſubſtātia de quo plura in materia de gratia. Et hoc dictum ſit de moralibus ſtricte ſumptis quarum non tātum obiecta,ſed,& actus mores ſunt , de illis autem,quæ ſunt morales ſecundum quid tantum, & ex parte obiecti ſeu materiæ circa quam vt de prudētia infuſa,& acquiſita , alia ratio eſt , & poſſunt hæ prudentiæ diſtingui in eo quod infuſa per ſe, & eſſentialiter verſetur circa obiecta ſupernaturalia , vt circa res fidei oſtendendo earum credibilitatem, &c. acquiſita vero poſſit verſari circa naturalia, & ſupernaturalia, & ſic Caietan. illo artic.3. dicit fidem mediante prudentia infuſa medium ponere virtutibus moralibus infuſis, fortaſſis tamen nulla eſt prudentia infuſa in nobis diſtincta à fide in beatis vero a ſcientia ſupernaturali,ſed de hoc alias.

Ex dictis patet falſum quoque eſſe quod ait Ocham.4.q.3.ar.3. ad.4. dubium vbi poſtquam docuit,nullas dari virtutes morales per ſe infuſas , ſic Inquitur. Et quando dicitur, quod virtutes Philoſophorum fuerunt eiuſdem rationis cum virtutibus noſtris,nego, & dico , quod virtutes morales diſtinguuntur ſecūdum diſtinctionē obiectorū partialium, nunc autem finis eſt obiectum partiale virtutis,ſicut alias dictum eſt, tunc autem Philoſophi in acquirēdo virtutes morales habuerunt alium finem,quam Chriſtum:v.g. abſtinet Chriſtianus ab actu fornicandi propter Deum,& quia Deus præcipit ſibi abſtinere, itaque Deus,vel eius præceptum eſt cauſa finalis iſtius abſtinentiæ, & ſic de omnib. alijs virtutibus acquiſitis à bono chriſtiano , quia ſemper Deus eſt principalis finis intentus Philoſophus autem licet abſtineat à talibus tamen totaliter propter alium finem,vel propter conſeruationem naturæ,vel ad proficiēdum in ſcientia,vel propter aliquid tale , igitur aliud fuit obiectum partiale abſtinentiæ Philoſophi , & boni chriſtiani . & per conſequens alia virtus , & alterius rationis. Hæc Ocham,qui fallitur quoniam chriſtianus & Philoſophus idem motiuum habere poſſunt, & eundem finē,cuius,& cui:maxime ſi vterq. Deum cognoſcant:neque pertinet ad vllam virtutem temperantiæ,vel abſtinentiæ abſtinere propter Deum, ſed id eſt accidētarium, & extrinſecum. Eodem modo refellitur alia opinio quam refert Heruæus op. de virtutibus q.3.et probabilem putat, nimirū nullas dari virtutes morales infuſas, acquiſitas autē 40. *Corol. 1.*

eſſe

[illegible] ... virtutes ... [illegible] ... nopere- ... [illegible] ... eſt ... ex [illegible] ... & ... [illegible] ... temperatia, ... [illegible] ... & ... [illegible]

41 Ex [illegible] ... Vazq. ... [illegible]
2. Coroll. [illegible] ... vt docet Ariſtoteles ... [illegible] ... tia ... [illegible] ... vt ... [illegible] ... Vazq. ... [illegible] ... tamen eſſe ... [illegible]

42 [illegible] ... habe... [illegible] ... capacem ... [illegible] ... tus ſupernaturales ... [illegible]

[illegible] obiectum ob q[illegible]dam rationem, quę non poteſt niſi ſupernaturali reuelatione co[illegible]. Putat Vazq. hac ratione vſos D.Tho. q. [illegible] a. 4. Richar. [illegible] d.33. ar. 1. q. 2. fundariq. optime in Ariſto. [illegible] c. 5. dicente, di[illegible] virtutes eſſe ciuium, quatenus ad di[illegible] referuntur, nam ex hoc ſequi[illegible] diuerſas eſſe virtutes, quibus homo [illegible] politiam humanam & diuinam.

Sed [illegible] ad præſentem quæſtionem [illegible] refert, [illegible] ſuperius oſtendi- 43
Auctor. [illegible] habitus acquiſitos concurrere effectiue ad ſubſtantiam [illegible] actuum, & nullatenus [illegible] aliquam facultate [illegible] illis inhærētem, [illegible] illis inhærere, & habitus infuſos conducere non ſolum [illegible] operemur, ſed etiā vt facile operemur actus ſupernaturales, quoad ſubſtantiam. Deinde ſub nullo motiuo poteſt homo ſupernaturaliter operari, ſubquo [illegible] poſſit operari etiam naturaliter: patet in peccatore chriſtiano, vel etiam hæretico, qui [illegible] habet virtutes infuſas, neque earum vice auxilia fluentia ſupernaturalia quoad ſubſtantiam quibus operari poſſit actus virtutum [illegible] ſupernaturales quoad ſubſtā[illegible] tamen poteſt operari ſub eiſdem motiuis, ſub quibus Vazquez ait operari virtutes [illegible] efficere actus ſupnaturales quoad [illegible], ait enim poteſt quis moueri ad [illegible] quia honeſtum iudicat alteri, [illegible] humanæ, in quā ſeruari [illegible] quod ſuum eſt, & hoc mo[illegible] acquiſitæ: poteſt etiam [illegible] quod ſuum eſt, qua[illegible] conſiderat, vt conci[illegible] vitæ ſpiritualis & gra[illegible] honeſtum iudicat [illegible] operatur ex re[illegible] ad virtutem mo[illegible] ſeruet medio [illegible] conuenit homini [illegible] valetudinem de[illegible] temperan[illegible] redigit cor [illegible] vitæ ſpirituali, [illegible] pertinet ad tempe[illegible] ſimiliter fortitudo [illegible] homo con[illegible] vt conuenientem hu[illegible] fortitudo autem ſu[illegible] conſiderat [illegible] ſimiliter de[illegible] Deo cultum [illegible] authori naturæ, [illegible] pertinet ad religionem ac[illegible] gratia, et vitæ ſpiri[illegible]

[illegible] quæ tamen difficilia ſunt: 44
[illegible] et alii fideles credunt [illegible] os reuelatos à De[illegible]

a Deo ita credere præſtitiſſe, vel etiam [illegible] eſſe citra Dei, ſeu capaces gratiæ, & [illegible] ac [illegible] iuſte, [illegible] ac [illegible] re, quia ita decet [illegible] Dei, & colere Deum, quia eſt author gratiæ & gloriæ in ſe, vel in [illegible], [illegible] non exercent actum temperantiæ, iuſtitiæ, fortitudinis, ac religionis infuſæ, ſed acquiſ[illegible] habent a [illegible] moralis infuſæ, ſed acqui[illegible] ergo virtute infuſæ non ſunt neceſſariæ ad eiuſmodi actus, nec [illegible] differunt ab [illegible] motiuorum. Et confir. nam ſi motiua eiuſmodi diſtinguerent virtutes, [illegible] virtutes eſſent, [illegible] quis honeſta [illegible] virtutis [illegible], quia decet hominem, [illegible], & quia iuſtum, & quia religioſ[illegible] alis vel talis communitati [illegible] cum eo conuenit in humana [illegible], in regno, in ciuitate, in collegio, in vicinia, in vniuerſitate, vel confraternitate, [illegible] propter ſimilia [illegible] conſequens eſt a [illegible]: ergo [illegible]ua non diſtinguunt virtutes [illegible] inter ſe, nec acquiſitas inter ſe, nec infuſas ab acquiſitis.

45. Confir. etiam [illegible] quam infuſa [illegible] amore amicitiæ, quia bonus, quia [illegible], quia iuſtus, quia ſapiens, [illegible], Redemptor, Glorificator vel [illegible] ergo [illegible] quia poſſunt inter [illegible] demonſtratiua, eaque varia [illegible] nec diſtinguere [illegible] acquiſita nec acq[illegible] fuſam ab infuſa, non [illegible] variat [illegible] ſed quod a [illegible] neſtatem obiectiuam [illegible] Ariſtot. in illo c. [illegible] docet Ariſtot. 3. [illegible] D. Tho. ſupra, d[illegible] quatenus ad [illegible] ſignificat, ex [illegible] tinis varia [illegible] gere, qui [illegible] ad vnum hab[illegible] aliam p[illegible] hoc [illegible] & [illegible] cum Ariſtot. & D. Th. [illegible] Ariſtot. [illegible] po[illegible] xi[illegible] requiſita [illegible], & [illegible] na, & [illegible] inter aliæ [illegible] dici, aliæ [illegible] pr[illegible] co[illegible] [illegible]

[illegible] Ex [illegible] quod 46.
Arist. in lib. [illegible] c. 24. q. [illegible] [illegible] naturali [illegible] angulos [illegible] [illegible] De [illegible] & diuino [illegible] De [illegible]

nuntur, vt credendi fide diuina. Conſtat etiã neminẽ ſperare gloriam niſi, vt promiſſam à Deo ac proinde in hoc motiuo ſpeciẽ infuſam ab acquiſita nõ diſtinguiſic etia in charitate, et alijs virtutibus, ſiue infuſæ ſint, ſiue acquiſitæ idem motiuum eſſe ſuperius vidimus, & 2. 2. in proprijs locis videbimus.

SECTIO. III.

Quid nam ſit prudentia infuſa, & in quo ab acquiſita diſtinguatur.

47. SEct. præced. de moralib. virtutib. infuſis ad appetitũ pertinẽtib. tractatũ eſt, quæ ſunt morales perſ-

1. Opinio. fe..entia; nunc de prudentia infuſa, quæ eſt earum auriga, & moralis ex parte materiæ, diſſerimus. ¶ In hac re. 1. opinio eſt cuiuſdã recẽtioris Theologi dicentis ponendã eſſe prudẽtiã infuſam tũ propter aliqua, quæ adduximus ſect. 1. tũ quia hoc iudiciũ, ſecundũ da ſunt hic & nunc præcepta ſupnaturalia, cũ ſit de obiecto ſupnaturali ſupernaturale eſt, tñ non pertinet ad fidẽ, cũ nõ ſit de articulis fidei, nec de propoſitionib. immediatè reuelatis à Deo: ergo debet pertinere ad prudentiam infuſam. Si dicas pertinere ad Theologiam practicam; hanc vero eſſe habitum acquiſitum actibus noſtris, iſte auctor cõcedit pertinere ad Theologiam practicam, quia habetur per euidentem diſcurſum ex principijs fidei.

48. Dicit tñ. 2. Theologiã ſiue practicã, ſiue ſpeculatiuam, ſi ſe procedẽte euidenter ex duobus principijs fidei (in quo euentu res eſt manifeſtior) ſiue ex vno de fide, & alio euidenti, eſſe habitum ſupernaturalẽ in ſubſtantia, & per ſe infuſũ, & ſi ſit Theologia practica de agendis, eſſe vere prudentiam infuſam, & ſupernaturalem in ſubſtantia. ¶ Probat 1. quia concluſio Theologica habet certitudinem maiorem omni certitudine naturali: ergo ſupernaturalem: ergo habitus illius eſt ſupernaturalis in ſubſtãtia. 2. Quia propoſitiones, & formales ratio aſſentiendi concluſ. Theologicæ eſt principiũ aliquod ſupernaturale per fide diuina cognitũ ergo aſſenſus ille eſt ſupnaturalis, ac tunc cũ aſſenſus concluſionis virtualiter ſaltẽ ſit aſſenſus ipſius principij, hic autẽ principiũ ſit ſupnaturaliter cognitũ. quãuis autem omnis cognitio Theologica ſit ſupernaturalis in ſubſtantia, ac proinde mediante auxilio ſupernaturali ex parte intellectus, id tñ potiſſime eſt verũ de cognitione practica, quæ iudicia practica in ordine ad finẽ ſupernaturalem non tantum pendent ex generalib. principijs, ſed etiam ex variis circumſtantijs

nis cognitio Theologica ſit ſupernaturalis in ſubſtãtia: tamẽ id poſſibile eum habet quæ procedit ex duplici principio ſupnaturaliter cognito, & cõſequẽtia ſola naturali, quæ à principiis ſupernaturalib. procedit, & quod habitus Theologiæ ſit ſupernaturalis, docet Moli. 1. p. q. 1. a. 2. diſp. 2. in fine. Nec obſtat, quod à nobis per actũ demonſtratiuũ efficiatur, quia etiam hic actus eſt ſupernaturalis, & ſic poteſt producere habitum ſupernaturalem, ſed quia talis habitus nõ eſt ab homine, vt à cauſa 2 & per potentiã naturalem ideo vocatur infuſus. Quod vero ea cognitio Theologica practica habeat rationẽ prudentiæ, probat dictus auctor, quia omnis cognitio practica certa re- tũ agẽdarũ eſt prudẽtia, ſed ea cognitio eſt huiuſmodi: ergo. *Zumel 1. p. q. 1. a. 7. diſ. 4. nu. 2. e- tiam tenet Theolo- eſ- ſe habitum ſupernatu- ralem.*

¶ Dicit. 3. cognitionem Theologicam probabilem tantum, nimirum quæ habetur per diſcurſum ex aliquo principio fidei cum aliqua propoſitione naturali ineuidenti, vel cõſequẽtia ineuidenti, nõ eſſe prudentialẽ, nam ſi talis cognitio eſt falſa, potius erit error: ergo non prudentia, & eſto ſit vera, tũ quia incerta, non erit actus prudentiæ, imo prudentia dictat, nõ eſſe habendũ talem actũ, ne homo ſe exponat periculo errandi. Si autem obijcias, quia actus voluntatis ſequens talẽ cognitionẽ probabilem, erit bonus moraliter; nulus autem actus, qui fit ſine prudentiã, eſt moraliter bonus. R. non eſſe bonũ moraliter, ſed indifferentem, & proinde dari actũ indifferentem in indiuiduo, alioquin non eſſe. Si vlterius obijcias, quia qui ex ratione mere naturali ex amans aliquem eſſe pauperem, qui tñ non eſt pauper, dat ille eleemoſynã bene operatur: ergo ſimiliter ſi ex ratione fundata in aliquo principio fidei, & alia propoſitione ſeu cõſequentia incerta, & in vi diuini. R. negãdo conſequẽtem, quia vt actus ordinis naturalis ſit moraliter bonus, ſatis eſt ferri in obiectum ... modo ſuppoſitum, vt vero actus ordinis ſupernaturalis ſit moraliter bonus, debet tenuere in obiectum diuino modo propoſitum, ac proinde vere, & certo, ſed etiã certũ, adeo qui ex opinione probabili etiam ſtatim ſe ſentiret diligere Deũ ſuper omnia, & haberet actum contritionis ac proinde iuſtificari, & ſine fide impoſſibile eſt placere Deo. Si rurſum obijcias, quia ſi quis eo ... extrema neceſſitate præuidendum eſſe filium patri, & diligeret plus filium, illa dilectio eſſet ſupernaturalis; tamen ſequeretur cognitionem falſam: ergo cognitio falſa ſufficit ad actum ſupernaturalem, aut certe cognitio probabilis vera, quæ à fide præſupponitur, patrem filio, vel etiã matri. Respondeo ad actum ſupernaturalem ... de obiecto ſit ... Deo, & de diligendis propter 49.

illum quamuis de ordine ipſo nõ ſit fides,ſed opinio vera, vel falſa, imo etiã ſi deciperetur circa materialia obiecta diligenda propter Deũ,vt ſi exiſtimaret dæmones, vel res expertes rationis ſic eſſe diligẽdas amore amicitiæ adhuc actus eſſet ſupernaturalis ꝓpter cognitioné ſupernaturalé obiecti formalis, ſcilicet Dei.Si quis vero falſo exiſtimet aliquem eſſe vere ſanctum,& amicũ Dei, & ideo illũ colat,vt ſanctum, affectus illius cultus duliæ, ſiue obſeruantiæ,nõ erit ſupernaturalis, quia obiectum formale non cogitur ſupernaturaliter, ſed cognitione probabili,quæ eſt mere naturalis,& idem eſt de eo,qui amat hoſtiam conſecratam,quæ vere cõſecrata non eſt. Vnde,quia in via de nullo eſt certũ,an ſit ſactus, vel non,& de nulla hoſtia ſcimus,an ſit, vel non ſit cõſecrata,nullus affectus abſolutus adorandi hoſtiã,vel colendi ſanctum huius vitæ poterit eſſe ſupernaturales ſecus conditionatus, volo adorare hoſtiã ſi eſt cõſecrata,volo adorare. A.ſi eſt ſanctus.

50 Dicit. 4. etiam ſi aliquis habitus prudentiæ infuſæ ſit idem cum Theologia ſcientifica:aliquis tamen forſam ab illa diſtinguitur. 1. partem colligit ex dictis.Probat.quia Theologia tantum videtur probare concluſiones in vniuerſali, & non in particulari inſpectis circunſtantijs omnibus circa obiectum ſupernaturale:hæc autem omnia inſpicit prudentia infuſa,ſaltem, quæ perfecta eſt, & immediata regula operis, vt de prudentia naturali dicitur. Conf quia omnia iſta videntur cognoſci non ſciẽtifice,nec ex principijs per fidẽ aut euidenter cognitis:ergo non cognoſcuntur per prudentiam infuſam, quæ ſit Theologia, ſed per aliam prudentiam infuſam. Dixit forſam,quia neq. hoc eſt certum,cum poſſit quis dicere,omnia iſta pertinere ad Theologiam, ſicut ad eandem philoſophiam pertinet probare de homine eſſe admiratiuum, & de Petro.

Medina autem,q.57. a.4. poſt 2.cõcluſionem, & a.5. ad. 3.abſolute ait prudentiam diſtingui ab habitu philoſophiæ naturalis, quare ſimiliter dicere, prudentiam infuſam eſſe habitũ diſtinctum à Theologia. Sed nos iam vidimus Theologiam non poſſe dici prudentiam infuſam; & actum prudentiæ infuſæ non procedere ex cognitis per fidem, nec eſſe ineuidentem,ſed circa res fidei ſupernaturali modo euidenter iudicare, & hoc diſtingui à prudentia acquiſita, quæ naturaliter iudicat de agendis.

SECTIO. IIII.

Vtrum tot ſint morales virtutes infuſæ,quod acquiſitæ.

Partem affirmãté tenere videntur omnes,qui has virtutes infuſas cõſtituunt,& ſuadetur, quia omnia obiecta virtutum acquiſitarum poſſunt eſſe obiecta infuſarum:ergo totidem virtutes eſſe debent, & diſtribui debent ſm̃ varietaté obiectorũ ſicut acquiſitæ. Iunior tñ quidam oppoſitũ tenet,quia licet circa obiecta ſupernaturalia dentur virtutes infuſæ, circa naturalia tñ ſolũ dantur acquiſitæ:ergo infuſæ ſunt pauciores. 2. pars antecedẽtis.Prob. quia circa obiecta naturalia dãtur virtutes acquiſitæ:ergo fruſtra ponũtur infuſæ.Dicis poni,vt talia obiecta naturalia referãtur in finẽ ſupnaturalé. Cõtra quia ad hoc ſufficit charitas,vel ſpes,ad quas pertinet amor talis finis ac proinde omniũ mediorũ,quæ ad illũ cõducere poſsũt.Nec valet dicere,quod dicũt Thomiſtæ,amoré illorũ obiectorũ naturalium in ordine ad finé ſupnaturalé nõ fore facilé niſi ſint aliæ virtutes infuſæ,quæ illa peculiariter & proximius,& maiori cum ꝓportione reſpiciat,vt cõducentia ad eundem finẽ Quia aliæ virtutes infuſę nõ poſſunt eſſe magis ꝓportionatæ obiectis naturalib.nec ꝓximius illa reſpicere quã charitas:ergo nõ eſt cur ponantur. 51

2. Quia vel difficultas ordinãdi obiectum naturale in finé ſupnaturalé oritur ex ipſo obiecto,vel ex fine.Si.1.tollitur p virtutes acquiſitis.Si.2 p charitaté:ergo nõ eſt cur ponantur aliæ virtutes infuſæ.3 Cũ quis affectu miſericordiæ dat paupi eleemoſynã ꝓpter Deũ,finis intrinſecus huius actus,ſcilicet bonũ pauperis,ſufficiẽter attingitur p virtuté miſericordiæ acquiſitã,finis vero extrinſecus, & remotus p charitaté : ergo fruſtra ponitur alia virtus miſericordiæ infuſę.Conf.quia in tali actu nihil ſupnaturalitatis inuenitur niſi bonũ Dei,hoc auté reſpicit charitas:ergo ad taléactũ nulla alia ſupnaturalis virtus eſt cõſtituenda.Et idé eſt circa alia obiecta, quæ ob nihil ſupnaturale aliud à Deo amãtur,vt ſic.n.omnia attingũtur ab vna,et eadévirtute ſupnaturali videlicet charitate,ob cuius motiuũ,& rationé formalé amãtur. Cõf.quia dare eleemoſynã ꝓpter fines aliarũ virtutũ infuſarũ non ptinet,ad miſericordiã infuſam:ergo nec dare illã ob finé charitatis : eadé enim ratio eſt. Vnde infert iſte auctor nõ dari virtutes infuſas tẽperãtiæ,iuſtitiæ,& miſericordiæ,& ſic d alijs,ſi obijcias Paul.Galat.5.qui tẽperantiã,& caſtitaté numerat inter fructus SS. Reſ.nõ numerari,quia ſint ſupnaturales,ſed quia cauſãt à SS.vt à cauſa vniuerſali,vel quia p charitaté infuſam à Spiritu S refert eas iuſtus in finé ſupernaturalé. Sic enim Paulus ibi loquens nõ dé fidelitate,vt interpretatur Caiet.ſed de fide Theologica, vt interpretatur D. Thomas numerat eam inter fructus Spiritus S. cum tñ ſit in peccatore non habente Spiritum S. nimitum 52.

Digitized by Google

mirum,quia per charitatem infuſam à SS. referri in Deum poteſt,& reipſa refertur.

Ait tamen iſte auctor cum circa obiecta naturalia,vt circa media,virtus aliqua infuſa operatur propter ſuũ ipſius finem, accipere nomen virtutis,ad quã ptinet naturale obiectum quod attingitur, & ſic velle ſumere tẽperatũ cibũ propter finẽ ſupernaturalẽ vocari tẽperantiã infuſam,licet ſit actus elicitus à charitate,pœnitentia,vel religione infuſa.

54. Sed hæc omnia friuola ſunt,& præter omniũ opinionẽ,& contra rationem.Sicut enim quãuis naturaliter poſſimus aliquomodo diligere Deũ,& ſperare beatitudinẽ, & alia bona ab illo:tñ ponũtur habitus infuſi charitatis,& ſpei,quib. efficiamus ſimiles actus ſupernaturales circa eadẽ obiecta:ita licet naturaliter poſſimus operari iuſte,temperate,& fortiter;tñ dadi ſunt habitus ſupernaturales, quibus poſſimus ſimiles actus circa eadem obiecta efficere,& propter eoſdem fines proprios & peculiares:ad media enim,vt ſic, nulla ponitur virtus: nam eadem virtus, quæ primario inclinat ad finem, ſecundario, & conſequenter inclinat ad media.

SECTIO. V.

In quibus potentijs exiſtant virtutes morales infuſæ.

CLARVM eſt, prudentiã infuſam in ſolo eſſe intellectu, vt inquit
54. D.Th.q.56.a.5.nullus enim habit⁹ qui mereatur nomen virtutis,eſt in ſenſu interno. Idem aliqui probant, quia prudentia ad fidem ſe habet, vt habitus concluſionum ad habitum principiorum, ſed fides eſt in ſolo intellectu iuxta D. Tho.2.2.q.4.a.2.ergo,& prudẽtia. Sed maior eſt falſa, vt patet ex ſuperioribus. Alij vero, quia ſenſus non poteſt attingere rationem honeſti,etiã naturalis,ſed ſolum bonum ſenſibile ſeu delectabile, ideo in eo nulla eſt virt⁹ acquiſita: ergo multominus infuſa. Alij,quia prudentia eſt diſcurſiua:ſenſus autẽ etiam internus non diſcurrit, imo nihil affirmat, vel negat.

Solum ergo manet difficultas de alijs virtutib. moralib. quæ non ſunt intellectuales. Prima opinio eſt omnes collocari in voluntate,vel ſecũdum ſe,vel ſecundum alias ſimiles ipſis correſpõdentes,quia ita eſt de moralib. acquiſitis:eadem autem eſt ratio de infuſis, & acquiſitis,imo & maior: quia voluntas ad actus ſupnaturales virtutum moralium nõ eſt ſufficiens per ſe,vt cõſtat,& ſumitur ex D. Tho.q.56.a.6.ergo debet ei dari auxiliũ ſupernaturale habituale, ſicut ad actus ſpei,& charitatis,& ſicut datur in appetitu ſenſitiuo ad actus ſupernaturales,qui in eo ſunt, maxime cum in vtraq. potentia ſint ſuæ veluti paſſiones,& motus primo primi.

Addit iſta opinio nullã virtutẽ eſſe in appetitu ſenſitiuo,quia in ſenſu nulla eſt prudetia,vt dictũ eſt:virtutes autem morales proxime,& immediate regulantur à prudentia, & ideo non poſſunt eſſe in potentia, quæ proxime, & immediate regulatur à ſenſu. Item ſenſus non attingit obiectum honeſtum,nec ſupernaturale:ergo nec appetitus ſenſitiuus: ergo in eo,nulla virtus præſertim ſupernaturalis eſſe poteſt,licet ad actum intellectus, & volũtatis conſequatur actus quidam ordinis naturæ in ſenſu,& appetitu. ¶Medina autem q.63. a.3.in fine ait,in appetitu ſenſitiuo eſſe fortitudinem infuſam,quæ ponit mediũ ſupernaturale inter timores,& audacias,& temperãtiã infuſã, quæ cõſtituit mediũ ſupernaturale in delectationib. carnis cibi & potus, & alij Thomiſtæ generaliter dicunt,omnib. acquiſitis reſpondere ſimiles infuſas in eiſdem potentijs:ſic in appetitu ſenſitiuo eſſe fortitudinem,& temperantiã infuſas,& reliquas virtutes infuſas,quę ad has reducuntur,quia appetitus nõ eſt de ſe ꝓportionatus,& ſufficienter inclinatus ad huiuſmodi actus,quib. attingit ſuo modo obiecta virtutũ infuſarum. Ideo indiget habitib.ſicut indiget habitib.acquiſitis ad attingendũ ſuo modo obiectũ naturale honeſtũ.Sic D.Tho.q.30.a.1.ad.1 docet appetitũ ſenſitiuũ ex redũdãtia volũtatis ſuo modo tendere in bonũ ſpirituale, vt dicit Pſ. 83.*Cor meũ,& caro mea exultauerũt in Deũ viuũ.* & 3.p.q.20.a.2.ad.1.& q.21.a.2.ad.1.ait,carnem Xpi exultaſſe in Deũ viuum nõ p actũ carnis aſcendentem in Deum, ſed p redundãtiam à corde in carnem, in quantum appetitus ſenſitiuus ſequitur motum appetitus rationalis: ad tendendũ ergo illo modo p actũ naturalẽ indiget habitib.acquiſitis, & ad tendendum per actum ſupernaturalem, habitib. infuſis.

Vnde male Arag.2.2 q.24.a.2. negat in appetitu ſenſitiuo eſſe habitus reſpõdentes habitib. volũtatis. 56. Nec obſtat,quod appetitus ſenſitiuus naturaliter,id eſt,non libere,ſequitur voluntatem,quia vt ſequatur qñ aliàs nõ ſequeretur,indiget habitu,& ſic ꝓ numero habituum voluntatis multiplicandi habitus boni,vel mali,naturales, vel ſupernaturales in appetitu ſenſitiuo.&ſicut aliqui habitus ſunt ab auxilio ſupnaturali, & nõ ab habitu in voluntate: ita poſſumus dicere in appetitu ſenſitiuo.Conſonat D.Thomæ q.56.a.4.& 58.a.3. ad 2. ponenti habitus in appetitu ſenſitiuo, & in voluntate, vt poſſimus prompte, & perfecte operari circa obiectum attingibile ab vtraque potentia, & ita per aſſuetudinem, & per augmentum gratiæ maiorẽ promptitudinem & minorẽ repugnantiã experimur in appetitu ſenſitiuo ad opera virtutis ſiue na-

R 2 turalia

Digitized by Google

ruralia ſiue ſupernaturalia ſint. Et quãuis in ſenſu nõ ſit prudentia; tñ aliquid in ſenſu reſpõdet prudentiæ,quæ eſt in intellectu: vnde D.Tho.2.2.q 47.a.3.ad 3.ait,prudentiam conſiſtere in ſenſu interiori, nõ quidem tanquã in ſubiecto principali, ſed principaliter eſſe in ratione, & per quandã applicationẽ pertingere ad ſenſum,& 1.p.q.89.a.5.p actus ſciẽtificos in præſenti vita,cum fiãt per cõuerſionem ad phantaſmata, produci in intellectu per ſpecies ſuſceptas in ſenſib.interiorib.quãdam habilitatem, vt facilius intellectus per conuerſionem ad ipſos poſſit ſpeculari; dicit tñ habitum ſcientiæ eſſe formaliter in intellectu,& materialiter in ſenſibus,quia ſenſus etiã interiores non poſſunt diſcurrere, & ita in illis nõ eſt proprie, & formaliter ſcientia, licet in illis ſit habitus quidã reſpiciens obiecta materialia ſcientiæ,nempe res, & propoſitiones ſcitas.

SECTIO. VI.

De connexione virtutum infuſarum, moralium interſe,& cum charitate,& gratia.

57. HAS habere inter ſe, & cum gratia.& charitate cõnexionem docent D.Tho.& omnes eius diſcipuli q.65.a.2.& 3.1.*Quia virtus eſt, qua recte viuitur,&c.* ex Aug. 2.de lib.arb. c.18. ſed qui non habet charitatẽ, non recte viuit: ergo.2.quia ſine charitate nequit eſſe prudentia infuſa, & ab hac morales infuſæ pendent: ergo.maior. Prob.quia ſicut prudentia acquiſita nequit eſſe ſine virtutib. moralibus recte diſponentibus hominem in ordine ad fines, ad quos prudentia acquiſita dirigit, ita nec infuſa poteſt eſſe ſine charitate recte diſponente inordine ad finem, ad quem dirigit prudentia infuſa. Cõfirmant,quia omnis peccans.m. facit actum cõtrarium prudentiæ infuſæ, & alicui virtuti morali infuſæ:ergo eas amittit,ac proinde alias: quia corrupta prudentia cæteræ corrumpuntur. 3.ſimul cum gratia charitate morales infunduntur; quia ſicut auctor naturæ pducens res naturales, cõfert eis omnes ſuas potentias; ita auctor ſupnaturalis creans hominem in eſſe ſupernaturali, & dans ei gratiam, quæ eſt participatio diuinæ naturę,cõmunicat ei omnes virtutes, quib. operetur:ergo, & amiſſa gratia omnes amittuntur,vt deſtructo aliquo deſtruũtur ꝓprietates,virtutes,& paſſiones ipſi⁹.Cõf.quia charitas dat omnib. finem vltimum,inquem actus proprios dirigant:ergo amiſſa charitate reliquæ deſtitui debent, cũ nõ habeant potiſſimũ finem,inquem ex natura ſua ordinãtur: nec expedit,vt homo inordinat⁹ erga finẽ vltimũ maneat diuinitus bene ordinatus circa alios.4.quia peccator meretur his omnib. donis priuari,nec priuatio vllũ incõueniens habet, ſiquidem in eo manent fides, ſpes, auxilia ſupernaturalia, quibus poterit reparari, ſeu ad gratiam recuperandam diſponi.

58 Quidã iunior dicit. 1.in peccatore manere aliquã prudentiã infuſam: quia manet in eo Theologia practica,vt & fides, cuius principijs nititur:ſed iã diximus,Theologiã non eſſe habitum infuſum,ſed acquiſitũ actib. noſtris, & ideo eſto aliqualiter prudentia dici poſſit,non tñ poſſe appellari prudentiã infuſam. ¶2. Dicit prudentiã omnẽ infuſam,etiã eam,quæ à Theologia diſtinguitur, repetiri de facto in peccatore,quia iudicium prudentiæ infuſæ eſt,Deus hic,& nunc eſt diligẽdus, & honorãdus,ſacrũ eſt audiendũ,&c.quæ iudicia ſunt ſupernaturalia, & non à Theologia:ergo ab alia prudentia infuſa. ¶3.Dicit,ſe non videre rationẽ ſufficientem,cur virtutes morales non poſsint infundi,& de facto non infundatur à Deo,& maneant ſine charitate. quia ſi repugnaret,vel hoc eſſet,quia ſunt ſupnaturales,& hoc non,quia fides,et ſpes ſunt ſupernaturales:tñ infunduntur,et manent ſine charitate:et ſimiliter virtus pię affectionis ad res fidei credendas, quã D.Th.collocat in voluntate 2.2.q.4.a.2.Vel quia morales infuſæ ſequũtur charitatẽ tanquã affectiones eſſentiam, vel affectiones ſecundariæ primariã:et neq. hoc eſt verum,quia non poteſt ſatis probari,quomodo vel cur ſint affectiones conſequentes charitatem,vel gratiã, et ſicut habitus piæ affectionis ad res fidei eſt ſine gratia,et charitate, ita de alijs dici poteſt:nã actus earũ ſine gratia.et charitate eſſe poſſunt, vt patet de actib. religionis chriſtianæ,et obſeruantiæ,fortitudinis, et dilectionis qua diligimus gratiã,et charitatem,et alia ſupernaturalia,et ꝓximos,vt ſunt aliquid Dei, vel cõducũt ad eius gloriã, et illi ſunt dipoſitiones ſufficientes,vt infundãt à Deo:ergo infundẽtur:ſicut poſito actu fidei infunditur fides, et poſito actu ſpei ſpes,et poſito actu piæ affectionis,habitus illis reſpõdens. ¶ Nam eodem
modo procedit Deus in infuſione habituũ,ac 59
ſi per actus noſtros eſſent ꝓducendi.Si dicas etiã dari actus charitatis ſupnaturales in peccatore: tñ nõ habere habitũ. Ant. patet in eo, qui dat eleemoſynã propter bonitatẽ ſupnaturalem Dei,vel ꝓpter Xp̃m fide cognitũ, et gaudet de bonis Dei in ſe, et ſimiliter, licet habeat attritionem ſupnaturalem, et doleat de peccato propter beatitudinẽ,vel pœnas inferni,nullũ habet habitũ reſpõdẽtẽ his actib. Reſpon. 1. in peccatore nullum actum charitatis ſupernaturalem reperiri, quia talis eſt dilectio Dei ſuper omnia:in peccatore autem

Digitized by Google

tem non eſt ſupernaturales dilectio Dei ſup omnia.2.non eſſe eandem rationẽ de charitate ſeu pœnitentia(à qua eſt attritio)&alijs virtutib.infuſis. Nã illi actus ſunt imperfecti in genere charitatis,& pœnitentiæ,& ideo ſunt diſpoſitiões inſufficiẽtes, vel agẽtia inſufficiẽtia ad productionem,vel infuſionem habitus at vero actus religionis obſeruantiæ & fortitudinis ſupernaturalis poſſunt eſſe perfecti in ſuo genere in peccatore,& ideo poſſunt ei infũdi habit⁹ proportionati. Addit, forte in peccatore dari habitus imperfectos, & ſecundum quid charitatis, & pœnitentiæ,ſicut ipſi actus ſunt imperfecti,& ſm quid; & tales habitus eſſe ſpecie diſtinctos à charitate,& pœnitentiæ ſimpliciter dictis,& de habitu attritionis certius iudicare eſſe in peccatore,nam charitas videtur vna tantũ ſicut vna fides ſm Paulum,quamuis poſſet reſponderi illum loqui de charitate ſimpliciter, probat autẽ per omnes huiuſmodi actus ſupernaturalis produci habitum ſupernaturalem,quia poſt illos homo eſt promptior ad ſimiles actus.Deinde actus illi non ſunt minus pfecti intrinſece in peccatore quã in iuſto:ergo in vtroq.ſunt ſupernaturales:ergo producunt habitũ ſupernaturalem in eo,qui illo carebat,ſiquidem ſunt proportionati,& eiuſdem ordinis cum habitu. Item peccator habet prudẽtiam infuſam: ergo voluntas ipſius poteſt ſecundum eam,& ſupernaturaliter operari. Et ait iſte auctor id ſine temeritate negari non poſſe,quod autẽ per tales operationes non producatur habitus ſine fundamento dici,& cur in intellectu erit habitus prudentiæ infuſæ,& in voluntate nõ erunt virtutes morales infuſæ, quod vero dicitur cõmuniter habitũ ſupernaturalem non produci ab actibus noſtris poſtea impugnat.

60. Dicit.4.ad defendendã opinionem D Th. dicendum eſſe,vel habitus ſupernaturales nõ produci effectiue actib.noſtris,vel nõ pduci, niſi in ſubiecto perfecte ſeu ſimpliciter diſpoſito in ordine ad finem ſupernaturalẽ ad quẽ dantur,ideo non infundi peccatori.Vtrumq. autem eſſe difficile:cur enim actus ſupernaturales non producent habitum ſupernaturalẽ,aut cur ſi illũ poſſunt producere non ſemper producunt,cum ipſimet ſint ſufficientes diſpoſitiões nec vlla alia diſpoſit. requiratur vt cernitur in fide,& ſpe,& pia affectiõe habitualibus,quæ infunduntur homini exercenti actus,licet,alioqui ſit indignus pter peccatũ.m.vel originali ſicut etiam eſt indignus actu,& auxilio ad illũ hæc tñ ſibi conferuntur: ergo & habitus,& ideo cernimus,peccatores prõptos ad operãdum tales actus.Deinde homo odio habens Deum, vt finem naturæ,poteſt habere virtutes morales acquiſitas:ergo, & auerſus adeo fine ſupernaturali poteſt habere morales infuſas.

Ad arg facta pro D. Tho. R. virtutem eſſe qua efficiente bene viuitur in actu.2.& ipſa formaliter confert vitam in actu.1. peccatorẽ 61. autem,licet,non viuat ſupernaturaliter perfecte in actu.1.quia caret charitate: ſimpliciter tñ viuere ſupernaturaliter perfecte in actu.1. per alias virtutes infuſas,& in peccatore eſſe prudentiam infuſam, quæ poſt eſſe ſine moralib.infuſis,ſicut prudẽtia acquiſita ſine moralib. acqſitis:neq. omnẽ,qui peccat, habere actum contrariũ phyſice alicui virtuti infuſæ,ſed moraliter gratiæ, & charitati , quibus meretur priuari,quia agens contra Deum finem naturæ meretur excludi ab amicitia ſupernaturali:& licet daretur, omne p. m. eſſe phyſice contrarium alicui virtuti morali infuſæ, non fieri,vt deſtruat prudentiam infuſam : nõomnis,qui peccat,habet iudiciũ erroneũ,&licet corrupta aliquavirtute morali infuſa daretur,corrũpi prudentiam infuſam illi correſpondentem , non eſſe id dicendum de alijs. Nec obſtat fidem eſſe vnicam, quia fides habet vnicam rationem formalem, ſub qua ſimpliciſſimã, ſcilicet, diuinã reuelationem,& ideo eſt vnica : at vero prudentia infuſa eſt multiplex,quia nititur diuerſis rationib. formalib.ſcilicet,diuerſis veritatib.practicis de diuerſis virtutibus ſupernaturalib.& ob hoc etiã Theologia forte eſt multiplex,& etiã ſi dicatur, vnã tñ eſſe prudentiã infuſã, & in quolibet peccato eſſe iudiciũ erroneũ illi aduerſũ:tñ illa corrũpetur ex parte tñ,ſicut habitus Theologiæ per errorẽ circa vnã ppoſitionem Theologicã:habitus vero morales,ſicut ſimul toti infundũtur, ita ſimul toti corrũpuntur,& ratio eſt quia malũ morale eſt ſimpliciter malũ, eo quod hominẽ à Dei amicitia ſeparat:nõ ſic autẽ malũ intellectus, vel error,ideo Deus ppter quoduis. m.contra virtutem moralẽ infuſam deſtruit totam virtutem, non autem propter quẽuis errorẽ cõtra prudentiã deſtruit illam totã. Forte melius diceretur, non conſtare cur virtutes morales infuſæ(omiſſis Theologalib.) debeãt totæ ſimul corrũpi,quia cũ habeant latitudinẽ extenſiuã,iuxtã latitudinem actus contrarij corrumpentur,licet,qñ à Deo ſine actib. noſtris infundũtur,in tota ſua latitudine infundanẽ quãuis poſſet dici vni pfectiorẽ extẽſiue, quã alteri infundi, prout Deo placuerit. Cõcedit etiã iſte in peccatore inclinationẽ in finẽ ſupernaturalem immediate p ſpẽ, mediate per virtutes morales infuſas,quæ inclinãt immediate in bonitates proprias ſupernaturalium obiectorũ creatorũ, quæ inclinationes nõ pẽdent ex inclinatione amicitiæ ſupernaturalis erga Deũ per charitatem, ſicut nec virtutes morales acquiſitę ab amore naturali Dei.

Digitized by Google

In ſtatu autem perfecto virtutes morales infuſæ,ſunt cõnexæ cum charitate, & pendent ab illa,quia ſine illa nõ erunt in perfecto ſtatu,eo quod non poterunt facile referri eorũ actus in Deum dilectum ſupernaturaliter tãquam amicum ſimpliciter, & abſolute. Hæc eſt opinio illius recentioris.

62 Sed tenendum eſt cum D.Tho.& communi omnes virtutes morales infuſas eſſe connexas cum gratia & charitate,& interſe,quia non eſt maior ratio quare gratia habeat neceſſarium connexionẽ cum charitate quã cũ alijs, & ſicut decet hominẽ iuſtum, & Deo gratum habere charitatẽ:ita, & illas, & ſicut decet,nunquam infundi aut manere charitatem ſine gratia,ita neque vllam illarum: Ad hoc etiã valent aliquæ rationes adductæ pro opinione D.Tho.& argumenta contra illam non ſoluo,quia friuola ſunt,& ſoluta manẽt tum ex dictis,tum ex eo, quod poſtea oſtendemus, habitus ſupernaturales non cauſari, nec augeri effectiue phyſice actib.noſtris.

63 Illa vero ratio qua aliqui probant deſtructa grat a deſtrui omnes virtutes, quia deſtructa gratia deſtruitur omnis inclinatio ſupernaturalis intrinſeca ad finem ſupernaturalem, ac proinde omnis inclinatio ad amandum illum,& ad amandum media, quæ ſunt obiecta virtutum moralium infuſarum,ita vt nec de potentia Dei abſoluta poſſint manere ſine gratia,improbabilis omnino eſt.Non enim hi habitus habent eſſentialem dependentiam à charitate in ſuo eſſe,nec eſt vnde ea colligatur,& vt in peccatore manet ſpes, quæ eſt habitualis inclinatio ad amandum Deum amore concupiſcentiæ, ita poſſet manere charitas, quæ eſt inclinatio ad amandum Deum amore amicitiæ: Deinde morales virtutes infuſæ non ad media vt ſic,ſed ad ſuos peculiares fines feruntur, quia finis, & media ad eandem virtutem pertinent, non ad diuerſas:ergo virtutes morales etiam quã tum ad vſum manere poſſent de potentia abſoluta ſine charitate, licet, reipſa Deus nolit hæc ornamenta charitatis,& virtutum moralium infuſarum dare aut conſeruare niſi amicis ſuis,& iuſtis. Secus de fide,de qua Triden. ſeſſio.6. cap.15.& can.18. & idem eſt de ſpe, quia fides,& ſpes ſunt veluti fundamenta gratiæ,& iuſtificationis, & fuit expediens,vt manerent in peccatore, vt per illas poſtea conuerteretur, & rediret ad gratiam, & cæteras virtutes. In quo Deus miſericorditer agit: nam iuſte propter peccatum quodlibet. m. has quoque poſſet auferre,& deſtruere: & licet aliqui dicant,habitum piæ affectionis manere etiam in peccatore, quia reducitur ad fidem: tamen probabilius eſt non manere,eo quod ſit vera virtus moralis, nempe ſtudioſitas,ac proinde deſtrui debet, vt aliæ: manet tamen actus piæ affectionis elicitus ab auxilio ſupernaturali, ſicut manent contritio & attritio quibus homo diſponitur ad gratiam, non tamen manent proprij ipſarum habitus, niſi attritionem referas ad habitum ſpei: ſimiliter ante infuſionem gratiæ datur in peccatore actus eliciti pœnitentiæ: non tamen ipſe habitus.

SECTIO. VII.

Vtrum charitas poſſit eſſe ſine virtutibus moralibus infuſis.

D. THO.& cum eo omnes quæſt. 65. a. 3. affirmant, non poſſe: ad quod D.Tho. adducit tria teſtimonia Auguſt. quibus affirmat, 64.
in charitate omnes virtutes includi, & ratio eſſe poteſt, quia per charitatem impletur tota lex: ad hoc autem requiruntur omnes virtutes: ergo qui habet charitatem, omnes habet.& ita tenet Marſil. cit. ſectio.1.& Suarez. 3.par. tom.3.diſput.7. ſect.2. & diſput.16. ſect. 2.Ille iunior dicit. 1. difficile eſſe huius rei rationem reddere,quia rationes D.Th. parum, vel nihil valent, probant enim ſi quid probant,charitatem ſine virtutibus acquiſitis eſſe non poſſe. Suarez probat,quia virtutes infuſæ,ſunt proprietates cõſequentes gratiam. Sed vnde hoc habet? Probari etiam poteſt ex Sapien.7 *Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa*, & ex ſimilibus locis, ſed non vrgent, quia illud Sapien.7. intelligitur de vera notitia Dei, cum qua omnia bona venire dicuntur, ſed in ſpe: & eodem modo intelligitur ſi de gratia & charitate ſit ſermo: ſi vero de gratia conſummata ſeu gloria, clarus eſt ſenſus, quia beatitudo eſt ſtatus omnium bonorum aggregatione perfectus: ſed vere ibi eſt ſermo de ſapientia infuſa Salomoni, cum qua Deus regnum diuitias,& alia bona ei dedit. Illud etiam Galat.3. *Qui tribuit vobis ſapiẽtiã, & operatur virtutes,&c.* intelligitur de fide & operibus miraculoſis, & prodigioſis,vt interpretatur Anſelm. & D. Thomas, Auguſt. etiam, & Gregor. citati ſectio. 1. loquuntur de virtutibus, & actibus moralibus naturalibus,quos charitas imperat in ſuum finem ſupernaturalem.

Vt cumque tamen probari poteſt ex Gregor.2.moral.cap.36. dicente *Donum quippe ſpiritus,quod in ſubiecta mente ante alia prudentiam, temperantiam, fortitudinem, & iuſtitiam format, eandem mentem;vt contra ſingula quaque tentamenta erudiat, in ſeptem mox virtutibus temperat, vt contra ſtultitiam, ſapientiam, contra hebetudi-* 65.

nem

Digitized by Google

rem intellectum, contra præcipitationē conſilij, cōtra duritiam pietatem, contra ſuperbiam Dei timorem. Vbi cum gratia Spiritus ſancti Greg. ait infundi. 7. dona Spiritus S. idem diceret de virtutib. moralib. infuſis ſic etiā Ambr. 3. de ſacramen. c. 2. ait ad inuocationē ſacerdotis infundi ſpiritum ſapientiæ, & intellectus, & reliqua dona Spiritus S. & addit. 7. quaſi virtutes ſpiritus & omnes quidem virtutes ad ſpiritum pertinent, ſed iſtæ quaſi cardinales, id eſt principales ſunt: vbi. 7. dona Spiritus ſancti, quæ infundūtur in baptiſmo, virtutes appellat. Sed teſtimonia hæc nō multū probant. 1. enim nō eſt certū an dona Spiritus S. diſtinguantur à virtutibus etiā acquiſitis, & licet loqueretur de virtutib. poſſent exponi de acquiſitis, quæ quoad actus ſunt à SS. quatenus illi ordinatur in finem ſupernaturalem per charitatem. Amb. ſolū loquitur de donis SS. poſſet etiam probari ex conci. Vien. docente in baptiſ. infundi fidem charitatē, & alias virtutes: ergo ſaltē aliqua moralis infunditur in baptiſ. & eadē ratio eſt de omnib. et de iuſtificatione extra baptiſ. ergo in qualibet iuſtificatione infunduntur. Se[illegible] intelligit[illegible] nior, niſi antea ſint infuſæ. [illegible] vero ſuperius diximus, ante [illegible] cati[illegible]nem [illegible] illā moralem virtutem
66. infundi.

2. Dicit charitas ſecum affert omnes virtutes morales infuſas, non tanquam veras, et reales proprietates, ſed propter conſequentiā et decentiam quandam Capreol. 3. d. 36. ad. 1. contra. 3. conclu. 10. vbi ità habet ſecundum decentia diuinæ ſapientiæ eſt, vt ſimul cū charitate habitus virtutū omnium infundantur, et prob. quia non poteſt aſſignari connexio, vel dependentia realis connaturalis inter gratiam, charitatem, et alias virtutes infuſas, et quia morales acquiſitæ nō ſunt reales proprietates charitatis [illegible]: ergo nec infuſæ ſupernaturalis. Conſ. quia prius ſaltem natura producitur, quā gratia, ſiquidem talis actus ex nā ſua habet producere immediatè habitū ſibi correſpondētē, habitū antē gratiæ ſolū producit ex inſtitutione, & volūtateDei extrinſeca, & ſpeciali, vel ſaltē nō ita immediate, ſed mediate habitu charitatis, qui producit habitū gratiæ: proprietates à [illegible] ſunt poſteriores eſ-
67. ſentia, & ab illa dimanant: ergo.

¶ Neque D. Thom. credidit eſſe veras, & reales proprietates, ſed aſſimil[illegible] illis, quia dece[illegible] Dei illas habere, vt operari poſſit ſupernaturaliter in omni materia, & vt foueatur et adiuuetur charitas. Si dicas in coniugato non eſſe virtutem infuſam virginitatis, nec in religioſo, qui paup eſt, liberalitatē, aut magnificētiā: poſſet dici. 1. cū charitate et gratia ſolū infundi neceſſario virtutes, quæ ad cōmunē ſtatū, vitæ humanæ pertinent, ſed non placet, quia congruentia adducta de omnib. probat. et Dei perfecta ſunt opera, & iuſtus vxorem ducens, cū antea virginitatem habe[illegible]ret, abſq. peccato vllo virtutem aliquam [illegible] ſam amitteret, & Deus in nobis æmulat[illegible] car[illegible] mata meliora, ſi ergo infundit virtutes imperfectiores, etiā perfectiores, & alias nō poſſet quis habere ſtatū heroicū virtutum cū hic pendeat ex conſortio omniū, & dona SS. omnia infunduntur, quamuis ipſorum actus raro contingant, & ſi religioſus ad opulentiſſimam dignitatem promoueretur, careret virtute infuſa magnificentiæ; nec eſſet ſufficienter ordinatus ad finem, & obiecta ſupernaturalia. Vnde dicēdum eſt, ſi virginitas habet ſua[illegible] caſtita[illegible] aliquē gradū perfectiſſimū, illū non infundi neceſſario cū gratia, quia non opus eſt, vt habens gratiā habeat omnes gradus virtutum infuſarū, etſi debeat omnes virtutes habere, ſicut nō eſt opus, vt habeat actum martyrij, & alios actus perfectiſſimos virtutum. Si autē virginitas ſit virtus ſpecialis ab a[illegible] diſtincta non video, quo modo neceſſario de[illegible] [illegible] cum [illegible] cta gratiæ, niſi penes actu[illegible] [illegible] quos poteſt habere coniug[illegible], & [illegible] dubio dicendū. Si demq. virginitas non [illegible] virtus ſpecialis, ſed omnis, ad cuius finem ordinatur omnimoda carētia libidinis: vt religio, & ſimiles, erit neceſſario annexa gratiæ, ſicut illæ, ſed non ſecundum propoſitū abſtinendi omnino à libidine, quia i[illegible] actu[illegible] non debent illæ neceſſario habere. Melius denique dicitur non poſſe dari caſtitatē, nec virginitatē per ſe infuſam, quia non habet obiectum ſupernaturale. 68.

Hæc iu[illegible] ille Theologus, quem ſæpe cita[illegible], ſed friuola ſunt & nullam habent difficultatē: nam ſecundum communem, & veram opinionem, quam ſæpe docui[illegible]us, virginitas continentia, & caſtitas non ſunt virtutes realiter diuerſæ, ſed [illegible] cō[illegible]notatione aliqua: docum[illegible] etia[illegible] caſtitati acquiſitæ reſponder[illegible] infu[illegible] etiam in appetitu ſenſitiuo: nec [illegible] infuſas differre ab acquiſitis, quod hæ h[illegible] obiectū naturale, illæ vero ſupernaturale, ſed differrent modo reſpiciendi eadem obiecta: nec in hoc quicquam peculiare habet caſtitas a[illegible] virginitas. ergo ſi[illegible] dari poſſ[illegible] iuſtitia, fortitudo, & aliæ virtutes per ſe in[illegible] caſtitas per ſe infuſa cui eadem realiter eſt v[illegible]. Ergo in quocunque eſt caſtitas infuſa [illegible] eſt virtus virginitatis infuſa & lice[illegible] [illegible] mus, eam eſſe virtutem diuerſa[illegible] à caſtitate, dicendum eſſet, ipſam eſſe in quocunque eſt charitas, & non eſſe in eo in quo non eſt charitas: quia decet nec ipſam dari ſine charitatē, nec ècōtra, & ſicut manet in coniugato

conſummante matrimonium, in quo antea erat, quia per actum honeſtum non amicitiæ, & ideo habet actus aliquos, nempe ſimplicem effectum ad perpetuam abſtinentiam à libidine & actus conditionato illi propor tionatos, ita in illis qui peccata luxuriæ per pœnitentiam diluentes, recuperauere gratiam, charitatē, & reliquas morales virtutes.

SECTIO. VIII.

De augmento virtutum moralium infuſarum.

69 QVIDAM dicunt, augeri tum proprijs actibus effectiue vel diſpoſitiue:tū ad augmétum gratiæ & charitatis, quia etia duobus modis producuntur, ſcilicet proprijs actibus, & [illegible] productioné gratiæ & charitatis, ſi antea nō erāt infuſæ: modus autem augméti ſequitur modum productionis, & ad bonitatem Dei,& excellentiā gratiæ & charitatis pertinet, vt quādo producūtur vel augētur, & virtutes infuſæ,quæ illis famulantur, producantur vel augeantur, & contingere poteſt vt in prima productione gratiæ & charitatis [illegible] cum illis, nec intenſe æquales, vt de fide & ſpe eſt manifeſtum, quia ante infuſionem gratiæ poſſunt hæ ſuis actibus produci & augeri, & ſimiliter poteſt contingere vt poſt infuſam gratiam multiplicentur actus fidei & non charitatis,& tunc augebuntur fides & ſpes, nō charitas. idem eſt de alijs, quia etiam ante gratiam poſſunt infundi, & gratia atque charitas ſolis actibus charitatis [illegible] augentur, quamuis poſſet dici, augeri [illegible] virtutum infuſarū, eo quod omnes ſint meritorij gloriæ & talis augmenti, & ſic loquendo de intenſione [illegible] acquiſitionem gratiæ, omnes erunt æqualiter intenſæ, quamuis [illegible] intenſione præcedentis poſſint eſſe inæquales. Licet autem teneremus, non omnes virtutes augeri auctis [illegible] tamen dicere debemus, charitatem & [illegible] augeri, quoties augetur gratia. Ex his [illegible] omnes virtutes infuſas [illegible] actione [illegible] gratia, charitate & glo[illegible] intenſiores gratia, [illegible] de intenſione [illegible] ſacramento [illegible] virtutes augētur æqua[illegible] producuntur, ſed ex [illegible]. Hæc illi, quibus conſonant

70 aliqui iuniores dicētes per actum cuiuſlibet virtutis infuſæ augeri gratiam, charitatem & omnes virtutes infuſas, ſed præcipue aut magis illam, cuius eſt ille actus.

Sed in tractatu de gratia & charitate cum communi opinione oſtendemus, gratiam & charitatem, tam in via, quam in patria eſſe æquales interſe & cum cæteris virtutibus, quæ ipſas comitantur, ſicut enim eſt indecēs vnam dari ſine alia, ita eſt indecens, vnā dari vel augeri in aliquo gradu, in quo nō alia, & actus quilibet meritorius æqualiter meretur augmentum omnium: ergo per quemlibet omnes æqualiter augentur, ſicut concedūt aduerſarij per ſacramentū omnes æqualiter augeri, quamuis diſpoſitio quæ adhibetur cum ſacramento, maiorem cognationem habeat cum vna, v. g. cum pœnitentia, quam cum alijs.

SECTIO. IX.

Vtrum morales virtutes infuſæ à ſolo Deo efficiantur?

EADEM quæſtio eſt de theologicis, nec inueſtigamus cauſam efficientem obedientialem, ſcilicet quæ miraculoſe & de potentia [illegible] eleuari potuerit, vel iam de facto ſit eleuata ad productionem gratiæ, charitatis & aliorum habituum ſupernaturalium, ſicut multi dicunt ſacramenta & humanitatem Chriſti eleuata eſſe, vt inſtrumentaliter phyſice gratiam, & alios ſupernaturales habitus efficiant, quod ſi ita eſſet, contritio vel attritio quæ eſt pars ſacramenti pœnitentiæ, eoſdem habitus ſic efficeret. Neque item eſt quæſtio de cauſa extrinſeca connaturali, an videlicet aliqua ſubſtantia ſit producta, vel producibilis, cui ſit connaturale cauſare gratiam, & alios habitus ſupernaturales in alijs, de quo diſſeretur inferius, neque item eſt quæſtio de cauſa intrinſeca [illegible] te per modū naturalis emanationis, quomodo aliqui dicunt [illegible] gratia, de quo diſputauimus [illegible] gratia. Sed ſolū eſt quæſtio de cauſa [illegible] connaturali, agente actione propria, quæ nulla alia fingi poteſt, [illegible] actus noſtros ſupernaturales. De his [illegible] difficultas eſt, an connaturaliter efficiant habitus virtutum ſupernaturalium. 71

Aliqui recentiores [illegible] ant connaturaliter cauſare habitus iſtos per modum cauſarum principalium, ſicut actus naturales cauſant habitus naturales. Alij recentiores dicūnt, hanc ſententiam probabilem fore, ſi pro ſe haberet auctores, quos tamen putant non haber. Sunt tamen aliqui pro ea aſſerūt Vegam. 8. in Trid.ca.9. & Stapletonum. 4. de iuſtifica.c.2.prope finem, qui actibus noſtris 72

tris ſupernaturalibus vim phyſicam effectri cem gratiæ, & [illegible] virtutum tribuere. Verum [illegible] in alio [illegible] non enim omni actui ſupernaturali tribuere hanc efficientiam [illegible] proportioni ad gratiam. [illegible] vero omni actui ſupernaturali connaturalem vim tribuunt propriji habitus effectiue [illegible].

Quartum [illegible] potiſſimum fundamentum [illegible] habitus [illegible] ergo & ſupernaturales producuntur [illegible] ſupernaturales: patet enim ratio [illegible] D. Th. [illegible] d. 3. q. 1. n. 9 [illegible] c. 2. docuit, ad habitum [illegible] conſequenter tamen [illegible] probatio [illegible] eſt a nobis tractata præced. [illegible] ab Anto. Perez. cert. 7. [illegible] n. 3. & [illegible] non experimur [illegible] habitum: ergo conc[illegible] generationem, [illegible] per accidens, ſicut [illegible] nulla [illegible] ſunt habitus [illegible] neceſſariam ad recipiendam [illegible] eius conſeruationem: [illegible] non eſt per ſe [illegible] ſed per accidens, [illegible] actus naturales ſunt cauſæ per ſe [illegible] habitum, & non [illegible] eſſe cauſas [illegible] totales, [illegible] & totales [illegible] ad A[illegible] præced. [illegible] non idem [illegible] ſupernaturales [illegible] habitum [illegible] [illegible].

73 2. Senten. [illegible] Anto. Perez. ſu[illegible] non [illegible] infuſas, [illegible] infuſas.

74 3. Senten. 3 Sententia [illegible] Perez ſupra. c. 8. [illegible] Perez [illegible] Aragon [illegible] 6. [illegible].

1. Ratio. [illegible] Prima eſt [illegible] actui [illegible] ſubſtantiam [illegible] cum [illegible] ijs, [illegible] acquiſitis, & ideo [illegible] accendi habitus

Reijcitur. ſupernaturales. ſed hæc ratio nō placet, quia a tractatu de gratia oſtendam, actus virtutum infuſarum eſſe naturales in ſubſtantia.

2. Ratio. 2. Ratio eſt, quia ſi habitus crearentur vel ſaltē educūtur de potētia obedientiali ſubiecti: creatura autem nō pōt creare, nec educere formā de potentia obedietiali. Sed hæc ratio de

Reijcitur. qua multa Anto. Perez cert. 7. c. 9. n. 50. non placet, quia [illegible] de gratia oſtenda, gratiā & alios habitus infuſos nō creari, ſed educi de potentia [illegible] ſubiecti, & ideo illi crearentur [illegible] de potētia obedientiali poteſt creatura, vt patet in actibus ſupernaturalibus, nā de potentia obedientiali [illegible] naturalibus producūtur, tanquam a cauſis efficientibus principalibus, licet [illegible], vt ait Anto. Perez ſupra c. 2. n. 16. Deinde, etiā ſi admitteret [illegible] hæc entia creari, [illegible] non creantur ex nihilo, ex [illegible] poſſe hæc creatio tribui creaturæ: [illegible] D. Tho. [illegible] 45 a. 1. & alij docent, creaturam non poſſe [illegible], intelligitur de creatione ex nihilo.

75 3. Ratio. 3. Ratio eſt, quia habitus iſti ſunt cauſæ æquiuocæ [illegible] cauſa æquiuoca [illegible] ratione vtitur Anto. Perez cert. 7. [illegible] 50. Sed non ſubſiſtit: nam etiam habitus naturales ſunt cauſæ æquiuocæ ſuorum actuum: tamen ab illis [illegible], à quibus [illegible] ipſi habitus, vt à cauſis partialibus: [illegible] ergo nō idem dicemus de habitibus [illegible] ſupernaturalibus? forte dices, non eſſe ſimile, quia habitus naturalis nō eſt cauſa æquiuoca [illegible] neceſſaria, [illegible] ſupplente habitum, & qua [illegible] habitus & potentia, principalis [illegible] cauſa [illegible] quam ille. Attamen hoc non ſatisfacit. Quid enim obſtat [illegible] id quod poſſet fieri ab alio, vt à cauſa neceſſaria & principali, [illegible] producere et [illegible] cauſa totalis, ſi eſt principalis [illegible] eiuſdem [illegible] actus [illegible] habet [illegible] habitus.

76 4. Ratio que [illegible] ſtur. 4. Tertia ratio eſt [illegible] ſupra, quia habitus iſti ſunt [illegible] ſupernaturales, quam ipſi omnes actus, ideo non poſſunt illos producere. Nec obſtat quod [illegible] obijciunt, [illegible] eſſe totaliter ſupernaturalem [illegible] tamen [illegible] tione [illegible] aut tam extenſe ſupernaturalis [illegible] habitus eſt ſupernaturalis in ordine ad omnes ſuas cauſas, actus vero [illegible] receptiorem ſententiam [illegible] à [illegible] naturali tanquam à cauſa efficienti principali: & & quamuis actus ſit principalior habitu, & eius

eius ſupernaturalitas ex adiunctis etiam ſit perfectior ſimpliciter, tamen intra latitudinem ſupernaturalitatis eſt imperfectior, ſicut ratio primi principij videndi,vt ſic,eſt excellentior in aquila quam in homine, quia eſſentialiter eſt radix perfectioris viſionis,ex adiunctis autem illa ratio eſt abſolute principalior in homine.

77 *5.Ratio. Quæ etiam recipiunt* 5. Ratio, quæ etiam à multis annis mihi ſemper placuit,& traditur ab Antonio Perez ſupra ca... & placet cõmuniter recentioribus.Nã habit⁹ ſupernaturales ſunt quaſi potẽtiæ,eo quod nõ ſolũ dát facile poſſe ; ſed etiã ſimpliciter poſſe:actus autẽ ſuã potentiã, aut quaſi potentiam,nequit producere, ideo &c.

6.R... 6.Ratio eſt, quia nõ implicat eſſe habitus aliquos qui ex natura ſua poſtulent à ſolo Deo produci,& hoc etiam pertinet ad dignitate Dei,vt ſibi excellentium habituum productio reſeruetur,& de lumine gloriæ videtur indubitatum,quod actibus noſtris produ ci nõ poſſit,& de gratia,ſi diſtinguitur à charitate,vt tenent D.Thom.& multi alij, nam ſecundum hanc opinionẽ gratia non eſt per ſe operatiua,ideo non petit produci proprijs actibus,nec vero petit produci alienis: quia nullus habitus poſtulat,aut poteſt produci actibus alienis,ſed illis ſolum ad quos inclinat: ergo ſimiliter poſſumus dicere,virtutes ſupernaturales non produci connaturaliter actibus noſtris, & alioqui virtutes infuſæ, non erunt naturaliter,aut moraliter connexæ inter ſe,aut cũ gratia,ſed miraculoſe,quia quælibet produceretur,& augeretur connaturaliter proprijs actibus,& non alienis,& ſic pariter ſẽper produci,& augeri eſſet miraculũ.

78 *Conf.* Conf.1.quia ſi iſti habitus connaturaliter comparantur noſtris actibus, nõ erunt perſe infuſi,imo ne infuſi quidem,ſicut nec ipſi actus ſupernaturales ſunt proprie,& ſecundum ſe infuſi,eo quod illos efficimus,ſed hi habitus dicentur vere & proprie acquiſiti,licet actibus ſupernaturalibus,contra commune modum loquendi omnium in ſcriptura fundatũ.

Conf.2. Conf.2.nam ſi fides producitur, & augetur noſtris actibus ſolum poterit proxime ſe extẽdere ad illas propoſitiones fidei,quæ ſemel ſunt creditæ,nã habitus intellectus producti per actus,ſolũ recipiunt extenſionem ad ſimiles omnino actus:conſequens eſt falſũ: ergo.

79 *7.R* 7. Omnes habitus acquiſiti, cuiuſcunque generis ſint,manent in peccatore, etiam hæretico quia connaturaliter ſolum deſtruuntur actibus ... bentibus,contrarietatem cum illis a quibus producti ſunt,vel cõtrarijs habitibus ... virtutes infuſæ non omnes manent in peccatore,& nullæ manent in hæretico,neque,quod in ipſo deſtruantur eſt miraculum:ergo nullo modo ſunt acquiſitæ, ac proinde, nec naturaliter acquiſibiles,& acquirendæ,ſi enim eſſent naturaliter acquiſibiles, & acquirendæ, non infunderentur à Deo,ſed ſolũ iuuaret ad actus quibus acquirendæ eſſent.

8. Actus ſupernaturales merẽtur de cõgruo infuſionem gratiæ,& virtutum ſupernaturalium;de cõdigno vero ipſarum augmentum: ergo hæc nõ efficiunt,nemo enim meretur dicitur per ſuos actus,quod per illos connaturaliter,& phyſice efficit.Conf.quia plus eſt producere quam augere, ſed actus noſtri non poſſunt phyſice augere virtutes infuſas: ergo nec producere: minor patet, nam ſi phyſice augerent virtutes,non augerent illas meritorie,vt oſtendimus. 80 *8.Ratio.* *Confir.*

9.Si actus noſtri phyſice & connaturaliter producunt,& augent hos habitus, id efficiẽt etiam ſi,nõ ſint plene liberi,imo etiã ſi nullo modo ſint liberi, quia libertas,aut maior libertas,nihil præſtat ad actionem phyſicam, & connaturalem:cõſequens eſt falſum:ergo. 81 *9.Ratio.*

10.Habitus infuſi non deſtruuntur phyſice noſtris actibus,ergo nec producũtur. Cõſeq. probatur,quia eadem ratio eſt de productione,& deſtructione,imo maior, quia facilius eſt deſtruere quam conſtruere, vnde multi qui negant vim producendi habitus infuſos noſtris actibus concedũt eis vim deſtruendi illos. Anteced. vero probatur: quia ſi habitus infuſi deſtruerentur noſtris actibus, illi tantum deſtruerentur, qui contrarietatem haberent cum vitijs quæ generarẽtur: paulatimq. fieret deſtructio,& non ſimul,& habitus exiſtentes in intellectu etiam per errores veniales,vel omnino inculpabiles deſtruerentur, & exiſtẽte in volũtate & appetitu, per actus veniales ex leuitate materiæ, vel indeliberatione, ... eandẽ vim naturalẽ deſtruẽdi habẽt quã alij.Cõſequens eſt omnino falſum:ergo. *10.Ratio.*

Conf.quia actus fidei nõ corrumpit phyſice habitũ hæreſis,alioqui ... hæretico recẽs conuerſo ad fidem ... , nõ maneret habitus hæreſis ... contra experientiam, ... prolixius manere ... nec actus hæreſis corrumpit phyſice habitum fidei.Et certe ſi corruptio fieret ab ea phyſice,ſolum corrumperetur fides circa articulũ in quo erratur:conſequens eſt falſum:ergo hæreſis nõ corrũpit fidẽ effectiue phyſice,quãdo autẽ D.Th.2.2.q. 24.a.10.& 1...ait,peccatũ non ſolũ meritorie, ſed etiã effectiue deſtruere charitatẽ loquitur de efficiẽtia appoſitiua moralis impedimenti vt ipſemet explicat,nõ de efficientia deſtructionis in ſeipſa. 82 *Conf.*

11 In productione & augmẽto phyſico nõ habetur ratio maioris bonitatis moralis,ſed intẽſionis:ſed in augmẽto & productione habituum 83 *11.Ratio.*

bituum infuſorũ habetur ratio bonitatis moralis,& non ſolius intenſionis: ergo productio & augmentum habituum infuſorum non fit effectiue phyſice noſtris actibus,ſed meritorie,aut diſpoſitiue moraliter mi.prob. quia licet quælibet intenſio contritionis ſufficiat ad comparandã gratiam , vt contra Adrian. quæſt.5.de pœnit.& quod lib.5.art.3. & cõtra Scot.4.d.14.q.2.artic.2.§.de.3.dico lit.N.&.O. communiter docetur,tamen ſi ratione extẽſionis,vel difficultatis melior ſit contritio,licet non ſit intenſior,dabitur maior gratia, & idem eſt de augmento:ergo.

84 Ratio 12. 12.In peccatore dantur aliqui actus prudẽtiæ infuſæ,temperantiæ,iuſtitiæ, pœnitentiæ (v.g.attritio)& ſimilium virtutum:non tamẽ habitus:ergo actus ſupernaturales non generant habitus ſupernaturales,ergo nõ habent talem vim,vel vſu eius miraculoſe priuãtur: quod eſt abſurdum.

85 Alia rationes friuolæ. Omitto alias rationes quæ & falſa ſupponunt,& male procedũt,vt quod actus iſti ſũt tantum inſtrumentaliter à potentia, ideo nõ producunt hos habitus.Itẽ quod etiã. 1. actus eſt ab habitu,ideo illum non producit. Nam falſum eſt potentiam ſolum concurrere inſtrumentaliter adhos actus,vt tom.1. tract. 2. oſtendimus agentes de viſione Dei ;& licet ſolum eſſent ab ea inſtrumẽtaliter, aut mere paſsiue,eãdem vim haberent, quam ſi eſſent producti ab ea,vt à cauſa principali:ergo idẽ producerent.Item falſum eſt. 1. actum ſupernaturalem eſſe ab habitu,nam actus eſt prior ex Trid.ſeſſ.6.c.5.&.6.& can, 3. &, 4. & licet eſſet ab habitu,& ideo illum nõ produceret, tamen,ſi vim haberet eius productiuam,produceret illum,ſi non inueniret illum productũ, & cum inuenit productum,phyſice ipſum augeret:quod eſt falſum.

86 Deinde quod aliqui dixere, virtutes morales infuſas produci noſtris actibus;non vero Theologicas, inconſequenter eſt dictum, cũ eadem ſit ratio de vtriſque:nam eandem proportionem cum ſuis actibus habent Theologicæ,& morales infuſæ:ſicut etiã acquiſitæ, & fictitium eſt dicere,quod actus moraliũ à Theologicis confortentur ideo poſſint producere proprios habitus,nõ vero actus Theologicarum,quia non habent vim ſuperiorem à qua confortentur . Nam actus non producunt habitus aliena vi:ſed propria.

87 Nullæ ergo virtutes infuſæ actibus noſtris ꝓducũtur,vel augẽtur:colligit ex diffinitione virtutis infuſæ tradita ab Aug. 2.de lib. arb.c. 18.& recepta ab omnibus, *eſt bona qualitas,&c. Quã Deus in nobis,ſine nobis operatur*,vide Bañes 2.2.q.24.a.6.dub.1.Caiet.eod.a. Cord. lib.1. q. 9.D.Tho.1.d.17. q.2.a.2. .2.q.51.a.4.q.1.de virtut.a.11.Franciſ.de Chriſto.1.d.26.q.6. Altiſio. 3.ſum.tract.5.c.5.Greg.1.d.17.q.5.Gab.q.4.Carthuſ.quæſt.2.Viguer.cap.12. §. 1. in principio. Aragon & Anto.Perez ſupra,Durand. 1. d.17. quæſt.8.&.3.d.27.Marſil.4.q 10.Almai. 2.mor. qui omnes,& alij docent charitatem & alias virtutes infuſas non effici,nec affectiue augeri actibus noſtris.

Ex quibus patet ad fundamentum. 1. &. 2. ſententiæ.Sed adhuc arguitur in earum gratiam.1.Nam ſcriptura , concilia & ſancti dicunt,nos eſſe cooperatores Dei in noſtra iuſtificatione & eius augmento,ergo actus noſtri efficiunt & augent gratiã,reliquoſq. habitus infuſos,antec.patet.1.Cor.3.*Dei adiutores ſumus*.Philip.3.*cum timore & tremore veſtram ſalutem operamini*.1. Ioan. 3. *nos ergo,debemus recipere fratres,vt operatores ſimus veritatis*.1.Ioan. 3. *qui habet ſpem hanc in eo,ſanctificat ſe , ſicut & ille ſanctus* eſt.2.Tim.2.*ſiquis emundauerit ſe ab iſtis, fiet vas in honorẽ*.Ezech.18. &.33 *ſi impius a uerterit ſe ab impietate ſua,ipſe animam ſuam viuificabit*,vide etiam Rom.2.Eccleſ.2.& Trid. ſeſſ.6. damnat eum,qui dixerit,hominem non cooperari ad conſequendam ſuæ iuſtificationis gratiam,& Auguſt.tract.40.in Io.ait , *quis nos caſtificat,niſi Deus;ſed Deus,te nolentem, non caſtificat,igitur,quod adiungis voluntatem tuam Deo, caſtificas te ipſum* & Damaſ.4.fidei cap. 20. ait, non ſolum Deum,ſed etiam voluntatem humanam facere vaſa honoris.¶2. Quia vltima diſpoſitio cauſat effectiue formam: ſed actus noſter nempe contritio eſt vltima diſpoſitio ad gratiã:ergo cauſat illam effectiue.¶3.Quia Theologia eſt habitus ſupernaturalis & quatenus practicus,eſt prudentia ſupernaturalis, tamen producitur actibus noſtris: ergo idem dicendum de alijs virtutibus ſupernaturalibus.¶4.Quia ſi charitas non augeretur effectiue actibus noſtris,augeretur etiam per actus remiſſiores,nam ad augmentum ex vi meriti parum refert,quod actus ſint intenſiores, aut remiſſiores:conſequens eſt contra S. Th. 2.2.q.24.a.6.ergo augent hos habitus effectiue phyſice,& ſicut viuens vita naturali auget ſe phyſice effectiue,ita videtur iuſtum viuentẽ ſupernaturali vita , debere augere ſe phyſice effectiue. 88

Sed hæc argumenta leuiſſima ſunt. Ad 1. namque dicitur,omnia illa teſtimonia ſignificare hominem cauſare ſuam gratiam, virtutes,& earum augmentum meritorie de congruo,vel de condigno,aut diſpoſitiue moraliter.Ad.2 Reſp.nec in naturalibus vltimam diſpoſitionem,cauſare effectiue formam,vel eius vnionem , ſed quod producit vltimam diſpoſitionem efficit formam,vel eius vnionem,inſupernaturalibus autem nec diſpoſitio,nec omne,quod illam efficit , efficit formam,quia non eſt diſpoſitio phyſica ſed moralis. 89

ralis.Ad.3.Reſp.Theologiam non eſſe habitum ſupernaturalem in ſubſtantia,ſed quantum ad aliquid præſuppoſitum,quod eſt diuina reuelatio.Nam cum ſolo concurſu Dei,vt authoris naturæ poteſt homo diſcurrere ex reuelatis & comparare Theologiam,& licet demus eſſe habitum ſupernaturalem in ſubſtantia & produci proprijs actibus,adhuc cõcedendi ſunt alij habitus ſupernaturales eminentiores non producibiles actibus noſtris, ſed à ſolo Deo,& tales ſunt gratia,& omnes virtutes infuſæ.

90 Ad.4.Reſp.charitatem augeri per actus remiſſiores,vt oſtẽdemus in materia de gratia, & in materia de charitate:& licet datemus contrarium,id non eſſet quia actus charitatis augeant illam effectiue phyſice, ſed quia expedit,vt Deus in augmẽto charitatis accõmodetſe augmento habituum naturalium, quod ſolum fit per actus intenſiores, quo nõ obſtante dicendum eſt,actus remiſſiores mereri non ſolum augmentum gloriæ, vt docet Durand.1.d.17.quæſt.8.iuxta id Math.10.*capilli capitis veſtri omnes numerati ſunt, & quicunque dederit vni ex minimis iſtis calicẽ aquæ &c.* Trid. ſeſſ.6.cap 10.&.16.24.26.&.32.& Arauſ.2.c.18. ſed etiam charitatis in alia vita vel cum proruperit homo in actum intenſiorem. Vnde quod ait Concil.Arauſic.2.cap.20. multa bona facit Deus in homine, quæ non facit homo,potiſſime intelligitur de habitibus ſuper naturalibus,& eorum augmẽto, & quod ait, Aug.Pſal.118.concione.126.in illa verba feci iudicium & iuſtitiam,*iuſtitiæ nomine hoc loco, non ipſam virtutem,ſed eius opus ſignificatum eſſe: quis enim facit in homine iuſtitiã,niſi qui iuſtificat impium,hoc eſt,per gratiam ſuam ex impio facit iuſtum.Vnde aut Apoſtolus iuſtificati gratis per gratiã ipſius:facit ergo iuſtitiam,ideſt,opus iuſtitiæ qui habet in ſe iuſtitiam,ideſt opus gratiæ.*Non ſolum de prima iuſtificatione,ſed etiã de eius augmẽto intelligendum eſt.Vnde in Trid.ſeſſ.6.c.6. &.7.diſponere ad iuſtificationem,& eius augmentum tribuitur actibus noſtris,efficere autem Deo. Iuxta id Rom.5.*Charitas Dei diffuſa &c.*Hic aliqui inquirunt,an per actus virtutum,perſe infuſarum aliæ generentur,de quo late egimus,tract.10.diſp.5.ſectione.6.

SECTIO. X.

An dari poſsit de potentia abſoluta Dei,aliqua ſubſtantia ſupernaturalis cui prædictæ virtutes ſint connaturales.

SVPPONIMVS,ſi daretur ſubſtãtia ſupernaturales illam omnem vel aliquã debere eſſe intellectualis naturę,& capacem virtutis,niſi diceretur ipſam debere eſſe ſuam virtutem,quemadmodum ſubſtãtia Dei eſt eius virtus,quod ſatis abſurdum eſſet; quia ſicut, nec de potentia abſoluta dari poteſt ſubſtantia ſupernaturalis, quæ ſit ſua operatio, ita nec quæ ſit ſua virtus,ſi ergo daretur ſupernaturalis ſubſtantia, nõ eſſet ſua virtus,ei tamẽ ſupernales virtutes intellectus & voluntatis eſſent connaturales,vno è duobus modis: alter eſt,quoniam tales virtutes eſſent ei inditæ,aut naturaliter fluentes à natura,ſicut multi dicunt, angelis eſſe inditas, & naturaliter fluẽtes virtutes ordinis naturæ:alter eſt, quia illi eſſet connaturale elicere actus ſupernaturales,& per illos producere inſeipſa habitus ſupernaturales, quemadmodum ſubſtantiæ naturales per actus naturales producunt in ſe habitus naturales.Aut certe ponenda eſſet vna ſubſtantia ſupernaturalis intellectualis, cui eſſent connaturales.1.modo: altera vero cui eſſent connaturales.2.modo.Sicut ſecundum aliquos datur vna ſubſtantia intellectualis naturalis, cui ſit connaturale habere virtutes inditas,alia vero,cui ſit connaturale habere eas acquiſitas. Quod ſi diceretur,ponendæ eſſent in illis ſubſtantijs virtutes diuerſę rationis,nam in vna earum eſſent virtutes perſe inditæ in alia vero perſe acquiſitæ: ſiquidem,ſi in vtraque eſſent eiuſdem rationis,etiam actus eſſent eiuſdem rationis,& ſicut in vna producunt habitũ ita poſſent producere in alia,& reuera producerent: fruſtra enim infunderentur, vel ingenerarentur habitus,qui tam facili negotio poſſent proprijs actibus comparari: & eodem argum. probaretur virtutes ſupernaturales illius ſubſtantiæ,cui eſſent naturaliter congenitæ, & non acquiſibiles proprijs actibus,fore diuerſæ rationis à noſtris,ſi vt communior & probabilior opinio fert,non poſſunt actibus noſtris ſupernaturalibus produci. Hoc ſuppoſito ſolum eſt quæſtio,an dari poſſit de potẽtia abſoluta ſubſtantia ſupernaturalis:de qua quæſtione ſufficerent dicta à nobis,tom.1.tract.2. diſp.3.ſect.2.num.20.&.21.niſi rem ſatis clarã nonnulli iunctis multis erroribus obſcuraſſent,non intelligentes,in quo ſupernaturalitas conſiſtat,ex quo pendet quæſtio hæc de ſubſtantia ſupernaturali.¶ ergo inueſtigabimus, quid ſit ſupernaturalitas, deinde an ſubſtantia aliqua creata ſupernaturalis eſſe poſſit. 91

§.1.Quid ſit ſupernaturalitas.

De

Digitized by Google

92 *1.Opinio.* De hac re fuſe agit doctiſſimus,& mihi cha-
riſſimus Magiſter. F. Anto. Perez, certami.4.
Scholaſt.cap.3.& Cabrera.3.p.q.2.ar.12.diſp.2.
1.Sententia ſupernaturalitatem conſtituit in
eo quod aliquid ſit indebitum ei, cui ſuper-
naturale dicitur,& præter exigentiam ipſius.
Hæc ſententia facile cõfutatur,nam lux, ſpe
cies viſibiles & aliæ qualitates abſolute, vel
in certo gradu ſunt indebitæ aeri & præter
exigentiam ipſius:tamen non ſunt ſupernatu
rales ſimpliciter, neq. aeri. Item quia hic nõ
quęrimus,quid ſit ſupernaturale huic,vel illi:
ſed quid ſit ſupernaturale ſimpliciter & ab-
ſolute.

2. Sent. eſt,ſupernaturale eſſe ad quod res
93 *2.Opinio.* nullam habet naturalem inclinationem, vel
propenſionem.Sed hæc ſent.facile etiam re-
ijcitur.Nam ad mortem deſtructionẽ, & alia
mala,& ad figuras & formas fortuitas,vel ar-
tificiales non habent res naturales,vt lapides
ligna &c. naturalem propenſionem : tamen
illa non ſunt ſimpliciter,neque his ſuperna-
turalia.Conf.nam aer eſto habeat naturalem
propenſionem ad lucem,ſpecies viſibiles, &
alias huiuſmodi qualitates:tamen non habet
inclinationem ad vnum indiuiduum potius
quam ad aliud,quia nõ magis perficitur vno
quam alio eiuſdem intentionis,tamen natu-
rale eſt illi habere quod reipſa habet,ergo ſu
pernaturalitas non conſiſtit in eo, quòd ali-
quid ſit præter talem inclinationẽ: idẽ argu.
fit in materia.1.quæ non appetit magis vnam
numero formam, quam aliã æque perfectã:
tamen quamcunq. illarum habere eſt ei na-
turale.Deinde ſi in rebus ad perfectiones ſu-
pernaturales nõ eſt naturalis inclinatio (cu-
ius tamen oppoſitũ multi ſentiunt) hoc pro-
uenit ex eo quòd illæ ſint ſupernaturales:er-
go non eſt dicendum,ideo eſſe ſupernatura-
les,quia ſunt præter inclinationem & propẽ-
ſionem naturalem. Deinde hic non agimus
de ſupernaturalitate reſpectu huius,vel alte-
rius,ſed de ſupernaturalitate ſimpliciter,quę
ab hac ſententia non explicatur,ſicut neque
à præcedenti.

94 *3.Opinio.* 3.Senten ait, ſupernaturalitatem cõſiſtere
in attingentia,vel participatione Dei,vt in ſe
eſt:Vnde gratiam in tantum eſſe ſupernatura
lem,in quantum eſt ratio aſſimilandi creatu
ram Deo,vt eſt in ſe.& habitus ſupernatura-
les ideo eſſe ſupernaturales,quia ſunt actiua
principia attingendi Deum prout eſt in ſe.
Sed hæc ſententia falſa etiam eſt.¶1.Quia om
nes perfectiones naturales præſertim quæ
ſunt perfectiones ſimpliciter,ſunt participa-
tiones Dei,vt eſt in ſe:continent enim entita
tem,vitam, intelligentiam,cognitionẽ, ſub-
ſtantialitatem,& ſimilia,quæ ſunt formaliter
in Deo,& non ſunt participationes Dei, vt
eſt in creaturis: ergo ad ſupernaturalitatem
non ſufficit eſſe participationem Dei,vt eſt
in ſe.Conf. nam omne agens intendit aſſimi
lare ſibi paſſum,& effectum ſibi ſimilem pro
ducere,ac proinde communicare ſe,quod in
Deo etiam vt authore naturæ veriſſimũ eſt,
ergo ſtando in ſolo ordine naturæ dantur mul
tæ participationes Dei,vt in ſe eſt: tamen nõ
dantur ſupernaturalia:ergo ſupernaturalitas
non conſiſtit in participatione Dei, vt in ſe
eſt.

2.Aliqui hanc ſent.reijciunt, quia per phi 95
loſophiam naturalẽ, vel metaphyſica & per
amorem naturalem attingimus Deum,vt eſt
in ſe,& non vt eſt in creaturis:ergo ſuperna-
turalitas non conſiſtit in hoc,quod eſt attin-
gere Deum, vt in ſe eſt.Adhoc repõdent ad-
uerſarij attingere Deum,vt in ſe eſt,eſſe attin
gere illum proprio conceptu,vel ſpecie.Quo
pacto ſolum attingitur Deus à beatis.Verum
hæc ſolutio non ſatisfacit, quia etiam hoc
modo poſset Deus attingi actu mere naturali
quoad ſubſtantiam, nam qui vident Deum,
ex vi viſionis non ſolum amant illum in ſe
amore ſupernaturali,ſed etiam naturali, qui
eſſet,ac permaneret ſi Deus voluntati viden-
tis ipſum negaret concurſum ad actum dile-
ctionis ſupernaturalis,non negato concurſu
naturali ad actum dilectionis naturalem.
Deinde ſi in attingentia Dei in ſe modo dic-
to cõſiſtit ſupernaturalitas, cognitio Dei per
fidem,vel ſcientiam infuſam,vel dona ſpiri-
tus Sancti, aut alios habitus ſupernaturales,
non eſſet ſupernaturalis, quia non attingit
Deum in ſe illo modo:ac proinde neque ipſi
habitus eſſent ſupernaturales,& nec ſpes,nec
virtutes morales per ſe infuſæ eſſent ſuperna-
turales,quia non attingunt Deum vt eſt in ſe
magis quam naturales. Dices,eſſe ſupernatu-
rales,quia ex natura ſua ordinantur ad actus
viſionis,& dilectionis beatificæ, quibus attin
gendus eſt Deus,vt eſt in ſe.Contra quia non
ordinantur ad actus beatificos,niſi per modũ
diſpoſitionum moralium,vel meritorum, &
habent diſponere moraliter,& mereri in ho-
mine iuſto ſine relatione formali in Deum,
eo quod ſunt ſupernaturales,ergo non ſumi-
tur ſupernaturalitas in ipſis,ex eo quod diſ-
ponant ad actus beatificos,vel illos merean-
tur.Sed potius ratio diſpoſitionis, & meriti
fundatur in ſupernaturalitate ipſorum.

Eodem modo gratia iuſtificans immedia-
te ſecundum D.Tho.afficiens eſſentiam ani-
mæ,non ideo eſt ſupernaturalis,quia eſt fun-
damentum,radix,vel origo viſionis,& dilec-
tionis beatificæ medio lumine gloriæ & cha-
ritate,ſed potius quia eſt excellentiſſima for-
ma ſupernaturalis afficiens ſubſtãtiam ani-
mæ,& pulcherrimam eam conſtituens, ex-
poſcit

poſcit nõ tam phyſice(de quo in materia de
gratia)quam moraliter, vt illam ſequantur
fides,& alij habitus in hac vita & lumen glo-
riæ in alia:non ergo ſumitur eius ſupernatu-
ralitas ex ordine ad actus, quibus attingitur
Deus in ſe,ſed aliunde.

96 3.Validiſſime pugnat contta hanc ſentent.
quod omnia miracula continent aliquid ſu-
pernaturale,ſaltem modum,quo efficiuntur,
qui tamen nullatenus reſpicit Deum,vt in ſe
eſt.v.g.modus exiſtendi Chriſti in Euchari-
ſtia,vel ſi poneretur idẽ corpus circumſcrip-
tiue,& viſibiliter in pluribus locis, vel idem
accidens in pluribus ſubiectis, non reſpicit
Deum,vt attingibilem per actus beatificos,
ergo non conſiſtit in hoc ſupernatura'itas,&
alioqui qui iudicarent modum illum eſſendi
vel agendi eſſe ſupernaturalem iudicarent
reſpicere Deum,vt attingibilem actibus bea-
tificis,quod eſt ridiculum.

97 4.Sent.eſt ſupernaturalitatem conſiſtere
4. Opinio. in proportione quadam cũm Deo,vt Trinus
eſt,ſicut naturalia habent proportionem cũ
Deo,vt vnus eſt. Explicatur iſta proportio,
quia naturalia procedunt à Deo, vt Deus eſt
abſtrahendo à pluralitate perſonarum: ſuper
naturalia vero à Deo,vt eſt communicabilis
tribus perſonis.Hæc tamẽ ſent. abſurdiſſima
eſt.¶1.Quia Deus nec naturalia,nec ſuperna-
turalia producit, vt Trinus: relationes enim
quibus perſonæ diuinæ conſtituuntur,actiuæ
non ſunt,imo nec conditiones agendi, & ſi
Deus vnicam tantum perſonalitatem habe-
ret,eoſdem effectus producere poſſet, quos
modo,præter eos,qui intrinſece reſpiciunt
Trinitatem ipſam,vt aſſenſus fidei quo Deus
iudicatur Trinus,nam cum omnis aſſenſus
fidei ſit intrinſece verus & infallibilis, eo
quod nititur teſtimonio Dei tanquam ratio-
ni formali ſub qua,& ſpecificanti; tunc autẽ
talis aſſenſus verus eſſe nõ poſſet, non poſſet
Deus illum producere, ſecus aſſenſum fidei
de vnitate,ſapientia,iuſtitia Dei & cæteris aſ-
ſertis à Deo,qui aſſenſus eſſet tunc ſuperna-
turalis,& ſimiliter amor Dei per ſe poſtulans
ſupernaturalem aſſenſum,& viſio Dei, & alij
multi actus virtutum Theologicarum & mo
ralium ſupernaturales eſſent,alioqui poſſent
ſolis naturæ viribus fieri,quod eſt falſum, &
inopinabile, nec enim ſancti & concilia,Põ-
tifices,& ſcripturæ petunt actus , & habitus
ſupernaturales propter ſolam Trinitatem, vt
ſic illis attingendam, ſed etiã propter ipſam
deitatem,vt oportet,cognoſcẽdam, amandã
volendam,&c.

98 Conf.1.quia ſi viſio ſolum eſt ſupernatura-
les in ordine ad Trinitatem,Deo negante au
xilium ſupernaturale videri naturaliter poſ-
ſet deitas ſine Trinitate,ſicut tenemus de po-
tentia abſoluta videri poſſe diuinitatem non
viſa Trinitate,vt ſic & formaliter.¶2.Quia li-
cet Deus per impoſſibile non eſſet Trinus,
poſſent dari gratia vnionis, & habitualis &
caracteres,aliæq. ſimiles qualitates,quæ ſunt
ſupernaturales in ſubſtantia:tamen non reſ-
picerent Deum,vt reuera Trinum: idemque
eſſet de modis eſſendi,vel operandi miracu-
loſis: ergo ſupernaturalitas non conſiſtit in
reſpectu intrinſeco ad Trinitatem vt exiſtẽ-
tem,& ideo facile homines fideles & infide-
les concipiunt,& conceperunt ſemper ſuper
naturalitatem,nihil de Trinitate conſiderã-
tes,aut cogitantes.

Conf.3.nam ſi aliqua ratione ſupernatu-
ralitas ſumeretur à Trinitate,vt ſic,maxime, 99
quia proprium eſſet rerum ſupernaturalium
intrinſece reſpicere Trinitatem,vt ſic:ſed hæc
ratio eſt nulla:ergo.Maior eſt aduerſariorum
min. vero probatur,nam Trinitas actu natu-
rali poteſt attingi,non ſolum propter autho-
ritatem humanam,ſed etiam propter autho-
ritatem diuinam,vt propter motiuum, quam
uis non vt propter rationem formalem ſub
qua vt patet in hæretico negante alios articu
los,& non Trinitatem,& ſimiliter,ſi Deus re
uelaret catholico myſterium Trinitatis &
negaret ei auxilium ſupernaturale ad aſſen-
tiendum,ille aſſentiretur actu naturali,vt re-
cte dicit Ant.Perez ſupra,num. 46. ergo non
eſt proprium fidei aſſentiri myſterio Trinita
tis.Dices eſſe proprium illi aſſentiri myſte-
rio Trinitatis propter diuinam reuelationẽ,
vt propter rationem formalem ſub qua ſeu
aſſentiri modo proportionato tali obiecto,
aut diuinæ reuelationi.Contra quia hoc idẽ
habet fides erga alia myſteria,præſertim diui
nitatis,ergo non eſt cur magis eius ſuperna-
turalitas capiatur a myſterio Trinitatis, quã
ab alijs,& ſimiliter cum cæteri actus, & habi
tus ſupernaturales,vel non reſpiciant intrin-
ſece fidem,vel non magis reſpiciant illã,qua
tenus illa reſpicit Trinitatem,quã quatenus
reſpicit alia myſteria,neque ipſi immediate
reſpiciant Trinitatem magis quam alia obie
cta,non ſumetur eorum ſupernaturalitas in
ordine ad Trinitatem.

Conf.4.nam multi actus & habitus ſuper- 100
naturales videntur nullo modo reſpicere in-
trinſece Trinitatem formaliter: ratio autem
ſpecifica & eſſentialis in actibus & habitibus
ſumi debet ex ordine formali intrinſeco ad
obiectum . Ergo tales actus non ſunt in ſua
ſubſtantia & eſſentia ſupernaturales ex ordi-
ne ad Trinitatem,vt Trinitas eſt,ſed aliunde.

5.Sent.eſt eſſe aliquid ſupernaturale, nihil 101
aliud eſſe, quam eſſe aliquid diuinum,ſeu or 5. Opin.
dinis diuini. Quia ens ſupernaturale eſt ens
ſupremi & vltimi ordinis, talis autem ordo
eſt

Digitized by Google

eſt diuinus.Ita fuſe Anton.Perez ſupra, num. 48.reiectis antea alijs opinionibus. Sed certe hoc eſt ignotum per ignotius,vel notum per ignotum explicare:quid enim eſt aliquid eſſe ordinis diuini?Idem ſane author num. 50. fatetur non minus clauſum & inexplicabile hoc nobis eſſe quam quid ſit Deus.Sed à poſteriori explicari poſſe, vt in primis omnia quæ ſunt formaliter in Deo ſint diuini ordinis,& ſupernaturalia.Deinde quę Deus operatur in nobis vt proportionato modo perfruamur illo,& cum intra proprium ordinē, & iuxta exigentiam & eleuationem obiecti attingamus ſiue per aſſimilationem per gratiam,ſiue per cognitionē per fidem, ſiue per amorem per charitatem &c.Sed hæc non minus obſcura ſunt quam priora:quia eſſe intra proprium Dei ordinem & eſſe diuini ordinis ſynonyma ſunt & æqualem habent obſcuritatem,& attingere Deum proportionato modo obſcuriſſimum:in quo,enim conſiſtit proportio? Deinde multa ſunt ſupernaturalia quæ nec attingunt formaliter Deum, nec ad ipſum attingendum ordinantur,vt miracula quæ fiunt circa creaturas corporales, quod mortuis vita,cæcis viſus,ſurdis auditus reſtituatur, quod idem corpus, ſit modo naturali,aut modo ſacramentali in pluribus locis,quod dimenſiones ſe penetrent,quod aliquid operetur vltra ſphæram ſuæ actiuitatis. Dices hæc ordinari ad cognoſcendam potentiā Dei,vel ad habēdā fidem. Certe illa hoc ex ſua natura non reſpiciunt,& prius nos intelligimus eſſe ſupernaturalia,& inde colligimus non potuiſſe fieri niſi à Deo, ergo non ſunt ſupernalia,quia Dei potentiā reſpiciunt vel indicant,ſed aliunde,& quando nō fiunt ad proteſtandum myſteriū aliquod fidei,non conducunt ad illud credendum:ergo non ex ordine ad fidem habent ſuam ſupernaturalitatem,ſed aliunde.

102 *6.Opinio.* 6.Sent.eſt illud eſſe ſimpliciter ſupernaturale,quod vniuerſam naturam creatā & creabilem exuperat,& ſiue in eſſendo,ſiue in operando non ſequitur leges naturæ, ſed eleuatiorem habet rationem & regulam. Ita Cabrera diſp.cit.§. 2. nu. 17. ſed parum conſtanter,poſtea enim videtur alijs modis ſupernaturalitatem explicare,& non placet quia res non eſt ſupernaturalis,eo quod in operando non ſequatur leges naturæ, alioqui homines angeli &aliæ res quādo ſupernaturaliter operātur,maxime ſi nunquā poſſent naturaliter operari,eſſent entia ſupernaturalia,quod eſt falſum. Itē ſupernaturalia,quæ nullā habent operationem,veluti eſſe in duobus locis & ſimilia,ſupernaturalia non eſſent.Deinde ad hoc vt res aliqua ſit ſupernaturalis ſatis eſt in eſſendo non ſequi leges naturæ, ergo fruſtra additur, nec in operando maxime ſi modus operandi ſequatur modum eſſendi.

Dico ergo ſupernaturale ſimpliciter nihil aliud eſſe quam id quod ſuperadditur omni ordini naturæ, ita vt in nullo ordine naturæ ſolitarie ſumptæ reperiri poſſit, eo quod nec à Deo vt authore naturæ, nec ab vlla naturali cauſa prouenire poſſit, ſiue id tale ſit ſimpliciter res aut entitas, ſiue modus ſubſtantialis, vt vnio hypoſtatica, ſiue accidentalis, vt corpus eſſe in pluribus locis, vel eſſe totum in toto aliquo loco, & totum in qualibet parte, vel operari ad quamcunq. diſtantiam,&c. Hoc dicunt ipſi termini, nam ſupernaturale ſignificat id quod ſupra naturā eſt.Vbi particulā,ſuper,non ſignificat ſuperioritatem in perfectione, nā Deus vt naturæ author, naturalis eſt & ipſa natura naturans, vt dicere philoſophi ſolent, imo ſecundum ſuam ſubſtantiam naturalis eſt,quia in quolibet naturali ordine, vt reliquorum principium, neceſſario debet inueniri,tamen ſuperior eſt in perfectione omnibus entibus creatis ſupernaturalibus, & ſubſtantia angeli & hominis naturalis eſt, tamen perfectior eſt ſuis accidētibus ſupernaturalibus, ſaltem aliquibus, & quis dubitat quin perfectior ſit ſubſtantia ignis,v.g. quam modus ſupernaturalis operandi ad quamcunq. diſtantiam, vel exiſtendi in duobus locis adæquatis, & c. Ergo illa particula, ſuper, non dicit ſuperioritatem in perfectione, ſed ſuperadditionem ad ordinem naturæ quemcunque. Eſt autem ordo naturę, quē ſubſtantiæ creatæ, vel creabiles expoſcunt,vt vnaquæq. poſcit accidentia proportionata & commenſurata ſuæ ſubſtantiali entitati & perfectioni,tam intrinſeca,qualia ſunt paſſiones,potētiæ,organa,&c. quam extrinſeca, qualia ſunt certus ſitus in vniuerſo.Quæcūq. in aliquo ordine ex multis qui à Deo fieri poſſunt,continentur,vel ad illum ſequi poſſunt,dicantur ordinis naturę, cætera vocã ſupernaturalia ſimpliciter. Sunt quidem multa ſupernaturalia perfectiſſima, & perfectiora multis,vel omnibus naturalibus,vt vnio hypoſtatica & forte gratia habitualis,viſio beatifica,& lumen gloriæ:verum non propterea ſunt ſimpliciter ſupernaturalia,ſed quia in nullo poſſibili ordine ſupernaturali ſolitarie ſumpto poſſunt reperiri atq. adeo ſunt ſuperaddita omni ordini naturæ, modo dicto,& licet hoc formaliter importet negationem, vel reſpectum aliquem: tamen fundatur in natura cuiuſcunque rei, vel modi,vt in natura vnionis hypoſtaticæ, viſionis beatificæ &c. & cum tale fundamentum ſit quid commune modis ſubſtantialibus,& accidentalibus,non poterit eſſe vniuocum, ſed analogum quia nihil intrinſecum eſt vniuoce com-

103 *7.Opinio authoris.*

ce commune ſubſtantiæ & accidēti maxime
cum conueniat vltimis differentijs ſecundū
ſe:nam aliquæ ſecundumſe habent, vt non
poſſint reperiri in ſolitario ordine naturæ, li
cet genus, quod contrahunt poſſit inueniri,
& tales ſecūdum ſe ſunt ſupernaturales. Vn-
de vere Ant.Perez,illo num.48.&.51. dixit ſu
pernalitatem analogice dici de ſuis inferiori
bus,quia intrinſece includitur in vltimis dif-
ferētijs Facile eſt inductione explicare, hanc
rationem ſupernaturalitatis habere omnia
entia, quæ communiter appellantur ſuperna
turalia:à qua re abſtineo,ne in rebus clariſſi-
mis immorando faſtidium generem. Vnde
bene. Vaz.1.p.diſp.44.ca.2.num.3. & diſp.214.
cap.2.num.8. & ſequentibus docet ſuperna-
turale accidens eſſe,quando creatam ſubſtā-
tiam perficit ſuper id quod omnis vniuerſe
ſubſtantia creata,ex ſuis principijs,& natura
li conſtitutione poſtulat.

§. 2. *Cur repugnet dari ſubſtantiam ſupernaturalem.*

Cabrera illa diſp.2. late diſputat, an & cur
104 humanitas Chriſti poſſit fieri ſupernaturalis
ſimpliciter & in ſua ſubſtantia. Miratus ſum,
hoc in quæſtionem vocari eſt enim,ac ſiquis
quæreret,an humanitas poſſit fieri angelitas
vel equinitas, quæ quæſtio eſſet ſtultiſſima,
nam conſtat vnam naturam aliam fieri non
poſſe,ſic ergo cum humanitas ſit ſubſtantiali
ter & eſſentialiter naturalis, qui fieri poteſt,
vt ſit ſupernaturalis in ſubſtantia,& eſſentia
ſua. Rationes tamen quibus conatur oſten-
dere humanitatem Chriſti non poſſe eſſe ſu-
pernaturalem in ſubſtantia & eſſentia ſua,
æque probant ex mente ipſius authoris non
poſſe dari de potentia abſoluta ſubſtantiam
ſupernaturalem:alias refert & nonnullas ſe-
quitur Antonius Perez,4.certamine Schola-
ſtico cap.t 2.4.&.5.quas breuiter oportet exa-
minare,& legitimam huius veritatis rationē
attingere,cum his enim in concluſ.cōuenio,
ſed non omnino in rationibus.

1.Ratio repugnantiæ ſubſtantiæ superna-
105 1. *Ratio.* turalis à non nullis aſsignatur,quia de ratio-
ne ſubſtantiæ ſupernaturalis eſt eſſe eandem
numero in tribus ſuppoſitis ad modum , quo
eſſentia diuina,hoc autē repugnat ſubſtātiæ
creatæ:ergo. Hanc rationē aſsignat Cabrera
diſp.citata.§.3.n.13.ſed ipſemet merito fatetur
eſſe ineſſicacem , & Antonius Perez ſupra,
c.1.num.13.eam reijcit,quia dici poteſt, quod
ſicut accidens ordinis diuini,vt gratia,& re-
liqua,non eſt vnum numero in tribus perſo-
nis,ſed deficit à diuina perfectione, quia eſt
aliquid creatum,quamuis ordinis diuini, ita
illa natura ſubſtantialis,quamuis eſſet ordi-
nis diuini;tantam tamen perfectionem non
haberet,vt eadem numero eſſe poſſet natu-
raliter in tribus ſuppoſitis. Eandem rationē
impugnant aliqui,quia perſonalitates diui-
næ ſunt ſupernaturales;tamen nō ſunt com-
municabiles tribus ſuppoſitis . Sed hæc im-
pugnatio infirma eſt, tum quia perſonalita-
tes diuinæ non ſunt ſupernaturales in ſuo eſ-
ſe, ſed in ordine ad noſtram cognitionem
eoquod non poſſumus eas naturaliter noſſe:
tum quia dici poſſet non eſſe de ratione ſup-
poſiti, vel perſonalitatis ſupernaturalis eſſe
in tribus ſuppoſitis, ſed de ratione eſſentiæ
ſubſtantialis ſupernaturalis.

2. Ratio illius repugnantiæ aſsignatur , à
Cabrera ſupra,num.31.&.32.&.38.quia ſi ſub- 106
ſtāntia aliqua eſſet ſupernaturalis eſſentiali- 2. *Ratio.*
ter,ergo eſſet ſupernaturalis,& diuina per eſ-
ſentiam, & non per participationem: ergo
eſſet Deus eſſentialiter , ſed hæc ratio iure
etiam reijcitur ab Anto. Perez , illo num.13.
quia licet illa ſubſtantia eſſet eſſentialiter ſu
pernaturalis,non ideo ſequitur , eſſe Deum
per eſſentiam,ideſt conſtitui , per eſſentiam
diuinam, aut eſſe ens ideſt exiſtens aliquid
per ſuam eſſentiam præciſe , ſine vlla depen-
dentia ab alio.Si enim accidens,quod ex na-
tura ſua eſt inhærens,poteſt eſſe eſſentialiter
ſupernaturale , & tamen dependens in ſuo
eſſe à Deo:cur non poſſet idem de ſubſtantia
affirmari:¶3. Ratio aſsignata ab eodem Ca- 3. *Ratio.*
brera num.34.& ſequentibus , quia ſi aliqua
ſubſtantia creata eſſet ſupernaturalis, eſſen-
tialiter, participaret eſſe diuinum quia parti
ciparet ſupernaturalitatem Dei, quæ eſt ipſū
diuinum eſſe , & diuina eſſentia, ergo talis
ſubſtantia eſſet Deus . Sed hæc ratio nihilo
melior eſt præcedentib. nam laborat in æqui
uoco & ſupponit falſum,nempe ſubſtantiam
Dei eſſe in ſe ſupernaturalem . Licet enim
Deus conſideretur , vt author naturalis,qua-
tenus producit naturalia & vt ſupernatura-
lis, quatenus producit ſupernaturalia. Item,
vt finis naturalis,quatenus eum poſſumus na
turaliter aſſequi,& vt ſupernaturalis,quate-
nus ſolum ſupernaturaliter poſſumus illum
aſſequi. Tamen ſecundum ſuam ſubſtantiam
& in eſſendo eſt ordinis naturæ,& habet ſuā
naturam ſuperiorem omnibus alijs:ergo ſub
ſtantia eius non eſt ſupernaturalis, eo mo-
do,quo dicimus eſſe ſupernaturale,quod eſt
extra ordinem naturæ & illi ſuperadditum.
Deinde etiamſi ſupernaturalitas Dei eſſet eſ-
ſentia Dei,tamen ſubſtantia creata ſuperna-
turalis non participaret illam ſupernaturali-
tatem,vt eſt Dei ſed ſecundum quandam ra-
tionem analogice communem , & ideo non
eſſet Deus.¶4.Ratio aſsignata ab eodem Ca 4. *Ratio.*
brera

Digitized by Google

brera num.21.& ſequentibus: quia eſſe ſubſtantiam ſupernaturalem eſt proprium Deo, vt eſſe actum purum, eſſe per ſe exiſtétem exiſtétia eſſentiali, ſed tales proprietates ſunt incommunicabiles creaturæ: ergo & eſſe ſubſtantiam ſupernaturalem. Hæc ratio merito, etiam reijcitur ab Anto. Perez ſupra, num.13. &.14. quia dici poteſt Deum non eſſe ſupernaturalem, ſeu extra ordiné naturæ in eſſendo, ſed in cauſando effectiue, & finaliter quatenus ſupernaliter efficit, vel ſupernaturaliter finalizat, & quamuis eſſet ſupernaturalis in eſſendo: hoc tamen non eſſe ita proprium Dei ſicut eſſe purum actum, vel eſſe independentem, ſed ſicut videre Deum, & ita poſſe communicari ſubſtantiæ creatæ, ſicut communicatur accidenti.

5. Ratio. 5. Ratio, quia vt ſubſtantia eſſet ſupernaturalis, deberet habere proportioné cum Deo in genere entis, vel in genere attingibilis, ita vt ipſa ſubſtantia eſſet potentia cognoſcitiua & viſiua, aut dilectiua Dei, ſicut lumen gloriæ & reliqui habitus infuſi ſunt veluti potétiæ in ordine ad actus ſupernaturales. Neutrum autem poteſt competere ſubſtantiæ ſupernaturali: ergo. Hanc rationé refert & refellit, ac merito Perez ſupra, quia gratia habitualis non eſt per ſe actiua: ergo idem poſſet dici de illa ſubſtátia ſupernaturali. Adde, forte aliquem aſſertorem ſubſtantiæ ſupernaturalis non dubitaturum concedere, poſſe dari ſubſtantiam ſupernaturalem per ſe actiuam, ſicut multi tenent de naturalibus.

6. Ratio. 6. Ratio Anto. Perez ſupra, capit.4. num.53. quia quidquid eſt eiuſdé ordinis cum aliqua ſubſtantia, ſi ipſum eſt ſubſtantia identificatur cũ illo, vt ſi ſpecies intelligibilis quæ eſt eiuſdem ordinis cum homine, eſſet ſubſtantia, identificaretur cum homine: ergo ſi ſubſtantia aliqua ſupernaturalis eſſet eiuſdé ordinis cum Deo, identificaretur cum Deo. Sed nec iſta ratio placet, quia embrio eſt ſubſtantia eiuſdem ordinis cum homine: tamen non identificatur cum homine. Similiter ergo licet ſubſtantia ſupernalis eſſet eiuſdem ordinis cum Deo, quatenus quædam alijs ſupernaturalia, eſſent ipſi connaturalia, tamen nõ ideo eſſet Deus.

7. Ratio. 7. Ratio eiuſdem Antonij eodem num. & ſequentibus, eſt quia ſi daretur ſubſtantia ſupernaturalis, deberet eſſe gratia ſubſtantialis: ſicut enim gratia accidentalis eſt participatio accidétalis diuini eſſe, ita participatio ſubſtantialis diuini eſſe deberet eſſe gratia ſubſtantialis. Hoc autem repugnat: ergo. Sed dici poſſet, id non repugnare, aut certe nõn ſequi quia ad participationem ſubſtantialé ſupernaturalem diuini eſſe ſatis eſt ſi ſit gratia radicaliter, ſeu radix gratiæ. Id quod haberet ſubſtátia, quia ipſi eſſet connaturalis gratia, quæ nobis eſt ſupernaturalis. Si autem creatura illa poneretur grata per eſſentiam, quámuis non poſſet creſcere in gratia ſubſtantiali, quia non eſt intenſibilis, poſſet tamen ei ſuperaddi gratia accidentalis & deinde eius augmentum, & ſiue illa creatura eſſet grata per eſſentiam, ſiue per paſſionem, niſi Deum videret. (Quod de potentia abſoluta non eſſet impoſſibile) peccare poſſet, quia peccatũ & gratia nũ pugnát phyſice, ſed moraliter & ex lege Dei eo quod ſit parũ decés cõſeruari gratiam accidétariam in homine mortaliter *8. Ratio.* peccante.

8. Ratio eiuſdem Perez, num.58. eſt quia illa ſubſtantia eſſet in eodem gradu cum angelis, nempe in gradu intellectuali completo: ergo eſſet eiuſdem ordinis cum angelis, ſed angeli non ſunt diuini ordinis, ergo nec illa ſubſtátia, & ſic non eſſet ſupernaturalis. Sed poſſet dici, illam licet in gradu generico conueniat cum angelis, tamen intra illud genus eſſe ſuperioris ordinis, quia alia accidentia ſubliniora eſſent illi connaturalia, nempe gratia, lumen gloriæ, viſio Dei &c. ſicut intra genus habitus, vel cognitionis quædam ſunt ordinis ſupernaturalis, & diuini, alia vero naturalis.

Vnde recurrendum puto ad rationem aſſignatá ſectione præced. nimirum quia ſubſtantia ſupernaturalis repugnat ex terminis, nam vt dixi. §.1. ſupernaturale eſt quod in nullo ordine naturæ, ſeu connaturali ſubſtátijs, ſeu naturis creatis dari poteſt: ſed illa ſubſtantia creata daretur in ordine ipſi connaturali, ergo naturalis eſſet, & non ſupernaturalis. An vero alicui ſubſtantiæ creatæ (quæ vt dixi naturalis eſſet) ſint connaturalia gratia, charitas, lumen gloriæ, & viſio Dei & alia quæ nobis ſunt ſupernaturalia, alia quæſtio eſt de qua late egimus to.1. tract.2. de beatitudine diſput.3. ſect. 2. & tractat. ſonſec. tom.3. Met. Anto. Perez & Cabrera ſupra, & fortaſſe addemus aliqua tract. de gratia.

Digitized by Google

QVÆST. LXIIII. DE MEDIO VIRTVTVM.

Art.1.Vtrum virtutes morales ſint in medio?
Art.2.Vtrum medium virtutis moralis ſit medium rei, vel rationis.
Art.3.Vtrum virtutes intellectuales conſiſtant in medio?
Art.4.Vtrum virtutes Theologicæ conſiſtant in medio.

QVÆS. LXV. DE CONNEXIONE VIRTVTVM.

Art.1.Vtrum virtutes morales ſint ad inuicem connexæ.
Art.2.Vtrum virtutes morales poſsint eſſe ſine charitate.
Art.3.Vtrum charitas poſsit eſſe ſine virtutibus moralibus.
Art.4.Vtrum fides, & ſpes poſsint eſſe ſine charitate.

QVÆST. LXVI. DE ÆQVALITATE VIRTVTVM.

Art.1.Vtrum virtus poſsit eſſe maior, vel minor.
Art.2.vtrum omnes virtutes ſimul in eodem exiſtentes ſint æquales?
Art.3.vtrum virtutes morales præemineant intellectualibus.
Art.4.vtrum iuſtitia ſit præcipua inter virtutes morales.
Art.5.vtrum ſapientia ſit maxima inter virtutes intellectuales.
Art.6.vtrum charitas ſit maxima inter virtutes Theologicas

QVÆST. LXVII. DE DVRATIONE VIRTVTVM POST HANC VITAM.

Art.1.vtrum virtutes morales maneant poſt hanc vitam.
Art.2.vtrum intellectuales maneant poſt hanc vitam.

Art.3.

Digitized by Google

Art.3.Vtrum fides maneat poſt hanc vitam.

Art.4.Vtrum ſpes maneat poſt mortem in ſtatu gloriæ.

Art.5.Vtrum aliquid fidei, vel ſpei remaneat in gloria.

Art.6.Vtrum remaneat charitas poſt hanc vitam in gloria.

DISPVTATIO. VII. DE ATTRIBVTIS ET proprietatibus virtutum.

Sect.I.Vtrum omnis virtus in mediocritate conſiſtat.

1 DE mediocritate virtutum agit D. Th. q. 64.tamquã de proprietate cum tamẽ eſſentia videatur, nam de ſubſtantia eſſentia & definitione virtutis eſt eſſe medioctitatem, ſeu habitum electium in medio conſiſtentem.2.Ethi. c.6.&D.Th.q.64.a.1.ad.1. Sed etiã differentiæ eſſentiales proprietates vocantur, imo differentię proprijſſimæ vt patet ex communi illa diuiſione, qua logici differentiã diuidunt in communem, propriã & proprijſſimã.Itẽ mediocritas actualis, ideſt, medium actu conſtituere nõ eſt de eſſentia virturis, ſed aptitudo quædã & inclinatio, imo & neceſſitas ad cõſtitutionẽ medij, ſi operetur eſt de eius eſſentia eſt ergo proprietas, & ita quomodo cunq. ſumatur mediocritas, poteſt, vt proprietas virtutis tractari. Notãdũ ergo eſt cũ Caiet.Med. & alijs duplicitet virtutẽ poſſe dici mediã, nimirum formaliter, ſeu eſſentialitet aut ſecũdũ ſuã propriã eſſentiã; & cauſaliter, ſeu effectiue.1.modo eſſe mediã, eſt medium locũ tenere intet duo extrema ſeu vitia ei & interſe oppoſita: eſſe autẽ mediã. 2. modo eſt ponere actũ ſuum quaſi in loco medio ſeu medium, ſeu ponere mediocritatem & rationẽ medij in ſuo actu. In hoc poſteriori ſenſu quæſtio præcipue verſatur quamuis in priori quoq. decidetur.

2 Sit igitur.1.concl. omnis virtus

1.Concluſio. ſiue moralis, ſiue intellectualis, ſiue Theologica cõſiſtit in medio & eſt media cauſaliter ſeu effectiue, ita vt in actu ipſius, ſaltem, vt ipſius eſt, nullus ſit exceſſus. vel defectus vitioſus contrarius, aur oppoſitus virtuti & eius regulæ, ſeu rationi Ita D.Th.q.64.per totam & 2.2.q.59.a.1.Rich.3.d.33.a.2.3.&.4.Valen.d.5.q.7.pun.1.Vaz.d.86.c.8.& ſimilitei Flamin.Nobilius.2.de fælicitate c.5.& ſeqq. præſertim.20 idem docet de virtutib. mor. vbi tñ de Theologicis & intellectualibus id negat his verbis. cum autem virtutes Theologicæ in Deo tanquã in re obiecta verſentur, in Deo autem nihil ſit neq. nimium neq.parum nullus profecto eas in medio, quemadmodũ in virtutibus moralibus eueniebat, conſiſtere arbitrabitur.Euentu potius quodã fit, vt fides inter duas hæreſes contrarias incedat, & ſpes inter nimiam confidentiã, ac deſperationẽ, de charitate autem præclare Bernar.modus charitatis eſt diligere ſine modo.Quod autẽ diximus de virtutibus Theologicis in medio nõ cõſiſtere, dicẽdũ eſt de virtutibus ad intellectum pertinẽtibus.Hæc ille, quæ cõfirmãtur quia, vt monebat Aſpaſius, nõ mediocriter, ſed quã maxime poſſumus, veritatẽ cognoſcere niti debemus, quod vero ait Paulus ad Ro.12.non plus ſapere, quã oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem, & Terentius Hæ iſti faciunt, vt multa intelligendo nihil intelligant: ſolum admoner, in cognitione veritatis ſophiſticas rationes eſſe fugiendas, vt ait idem Flamin. Concl.autem noſtra, quoad morales virtutes patet, ex Ariſt.5.Ethi.c.3.&.4.&.2.Ethi c.5.&.6 vbi eo ſenſu dicit, virtutem eſſe habitũ electiuum in medioctitate conſiſtentẽ, quæ ad nos cõparetur & ratione præfinita ſit, prout prudens definierit.Quod autem ſit mediocritas quo ad nos declarauit cap.5.dicens, medium ad nos eſſe, quod neq. excedit, nec deficit ab eo, quod oportet adeſſe, Vaz.autem explicat eſſe medioctitatem nobis conuenientẽ. Explicans autem D.Th.q.cit.a.1.quomodo moralis virtus in mediocritare cõſiſtat, ait virtutẽ eo ipſo, quod neq excedit ſuã regulã, neq. ab ea deficit, a duobus extremis vitioſis diſtare, quod eſt ipſam verſari in medio: conſentiunt Rich.Dur.Baſ.Argent.& alij.3.d.33.Maior.& Mayron.d.36.Burid.2.Ethi.q.15.Angeſt. in mor.c.11.idem vult Aug.lib.de motib.Eccl. c.19.dum ait virtutem eſſe rectitudinem amotis, & clarius Ariſt.illo.c.6. vbi ait, vitia alia deficiunt, alia exuperant, virtus vero mediũ inuenit, quomodo autem id contingat, in fortitudine, temperantia & alijs virtutibus moderantibus paſſiones, fuſe explicat eodem li. c.7.& li.3.&.4.& hinc intelliges, nõ ſumi electionem in definitione virtutis pro appetitione vnius ex duobus, vel pluribus medijs in ordine ad aliquem finem: electio enim hoc modo ſumpta non eſt adæquatus nec primarius actus virtutis moralis, ſed ſecundarius: nam amor & intentio finis ſunt primarij; ſed ſumitur pro libero appetitu, & executione actus medij inter exceſſum & defectum vitioſum: itaque virtus & in actu elicito & imperato, qui eſt eius obiectum, cõformatur ſuæ regulæ ſine exceſſu & defectu, & ideo Ariſto. eodẽ lib.ca.7.ait, in omnibus medioctitatem

eſſe laudabilē:extrema vero neq. recta, neq.
laudabilia, ſed vituperatione digna habere
& Plutar.lib.de liberis educandis, *mediam in*
cunctis ſecare viā ſummę & artis & cōſonātia eſt.
Horatius, *virtus eſt mediū vitiorū, & vtrinque re-*
ductū, & ſermo.1.Satyra.1. *eſt modus in rebus, ſunt*
certi deniq. fines quos vltra, citraque nequit cōſiſtere
rectum.

3 Scripturaque nō raro docet, viā virtutis eſ-
ſe mediá inter extremas & vitioſas vias, ex-
ceſſus & defectus à recto. Deute.5. *non declina-*
bitis neq. ad dexterā, neq. ad ſiniſtrā: ſed per viā, quā
præcipit Dñs Deus veſter, ambulabitis. Et Prou. 4.
ne declines ad dexterā, neq. ad ſiniſtram, vias enim
quæ a dextris ſunt, nouit Dominus: peruerſę vero ſut,
quę à ſiniſtris ſunt, ipſe autē rectos facit curſus tuos,
& Iſai.30. *hæc eſt via, ambulate in ea, & non decli-*
netis neq. à dexterā, neq. ad ſiniſtrā, & Rom.12. Di
co autē omnibus, *qui ſunt inter vos, nō plus ſape-*
re, quā oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatē, ideſt,
non plus nec minus quá oportet, & Terētius.
He iſti faciunt, vt multū intelligēdo, nihil intelligāt,
& Niſſ.lib. 8. in Cant. *virtus media eſt inter duo*
vitia, nempe inter defectū honeſti, & exuperationem
& Nazian.oratione de ſeipſo, *da operā, vt ſa-*
gittā, ita ſemper manu teneas, vt in deſtinatū ſcopū
tendat: ſiquidem, vt neq. vltra Chriſti mandatū, nec
citra eiuſdē præcepta eam mittas, neutro enim modo
virtutis album ferias. Ambr.1.de offic.c.46. *ſiquis*
æquabilitatē vniuerſæ vitæ, & ſingularū actionū mo
dos ſeruet, &c. in eius vita decorū illud excellit, &
quaſi in quodā ſpeculo elucet. Iſidor.2.de ſummo
bono cap.35.ait, ſæpe virtutes in vitia tranſire
dum ſuum modū excedunt, ideſt dum in eis
mediocritas non ſeruatur, quia materia mo-
ralis vſurpatur contradictamē rationis, quod
eſt, vel eſſe deberet quoad obiectum, quan-
titatem, tempus, locum, modum, finē, & alias
circunſtantias, vel de eſt aliquid operi, quod
ſecundū rectā rationem deberet habere:

In omnibus igitur, etiá in virtute iuſtitiæ,
4 ſeruari debet medium rationis, ſeu à ratione
præſcriptum, vt cum Ariſt.2.Ethi.c.5.6.&.7.&
lib.5.c.1.docent Theodorus Zuingerus, & alij
ibi & D.Th.q.64.a.2.vbi Caiera.Medi. & alij
Valent.& Vaz.ſup.Conimb.ſup.a.2 Foxius in
cōpendio de moribus ca.15.& in compendio
Ethicæ lib.3.c.11. Angeſt.in mor.ca.11.Baſſol.3.
d 33.q.3.a.3.Richar.q.4.& hoc medium in vir
tute iuſtitię eſt medium rei, vt docet D.Th.in
eadē q.a.3.&.2.2.q.58.a.10.& alij citati; & pa-
tet, ná lex & regula iuſtitiæ præſcribit æquali
tatem rei ad rem, ſiue illa æqualitas ſit Arith
merica, & abſoluta, vt in cōmutationibus; ſi-
ue geometrica, & proportionalis, vt in diſtri-
butionibus: regula autē temperantię, licet in
re ipſa, v.g in cibo, mediū ponat, ita vt nec ſit
deficiens, nec redundans, aut nimius: tñ quia
in hoc non ſeruatur regula aliqua generalis,
& clara: ſed ſecundū diuerſas circunſtantias
perſonæ, temporis, loci &c. maior, aut minor
cibus ſumendus eſt, cuius determinatio, vt do
cet Ariſt.2.Ethic.c.9.difficilis eſt; ideo relin-
quitur prudēti, & diligenti cōſiderationi cir-
cunſtantiarū: propterea dicitur medium tem
perantiæ nō eſſe rei, ſed rationis. Itēque quia
eſt varium & multiplex iuxta qualitatem &
cōditionem perſonarum &c. ideoque magis
occultū, quod diſcurſu & ratione magna diſ-
cerni debet. Vnde male Buridan.2.Ethi. q. 16.
&.5. Ethic. q. 13.& Maior.3.d.36.q. vlt.conc.3.
impugnant D.Th. docentque in omni virtu-
te eſſe medium rationis & nō rei, nec quan-
tum adhoc eſſe diſcrimen inter iuſtitiam &
cæteras virtutes. Recte autem Vaz.obſeruat 5
diſcrimen eſſe inter iuſtitiá, & alias virtutes
morales, ná in materia iuſtitiæ excedere quis
que pōt mediocritatem ſine peccato, vt ſidet
pluſquá debet, liberaliter & nū vitioſe aget,
in materia vero cuiuſcunq. alterius virtutis,
qui excedit peccat, quare iuſtitia nō eſt inter
duo extrema vitia, ſicut aliæ virtutes vt obſer
uat etiá Caie.q.64.a.2. Azor etiá to.1 li.3.c.28.
q.5.ait, omnem virtutem eſſe in medio, nō in
ter duo vitia extrema, quia id nō cōuenit om
ni virtuti, ſed inter nimiū et parum, differre
autem iuſtitiá et alias virtutes, quod aliæ ſolū
habēt mediū rationis, quia nō eſt idem apud
omnes: iuſtitię vero mediū eſt etiam rei, quia
idem apud omnes, ſcilicet æquale cum debi-
to ex mutuo, empto, cōducto, furto, merito,
demerito &c. quamuis debita, prætia et meri
ta &c. ex varijs circunſtātijs variētur. Ex quo
patet ad argumenta aduerſariorū ¶.1. Eſt quia
iuſtitia diſtributiua nō æqualiter punit aut re
munerat principē et plebeium. ¶2. Quia vno
tempore vel loco pluris venditur, aut emitur
quá altero. ¶3. Quia eodem tempore et loco
eadē res iuſte venditur et emitur prætio ali-
quantulum inæquali. Ad.1. R. licet meritum
vel iniuriā creſcat, vel decreſcat ex cōditione
perſonæ operātis et ex alijs circunſtantijs: tñ
iuſtitia diſtributiua præmiorum et pœnarum
ſeruat medium rei, quia remunerat, vel punit
iuxta quātitatē meriti: ita Rich.ſup. & D.Th.
2.2.q.58.a.10. Ad 2. R. licet valor rei creſcat, vel
minuat ſecūdū circūſtātias, tñ iuſtitia ſem-
per ſeruat æqualitatem inter datū & acceptū
Ad.3.R. valorē rei habere latitudinē eoquod
eſt res moralis; ideo iuſtitia ſeruatur, ſi res vni
vendat.10. Iulijs, alij vero.11. ſemper enim ſer-
uatur æqualitas realis, licet moralis.

Sed contra prædicta obijcies. Nam virgini
tas, & paupertas euangelica reſpiciunt extre- 6
mum & nō medium: nam hæc reſpicit totalē
abdicationē rerū tēporaliū, & illa totalē ab-
ſtinentiá à libidine. Magnanimitas etiá vide-
tur medium nō reſpicere, quia magnos hono
res appetit & non mediocres. R. cum D.Tho.
q.64.a.1.ad.2.&.3. in his virtutibus, licet nō ſit
medium

Digitized by Google

medium penes materiã,eſſe tñ penes circunſtãtias,quia ſi quis magnos honores appetat, quando non oportet,vel vbi nõ oportet &c. erit exceſſus contra magnanimitatẽ , ſi vero velit non aſpirare ad illos quando vbi,& quo modo debet,erit defectus contra eandem virtutem,idem in virginitate & paupertate, idẽ docent Rich.4.d.33.a.4.q.1.ad.1. & Argent. q. vn.a.4.ad.3. Adde etiãex parte obiecti & materię poſſe eſſe exceſſũ , vt ſi magni honores ſint illi imꝑportionati,& cõparatione ipſius exceſſiui. Imo & defectũ,ſi ſint minores quã ipſi conueniant:ſimiliter cõtra virginitatem & paupertatẽ euangelicã erit exceſſus ſi maiorem quis velit carentiã bonorũ externorũ, vel voluptatis,ſeu actus venerei,quã ipſi expediat,defectus autẽ ſi minus. In iuſtitia etiã erit exceſſus,ſi reſtituat quando quantum, & vbi non oportet defectus vero ſi nõ reſtituat quando quantũ,& vbi oportet,ſiue id fiat cũ
7 interno peccato cõmiſſionis ſiue omiſſionis

Et quæ dicta ſunt,eodẽ modo locũ habent in virtutibus moralibus infuſis,& acquiſitis. Nec modo indico aliud mediũ , quod eſt in omni virtute morali quatenus eius actus eſt quid medium inter peccata cõmiſſionis, & omiſſionis,quæ opponũtur ipſi virtuti , nã hæc nõ opponũtur interſe,ſed ſimul eſſe poſſunt,vt ſimul omitto.Miſſam &colo idolum, ſimul pecco contra religionem omiſſione,& cõmiſſione,non inquã modo indico hoc genus medij,quia Ariſt.D.Thom.& communiter reliqui Theologi,& Philoſophi de medio
8 inter extrema vitioſa oppoſita loquuntur.

De medio virtutum intellectualium.

In intellectualibus autẽ virtutibus quãuis Flaminius ſupra,& Foxius in cõpendio Ethicæ lib.3.c.11.& Baſſol.3.d.33.q.3.dicãt nõ ſeruari medium,tñ vere ſeruatur:quãtum ad actũ quidẽ præcipiendi,qui tribuitur prudẽtiæ & arti,quia intellellectus nihil pręcipit ineſſe, vel abeſſe operi contra iudiciũ artis,vel prudentię,quo ad actum vero iudicãdi vt docẽt D.Th.Caie.Medi.& alij,q.64 art.3. Valent.& Vaz.ſup.& Mayro.3.d.37.q.3.ſeruatur mediũ, quia neq.affirmatur de re , ꝙ ei nõ conuenit, neq. negatur,quod ei cõuenit , ſicut exceſſus eſt dicere omne animal eſt viſibile , defectus dicere , nullum animal eſt viſibile, ita medium erit , aliquod animal eſt viſibile , ſic in alijs,& hoc medium in arte ſumitur in ordine ad appetitum,quia tunc ars recte iudicat cum docet tale opus facere, quale intẽditur: vt ſi homo intẽdat pingere pulchrũ hominẽ verum iudiciũ pictoriæ artis erit , quod omnia præſcribat,quæ ad pulcritudinẽ requirũtur,vt talẽ colorẽ.nitorem,membrorum proportionem &c. Similiter in arte ædificatoria exceſſus erit præſcribere plures colũnas. v. g. quã oporteat,defectus vero præſcribere pauciores,mediũ præſcribere ſolum quot expediunt,& in arte ſyllogiſtica,nõ argumentari in pluribus,vel paucioribus terminis;ſed tm̃ in tribus. Vide Ariſt.cum de medio artis diſferit.2.Ethi.c.6. In prudentia vero ſumitur in 9
ordine ad rectum appetitum finis , erit enim iudicium prudentiæ,quod media præſcripſerit accommodata fini honeſto, quibus nihil abſit cõtrarium fini honeſto , nihilque deſit ſi fieri poſſit de requiſitis ad eius executionẽ, iudicium etiã prudentiæ erit,quod in aliqua materia docuerit ſeruare mediũ inter exceſſum,& defectum,ita,vt in ea cõtineatur honeſtas intenti finis . Male ergo dicunt aliqui abſolute regulã prudẽtiæ eſſe appetitum rectum,idque merito negat D.Tho. cum potius prudentia ſit regula appetitus recti , nõ enim prudentia recta eſt,quia conformis appetitu recto,ſed appetitus eſt rectus , quia recte rationi conformatur:licet recta diſpoſitio actualis,vel habitualis ipſius appetitus ad rectitudinem rationis maxime conducat. 10

Ex quibus omnibus reſtat optime Durand.2.d.33.quæſtione.3.docuiſſe,nullã quidẽ virtutẽ cõſiſtere in medio inter bonũ & malum; quia ſicut nullus poteſt dari actus humanus,qui non ſit bonus vel malus,ita neq. habitus. Quod confirmat , quia bonum & malum opponuntur ſicut habitus & priuatio,in ſubiecto autem apto nato nõ poteſt dari mediũ inter priuationem & habitum. ¶ 2. Omnes virtutes morales,itemq. omnes intellectuales acquiſitas conſiſtere in medio inter ſuperfluum, ſeu nimium,& diminutum , ſeu exceſſum & defectum de moralibus probat, ſic:omnis virtus moralis inclinat ad actũ bonum, non autem eſſet bonus, niſi conſiſteret in medio : ergo omnis actus ad quem moralis virtus inclinat,cõſiſtit in medio,ac proin de ſuo modo ipſe habitus . Minor patet, quia bonitas cuiuslibet regulati;& menſurati, conſiſtit in adæquatione ad ſuam regulã, ita vt nihil ei deſit eorum quæ regula petit , & nihil habeat eorum quæ regula reijcit, ſeu non patitur, & ita vt actus ſit bonus, debet eſſe medius inter exceſſum & defectũ à regula. De intellectualibus autem probat, quia ſicut ratio eſt regula & menſura appetitus, ita res eſt menſura & regula actus intelligendi, & ita ſicut bonitas actus appetitus conſiſtit in adæquatione ad rationem,ſic veritas intellectus in conformitate ad rem , ex eo enim quod res eſt,vera eſt propoſitio, quę affirmat eſſe, & ex eo quod non eſt, vera eſt propoſitio quæ affirmat non eſſe , falſitas autem eſt in exceſſu , vel defectu, exceſſus eſt , quod dicitur eſſe quãdo non eſt, defectus autem,quando dicitur nõ eſſe quod eſt:ergo veritas quæ eſt bonitas actus intelli-

gendi conſiſtit in adæquatione ad rem & in quodam medio inter exceſſum & defectum. Non ſolum ergo virtutes morales conſiſtunt in medio, ſed etiam intellectuales, & hæ per prius. Vnde Ariſt. 2. Ethic. probat medium virtutis moralis per medium artis, quæ eſt virtus intellectualis, vt patet. 6. Ethic.

12 Hæc Durand. locus autem, vbi Ariſto. medium virtutis moralis explicat per medium artis, eſt 2. Ethic. cap. 6. vbi ſic ſcribit, quod ſi ſciētia omnis ita bene ſuum munus explet, & abſoluit, ſi mediocritatem ſibi ob oculos proponat, ad eamque ſua opera reuocet, ac dirigat (ex quo ea opera quæ ſcire, & affabre facta ſunt, hoc ad extremum oratione commēdare ſolent, nec eis quidquam detrahi, nec addi poſſe quaſi nimium, & parum omnem perfectionē artis corrumpat, & perimat, cōſeruet mediocritas, tum etiam boni artifices, vt quidem dicimus, in ſuis operibus efficiendis hanc intuentur, & ſpectant) virtus autem omni arte limatior, ac melior eſt; ea profecto medium velut collineando petat & deſtinet, neceſſe eſt: de ea autem virtute loquor quæ ad mores pertinet. Hæc Ariſt. & cap. 7. in fine poſtquam docuit, omnes virtutes, quæ circa paſſiones verſantur, in medio conſiſtere, ait de iuſtitia autem, quoniam non ſimpliciter, nec vno modo dicitur, deinde, diuiſione eius in duas partes facta, quemadmodū ambæ mediocritates ſint, oſtēdemus. Itemq. de virtutibus iis, quæ rationem attingant, diſſeremus. Vtroque autem cap. docet Theodorus Zuingerus, virtutes quoque intellectuales in medio conſiſtere: licet Vazquez ſupra, dicat, id nunquam Ariſtot. docuiſſe. Sed iam de medio in virtutibus Theologicis diſſeramus.

13 In fide diuina cum virtus intellectualis ſit habens Deum pro obiecto, medium erit nihil affirmare de Deo, vel de aliis ad Deum ſpectantibus, quod in eis non ſit, nihilque negare quod in eis ſit: hoc eſt medium inter affirmationem falſam, & negationem falſam. Aliud medium eſt, neque contra veritates fidei ſentire neque illas ignorare. Item aliud mediū eſt inter multū, & parum de aliqua re, & hoc ſeruat fides credendo, diuinas perſonas diſtingui proprietatibus relatiuis, non eſſentia, aut proprietatibus abſolutis: ſeruat etiam aliud medium, ſcilicet inter nimium credere, & parum credere: nam cum credit, non deficit vitioſe parum credendo, nec vero vitioſe excedit credendo (quantum attinet ad ipſum intellectum) ſiquidem cognoſcit ſupernaturaliter, & infallibiliter veritatē aliquam, quia eſt dicta à Deo, qua acta maxime perficitur intellectus, licet moraliter, & quantum attinet ad appetitum, actus ille poſſit eſſe vitioſus, vt ſi non habuit ſufficientia motiua, ad putandum, id quod credidit, fuiſſe dictum à Deo, vel ſi credidit eo tempore, quo prudentia dictabat aliud eſſe agendum incompatibile cum exercitio fidei, in qua re directiue ponere medium pertinet ad prudentiam, imperatiue vero ad ſtudioſitatem, & executiue ad ipſam fidem, & hoc medium non eſt ſeruādum in fide, quantum eſt ex parte Dei dicentis, Deo enim dicēti omnia ſemper, & vbique credenda ſunt, per ſe loquendo, & quantum eſt ex parte ipſius Dei. De Deo etiā & diuinis omnia, quæ in ipſo ſunt, credēda ſunt ineſſe; & omnia, quæ abſunt, credenda ſunt abeſſe, ſed ex parte noſtri modus adhibendus eſt; quia non debemus credere leuiter, & ſine fundamento perſuadente, diuinitus aſſertum eſſe, id quod creditur, neque quando in aliis mens occupanda eſt: nec pertinaciter eſt negandum, quod Deum dicere moraliter conſtat, vnde ex parte noſtra debet dari medium inter leuitatem & pertinaciam, duritiem, difficultatem, ſeu morofitatē incredendo, & hoc eſt quod dicunt D. Thom. Caiet. & alii, & Valētia ſupra, in fide diuina, licet requiratur medium ex parte noſtra; non tamen requiri medium, aut modum quātū eſt ex parte obiecti; ſcilicet, quod & cui credimus, quod tñ requiritur in fide humana reſpectu hominis: quāuis enim conſtet aliquid eſſe aſſertum ab homine, & mens in aliis occupanda non ſit, nō continuo credendū eſt, quia homo & fallere & falli poteſt.

Similiter & dicti docent, in ſpe diuina, licet ſit medium ex parte noſtra, nullū tamē eſſe mediū ex parte obiecti: omnia enim quæ Deus promiſit, firmiter ab eo ſperāda ſunt, cū eius volūtas omnipotens, & immutabiles ſit; ab homine autē nō omnia pro nutu, firmiter ſpetanda ſunt, quia eius voluntas neq. omnipotens, neq immutabilis eſt, medium autē ex parte noſtra adhiberi debet, quia non debemus ab eo ſperare, quæ ipſum facere nō decet aut quæ nō promiſit, nā hæc potius eſſet præſumptio humana quā ſpes diuina. 14 *De medio ſpei.*

Similiter iuxta eoſdem authores in dilectione Dei nullus eſt modus ex parte obiecti, quia omne, quod eſt ſimpliciter bonum Deo, eſt ſēper, & omni intētione poſſibili optādū ipſi, niſi per accidens, eo quod ſaluti noceat, vel officia debita impediat, ideo Bern. initio libri de diligēdo Deū ait modus diligēdi Deū eſt ſine modo diligere: homo autē nō ſic eſt diligēdus, quia multa ſunt ſimpliciter bona, quæ nō ſunt homini optanda, eo quod nō ſunt bona ipſi, vt eſſe infinitū, omnipotentē, creatorē &c. in virtutibus autem moralibus modus & medium ſeruari debet ex parte obiecti. 15 *De medio charitatis.*

Sed obiicies quia religio eſt virtus moralis in ea tñ nullus modus ſeruādus eſt ex parte obiecti 16 *De medio religionis.*

De medio fidei.

obiecti: nam Deus laudandus eſt ſine modo cũ ſit omni laude dignus,& omnis vera laus in ipſum cadat, imo maior ſit omni laude. Vnde Eccleſiaſt.43.benedicentes Deum exaltate illum quantum poteſtis: maior eſt enim omni laude. Reſp. Religionẽ non habere medium in laude ex parte obiecti,cui,quia eſt idẽ cum obiecto virtutum Theologicarum,ſcilicet Deus,cætera um habet mediũ ex parte obiecti,quod, nimirũ ex parte diuini cultus: in eo enim modus ſeruari debet,vt in ſacrificijs & cęremonijs & laude æterna attentis circũſtantijs temporum & locorum, & perſonarũ, non tãtum per accidens, vt in laude interna, fide, ſpe, & dilectione Dei, ſed etiam per ſe enim eſſet cultus exceſſiuus, ſi quis ſemper,& vbique vellet ſacrificium Deo offerre & genuflectere & ſic Mayron. 3. d.37.q.1.p.2. inquit,conſiſtere illam in medio. Non tamẽ dari duo vitia oppoſita religioni, vnum per exceſſum, aliud per defectum: nam ſicut iuſtitia nõ eſt media inter duo vitia ſibi oppoſita, ita nec religio, quæ ad iuſtitiam reducitur, quod etiam ſtatim annotabo de pœnitentia, ſicut autẽ in prędictis caſibus eſſet cultus per ſe exceſſiuus,ita iurare ſemper,vel aliquãdo, ſine neceſſitate,veritate,vel iuſtitia eſſet exceſſus in iurando,ſi autẽ vrgente neceſſitate propria,vel proximi nollet quis iurare, eſſet

17 defectus contra charitatem tamen: idem eſt de pœnitẽtia,quæ ſatisfactionẽ exhibet Deo, & in ea ex parte Dei offenſi nulla debet eſſe moderatio:aliunde tamẽ diſcreta,et prudens eſſe debet. Medina ſupra ait pœnitentiã habere medium inter duritiã cordis, quæ eſt defectus,et nimiam pœnitẽtiã quæ eſt exceſſus, qua propter,inquit,ſi quis mærore et triſtitia ſe interficiat, peccabit per exceſſum contra pœnitentiam peccauit, ſicut Iudas laqueo ſe ſuſpendens. Sed licet verũ ſit actum eius debere eſſe medium: falſum tñ eſt prædictum exceſſum eſſe cõtra ipſam pœnitentiã,quia pœnitentia cũ ſit iuſtitia quędã nõ eſt media inter duo vitia illi cõtraria,ſed vnũ tantũ vitiũ cõtrarium habet,ſicut et ipſa iuſtitia et quẽadmodum ſiquis ... ſe interficiat, vt debitũ ſoluat,vel cũ detrimento vitæ reſtituat,nõ peccat contra iuſtitiam,ita qui interna, vel externa pœnitentia immoderata ſe interficit, nõ peccat cõtra pœnitentiã,ſed cõtra charitatem ... debitã, eſt tn aliqua diuerſitas inter pœnitentiã internã et externã, quod interna non poteſt per ſe eſſe exceſſiua,ſed tantũ per accidens,e... redundet damnũ corporis,vel ...e, externa autẽ per ſe poteſt eſſe exce... verberatio,ieiunatio, aut abſtinẽtia ... Itaque in virtutibus Theologicis et ... detur me-

18 dium ex parte Dei,et obiecti ... ẽ cui tamen

De medio pœnitentiæ

per accidens ſaltem & aliqua ex parte etiam Theologicæ habent medium & hoc tantum intẽdit Scotus.3.d.2.6.q.vni.ad.2.dicens in virtutibus Theologicis dari mediũ, vt explicat Valentia,vnde Vaz. ſupra & Caiet.illo ar.4. arbitrantur Scot.D.Thomæ.nõ eſſe cõtrariũ. Dur.autem.3.d.27.q.2.in corpore docet in fide & charitate eſſe medium ſecundum determinationem eſſentiæ,quia eſt in certo genere,& ſecundum determinationẽ circunſtãtię quia eius bonitas conſiſtit in eo quod habeat omnes debitas circunſtãtias nõ autem habet modum conſiſtentẽ in medio ſecundũ ſuperfluum & diminutum. Quod in actu charitatis prob.1.quia vbicũque inuenitur talis modus poſſibile eſt vitiari actũ per exceſſum:ſed dilectio Dei nõ poteſt vitiari perſe loquendo: nõ enim poteſt Deus nimis amari, ergo dilectio Dei nõ habet talem modum. ¶2. Quia actus charitatis ſequitur actum fidei,ſed in actu fidei, quo credimus Deo non eſt inuenire talem modũ,nullus enim poteſt nimis credere Deo,vel nimis inniti diuinæ veritati,ergo ſimiliter in dilectione Dei non eſt inuenire talẽ modũ. Poſtea vero in ſolutione ad ſecũdum ait,neutrum actum habere. 3. Illam modificationẽ ſaltẽ reſpectu principalis obiecti, quod eſt Deus,quamuis fides reſpectu obiectorũ ſecundariorũ poſſit habere ſuperfluum & diminutũ,& medium: poteſt enim aliquis plus credere quã oportet & minus quã oportet & ſecundũ quod oportet,& diligere propter Deũ minus quã oportet,vt ſi diligat propter Deũ, tãtũ amicos & magis quã oportet, vt ſi malos diligat in malitijs ſuis: ita enim diligendi ſunt homines,vt nõ diligantur eorum errores,ſecundũ Auguſtinũ,& quantum oportet,vt cum diligitur Deus, & omne bonum propter ipſum,vt ad Deum ordinatur. Vbi obſeruandũ eſt recte Durand.docuiſſe dilectionẽ Dei per ſe loquedo vitiari nõ poſſe, quo inſinuat vitiari poſſe videlicet ſi ſaluti aut debitis officijs obſtet, vel aliqua ratione prohiberetur à Deo,vel in malum aliquẽ finẽ ordinaretur ab homine,quod in hoc tract.& in tract.de bonitate & malitia hum. actuum probatum eſt:licet Vaz.q.diſp.86.capit.8.contẽdat, actus virtutum Theologicarum nulla ratione vitiari poſſe, licet conatus viriũ corporalium ad exercendos hos actus,qui illos antecedit, vitioſus, & malus moraliter ſit, ſi ſaluti noceat. Sed certe nullus conatus virium inferiorum neceſſario antecedit hos actus: quinimo ſi magno conatu voluntatis & intellectus fiant, ex illis redundat magna attentio, & intenſio in actus inferiorum virium, & læduntur caput aliæque corporis partes: à quo euentu prędicto actus iſti mali reddi poſſunt, et ſimiliter

ſimiliter ſi reflexe per aliquem vitioſum ac-
tum impetētur, vt per affectũ inanis gloriæ.
Item ſi quis ex aliquo actu fidei timeret mo-
uendum eſſe ad odium proximi, quem cre-
dit malũ vel amorem fœminæ, quam credit
pulchram, &c. & non deſiſteret à tali actu,
peccaret in illo, & ſic in alijs multis caſibus,
poteſt enim actus fidei interdum mouere ad
præſumptionem, deſperationẽ, turpem amo-
19 rem, &c. nõ minus quam cognitio naturalis.
2. Con. 2. Con. non omnis virtus moralis (nam de
intellectuali res eſt manifeſta, & de Theolo-
gica poſtea dicetur) eſt media inter duo vitia
extrema, & contraria ſibi oppoſita per exceſ-
ſum & defectũ, hæc eſt Valent. ſupra, Oron-
tij lib. 12 cap. 23. & Caieta. & Medinæ. q. 64. 2.
2. Conimb. ſupra qui dicunt, omnes virtutes
morales excepta iuſtitia, conſiſtere in medio
quoad eſſentiam, hoc eſt inter duos habitus
vitioſos poſitas eſſe, namq. fortitudo eſt in-
ter vitium timiditatis & audaciæ, liberalitas
inter auaritiam & prodigalitatem, ſimili-
ter que res habet in cæteris: at vero iuſti-
tiam non eſſe mediam hoc modo, probant
Conimb. ſupra. a. 2. quia id ſignificauit Ari.
5. ethi. cap. 5. cum docuit, iuſtitiam non eo-
dem modo, quo reliquæ, mediocritatem ob-
tinere, & quia iuſtitia verſatur inter plus &
minus, quod eſt contra ius, qui autem de ſuo
plus dat, vel nullum committit peccatum, vel
ſi quod committit, id nõ ad iniuſtitiam perti
net, ſed ad prodigalitatem, quæ liberali-
tati opponitur, quo fit vt iuſtitia vnum
tantum habeat extremum, cui aduerſetur,
quia prædictum plus & minus ſemper in-
iuſtitiam efficiet. Valentia autem probat, nã
quando diſcedit à medio iuſtitiæ per exceſ-
ſum, quia ſcilicet redditur debitum alteri, ſe
cundũ aliquam circũſtãtiam prauã, aut quia
plus vni datur quam alteri vel plus recipitur
quam ſit datum, etſi peccetur per exceſſum,
tamen exceſſus non eſt per ſe contra iuſtitiã,
ſi enim exceſſus tantũ ſit in circũſtantijs pra-
uis, ſalua æqualitate rei, tantum peccatur
contra prudentiam, vel aliam virtutem, ſi ve-
ro exceſſus ſit in eo, quod plus vni quam al-
teri datur, peccatum iniuſtitiæ, quod tunc cõ
mittitur, non conſiſtit in exceſſu vt ſic, ſed
quatenus infert defectum, eo quod ſi plus ali
cui datur quam ei ſit debitum, ſubtrahitur al-
teri. quod eſt ei debitum: ergo ſemper pecca
tum iniuſtitiæ conſiſtit in defectu, & non in
exceſſu, & ita non ſunt ponenda duo vitia
oppoſita iuſtitiæ, vnum per exceſſum, aliud
per defectum. Deinde cum materia alicuius
virtutis, quæ verſatur circa paſſiones, vt tem-
perantiæ. v. g. praue vſurpatur, ſiue peccetur
per exceſſum, ſiue per defectum contra ean-
dem virtutem peccatur, quoniam rectitudo
illius conſiſtit in commẽſuratione quadam,
ſiue habitudine ad ipſum operantem conſi-
deratis omnibus circunſtantijs, quæ rectitu-
do & per exceſſum, & per defectum corrum-
pitur. Burid. tamen 5. ethicorum. q. 13. putat, 20
iuſtitiam eſſe mediam inter duo extrema vi-
tia ei oppoſita per defectũ & exceſſum, quo-
rum alterum eſt iniuſtitia, alterum vero eſt
innominatum, ſicut temperantiã opponitur
intemperantia, & inſenſibilitas. Suadetur
quia plus pœnæ vel præmij alicui tribuere,
quam æquum ſit, eſt contra iuſtitiã diſ
tributiuam, remuneratiuam, & vindicati-
uam, & ſimiliter nihil vel minus tribuere
Confir. ex Eccle. 7. noli eſſe iuſtus nimium 21
Quibus non obſtantibus aliqui retinent
opinionem Caietani. eamq. confirmant. Ra-
tio enim iuſtitię, eſt reddere vnicuiq. quod
ſuum eſt: ergo non peccat contra iuſtitiam,
niſi auferens alteri quod ſuum eſt, vel reti-
nens ablatum; quod in altero totum eſt de-
fectus & carentia bonorum ſuorum: Vnde
D. Tho. 2. 2. quæſtio. 79. articu. 1. indicat pecca
tũ iniuſtitię conſummati priuatione quadã
boni inducta alteri, tribuere autem alicui
quod non eſt illi debitum, non eſt per ſe con
tra iuſtitiam, ſed ſi interdum vitioſum eſt, vel
tantum eſt contra aliam virtutem, vel per ac-
cidens contra iuſtitiam, quatenus, quod iſti
datur, alteri aufertur, cui debitum eſt, & puni
re aliquem pluſquam oportet, licet videatur
crudelitas contra iuſtitiam vindicatiuam per
exceſſum, reuera eſt per defectum, quia ali-
qua bona corporis diſpoſitio aufertur ei cõ-
tra iuſtitiam, ſimiliter non punire illum quã
tum oportet, eſt peccatum contra iuſtitiam,
quia deficit in munere ſuo, quod debet Reip.
non reo ipſi, omne ergo peccatum iniuſtitiæ
eſt per defectum proprie, & per ſe loquendo. 22
Sed credo aliquando in materia iuſtitiæ
peccari per defectum, vt ſi non reſtituo quan
do debeo, aliquando per exceſſum, vt ſi reſ-
tituo quando deberem non reſtituere: ſem-
per tamen ſi peccatum eſt contra iuſtitiã, per
tinet ad idem vitium iniuſtitiæ, & ideo iuſti-
tia nõ eſt media inter duo vitia ipſi oppoſita.
Ex quo patet ad argumẽtum factum pro Bu-
ridano. Ad confirmationem vero Reſpon.
ibi non eſſe ſermonem de iuſtitia vt eſt vir-
tus particularis, vel tantum dici, non oporte-
re ſemper, & in omnibus rigorem iuſtitiæ pu
nitiuæ ſeruare, quia eſſet contra miſericordiã,
vel aliã virtutẽ, vel vt vult Auguſt. tract. in
Ioan. nimiũ iuſtus ibi dicitur, qui ſuperflue &
nimis de ſua iuſtitia præſumit, & effertur, vn-
de ſubditur, nõ eſt iuſtus, qui nõ peccet, &c.
Quod vero dictum eſt, iuſtitiam non eſſe 23
mediam inter duo vitia ipſi oppoſita, dicen-
dum eſt de virtutib. quæ ad iuſtitiã reducũtur,
& ita

& ita de religione,& pœnitẽtia diximus circa præcedentẽ concl.idẽ eſt de amicitia pietate,obſeruãtia,veracitate,imo et de a liberalitate,quæ reſpicit bonũ alteri*,vt alteri*,)ſec* de illa quę reſpicit bonũ,ppriũ formaliter,nẽ pe vſum pecuniæ,vt bonus eſt vtenti.) Idẽ eſt de miſericordia:ſi enim in his materijs ſit aliquis exceſſus vitioſus, non eſt contrarius his virtutibus,ſed alij ,vt ſi quis plus tribuat proximo quam oporteat ,vt eius neceſſitati ſuccurrat,non erit cõtra virtutem miſericordię, ſed contra aliã. At virtutes aliquæ,quæ bonũ habẽtis reſpiciunt, ſunt mediæ inter duo vitia ipſis virtutibus oppoſita:vt de fortitudine, & liberalitate diximus. Similiter quidã dicũt , amorẽ ſui moderatũ eſſe mediũ inter inſenſibilitatem,& amorem ſui immoderatum , & Medina ait humilitatem eſſe mediam inter ſuperbiã ſeu elationẽ, & puſillanimitatẽ ſeu deiectionẽ animi: vnde quidam concludunt humilitatem eſſe eandem cum philotimia, & magnanimitate quia eadem extrema ſibi oppoſita habet. Patientiam etiam aliqui conſtituunt mediam inter inſenſibilitatem, & impatientiam ſeu nimiam triſtitiam, quæ videtur opinio Caiet.2.2.quæſt.136.art.1. §. ad 3.& Martini de Magiſtris. quæſt.2. de patientia D.Tho.3.p.q.46.ar.5. ad 2 De ſtudioſitate quidam dicunt,eſſe mediam inter curioſitatem,& ſocordiam ex D.Tho.2.2. quæſt.166.a. 2.& 3,Imo caſtitatem,virginitatem,temperãtiam,& euangelicam paupertatem cõſtituũt medias inter duo vitia illis oppoſita:& generaliter dicunt,omni virtuti, quæ reſpicit bonum, operãtis opponi duo vitia, alterum per exceſſum,vt ſi bonum,quod appetitur ſit improportionatum, & maius quam ratio poſtulet; alterum per defectum, vt ſi tale bonum ſit minus quam ratio præſcribat. Sed in his multæ difficultates implicãtur , quæ explicari non poſſunt vſque ad. 2. 2. vbi ſpeciatim de natura cuiuſcumq. virtutis & de vitijs ei oppoſitis diſſerendum eſt,& præſertim habent difficultatẽ quæ de virginitate & paupertate dicta ſunt.Hic ſolum admonuerim, 1.ex D.Thom.quæſt.64.art.1. ad.3.non colligi virginitatem & paupertatẽ eſſe virtutes medias inter duo vitia oppoſita interſe & ipſis, ſed tantum,quod actu ipſarum ſeruant medium inter exceſſũ,& defectũ,vt circa.1.conc. diximus,& ita etiam ſenſit Rich.4.d.33.ar. 4.q.1.ad 1. Argentin.q.vni.a.4 ad.3.quanuis non neceſſe eſt,... de virginitate,eſſe mediam inter duos ... vitioſos, oppoſitos interſe
24 & ipſi.¶2.Admonuerim iuxta opinionẽ Rich. quæſt.citat.... eãd.d a.2.quæſt.1. Palud. quæſt.4.A... mæ tract.7.c.6.quæſt.1. & aliorum aſſerentium,virginitatem nõ eſſe diſtinctam à caſtitate,ſi caſtitas eſt media inter duo vitia,idem de virginitate dicendum eſſe.¶3.verum eſſe quod dixit Angelus verbo virginitas , virginitatem non eſſe virtutem ſpecialem , ſi intelligat vt reuera intelligit cum Rich. non eſſe diſtinctam à caſtitate, vnde male refertur, & impugnatur à Syluestro,eodem verbo. §. 1. bene tamen docet ibi Syluest.ſecundum D.Thom.virginitatem,etiam non firmatam voto eſſe virtutem licet minus perfectam.Sed non eſſe virtutem ſecundum id,quòd caſtitati ſuperaddit , niſi ex fine extrinſeco religionis,& ex voto, quo firmatur, recte docet Tabien. eodem verbo. Caiet.1.2.q 64.a.1.circa ſolutionem.3.q.&.2.2 q.152.a.3.ad.4.& Durand.4 d. 20. q. 2.num.9.& 4.d.33.q.4.num.6.& ita Caiet.docet, non habere vitia extrema ſpecialia . Similiter nõ eſſe perſe , & ſpecialem virtutem niſi ratione finis extrinſeci docet Supplem. 4. d.33. quæſt.3.art.2.concl.1.&.4.Pariſien.apud Carthuſ.eadem d.q.3.Ant.4.p.tit.4.c.7.§. 4. citans Ambroſium,Medina,1.2.q.108.a.4 ¶3.Admonuerim,in materia virginitatis poſſe peccari, per exceſſum,& per defectum, per exceſſum quidem non abſtinendo à venereis,per defectum vero nimis abſtinendo vt ſi coniugata velit non cognoſci à viro, et virgo nolit nubere cum deberet.Ita Maior.4.d.30.q.1. conc, 1.cui male quidam tribuunt , quod poſuerit eſſe ſpecialem virtutem mediam inter duo vitia interſe,& illi oppoſita:tantum enim docuit eſſe virtutem,& circa eius materiam peccari poſſe per exceſſum & per defectum. ¶ 4. paupertatem euangelicam non eſſe ſpecialẽ virtutem,nec obiectum virtutis ſpecialis,recte docent.Caiet.q.64.a.1. ad. 3.Medina,loco nunc citato.Gerſon.3.p.alphab.67. a fol. 350. et ſumitur ex D.Thom.2.2.q.183.a.8.et.q. ſeq. et op.18.de perfect. vitæ ſpi.i. et ex Caſſiano collatione.1.Addit autem Gerſon,eodem alphab.lit.R.Ex quo ſequitur,quod virgini as ſecundum illud,quod addit vltra continentiam,et ſi ſit quidam decor virtutis,nõ tamẽ eſt virtus,nec gradus virtutis.Alias coniugati non poſſent habere omnes virtutes, imo neque vllam,cũ omnes ſint neceſſario cõnexæ. ¶2.Alias virtus ſine peccato tolleretur , quia virginitas,ſine peccato tollitur per actũ coniugalem. Vnde,inquit,apparet quomodo cõſilia euangelica faciant ad perfectionem vitæ ſpiritualis,ſcilicet,vt inſtrumenta promouentia et manuducentia ad illam, vel remouentia prohibens.Idem docet Pariſien.lib.de vniuerſo,parte.1.cap.de temperantia, fol. 80. Nobis in præſenti ſatis ſit circa materias virtutum moralium interdum peccari per exceſſum interdum,per defectũ et virtutes ſaltem aliquas morales eſſe medias inter duo vitia interſe illiſq. oppoſita

S 5 Dices

25 Dices omne vitium, id eſt, omnis habitus
vitioſus inclinat ad opus quando non opor-
tet, vt auaritia inclinat ad amādum pecuniā,
& volendū retinere illam, quādo non opor-
tet: ergo omne vitium contrariatur virtuti
per exceſſum, & nullum contrariatur illi per
defectum. Reſpondeo in virtutibus morali-
bus conſiderandū eſſe id ad quod vnaquæq.
virtus per ſe primo refertur, vt reſpectu illius
ponantur vitia extrema, nā in liberalitate
primus finis eſt moderari appetitum diuitia-
rum inclinando ad illas erogandum, vt ratio
dictauerit. Vnde vitium quod retrahit à libe
rali vſu diuitiarū, cenſetur contrarium libe
ralitati per defectum, quia impedit actum
eius, quamuis habeat ſuū actum poſitiuum,
in quo exceſſus conſiderari poſſit non eroga
tionis, ſed amoris diuitiarum, & ſimiliter in
puſillanimitate eſt exceſſus timoris: tamen
opponitur fortitudini per defectum, quia tol
lit audaciam & aggreſſionē periculi, ad quas
actiones maxime inclinat fortitudo.

26 3. Concluſio virtutes Theologicæ pertinē
tes ad partem appetitiuam, ſcilicet, ſpes, &
charitas non ſunt mediæ inter vitia oppoſita,
patet, quia nullus habitus vitioſus eſt oppoſi-
tus virtuti infuſæ, cū ſint diuerſi ordinis quā-
tum ad effectus: tn̄ virtutes aliquæ morales in
fuſæ ſunt mediæ inter vitia extrema adinui-
cem oppoſita, & idē forte eſt de Theologicis
infuſis, quæ ſolum dicuntur ſimpliciter Theo
logicæ, ſed probabilius eſt, ſaltē de charitate,
nō eſſe hoc modo mediam, quia nec habitus
dilectionis naturalis videtur medius inter
duos habitus vitioſos interſe, & illi oppoſitos:
amicitiæ enim ſolū vnū vitiū, ſcilicet, inimi-
citia contrariatur: ſpes autem videtur media
inter vitia præſumptionis, & deſperationis.

SECTIO. II.

Vtrum omnes virtutes ſint connexæ interſe.

27 VARIÆ comparationes hic fieri
poſſunt, ex quibus variæ difficul-
tates inſurgunt. 1. an. 3. virtutes
morales acquiſitæ, ſcilicet, iuſti-
tia, fortitudo, & temperantia poſſint eſſe ſine
prudentia 2. an prudentia poſſit eſſe ſine ipſis
3. an vna illarum trium poſſit eſſe ſine alia. 4.
an virtutes intellectuales & morales etiam
in ratione virtutum poſſint eſſe ſine Theo-
logicis. 5. an Theologicæ eſſe poſſint ſine mo
ralibus. 6. an vna virtus Theologica poſſit eſſe
ſine alia. 7. an vna virtus intellectualis poſſit
eſſe ſine alia. 8. an morales poſſint eſſe ſine
pure intellectualibus. 9. an Theologicæ poſ-
ſint eſſe ſine intellectualib. 10. an vitia quoq.
interſe ſint connexa. His difficultatibus duas
alias poſtea adijcemus.

De. 1. difficultate, ſcilicet, an. 3. virtutes 28
morales acquiſitæ poſſint eſſe ſine prudētia,
quorūdā opinio eſt, nō poſſe eſſe ſine pruden
tia habituali habēte ſaltē ſtatū imperfectum
ita Sco. & Gab. 3. d. 36. q. vnica, Duran. q. 3. D.
Tho. & Caiet. q. 65. a. 1. Valen. diſ. 5. q. 7. pun-
cto. 2. Vazq. diſput. 88. cap. 2. & 8. Ocham. 3. q. 12.
& quodlib. 4. qu. 6. Almain. 3. moral. c. 3. Azor.
lib. 3. cap. 29. q. 2. tribuens Ariſt. 6. ethic. ca. 13.
vbi ait virtutem ſine prudentia eſſe non poſ-
ſe, & D. Tho. q. 58. art. 4. & alijs Theologis. 3.
diſtinct. 36 dicentibus virtutem moralem ſi-
ne actu prudentiæ eſſe non poſſe: nam cum
actus generent habitus ſimiles, ſi virtutes mo
rales nō poſſunt eſſe ſine actibus prudentiæ,
non poterunt eſſe ſine habitu prudentiæ per
ipſos genitum. Conſ. quoniam actus pruden-
tiæ ſemper antecedit, & non eſt minus effi-
cax ad inferendum ſuum habitum, quam ac-
tus virtutis moralis: ergo illum inferet, ac p-
inde habitus virtutis moralis non erit ſine
habitu prudentiæ. Quod autem actus virtutis
moralis non poſſit eſſe ſine actu prudentiæ,
qui antecedat, docet Almain, illo cap. 3. cum
Ocham. 3 q. 13. ex Ariſt. 2. ethicorum c. 3. dicen
te, virtus eſt habitus electiuus in mediocrita
te conſiſtens definita à ratione, & c. 4. vt ali-
quis operetur virtuoſe, debet operari ſciens,
& hoc velle videtur Greg. 2. moral. cap. 1. di-
cens, ſine prudentia nullas eſſe virtutes, &
Amb. 1. offic. c. 27. iuſtitiam & alias virtutes
ſine prudentia eſſe non poſſe.

Dices, licet hoc verum ſit in prima gene- 29
ratione virtutis moralis, tamen poſtea pru-
dentia amitti poteſt manente virtute morali
quia poteſt quis habere falſum & imprudens
iudicium, & tamen non exercere actum ma-
lum. Propter hoc argumentum concedo, ali-
quando manere virtutem moralem in ordi-
ne ad aliquod obiectum ſine prudentia habi-
tuali extenſa in ordine ad [illegible], & à fortio-
ri concedendum eſt cum Ocham. 4. q. 3. & Al-
mai. 2. mora. c. 13. virtutē moralē poſſe eſſe ſi-
ne prudētia habituali de potētia abſoluta, &
ſuppoſito miraculo, quod Deus impediret ac
tū prudentiæ, ne generaret proprium habitū,
actu virtutis moralis ſuum habitū generare,
vel quod Deus corrumperet habitum prudē-
tiæ, nō corrupto habitu virtutis moralis, imo
virtus moralis generari poteſt, & ſæpiſſime
generatur ſine vera virtute prudētiæ, hæc enim
requirit habitū certū & euidētem: ad exercen
dū autē actū, quo generetur virt' moralis, ſuf
ficit cognitio, quæ habeat ſimilitudinem cū
prudentia, vt eſt opinio aut fides humana
etiam falſa de bonitate obiecti. Non ſolum 30
quando parum habeat formidinis, vt ait Al-
main

main.illo c.3.libri 3. moral. ſed etiam quando multum formidinis haberet vt tracta. de bonit. & malit. hum.actuum diximus de conſcientia differentes. Addit Almain. ibi cum Arimin. primum actum fidei diuinæ eſſe ab imperio voluntatis bono,& regulato per actum opinatiuum, ſed hoc non placet, quia imperium illud debet eſſe ſupernaturale;quoniam fides requirit piam affectionem ſupernaturalem;ac proinde non poteſt procedere ab actu opinatiuo,qui eſt naturalis,ſed vt dicemus in materia de fide,& in materia de gratia, actus piæ affectionis requiſitus ad fidem diuinam eſt à iudicio ſupernaturali euidenti dictante bonum eſſe credere, & valde errat Almain.cum Arimin. vlterius addens,ante omne actum bonum voluntatis eſſe alium non bonum quo, homo vult conſiderare id,de quo iudicãdum eſt per prudentiam:nã conſideratio,& iudicium,etiam prudentiale, de quo eadem eſt ratio,quæ de cęteris,aliquãdo eſt neceſſarium ac proinde independens ab actu voluntatis, & alioqui eſſet proceſſus in infinitum.Item ſi ante.1. iudicium prudentiæ eſt velle conſiderare,cur hoc velle non erit bonum? an quia non eſt deliberatum, vt ait Almai.contra quia deliberare eſt cognoſcere bonitatem obiecti eo modo quo requiritur ad exercendum actum liberum.Hæc autem tunc cognoſcitur:ergo ante actum.1.prudentiæ non opus eſt dari actum voluntatis indifferẽtem, quo velimus conſiderare id de quo per prudentiam iudicandum eſt. Recte autem ait Almain.cum Scot. contra Ocham, ad bonitatem actus nõ requiri, quod ſit effectiue à iudicio prudentiali. Recte etiam contra Ocham docet, non opus eſſe, quod talis actus habeat iudicium prudentiale pro obiecto, ſeu quod homo velit obiectum, quia eſt rationi conſonum, & cognita conſonantia ipſius cum ratione.Sed de his alibi copioſius diſſeruimus.Solum nota hic, verũ eſſe quod ait Baſſol.3.d.36.q.vn.ar.2. ſine prudentia etiã late dicta poſſe eſſe actum naturaliter bonũ, & eiuſdem ſpeciei ſubſtantialis cum bono, vt ſiquis ageret contra dictamen rationis iudicantis,mentiendum eſſe, ſi autem ſtante hoc iudicio,licitum eſt mentiri,voluntas nullum haberet actum,omiſſio nec eſſet mala, quia non dictabat intellectus tunc eſſe obligationem mentiendi,neq. bona, quia pura omiſſio bona eſſe non poteſt,vt tract. de voluntario dictum eſt. Actus vero malus eſſe poteſt ſine imprudentia, quia ad malitiam voluntatis ſatis eſt agere contra dictamen rationis obligantis ad non operandum, & poteſt eſſe peccatum in voluntate ſine vllo errore prauio intellectus,quidquid aliqui dicant male deducentes ex Ariſtot.3. ethic. c. 1. & 4.& lib.7.ca.3.contra quos late in tract. de peccatis diſp.7.ſect.8.

31. Ad.2. difficultatem an prudentia poſſit eſſe ſine virtute morali. R. prudentiam imperfectam,& inchoatam eſſe poſſe ſine virtute morali ipſamq. tempore antecedere, hoc docent Scotus.3.d.36.q.vn.ar.2. Gabr. q.1. ar.2. p. 2.concluſ.3.& art.3.dubio.3. Burid.6. ethic. q. 21.Ocham.3.q.11.& 12.litera. NN.in 4.art. circa.3.argum.& quotl.4.quæſt.6. Almain.3.moral.cap.4. Angeſt.in moralib. cap. 13. Gaillet. de Rub.3.d.36.quæſt.2.Baſſol.& Lichet. q.vn. ar.2.dicentes prudentiam à virtute morali non pendere imo,& poſſe eſſe actum prudentiæ non præcedente aut ſequente actu virtutis moralis:idem tenet Azor lib. 3. cap. 29. q. 4.patet, quia actus prudẽtiæ eſt prior actu virtutis moralis, & non eſt minus efficax:ergo generat habitum priuſquam actus virtutis moralis. Si dicas actum prudentiæ ſolum eſſe priorem ſecundum ordinem naturæ,non vero temporis, quoniam ſtatim infert actum virtutis moralis,& ſic habitum prudentiæ nõ eſſe priorem ſaltem ordine durationis habitu virtutis moralis. Contra, nam intellectus nec ſuo iudicio practico prudentiæ, nec ſuo imperio neceſſitat voluntatem ad actum intentionis aut electionis, vt tractat.6.vidimus & ſaltem quãdo iudicium, vel imperium eſt de re poſtea facienda non ſtatim producitur actus in voluntate,& conſequenter nec habitus moralis:ergo tunc datur habitus prudentiæ ſine habitu virtutis moralis. Confir. quia prudentia eſt virtutis rationis:ergo doctrina, diſciplina, & experientia poteſt acquiri. Hæc autem poſſunt eſſe ſine more, quo moralis virtus comparatur:ergo prudentia poteſt eſſe ſine virtute morali. Vnde experientia docet poſſe nos iudicare prudenter hoc aut illud eſſe agendum,vel fugiendum,non ſecuta actione aut fuga:comparabis ergo prudentiã ſine virtute morali. Sed cõtra quia teſte Ariſt. 6.ethic.cap.5.& lib.7.cap.8.& D.Th.q.57.a.4. recta intentio finis eſt principium actus ac proinde habitus prudentiæ:ergo nequit dari prudẽtia ſine virtute morali, quæ generat recta intentio finis.Confir. quia iudicium prudentiæ eſt poſterius conſilio, & conſilium intentione finis: ergo iudicium prudentiæ eſt poſterius intentione finis; ac proinde non prius generatur habitus prudentiæ, quam virtutis moralis.

32. Ad arg. Reſpon.aliqui Ariſtotelem, & D. Th. loqui de prudentia perfecta,& conſummata talis enim ſine recta intentione finis haberi nequit, ſecus vero prudentia inchoata, & imperfecta. Melius tamen Reſp. Ariſtotelem,& D.Tho.loqui de prudentia quantum ad iudicium de medijs,quod communiter ha-

aet

cet non ſemper oritur ex intentione finis, quæ quidem mouet ad conſiliandum, & inquirendum de medijs, & conſequetur ad iudicandum de illis, quamuis interdum caſu, vel ex naturali quadam propenſione ad finẽ, vel ex ſimplici voluntate illius moueamur ad conſultandum, & iudicandum de medijs. Loquendo autem de prudentia, prout oſtendit finem (quem actum perperam videtur eſ negare Caietan.) non dubium quin eius actus præcedat actum virtutis moralis circa ipſum finem, & ideo prius producitur habitus prudentiæ quam virtutis moralis, ex quo patet ad confirmationem.

33. Sed iam de prudentia perfecta, & conſummata dico eſſe non poſſe ſine virtutibus moralibus D.Tho. Medina, & Caietanus, quæſt. 58.ar.5.& q.65.ar.1. Vazquez diſpu. 84. c.4. Capreol.3.diſt.36.quæſt.vnic.concl.1.& ad argugum.contra illam. Argenti.quæſt.vn. ar.1.ad 4.Duran.q.2.nu.5.Zumel in materia de peccatis.quæſt.77.a.2.diſp.vnic.in 4.concluſ. Euſtratius.6.ethic c.5.12.& 13. Azor illa quæſt. 4. Conimbr.in ethicis diſput.7.q.4.ar.2. Oront. lib.12.c.10. & Ambr. 1. offic. cap. 27. probans, quia initium ſapientiæ ſeu intellectus eſt pietas ſeu timor Domini quo (inquit) aduertit illud ab huius ſeculi translatum magis quam inuentum ſapientibus, quia pietas fundamentum eſt huius virtutis, idem docet. 2. offic.cap.9. & Ariſtot.6.ethic cap.5.temperátiam conſeruatricem prudentiæ appellamus. Similia dicit, cap. 12.& 13.& lib.7.cap.8.& lib. 3.cap.4 ait qualis vnus quiſque eſt talis videtur eſſe ei finis, & propterea vitioſum iudicare eſſe vere bonum, quod non eſt, & c.1.dixerat omnis prauus eſt ignorans, ſcilicet conſequenter, quia prauitas illum errare facit, vnde prouerb.14.errant, qui operantur malum, & Luc.11.ſi oculus tuus fuerit ſimplex, totum corpus tuum lucidum erit, id eſt, ſi intentio fuerit recta, intellectus communiter non errabit ſaltem culpabiliter in rebus agendis, ſed prudenter iudicabit.

34. Ratio autem eſt, quia homo, qui non eſt bene ſed male affectus, eo ipſo per quandam ſympathiam eſt valde propenſus adiudicandum, id eſſe bonum, præſertim hic, & nũc, ad quod eſt praue affectus, & ita prauus affectus corrumpit, & perturbat maxime iudiciũ de agendis in particulari, circa quæ verſatur prudentia, cauſatque iudicium imprudẽtiæ, & hominem cogit, vt ſæpe erret. Dices argumentum probare nõ poſſe eſſe perfectam prudentiam cum vitijs, ſecus ſine virtutibus. Reſp. moraliter loquendo non poſſe abeſſe virtutes, quin adſint vitia. Deinde cum tot ſint in vita humana, quæ iudicium de agendis in particulari corrũpere poſſint, niſi virtutes opem ferant, quamuis vitia abſint ſæpe peruerſum fore iudicium: quocirca Ariſt. 6. ethic.c.5. dixit temperantiam eſſe conſeruatiuam prudentiæ, & cap. 10. neminem poſſe eſſe prudentem, qui bonus non ſit. Et confirmatur, quia, qui bonus animo eſt, non eſt vacuus paſſionibus, eſto per impoſſibile ſit vacuus prauis habitibus: docent autem ſapientes omnes, & experientia ipſa, ad recte iudicandum oportere hominem vacuum eſſe paſſionibus: ergo.

35. Dices iudiciũ prudentiæ ſæpe nititur euidenti rationi: tunc autem nec à paſſionibus, nec à prauis affectibus poſſe corrumpi. Reſp. ſæpe rationem, quæ eſſet euidens bene, aut non male affecto, ipſumq. conuinceret, non conuincere praue, aut nõ bene affectum, nec rerũ illius in ea diſpoſitione cõſtituti eſſe euidentem, vnde ratione ſophiſtica, & apparenti poſſe virtuti diſſentire. Deinde raro in agẽdis occurrunt rationes euidentes, ſed rationes prudentiales ſunt probabiles tantum, & tunc prauum affectum magnam vim habere ad peruertendum iudicium. Deinde prauus affectus auertit animum à conſideratione, põderatione, & penetratione rationis euidentis & ſic etiam locum præbet rationi ſophiſticæ vt corrumpat rectum iudicium. Dices ad actum ſtudioſum ſatis eſt iudicium opinatiuũ ſeu probabile de honeſtate obiecti, taleque iudicium eſt prudentiale, vt diſputatione de virtutibus intellectualibus vidimus, hoc autem iudicium habet, qui eſt praue affectus: ergo actus voluntatis illud cõſequẽs erit ſtudioſus neque praui affectus prudentiæ iudiciũ corrumpent, & ita prudentia perfecta cum vitijs, & à fortiori ſine virtutibus moralibus eſſe poterit. R. prauos habitus, & paſſiones non ſolum corrumpere iudicium perfectum prudentię, nempe verum, ſed etiam probabile, & veriſimile nitens bonæ rationi, trahit enim intellectum ad iudicandum de agibilibus ex leuibus rationibus etiam cognita earum leuitate, & tale iudicium non eſt prudentiale, neque ſufficit ad ſtudioſum actum. Vnde cum vitijs aut ſine virtutibus non poteſt acquiri perfecta, neque integra, & generalis prudentia etiam opinatiua rerum omnium agibilium communiter occurrentium.

36. *Corolariũ.* Ex dictis circa hanc, & præcedentem difficultatẽ iudicãdum eſt de his, quæ docet Maior.3.diſt.33.q.9.& vltima de prudentia, & d. 36.q.3.vbi docet, prudentiam ſine virtute morali eſſe non poſſe, neque virtutem moralem eſſe poſſe ſine prudentia. Hoc autẽ ait debere intelligi, ita vt nomine prudentiæ etiam ignorantia inuincibilis comprehendatur, vt cum iudico, huic eſſe dãdam eleemoſynam, quia eſt pauper, cum tamen ſit diues, ſed exẽplum

Digitized by Google

plum non eſt ad rem, quia iudicium pruden-
tiæ in eo euentu nõ eſt, hunc eſſe pauperem,
ſed, huic, qui apparet pauper, dãdam eſſe elee
moſynam: quod iudicium verum, & euidens
eſt. Addit virtutem moralem non poſſe eſſe
ſine prudentia loquendo de actibus, loquen-
do tamen de habitibus, virturem moralem
eſſe poſſe ſine prudentia, quod quidem verũ
eſt loquendo de prudentia habituali quantũ
ad ſuam conſeruationem de potentia ordina
ria, vel quantum ad ſuam generationẽ de po-
tentia abſoluta, vt in prima difficultate expli
37. catum eſt. Addit vlterius, cum dicitur, prudẽ-
tiam eſſe nõ poſſe ſine virtute morali, de actu
etiam intelligi poſſe, quia licet quis habeat
iudicium rectum imo & actum bonum, non
dicirur eſſe prudens, ſi careat virtute mora-
li, & ſit in peccato mortali, eo quod eſſe pru-
dentem connotat eſſe ſine peccato mortali,
quamuis oppoſitum probabile putet, & quæ-
ſtionem cẽſeat eſſe de nomine. Sed exiſtimo,
aliquẽ eſſe prudentem nõ cõnotare, quod ſit
ſine peccato mortal. & quamuis id connota-
ret, non ſequeretur prudentiam eſſe non poſ-
ſe ſine virtute morali, quia poteſt aliquis eſſe
ſine peccato mort. & ſine virtutibus morali-
bus: cum ergo dicitur, prudentiam non poſſe
eſſe ſine virrute morali, intelligendum eſt de
38. prudentia perfecta, conſummata, & generali
vt ſupra explicuimus. Fateor tamen iuxta cõ-
munem modum loquendi prudentes non di
ci, qui bene iudicant, ſed male, operantur,
& quantum ad hoc bene dicit Maior, à quo
parum diſcrepat Richar. 3.d.33.a.1.q.8. dicens,
prudentiam vel accipi præciſe pro habitu
dirigente ad operandum bene, & hoc modo
eſſe poſſe ſine virtutibus moralibus, vel pro
eodem habitu quaſi informato per virtutes,
& hoc modo non poſſe eſſe ſine illis, & ar. 2.
q. 2. addit hoc modo eſſe proprie prudentiá,
ita vt quemadmodum curuitas non dicitur
ſimitas niſi quatenus eſt in naſo, ita etiá iudi-
ciũ rectũ de reb. agendis nõ dicatur prudẽtia
in homine male operante. Cõſentit Cordub.
lib 3.q. 9. & 12: vbi inquit, prudentiam dupli-
citer accipi. 1. large, vt dicit iudicium oſtenſi-
uum rectum de agibilibus. 2. ſtricte, vt dicit
iudicium, non tantum oſtenſiuum, ſed etiam
præceptiuum includens appetitum rectum à
quo opus imperetur. 1. modo ſumptum poſſe
reperiri ſine virtute morali. 2. autem modo
non poſſe. Conſonat etiam Ariſt. 6. ethic. c. 5.
vbi artificem peccantem ſponte ait eſſe ma-
gis expetendam, in prudentia autem minus:
id eſt, imprudentiorẽ exiſtimari, qui ſcienter
male operatur, quia magis declinat, & errat à
ſcopo, & via honeſta, & ideo c. 10. proprium
actum prudentiæ ait eſſe præcipere, id eſt, ita
iudicare, vt voluntas operandi non deſit, &

D. Tho. 6. ethic. lect. 7. ait, prudentiam inclu-
dere aliquid in appetitu, & ideo ſciẽtias mo-
rales, vt connotant aliquid in appetitu, pru-
dentiæ rationem habere, aliter vero non, &
2.2.q.47.a.8. in præcepto, quod putat eſſe prin
cipalem actum prudentiæ, inuoluit applica-
tionem iudicij ad opus, quæ videtur pertine-
re ad voluntatem.

De 3. difficultate, an virtutes pure, proprie, 39
& ſtricte morales, quales ſunt illæ, quæ ad ap-
petitum pertinent, & non habent Deum pro
obiecto, ſed alia, ita ſint connexæ, vt vna ſine
alia eſſe non poſſit? Alber. 3.d.36.art.4. Scotus
eadem d. quæſt. 1. ar. 1. & ſequentibus Gabr. q.
vnic. ar. 2 p. 1. concl. 1. Baſſol. q. vni. a. 1. Rub. ibi
Maytones, q. 2 artic. 13. Palac. & alij ead. d. Al-
mai. 3. moral. cap. 7. 8. & 9. Ocham. 3. q. 11. & 12.
& quotl. 4. quæſt. 6. Angeſt. in moral. cap. 13.
arbitrantur quamlibet, ex his virtutibus ſine
cæteris conſiſtere poſſe. Eandem opinionem
tenet Vazq. diſp. 84. ca. 4. & 5. & quæſt. 73. ar. 1.
ait enim virtutes eſſe connexas in prudentia:
ita vt non poſſit aliquis eſſe prudens ſimpli-
citer, & in omni materia, niſi habeat omnes
virtutes ſimpliciter, neque habere omnes vir
tutes ſimpliciter, niſi ſit prudẽs ſimpliciter, &
in omni materia: non tamen ita vt non poſſit
habere vnam virtutem, & ſecundum ſubſtã-
tiam, & in ſtatu perfecto, niſi habeat pruden-
tiam ſimpliciter, & abſolute, & circa omnẽ
materiam, neque item, vt vna non poſsit eſſe
in gradu heroico ſine alijs; quamuis quæli-
bet virtus cæteris paribus melius ſit cum alijs
quam ſola, & ſic in ſtatu perfectiſsimo vnam
eſſe non poſse ſine alijs, & hoc pacto ait poſ-
ſe intelligi D. Thomam, quando ait, omnes
virtutes eſse connexas. Sed hæc expoſitio ſin-
gularis eſt, & violenta, quia eſse connexas,
non eſt ſe iuuare, ſed vnam ſine alia eſse non
poſse, ſcilicet, quoad ſuá eſsẽtiam, vel quoad
ſtatum perfectionis ſufficientem ad denomi-
nandum hominem ſimpliciter iuſtum, tem-
peratum, &c.

Azor lib. 3. cap. 29. quæſt. 1. hanc eandem
opinionem tenet tribuitque ipſam Scoto, Ri 40
char. Bonau. Ocham, Gabr. Almain. & Maio-
ri. 3.d.36. Henric. quodlib. 5.q.17. & Durand. 6.
ethic. qu. 21. Arbitraturq. non eſſe contra D.
Tho. quia ipſi, & patres ſolum voluerunt, vir
tutes in gradu heroico eſse connexas, vnde
Hieronym. dialogo. 1. contra Pelagianos di-
xit, non Paulum ſed Ariſtotel. & alios Philo-
ſophos dixiſse, virtutes connexas eſse idque
intelligendum eſse, non proprietate, ſed par-
ticipatione, & Auguſt, epiſt. 29. ad Hieronym.
dixit, illam Philoſophorum non Apoſtolorũ
eſse ſententiam. Addit Azor. 4. virtutes cardi-
nales eſse connexas, quatenus quælibet ha-
bet ſimilitudinem cum alijs, & quælibet ope-
ratur

Digitized by Google

ratur prudenter, iuſte, firmiter, ſeu conſtanter, & modeſte. Alij addunt omnes eſſe connexas quatenus, qui vnam habet formaliter, per illam poterit imperare actus alterius, licet ſub alio motiuo, & per illam eſt melius affectus, & diſpoſitus ad comparandum alias vnde habet illas quaſi virtute. Item vnam ſine alia non poſſe denominare ſimpliciter ſtudioſum, ſicut vna ſciētia non denominat abſolute ſcientem. Addit Mayrones omnes eſſe connexas cum iuſtitia legali, nam qui illā habet, eſt diſpoſitus ad bene operandum ptopter bonū cōmune in omni materia: hācvero non poterit habere ſine alijs virtutibus. Palac. vero ait, eum, qui eſt perfecte ſtudioſus in vna materia, habere omnes alias virtutes, quę ad ſuum ſtatum pertinet; non vero alias, quæ ad ſuum ſtatum non pertinēt, vt ad religioſum non pertinet iuſtitia commutatiua, &c.

41. Sententia hæc ſuadetur. 1. ex Hieronymo

1. Argum. tum loco citato, tum etiam ad Epheſ. 4. vbi ait in vno eſſe iuſtitiam, in alio caſtitatem, & difficile eſſe in vno reperiri omnes, & Bernard. ſerm. 70. in cantica, ait, magnus eſt, qui 3. vel 4. lilia, id eſt, virtutes ædificare poterit in tanta ſpinarū, id eſt, vitiorum denſitate, & Aug. illa epiſtola. 29. expreſſe dicit vnam virtutem haberi poſſe nihil habendo de alia.

2. Argum. 2. Quia poteſt aliquis, vel ex mera liberalitate ſua, vel propter vehementem inclinationem ad materiam alicuius virtutis, vel alia ratione exercere actus illius v. g. temperantiæ, & non aliarum: ergo habebit ſolum habitum temperantiæ, nam per ſolos actus temperantiæ ſolus habitus tēperātiæ generatur, & hoc magis vrget in virtutib. quarū materia. L oca ſio tūc nō occurrit, vt in liberalitate, & magnificentia quarum actus pauper exercere nō poteſt, & in fortitudine bellica cuius actus non poteſt clericus, vel religioſus habere ſaltem abſolutos: per conditionatos autem habitum non acquiri affirmant Caietanus, & Valentia citati diſput. 4. q. vltima, qui ideo dicunt morales virtutes non eſſe in Angelis.

3. Argum. 3. Quia experientia docet alios in alijs materijs moralibus promptos eſſe ad recte agendū, & non in omnibus: ergo fatēdum eſt, eos aliquibus virtutib. prǽditos eſſe, & non omnibus. Confir. quia poteſt quis habere magnum augmentum vnius virtutis, & non alterius: ergo & ſubſtantiam vnius, & non alterius.

4. Argum. 4. Vna virtus non pendet in ſuo eſſe ab alia, neque ab actibus quibus acquiritur alia, cur: ergo non poterit acquiri, & conſeruari ſine alia. Confir. quia cum vna dependeret, ab alia, cum ea dependentia non poſſit eſſe mutua eo quod non eſſet in diuerſo genere cauſæ, ſequitur aliquam virtutem eſſe independentem ab alijs, ac proinde eam poſſe eſſe ſine alijs.

5. Poteſt aliquis ex complexione ſua eſſe propenſus, & promptus ad actus vnius virtutis, & non alterius, vt expreſſe docet Ariſt. 6. ethic. c. 13. ergo etiam ex aſſiduo vſu, & exercitatione vnius, & non alterius: qui vſus peculiaris poteſt prouenire vel ex ipſa complexione, vel ex peculiari doctrina, & apprehenſione, vel ex minori difficultate materiæ, vel ex pœnis aut præmijs propoſitis exercitationi, aut violationi vnius virtutis, & non alterius. *5. Argum.*

6. Poſt quis poſt acquiſitas omnes virtutem contra vnam tantum v. g. caſtitatem delinquere, illamq. ſolam corrumpere: ergo manebunt reliquæ ſine caſtitate. *6. Argum.*

7. Virginitas, & caſtitas, quæ ſunt eiuſdem generis, atque adeo ſimiliores non ſunt connexæ: ergo multo minus aliæ diuerſorum generum. Confir. nam, qui nunquam peccauerunt, nō poſſunt habere virtutem acquiſitam pœnitentiæ, & qui venereis vſi ſunt, neceſſario carent virginitate: poſſunt tamē alias virtutes habere: ergo non omnes virtutes ſunt connexæ. *7. Argum.*

8. Quilibet poſt habere aliquam virtutem in ſtatu perfecto: non autem poteſt quilibet habere omnes virtutes: ergo vna etiam in ſtatu perfecto poteſt haberi ſine alia: minor patet, quia non cuilibet ſe offert occaſio eliciendi actus circa materias omnium virtutum, multis non ſe offerunt pericula, in quibus exerceant fortitudinem, neque ſuppetunt diuitiæ circa quas ſint magnifici, & liberales. Confir. quia etiam ſi occurrerent materiæ exterius, vel interius, cum actus quarumdā nō ſint in præcepto, poſſet quis de illis nō curare curando maxime de alijs qui euaderet perfect⁹ in vna ſine acquiſitione aliarum. *8. Argum.*

9. Actus aliquarum virtutum ſunt contrarij actibus aliarum: ergo & habitus habent nonnullam contrarietatem: ergo non habēt cōnexionem. Ant. probatur, quia iſti actus ſunt cōtrarij volo accedere ad mulierem nollo accedere ad mulierem, tamen vterque poteſt eſſe virtutis: idem eſt de iſtis, volo habere proprium, nollo habere proprium; volo puniri nollo puniri: volo facere magnos ſumptus, volo magnos honores, nollo magnos honores, &c. *9. Argum.*

2. Sententia eſt, omnes virtutes morales eſſe interſe connexas D. Tho. q. 65. ar. 1. q. 73. ar. 1. & Caietan. Contra. Medin. & alij eiſdem locis Valentia diſput. 5. q. 7. puncto. 2. Bonau. 3. diſt. 36. quæſt. 3. Argen. q. 1. ar. 1. Duran. quæſt. 3. Capreol. q. vnica, art. 1. Richar. q. 1. Palud. q. 1. ar. 2. & q. 3. Carthuſ. ibidem Maior. q. 4. Magiſter cap. 1. & 2. D. Tho. q. 1. ar. 1. & quæſt. vnic. de virtutibus Cardinalibus artic. 2. Henric. quodlib. 42.

Digitized by Google

quodlib 5. quæſtio.17. Conimbric.in ethicis diſput.7 q.4 artic.2.Iauell. in ethicis, Alens. 4.p.q.65.memb.3.ar.3 ad.3. Petrus Gregor.lib. 39.ſintaxis, cap.1. Foxius in cōpendio ethicæ lib.3.cap.3.Burida. 6. ethic.q.21.imo Ariſto. 6. ethic.c.12.& 13. Ambro.1.offic.c.27. vbi inter alia dicit,liquet igitur, & has, & reliquas cognatas ſibi eſſe virtutes, & 5. in Lucam ſuper id Lucæ c.6. Beati pauperes, &c. connexæ, inquit,ſunt concatenatæq. virtutes, vt qui vnā habet plures habere videatur:lege etiam illū 1. offic.cap.35.& lib.2.c.9.& oratione de obitu Valentiniani,& lib.de paradiſo c.3. vbi ait in quo aliqua principalis (id eſt, cardinalis) eſt virtus,in eo etiam cęteræ pręſto ſunt,quia ipſæ ſibi ſunt connexæ,concatenatæque virtutes. Hiero. epiſtol.ad Fabiolam de 42.manſionibus filiorum Iſrael circa manſionem.38. inquit,hærent ſibi,& interſe ita cōnexæ ſunt vt qui vna caruerit, omnibus careat,& epiſt. ad Pamachium,& Iſai.16. in illud,ſuper hoc venter,&c. vbi ait Philoſophorum ſententia eſt,hærere ſibi virtutes:idem ait Iſai.36. & 3. contra Pelagianos, & Bernard.1. de conſideratione cap.6.ait ſuauiſſimum eſſe complexū virtutum. Grego.1.moralium cap.16. alias 32. ait valde ſingula virtus quælibet deſtituitur, ſi non vna alijs ſuffragetur, & lib.21.ca.3.omnes virtutes vicaria ope ſe ſublevāt,quia vna virtus ſine alia,vel nulla eſt omnino, vel minima,vicißim ſua coiunctione fulciuntur, & 1.moralium cap. 20. alias 39. ait neque enim vnaquæque virtus vere virtus eſt, ſi mixta alijs virtutibus non eſt,& lib.22.c.21. vna virtus ſine alijs aut omnino nulla eſt aut imperfecta,ſimilia ait hom.3. in Ezech. & hom. 22. vna virtus ſine alia,vel nulla eſt omnino, vel minima vicißim ſua coniunctione fulciunt, & Aug.epiſ.28.ait Philoſophis omnib.placuiſſe dogma de inſeparabilitate virtutū.idē ait epiſ.29.ad Hiero.imo 6. de Trinit.c.4. in principio nō ſolum ait eſſe cōnexas,ſed etiā eos, qui ſunt æquales in vna eſſe æquales in alijs, Cicero.1.& 2.Tuſculana, & 1. & 2. de offic. & 3.de finibus docet virtutum connexionum idemq. aſſerere.1.de origine honeſti refertur apud Ambroſ.1.offic. c. 27. in margine, idem ſenſere Plato in Prothagora, & lib. de regno Criſippus apud Plutarch in lib. de ſtoicorū contrarietatibus,& Plutarchus ipſe , & ſtoici Galluſq. 7. de decretis, Hyppo. & Platonis, Cicero. ſuperius & 1. de oratore, Macrob. & alij Philoſophi. & hanc eſſe communem Patrum ſententiam dixere Henric. & Medina ſupra.

Ea vero dupliciter intelligi poteſt.1. ita vt
44. nec ſecūdum eſſentiam vlla harum virtutum poſſit abſque cæteris conſiſtere: quo pacto neque eam defendit D. Tho. neq. vera eſt vti recte notarunt Caieta.q.65.a.1.& 4. Valen.ſupra,Durād.3.d.36.q.1. Vazq.diſp.88.c.4. & Almain.qui etiam docet, argūm. Scoti contra D.Tho.non militare,quia magna ex parte in hoc ſenſu procedunt, & ſane argumenta aliqua eorum , quæ à nobis allata ſunt , plane hūc ſenſum impugnant,quem eſſe falſum fatetur etiam Burid.ſupra & Conimb. q. citata ar.1 ad id notantes ex Ariſt.7.ethic. c.1. alijſq. auctoribus virtutem moralem in vno trium gradum obtineri poſſe,videlicet in gradu cōtinentiæ,temperantiæ , & etiam heroico , in priori gradu cum adhuc paßiones vehementes ſunt,in 2.cum pacatiores:in 3.cum iam ita cohibitæ ac refrænatæ ſunt, vt raro admodū, & vix rationi repugnent ; alij hos gradus vocant incipientium , proficientium, perfectorum.Igitur de virtutib.in gradu heroico nullas,inquiunt,eſt dubitatio,omnes enim fatentur,virtutes morales in gradu hoc eſſe connexas,ita vt v.g. fortitudo perfectiſſima eſſe nequeat abſq. aliarum virtutum ſocietate. Nā cum omnes virtutes morales mutuum ſibi præſtent auxilium,& aliæ alijs perfectionem adiungant,cumq. virtutes in gradu heroico omnem poſtulent excellentiam,& abſolutionem aut dubie neceſſario inter ſe iugatæ, & cohærentes erunt. Nec item de virtutibus in gradu continentiæ diſceptatio eſt, conſtat enim poſſe vnam abſque alijs inueniri, vt ex his,quæ paulo poſt dicemus,planius euadet, quare de virtutibus dumtaxat.2.gradus,quæſtio relinquitur.Hęc Conimbric.quibus non obſtantibus verum eſt,quod ait Vazq.diſput. 88.c.4.vnam virtutem in gradu heroico eſſe poſſe de potētia abſoluta ſine alijs , vt ſi Deus vnam tantum virtutem genere ſuo acquiſitā infunderet tam intenſam , vt intēſio ſuppleret aliarum conſortium , quod præſertim faceret ſi per iuſtitiam originalem aut extrinſecam prouidentiam Deus ſine alijs virtutib. paßiones ſopiret.

2.Poteſt hęc opinio intelligi ita vt nulla 45.
harum virtutum poßit ſine reliquis eſſe in perfecto ſtatu virtutis , ita eam interpretantur Caietan.Burid. Foxius , Almain. Conimbricen.& Valen.qui ex D.Tho.q.65. art.1. in corpore,& ad.1. ac 3. explicant, hunc perfectum ſtatum non conſiſtere in intenſione:eandem enim intenſionem,vt ait Almain.poteſt habere virtus ſine alijs virtutibus, & cum illis,quia poteſt quādo nō occurrunt difficultates pertinentes ad alias virtutes,intenſe operari, & ſic valde creſcere ſine illis ; quod male aliqui dicunt,raro aut nunquam contingere : ſed conſiſtit perfectus hic ſtatus in perfecta promptitudine ad opus proprium, quam quidem nulla virtus ſe ſola confert,ita vt ob nullius generis difficultatem ſine in materia

ratur prudenter,iuſte , firmiter , ſeu conſtan-
ter,& modeſte.Alij addunt omnes eſſe con-
nexas quatenus,qui vnam habet formaliter,
per illam poterit imperare actus alterius , li-
cet ſub alio motiuo,& per illam eſt melius
affectus,& diſpoſitus ad comparandum alias
vnde habet illas quaſi virtute. Item vnam ſi-
ne alia non poſſe denominare ſimpliciter ſtu
dioſum,ſicut vna ſciētia non denominat ab-
ſolute ſcientem. Addit Mayrones omnes eſ-
ſe connexas cum iuſtitia legali, nam qui illá
habet , eſt diſpoſitus ad bene operandum pro
pter bonū cōmune in omni materia:hācvero
non poterit habere ſine alijs virtutibus. Pa-
lac.vern ait,eum,qui eſt perfecte ſtudioſus in
vna materia,habere omnes alias virtutes,quę
ad ſuum ſtatum pertinet, non vero alias, quæ
ad ſuum ſtatum non pertinēt, vt ad religio-
ſum non pertinet iuſtitia commutatiua, &c.
41. Sententia hæc ſuadetur. 1. ex Hieronymo
1. Argum. tum loco citato,tum etiam ad Epheſ.1.vbi ait
in vno eſſe iuſtitiam, in alio caſtitatem,& dif
ficile eſſe in vno reperiri omnes, & Bernard.
ſerm 70.in cantica, ait,magnus eſt , qui 3. vel
4.lilia,ideſt,virtutes ædificare poterit intan-
ta ſpinarū, id eſt,vitiorum denſitate, & Aug.
illa epiſtola.29.expreſſe dicit vnam virtutem
haberi poſſe nihil habendo de alia.
2. Argum. 2.Quia poteſt aliquis,vel ex mera liberali-
tate ſua,vel propter vehementem inclinatio
nem ad materiam alicuius virtutis,vel alia ra
tione exercere actus illius v. g.temperantiæ,
& non aliarum:ergo habebit ſolum habitum
temperantiæ,nam per ſolos actus temperan-
tiæ ſolus habitus tēperātiæ generatur, & hoc
magis vrget in virtutib. quarū materia. Loca
ſio tūc nō occurrit,vt in liberalitate ,& mag-
nificentia quarum actus pauper exercere nō
poteſt , & in fortitudine bellica cuius actus
non poteſt clericus, vel religioſus habere ſal
tem abſolutos:per conditionatos autem ha-
bitum non acquiri affirmant Caietanus , &
Valentia citati diſput.4.q.vltima,qui ideo di
3. Argum. cunt morales virtutes non eſſe in Angelis.
3. Quia experientia docet alios in alijs ma
terijs moralibus promptos eſſe ad recte agen
dū,& non in omnibus: ergo fatēdum eſt , eos
aliquibus virtutib. præditos eſſe,& non om-
nibus. Confir.quia poteſt quis habere mag-
num augmentum vnius virtutis, & non alte-
rius : ergo & ſubſtantiam vnius , & non alte-
rius.
4. Argum. 4.Vna virtus non pendet in ſuo eſſe ab a-
lia,neque ab actibus quibus acquiritur alia,
cur:ergo non poterit acquiri , & conſeruari
ſine alia. Confir. quia cum vna dependeret,
ab alia, cum ea dependentia non poſſit eſſe
mutua eo quod non eſſet in diuerſo genere
cauſæ,ſequitur aliquam virtutem eſſe inde-
pendentem ab alijs,ac proinde eam poſſe eſ-
ſe ſine alijs.
5. Poteſt aliquis ex complexione ſua eſſe 5. Argum.
propenſus,& promptus ad actus vnius virtu-
tis,,& non alterius,vt expreſſe docet Ariſt. 6.
ethic.c.13.ergo etiam ex aſſiduo vſu , & exer-
citatione vnius,& non alterius:qui vſus pecu
liaris poteſt prouenire vel ex ipſa complexio
ne,vel ex peculiari doctrina, & apprehenſio
ne,vel ex minori difficultate materiæ , vel ex
pœnis aut præmijs propoſitis exercitationi,
aut violationi vnius virtutis, & non alterius.
6. Poſt quis poſt acquiſitas omnes virtu- 6. Argum.
tem contra vnam tantum v.g. caſtitatem de-
linquere , illamq. ſolam corrumpere : ergo
manebunt reliquæ ſine caſtitate.
7.Virginitas,& caſtitas, quæ ſunt eiuſdem 7. Argum.
generis,atque adeo ſimiliores non ſunt con-
nexæ:ergo multo minus aliæ diuerſorum ge-
nerum. Confir.nam , qui nunquam peccaue-
runt ,nō poſſunt habere virtutem acquiſitam
pœnitentiæ,& qui venereis vſi ſunt,neceſſa-
rio carent virginitate:poſſunt tamē alias vir-
tutes habere : ergo non omnes virtutes ſunt
connexæ.
8. Quilibet poſt habere aliquam virtutem 8. Argum.
in ſtatu perfecto:non autem poteſt quilibet
habere omnes virtutes:ergo vna etiam in ſta
tu perfecto poteſt haberi ſine alia:minor pa-
tet,quia non cuilibet ſe offert occaſio elicien
di actus circa materias omnium virtutum,
multis non ſe offerunt pericula,in quibus e-
xerceant fortitudinem , neque ſuppetunt di-
uitiæ circa quas ſint magnifici , & libera-
les. Confir. quia etiam ſi occurrerent mate-
riæ exterius,vel interius,cum actus quarum-
dā nō ſint in præcepto, poſſet quis de illis nō
curare curando maxime de alijs qui euade-
ret perfect⁹ in vna ſine acquiſitione aliarum.
9. Actus aliquarum virtutum ſunt contra- 9. Argum.
rij actibus aliarum : ergo & habitus habent
nonnullam contrarietatem : ergo non habēt
cōnexionem. Ant. probatur , quia iſti actus
ſunt cōtrarij volo accedere ad mulierem nol
lo accedere ad mulierem,tamen vterque po-
teſt eſſe virtutis:idem eſt de iſtis,volo habere
proprium,nollo habere proprium;volo puni
re nollo puniri : volo facere magnos ſump-
tus,volo magnos honores, nollo magnos ho
nores,&c.
2. Sententia eſt , omnes virtutes morales 42.
eſſe interſe connexas D.Tho.q.65. ar. 1. q. 73.
ar.1.& Caietan. Conra. Medin.& alij eiſdem
locis Valentia diſput.5.q.7. puncto. 2. Bonau.
3.diſt.36.quæſt.3. Argen.q.1.ar.1.Duran. quæſt.
3.Capreol.q.vnica,art.1.Richar.q.1.Palud.q.1.
ar.2.& q.3.Carthuſ.ibidem Maior.q.4. Magi-
ſter cap.1.& 2.D.Tho. q. 1. ar.1. & quæſt. vnic.
de virtutibus Cardinalibus artic. 2. Henric.
quodlib.

quodlib 5. quæſtio. 17. Conimbric.in ethicis
diſput.7 q.4 artic.2.Iauell. in ethicis, Alens.
4.p.q.65.m.3.ar.3 ad.3. Petrus Gregor.lib.
39.ſintaxis, cap.1. Foxius in cōpendio ethicæ
lib.3.cap.3.Burida, 6. ethic.q.21.imo Ariſto. 6.
ethic.c.12.& 13. Ambroſ.1. offic. c.27. vbi inter
alia dicit,liquet igitur, & has, & reliquas co-
gnatas ſibi eſſe virtutes, & 5. in Lucam ſuper
id L.c.6. Beati pauperes, &c. connexæ, in-
quit, ſunt concatenatæq. virtutes, vt qui vnā
habet plures habere videatur:lege etiam illū
1. offic.cap.35.& lib.2.c.9.& oratione de obi-
tu Valentiniani,& lib.de paradiſo c. 3. vbi ait
in quo aliqua principalis (id eſt, cardinalis)
eſt virtus,in eo etiam cęteræ pręſto ſunt,quia
ipſæ ſibi ſunt connexæ,concatenatæque vir-
tutes. Hiero. epiſtol.ad Fabiolam de 42.man
ſionibus filiorum Iſrael circa manſionem 38.
inquit,hærent ſibi,& interſe ita cōnexæ ſunt
vt qui vna caruerit, omnibus careat,& epiſt.
ad Pamachium,& Iſai. 16. in illud,ſuper hoc
venter,&c. vbi ait Philoſophorum ſententia
eſt,hærere ſibi virtutes:idem ait Iſai. 56. & 1.
contra Pelagianos, & Bernard.1. de conſide-
ratione cap.6.ait ſuauiſſimum eſſe complexū
virtutum. Grego.1.moralium cap.16. alias 32.
ait valde ſingula virtus quælibet deſtituitur,
ſi non vna alijs ſuffragetur, & lib.21.ca.3.om-
nes virtutes vicaria ope ſe ſubleuāt,quia vna
virtus ſine alia,vel nulla eſt omnino, vel mi-
nima,vicinim ſua coniunctione fulciuntur, &
1. moralium cap. 20. alias 39. ait neque enim
vnaquæque virtus vere virtus eſt, ſi mixta
alijs virtutibus non eſt,& lib.22.c.21. vna vir-
tus ſine alijs aut omnino nulla eſt aut imper-
fecta,ſimilia ait hom.3. in Ezech. & hom. 22.
vna virtus ſine alia,vel nulla eſt omnino, vel
minima vicisſim ſua coniunctione fulciunt,
& Aug.epiſ.28.ait Philoſophis omnib.placuiſ
ſe dogma de inſeparabilitate virtutū.idē ait
epiſ.29.ad Hiero.imo 6. de Trinit.c.4. in prin
cipio nō ſolum ait eſſe cōnexas,ſed etiā eos,
qui ſunt æquales in vna eſſe æquales in alijs,
Cicero.1.& 2.Tuſculana, & 1. & 2. de offic. &
3.de finibus docet virtutum connexionum
idemq. aſſerere 1.de origine honeſti refertur
apud Ambroſ.1.offic. c. 27. in margine, idem
ſenſere Plato in Prothagora, & lib. de regno
Criſippus apud Plutarchum lib. de ſtoicorū
contrarietatibus,& Plutarchus ipſe, & ſtoici
Galluſq. 7. de decretis, Hyppo. & Platonis,
Cicero. ſuperius & 1. de oratore, Macrob. &
alij Philoſophi. & hanc eſſe comunem Pa-
trum ſententiam dixere Henric. & Medina
ſupra.
Ea vero dupliciter intelligi poteſt.1. ita vt
44. nec ſecūdum eſſentiam vlla harum virtutum
poſſit abſque cæteris conſiſtere: quo pacto
neque eam defendit D. Tho. neq.verā eſt vti
recte notarunt Caieta.q.65.a.1.& 4. Valen.ſu-
pra,Durād.3.d.36.q.1. Vazq.diſp.88.c.4. & Al-
main.qui etiam docet, argūm. Scoti contra
D.Tho.non militare,quia magna ex parte in
hoc ſenſu procedūt, & ſane argumenta ali-
qua eorum, quæ à nobis allata ſunt, plane
hūc ſenſum impugnant,quem eſſe falſum fa-
tetur etiam Burid.ſupra & Conimb. q. citata
ar.1 ad id notantes ex Ariſt.7.ethic. c.1. alijſq.
auctoribus virtutem moralem in vno trium
gradum obtineri poſſe,videlicet in gradu cō-
tinentiæ,temperantiæ, & etiam heroico, in
priori gradu cum adhuc paſſiones vehemen-
tes ſunt, in 2.cum pacatiores:in 3.cum iam ita
cohibitæ ac refrænatæ ſunt, vt raro admodū,
& vix rationi repugnent, alij hos gradus vo-
cant incipientium, proficientium, perfecto-
rum Igitur de virtutib.in gradu heroico nul-
la,inquiunt,eſt dubitatio,omnes enim faten
tur,virtutes morales in gradu hoc eſſe conne
xas,ita vt v.g. fortitudo perfectiſſima eſſe ne
queat abſq. aliarum virtutum ſocietate. Nā
cum omnes virtutes morales mutuum ſibi
præſtent auxilium,& aliæ alijs perfectionem
adiungant,cumq. virtutes in gradu heroico
omnem poſtulent excellentiam,& abſolutio
nem aut dubie neceſſario inter ſe iugatæ, &
cohærentes erunt. Nec item de virtutibus in
gradu continentiæ diſceptatio eſt, conſtat e-
nim poſſe vnam abſque alijs inueniri, vt ex
his,quæ paulo poſt dicemus,planius euadet,
quare de virtutibus dumtaxat 2.gradus,quæ-
ſtio relinquitur. Hęc Conimbric.quibus non
obſtantibus verum eſt,quod ait Vazq.diſput.
88.c.4. vnam virtutem in gradu heroico eſſe
poſſe de potētia abſoluta ſine alijs, vt ſi Deus
vnam tantum virtutem genere ſuo acquiſitā
infunderet tam intenſam, vt intēſio ſupple-
ret aliarum conſortium, quod præſertim fa-
ceret ſi per iuſtitiam originalem aut extrin-
ſecam prouidentiam Deus ſine alijs virtutib.
paſſiones ſopiret.
2. Poteſt hæc opinio intelligi ita vt nulla 45.
harum virtutum poſſit ſine reliquis eſſe in
perfecto ſtatu virtutis, ita eam interpretan-
tur Caietan.Burid. Foxius, Almain. Conim-
bricen.& Valen.qui ex D. Tho. q.65. art. 1. in
corpore,& ad. 1. ac 3. explicant, hunc perfec-
tum ſtatum non conſiſtere in intenſione; ean-
dem enim intenſionem, vt ait Almain.poteſt
habere virtus ſine alijs virtutibus, & cum il-
lis,quia poteſt quādo nō occurrunt difficul-
tates pertinentes ad alias virtutes,intenſe. o-
perari, & ſic valde creſcere ſine illis, quod
male aliqui dicunt,raro aut nunquam con-
tingere: ſed conſiſtit perfectus hic ſtatus in
perfecta promptitudine ad opus proprium,
quam quidem nulla virtus ſe ſola confert,ita
vt ob nullius generis difficultatem ſine in
materia

Digitized by Google

materia propria, ſiue in extranea deficiat ab officio recto ſecundum rationem formalem ſui obiecti, ſed cōſtanter, firmiter, immutabiliter, & certo illud in quouis euentu, & caſu occurrenti facile exequi valeat: ad hoc enim indiget conſortio, & auxilio aliarum virtutum excludentium prauos habitus, & affect⁹, qui eā à proprio munere, et officio auertere et abducere poſſunt, mulier enim facile tormentis, vel minis mortis & promiſſis, aut munuſculis ad turpitudinem adducetur, ſi auara aut puſillanimis ſit, aut fortitudine, aut liberalitate careat, quamuis habitū caſtitatis ſatis intenſum habeat, & vir habens intenſum habitum fortitudinis, ſi auarus aut intemperans ſit, amore pecuniæ, & voluptatis ab aggreſſione oſtium, quod eſt fortitudinis munus, facile auertetur: ſimiliter ſi ex vna parte mors ex alia pecunia proponatur, vt inferat iniuriam patriæ, niſi ad contemnēdam mortem munitus ſit virtute fortitudinis, & ad deſpiciendam pecuniam virtute liberalitatis, facile ſuccumbet, vt iniuriam irroget etiam ſi intenſum iuſtitiæ habitum habeat.

46 Vnde. 1. patet ſententiæ huius veritas, quæ alia quoque ratione prob. à D. Tho. & alijs cum Ariſt. 6. ethic. cap. vltimo ſeu 13. nempe, quia nulla vnitus moralis poteſt habere ſtatum perfectum virtutis ſine prudentia; ſcilicet, conſumata; & perfecta. Hæc autem non poteſt ſine complexu omnium moralium virtutum haberi: ergo vna virtus moralis non poteſt eſſe in perfecto virtutis ſtatu ſine alijs conſeq. manifeſta eſt, & minor oſtenſa eſt in 2. difficultate: maior autem patet, quia vt virtus aliqua moralis v. g. temperantia habeat ſtatum perfectum virtutis, debet mens hominis eſſe ſufficienter inſtructa in omni materia agibili, atque cognoſcere non eſſe diſcedendum ab officio temperantiæ propter munera, vel metum, &c. non autem erit mens ſufficienter inſtructa in omni materia niſi habeat conſumatam prudentiam: ergo virtus temperantiæ non erit in perfecto ſtatu virtutis ſine prudentia conſummata. Ad vim autem huius rationis nihil refert, quod vna omnino ſit prudentia reſpectu omnium agibilium, vt tenent Caiet. Conrad. Valent. Medin. & alij relati diſput. 4. ſect. 1. Vazq. diſput. 85. cap. 2. & 88. cap. 3. vel ſingulæ in ſingulis materijs moralium virtutum, vt tenent Scotus, Ocham, Gabriel, Almai. & alij ibi citati, & ſupra, nam virtus moralis vt perfectū virtutis ſtatim habeat omnem prudentiam ſiue ea vna ſit, ſiue multiplex, requirit: alioqui enim non in omni euentu medium eligeret: quod tamē pertinet ad ſtatum virtutis perfectum ſicut dare promptitudinem ad eligendum medium vtcunq; pertinet ad eius eſſentiam iuxta id 2. ethic. cap. 6. *Virtus eſt habitus electiuus in medio conſiſtens à ratione definito, prout vir ſapiens determinauerit.*

Vnde caute, & optime Conimbric. hanc rationem ſecundam hunc in modum confecerunt: Perfecta virtus moralis requirit prudentiam perfectam, atqui prudentia perfecta non poteſt eſſe abſq. alijs virtutib. igitur omnes virtutes quaſi communi vinculo prudentiæ interſe copulatæ ſunt: maior patet tum ex doctrina Ariſtot. 6. ethic. cap. vltimo, tum ex ipſa definitione virtutis, in qua virtus dicitur conſiſtere in mediocritate vt prudens definierit, hoc eſt in mediocritate, præſcripta ſecundum regulas prudentiæ. Quod vero ad vnam aliquam perfectam virtutem non ſufficiat prudentia circa vnam materiam, ſed perfecta, & integra, ex eo conuincitur, quia vt quis temperans ſit, nō ſat eſt ſi recte iudicet in his difficultatibus, quæ ad temperātiæ materiam ſpectant, ſed oportet vt in quauis re, quæ ſe obtulerit, recte ſentiat, atque integrum ferat iudicium; alioqui ex affectu auaritiæ aut timiditatis iudicabit intemperate agendum eſſe. Minor ſuadetur, quia ſimiliter, niſi prudens omnium virtutum ornamentis excultus ſit, nō poteſt ferre perfectum, ſanumq; iudicium de rebus agendis, nec quid fugiendū aut amplectendum ſit, vt oportet decernere cum liquido conſtet, paſſionum impetus, niſi virtute cohibeantur, rationem, excecare rerumq; extimatione, ſine qua prudentia nulla eſt, peruertere. Conſtat igitur nec alias virtutes ſine prudentia, nec prudentiam abſque alijs virtutibus poſſe conſiſtere. Hæc Conimbricenſes recte, & quamuis vt notat Vazquez diſput. 88. cap. 4. ſi vna tantum ſit prudentia, & in aliquo non ſe extendat ad materiā omnis virtutis, vel plurium, ſed ad aliquam tantum non denominet illum prudentem ſimpliciter ſicut nec ſcientia vnius concluſionis Philoſophicæ denominat ſimpliciter Philoſophum, quod etiam notat Scotus. 3. diſt. 36. q. vnica. §. quantum ergo ad illum, tamen ego idē dico etiam ſi plures prudentiæ ſint, nam licet variæ ſint Philoſophiæ, non appellabitur ſimpliciter Philoſophus, niſi, qui multum de illis habuerit. 47

48. *Corol.* Ex quibus colligitur falſo Duran. ſupra dixiſſe virtutes eſſe connexas per prudentiam, & non perſe. Nam. 1. ratio probat eſſe connexas perſe. 2. per prudentiā, & hæc. 2. eſt minus aperta, & efficax. Secūdo colligitur quaſi duplicem perfectionem poſſe in virtute conſiderari, alteram intrinſecam, quæ conſiſtit in perfectione eſſentiali virtutis, & intenſione ipſius, in qua perfectione vna virtus non omnino pendet ab alia, licet ad eius conſecutionem etiam ab ea iuuari poſſit modis dictis.

Alteram

Alteram extrinſecam, quæ conſiſtit in conſortio alterius virtutis, à qua ad vnicendas aliquas difficultates iuuari poteſt. Vnde per talis virtutis conſortium, redditur extrinſece facilior, promptior, & expeditior; ſicut vnum graue ex conſortio alterius remouentis prohibens, vel adiuuãtis ad eius ablationem redditur expeditius, & extrinſece potentius ad deſcenſum.

49. *Quæſtio.* SED quæret aliquis an habitus alicuius virtutis carens aliarum conſortio dicendus ſit ſimpliciter virtus? Caietanus negat ſimpliciter eſſe virtutem, immo inſinuat non habere eſſentiam virtutis. Sed dicendum eſt conuenire ei eſſentialem rationem virtutis, cum ſit idem habitus ſpecie, & numero, & ratio virtutis non ſit ſtudioſo habitui accidentalis, vt diſputatio. 1. cum communi diximus, & ita videntur plane ſentire citati pro ſecunda ſententia, præter Caietanum. Quamuis autem eſſentiam virtutis habea, poteſt fortaſſe non dici ſimpliciter virtus ſicut habitus valde remiſſus non dicitur ſimpliciter virtus, & ſane in communi vſu præſertim ſapientium, & ſanctorum non ſolet ſimpliciter virtus vocari, quia non inclinat ſimpliciter, ſed ſecundum quid, & imperfecte ad opus ſtudioſum, quo pacto intelligo aſſerentes non inclinare, nam cum inclinatio aliqua habitus conſiſtat in ſola inhæſione, non poteſt poni habitus inhærens ſubiecto, quin aliquo modo illud inclinet ad opus ſtudioſum. Conſonat huic reſolutioni, quod ex Conimbricen. attulimus, virtutem, quæ ſine alijs eſt, ſolum eſſe in gradu continentiæ, continentiam autem non eſſe ſimpliciter virtutem, ſed ſecundum quid tantum, omnes docent cum Ariſtotel. & D.Tho. vt in ſuperioribus diximus: ſic etiam Vazquez diſputat. 88. capit. 2. in fine ait virtutes omnes ſi ſint remiſſæ, & in ſtatu continentiæ, non mereri nomen virtutis, & cap. 4. ſi prudentia ſit vna tantum, & ſit in aliquo parum extenſa, non eſſe ſimpliciter prudentiam.

50. *Ad argu.* Argumenta autem, quibus oſtendi videbatur, non omnes virtutes interſe colligatas eſſe, hunc in modum explicanda erunt.

Addit.1. Ad. 1. argumentum. Reſpondetur Hieronym. velle raro inueniri hominem inſignem & eminentem in omnibus virtutibus, ita vt omnes habeat in gradu intenſo, vel ſtatu perfecto, & frequenti exercitio, hoc enim eſt habere illas vt ꝓprietates, id eſt, quaſi proprias, eſſe in illis ſingularem, licet, qui vnam habet in ſtatu perfecto reliquas ſaltem remiſſas habeat, vt ex alijs Hieronym. locis patet, & ſequenti ſectione videbimus, virtutes non eſſe ſemper in eodem æquales, & ita quod ait Hieronym. habere alias participatione non ſignificat, habere alias ſecundum aliquas rationes communes, ſed habere alias ſecundum ſuas rationes ſpecificas in gradu ſaltem, vel ſtatu imperfecto, & eodem modo explicatur Bernar. Quod vero ait Auguſtin. epiſtola. 29. ad Hieronym. profecto ita vt quiſque illuſtratione piæ charitatis affectus eſt in in alio actu magis, in alio minus, in alio nihil; ſic poteſt dici habere aliam, & aliam non habere, aliam magis, aliam minus habere virtutem, & inferius: in ipſo vno homine, quod maiorem habeat prudentiam, quam patientiam, & maiorem hodie, quam heri, ſi proficit, & adhuc non habeat continentiam, & habeat non paruam miſericordiam &c. vel intelligitur de ipſis actib. quos fatemur non eſſe connexos, vel de habitibus ſecundum ſuam ſubſtantiam, qui etiam connexionem non habent, vel ſecundum excellentiam, & ſtatum perfectum, poteſt enim vna virtus eſſe in ſtatu perfecto, nõ quidẽ ſine alijs, ſed ſine ſtatu perfecto alia rũ. Porrò, quod docet Auguſ. ibi, in vno homine non omnes virtutes eſſe æquales, non eſt contrarium, vt quidam arbitrantur ei, quod dixit. 6. Trin. capit. 4. homines, qui ſunt æquales in vna virtute, eſſe in æquales in alijs.

Ad. 2. Reſpondetur, ſi quis ſe in materia vnius dumtaxat virtutis v. g. temperantiæ exercuerit, ſolam temperantiam conſecuturum: non tamen in ſtatu perfecto, quouſque alias virtutes compararet: cum ſine earum præſidio non poſſit firmitatem, & conſtantiam habere ad ſeruandam in quolibet euentu moderationem, & vincendas difficultates, quæ ex paſſionibus, & affectibus alterius generis contra temperantiam emergere poſſunt. Adde, fere neminem poſſe dici in omnibus euentis temperate viuere, niſi paſſiones, quæ proxime remotæ temperantiam oppugnant, aliarum virtutum actionibus cohibeat, atque adeo qui non ſimul virtutes alias adipiſcatur. Quod vero attinet ad eas virtutes, quarum materia raro, vel nunquam alicui poteſt occurrere. Reſpondendum eſt cum D. Thom. 1. 2. quæſtione 65. attic. 1. ad primum, & Durand. 3. diſtinct. 36. quæſtio. 3. num. 9. Capreol. Conimbricen. & Valentia ſupra, & alijs, virtutum moralium quaſdam perficere hominem ſecundum communem vitæ ſtatum, id eſt quoad ea, quæ paſſim, & communiter agenda occurrũt, ad omneſq. homines pertinere poſſũt: cuiuſmodi ſunt fortitudo, temperantia, & iuſtitia, & ex partibus temperantiæ abſtinentia, cæteræque huiuſmodi, alias non omnem hominem, nec in omni ſtatu perficere, ſed aliquem hominẽ, & in aliquo peculiari 51. *Ad. 2*

T ſtatu,

ſtatu, interdum eminenti, & ad aliqua præclara munia obeunda, cuiuſmodi ſunt magnanimitas, quæ in magnis honoribus, magnificentia, ſeu munificentia, quæ in magnis ſumptibus verſatur & liberalitas, cuius actio externa, vel abſoluta interna in omnino pauperes cadere non poteſt, cuiuſmodi ſunt religioſi nullam habentes diuitiarum aut ſimilium adminiſtrationem: igitur virtutes prioris generis ita interſe colligatæ ſunt, vt nemo vnam perfecte ſine alijs obtinere queat, virtutes autem poſterioris generis non oportet vt actu habeatis, qui reliquis ſit præditus: neceſſe tamen eſt, vt eas habeat in potentia propinqua, & animi præparatione, vt loquitur D. Tho. quæſt. 65. art. 1. ad. 1. hoc eſt vt exercitium earum virtutum habeat in affectu côditionato, ita vt vellit ſi poſſit, & materia occurreret, eas exercere, quoniam niſi hos actus habeat, quibus comparet, vt credo aliquem habitum imperfectum, qui non ſit ſimpliciter virtus, non erit ſatis munitus aduerſus tentationes, & difficultates, quæ contra temperantiam, & alias virtutes, quas habet, occurrere poſſunt, ſi autem illas actu habeat erit ſatis munitus aduerſus illas difficultas per habitum illum, quo etiam erit in potentia propinqua ad acquirendum illum habitum in ſtatu perfecto virtutis, & ita nemo vnam virtutẽ habebit, quin reliquas habeat, vel perfecte, vel imperfecte nimirum in affectu, & in potentia propinqua, quod eſt quaſi illas ſimpliciter habere, nã iuxta Ariſt. 2. Phyſ. c. 5. tex. 56. *Quod parũ abeſt, nihil prope modũ abeſſe videtur*, quare non placet, quod aliqui dicunt, actibus conditionatis nullum omnino habitum comparari.

52. Si enim ita eſſet quomodo per illos actus conſtitueretur quis in potentia propinqua ad acquiſitionem virtutis, aut quomodo in omni virtute verum eſſet, non poſſe ſine aliarum conſortio eſſe? Item per actus vitioſos conditionatos habitus aliquis, licet imperfectus comparatur: ergo, & per ſtudioſos. Item per actus conditionatos malos corrumpitur virtus: ergo per bonos: generatur, maxime cum hi poſſint eſſe excellentiſſimi, & interdum difficillimi: puta cum conditio eſt in noſtra poteſtate. Adde cum Conimbricen. per actus virtutum pertinentium ad communem vitæ ſtatum diſponi etiam hominem, & riddi quodammodo in potentia propinqua ad actus virtutis pertinentis ad eminentiorum ſtatum. Nam, qui in mediocri pecunia ita ſe geſſit, vt liberalitatẽ ſeruaret, is ſi ad magnam rerum affluentiam, & abundantiam veneit, facile magnificentiam conſequetur. Item, qui in mediocribus honoribus ſeſe modeſtum exhibuit, cum ad maximos euectus fuerit, facile magnanimitatem comparabit. Adde etiam, eum, qui omnibus virtutibus quarum materia ſibi occurrit, præditus eſt, & ne affectu quidem conditionato reliquas violauit, ſed coluit, vt potuit, in ea eſſe diſpoſitione, vt cum materia reliquarum occurrerit, in qua contra priores iniliter aliqua difficultas, facile illam ſuperet, & reliquas illas virtutes actibus abſolutis in eſſe, & ſtatu perfecto virtutis comparet, iuxta hæc bene Orontius lib. 12. cap. 32. ait etiam pauperibus ineſſe magnificentiam quãtum ad habitum, & interiorem actum.

Ad 3. argum. cum ſua confirm. & ad. 4. cum ſua confirma. & ad quintum, & ſextum Reſpon. ꝓbare, poſſe aliquas virtutes quoad ſubſtãtiam, vel etiam intenſionem ſuam eſſe ſine reliquis, non tamen in ſtatu perfecto, ita vt per illas facile poſſit homo difficultates omnes ſuperare, quæ in vita poſſint occurrere. Ad. 7. cum ſua confirmat. Reſpond. virginitatem, & pœnitentiam non eſſe ex illis virtutibus, quæ ad omnẽ hominem in quo uis ſtatu pertinere poſſunt. Ideo, etiam ſi non obtineantur in ſtatu virtutis, ſed tantum in præparatione animi, & potentia propinqua reliquas obtinere, & conſeruare poſſe: & prætereà virginitatem, & caſtitatem non eſſe virtutes diuerſas, ſed eandem, quæ ſecundum diuerſas rationes, vel conditiones iam appellatur caſtitas, iam virginitas, vnde licet perſona careat virginitate, nulla virtute carebit, ſed aliqua ratione, gradu, aut conditione virtutis. 53. *Ad. 3. 4. 5. & 6.* *Ad. 7.*

Ad 8. ſolutio conſtat ex his, quæ ad. 2 dicta ſunt. Ad confirm. autem Reſp. licet actus aliquarum virtutum non ſint in præcepto, & ita ſine peccato poſſit homo de illis non curare: tñ ſi illos neglexerit, nullã virtutem habebit in ſtatu perfecto, quia propter carentiã virtutũ, ad quarum actus non obligatur, difficultatem patietur in actib. aliarum virtutũ, & ita nullã earum habebit in ſtatu perfecto. Exemplũ eſt in interno actu obedientiæ, quem nemo tenetur habere, quia quiſq. ſatiſfacit præceptis eſto ipſa non impleat affectu obedientiæ, tamen ſi nullum habeat obediẽtiæ affectum, & ideo careat omnino virtute iſta, non erit ſatis promptus ad implenda præcepta in quocunq. euentu, & ſic non erit perfecte tẽperatus nec perfecte iuſtus. Qñ autem defectu vnius virtutis, vel alicuius gradus ipſius alia, vel aliæ ſunt in ſtatu imperfecto per actũ, quo illa virtus, vel ille eius gradus acquiritur, reliquæ omnes virtutes acquiruntur, non ſecundum ſubſtantiam, ſed ſecundum ſtatum perfectionis, & hoc intendit Caietanus (quem ſiniſtre aliqui interpretantur) cum ait vno actu interdum acquiri omnes virtutes, *Ad. 8.*

non

non enim vult acquiri quoad ſubſtantiá, ſed quoad ſtatum perfectionis.

Ad.9. Ad.9. Reſpond. Ocham. 3. quæſt. 11. art. 4. dub.4.& Gabr.diſt.36.quæſt.vnic. art.2. actus virtutum inuoluere ſemper dictamen rationis, id eſt, volo actum venereum cum ratio dictauerit, nollo cum ratio dictet non eſſe habendum, & ſic in reliquis: hos autem non eſſe contrarios, quia ad diuerſa tempora referuntur, vel ad diuerſas obiecti conditiones itaq. ſunt conditionati de diuerſis conditionibus ideo non contrarij. Hanc ſolutionem refellit Angeſt. in moralib.cap.13.nam reuera iſti actus ſunt abſoluti, & cõtrarij et ſtudioſi, volo accedere ad iſtam propter honeſtum finem, nollo talem acceſſum propter alium honeſtum finem: habent autem virtutes alios actus non contrarios, & ita non ſolum poſſunt manere ſimul, ſed etiam connexionem habere ſecundum ſtatum perfectum, eo quod vna ſine conſortio alterius non eſſet in ſtatu perfecto. Sed obijci poteſt, quia ſi actus virtutum poſſunt eſſe contrarij, habitus erunt aliquo modo contrarij, & per aliquos actus, licet nõ per omnes ſe deſtruent. Reſponderi poteſt actus eiuſdem, vel diuerſarum virtutum poſſe eſſe contrarios materialiter, id eſt propter contrarietatem, vel incõpatibilitatem obiectorum materialium, non vero formaliter, quia omnes tendunt in ſua obiecta ſab eadé ratione formali honeſtatis, vel etiam talis honeſtatis, ideo non deſtruere propriam, nec contrarij actus virtutem & inter habitus ad quos pertinent, nullam eſſe oppoſitionem & ſic, ſaluatur quod communiter dicitur, bonũ bono non eſt contrarium.

54 *Ad.4.Difficult.* De quarta difficultate recte Valentia ait certum eſſe virtutes morales ordinis natura, & intellectoales eſſe poſſe ſine virtutibus Theologicis, cæteriſque infuſis, vt patet in infidelibus & docent Palud. Rich. Scotus, Baſſol.Gab Dur.Carthuſ.& alij.3.d.36. D.Th. q.65 ar.2. 38.& 71.ar.2.& q.73.a.1.ad.2.& 2. 2. q. 23.ar.7.Caiet.Medin.Conr.Aragon,Bañes, & alij eiſdem locis: quamquam a Theologis, qui perfectionem virtutum metiuntur in primis ex valore ad finem vltimum ſuper naturalem conſequendum, in quem illi conſiderationem omnem referunt; non cenſentur vlli habitus eſſe ſimpliciter virtutes, niſi cum gratia coniuncti ſint iuxta modum illum loquendi ſcripturarum: ſi tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem vero non habuero, nihil ſum. 1.Cor.13. & ſine me nihil poteſtis facere Ioan. 15. & omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt. Rom.14. & ſine fide impoſſibile eſt placere Deo. Heb.11 Cæterum ſi à Philoſopho eiuſmodi virtutes conſiderétur etiá ſine gratia & charitate, vt recte notat Caie.q.65.ar.2. verè cenſebuntur virtutes perfectæ: atq; in hunc modũ concordari poſſunt variæ ſententiæ, tum Patrum, tum aliorũ Doctorum, quæ videtur in hac re contrariæ nam Greg.1.moral.c.33.ait ſine fide nullas eſſe virtutes & Bern.ſer.23.in cantica ait, virtutes non habere mundi ſapientes ſine Chriſto, & Concil.Arauſic.2.can.17.fortitudinem Gentiliũ mundana cupiditas, fortitudiné Chriſtianá capi charitas facit, quod ſumptum eſt ex Aug.li.de paciẽtia.c.17. Hier.etiá in id Gala.3. iuſtus ex fide viuit, dicamus, inquit, & nos caſtus ex fide viuit, ſapiens ex fide viuit, fortis ex fide viuit, & à cæteris virtutum partibus viciná ſententiam proferamus aduerſus eos, qui in Chriſtum non credentes, fortes & ſapientes, temperantes ſeparant eſſe, vel iuſtos, vt ſciant nullũ abſq, Chriſto viuire, ſine quo omnis virtus in vitio eſt, vide etiá illũ Galat. 5.& ad Titum.3.& Bo.3 d 36.q.6. Ambr.1. Cor. 13.Lactan. 6. diuino inſtit.c.5. ſic etiam Aug. 1.retract.c.3.lib.13 Trini.c.fin.& 5 ciuit.c.12. & lib.19.c.25.epiſt.52.& 4 cõtra Iulian. c.3. & 19. & lib.ſenten.Proſperi.c.106.to.3 & apud glo. in id Rom.14.omne quod non eſt ex fide peccatũ eſt, Proſper.1. de vocat. gent.c.3.& ad excerpta Genuenſiũ.Reſpon.3.& 8.negare ſolét vllam eſſe verá virtuté ſine charitate, aut fide & hanc eſſe virtutum omnium fundamentũ eodéq. modo loquitur Hier.in id Galat.5. fructus auté ſpiritus eſt charitas, Clemens.3.ſtromat.Beda lib.de ſubſtantia & alij, quos ſecutus D.Thom.q.65.ar.2.dicunt, ſine virtutibus Theologicis morales acquiſitas ſolum eſſe virtutes ſecundum quid. Contra vero idé Auguſtinus lib. de ſpiritu & lit. cap. 2. & 28. & epiſt. 5. ad Marcellinum & alibi concedit in infidelibus veras eſſe poſſe virtutes morales, id quod verum eſt, ſi de ipſis loquamur ſecundum eſſentiam ſuam quo pacto conſiderantur à Philoſophis & in hunc modum loquuntur etiam aliqui Theologi, Duran.3. d. 36.quæſtione.1.Scotus quæſtione vnica, articulo.2.§.de.3.articulo, & §. contra hoc eſt, & Gabri.eadem.d.quæſtione vnica artic. 2. parte.4.concluſione vnica. Hactenus fere Valencia idem ſentiunt Vazquez.diſputatio.8. cap. 1.Caietanus & alij Thomiſtæ ſupra. Et quod ſecundum Ariſtotelem in peccatore poſſint eſſe vere virtutes, patet quia ſecundum ipſum 2.Ethicorum, capit 4. vt opus aliquid ſit ſimpliciter iuſtitiæ, vel alterius virtutis, tantum perit eſſe a ſciente, & diligente propter ipſum & firmo, ac ſtabili animo, quæ omnia in peccatore infideli reperiri poſſunt. Loca vero Auguſtini, in quibus oppoſitum docere videtur, putat Vazquez, non eſſe ad rem, quia non loquitur de habitibus, ſed de actibus. Quos putat Vazq.

bonos eſſe non poſſe niſi fiant per auxilium gratiæ ꝙ vero, ait Aug. omnia opera in fidelium eſſe peccata, ſcilicet ſaltem ex prauo fine, an ſit verum, & in quo ſenſu, remittit Vazquez ad ſuam materiam de gratia, & ſimiliter quid intelligat Aug. cum ait omnia opera ſine charitate facta eſſe peccata, non enim poteſt intelligi de charitate Theologica, cum etiam ex mente Auguſtini in peccarore etiam ſint aliqua bona opera, ſed in materia de gratia oſtendemus aliqua bona opera effici poſſe ſine auxilio gratiæ, idque ex mente Auguſtini & in peccatoribus etiam infidelibus eſſe poſſe aliqua bona opera non ſolum ex obiecto, ſed etiam ex circunſtantijs, quæ tamen rara ſunt in infidelibus præſertim non cognoſcentibus verum Deum, quia ſæpe eorum opera inficiuntur inani gloria, vel alio malo fine, aut circunſtantia, quamuis ſint bona ex obiecto, & in omni peccatore inania ſunt, quia non ſunt meritoria gloriæ: ſunt tamen in illis virtutes quo ad eſſentiam, licet in ſtatu valde imperfecto, tum quia non poſſunt actus meritorios elicere, tū quia non poſſunt diu hominē in officio continere, vt contra nullam illarum mortaliter peccet præſertim ſi peccatores tales ſint, vt nō ſolum charitate, ſed etiā fide careant & ſpe quæ tāquā an cora tuta & firma in officio cōtinere ſolet, vnde fortaſis non ſunt dicendæ ſimpliciter virtutes, ſed ſecundum quid, etiā ſi in ſummo rigore loquamur, maxime cum peccatum mortale cōpatiantur, atque adeo, nec per ſe, neq. per alia neceſſario illis adiuncta reddant hominem ſimpliciter bonum & iuſtum.

56 Prædictis conſonat Azor libro.3. c.23, c. 29. q.6. Vbi in primis ait, ſine fide poſſe eſſe veras virtutes morales. Primo, quia virtus moralis eſt ad bonum eligendum ex præſcripto prudentiæ, non fidei. Secundo, quia ad virtutem moralem ſufficit, ſi quis ſtudio & gratia honeſtatis operetur. Tertio, quia gentilis abſque vlla fide Chriſti fidem datam alteri & promiſſa ſeruat in comercijs & contractibus humanis, reddit Domino depoſitum, reſtituit alienum, de ſe benemerenti gratias agit, & in digenti eleemoſynam tribuit. Quarto, quia Rom.2. dicitur gentes quæ legem nō habent, naturaliter, quæ legis ſunt faciunt, & cap.1. Græci reprehenduntur, quia cum cognouiſſent Deum, &c. Quinto, quia Hiero. Mathe.22. ait, inter ipſos quoq. Ethnicos eſt diuerſitas infinita, cum ſciamus alios eſſe procliues ad vitia & ruētes ad mala, alios ob honeſtatē morum virtutibus deditos. Alibi vero Hieron. Bernar. Aug. & Proſper. negant in ethnicis veras virtutes fuiſſe, quia ſteriles erant, & abſque cæleſti æternoq. fine ac ſtudio, & plerumque ſtudio & gratia humanæ laudis, honoris, vel gloriæ, & quia ſine fide non eſt charitas, & ſine charitate non poteſt eſſe vera virtus, quæ hominem omni ex parte bonum reddat, & ad finem ſimpliciter vltimum explicite dirigat. Hi Patres contra Pelag. & Iulian. diſputabant, qui dicebant liberum arbitrium ſine auxilio gratuito virtutes morales ita comparare poſſe, & eas aliquot ethnicos adeptos fuiſſe. Id vero Pauli, omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt, intelligitur de conſcientia, vt exponunt Orig. Ambr. Chryſoſto. Theophilactus, Theodoretus, & Oecumenius: quamuis de fide Catholica id intelligant Aug. Proſper. & Fulgoſ. Deinde 57
ait, an vero virtutes morales poſſint eſſe ſine charitate, aliqui affirmant ipſos habitus bonos & laudabiles poſſe ſine charitate eſſe, acquiſitos in charitate vel peccato, ſed non habere rationem virtutis, quia virtus bonum facit habentem & ordinat illum ſaltem ad finem naturalem at peccator non eſt bonus & eſt auerſus etiam à fine naturali, & 1. Cor. 13. ſi diſtribuero, &c. charitatem autem non habuero nihil mihi prodeſt, & ſapien. 8. de ſapien. quæ eſt charitas, vel non ſine charitate ſobrietatem & prudentiam docet, & iuſtitiam, & virtutem, quibus vtilius nihil eſt in vita hominibus, & Aug. 1. retract. cap.3. retractat, quod antea dixerat, Philoſophos vera pietate non præditos, luce virtutis fulſiſſe, & 4. contra Iulian. c.3. Vera pudicitia in eo nō eſt, cuius animus à Deo fornicatur: in puris autem naturalibus fatentur iſti, ſine charitate habitus acquiſitos eſſe veras virtutes, quia tunc facerent ſimpliciter bonum & in finem naturalem dirigerent.

Alij dicunt ſine charitate eſſe poſſe in aliquo virtutes morales, etiam in ratione virtutis, licet minus perfectas, quam cum charitate. Caietan. q.65. artic.2. cum D. Thom. ibi, & 2.2. quæſt.27. artic.7. Azor. illo cap.29. quæſtione.7. probat. Primo, quia charitas ſolum eſt forma extrinſeca virtutum moralium eis præſtans, quod ad uitam conducant æternam, quod autē ſint veræ virtutes habent quia eligunt bonum immediocritate conſiſtens, ex præſcripto rationis. Secundo, quia in peccatore manet tecta ratio agibilium, ex qua poteſt recte operari, & virtutem moralem acquirere. Tertio, quia ſi in peccatore ſunt habitus boni & laudabiles: ergo virtutes, quia non eſt neceſſe, vt virtus moralis reddat hominem ſimpliciter bonum circa finem ſupernaturalem, ſed ſufficit, vt ſit habitus in mediocritate conſiſtens, prout ſapiens de finierit, ac proinde vt reddat hominem bonum in ſuo genere. Auguſtinus autem Proſper, Beda, & Fulgentius diſputantes contra Pelagianos veras 58

Digitized by Google

veras virtutes ſine charitate eſſe negant: primo, quia ſunt ſteriles, & infructuoſæ in ordine ad vitam eternam, & ideo Paulus dixit, bona opera ſine charitate nihil prodeſſe. Secundo, quia quamuis magnæ, hominem ſimpliciter bonum non reddunt, neque ad finem ſupernaturalem ordinant. Tertio, quia Patres contra Pelag. diſputabant, qui, ſecutus eſt ſtoicorum errorem: qui dicebant, dari à Deo imperia opes vires corporis, pulchritudinem vitam, ſalutem, ſed non virtutes, non bonam mentem, & voluntatem, ſed ſibi quemq. ſuis viribus per naturam datam à Deo ea comparare, quos Seneca ſequens epiſt. 41. ait, perſeueras ire ad bonam mentem, quam ſtultum eſt optare, cum poſſis à te impetrare. Vnde Horatius impie quoque dixit: hæc ſatis eſt orare Deum, qui donat & aufert, det vitam, det opes: æquum mi animum ipſe parabo. Quare Auguſtinus, Hieronym. Proſper. Fulgent. & Beda contra Pelagianos docent non poſſe homines veras virtutes acquirere ſine auxilio gratuito Dei mouentis, & iuuantis hominem ad bene cogitandum, volendum & perficiendum. Hoc ipſum ipſi gratiam Dei vocant, non quod ſit habitus gratiæ, vel charitatis, vel aliquid aliud ſupernaturale donum, ſed quod ſit adminiculum Dei gratuitum, hoc eſt ſine vllo hominis merito datum, nam Pelag. dicebat ad bene agendum ſufficere naturam à Deo datam, & conſeruatam: quodcunque vero aliud auxilium etiam quod commune & generale vocant, negabat vt latius lib. de gratia ex Auguſtino, & alijs Patribus oſtendam. Vnde Bernard. lib. de modo bene viuendi, ſerm. 3. homo nihil boni habet proprium, & paulo inferius ſine gratia Dei præueniente & cooperante nihil boni poſſumus facere gratia Dei præuenit, vt velimus bonum, comitatur, vt bonum incipiamus, cooperatur vt bonum perficiamus: ergo à Deo datur nobis virtutes. Vitia vero & peccata oriuntur ex nobis, & Proſper. lib. de vita contemplatiua c. 18. virtutes à Deo ſunt. Hæc ex Azor addiximus quæ latius in materia de gratia diſcutientur.

59. *A.l.5.diffi.* Circa quintam difficultatem dicendum eſt virtutes Theologicas ſine moralibus infuſis eſſe non poſſe, quatenus charitas ſine huiuſmodi moralibus eſſe non poteſt, eo quód ea amiſſa amittuntur, vt docent D. Thom. Caieta. Conrad. Medina, & alij quæſtio. 65. art. 2. & quæſt. 72. artic. 4. & Vazquez diſputat. 88. capit. 1. & omnes, qui morales infuſas admittunt, quod licet verum ſit: nulla tamen efficaci ratione probari valet, vt notat Vazquez, ſicut enim Deus non ob quodlibet mortale peccatum deſtruit fidem, aut ſpem, ita poſſet non deſtruere charitatem, vel deſtructa charitate non deſtruere virtutes morales infuſas: congruentia tamen eſt, vt ſicut hæ virtutes ſolum infunduntur amicis Dei cum ipſa charitate tanquam eius ornamentum ita etiam cum ea amittantur. Docet autem Vazquez earum actus in peccatoribus dari elicitos tantum ab auxilijs, quia peccatores operantur propter idem motiuum, propter, quod antea operabantur, cum eſſent iuſti.

Sed certe ſi ſemper habent paratum auxilium ſatius eſſet in illis ipſos actus relinqui. Quod cum ſit falſum: probabilius iudico in peccatoribus non dari huiuſmodi actus ſupernaturales, niſi eos, qui ad fidei actũ neceſſarij ſunt, quales ſunt pij affectus credendi, qui deſtructo habitu infuſo ſtudioſitatis, ab auxilio ſupernaturali prodeunt. Itemq. actus attritiones (ſi tamen ad virtutem moralem infuſam pertinet) qui cum ſacramento ad gratiam diſponit. Ad cæteros virtutum moraliũ infuſarũ actus cũ neceſſarij nõ ſint, non præſtat Deus ſemper auxilium ſupernaturale: ſed quando ipſi placet, ſemper tamen poteſt homo agere ex eodem motiuo, quia virtutes infuſæ, & acquiſitæ non differunt in obiecto terminatiuo, vel motiuo, vt ſuperius docuimus, & quamuis Vazq. dicat, omne peccatum Phyſice effectiue deſtruere charitatẽ, eodemq. modo per peccatũ infidelitatis deſtrui fidẽ, & per peccatũ deſperationis ſpẽ, ſed per peccata mortalia ſolũ deſtrui meritorię habitus virtutũ moraliũ infuſarũ: quia ſi deſtrueretur Phyſice per peccata mortalia, non manerẽt in peccatorib. earũ actus. Ego tñ non video, cur actus contrarij charitati fidei, & ſpei deſtruant effectiue Phiſice has virtutes, actus vero contrarij virtutibus moralib. infuſis non deſtruãt ipſas eodẽ modo, nec cur actus intẽperantiæ ex natura rei pugnet cũ charitate infuſa, & non cum fortitudine, vel iuſtitia infuſa: aut quomodo ex eo quod peccator habeat actũ virtutis moralis infuſæ elicitum ab auxilio, ſequatur, peccatum non deſtruere effectiue Phyſice virtutẽ moralem infuſam.

Licet autẽ charitas nequeat eſſe ſine moralib. infuſis, certũ tñ eſt poſſe eſſe ſine acquiſitis, vt accidit infantibus, & alijs, qui ſine præuijs actibus ſufficientibus ad acquiſitionem harum virtutum iuſtificantur. Fides autem, & ſpes ſine virtutibus moralibus tam infuſis, quam acquiſitis, & ſine charitate eſſe poſſunt. Quamuis, vt diximus ex D. Tho. qu. 71. art. 4. non retinebunt ſimpliciter nomen virtutis. Et licet charitas, & virtutes morales infuſæ; ſine fide, & ſpe eſſe nequeant. Et quidem charitatem à fide pendere colligitur ex Hebræo. 11. Romanorum. 8. prima 61.

Digitized by Google

Ioan.3. & ex Trident. ſeſſio.6. capit. 7. fidem autem poſſe diſtrahi à charitate contra Lutheranos definitum eſt eadem ſeſſione cap. 15. & can.28.& colligitur ex illo Math.7.multi dicēt mihi in illa die domine domine, &c. & tunc confitebor illis, quia nunquam noui vos,diſcedite à me, qui operamini iniquitatem, & Ioan.12.ex principibus autem Iudæorum multi crediderunt in eum, ſed non audebant ipſum confiteri, ne extra ſynagogam eijcerentur:dilexerunt enim magis gloriam hominum, quam Dei. Quod autem diximus fidem, & ſpem ſine charitate eſſe poſſe,non eſt certum quantum ad primam infuſionem:quidam enim cenſent,nunquam infundi fidem ſine ſpe,neque ſpem ſine charitate paruulis aut adultis etiam ponentibus obicem gratiæ, & charitati, quia videlicet quando ponunt obicem,vel non ſe diſponūt ad infuſionem gratiæ, & charitatis, virtutes fidei,&,ſpei non recipiunt: ita Almain.3.moral.c.7.cum Scoto ſupra,quia quem Deus ſanat, perfecte ſanat, vnde cum infundit alicui vnam virtutem, infundit reliquas, ſi eas non habet. Communis tamen,& verior opinio eſt,ponenti obicem gratiæ, infundi in baptiſmo fidem, & ſpem, quibus obicem non ponit: item habenti ſolum actum fidei, fidem ſolam infundi, quia ad hanc ſolam ſe diſponit.

Ad.6.diffi. Ex quibus ſoluta manet ſexta difficultas.

63. *Ad.7.diffi.* Ad.7.vero difficultatem Reſpondetur vnam intellectualem virtutem ſine alia eſſe poſſe, vt habitus principiorum ſpeculatiuorum, & practicorum ſine habitib. concluſionum,& vna ſcientia ſine alia, & ars ſine prudentia,& è contra:ita D.Tho. quæſtio.65. ar. 1. Vazquez diſputa. 88. capit. 1. Conimbric. quæſtio. citata, articul. 1. patet quia hæ virtutes verſantur circa materias, & obiecta, quæ interſe neceſſario ordinem,& connexionem non habent, quæuis prudentia, & ars, & ſcientia cum circa concluſiones verſentur,cum habitibus ſuorum principiorum connexionem habent quantum ad generationem, & quodammodo etiam quantum ad conſeruationem: nam deſtructis habitibus principiorum facile concluſiones negantur, & conſequenter earum habitus deſtruuntur,

Ad. 8. difficultatem Reſpondetur morales virtutes eſſe poſſe ſine pure intellectualibus, vt ſine ſcientia, ſapientia,arte,ſecus ſine prudentia, vt explicui difficultate. 1. & per conſequēs ſine ſynderesi, quæ eſt habitus primorum principiorum moralium.

64. *Ad.9.diffi.* Ad.9.difficultatem Reſpon. virtutes Theologicas poſſe eſſe ſine intellectualibus intellectu:ſapientia, ſcientia,prudentia, & arte acquiſitis,vt in paruulis baptizatis,qui nullam habent virtutem intellectualem ex illis quinque, niſi forte habitum principiorum, quem quidam dicunt eſſe innatum: in adultis autem nūquam eſt fides ſine aliquo habitum congenito, vel acquiſito, quia ſtatim in primo vſu rationis principia aliqua, & nonnullæ concluſiones certo cognoſcuntur.

65. *Ad. 10. difficult.* Ad.10.difficultatem Reſpon.Petrus Gregorius.36.lib.ſintaxis,cap.1.vitia quoque connexa eſſe,& ſe mutuo conſequi nam abiſſus abiſſum inuocat, in peius vitium ruit: quare perpulchre Plutarchus lib. de different inter odium,& inuidiam ſcripſit,vitia multitudini humorum ſimilia eſſe, quæ ſi cum pendentibus ex ipſis affectibus huc atque illuc moueantur, pluribus inter ſe nodis atque implicationibus connectuntur, ipſa vero quemadmodum in ægritudinibus accidit, alia ob aliorum dolorem cruciant, proinde vt idē lib.de ſera numinis vindicta, vbi vitium vnū ibi plura.Hæc Petrus Gregorius, quæ tamen ſic intelligenda ſunt,vt quoniam quædam vitia alijs contraria ſunt, virtus autem virtuti nunquam eſt cōtraria,licet interdum in ſuis actibus ſint incompatibiles,minor ſit connexio inter vitia quam inter virtutes, quamuis magna ſit inter ipſa connexio, adeo vt, & vitia contraria ſæpe ſecundum diuerſas partes connexionem habeant,vt cum quis per auaritiam à quibuſdam rapit, aut furatur,quod cum alijs prodige ſpendat: in quo euentu auaritia prodigalitatem iuuat, & è contra,licet in diuerſo genere. Sed de connexione vitiorum vberius tractatu.13.diſſeremus Hic vero notādum eſt, nō ſolum virtutes cum virtutibus,& vitia cum vitijs ſimilitudinem, & affinitatem quandam habere, ſed etiam virtutes cum vitijs,adeo vt virtutes pro vitijs habeantur, & ècōtra:quo fit vt vulgus, quod nō nouit virtutis,& vitij diſtinctionem,pro animi ſui paſſionibus virtutem,vt vitium calumnietur,nam humile dicit abiectum, erectum ſuperbum,valdè iuſtum irridendum,doctum inflatum, ſeuerum crudelem, indulgentem facilem,ſimplicem brutum & ſtultum, acrem callidum, diligentem, & pium ſuperſtitioſum,remiſſum negligentem, ſolertem:cupidum,parcum,ſobriumq; auarum,quietum ignauum, verecūdemq. abſtemium morbo aliquo infectum,& tenacem,comedentem edacem,ieiunātem vanum, liberalem prodigū, è contra verecundum ruſticum,in quib.ſplendor virtutib.adimitur,vt ait Sidonius Apollinaris lib.7.epiſtolarū epiſt.9.detrahebāt Paulo Anachoritæ inuide, & Hilarioni,illū ſolitudinis calūnia.i, huic obijcientes frequentiū,vt qui ſemper latuit,non fuiſſe, qui ſemp viſus eſt,vilis exiſtimetur, teſte Hieronym. in vita

Digitized by Google

in vita Hilarionis, tom.1.ſic Phariſæis Ioannis Heremus non placuit nec ieiunium, nec Chriſti turbæ, ſocijque, & cibi placuere Math.11. Hæc tamen ſunt incerta vulgi veſtigia, beſtiæ multorum capitum: atque iuſti, & tenacis propoſiti vim odit vulgus. Contemnit iudicium illius memor illius quod tradit Ouid. 1. de remedijs amoris, & mala ſunt vicina bonis, errores ſub illo. Pro vitio virtus crimina ſæpe tulit, & Heſiodus in ergis lib.1. ego porro niſi ipſe nunc inter homines iuſtus eſſe vellem, neq. meus filius, quando malum eſt iuſtum eſſe: ſiquidem plus iuris habet iniuſtus. Hæc Petrus Gregorius illo cap.1.

66. *Duæ aliæ difficultates, quę eſt ordine.11.* Sed ſuperſunt duæ aliæ difficultates, quæ ad connexionem virtutum aliqualiter pertinent. 1. quæ comparatione ſuperiorum. 11. eſt, an prudentia virtuti morali finem præſtituat D.Tho. quæſt. 66. artic.3. ad tertium, & quæſt.19.art.3.ad.2. affirmat, quia teſte Ariſt. virtus eſt habitus electiuus, vt prudens determinauerit, & quia virtus moralis eligit, quod iudicat prudentia eius lux, magiſtra, præceptrix, auriga, alibi vero D. Tho. dicere videtur virtutem moralem ſumere finem à ſyndereſi, & non à prudentia, vt quæſt.57.art.5.& quæſt.58.ar.3.4.& 5.& 2.2.quæſt. 47.art.6. Probatur, quia anteq um prudentia iudicet in hac, vel illa materia eſſe mediocritatem rationis, ſyndereſis iudicat eſſe temperate, iuſte, vel fortiter agendum. Hæc quæſtio Caietano viſa eſt obſcura, & difficilis, quæſt. 58. art.4. ſed Azor lib.3.c.29. quæſt. 4. ait primam opinionem ſibi eſſe probabiliorem, & firmioribus rationibus ſuffultam, aduertitque, finẽ in communi, ſcilicet, caſte, vel iuſte agendum, præſtitui à ſyndereſi; in particulari vero à prudentia, quæ dictat, hanc, vel illam eſſe mediocritatem temperãtiæ, vel iuſtitiæ, &c. cum enim Ariſtot. ait finem præſtitui à prudentia, illum explicat Azor de fine in particulari, vel de prudentia, vt comprehendit ſyndereſim, & eſt quæcunque recta ratio agibilium. Sed tenendum eſt, quando finis eſt per ſe notus, ſiue in communi, ſiue in particulari dictare de eius proſecutione pertinere ad ſyndereſim, quæ eſt habitus primorũ principiorum agibilium: quando vero ſolum eſt notus per diſcurſum, pertinere ad prudentiam, quæ eſt habitus concluſionum agibilium: & in hoc ſenſu eſt vera opinio Scoti 3. diſtinct.36.q.vnica ar.2 §.licet iſtud, aſſirmãtis prudentiam præſtituere finem virtutibus moralib. in 1. vero ſenſu vera eſt opinio Caie. 2.2.q.47.a.6. negantis. Sic etiam conciliantur loca D.Tho. quæ male nonnulli conciliant, vt prudentia præſtituat finẽ qñ eſt medium ad alium finem; ſecus qñ nõ eſt mediũ. Conſtat enim ſemper D.Tho. loqui de fine, vt finis eſt, non vt eſt medium, male etiam alij conſtituere finem interpretantur, id eſt. agere de modo conſequendi finem: quoniã hoc non eſt præſtituere, ſed ſupponere finem. Imo aduerte, quod licet Ariſto.6.ethi. c.12. & 13.& D. Tho.2.2. q.47.a 6.& 1. 2. q.57.a.5. dicant prudẽtiæ eſſe præſcribere ea quæ ſunt ad finnem, tamen ſi loquamur de prudẽtia ſtricte ſumpta, vt condiſtincta ſyndereſi, tantũ eſt verũ qñ preſcriptio eſt per iudicium euidens diſcurſiuũ. De hac diffic. vide alia diſpu. 3.ſectio.2. difficul.5.

Secunda difficultas, & comparatione ſuperiorũ.12. eſt, an qui eſt prudẽs in materia vni⁹ virtutis, ſit etiam in alijs. D. Tho.& eius diſcipuli affirmant (inquit Azor lib. 3. c.29. q.5.) 1. quia vna tantum eſt prudentia. 2. quia qui habet vna virtutem moralem, habet cæteras, ergo & qui vnã prudẽtiã, habet cæteras Scot. ſupra Ocham, Gab.& Buridanus merito ſentiunt poſſe dari prudentiam in vna materia ſine prudentia in alijs, quod probatur, quia experientia aperte indicat aliquos eſſe prudentes in re militari, vel Reipub. adminiſtratione aut alia materia, & nõ in cæteris. 2. quia licet vnica tantum aſſeratur prudentia, quod multi inficiantur, ea tamen eſſet, vt alij habitus acquiſiti diſciplinæ, vel artis: ergo ſicut alij non ſunt ſimplices qualitates, ſed ex multis tanquam partibus conſtituti. ita prudentia conſtaret varijs partibus pro varietatate materiarum, & ſic poſſet aliquis eſſe prudens in vna, & non in alia Hæc doctrina Azor vera mihi videtur, ſed nequaquam contra D. Tho. eiuſue diſcipulos, quia licet doceãt, vnicam tantum eſſe prudentiam, in ea tamen admittunt extenſionem, vt in cæteris intellectualibus habitibus, & ideo docere debent, vnam eius partem obtineri poſſe ſine alia. 67. *2. Quę eſt ordine.*

SECTIO. III.

Vtrum omnes virtutes ſint æquales. 68.

VIRTVTES omnes æquales eſſe Stoici ſenſerunt vt refert D. Tho. quæſt. 66. ar. 1. & inter Stoicos Seneca epiſt. 66. vt refert Azor lib.32.c.9.q.8. de hac autem ſentẽtia Stoicorum vide Senecam, lib. 9. epiſt.1. & lib. 20. epiſt. 2. Aug. epiſt. 29. Magiſtrum, & alios. 3. diſtin. 36. Maior, quæſt.4. Ariſtot.2.ethic.cap. vltim. Buridan. ibi. quæſt. 5. Cicero. parado. 1. videntur autem Stoici ſuam ſententiam intellexiſſe de qualibet virtute ad ſeipſam comparata, veluti ſi dicamus, omnes

hominés eſſe æquales, quia non augentur, neque minuuntur, ſed ſemper in eodem ſtatu permanent, neq. vllus fit vnquam ſe ipſo maior aut minor. Hoc colligitur ex Seneca epiſt. 72. vbi ait, virtus non poteſt maior aut minor fieri, vni⁹ ſtaturę eſt: quod ſi intelligatur de virtutibus moralibus, & de æqualitate extenſiua verum eſſe, ait Valentia diſput. 5. quæſt. 7. punct. 3. cum Simplicio in perdicam. c. de qualitate, quem citat, & ſequitur D. Tho. ſupra docens, nullam virtutem moralem alicuius ſpeciei, vel in diuerſis hominibus, vel in eodem diuerſis temporibus eſſe extéſiue perfectiorem: nam neque indiget vllo alio principio ad ſui vſum in appetitu, & non niſi pluribus actibus acquiritur, quibus pleræque difficultates in ꝓpria materia ſuperãtur, atq. vnaquæq. virtus moralis vndequaq. cóplete inclinat in omnia, quæ ſub ratione formali ſui obiecti cótinentur: ſecus autem de virtutibus intellectualib. ſpeculatiuis, vt ſcientia v. g. iudicandú eſt: ná hæc per vnicá demonſtrationé acquiritur, & ſpecieb. intelligibilibus tãquã principijs ſui vſus intellectus indiget, quas paulatim acquirit: quo fit, vt nó ſemper vndequaq. complete inclinet in omnia obiecta: atque ita poteſt eſſe maior, & minor extenſiue, vt patet ex his, quę dicta ſunt ſupra tract. de habitib. Hæc Valentia conſentanee ad D. Tho. Caiet. & Medin. q. 66. a. 1. Conrad. ibi. & 54. a. 4. Bañes. 2. 2. q. 24. a. 5. qui in virtutibus appetitus omne negant augmentú extenſiuú: plura autem nos diximus agétes de augmento extenſiuo habituum.

69. Id tamen breuiter hoc loco addédum eſt, aliquos iuniores exiſtimare virtutem moralem aliquando eſſe imperfectam extéſiue, & inclinare ad parté materiæ, & non ad totam, quia partes materiæ vnius virtutis non æque participant rationem formalem obiecti virtutis, neq. omnino eandem difficultatem cótinét neq. actus eius ſunt omnino ſimiles, ſed interdum ſpecie differunt; ideo licet virtus facilem redat hominem ad quoſdam actus in certis materijs, non tamen propterea reddit promptum ad reliquos, vt in virtutib. intellectualibus (à quib. aliqui fidem excipiunt) contingit, vnde qui per religionem próptus eſt ad offerendum ſacrificium, non ſtatim promptus eſt adorandum, & qui facile ſeruat medium in quantitate ciborum, nó facile illud ſeruat in qualitate. Confir. quia virtus nó corrumpitur tota extenſiue per vnum actum contrarium etiam ſæpiſſime replicatum: ergo neque tota generatur per vnum actum cóformem. Antecedens probatur alioqui, qui eſſet intéperatus circa cibos, & ſæpiſſime in illis excederet, nó poſſet eſſe téperatus circa potum, licet ſemper biberet téperate.

Et ad D. Tho. reſpódent, ſolum velle abſq. perfecta extenſione habitum appetitus non mereri nomen virtutis, quia vt talis habitus ſit ſimpliciter virtus, debet hominé reddere próptú in tota materia talis virtutis, ſed interpretatio D. Tho. nó videtur ad eius mẽtem. 1. quia ſic non eſſet diſcrimé inter habitus intellectuales, & morales; ab vna enim propoſitione non dicitur quis Philoſophus, artifex, aut prudens ſimpliciter. 2. neq. eſſet diſcrimé in virtute morali quoad intenſionem, & extentionem; quia habitus remiſſus nó denominat ſimpliciter ſtudioſum, puta iuſtitia remiſſa iuſtú, &c. nec ratio adducta in contrariú valet, quia quod vnus actus habenti virtuté ſit facilior alio, nó prouenit ex diſparitate habitualis diſpoſitionis, ſed ex obiectis, vel paſſionibus, &c. neq. etiá valet confir. quia ad corruptioné habitus indiuiſibilis quoad extéſionem oportet deſtruere totá intenſioné, quod fieri ſolet paulatim: ad generationé vero ſufficit produci aliquid intenſionis eius: quod fit ſtatim n. 1. q 10. 3. actu, & Córad. reddit rationé ſententiæ D Tho. quia virtus moralis dicit inclinationé appetitus in aliqua ſecundú eandem rationé, ac proinde ad omnia, quæ ſunt vnius rationis, vt ait D. Tho. q. 58. a. 4. ad. 1. exéplú euidens eſt de grauitate, quæ inclinat ad omné locú inferioré, ita moralis virtus inclinat ad omnia ſua obiecta conformiter ad rationé, quia eſt habitualis cóformitas ad rectá rationé, habitus autem cognoſcitiuus perficit ad aſſentiendum ſm̃ diuerſas rationes, & ideo nó inclinat ad plures aſſenſus, niſi per varias ſui partes. 70.

Ad argument. patet ex dictis. Ad confir. autem R. per vnum actum contrarium ſæpius replicatú corrúpi penitus virtutem, niſi per alios eiuſdé, vel diuerſæ ſpeciei conſeruetur aut reparetur, & certe cú aduerſarij dicant, in charitate & alijs virtutib. infuſis nullá dari latitudiné extenſiuá, neſcio cur illá conſtituát in omnib. virtutib. ordinis naturæ. Recte autẽ addunt D Tho. & Valent. (vt putant contra Stoicos) poſſe quoq. virtutes morales eſſe extrinſeca denominatione accidentaliter inæquales ex parte obiecti. & quoad illarum vſum, ſeu actus: nam mediocritas obiecti, in qua earum rectitudo poſita eſt; non conſiſtit in indiuiſibili, ſed habet quandam latitudinem, vt ex Ariſt. 2. eth. c. 6. colligitur, & quoddam obiectum eſt magis conſentaneum rationi, quam aliud, vt eleemoſyná porrigere magis pauperi, &c. Quare vt aliqua virtus magis, vel min⁹ in mediocritate verſabitur, hoc eſt prout eius actus magis, vel minus diſtabit à vitioſis extremis, cenſeri poterit extrinſece accidentaliter perfectior, vel imperfectior ex parte obiecti, & actus. Hinc 71.

recte

recte Conimb.in ethicis,diſput.7.q.2.a.1.dicunt ad rationem virtutis nõ exigitur,vt mediocritatem in indiuiſibili attingat, quod Stoici falſo putabant, vnde etiam contendebant,virtutem nõ ſuſcipere magis & minus, ſed in maximo,hoc eſt in illius indiuidui medij acceptione conſtitutam eſſe, ideoque neminem virtute prædictum iudicabant, niſi qui ad ſtudioſas actiones obeũdas,in ſummo gradu eſſet diſpoſitus.Peripatetica,tamen & vera ſententiam, vt conſtat ex his quæ tradit Ariſtot.2.Ethi.decernit,in medio virtutis latitudinem dari, poſſeque obiectum ipſum virtutis nunc perfectiori modo, nunc minus perfecto attingere:neque ſanę conuenit, moralium actionum honeſtatem ad inſectilia matematica reducere.Quod ſiquis pro ſtoi-
72 *Obiectio.* cis opponat,virtutẽ cõſtitutã eſſe in recto:recto autẽ nihil rectius eſſe,proinde que nullá virtutem alia perfectiorem dari. Occurrẽdum eſt,recto in mathematicis nihil rectius eſſe,
Solutio. quia ſi recta linea tantulum ab extremis ſubſultet,recta non erit,cum id in eſſentia rectæ lineæ contineatur, at in moralibus non ita res habet,quia.v.g.actio eius qui ex affectu miſericordiæ pecunias egẽti erogat, recta eſt,vt pote conſentanea rectæ rationi;actio vero illius,qui ex intenſiori miſericordiæ affectu vberiorem pecuniam largitur,haud dubie rectior eſt,ac excellẽtior,cum perfectiori modo illud officium virtutis præſtet, tum quia [illegible]ius,tum quia vehementiori animi affectu con[illegible]r:intenſiue quoque poteſt virtus vno [illegible] eſſe perfectior alia eiuſdem ſpeciei, exiſtente in alio homine,& ſeipſa pro diuerſo tempore, ſed eodem tempore non poteſt (inquit Valen.) in eodẽ homine virtus vnius ſpeciei eſſe perfectior virtute alterius ſpeciei ſi con[illegible]erent[illegible] ea ratione qua in obiectis proprijs e[illegible]rum elucet vis prudẽtiæ, nam hęc vis prudentiæ eſt eadem omni[illegible]o in eodem tempore ſicut,& ipſa prudentia.Si autem virtutes diuerſæ ſpeciei in eodem homine cõſiderentur,quatenus reſpiciunt obiecta propria ſecundum propias materias, in quibus diuerſimode participatur illa rectitudo, & vis prudentiæ, ſic quidẽ poteſt in eodem homine virtus vnius ſpeciei eſſe perfectior intenſiue virtute alterius ſpeciei, & etiá ſeipſá diuerſis temporibus,vt nimirum aliquis magis,vel minus ſe exercebit in materia vnius virtutis quam alterius,vel in materia eiuſdẽ diuerſis temporibus,propter meliorem diſpoſitionem na[illegible], vel perſpicacius iudicium rationis, vel ma[illegible]atiæ donum. Atq. hoc eſt(inquit) quod D.Thom.vult,cum quæſt.66 ar.2.obſcurius dicit virtutes morales in eodẽ homine non poſſe eſſe intenſiue inæquales ſecundum id quod eſt in ipſis veluti formale, ſcilicet,ſecundum vim illam prudentiæ,quæ velut forma quædã in eis lucet & à qua diriguntur,ſed ſecundũ id quod eſt in ipſis quaſi materiale,ſcilicet, quatenus reſpiciunt proprias materias atque ideo ait ibi &.a.1.ad.1. illas eo modo creſcere, quo creſcunt digiti manus.v.g.qui licet materialiter ſecundum quantitatem ſuam arithmetice cõſideratam inæqualiter augentur:tamen ſecũdum quod eſt in ipſis quaſi formale, ſcilicet proportio ad totam quantitatem corporis,æquales ſemper manent in omnibus.

Cæterum addendum puto doctrinę Valẽtiæ & D.Thomæ,quæ etiam eſt Caiet. Con- 73
radi,Medinæ & aliorũ, prudentiam,licet in eodem homine & tempore nõ ſit maior,aut minor ſeipſa, tamen poſſe eſſe maiorem in ordine ad materiam vnius virtutis moralis quam alterius:habet enim ſicut cæteri habitus intellectuales ſuam latitudinem extenſiuam:poteſt autem eſſe intenſior in ordine ad vnam materiam quam ad aliam vt philoſophia in ordine ad hominem quã ad ęquum, vel econtra,ſi tamen in ordine ad omnes materias ſit ęqualis prudentia,augmentum omnium virtutum quantum eſt ex parte prudẽtiæ erit æquale.Sed aliunde poterit eſſe inæquale,nam hæc extenſio acquiritur exercitatione:poteſt autem magis exerceri potentia in ordine ad materiam vnius virtutis quam alterius,ergo.

Aliquid etiam addere oportet ei,quod cir- 74
ca hanc quæſtionem dicunt Conimbricenſes in ethicis diſp.7.quæſt.4.ar.2.ſolet,inquiunt, quæri,an omnes virtutes in eodem homine ęquales interſe ſint.Cui dubitationi breuiter occurrendum,ſi de perfectione eſſentiali loquamur,cõſtare.nõ eſſe omnes interſe æquales,cum ea quæ ſpecie diſtinguuntur,diſparẽ habeant eſſentiæ perfectionem.Quod ſimiliter pronunciandum erit de perfectione intenſiua,quæ per actuum repetitionem habitibus aduenit,cum planum ſit eundem hominem non æquæ frequenter ſe in omnibus exercere virtutibus,ac proinde non omnium virtutum habitus æquæ intendere. Si tamen ſermo ſit de perfectione quã vnaquaque virtus in eodem homine ex coniunctione & ſocietatẽ aliarum virtutum aſſequitur,dicendũ erit,omnes virtutes hac cõſideratione æque perfectas haberi; quandoquidem non minus perficitur fortitudo ex conſortio temperãtiæ quam iuſtitia ex conſortio eiuſdem;neq. minus perficitur liberalitas ex conſortio ſobrietatis,quã alterius virtutis. Similiterq res habet in cæteris, cum iſtius modi perfectio in ſingulis virtutibus ex coniunctione vniuerſarum & in vniuerſis ſingularum copulatione efloreſcat.Conſule, inquiunt, Dur.3.d.36.q.5.

75 Addo ego, virtutem, quæ fuerit in ſe intenſior, magis alias iuuare, cæteris paribus. Item eandem virtutem cum eadē intenſione poſſe conducere magis ad opera vnius virtutis quā alterius, nimirū ſi vni plures difficultates ex materia talis virtutis quā alterius emergere poſſint: has enim victura eſt ope talis virtutis & non alterius. Similiter etiam virtutē poſſe magis conducere ad opera alterius, quam aliam eiuſdem intenſionis, quia plures difficultates poteſt aliqua pati ex materia vnius virtutis quam alterius æque intēſæ, quas ope eiuſdem debellare debet. Addo præterea, virtutes in eodem exiſtentes in ſtatu perfecto, eſſe æquales proportionaliter adhuc ſēſum, quod omnes debent eſſe aliquo modo intenſæ & perfectæ; alioqui enim non eſſent in ſtatu perfecto. Ita intelligi poſſunt D.Tho. Dur. & alij ſupra, Richar.3.d.37.q.5. Altiſiod.lib.3. ſummæ tract.14.q.1.

76 Addo inſuper, virtutum in eodem inæqualitatem ſignificari à Hiero. Ephe.1. dum ait, in alio eſſe iuſtitiam, in alio caſtitatem, & difficile eſſe in vno reperiri omnes, &c. 1. contra Pelagianos, dum diſputans, an qui habet vnā virtutem, habeat omnes. Reſp. habere omnes participatione, non proprietate. Si obijcias Auguſtinum.6.Trinit.c.4. dicentē, vnum non poſſe eſſe alio prudentiorem & ſimul magis fortem. R. Auguſtinum non loqui de exceſſu vnius virtutis ad aliā; ſed eiuſdem virtutis ad ſeipſam ſecundum illas.4. conditiones generales, ſcilicet, vt ſit prudens, fortis &c. quas vult, non poſſe eſſe inæquales in vna & eadē virtute, creſcunt enim æqualiter, aucta virtute; quia quo quis honeſtius operatur, eo conſtantius, & fortius, quia per ſe maiorem difficultatem ſuperat, & iuſtius quia magis ſeruat æqualitatem, & medium &c.

77 Prædictis conſonat Foxius in compendio ethicæ, lib.3.cap.30. dicens, virtutes inchoatas inæquales in eodem eſſe poſſe ſecundum incrementum, ideſt ſecundum intenſionem, nō tamē æquæ perfectas. Sed quis dubitat ſi ſunt æquæ perfectæ in intenſione, nō eſſe inæquales in intenſione: Ex dictis patet, virtutes augeri: ſunt enim habitus, qui more & aſſuetudine acquiruntur, nutriuntur, roborantur & augentur, & experientia indicat nos vſu & more robuſtiores euadere. Habet, inquit, Gregorius ho. 11. in Ezechiel. omnis virtus exordium, progreſſum & perfectionem. De modo autem augmenti virtutum præter ea, quæ generatim de augmento habituum tract. præced. & ſpeciatim de augmento virtutū in hac ſect. dicta ſunt: aduertēdum eſt, quoſdam affirmare. Quatuor cardinales virtutes ſemper eſſe æquales interſe in eodem homine, quia vna creſcente creſcunt pariter aliæ. ¶ 1. Quia omnes ſunt cum prudentia coniuctæ & qualibet illarum aucta augetur æqualiter prudētia & econuerſo. ¶ 2. Quia Auguſt.6. Trinit. ca. 4. ait virtutes quæ ſunt in animo humano, quamuis alio & alio modo ſingulæ intelligātur, nullo tamen modo ſeparari ad inuicem, vt quicunque fuerint æquales. v.g. in fortitudine, æquales ſint in prudentia, iuſtitia & tēperantia: ſi enim dixeris æquales eſſe iſtos in fortitudine, ſed illum præſtare prudentia, ſequitur vt huius fortitudo minus prudens ſit, ac per hoc nec fortitudine æquales ſint; quia eſt illius fortitudo prudentior, atque ita de cæteris virtutibus inuenies, ſi omnes eadem conſideratione pereurras. Hanc opinionem ita intellexit Azor, lib.3.cap.29 q.8. vt omnes virtutes in vno & eodem homine æqualiter augeantur & æquales ſint in ratione virtutū non in ratione habituum; ſed etiam in hoc ſenſu merito eam impugnat, quia eſt contra experientiam, item contra rationem: poteſt enim vnus, & idem magis verſari in officio vnius virtutis quā alterius & ideo promptior fieri ad opus vnius virtutis quam alterius. Ad Aug. autē Reſpōdet alibi docuiſſe, virtutes non eſſe connexas, nedum in eodem homine ſemper æquales. Cū vero dixit eſſe æquales & ęqualiter in eodem augeri, loqui ſolū de quatuor primarijs, vel quatenus ſunt generales omnium virtutum modi, & cōditiones; vel quatenus ſunt in omni materia perfectæ: nam ſi de certis virtutibus loquamur, ex ſcripturis plane colligimus, alios commendari de vna virtute, alios de alia, & quis negat alios præſtitiſſe hoſpitalitate, alios obediētia, alios manſuetudine, patientia, charitate &c. imo fere omnes ſanctos in aliqua virtute adeo excelluiſſe, vt de quolibet dici poſſit, non eſt inuentus ſimilis illi, & ſane dictū Aug. ægre defendi poteſt, & tenendum eſt, virtutes in eodem homine etiam in ratione virtutum inæquales eſſe quoad intenſionem, vel etiam extenſionem.

Iam quod ad inæqualitatem eſſentialem pertinet, certum eſt, virtus eſſe eſſentialiter inæquales ex obiectis, ſubiectis, & actibus, tamen quælibet in ſuo genere ſic excellat, vt quæ nam alteri ſimpliciter præferenda ſit, nō ſit facile iudicare. Recte enim Nazian. orat. de paupertate, nequaquam (inquit) inuentu facile eſt, quæ nam ex virtutibus excellat, vt ei palma victoriæ tribuatur. Quemadmodū in prato odorifero, ac varijs floribus diſtincto floſculum diſcernere pulcherrimum, & fragrantiſſimum, cum alius aliter aſpectum, & odoratum ad ſe rapiat, atque vt primum decerpatur, ſuadeat. 78

Conſentiunt autem à D.Thom. quæſt.66.a 3. virtutes intellectuales ſimpliciter nobiliores 79

virtu-

virtutibus moralibus non ſolum ita vt nobiliores habitus dici poſſint: ſed etiam nobiliores virtutes, vt notauit eo loco Caiet. & Vaz. ſupra quia nimirum differentia contrahens virtutem ad intellectuales, nobilior eſt quam quæ contrahit ad morales. Ratio autem ob quam D.Thom. cenſet virtutes intellectuales eſſe ſimpliciter perfectiores, eſt quia habent obiectum per ſe vniuerſale ratione potentiæ intellectus, cui inſunt; cum intellectus nimirum per ſe tendat in vniuerſale: morales autem virtutes, cum ſint in parte appetitiua, quæ fere ſolet tendere in bonum aliquod particulare, prout eſt in re, non habent obiectum vniuerſale, niſi vt ab intellectu diriguntur, vt explicat ibi Caiet. & notat Valen. quod tamen non eſt ita intelligẽdum, vt voluntas non poſſit ferri in obiectũ vniuerſaliter apprehenſum, poteſt enim, ſed rarius ſic illud voluntas attingit & nunquam appetitus ſentiens, in quo ſunt plereque moralium virtutum: frequenter autem illud ſic attingit intellectus, & vniuerſaliter enuntiat, vt omnis homo eſt riſibilis. Voluntas autem non appetit vniuerſaliter; nõ enim vult omnes diuitias, omnes honores & voluptates, eo quod aliquæ ſunt euidenter incompatibiles, aut impoſsibiles, aut aliqua ratione incommodæ &c. Plura de exceſſu virtutum intellectualium ad morales, ſeu intellectus ad voluntatem in tract. 2. de Beatitudine dicta ſunt & in hoc tract. diſp. 1. ſect. 2. ad quamdã obiectionẽ & diſput. 3. ſect. 1. Vbi etiã diximus, morales eſſe perfectiores ſecundum quid, quatenus conferant rectum vſum, & non tantum facultatem: probabile etiã eſt, vt inquit, Valent. morales, nimirũ exiſtentes in voluntate, eſſe ſimpliciter perfectiores intellectualibus, vt eſt probabile voluntatem eſſe ſimpliciter perfectiorem intellectu: licet autem, vt ſic, intellectuales ſint nobiliores. Tamen aliqua intellectualis poteſt eſſe ſimpliciter ignobilior aliqua morali propter ignobiliorem differẽtiam contrahentem.

Inter virtutes autem intellectuales intel-
80 lectus ſapientia & ſcientia præſtant prudentiæ ſecundum Ariſt. 6. Ethic. cap. 7. vbi Burid. quæſt. 22. Maior. 3. d. 33 q. 5. Rich. a. 1. q. 8. & inter omnes ſapientia tenet 1. locum propter obiecti dignitatem, vt concludit D.Thom. q. 66. art. 5. & Valent. ſupra, ſed non eſt creditu facile propter habitum principiorum, qui nobiliori modo attingit obiectum, nempe ſine diſcurſu; & propter prudentiam, quæ adeo eſt vtilis, tanquam regula omnium humanorum actuum: ſaltẽ prudentia nobilior ceteris virtutibus moralibus ſeu cardinalibus. D. Tho. q. 61. a. 2. ad. 1. 66. a. 1. & a. 3. ad. 3. & 2. 2. q. 47. a. 6. ad. 3. Richar. 3. d. 33. a. 2. q. 4. quibus conſonat. S. Antonius apud Caſſianum coll. 1. de diſcret. dicens, diſcretio omnibus virtutibus præfertur, & Bern. ſerm. 3. de circunci. Dñi diſcretio mater eſt omnium virtutũ & conſummatio perfectionis: de illa exponunt multi id Mat. 6 lucerna corporis tui eſt oculus tuus &c. quãuis Gab. 3. d. 33. quæſt. vni. a. 3. dub. 1 cum Scoto ſentiat, virtutes alias morales eſſe perfectiores prudentia, eo quod volũtas eſt perfectior intellectu, & cognitio prudẽtialis ordinatur ad actum voluntatis. Sed loquendo de prudẽtia euidenti, quæ ſola videt virtus intellectualis, cenſeo eſſe nobiliorẽ virtutibus moralibus. Itaq. inter morales principem locum tenet prudentia. 2. iuſtitia. 3. fortitudo, poſtremum temperantia, vt D.Tho. quæſt. illa 66. a. 3. & 4. Valent. ſupra. Conimb. in ethicis diſp. 9. q. 1. a. 1. docent, quod videtur ſentire Ariſto. 5. ethi. & lib. 6. c. 12. & 13. Infuſæ omnibus præſtant, in his Theologicæ excellunt, quarum maxima eſt charitas, vt diſſerit Paul. 1. Corin. 13. de hoc plura dixi diſp. 5. ſect. 3.

Inter morales infuſas prudẽtia tenet. 1. lo- 81
cum, ſecundum iuſtitia. 3. fortitudo. 4. temperantia: ſicut inter acquiſitas, quia quatum ad hoc eadem eſt ratio.

Sed omiſſa prudentia quæ non eſt ſtricte virtus moralis, ſed intellectualis, difficile eſt valde, definire, quæ inter morales virtutes excellentior ſit, quia hoc pendet ex perfecta intelligẽtia naturæ cuiusq. ipſarum. Aliquid dicunt Caiet. 2. 2. quæſt. 161. a. 5. Sotus. 3. iuſt. q. 2 a. 8. Buridan. 5. ethi. q. 6.

D.Thom. in diuerſis locis diuerſa docuiſſe videtur hic, quæſt. 66. a. 4. iuſtitiã alijs præfert & 2. 2. q. 58. a. 12. iuſtitiam particulare præfert ijs, quæ iuſtitiæ nomen non habet, ſed illi anteponit legalem iuſtitiam, ſed. 2. 2. q. 30. miſericordiã præfert omnibus, & q. 31. religionẽ. 140. a. 4. obedientiam. 161. a. 5. humilitatem. Sunt qui dicãt. 1. inter morales virtutes religio eſt ſimpliciter perfectior, quia aliquomodo attingit Deum, ſcilicet in obliquo, cultũ enim maxime debitũ Deo exhibet, qui eſt bonũ vniuerſale, à quo cũcta bona procedũt. ¶2. poſt religionem, quæ eſt quaſi virtus Theologica iuſtitia legalis eſt ſimpliciter perfectior, quia obiectum eius eſt bonum commune, & vniuerſale, quod cæteris eſt præferẽdũ. ¶3. Amor ſiue charitas naturalis, qua homo ſeipſum diligit: vita enim propria alienæ & cæteris bonis etiam propria præferenda eſt. ¶4. pietas ad parentes, quia poſt bonum Dei, & communitatis, ac proprium, præferendum eſt bonum parentum. ¶5. Obſeruantia ad maiores, ſub qua continetur obedientia ad ſuperiores. ¶6. Charitas naturalis ad proximum, quę forſan eſt eadẽ cum miſericordia. Quãuis hæ videãtur

Digitized by Google

tur nobiliores obſeruantia, quia obſeruátia, reuerentiá & honorem defert maioribus.2.2. q.102.art.2.charitas vero & miſericordia in proximum reſpiciunt eius vitá, quæ magnũ bonũ eſt. Reſponderi poteſt obedientiã eſſe præſtantiorem, quia reſpicit præcepta diuina directe, ac proinde Deum oblique. Vnde D. Thom.2.2.q.104.a.3.&.4.obedientiam omnibus præfert, pœnitentia religioni & obediétiæ adiungi poteſt, quia etiá reſpicit oblique Deũ.¶7.Loco cõſtituitur caſtitas quę reſpicit cõmunicationẽ ſui eſſe & productionem ſibi ſimilis in natura.¶8. Eſt máſuetudo. 9. iuſtitia particularis quæ vnicuique, quod ſuũ eſt, reddit, & æqualitatem facit inter debitum, & redditum.10.eſt ſtudioſitas, quæ reſpicit bonum ſpirituale, vt ſcientiá. 11. Eſt veritas in dictis.12.humilitas ſiue philotimia, quæ reſpicit honorem, qui quamuis ſit bonum extrinſecum, eſt maius diuitijs.13.Eſt affabilitas, aut modeſtia. 14. Eutrapelia. 15 Gratitudo.16. Liberalitas. In hac gradatione multa ſunt contra D. Thom.& alios, multa falſa, multa diminuta, multa confuſa, plura male probata.

SECTIO. IIII.

Vtrum virtutes omnes maneant poſt hanc vitá.

82 INTELLECTVALES virtutes quoad ſubſtantiam manere poſt hanc vitam in beatis, nam perſeuerabunt in mente habitus ipſi & ſpecies intelligibiles, dictum eſt late, tract.2.de beatitudine diſput. 6. ſectione. 1. idem tenẽt D. Tho.quæſt.67.a. 2.Medina ibi Valent. diſp. 5. quæſt.7.punct.4.

83 Quamuis autem Gabriel.3.d.31.in fine probabilius dicat non manſuros eiuſmodi habitus quoad actum vſque ad reſurrectionem, quia in ſuo vſu pendent à phantaſmatibus: tamen longe probabilius eſt oppoſitum, quod præter citatos docent communiter doctores cum magiſtro illa, d.31 Richar.& Rub. quæſt.1 Baſſol.quæſt.vnica. Durand. quæſt. 3. num.12.Bonauent.art.2.quæſt.3.& alij Bañes. 1.parte quæſt.1.artic.2. dub. 3. probatur, quia animæ damnatorum vtuntur ſpeciebus acquiſitis in via, vt patet de anima diuitis Luc. 16.quod etiam colligitur ex Auguſt.12.ſuper Geneſ.verſus finem & lib.de ſpiritu, & anima verſus finem: ergo & animæ beatorum. Vnde Hierony.epiſt.ad Paulin.diſcamus in terris, quorum ſcientia nobis cum perſeueret in cœlis.Si opponas id.1.Corinth. 13. ſiue ſcientia deſtruetur. Reſp. deſtruendam quoad modum, quia anima ſeparata ante reſurrectionem intelliget ſine conuerſione, ad phantaſmata, poſt reſurrectionem autem, & cum conuerſione, & ſine conuerſione, vt illi placuerit D.Thom. Valentia & alij communiter. Bonauent. vero ait, intellecturam ſine diſcurſu, quod nonnulli arbitrantur difficile, quia ſpecies hic acquiſitæ, ſunt imperfectæ, quando autem ſpecies imperfectæ, ſunt, intelligimus diſcurrendo, ergo. Sed dici poteſt, licet ſint imperfectæ, tamen in ſtatu ſeparationis animæ poſſe ſine diſcurſu exerceri, ſaltem ſi illis adiungantur ſpecies perfectæ per ſe infuſæ ordinis naturæ, quales ſunt in omnibus animabus ſeparatis: alioqui animæ puerorum lymbi, quibus non ſunt ſpecies ſupernaturales infuſę, nihil intelligent. Deinde ſciétia noſtra habet mixtos multos errores, & opiniones & diuagationes mentis & quoad has etiam imperfectiones deſtruetur. Dicis, etiá charitas deſtruetur quoad multas imperfectiones adiunctas, ergo non recte Paulus conſtitueret diſcrimen inter charitaté & ſcientiá. Ob hoc dici cũ aliquibus poſset, nomine ſcientiæ ibi non intellexiſſe Paulũ cognitioné euidenté, ſed ineuidété certá, qualis eſt fidei diuinę, vel incertá, qualis eſt fidei humanę, vel opinionis. Aut non dixiſſe abſolute ſcientiá deſtruendá, ſed conditionaliter, vt notat Bañes, ſiue linguæ ceſſabũt, ſiue ſcientia deſtruetur, charitas tñ nunquam excidit. De moralibus vtrum poſt hanc vitá perſeueraturæ ſint Hortenſius, au- 84
ctore Aug.14.Trin.c.9. arbitratus eſt naturæ cognitioné ſolá futurá ſatis beatis mentibus poſt hanc vitá, neq.máſuras reliquas virtutes ipſe vero Aug. ibi iuſtitiá aſſerit permanſurá, quod pót cõfirmari ex ſap.1.iuſtitia perpetua eſt & immortalis: reliquas auté virtutes cardinales docet Aug. forte pmáſuras & ratio dubitádi eſſe pót.1.Quia cum habitus ſint ppter actus, & ibi habitus iſti nullá operationé habituri videátur, nó vidétur permanſuri.¶2. Ná quædá ex his virtutibus reſidẽt in appetito ſenſitiuo: hic autem nó eſt in anima ſeparata, & licet ſit in homine reſurgéte, tñ nó eſt idẽ numero, quia res corrupta, cuius partes nó manẽt, nó pót eadẽ numero reparari, ac proinde eadem ratione neq. virtutes erunt eædẽ numero, ſed, ſi aliæ infundútur à Deo, erunt diuerſę ſpeciei: nó enim eſt eiuſdẽ ſpeciei habitus infuſus & acquiſitus. Hac ratione Dur. 3.d.33.q.4 tenet habitus exiſtẽtes in appetitu ſenſitiuo nó máſuros in patria & Conf. quia beati poterunt proprijs actibus acquirere habitus appetitus ſéſitiui, ſi poſſũt illos habere: ergo fruſtra infũdẽtur: ſi vero nó poſſũt illos habere, ſupervacanei erũt habitus, ergo nó in- 85
fundentur. Cæterum doctrina magis recepta, vt ait Valent. ſupra, eſt, omnes virtutes morales acquiſitas & infuſas futuras in altera vita, ita vt, quæ in volũtate exiſtunt, in anima ſeparata perſeuerent, quæ vero in

appe

Digitized by Google

appetitu ſenſitiuo(in quo tamen aliqui nul-
las virtutes collocant)maneant in anima ſe-
parata,quaſi in radice,& in potentia, quovſ-
que in reſurrectione corporum vna cum ip-
ſo appetitu ſenſitiuo formaliter,& actu reſti-
tuantur,aut reparantur. Ita docet D. Thom.
q.67.ar.1.Quoad actus vero non habebunt hu
iuſmodi virtutes tunc eandem rationem, ſed
quædam tantum ſimilitudo actuum illarum
tunc cernetur,(inquit Vale.) vt quemadmo-
dum Aug ſupra docet,actus prudentiæ ibi ſit,
nullam rem Deo, vel æquare, vel antepone-
re,longeq. abeſſe ab omni errore; fortitudi-
nis firmiter Deo ipſi in hærere ſine moleſtia
tolerandorum malorum;temperantiæ nullo
defectu noxio delectari,&c.& hoc eſt(vt Ca
iet. interpretatur) quod D. Thom. quæſt. 67.
ar.1. ait, virtutes huiuſmodi manſuras poſt
hanc vitam quoad formale, non autem quo-
ad materiale,cum enim hoc non poſſit refer
ri ex mente D.Tho. ad ipſos habitus, ſi qui-
dem ex illius ſententia hi poſt hanc vitam ſe
cundum ſe, vel in radice manebunt, oportet
eam differentiam attendere in harum virtu-
tum actibus,vt ſit ſenſus rectitudinem quan
dam rationis futuram in actionibus beatorũ,
quæ correſpondeat formali rationi actuum
iſtarum virtutum in hac vita,imo ſit excellẽ-
tior quam illa, tamet ſi ſecundum quamdam
metaphoram & ſimilitudinem tantum ad
has virtutes pertineat, vt dictum eſt. Hæc
Valentia.

86 Vnde ad.1.Reſpond.has virtutes, cum per
ſe ſint quædam perfectiones, & ornamenta
animi, non futuras in altera vita prorſus ſu-
peruacaneas, tametſi nequeant tunc elicere
actus eiuſdem rationis,cuius nunc, maxime
cum per ſe non contineant imperfectionem
aliquam circa id obiectum, in quo verſabi-
tur beatitudo,ſcilicet circa Deũ,itaq. non eſt
alienum ab illo ſtatu,vt hi habitus in illo per
ſeuerent,ex quo ſemel fuerunt in hac vita ac
quiſiti. Acedit, quod non contingit obdefe-
ctum aliquem voluntatis beati, vt non ſit in
illa vita vſus iſtorum habituum ſecundum
propriam eorum rationem,ſed quoniam ſim
pliciter deerit materia, itaq; quantum eſt in
ipſis beatis poſitum, vigebunt hi habitus in
ordine ad proprium obiectum formale, atq.
ita merito in beatis remanebunt;ſecus autem
eſſet,ſi ipſi beati rationem formalem obiecti
iſtarum virtutum aſpernarentur. v.g. hæreti-
ci rationem formalem fidei,vt eſt cum pro-
poſitione Eccleſiæ neceſſario coniuncta, ob
quam cauſam doceri ſolet in materia de fide,
ne habitum quidem fidei in hæreticis rema-
nere.

87 Ad. 2. R. in primis futurum omnino poſt
hanc vitam,vt idem appetitus & eædem virtu
tes reſtituantur, id quod alias eſt oſtenden-
dum in materia de reſurrectione, deinde di-
cit habitus etiam eoſdem ſpecie reſtitutum
iri in appetitu ſenſitiuo.Nam id ſatis eſt,quod
futuri ſunt illi ijdem, qui in hac vita noſtris
actibus ſemel fuerunt acquiſiti, tametſi tunc
non ſunt iterum producendi per actus no-
ſtros:prætereа(inquit Valentia)non poſſe col
ligi differentiam ſpecificam aliquorum habi
tuum ex hoc quod eorum alij producantur
virtute diuina alij noſtris actibus: nam con-
ſtat virtutem eiuſdem ſpeciei,quam ipſi pro-
ducimus,poſſe à ſolo Deo produci, ſicut qui
libet alius effectus,ſine cauſa ſecunda. Hacte
nus Valentia, cui conſonat Azor. lib.3. cap.
29.q.9.dicens earum virtutum functiones &
officia in hac vita finiri, quibus refrænantur
& cohibentur perturbationes animorum,
quia cum hac vita affectus deſinunt, in qui-
bus temperandis virtus moralis verſatur,præ
ſentis tantum vitæ ſunt,non æternæ: tunc ne
mo alterius ope, liberalitate & magnificen-
tia indigebit,nullæ ibi reſtitutiones, iniuria-
rum actiones, ſatisfactiones, compenſatio-
nes,&c.manebunt tamen habitus ad ornatũ
ſecundum communem Theologorum, &
erit ſecundum Aug. prudentia ſine periculo
erroris, fortitudo ſine moleſtia tolerando-
rum malorum,temperantia ſine impugnatio
ne libidinum, iuſtitia ſine ſubleuatione
miſeriæ alienæ. Hactenus Azor. Sed D. 88
Thomæ & alijs citatis objiciunt aliqui quia
non ſatis percipitur, quid ſibi voluerint
per illud materiale & formale:tantũ enim vi
dentur velle manere in patria rectum iudi-
cium circa materias, & actus harum virtu-
tum: non tamen inclinationẽ potentiæ ap-
petitiuæ ad ſuos actus, vel certe,nullum actũ
habere, & ſic eſſe otioſas, vel ſolum habere
hunc actum,volo ſequi rationem, qui actus
ita in genere,non pertinet ad iuſtitiam parti-
cularem,nec ad temperantiam, ſed forte ad
iuſtitiam legalem:ergo cæteræ erunt otioſæ,
& ſane Auguſt. 6. muſicæ cap. 16. non leniter
inſinuat.4. virtutes cardinales ſolum manſu-
ras ſecundum aliquas perfectiones ſibi cor-
reſpondentes, vt pro prudentia ſit contem-
platio Dei,pro temperantia ſanctificatio ani
mæ.pro fortitudine impaſſibilitas, pro iuſti
tia ordinatio:ſic enim ait.Hæc ergo contẽpla
tio, ſanctificatio, impaſſibilitas, ordinatio
eius,aut illæ quatuor virtutes perfectæ,atque
conſummatæ,aut,ne de nominibus, cum res
conueniant,fruſtra laboremus,pro iſtis virtu
tibus,quibus in laborabibus conſtituta vti-
tur anima,tales quædam potentię in ęterna
vita ſperandæ ſunt.Et quę Ariſt.10. ethic. c.8.
adducit, vt probet, ridiculum eſſe dicere in
dijs eſſe iuſtitiam commutatiuam, & alias
huiuſmodi

Digitized by Google

huiuſmodi virtutes, in beatos homines etiam cõueniunt. De hac re vide quæ diximus tract. de beatitudine, vbi oſtendimus, virtutes has in patria multos actus habere proprios ipſarum, & eiuſdem rationis cum his, quos in hac vita habent, & incertum eſſe, an ijdẽ numero habitus, vel tantum ſpecie futuri ſint in appetitu ſenſitiuo, infuſique an acquiſiti? poſſe autem virtutes has multos actus habere, pater de religione, obedientia, prudentia, pietate, ſtudioſitate, fidelitate, veritate, et iuſtitia, & forte temperantia habebit materiam in qua exercatur, erunt enim in eo ſtatu delectationes pertinentes ad ſenſum, quas temperate pertinet ad temperantiam, ſolum illæ virtutes, quæ in malis verſantur, videntur ibi locum non habere, vt pœnitentia, patientia, & fortitudo, quæ in periculis exercetur, dico tamen has, atque adeo quaſcumque poſſe abſoluto amore ſimplici amare ſua obiecta, & contraria odiſſe: item habere actus efficaces conditionatos; & gaudium de actibus, quos habuerunt in via; item habere actus abſolutos negatiuos, volo non agere intemperate. &c. Qui actus elicientur à virtutibus infuſis & acquiſitis, vtraque enim perfectio manet conſummata in beatis, & naturæ, & gratiæ.

Prædictis couſonant multi Scholaſtici, nã Gabr.3.diſt.33.in fine, ait, has virtutes in patria habituras actus, ſed alios ab actibus, quos habent in via, nam ſecundũ Bon. ſcilicet ead.d. q.6. omnes actus noſtri in gloria dicũtur fortes, iuſti, prudentes, caſti, vt iuſtitia excludat obliquitatem, prudentia errorem, fortitudo moleſtiam, temperantia omnem libidinem, & infra in via pugnant contra vitia, in patria gaudent de victoria pleniſſime accepta: in quibus verbis Gabr. videtur his virtutibus tribuere actus negatiuos, vt nollo furari, &c. item delectationes de præteritis operibus. Clarius loquitur Maior. ead.d. quæſt. penult. quæ eſt. 6. de iuſtitia. vbi ait omnes virtutes cardinales infuſas & acquiſitas futuras in patria, & ad decorẽ & ornatũ, & vt habeant aliquos actus, licet non omnes, quos habuerunt in via, vt nollo accidere ad non meam: nollo, comedere, aut bibere, quia non indigeo, & quia ratio dictat, nunc non eſſe commedendum, &c. & ſic intelligit Bedam Exod. 26. vbi ait columnæ, ante quas expanſum eſt velum poteſtates cœli ſunt quatuor eximijs virtutibus præclarę ideſt fortitudine, prudentia, & temperantia, iuſticia, quæ aliter in cœlis ſeruantur ab angelis, & animabus ſanctis, quam hic à fidelibus. Ad Ariſtot. vero ſupra reſpondet, de angelis in hac parte non recte philoſophatum eſſe, rectiſſime autẽ de Deo, quia in ipſo non ſunt virtutes inhærentes, ſed ipſe eſt ſua virtus. Nos autem dicimus diuerſam eſſe rationẽ de hominibus e angelis, quia angeli non poſſunt habere actus abſolutos efficaces quarundam virtutum, ideo non poſſunt habere habitum ſaltem ſimpliciter denominantem, & id tantum voluit Ariſto. ſecus eſt de hominibus etiam beatis, quia in via potuere habere actus quibus compararent habitus perfectos, & ſimpliciter denominantes, retinentque in patria eadem vim, & denominationem, & plures actus eliciunt quam in angelis elicere poſſint. Quod vero air D.Thom. has virtutes in patria futuras quoad formale, non quoad materiale, intelligit Ouandus.3.diſtinct. 31. propoſitio.9. de virtutibus exiſtentibus in appetitu ſenſitiuo: tales enim non erunt in anima ſeparata, niſi ſecundum aliquam rationem formalem, in qua aſſimilãtur perfectionibus illius ſtatus. Idem Ouandus.3. diſt.33 .prop. 3. ait virtutes has in patria habituras vſus alios quã in via. Richar. etiam ibi. art.1.qu.6. ait habitutas excellentiores actus quam in via, quia fortitudo firmabit voluntatem in ſecuritate, vt non timeat amplius terribilia, & gaudeat moderate de obtenta liberatione ab omnibus terribilibus. Tẽperantia delectationes inordinata deteſtabitur & gaudebit de perfecta liberatione ab illis. Palac. ibi. q. vn. ait in patria habere actus gratulationis; & gaudij de recte geſtis in via, vel alios actus nobis ignotos: pœnitentiæ tribuit ſimplicem voluntatem ſatisfaciẽdi pto peccatis præteritis et patiẽtiæ: eutrapeliæ nullos deſignat actus, ſed præter actus gaudij poſſet negatiuos actus deſignare, nollo ludere, iraſci, &c. Quia ratio dictat nunc non eſſe ludendum, &c. Caiet. & Med. q.67.ar.1. fortitudini temperantiæ, & alijs virtutibus tribuũt actus illos gaudẽdi de ſuperatis periculis, et alijs huiuſmodi. Suarez.3. par. to.1. diſp.19. omnibus virtutibus moralib⁹ in Chriſto, et in alijs beatis proprios actus tribuit, et dicit nõ ſolũ infuſas, ſed etiã acquiſitas manere, et quãuis de acquiſitis id negauerit D. Th.3.d.33.q.1.a.4. quia ordinãtur ad vitã ciuilẽ: tñ id retractaſſe.1.2.q.67.ar.1. in corp. et ad.3. et ad illã rõem D.Tho. Reſp. has virtutes, non ſolum conducere ad ciuilitatem huius vitæ, ſed illius, licet non ſecundum eoſdem omnino actus. Sic etiam reſponderi poteſt ad aliud argumentum ſumptum ex Auguſt. qui tract. vlt. in Ioan. ait, vitam actiuam non futuram in patria, & 12. Trin. cap. 14. has virtutes pertinere ad vitam actiuam, vnde videtur colligi nõ futuras in patria. Reſp. enim vitã actiuã in patria futurã, licet quoad alios actus, q̃bus vtiles erunt iſtæ virtutes, & ſic in patria futuras docet Auguſtin. 14. Trini. cap 9. Magiſt. Scotus, & alij.3. diſt.33. Beda ſupra, Aleus. 4.p. quæſt.12. m.1. artic.1. §.1. ad arg. vbi etiam dicit,

Digitized by Google

dicit has virtutes in beatis habere actus per fectiores quã in nobis,& in Chriſto, & alijs beatis eſſe pœnitentiam licet non ad actum dolendi de peccatis. Vide illum ibidẽ memb. 2. art. 2. §. 3. in reſolutione,& quæſt. 26. memb. 3 a. 1. §. 1. ad argumenta,& quæſt. 5. memb. 6. ad argum.& quæſt. 8. memb. 8. a. 3. §. 1. q. 1. collaterali ad argum. Ex quibus omnibus conſtat, falſum eſſe, quod ait Bañes. 1. p. q. 1. a 2. dub. 3. & Valent. ſupra, virtutes morales, manere quidem in beatis quoad habitus, adornatum, nõ tamen quoad actus, niſi ſecundum quandam ſimilitudinem & metaphoram.

91 An vero virtutes exiſtẽtes in appetitu ſenſitiuo, futuræ ſint eædem numero Reſpondet Capreol. 3. d. 33. a. 2. contra. 4. concluſionem veriſimile eſſe potentias ſenſitiuas eaſdẽ numero reparandas, quantumquunq. in morte fuerint corruptæ, vel etiam anihilatæ: Deus enim poteſt omne poſitiuum permanens, & non ſucceſſiuum, quantumcũq. annihilatum fuerit, idem numero reparare, vt alias inquit, forte videbitur. 4. Senten. Conradus vero hic queſt. 67. art. 1. in fine ait, Capreol. ſe fundat in eo, quod ſane non videtur de mente D. Tho. videlicet huiuſmodi potẽtias ſenſitiuas, quæ ſunt ſubiecta immediata huiuſmodi virtutũ, redire eaſdem numero, cuius oppoſitum docuit D. Thom. 4. d 44. quæſt. 3 art. 3. ad. 6. in fine dicens organa eſſent eadem numero quantuis potentiæ eædem non ſint, quare oportet dicere (inquit Conrad quod ſicut potentiæ iuxta D. Thom. non redeunt eædem numero, ita neq. virtutes, ſed eædem ſpecie: verũ quidem eſt apud D. Thom. quod Deus omne poſitiuum permanens repatare poteſt idem numero, vt Capreolus ei adſcribit ex quodlibetis, non tamen, id faciet Deus, vt docet D. Thom. in compendio theol. tract. 1. ca. 54. vbi ponit quod neque eadem quantitas redeat, & quod diuerſitas potentiarum animæ ſenſitiuæ, & vegetatiuæ non impediat vnitatem reſurgentis. Idem ſentit. 4. Contra gent. cap. 8r. Hæc Conradus.

92 Maior autem ſupra ait, quod Deus illas qualitates conſeruabit extra ſubiectum & in reſurrectione vniet appetitui ſenſitiuo, vel eaſdem num. reproducet. Mihi vero primum miraculũ incredibile, quia ſuperfluum. 2. Autem aliquatenus credibile, quia vtile. Sed an virtutes iſtæ maneant in damnatis? Quidam reſpondent, in ſtatu damnationis virtutes, ſi quæ erant, manere poſſunt pro aliquo breui tempore, tamen breui corrumpuntur, igitur deſtruitur prudentia & exercentur actus cõtrarij intellectuales autem virtutes ſpeculatiuæ perſeuerare ſemper poſſunt, ſicut contingit in angelis, quia illæ non pendent à rectitudine voluntatis, & propter euidentiam neceſſitatem inferũt intellectui, niſi forte quis dicat, Deum non conſeruare hos habitus in damnatis ob pœnam eorum, quod quidem efficaciter impugnari non poteſt, tamen ſine fundamento dicitur. Hæc illi ſed non placet, quia etiam in moralibus in particulari poteſt eſſe euidentia, qua damnati conſeruabũt prudentiã. Dico ergo corrumpendas per actus contrarios abſolutos, & conditionatos, quos elicient, vt Deum offendãt, quem odio habent, & hoſtem atque inimicum arbitrantur. De virtutibus theologicis certum eſt, mã ſuras, quia charitas nunquam excidit. 1. Cor. 13. ſpes autem, & fides, quoniam ſuapte natura continent imperfectionem circa obiectum beatitudinis, nimirum circa Deum, quia fides caret euidẽtia erga illum, & ſpes nondum eum obtinet: euacuabitur, quod ex parte eſt, cum venerit, quod perfectum eſt, vt idem apoſtolus illic docet: neque quidquam illaũ remanebit, niſi quoad rationẽ genericã ipſarum: ſicut D. Thom. quæſt. 67 art. 5. dicit, hoc modo manſuram fidem, quatenus erit tunc cognitio Dei in beatis, quæ communicat in ratione generica cum ratione fidei, id quod ſimiliter potuit affirmare de ſpe, nam etiam erit in beatis dilectio, quæ in ratione generica actionis voluntatis conuenit cum motu ſpei. Hęc Valentia, addit autem.

Porro cauſa cur non ſint manſuræ in beatis fides ſpes, vt Durand. 2. d. 31. q. 3. & 4. & alij probabiliter exiſtimãt, ſolum erit, quoniam eſſet quidem ſuperuacaneum, vt circa idem obiectum, puta Deum, quod beatitudo perfecte attingit, maneant in illo ſtatu virtutes imperfectæ. Alioqui, vt idem Durand. ibi, & Scotus ead. d. quæſt. vnic. & alij defendunt, non repugnat, de eodem obiecto habere fidem, & euidentem etiam notitiam, ſicut in 3. tom. videbimus in materia de fide, ſi Deus voluerit: de ſpe tamen videtur eſſe alia ratio, quoniam verſari tantum videtur circa rem non dum obtentam, iuxta id Rom. 8. quod videt quis, quid ſperat, & ideo nequit omnino manere cum beatitudine. Sed & fidem etiam cenſet D. Thom. quæſt. 67. art. 3. non poſſe vllo pacto conſiſtere cum cognitione clara. De quo in materia de fide, vt dixi, eſt diſſerendum. Eſt etiam annotãdum, theologos quoſdam eruditos cum Durand. 3. d. 31. quæſt. 3. & 4. cenſere, non eſſe omnino expreſſe de fide, quod fides, ſiue quoad actum, ſiue quoad habitũ nõ ſit in beatis manſura: tametſi temere quis affirmaret manſuram: ratio eſt quoniam. 1. Cor. 13. non aliter videtur Paulus affirmare, futurũ vt euacuetur fides, quam vt euacuetur ſcientia & prophetia &c. Scientia autem non euacuabitur ſimpliciter, ſed tantum quoadmodum, vt ſupra dictum eſt & exponit D. Tho. 93

quæſt.

quæſt. 67. artic. 2. ad. 1. Ergo non eſt omnino, certumque fides euacuanda eſt ſecundum ſe, ſed tantum quoad modum.

SECTIO. V.

An virtus acquiſita, per venialia peccata deſtruatur, &c.

94 SVPPONIMVS, infuſam non deſtrui per venialia Trid. ſeſſione. 6. capitul. 11. quod vero ad virtutes acquiſitas attinet. Reſpondet aliqui. 1. virtutes quarum actibus opponuntur actus, qui ex obiecto & genere ſuo non ſunt peccata mortalia, ſed venialia tantum, (cuiuſmodi ſunt eutrapelia veracitas, liberalitas, abſtinentia, quæ eſt temperantia circa cibum, & potum, & aliæ ſimiles) remitti & amitti poſſe per peccata venialia. Hoc in quo omnes conuenire putant, probant, quoniam actus qui ſufficiunt ad generandum habitum vitij, ſufficiunt ad expellẽdam virtutem ei oppoſitam, ſed vitia oppoſita prædictis virtutibus generantur per peccata venialia, vt patet de prodigalitate, per ſola enim peccata venialia producitur, non enim ſunt peccata aliqua mortalia ex ſuo genere, perquæ poſſit produci prodigalitas, quod autem extrinſece, & in alio genere interdũ ſint mortalia, nihil refert, cum non producant habitum prodigalitatis per id, quod pertinet ad aliud genus, ſed ad proprium & idem eſt de vitio oppoſito veritati, vel eutrapeliæ & ſimilibus: ergo tales virtutes per peccata venialia remittuntur & deſttuuntur. Conf. 1. quoniam per actus intenſos & maxime deuiantes à medio, expellũtur virtutes & generãtur vitia oppoſita, ſed tales ſunt actus, de quibus loquimur, ergo per eos poſſunt expelli virtutes, & produci habitus vitioſi.

95 2. Dicunt, virtutes, quarum actibus opponuntur actus, qui ſunt peccata mortalia ex ſuo genere, non poſſe amitti per actus qui ſint peccata venialia ex in deliberatione. Hoc, in quo etiam putant omnes conuenire, probant. Quoniam per eiuſmodi actus non generatur habitus vitij: ergo neque expellitur virtus, conſequentia liquet ex dictis, & antecedens probant: quoniam actus hi, quãuis ſint culpabiles, tamen ſunt imperfecti nõ ſolum in genere naturæ, ſed etiã moris, quia cum libertas ſit fundamentum malitiæ moralis, neceſſe eſt, vt ſicut hi actus ſunt imperfecte liberi, ita etiam ſint imperfecti mali, quod etiam colligitur ex D. Thom. quæſt 88. artic. 2. ergo non generant habitum vitij ſicut neque per actus bonos indeliberatos generatur habitus virtutis.

3. Dicunt virtutes de quibus proxime agebamus, non deſtrui neque minui per peccata venialia ex prauitate materiæ, quanuis ſint plene deliberata, vt per furta parua &c. probant, quia per iſta peccata venialia non generantur vitia oppoſita, ergo neque deſtruuntur ille virtutes. Antecedẽs probatur quia tales actus ſunt imperfecti in ſuo genere & parum recedentes à medio, per actus autem imperfectos non comparatur habitus. Conf. 1. quia quæcumque ex illis virtutibus eſt habitus perfectus ita vt inclinet perfecte ad medium in latitudine ſuæ materiæ, ſeu proprij obiecti, ergo vt alter habitus poſſit ipſum expellere, debet eſſe ita pefectus, vt inclinet ad recedendum perfecte ab illo medio: ſed per actus, de quibus loquimur, nõ poteſt acquiri talis habitus, quoniam ipſi recedunt parum à medio, & ob id non ſunt peccata. m. ergo neque poteſt expelli virtus. Cnnf. 2. quoniã formalis effectus virtutis eſt inclinare ad mediũ: ſed poteſt aliquis manere inclinatus ad medium eiuſmodi virtutum, quanuis committat venialia contra eas, ergo & retinere ipſas virtutes, mi. prob. nam qui exempli cauſa præditus eſt virtute iuſtitiæ, quanuis furetur rem parui momenti, poteſt eſſe bene diſpoſitus, & propenſus ad non committendum furta grauia; imo & reipſa velle ab illis abſtinere, ergo. 96

Has tres concluſiones docet Med. q. 71. art. 4. cui ex parte cõſentit Zumel, ibi diſp. vnica: ait enim peccata venialia ex genere minuere, vel deſtruere virtutem oppoſitam. Peccata vero venialia ex ſola indeliberatione non deſtruere virtutes oppoſitas: venialia vero ex leuitate materię deſtruere virtutes oppoſitas, licet contrarium ſit probabile. 97

Ego vero primam concluſionem veram exiſtimo, ſecundam vero & tertiã falſas. Probatur. 1. quia illa venialia ſunt eiuſdem ſpeciei cum mortalibus: ſpecies enim peccati ab obiecto ſumitur, vt docet D. Thom. quæſt. 72. artic. 1. illa autem peccata vel idem prorſus obiectum habent, vel ſi eſt diuerſum, tota diuerſitas eſt ſecundum maiorem, vel minorẽ quantitatem obiecti: quæ diuerſitas non ſufficit ad diuerſitatem ſpecificam actus: ergo producunt habitus eiuſdem ſpeciei, & ſic corrũpent contrarios habitus. 98 *Auctor.*

Reſpondent illi quanuis. m. & v. ſint eiuſdem ſpeciei, tamẽ aliquid poteſt vnum quod non aliud, vt non quid quid poteſt vir poteſt puer, vel fæmina, eo quod eſt imperfecta. Sed hoc nihil valet, quia poteſt eſſe tanta & maior inteſio & entitas phyſica in actu indeliberato quãta in actu deliberato: actus autẽ genera:

rat habitū ratione intēſionis ſuæ & entitatis phyſicæ,& nō ratione deliberationis præuię, quę nihil ponit in actu,ſed tātū ſe tenet ex parte intellectus,exiſtēte eadē intēſione,& eadē entitate phyſica actus. Eodemque modo probari poteſt de peccato veniali ex leuitate materię,poteſt enim æquare,vel excedere in intenſione peccatum.m.ex grauitate materiæ; & ex parte ſubiecti poteſt eſſe æqualis diſpoſitio, aut certe maior diſpoſitio,& minor indiſpoſitio ad effectum peccati venialis,quam ad effectum peccati.m.ergo peccatum ex leuitate materiæ generabit habitum proprium & remittet aut deſtruet penitus habitum oppoſitum.

Confir. etiam quia actus eiuſdem ſpeciei eandem habent oppoſitionem, ſed peccata mortalia deliberata,& indeliberata, vel materia leuis & grauis ſunt eiuſdem ſpeciei: ergo habent eandem oppoſitionem cum virtute,eodemque modo illam deſtruunt.

99 Confir.nam actus procedens ex ignorantia mortali & veniali ſunt eiuſdem intēſionis,& entitatis phyſicæ pertinentis ad appetitum:ergo cum ſolum generēt habitum ratione intenſionis & entitatis phyſicæ pertinentis ad appetitum, ſi vnus generat habitum, alius etiam generabit habitum, ac proinde virtutem contrariam deſtruet.

Confir.etiam,nam calor non producit calorem, neque expellit frigiditatem ex eo quod ſit magis,vel minus conueniens ſubiecto,ſed ratione intenſionis ſuæ:ergo ſimiliter actus non quia ſit prior, aut melior,deliberatus,vel indeliberatus,producit habitum, ſed ratione intenſionis ſuæ:ergo cum actus deliberatus & indeliberatus poſſint eſſe æque intenſi, & ſint eiuſdem ſpeciei, ſi vnius producit habitum etiam alius illum producet quippe qui eaſdem vires habet, vnde non ſunt ſicut vir & puer,vel fœmina,qui ſunt in æquales aut diſsimiles viribus.

100 Confir.etiam quia ſicut communiter docetur, per actum remiſſum produci habitum quoad ſubſtantiam & gradū remiſſum, eo quod eſt eiuſdem ſpeciei cum intenſo, ita doceri debet, per actus veniales, quando ſint eiuſdem ſpeciei cum mortalibus produci habitum,ſiue æqualem,ſiue minorem in intenſione,idque experientia ipſa colligitur, nam qui cōmittit peccata venialia, etiā manente eadem apprehenſione & memoria ex parte intellectus,& denique cęteris paribus,quotidie ſentiet ſe promptiorem ad venialia ſimilia,imo & ad mortalia,minuſque promptum ad operationes oppoſitas ſtudioſas:ergo quotidie minuet,tandemque conſumet habitum oppoſitum. Confir. etiam nam iſta peccata venialia aliquid permanens producunt,cum habeant vim aliqualem & in ſubiecto nulla ſit reſiſtentia, non autem producunt aliud, quam habitum, quia quidquid ex actu permanet in noſtris potentijs, ipſo tranſeunte, eſt habitus,vt tractatu de habitibus oſtenſum eſt:ergo producunt habitum, ac proinde deſtruunt oppoſitum.

Confir.etiam,quia velle furari,& velle nō furari aureum eandem repugnantiam phyſicam habent inter ſe,ſiue ſint actus deliberati,ſiue indeliberati,ſiue vnus ſit peccatum.m. ſiue non:ergo cum generent habitus oppoſitos ratione repugnantiæ phyſicæ, & non ratione mortalitatis, non minus illos generabunt,ſi fuerint indeliberati, quam ſi fuerint deliberati. 101

Confir.aliter quoniam per actus bonos leues ex parte materiæ, vt nolo furari obolum, &c.generatur habitus virtutis, & excluditur vitium oppoſitum: ergo ſimiliter per actus malos leues ex parte materiæ generabitur vitium,& excludetur virtus oppoſita. Aliqui negant conſequentiam,ſed non poſſunt reddere vllam diparitatis rationem. Alij ſine vllo fundamento, & contra experientiam ipſam negant antecedens,quod tamen facile qrobatur,quia eadem virtus eſt, quæ repellit furta grauia & leuia,ſiue auri, ſiue argenti, &c. ſiquidem ex doctrina D.Tho.q.66.ar.1.virtus reſidens in appetitu nullam habet latitudinem extenſiuam,ſed quælibet,ſine vlla additione proxime ſe extendit ad omnia obiecta materialia contenta ſub ratione formali ſui obiecti:ergo talis virtus generabitur per actum reſpicientem quodqumq. ex illis obiectis,ſiue illud ſit paruū,ſiue magnum, & eadē eſt ratio in vitijs:ergo actus malus,qui eſt venialis propter leuitatem materiæ, generabit habitum vitij deſtruetque oppoſitum.

Confir.etiam nam actus venialis contrarius eutrapeliæ generat habitum contrarium,quamnis eius leuitas ſolum conſurgat ex leuitate materiæ, quæ in eo genere non poteſt eſſe grauis:ergo ſimiliter furtum leue ex leuitate materiæ,generabit habitum contrarium iuſtitiæ:nihil enim refert quod furta grauia eſſe vel non eſſe poſſint, cum hoc nihil efficacitatis addat, vel adimat actibus leuibus ex parte materiæ. Deniq;oppoſita ſententia leuiſsimis fundamentis nititur, vt patet ex dictis:ergo nullo modo eſt tenenda. 102

Hinc rejicitur alius modus dicentium opinionem quæ tenet virtutes quæ ſolum habēt materiam leuem poſſe corrumpi per ſola venialia,non vero eas,quæ habent materiā grauē,limitandā eſſe; ſi enim virtus ſit acquiſita ex actibus materiæ grauis,non corrumpetur, niſi per actus materiæ grauis,ſecus ſi fuit acquiſita per actus materiæ leuis : quia virtus ſolum 103

V

bonos eſſe non poſſe niſi fiant per auxilium gratiæ ꝙ vero, ait Aug. omnia opera in fidelium eſſe peccata, ſcilicet ſaltem ex prauo fine, an ſit verum, & in quo ſenſu, remittit Vazquez ad ſuam materiam de gratia, & ſimiliter quid intelligat Aug. cum ait omnia opera ſine charitate facta eſſe peccata, non enim poteſt intelligi de charitate Theologica, cum etiam ex mente Auguſtini in peccatore etiam ſint aliqua bona opera, ſed in materia de gratia oſtendemus aliqua bona opera effici poſſe ſine auxilio gratiæ, idque ex mente Auguſtini & in peccatoribus etiam infidelibus eſſe poſſe aliqua bona opera non ſolum ex obiecto, ſed etiam ex circunſtantijs, quæ tamen rara ſunt in infidelibus præſertim non cognoſcentibus verum Deum, quia ſæpe eorum opera inficiuntur inani gloria, vel alio malo fine, aut circunſtantia, quamuis ſint bona ex obiecto, & in omni peccatore inania ſunt, quia non ſunt meritoria gloriæ: ſunt tamen in illis virtutes quo ad eſſentiam, licet in ſtatu valde imperfecto, tum quia non poſſunt actus meritorios elicere, tū quia non poſſunt diu hominē in officio continere, vt contra nullam illarum mortaliter peccet pręſertim ſi peccatores tales ſint, vt nō ſolum charitate, ſed etiā fide careant & ſpe quæ tāquā an cora tuta & firma in officio cōtinere ſolet, vnde fortaſſis non ſunt dicendæ ſimpliciter virtutes, ſed ſecundum quid, etiā ſi in ſummo rigore loquamur, maxime cum peccatum mortale cōpatiantur, atque adeo, nec per ſe, neq. per alia neceſſario illis adiuncta reddant hominem ſimpliciter bonum & iuſtum.

56 Prædictis conſonat Azor libro 3. c.23. c. 29. q.6. Vbi in primis ait, ſine fide poſſe eſſe veras virtutes morales. Primo, quia virtus moralis eſt ad bonum eligendum ex præſcripto prudentiæ, non fidei. Secundo, quia ad virtutem moralem ſufficit, ſi quis ſtudio & gratia honeſtatis operetur. Tertio, quia gentilis abſque vlla fide Chriſti fidem datam alteri & promiſſa ſeruat in comercijs & contractibus humanis, reddit Domino depoſitum, reſtituit alienum, de ſe benemerenti gratias agit, & in digenti eleemoſynam tribuit. Quarto, quia Rom. 2. dicitur gentes quæ legem nō habent, naturaliter, quæ legis ſunt faciunt, & cap. 1. Græci reprehenduntur, quia cum cognouiſſent Deum, &c. Quinto, quia Hiero. Mathe. 22. ait, inter ipſos quoq. Ethnicos eſt diuerſitas infinita, cum ſciamus alios eſſe procliues ad vitia & tuētes ad mala, alios ob honeſtatē morum virtutibus deditos. Alibi vero Hieron. Bernar. Aug. & Proſper. negant in ethnicis veras virtutes fuiſſe, quia ſteriles erant, & abſque cæleſti æternoq. fine ac ſtudio, & plerumque ſtudio & gratia humanæ laudis, honoris, vel gloriæ, & quia ſine fide non eſt charitas, & ſine charitate non poteſt eſſe vera virtus, quæ hominem omni ex parte bonum reddat, & ad finem ſimpliciter vltimum explicite dirigat. Hi Patres contra Pelag. & Iulian. diſputabant, qui dicebant liberum arbitrium ſine auxilio gratuito virtutes morales ita comparare poſſe, & eas aliquot ethnicos adeptos fuiſſe. Id vero Pauli, omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt, intelligitur de conſcientia, vt exponunt Orig. Ambr. Chryſoſto. Theophilactus, Theodoretus, & Oecumenius: quamuis de fide Catholica id intelligant Aug. Proſper. & Fulgoſ.

57 Deinde ait, an vero virtutes morales poſſint eſſe ſine charitate, aliqui affirmant ipſos habitus bonos & laudabiles poſſe ſine charitate eſſe, acquiſitos in charitate vel peccato, ſed non habere rationem virtutis, quia virtus bonum facit habentem & ordinat illum ſaltem ad finem naturalem at peccator non eſt bonus & eſt auerſus etiam à fine naturali, & 1. Cor. 13. ſi diſtribuero, &c. charitatem autem non habuero nihil mihi prodeſt, & ſapien. 8. de ſapien quæ eſt charitas, vel non ſine charitate ſobrietatem & prudentiam docet, & iuſtitiam, & virtutem, quibus vtilius nihil eſt in vita hominibus, & Aug. 1. retract. cap. 3. retractat, quod antea dixerat, Philoſophos vera pietate non præditos, luce virtutis fulſiſſe, & 4. contra Iulian. c. 3. Vera pudicitia in eo nō eſt, cuius animus à Deo fornicatur: in puris autem naturalibus fatentur iſti, ſine charitate habitus acquiſitos eſſe veras virtutes, quia tunc facerent ſimpliciter bonum & in finem naturalem dirigerent.

58 Alij dicunt ſine charitate eſſe poſſe in aliquo virtutes morales, etiam in ratione virtutis, licet minus perfectas, quam cum charitate. Caietan. q. 65. artic. 2. cum D. Thom. ibi, & 2.2. quæſt. 27. artic. 7. Azor. illo cap. 29. quæſtione. 7. probat. Primo, quia charitas ſolum eſt forma extrinſeca virtutum moralium eis præſtans, quod ad uitam conducant ęternam, quod autē ſint veræ virtutes habent quia eligunt bonum immedio critate conſiſtens, ex præſcripto rationis. Secundo, quia in peccatore manet recta ratio agibilium, ex qua poteſt recte operari, & virtutem moralem acquirere. Tertio, quia ſi in peccatore ſunt habitus boni & laudabiles: ergo virtutes, quia non eſt neceſſe, vt virtus moralis reddat hominem ſimpliciter bonum circa finem ſupernaturalem, ſed ſufficit, vt ſit habitus in mediocritate conſiſtens, prout ſapiens de finietir, ac proinde vt reddat hominem bonum in ſuo genere. Auguſtinus autem Proſper, Beda, & Fulgentius diſputantes contra Pelagianos

veras

veras virtutes ſine charitate eſſe negant: primo, quia ſunt ſteriles, & infructuoſæ in ordine ad vitam eternam, & ideo Paulus dixit, bona opera ſine charitate nihil prodeſſe. Secundo, quia quamuis magnæ, hominem ſimpliciter bonum non reddunt, neque ad finem ſupernaturalem ordinant. Tertio, quia Patres contra Pelag. diſputabant, qui, ſecutus eſt ſtoicorum errorem: qui dicebant, dari à Deo imperia opes vires corporis, pulchritudinem vitam, ſalutem, ſed non virtutes, non bonam mentem, & voluntatem, ſed ſibi quemq. ſuis viribus per naturam datam à Deo ea comparare, quos Seneca ſequens epiſt. 41. ait, perſeueras ire ad bonam mentem, quam ſtultum eſt optare, cum poſſis à te impetrare. Vnde Horatius impie quoque dixit: hæc ſatis eſt orare Deum, qui donat & aufert, det vitam, det opes: æquum mi animum ipſe parabo. Quare Auguſtinus, Hieronym. Proſper. Fulgent. & Beda contra Pelagianos docent non poſſe homines veras virtutes acquirere ſine auxilio gratuito Dei mouentis, & iuuantis hominem ad bene cogitandum, volendum & perficiendum, Hoc ipſum ipſi gratiam Dei vocant, non quod ſit habitus gratiæ, vel charitatis, vel aliquid aliud ſupernaturale donum, ſed quod ſit adminiculum Dei gratuitum, hoc eſt ſine vllo hominis merito datum, nam Pelag. dicebat ad bene agendum ſufficere naturam à Deo datam, & conſeruatam: quodcunque vero aliud auxilium etiam quod commune & generale vocant, negabat vt latius lib. de gratia ex Auguſtino, & alijs Patribus oſtendam. Vnde Bernard. lib. de modo bene viuendi, ſerm. 3. homo nihil boni habet proprium, & paulo inferius ſine gratia Dei præueniente & cooperante nihil boni poſſumus facere gratia Dei præuenit, vt velimus bonum, comitatur, vt bonum incipiamus, cooperatur vt bonum perficiamus: ergo à Deo datur nobis virtutes. Vitia vero & peccata oriuntur ex nobis, & Proſper. lib. de vita contemplatiua c. 18. virtutes à Deo ſunt. Hęc ex Azor addiximus quæ latius in materia de gratia diſcutientur.

59. Circa quintam difficultatem dicendum

Ad. 5. diffi. eſt virtutes Theologicas ſine moralibus infuſis eſſe non poſſe, quatenus charitas ſine huiuſmodi moralibus eſſe non poteſt, eo quod ea amiſſa amittuntur, vt docent D. Thom. Caieta. Conrad. Medina, & alij quæſtio. 65. art. 2. & quæſt. 72. artic. 4. & Vazquez diſputat. 88. capit. 1. & omnes, qui morales infuſas admittunt, quod licet verum ſit: nulla tamen efficaci ratione probari valet, vt notat Vazquez, ſicut enim Deus non ob quodlibet mortale peccatum deſtruit fidem, aut ſpem, ita poſſet non deſtruere charitatem, vel deſtructa charitate non deſtruere virtutes morales infuſas: congruentia tamen eſt, vt ſicut hæ virtutes ſolum infunduntur amicis Dei cum ipſa charitate tanquam eius ornamentum ita etiam cum ea amittantur. Docet autem Vazquez earum actus in peccatoribus dari elicitos tantum ab auxilijs, quia peccatores operantur propter idem motiuum, propter, quod antea operabantur, cum eſſent iuſti.

Sed certe ſi ſemper habent paratum auxilium ſatius eſſet in illis ipſos actus relinqui. Quod cum ſit falſum: probabilius iudico in peccatoribus non dari huiuſmodi actus ſupernaturales, niſi eos, qui ad fidei actũ neceſſarij ſunt, quales ſunt pij affectus credendi, qui deſtructo habitu infuſo ſtudioſitatis, ab auxilio ſupernaturali prodeunt. Itemq. actus attritiones (ſi tamen ad virtutem moralem infuſam pertinet) qui cum ſacramento ad gratiam diſponit. Ad cæteros virtutum moraliũ infuſarũ actus cũ neceſſarij nõ ſint, non præſtat Deus ſemper auxilium ſupernaturale, ſed quando ipſi placet, ſemper tamen poteſt homo agere ex eodem motiuo, quia virtutes infuſæ, & acquiſitæ non differunt in obiecto terminatiuo, vel motiuo, vt ſuperius docuimus, & quamuis Vazq. dicat, omne peccatum Phyſice effectiue deſtruere charitatẽ, eodemq. modo per peccatũ infidelitatis deſtrui fidẽ, & per peccatũ deſperationis ſpẽ, ſed per peccata mortalia ſolũ deſtrui meritorie habitus virtutũ moraliũ infuſarũ: quia ſi deſtruerentur Phyſice per peccata mortalia, non maneret in peccatorib. earũ actus. Ego tñ non video, cur actus contrarij charitati fidei, & ſpei deſtruant effectiue Phiſice has virtutes, actus vero contrarij virtutibus moralib infuſis non deſtruãt ipſas eodẽ modo, nec cur actus intẽperantiæ ex natura rei pugnet cũ charitate infuſa, & non cum fortitudine, vel iuſtitia infuſa: aut quomodo ex eo quod peccator habeat actũ virtutis moralis infuſæ elicitum ab auxilio, ſequatur, peccatum non deſtruere effectiue Phyſice virtutẽ moralem infuſam.

Licet autẽ charitas nequeat eſſe ſine moralib. infuſis, certũ tñ eſt poſſe eſſe ſine acquiſitis, vt accidit infantibus, & alijs, qui ſine prævijs actibus ſufficientibus ad acquiſitionem harum virtutum iuſtificantur. Fides autem, & ſpes ſine virtutibus moralibus tam infuſis, quam acquiſitis, & ſine charitate eſſe poſſunt. Quamuis, vt diximus ex D. Tho. qu. 71. art. 4. non retinebunt ſimpliciter nomen virtutis. Et licet charitas, & virtutes morales infuſæ; ſine fide, & ſpe eſſe nequeant. Et quidem charitatem à fide pendere colligitur ex Hebræo. 11. Romanorum. 8. prima 60. 61.

Ioan.3. & ex Trident.ſeſſio.6. capit.7. fidem
autem poſſe diſtrahi à charitate contra Lu-
theranos definitum eſt eadem ſeſſione cap.
15. & can.28.& colligitur ex illo Math.7.mul
ti dicēt mihi in illa die domine domine, &c.
& tunc confitebor illis, quia nunquam no-
ui vos,diſcedite à me, qui operamini iniqui-
tatem, & Ioan.12. ex principibus autem Iu-
dæorum multi crediderunt in eum, ſed non
audebant ipſum confiteri, ne extra ſynago-
gam eijcerentur:dilexerunt enim magis glo
riam hominum, quam Dei. Quod autem
diximus fidem, & ſpem ſine charitate eſſe
poſſe,non eſt certum quantum ad primam
infuſionem:quidam enim cenſent,nunquam
1.infundi fidem ſine ſpe,neque ſpem ſine cha
ritate paruulis aut adultis etiam ponentibus
obicem gratiæ, & charitati, quia videlicet
quando ponunt obicem,vel non ſe diſponūt
ad infuſionem gratiæ, & charitatis, virtutes
fidei,&,ſpei non recipiunt: ita Almain.3.mo-
ral.c.7.cum Scoto ſupra,quia quem Deus ſa-
nat, perfecte ſanat, vnde cum infundit ali-
cui vnam virtutem, infundit reliquas, ſi eas
non habet. Communis tamen,& verior opi-
nio eſt,ponenti obiceum gratiæ, infundi in
baptiſmo fidem, & ſpem, quibus obicem
non ponit: item habenti ſolum actum fidei,
fidem ſolam infundi, quia ad hanc ſolam ſe
diſponit.

Ad.6.diffi. Ex quibus ſoluta manet ſexta difficultas.

63. Ad.7. vero difficultatem Reſpondetur v-
Ad.7.diffi. nam intellectualem virtutem ſine alia eſſe
poſſe, vt habitus principiorum ſpeculatiuo-
rum, & practicorum ſine habitib. concluſio-
num,& vna ſcientia ſine alia, & àrs ſine pru-
dentia,& èconträ:ita D.Tho. quæſtio.65. ar.
1. Vazquez diſputa. 88. capit.3. Conimbric.
quæſtio. citata, articul. 1. patet quia hæ vir-
tutes verſantur circa materias, & obiecta,
quæ interſe neceſſario ordinem, & conne-
xionem non habent, quamuis prudentia, &
ars, & ſcientia cum circa concluſiones ver-
ſentur,cum habitibus ſuorum principiorum
connexionem habent quantum ad genera-
tionem, & quodammodo etiam quantum
ad conſeruationem: nam deſtructis habiti-
bus principiorum facile concluſiones ne-
gantur, & conſequenter earum habitus de-
ſtruuntur.

Ad. 8. difficultatem Reſpondetur morales
virtutes eſſe poſſe ſine pure intellectualibus,
vt ſine ſcientia, ſapientia,arte,ſecus ſine pru-
dentia, vt explicui difficultate. 1. & per con-
ſequēs ſine ſynderesi, quæ eſt habitus primo
rum principiorum moralium.

64. Ad.9.difficultatem Reſpon. virtutes Theo
Ad.9.diffi. logicas poſſe eſſe ſine intellectualibus in-
te.lectu:ſapientia, ſcientia,prudentia, & ar-
te acquiſitis,vt in paruulis baptizatis,qui nul
lam habent virtutem intellectualem ex illis
quinque, niſi forte habitum principiorum,
quem quidam dicunt eſſe innatum: in adul-
tis autem nūquam eſt fides ſine aliquo habi-
tum congenito, vel acquiſito, quia ſtatim in
primo vſu rationis principia aliqua, & non-
nullæ concluſiones certo cognoſcuntur.

Ad.10.difficultatem Reſpon.Petrus Grego 65.
rius.36.lib.ſintaxis,cap.1.vitia quoque conne- *Ad. 10. dif-*
xa eſſe,& ſe mutuo conſequi nam abiſſus a- *ficulta.*
biſſum inuocat, in peius vitium ruit: quare
perpulchre Plutarchus lib. de different in-
ter odium,& inuidiam ſcripſit,vitia multitu-
dini humorum ſimilia eſſe, quæ ſi cum pen-
dentibus ex ipſis affectibus huc atque illuc
moueantur, pluribus interſe nodis atque im-
plicationibus connectuntur, ipſa vero quē-
admodum in ægritudinibus accidit, alia
ob aliorum dolorem cruciant, proinde vt idē
lib.de ſera numinis vindicta, vbi vitium vnū
ibi plura.Hæc Petrus Gregorius, quæ tamen
ſic intelligenda ſunt,vt quoniam quædam vi
tia alijs contraria ſunt, virtus autem virtuti
numquam eſt cōtraria,licet interdum in ſuis
actibus ſint incompatibiles;minor ſit conne-
xio inter vitia quam inter virtutes, q. amuis
magna ſit inter ipſa connexio, adeo vt, & vi-
tia contraria ſæpe ſecundum diuerſas partes
connexionem habeant,vt cum quis per aua-
ritiam à quibuſdam rapit, aut furatur,quod
cum alijs prodige ſpendat: in quo euentu
auaritia prodigalitatem iuuat, & èconträ,li-
cet in diuerſo genere. Sed de connexione vi-
tiorum vberius tractatu.13.diſſeremus.Hic ve
ro notādum eſt, nōn ſolum virtutes cum vir-
tutibus,& vitia cum vitijs ſimilitudinem, &
affinitatem quandam habere, ſed etiam vir-
tutes cum vitijs,adeo vt virtutes pro vitijs ha
beantur,& ècōtra:quo fit vt vulgus, quod nō
nouit virtutis,& vitij diſtinctionem,pro ani-
mi ſuis paſſionibus virtutem,vt vitium calum
nietur,nam humile dicit abiectum, erectum
ſuperbum,valde iuſtum irridendum,doctum
inflatum, ſeuerum crudelem, indulgentem
facilem,ſimplicem brutum & ſtultum, acrem
callidum, diligentem, & pium ſuperſtitio-
ſum,remiſſum negligentem, ſolertem:cupi-
dum,parcum,ſobriumq.auarum,quietum ig-
nauum, vecordemq. abſtemium morbo ali-
quo infectum,& tenacem,comedentem eda
cem,ieiunātem vanum, liberalem prodigiū,
ècontra verecundum ruſticum,in quib.ſplen
dor virtutib.adimitur,vt ait Sidonius Apolli-
naris lib.7.epiſtolarū epiſt.9.detrahebāt Pau-
lo Anachoritæ inuide, & Hilarioni,illū ſoli-
tudinis calūniari, huic obijcientes frequen-
tiū,vt qui ſemper latuit,non fuiſſe, qui ſemp
viſus eſt,vilis exiſtimetur, teſte Hieronym.
in vita

in vita Hilarionis, tom.1.ſic Phariſæis Ioannis Heremus non placuit nec ieiunium, nec Chriſti turbæ,ſocijque, & cibi placuere Math.11. Hæc tamen ſunt incerta vulgi veſtigia, beſtiæ multorum capitum:atque iuſti, & tenacis propoſiti viru odit vulgus. Contemnit iudicium illius memor illius quod tradit Ouid. 1. de remedijs amoris, & mala ſunt vicina bonis, errores ſub illo. Pro vitio virtus crimina ſæpe tulit,& Heſiodus in ergis lib.1. ego porro niſi ipſe nunc inter homines iuſtus eſſe vellem, neq. meus filius, quando malum eſt iuſtum eſſe:ſiquidem plus iuris habet iniuſtus. Hæc Petrus Gregorius illo cap.1.

66. *Duæ aliæ difficultates.1.quæ eſt ordine.11.* Sed ſuperſunt duæ aliæ difficultates, quæ ad connexionem virtutum aliqualiter pertinent. 1. quæ comparatione ſuperiorum. 11. eſt, an prudentia virtuti morali finem præſtituat D.Tho. quæſt. 66. artic.3.ad tertium,& quæſt.19.art.3.ad.2. affirmat, quia teſte Ariſt. virtus eſt habitus electiuus,vt prudens determinauerit,& quia virtus moralis eligit,quod iudicat prudentia eius lux,magiſtra, præceptrix,auriga, alibi vero D. Tho. dicere videtur virtutem moralem ſumere finem à ſynderesi,& non à prudentia,vt quæſt.57.art.5.& quæſt.58.ar.3.4.& 5.& 2.2.quæſt. 47.art.6.Probatur, quia anteq̄ im prudentia iudicet in hac, vel illa materia eſſe mediocritatem rationis, ſynderesis iudicat eſſe temperate, iuſte,vel fortiter agendum. Hæc quæſtio Caietano viſa eſt obſcura,& difficilis, quæſt. 58. art.4.ſed Azor lib.3.c.29. quæſt. 4. ait primam opinionem ſibi eſſe probabiliorem,& firmioribus rationibus ſuffultam,aduertitque, finē in communi, ſcilicet, caſte, vel iuſte agendum,præſtitui à ſynderesi,in particulari vero à prudentia,quæ dictat,hanc, vel illam eſſe mediocritatem temperātiæ, vel iuſtitiæ, &c. cum enim Ariſtot. ait finem præſtitui à prudentia.illum explicat Azor de fine in particulari,vel de prudentia, vt comprehendit ſynderesim,& eſt quæcunque recta ratio agibilium. Sed tenendum eſt,quando finis eſt per ſe notus, ſiue in communi, ſiue in particulari dictare de eius proſecutione pertinere ad ſynderesim, quæ eſt habitus primorū principiorum agibilium:quando vero ſolum eſt notus per diſcurſum, pertinere ad prudentiam,quæ eſt habitus concluſionum agibilium; & in hoc ſenſu eſt vera opinio Scoti 3. diſtinct.36.q.vnica ar.2 §.licet iſtud,affirmātis prudentiam præſtituere finem virtutibus moralib.in 1.vero ſenſu vera eſt opinio Caie. 2.2.q.47.a.6. negantis. Sic etiam conciliantur loca D.Tho. quæ male nonnulli conciliant, vt prudentia præſtituat finē q̄n eſt medium ad alium finem;ſecus q̄n nō eſt mediū. Conſtat enim ſemper D.Tho.loqui de fine,vt finis eſt,non vt eſt medium, male etiam alij conſtituere finem interpretantur, id eſt.agere de modo conſequendi finem: quoniā hoc non eſt præſtituere,ſed ſupponere finem.Imo aduerte,quod licet Ariſto.6.ethi. c.12. & 13.& D. Tho.2.2. q.47.a 6.& 1. 2.q.57.a.5.dicant prudētiæ eſſe præſcribere ea quæ ſunt ad finnem,tamen ſi loquamur de prudētia ſtricte ſumpta, vt condiſtincta ſynderesi, tantū eſt verū q̄n præſcriptio eſt per iudicium euidens diſcurſu. De hac diffic. vide alia diſpu. 3.ſectio.2. difficul.5.

Secunda difficultas,& comparatione ſuperiorū.12. eſt, an qui eſt prudēs in materia vniꝰ virtutis,ſit etiam in alijs. D. Tho.& eius diſcipuli affirmant(inquit Azor lib. 3. c.29. q.5.) 1. quia vna tantum eſt prudentia. 2. quia qui habet vna virtutem moralem,habet cæteras, ergo & qui vnā prudētiā, habet cæteras Scot. ſupra Ocham,Gab.& Buridanus merito ſentiunt poſſe dari prudentiam in vna materia ſine prudentia in alijs, quod probatur, quia experientia apertè indicat aliquos eſſe prudentes in re militari,vel Reipub. adminiſtratione aut alia materia,& nō in cæteris.2.quiā licet vnica tantum aſſeratur prudentia, quod multi inficiantur, ea tamen eſſet, vt alij habitus acquiſiti diſciplinæ,vel artis:ergò ſicut alij non ſunt ſimplices qualitates,ſed ex multis tanquam partibus conſtituti. ita prudentia conſtaret varijs partibus pro varietatate materiarum,& ſic poſſet aliquis eſſe prudens in vna,& non in alia. Hæc doctrina Azor vera mihi videtur, ſed nequaquam contra D. Tho.eiuſue diſcipulos,quia licet doceāt,vnicam tantum eſſe prudentiam, in ea tamen admittunt extenſionem, vt in cæteris intellectualibus habitibus,& ideo docere debent, vnam eius partem obtineri poſſe ſine alia. 67. *2. Quæ eſt ordine.*

SECTIO. III.

Vtrum omnes virtutes ſint æquales.

68.

VIRTVTES omnes æquales eſſe Stoici ſenſerunt vt refert D. Tho. quæſt. 66. ar. 1. & inter Stoicos Seneca epiſt. 66. vt refert Azor lib.32.c.9.q.8.de hac autem ſentētia Stoicorum vide Senecam, lib. 9. epiſt.1.& lib. 20. epiſt. 2. Aug. epiſt. 29. Magiſtrum, & alios. 3. diſtin.36. Maior, quæſt.4. Ariſtot.2.ethic.cap. vltim. Buridan. ibi. quæſt. 5. Cicero. parado. 1. videntur autem Stoici ſuam ſententiam intellexiſſe de qualibet virtute ad ſeipſam comparata, veluti ſi dicamus, omnes

homines eſſe æquales, quia non augentur, neque minuuntur, ſed ſemper in eodem ſtatu permanent, neq. vllus fit vnquam ſe ipſo maior aut minor. Hoc colligitur ex Seneca epiſt. 71. vbi ait, virtus non poteſt maior aut minor fieri, vni⁹ ſtaturę eſt: quod ſi intelligatur de virtutibus moralibus, & de æqualitate extenſiua verum eſſe, ait Valentia diſput. 5. quæſt. 7. punct. 3. cum Simplicio in perdicam. c. de qualitate, quem citat, & ſequitur D. Tho. ſupra docens, nullam virtutem moralem alicuius ſpeciei, vel in diuerſis hominibus, vel in eodem diuerſis temporibus eſſe extēſiue perfectiorem: nam neque indiget vllo alio principio ad ſui vſum in appetitu, & non niſi pluribus actibus acquiritur, quibus pleræque difficultates in ꝓpria materia ſuperātur, atq. vnaquæq. virtus moralis vndequaq. cōplete inclinat in omnia, quæ ſub ratione formali ſui obiecti cōtinentur: ſecus autem de virtutibus intellectualib. ſpeculatiuis, vt ſcientia v.g. iudicandū eſt: nā hæc per vnicā demonſtrationē acquiritur, & ſpeciēb. intelligibilibus tāquā principijs ſui vſus intellectus indiget, quas paulatim acquirit: quo fit, vt nō ſemper vndequaq. complete inclinet in omnia obiecta: atque ita poteſt eſſe maior, & minor extenſiue, vt patet ex his, quę dicta ſunt ſupra tract. de habitib. Hæc Valentia conſentanee ad D. Tho. Caiet. & Medin. q. 66. a. 1. Conrad. ibi. & 54. a. 4. Bañes. 2. 2. q. 24. a. 5. qui in virtutibus appetitus omne negant augmentū extenſiuū: plura autem nos diximus agētes de augmento extenſiuo habituum.

69. Id tamen breuiter hoc loco addēdum eſt, aliquos iuniores exiſtimare virtutem moralem aliquando eſſe imperfectam extēſiue, & inclinare ad partē materiæ, & non ad totam, quia partes materiæ vnius virtutis non æque participant rationem formalem obiecti virtutis, neq. omnino eandem difficultatem cōtinēt neq. actus eius ſunt omnino ſimiles, ſed interdum ſpecie differunt; ideo licet virtus facilem redat hominem ad quoſdam actus in certis materijs, non tamen propterea reddit promptum ad reliquos, vt in virtutib. intellectualibus (à quib. aliqui fidem excipiunt) contingit, vnde qui per religionem prōptus eſt ad offerendum ſacrificium, non ſtatim promptus eſt adorandum, & qui facile ſeruat medium in quantitate ciborum, nō facile illud ſeruat in qualitate. Confir. quia virtus nō corrumpitur tota extenſiue per vnum actum contrarium etiam ſæpiſſime replicatum: ergo neque tota generatur per vnum actum cōformem. Antecedens probatur alioqui, qui eſſet intēperatus circa cibos, & ſæpiſſime in illis excederet, nō poſſet eſſe tēperatus circa potum, licet ſemper biberet tēperate.

Et ad D. Tho. reſpōdent, ſolum velle abſq. perfecta extenſione habitum appetitus non mereri nomen virtutis, quia vt talis habitus ſit ſimpliciter virtus, debet hominē reddere prōptū in tota materia talis virtutis, ſed interpretatio D. Tho. nō videtur ad eius mētem. 1. quia ſic non eſſet diſcrimē inter habitus intellectuales, & morales; ab vna enim propoſitione non dicitur quis Philoſophus, artifex, aut prudens ſimpliciter. 2. neq. eſſet diſcrimē in virtute morali quoad intenſionem, & extenſionem; quia habitus remiſſus nō denominat ſimpliciter ſtudioſum, puta iuſtitia remiſſa iuſtū, &c. nec ratio adducta in contrariū valet, quia quod vnus actus habenti virtutē ſit facilior alio, nō prouenit ex diſparitate habitualis diſpoſitionis, ſed ex obiectis, vel paſſionibus, &c. neq. etiā valet confir. quia ad corruptionē habitus indiuiſibilis quoad extēſionem oportet deſtruere totā intenſionē, quod fieri ſolet paulatim: ad generationē vero ſufficit produci aliquid intenſionis eius: quod fit ſtatim 1. 2. q. 10. 4. actu, & Cōrad. reddit rationē ſententiæ D. Tho. quia virtus moralis dicit inclinationē appetitus in aliqua ſecundū eandem rationē, ac proinde ad omnia, quæ ſunt vnius rationis, vt ait D. Tho. q. 58. a. 4. ad. 1. exēplū euidens eſt de grauitate, quæ inclinat ad omnē locū inferiorē, ita moralis virtus inclinat ad omnia ſua obiecta conformiter ad rationē, quia eſt habitualis cōformitas ad rectā rationē, habitus autem cognoſcitiuus perficit ad aſſentiendum ſm̄ diuerſas rationes, & ideo nō inclinat ad plures aſſenſus, niſi per varias ſui partes. 70.

Ad argument. patet ex dictis. Ad confir. autem R. per vnum actum contrarium ſæpius replicatū corrūpi penitus virtutem, niſi per alios eiuſdē, vel diuerſæ ſpeciei conſeruetur aut reparetur, & certe cū aduerſarij dicant, in charitate & alijs virtutib. infuſis nullā dari latitudinē extenſiuā, neſcio cur illā conſtituāt in omnib. virtutib. ordinis naturæ Recte autē addunt D. Tho. & Valent. (vt putant contra Stoicos) poſſe quoq. virtutes morales eſſe extrinſeca denominatione accidentaliter inæquales ex parte obiecti. & quoad illarum vſum, ſeu actus: nam mediocritas obiecti, in qua earum rectitudo poſita eſt, non conſiſtit in indiuiſibili, ſed habet quandam latitudinem, vt ex Ariſt. 2. eth. c. 6. colligitur, & quoddam obiectum eſt magis conſentaneum rationi, quam aliud, vt eleemoſynā porrigere magis pauperi, &c. Quare vt aliqua virtus magis, vel min⁹ in mediocritate verſabitur, hoc eſt prout eius actus magis, vel minus diſtabit à vitioſis extremis, cenſeri poterit extrinſece accidentaliter perfectior, vel imperfectior ex parte obiecti, & actus. Hinc 71.

recte

Digitized by Google

recte Conimb.in ethicis,diſput.7.q.2.a.1.dicunt ad rationem virtutis nõ exigitur,vt mediocritatem in indiuiſibili attingat, quod Stoici falſo putabant, vnde etiam contendebant,virtutem nõ ſuſcipere magis & minus, ſed in maximo,hoc eſt in illius indiuidui medij acceptione conſtitutam eſſe, ideoque neminem virtute præditum iudicabant, niſi qui ad ſtudioſas actiones obeũdas,in ſummo gradu eſſet diſpoſitus.Peripatetica, tamen & vera ſententiam, vt conſtat ex his quæ tradit Ariſtot.2.Ethi.decernit,in medio virtutis latitudinem dari, poſſeque obiectum ipſum virtutis nunc perfectiori modo, nunc minus perfecto attingere:neque ſanè conuenit, moralium actionum honeſtatem ad inſectilia mathematica reducere.Quod ſiquis pro ſtoi-
72 cis opponat,virtutẽ cõſtitutã eſſe in recto:recto autẽ nihil rectius eſſe,proinde nec nullã virtutem alia perfectiorem dari. Occurrẽdum eſt,recto in mathematicis nihil rectius eſſe, quia ſi recta linea tantulum ab extremis ſubſultet,recta non erit,cum id in eſſentia rectæ lineæ contineatur, at in moralibus non ita res habet,quia v.g. actio eius qui ex affectu miſericordiæ pecunias egẽ[illegible] erogat, recta eſt,vt pote conſentanea rectæ rationi;actio vero illius,qui ex intenſiori miſericordiæ affectu vberiorem pecuniam largitur,haud dubie [illegible] ,ac excellẽtior,cum perfectiori [illegible] obiectum virtutis præſtet, tum quia [illegible] vehementiori animi affe[illegible] intenſiue quoque poteſt virtus [illegible] perfectior alia eiuſdem ſpeciei, [illegible] ho[m]ine,& ſeipſa pro diuer[illegible] eodem tempore non poteſt [illegible] Valen[illegible] eodẽ homine virtus vnius ſpeciei [illegible] perfectior virtute alterius ſpeciei [illegible] ratione [illegible] in obiectis [illegible] elucet vi[illegible] tiæ, nam hęc vis p[illegible]tiæ eſt ea[illegible] omnino in [illegible] tempore ſicut,& [illegible].Si[illegible] em virtutes di[u]erſæ ſpeciei [illegible] eodem homine [illegible] ſidere [illegible],quatenu[s] reſpiciunt obie[illegible] pri[illegible] propias materia[illegible], in q[illegible] dine [illegible] de participat[illegible] illa rectitu[illegible], & vis prudentiæ,[illegible] idẽ poteſt in eodem homine v[illegible] vnius ſpeciei [illegible] perfectior intenſiue virtute alte[illegible], & etiã ſeipſa diuer[illegible] tempo[illegible],vt nimi[illegible] ma[illegible]is,vel [illegible] ſe exe[r]cebit in [illegible] vnius virtuti[illegible] alteri[u]s,vel in m[illegible] eadẽ diuerſis tempo[illegible] prop[illegible] di[illegible]poſitionem [illegible],vel pe[illegible] ratio[n]is, vel ma[illegible] atiæ donum. Atq; hoc eſt(inquit) quod D.[illegible] vult,cum q[illegible] ar.2.obic[illegible] morales in eodem homine non poſſe eſſe [illegible] inæquales ſecundum id quod eſt in ipſis vel[u]ti formale, ſcilicet ſecundum vim illam prudentiæ,quæ velut forma quædã in eis lucet & à qua diriguntur;ſed ſecundũ id quod eſt in ipſis quaſi materiale,ſcilicet, quatenus reſpiciunt proprias materias atque ideo ait ibi &.a.1. ad.1. illas eo modo creſcere, quo creſcunt digiti manus.v.g.qui licet materialiter ſecundum quantitatem ſuam arithmetice cõſideratãm inæqualiter augentur:tamen ſecũdum quod eſt in ipſis quaſi formale, ſcilicet proportio ad totam quantitatem corporis,æquales ſemper manent in omnibus.

Cæterum addendum puto doctrinę Valétiæ & D.Thomæ,quæ etiam eſt Caiet. Con- 73
radi,Medinæ & aliorũ, prudentiam,licet in eodem homine & tempore nõ ſit maior,aut minor ſeipſa, tamen poſſe eſſe maiorem in ordine ad materiam vnius virtutis moralis quam alterius:habet enim ſicut cæteri habitus intellectuales ſuam latitudinem extenſiuam:poteſt autem eſſe intenſior in ordine ad vnam materiam quam ad aliam vt philoſophia in ordine ad hominem quã ad ęquum, vel econtra.ſi tamen in ordine ad omnes materias ſit ęqualis prudentia,augmentum omnium virtutum quantum eſt ex parte prudétiæ erit æquale.Sed aliunde poterit eſſe inæquale,nam hæc extenſio acquiritur exercitatione:poteſt autem magis exerceri potentia in ordine ad materiam vnius virtutis quam alterius,ergo.

Aliquid etiam addere oportet ei,quod circa hanc quæſtionem dicunt Conimbricenſes 74
in ethicis diſp.7.quæſt.4.ar.2.ſolet,inquiunt, [illegible],an omnes virtutes in eodem homine ęquales interſe ſint.Cui dubitationi breuiter [illegible]ndum,ſi de perfectione eſſentiali loquamur,cõſtare nõ eſſe omnes interſe æquales:cum ea quæ ſpecie diſtinguuntur,diſparé habeant eſſentiæ perfectionem.Quod ſimiliter pronunciandum erit de perfectione intenſiua,quæ per actuum repetitionem habitibus a[cc]enit,cum planum ſit eundem hominem non æquè frequenter ſe in omnibus exerce[r]e virtutibus,ac proinde non omnium virtutum habitus æquè intendere. Si tamen ſermo ſit de perfectione quã vnaquaque virtus in eo[dem] homine ex coniunctione & ſocietate aliarum virtutum aſſequitur,dicendũ erit,[o]mnes virtutes hac cõſideratione æque perfectas haberi; quandoquidem non minus perficitur fortitudo ex conſortio temperãtiæ [illegible] iuſtitia ex conſortio eiuſdem;neq. minus perficitur liberalitas ex conſortio ſobrie[tatis] [illegible] alterius virtutis. Similiterq; res habet in cæteris, cum iſtius modi perfectio in [illegible] virtutibus ex coniunctione vniuerſa[illegible] & in vniuerſis ſingularum copulatione efflorẽſcat.Conſule, inquiunt, Dur.3.d.36.q.5.

virtutibus moralibus non ſolum ita vt nobi-
liores habitus dici poſſint : ſed etiam nobi-
liores virtutes, vt notauit eo loco Caiet. &
Vaz. ſupra quia nimirum differentia contra-
hens virtutem ad intellectuales, nobilior eſt
quam quæ contrahit ad morales. Ratio an-
tem ob quam D.Thom. cenſet virtutes intel-
lectuales eſſe ſimpliciter perfectiores, eſt
quia habent obiectum per ſe vniuerſale ra-
tione potentiæ intellectus, cui inſunt; cum
intellectus nimirum per ſe tendat in vniuer-
ſale: morales autem virtutes, cum ſint in par-
te appetetiua, quæ fere ſolet tendere in bo-
num aliquod particulare, prout eſt in re, non
habent obiectum vniuerſale, niſi vt ab intel-
lectu diriguntur, vt explicat ibi Caiet. & no-
tat Valen. quod tamen non eſt ita intelligẽ-
dum, vt voluntas non poſſit ferri in obiectũ
vniuerſaliter apprehenſum, poteſt enim, ſed
rarius ſic illud voluntas attingit & nunquam
appetitus ſentiens, in quo ſunt plerequæ
moralium virtutum: frequenter autem illud
ſic attingit intellectus, & vniuerſaliter
enuntiat, vt omnis homo eſt riſibilis. Volun-
tas autem non appetit vniuerſaliter; nõ enim
vult omnes diuitias, omnes honores & vo-
luptates, eo quod aliquæ ſunt euiden-
tur incompatibiles, aut impoſsibiles,
aut aliqua ratione incommodæ &c. Plu-
ra de exceſſu virtutum intellectualium ad
morales, ſeu intellectus ad voluntatem in
tract. 2. de Beatitudine dicta ſunt & in hoc
tract. diſp. 1. ſect. 2. ad quamdã obiectionẽ &
diſput. 3. ſect. 1. Vbi etiã diximus, morales eſſe
perfectiores ſecundum quid, quatenus con-
ferunt rectum vſum, & non tantum faculta-
tem: probabile etiã eſt, vt inquit, Valent. mo-
rales, nimirũ exiſtentes in voluntate, eſſe ſim
pliciter perfectiores intellectualibus, vt eſt
probabile voluntatem eſſe ſimpliciter perfe-
ctiorem intellectu: licet autem, vt ſic, intelle
ctuales ſint nobiliores. Tamen aliqua intel-
lectualis poterit eſſe ſimpliciter ignobilior
aliqua morali propter ignobiliorem differẽ-
tiam contrahentem.

Inter virtutes autem intellectuales intel-
80 lectus ſapientia & ſcientia præſtant pruden-
tiæ ſecundum Ariſt. 6. Ethic. cap. 7. vbi Burid.
quæſt. 12. Maior. 3. d. 33. q. 5. Rich. 2. 1. q. 8. & in-
ter omnes ſapientia tenet 1. locum propter
obiecti dignitatem, vt concludit D.Thom. q.
66. art. 5. & Valent. ſupra, ſed non eſt creditu
facile propter habitum principiorum, qui no
biliori modo attingit obiectum, nempe ſine
diſcurſu; & propter prudẽtiam, quæ adeo eſt
vtilis, tanquam regula omnium humanorum
actuum: ſaltẽ prudentia nobilior cęteris vir-
tutibus moralibus ſeu cardinalibus. D. Tho.
q. 61. a. 2. ad 1. 66. a. 1. & a. 3. ad 3. & 2. 2. q. 47. a. 6.
ad 3. Richar. 3. d. 33. a. 2. q. 4. quibus conſonat. S.
Antonius apud Caſſianum coll. 1. de diſcret.
dicens, diſcretio omnibus virtutibus præfer-
tur, & Bern. ſerm. 3. de circunci. Dñi diſcretio
mater eſt omnium virtutũ & conſummatio
perfectionis: de illa exponunt multi id Mat. 6
lucerna corporis tui eſt oculus tuus &c. quã-
uis Gab. 3. d. 33. quæſt. vni. a. 3. dub. 1 cum Scoto
ſẽtiat, virtutes alias morales eſſe perfectiores
prudentia, eo quod volũtas eſt perfectior in-
tellectu, & cognitio prudẽtialis ordinatur ad
actum voluntatis. Sed loquendo de prudẽtia
euidenti, quæ ſola videt virtus intellectualis,
cenſeo eſſe nobiliorẽ virtutibus moralibus.
Itaq. inter morales principem locum tenet
prudentia. 2. iuſtitia. 3. fortitudo, poſt reinum
temperantia, vt D.Tho. quæſt. illa. 66. a. 3. & 4.
Valent. ſupra Conimb. in ethicis diſp. 9. q. 1. a.
1. docent, quod videtur ſentire Ariſto. 5. ethi.
& lib. 6. c. 12. & 13. Infuſæ omnibus præſtant, in
his Theologicæ excellunt, quarum maxima
eſt charitas, vt diſſerit Paul. 1. Corin. 13. de hoc
plura dixi diſp. 5. ſect. 3.

Inter morales infuſas prudẽtia tenet. 1. lo- 81
cum, ſecundum iuſtitia. 3. fortitudo. 4. tempe-
rantia: ſicut inter acquiſitas, quia quatum ad
hoc eadem eſt ratio.

Sed omiſſa prudentia quæ non eſt ſtricte
virtus moralis, ſed intellectualis, difficile eſt
valde, definire, quæ inter morales virtutes
excellentior ſit, quia hoc pendet ex perfecta
intelligẽtia naturæ cuiusq. ipſarum. Aliquid
dicunt Caiet. 2. 2. quæſt. 161. a. 5. Sotus. 3. iuſt. q. 2
a. 8. Buridan. 5. ethi. q. 6.

D.Thom. in diuerſis locis diuerſa docuiſſe
videtur hic, quæſt. 66. a. 4. iuſtitia alijs præfert
& 2. 2. q. 58. a. 12. iuſtitiam particulare præfert
ijs, quæ iuſtitiæ nomen non habet, ſed illi an-
teponit legalem iuſtitiam, ſed. 2. 2. q. 30. miſeri
cordiã præfert omnibus, & q. 31. religionẽ. 140.
a. 4. obedientiam. 161. a. 5. humilitatem. Sunt
qui dicãt. 1. inter morales virtutes religio eſt
ſimpliciter perfectior, quia aliquomodo at-
tingit Deum, ſcilicet in obliquo, cultũ enim
maxime debitũ Deo exhibet, qui eſt bonũ vni
uerſale, à quo cũcta bona procedũt. ¶2. poſt re
ligionem, quæ eſt quaſi virtus Theologica
iuſtitia legalis eſt ſimpliciter perfectior,
quia obiectum eius eſt bonum commune, &
vniuerſale, ꝙ cæteris eſt præferẽdũ. ¶3. Amor
ſiue charitas naturalis, qua homo ſeipſum di-
ligit: vita enim propria alienæ & cæteris bo-
nis etiam propria præferenda eſt. ¶4. pietas ad
parentes, quia poſt bonum Dei, & communi
tatis, ac proprium, præferendum eſt bonum
parentum. ¶5. Obſeruantia ad maiores, ſub
qua continetur obedientia ad ſuperiores. ¶6.
Charitas naturalis ad proximum, quę forſan
eſt eadẽ cum miſericordia. Quãuis hæ videã-
tur

Digitized by Google

tur nobiliotes obſeruantia, quia obſeruātia,
reuerentiā & honorem defert maioribus.2.2.
q.102.art.2.charitas vero & miſericordia in
proximum reſpiciunt eius vitā, quæ magnū
bonū eſt. Reſponderi poteſt obedientiā eſſe
præſtantiorem,quia reſpicit præcepta diuina
directe,ac proinde Deum oblique. Vnde D.
Thom.2.2.q.104.a.3.&.4.obedientiam omni-
bus præfert, pœnitentia religioni & obediē-
tiæ adiungi poteſt,quia etiā reſpicit oblique
Deū.¶7.Loco cōſtituitur caſtitas quę reſpicit
cōmunicationē ſui eſſe & productionem ſibi
ſimilis in natura.¶8. Eſt māſuetudo. 9. iuſti-
tia particularis quæ vnicuique, quod ſuū eſt,
reddit,& æqualitatem facit inter debitum,
& redditum.10.eſt ſtudioſitas,quæ reſpicit bo
num ſpirituale, vt ſcientiā. 11. Eſt veritas in
dictis.12.humilitas ſiue philotimia,quæ reſpi
cit honorem,qui quamuis ſit bonum extrin-
ſecum,eſt maius diuitijs.13.Eſt affabilitas, aut
modeſtia. 14. Eutrapelia. 15.Gratitudo.16. Li-
beralitas.In hac gradatione multa ſunt con-
tra D:Thom.& alios,multa falſa,multa dimi
nuta,multa confuſa,plura male probata.

SECTIO. IIII.

Vtrum virtutes omnes maneant poſt hanc vitā.

82 INTELLECTVALES virtutes
quoad ſubſtantiam manere poſt
hanc vitam in beatis, nam per-
ſeuerabunt in mente habitus ip-
ſi & ſpecies intelligibiles, dictum eſt late,
tract.2.de beatitudine diſput. 6. ſectione. 1.
idem tenēt D. Tho.quæſt.67.a. 2.Medina ibi
Valent. diſp. 5. quæſt.7.punct.4.

83 Quanuis autem Gabriel.3.d.31.in fine pro
babilius dicat non manſuros eiuſmodi habi-
tus quoad actum vſque ad reſurrectionem,
quia in ſuo vſu pendent à phantaſmatibus:
tamen longe probabilius eſt oppoſitum,
quod præter citatos docent communiter do-
ctores cum magiſtro illa,d.31Richar.& Rub.
quæſt.1 Baſſol.quæſt.vnica. Durand. quæſt. 3.
num.12.Bonauent.art.2.quæſt.3.& alij Bañes.
1.parte quæſt.1.artic.2. dub. 3. probatur, quia
animæ damnatorum vtuntur ſpeciebus ac-
quiſitis in via,vt patet de anima diuitis Luc.
16.quod etiam colligitur ex Auguſt.12.ſuper
Geneſ.verſus finem & lib.de ſpiritu. & ani-
ma verſus finem:ergo & animæ beatorum.
Vnde Hierony.epiſt.ad Paulin.diſcamus in-
teris, quorum ſcientia nobis cum perſe-
ueret in cœlis.Si opponas id.1.Corinth.13.
ſiue ſcientia deſtruetur. Reſp. deſtruendam
quoad modum, quia anima ſeparata ante
reſurrectionem intelliget ſine conuerſione,
ad phantaſmata,poſt reſurrectionem autem,
& cum conuerſione,& ſine conuerſione, vt
illi placuerit D.Thom. Valentia & alij com-
muniter.Bonauent. verò ait, intellecturam
ſine diſcurſu, quod nonnulli arbitrantur
difficile,quia ſpecies hic acquiſitæ, ſunt im-
perfectæ, quando autem ſpecies imperfec-
tæ, ſunt, intelligimus diſcurrendo, ergo.
Sed dici poteſt, licet ſint imperfectæ, tamen
in ſtatu ſeparationis animæ poſſe ſine diſ-
curſu exerceri, ſaltem ſi illis adiungantur
ſpecies perfectæ perſe infuſæ ordinis natu-
ræ,quales ſunt in omnibus animabus ſepara-
tis:alioqui animæ puerorum lymbi,quibus
non ſunt ſpecies ſupernaturales infuſę,nihil
intelligent.Deinde ſciētia noſtra habet mix-
tos multos errores,& opiniones & diuagatio
nes mentis & quoad has etiam imperfectio-
nes deſtruetur.Dicis, etiā charitas deſtruetur
quoad multas imperfectiones adiunctas, er-
go non recte Paulus conſtitueret diſcrimen
inter charitatē & ſcientiā.Ob hoc dici cū ali-
quibus poſset,nomine ſcientiæ ibi non in-
tellexiſſe Paulū cognitionē euidentē, ſed ine-
uidētē certā,qualis eſt fidei diuinę, vel incer
tā,qualis eſt fidei humanę,vel opinionis.Aut
non dixiſſe abſolute ſcientiā deſtruendā, ſed
conditionaliter, vt notat Bañes, ſiue linguæ
ceſſabūt,ſiue ſcientia deſtruetur,charitas tū
nunquam excidit. De moralibus vtrum poſt
hanc vitā perſeueraturæ ſint Hortenſius, au- 84
ctore Aug.14.Trin.c.9. arbitratus eſt naturæ
cognitionē ſolā futurā ſatis beatis mentibus
poſt hanc vitā,neq.māſuras reliquas virtutes
ipſe vero Aug. ibi iuſtitiā aſſerit permanſu-
rā,quod pōt cōfirmari ex ſap.1.iuſtitia perpe-
tua eſt & immortalis: reliquas autē virtutes
cardinales docet Aug. forte pmāſuras & ra-
tio dubitādi eſſe pōt.1.Quia cum habitus ſint
ppter actus,& ibi habit⁹ iſti nullā operationē
habituri videatur;nō videtur permanſuri.¶2.
Nā quædā ex his virtutibus reſidēt in appeti-
to ſenſitiuo: hic autem nō eſt in anima ſepa-
rata,& licet ſit in homine reſurgēte,tū nō eſt
idē numero,quia res corrupta,cuius partes nō
manēt,nō pōt eadē numero reparari,ac proin
de eadem ratione neq. virtutes erunt eædē
numero,ſed,ſi aliæ infundūtur à Deo, erunt
diuerſę ſpeciei:nō enim eſt eiuſdē ſpeciei ha-
bitus infuſus & acquiſitus.Hac ratione Dur.
3.d.33.q.4 tenet habitus exiſtētes in appetitu
ſenſitiuo nō māſuros in patria & Conf. quia
beati poterunt proprijs actibus acquirere ha
bitus appetitus ſēſitiui, ſi poſſūt illos habere:
ergo fruſtra infūdētur: ſi vero nō poſſūt illos
habere,ſuperuacanei erūt habitus,ergo nō in 85
fundentur. Cæterum doctrina magis recep-
ta, vt ait Valent. ſupra, eſt, omnes virtu-
tes morales acquiſitas & infuſas futuras
in altera vita,ita vt,quæ in volūtate exiſtunt,
in anima ſeparata perſeuerent, quæ vero in
appe

Digitized by Google

appetitu ſenſitiuo(in quo tamen aliqui nullas virtutes collocant)maneant in anima ſeparata,quaſi in radice,& in potentia,quouſque in reſurrectione corporum vna cum ipſo appetitu ſenſitiuo formaliter,& actu reſtituantur,aut reparantur. Ita docet D.Thom. q.67.ar.1.Quoad actus vero non habebunt huiuſmodi virtutes tunc eandem rationem,ſed quædam tantum ſimilitudo actuum illarum tunc cernetur,(inquit Vale.) vt quemadmodum Aug.ſupra docet,actus prudentiæ ibi ſit, nullam rem Deo,vel æquare,vel anteponere,longeq. abeſſe ab omni errore; fortitudinis firmiter Deo ipſi inhærere ſine moleſtia tolerandorum malorum;temperantiæ nullo defectu noxio delectari,&c.& hoc eſt(vt Caiet. interpretatur) quod D.Thom.quæſt.67. ar.1.ait, virtutes huiuſmodi manſuras poſt hanc vitam quoad formale, non autem quoad materiale,cum enim hoc non poſſit referri ex mente D.Tho. ad ipſos habitus, ſi quidem ex illius ſententia hi poſt hanc vitam ſecundum ſe,vel in radice manebunt,oportet eam differentiam attendere in harum virtutum actibus,vt ſit ſenſus rectitudinem quandam rationis futuram in actionibus beatorũ, quæ correſpondeat formali rationi actuum iſtarum virtutum in hac vita,imo ſit excellẽtior quam illa,tametſi ſecundum quamdam metaphoram & ſimilitudinem tantum ad has virtutes pertineat, vt dictum eſt. Hæc Valentia.

86 Vnde ad.1.Reſpond.has virtutes, cum per ſe ſint quædam perfectiones,& ornamenta animi,non futuras in altera vita prorſus ſuperuacaneas, tametſi nequeant tunc elicere actus eiuſdem rationis,cuius nunc,maxime cum per ſe non contineant imperfectionem aliquam circa id obiectum,in quo verſabitur beatitudo,ſcilicet circa Deũ,itaq. non eſt alienum ab illo ſtatu,vt hi habitus in illo perſeuerent,ex quo ſemel fuerunt in hac vita acquiſiti. Accedit, quod non contingit ob defectum aliquem voluntatis beati, vt non ſit in illa vita vſus iſtorum habituum ſecundum propriam eorum rationem,ſed quoniam ſimpliciter deerit materia,itaq; quantum eſt in ipſis beatis poſitum, vigebunt hi habitus in ordine ad proprium obiectum formale,atq; ita merito in beatis remanebunt,ſecus autem eſſet,ſi ipſi beati rationem formalem obiecti iſtarum virtutum aſpernarentur. v.g. hæretici rationem formalem fidei,vt eſt cum propoſitione Eccleſiæ neceſſario coniuncta,ob quam cauſam doceri ſolet in materia de fide, ne habitum quidem fidei in hæreticis remanere.

87 Ad.2. R.in primis futurum omnino poſt hanc vitam,vt idem appetitus & eædem virtutes reſtituantur, id quod alias eſt oſtendendum in materia de reſurrectione, deinde dicit habitus etiam eoſdem ſpecie reſtitutum iri in appetitu ſenſitiuo.Nam id ſatis eſt,quod futuri ſunt illi ijdem, qui in hac vita noſtris actibus ſemel fuerunt acquiſiti, tametſi tunc non ſint iterum producendi per actus noſtros:præterea(inquit Valentia)non poſſe colligi differentiam ſpecificam aliquorum habituum ex hoc quod eorum alij producantur virtute diuina alij noſtris actibus: nam conſtat virtutem eiuſdem ſpeciei,quam ipſi producimus,poſſe à ſolo Deo produci, ſicut quilibet alius effectus,ſine cauſa ſecunda. Hactenus Valentia, cui conſonat Azor. lib.3. cap. 29.q.9.dicens earum virtutum functiones & officia in hac vita finiri, quibus refrænantur & cohibentur perturbationes animorum, quia cum hac vita affectus deſinunt, in quibus temperandis virtus moralis verſatur,præſentis tantum vitæ ſunt,non æternæ: tunc nemo alterius ope, liberalitate & magnificentia indigebit,nullæ ibi reſtitutiones, iniuriarum actiones, ſatisfactiones, compenſationes,&c.manebunt tamen habitus ad ornatũ ſecundum communem Theologorum, & erit ſecundum Aug. prudentia ſine periculo erroris, fortitudo ſine moleſtia tolerandorum malorum,temperantia ſine impugnatione libidinum, iuſtitia ſine ſubleuatione miſeriæ alienæ. Hactenus Azor. Sed D. 88
Thomæ & alijs citatis obijciunt aliqui,quia non ſatis percipitur, quid ſibi voluerint per illud materiale & formale:tantũ enim videntur velle manere in patria rectum iudicium circa materias, & actus harum virtutum: non tamen inclinationẽ potentiæ appetitiuæ ad ſuos actus, vel certe, nullum actũ habere, & ſic eſſe otioſas, vel ſolum habere hunc actum,volo ſequi rationem, qui actus ita in genere,non pertinet ad iuſtitiam particularem,nec ad temperantiam,ſed forte ad iuſtitiam legalem:ergo cæteræ erunt otioſæ, & ſane Auguſt.6. muſicæ cap.16. non leniter inſinuat.4.virtutes cardinales ſolum manſuras ſecundum aliquas perfectiones ſibi correſpondentes, vt pro prudentia ſit contemplatio Dei,pro temperantia ſanctificatio animæ.pro fortitudine impaſſibilitas, pro iuſtitia ordinatio:ſic enim ait.Hæc ergo contẽplatio, ſanctificatio, impaſsibilitas, ordinatio eius,aut illæ quatuor virtutes perfectæ,atque conſummatæ,aut,ne de nominibus, cum res conueniant,fruſtra laboremus,pro iſtis virtutibus,quibus in laboribus conſtituta vtitur anima,tales quædam potentię in ęterna vita ſperandæ ſunt.Et quę Ariſt.10. ethic. c.8. adducit, vt probet, ridiculum eſſe dicere in dijs eſſe iuſtitiam commutatiuam,& alias

huiuſmodi

huiuſmodi virtutes,in beatos homines etiam cōueniunt.De hac re vide quæ diximus tract. de beatitudine, vbi oſtendimus, vittutes has in patria multos actus habeie proprios ipſarum, & eiuſdem rationis cum his, quos in hac vita habent, & incertum eſſe,an ijdẽ numero habitus,vel tantum ſpecie futuri ſint in appetitu ſenſitiuo, infuſique an acquiſiti? poſſe autem vittutes has multos actus habere,pater de religione,obedientia, prudentia, pietate,ſtudioſitate,fidelitate,veritate,etiuſti tia, & forte temperantia habebit materiam in qua exercatur,erunt enim in eo ſtatu delectationes pertinentes ad ſenſum,quas tempe rare pertinet ad temperantiam, ſolum illæ virtutes,quæ in malis verſantur,videntur ibi locum non habere,vt pœniteotia, patientia, & fortitudo,quæ in periculis exercetur, dico tamen has,atque adeo quaſcumque poſſe abſoluto amore ſimplici amare ſua obiecta, & contraria odiſſe:item habere actus efficaces conditionatos; & gaudium de actibus,quos habuerunt in via;item habere actus abſolutos negatiuos,volo non agere intemperate. &c.Qui actus elicientur à virtutibus infuſis & acquiſitis, vtraque enim perfectio manet conſummata in beatis,& naturæ, & gratiæ.

Prædictis couſonant multi Scholæſtici, nã Gabr.3.diſt.33.in fine,ait,has virtutes in patria habituras actus, ſed alios ab actibus, quos habent in via,nam ſecundũ Bon. ſcilicet ead.d. q.6.omnes actus noſtri in gloria dicũtur fortes,iuſti,prudentes,caſti, vt iuſtitia excludat obliquitatem, prudentia errorem, fortitudo moleſtiam,temperantia omnem libidinem, & infra in via pugnant contra vitia,in patria gaudent de victoria pleniſſime accepta: in quibus verbis Gabr.videtur his virtutibus tribuere actus negatiuos, vt nollo furari, &c. item delectationes de præteritis operibus. Clarius loquitur Maior.ead.d. quæſt. penult. quæ eſt. 6.de iuſtitia. vbi ait omnes virtutes cardinales infuſas & acquiſitas futuras in patria,& ad decorẽ & ornatũ.& vt habeant aliquos actus,licet non omnes,quos habuerunt in via,vt nollo accidere ad non meam:nollo, comedere, aut bibere, quia non indigeo, & quia ratio dictat,nunc non eſſe commedendum,&c.& ſic intelligit Bedam Exod. 26. vbi ait columnæ,ante quas expanſum eſt velum poteſtates cœli ſunt quatnor eximijs virtutibus præclarę ideſt fortitudine, prudentia, & temperantia, iuſticia, quæ aliter in cœlis ſeruantur ab angelis, & animabus ſanctis, quam hic à fidelibus. Ad Ariſtot. vero ſupra reſpondet, de angelis in hac parte non recte philoſophatum eſſe, rectiſſime autẽ de Deo, quia in ipſo non ſunt virtutes inhærentes, ſed ipſe eſt ſua virtus.Nos autem dicimus diuerſam eſſe rationẽ de hominibus e angelis, quia angeli non poſſunt habere actus abſolutos efficaces quarundam virtutum, ideo non poſſunt habere habitum ſaltem ſimpliciter denominantem, & id tantum voluit Ariſto. ſecus eſt de hominibus etiam beatis, quia in via potuere habere actus quibus compararent habitus perfectos, & ſimpliciter denominantes,retinentque in patria eadem vim, & denominationem,& plures actus eliciunt quam in angelis elicere poſſint. Quod vero ait D.Thom. has virtutes in patria futuras quoad formale,non quoad materiale,intelligit Ouandus.3.diſtinct. 31. propoſitio.9. de virtutibus exiſtentibus in appetitu ſenſitiuo: tales enim non erunt in anima ſeparata, niſi ſecundum aliquam rationem formalem,in qua aſſimilãtur perfectionibus illius ſtatus. Idem Ouandus.3. diſt.33 .prop. 3. ait virtutes has in patria habituras vſus alios quã in via. Richar.etiam ibi.art.1.qu. 6.ait habituras excellentiores actus quam in via, quia fortitudo firmabit voluntatem in ſecuritate, vt non timeat amplius terribilia, & gaudeat modetate de obtenta liberatione ab omnibus terribilibus.Tẽperantia delectationes inordinata deteſtabitur & gaudebit de perfecta liberatione ab illis.Palac.ibi.q.vn. ait in patria habere actus gratulationis; & gaudij de recte geſtis in via,vel alios actus nobis ignotos:pœnitentiæ tribuit ſimplicem voluntatem ſatisfaciẽdi pro peccatis præteritis et patiẽtiæ: eutrapeliæ nullos deſignat actus, ſed prætet actus gaudij poſſet negatiuos actus deſignare,nollo ludere, iraſci,&c. Quia ratio dictat nunc non eſſe ludendum,&c.Caiet. & Med. q.67.ar.1.fortitudini temperantiæ,& alijs virtutibus tribuũt actus illos gaudẽdi de ſuperatis periculis,et alijs huiuſmodi.Suarez.3. par. to.1.diſp.19.omnibus virtutibus moralib⁹ in Chriſto, et in alijs beatis proprios actus tribuit,et dicit nõ ſolũ infuſas, ſed etiã acquiſitas manere,et quãuis de acquiſitis id negauerit D. Th.3.d.33.q.1.a.4.quia ordinãtur ad vitã ciuilẽ:tñ id retractaſſe.1.2.q.67.ar.1.in corp. et ad.3.et ad illã rõem D.Tho.Reſp.has virtutes, non ſolum conducere ad ciuilitatem huius vitæ,ſed illius,licet non ſecundum eoſdem omnino actus.Sic etiam reſponderi poteſt ad aliud argumentum ſumptum ex Auguſt. qui tract. vlt.in Ioan.ait,vitam actiuam non futuram in patria,& 12.Trin. cap. 14. has virtutes pertinere ad vitam actiuam,vnde videtur colligi nõ futuras in patria. Reſp. enim vitã actiuã in patria futurã,licet quoad alios actus, quibus vtiles erunt iſtæ virtutes, & ſic in patria futuras docet Auguſtin. 14. Trini. cap.9. Magiſt. Scotus,& alij.3.diſt.33.Beda ſupra,Alens. 4.p.quæſt.12. m.1. artic.1. §.1.ad arg.vbi etiam

dicit,

Digitized by Google

dicit has virtutes in beatis habere actus perfectiores quã in nobis,& in Chriſto, & alijs beatis eſſe pœnitentiam licet non ad actum dolendi de peccatis. Vide illum ibidé memb. 2.art.2.§.3.in reſolutione,& quæſt.26. memb. 3 a.1.§.1.ad argumenta,& quæſt.5.memb.6.ad argum.& quæſt.8.memb.8.a.3.§.1.q.1. collaterali ad argum. Ex quibus omnibus conſtat, falſum eſſe, quod ait Bañes.1.p.q.1.a 2.dub.3.& Valent.ſupra, virtutes morales, manere quidem in beatis quoad habitus, adornatum, nõ tamen quoad actus, niſi ſecundum quandam ſimilitudinem & metaphoram.

91 An vero virtutes exiſtẽtes in appetitu ſenſitiuo, futuræ ſint eædem numero Reſpondet Capreol.3. d.33.a.d.2. contra. 4. concluſionem veriſimile eſſe potentias ſenſitiuas eaſdẽ numero reparandas, quantumquumq. in morte fuerint corruptæ, vel etiam anihilatæ: Deus enim poteſt omne poſitiuum permanens, & non ſuceſſiuum, quantumcũq. annihilatum fuerit, idem numero reparare, vt alias inquit, forte videbitur.4.Senten. Conradus vero hic quęſt.67.art.1.in fine ait, Capreol.ſe fundat in eo, quod ſane non videtur de mente D. Tho. videlicet huiuſmodi potẽtias ſenſitiuas, quæ ſunt ſubiecta immediata huiuſmodi virtutũ, redire eaſdem numero, cuius oppoſitum docuit D.Thom.4.d 44.quæſt.3 art.3.ad.6.in fine dicens, organa eſſent eadem numero quamuis potentiæ eædem non ſint, quare oportet dicere (inquit Conrad. quod ſicut potentiæ iuxta D.Thom. non redeunt eædem numero, ita neq. virtutes, ſed eædem ſpecie: verũ quidem eſt apud D.Thom. quod Deus omne poſitiuum permanens reparare poteſt idem numero, vt Capreolus ei adſcribit ex quodlibetis, non tamen, id faciet Deus, vt docet D. Thom. in compendio theol.tract.1.ca. 54.vbi ponit quod neque eadem quantitas redeat, & quod diuerſitas potentiarum animæ ſenſitiuæ,& vegetatiuæ non impediat vnitatem reſurgentis. Idem ſentit. 4. Contra gent.cap.81. Hæc Conradus.

92 Maior autem ſupra ait, quod Deus illas qualitates conſeruabit extra ſubiectum & in reſurrectione vniet appetitui ſenſitiuo, vel eaſdem num. reproducet. Mihi vero primum miraculũ incredibile, quia ſuperfluum.2. Autem aliquatenus credibile, quia vtile. Sed an virtutes iſtæ maneant in damnatis? Quidam reſpondent, in ſtatu damnationis virtutes, ſi quæ erant, manere poſſunt pro aliquo breui tempore, tamen breui corrumpuntur, igitur deſtruitur prudentia & exercentur actus cõtrarij intellectuales autem virtutes ſpeculatiuæ perſeuerare ſemper poſſunt, ſicut contingit in angelis, quia illæ non pendent à rectitudine voluntatis, & propter euidentiam neceſſitatem inferũt intellectui, niſi forte quis dicat, Deum non conſeruare hos habitus in damnatis ob pœnam eorum, quod quidem efficaciter impugnari non poteſt, tamen ſine fundamento dicitur. Hæc illi ſed non placẽt, quia etiam in moralibus in particulari poteſt eſſe euidentia, qua damnati conſeruabũt prudentiã. Dico ergo corrumpendas per actus contrarios abſolutos & conditionatos, quos elicient, vt Deum offendãt, quem odio habent, & hoſtem atque inimicum arbitrantur. De virtutibus theologicis certum eſt, mãſuras, quia charitas nunquam excidit. 1. Cor. 13.ſpes autem,& fides, quoniam ſuapte natura continent imperfectionem circa obiectum beatitudinis, nimirum circa Deum, quia fides caret euidẽtia erga illum, & ſpes nondum eum obtinet: euacuabitur, quod ex parte eſt, cum venerit, quod perfectum eſt, vt idem apoſtolus illic docet: neque quidquam illarũ remanebit, niſi quoad rationẽ genericã ipſarum: ſicut D.Thom.quæſt.67 arti.5.dicit, hoc modo manſuram fidem, quatenus erit tunc cognitio Dei in beatis, quæ communicat in ratione generica cum ratione fidei, id quod ſimiliter potuit affirmare de ſpe, nam etiam erit in beatis dilectio, quæ in ratione generica actionis voluntatis conuenit cum motu ſpei. Hęc Valentia, addit autem.

93 Porro cauſa cur non ſint manſuræ in beatis fides ſpes, vt Durand.2.d 31.q.3.&.4. & alij probabiliter exiſtimãt, ſolum erit, quoniam eſſet quidem ſupervacaneum, vt circa idem obiectum, puta Deum, quod beatitudo perfecte attingit, maneant in illo ſtatu virtutes imperfectæ. Alioqui, vt idem Durand. ibi,& Scotus ead.d.quæſt. vnic. & alij defendunt, non repugnat, de eodem obiecto habere fidem,& euidentem etiam notitiam, ſicut in 3.tom. videbimus in materia de fide, ſi Deus voluerit: de ſpe tamen videtur eſſe alia ratio, quoniam verſari tantum videtur circa rem non dum obtentam, iuxta id Rom. 8. quod videt quis, quid ſperat,& ideo nequit omnino manere cum beatitudine. Sed & fidem etiam cenſet D.Thom.quæſt.67.art.3.non poſſe vllo pacto conſiſtere cum cognitione clara. De quo in materia de fide, vt dixi, eſt diſſerendum. Eſt etiam annotãdum, theologos quoſdam eruditos cum Duran.3.d.31.quæſt.3.&.4. cenſere, non eſſe omnino expreſſe de fide, quod fides, ſiue quoad actum, ſiue quoad habitũ nõ ſit in beatis manſura: tamen temere quis affirmaret manſuram: ratio eſt quoniam 1.Cor. 13.non aliter videtur Paulus affirmare, futurũ vt euacuetur fides, quam vt euacuetur ſcientia & prophetia &c. Scientia autem non euacuabitur ſimpliciter, ſed tantum quoadmodum, vt ſupra dictum eſt & exponit D. Tho.

quæſt.

quæſt.67.artic.2.ad.1. Ergo non eſt omnino, certumque fides euacuanda eſt ſecundum ſe, ſed tantum quoad modum.

SECTIO. V.

An virtus acquiſita, per venialia peccata deſtruatur, &c.

94 SVPPONIMVS, infuſam non deſtrui per venialia Trid.ſeſſione.6. capitul. 11. quod vero ad virtutes acquiſitas attinet. Reſpondet aliqui. 1. virtutes quarum actibus opponuntur actus, qui ex obiecto & genere ſuo non ſunt peccata mortalia, ſed venialia tantum,(cuiuſmodi ſunt eutrapelia veracitas, liberalitas, abſtinentia,quæ eſt temperantia circa cibum,& potum,& aliæ ſimiles) remitti & amitti poſſe per peccata venialia. Hoc in quo omnes conuenire putant,probant,quoniam actus qui ſufficiunt ad generandum habitum vitij, ſufficiunt ad expellendam virtutem ei oppoſitam,ſed vitia oppoſita prædictis virtutibus generantur per peccata venialia,vt patet de prodigalitate,per ſola enim peccata venialia producitur,non enim ſunt peccata aliqua mortalia ex ſuo genere, perquæ poſſit produci prodigalitas,quod autem extrinſece,& in alio genere interdū ſint mortalia, nihil refert, cum non producant habitum prodigalitatis per id,quod pertinet ad aliud genus, ſed ad proprium & idem eſt de vitio oppoſito veritati,vel eutrapeliæ & ſimilibus:ergo tales virtutes per peccata venialia remittuntur & deſtruuntur. Conf. 1. quoniam per actus intenſos & maxime deuiantes à medio, expellūtur virtutes & generātur vitia oppoſita,ſed tales ſunt actus, de quibus loquimur,ergo per eos poſſunt expelli virtutes,& produci habitus vitioſi.

95 2.Dicunt,virtutes, quarum actibus opponuntur actus, qui ſunt peccata mortalia ex ſuo genere, non poſſe amitti per actus qui ſint peccata venialia ex in deliberatione. Hoc,in quo etiam putant omnes conuenire, probant.Quoniam per eiuſmodi actus non generatur habitus vitij: ergo neque expellitur virtus,conſequentia liquet ex dictis, & antecedens probant:quoniam actus hi, quāuis ſint culpabiles,tamen ſunt imperfecti nō ſolum in genere naturæ,ſed etiā moris, quia cum libertas ſit fundamentum malitiæ moralis,neceſſe eſt,vt ſicut hi actus ſunt imperfecte liberi,ita etiam ſint imperfecti mali, quod etiam colligitur ex D. Thom. quæſt. 88.artic.2.ergo non generant habitum vitij, ſicut neque per actus bonos indeliberatos generatur habitus virtutis.

3.Dicunt virtutes de quibus proxime agebamus,non deſtrui neque minui per peccata venialia ex prauitate materiæ, quanuis ſint plene deliberata,vt per furta parua &c. probant,quia per iſta peccata venialia non generantur vitia oppoſita, ergo neque deſtruuntur ille virtutes. Antecedēs probatur quia tales actus ſunt imperfecti in ſuo genere & parum recedentes à medio,per actus autem imperfectos non comparatur habitus. Conf.1. quia quæcumque ex illis virtutibus eſt habitus perfectus ita vt inclinet perfecte ad medium in latitudine ſuæ materiæ, ſeu proprij obiecti,ergo vt alter habitus poſſit ipſum expellere,debet eſſe ita pefectus,vt inclinet ad recedendum perfecte ab illo medio: ſed per actus, de quibus loquimur,nō poteſt acquiri talis habitus,quoniam ipſi recedunt parum à medio,& ob id non ſunt peccata.m. ergo neque poteſt expelli virtus.Conf 2.quonia formalis effectus virtutis eſt inclinare ad mediū: ſed poteſt aliquis manere inclinatus ad medium eiuſmodi virtutum, quanuis committat venialia contra eas,ergo & retinere ipſas virtutes,mi.prob.nam qui exempli cauſa præditus eſt virtute iuſtitiæ, quanuis furetur rem parui momenti,poteſt eſſe bene diſpoſitus,& propenſus ad non committendum furta grauia; imo & reipſa velle ab illis abſtinere, ergo. 96

Has tres concluſiones docet Med.q.71.art. 4.cui ex parte cōſentit Zamel.ibi diſp.vnica: ait enim peccata venialia ex genere minuere,vel deſtruere virtutem oppoſitam. Peccata vero venialia ex ſola indeliberatione non deſtruere virtutes oppoſitas: venialia vero ex leuitate materię deſtruere virtutes oppoſitas, licet contrarium ſit probabile. 97

Ego vero primam concluſionem veram exiſtimo,ſecundam vero & tertiā falſas.Probatur. 1. quia illa venialia ſunt eiuſdem ſpeciei cum mortalibus:ſpecies enim peccati ab obiecto ſumitur,vt docet D.Thom. quæſt. 72. artic. 1. illa autem peccata vel idem proſſus obiectum habent,vel ſi eſt diuerſum,tota diuerſitas eſt ſecundum maiorem, vel minorē quantitatem obiecti:quæ diuerſitas non ſuſſicit ad diuerſitatem ſpecificam actus:ergo producunt habitus eiuſdem ſpeciei,& ſic corrūpent contrarios habitus. 98 *Autor.*

Reſpondent illi quanuis.m.&.v.ſint eiuſdem ſpeciei,tamē aliquid poteſt vnum quod non aliud,vt non quid quid poteſt vir poteſt puer,vel fæmina,eo quod eſt imperfecta. Sed hoc nihil valet,quia poteſt eſſe tanta & maior intēſio & entitas phyſica in actu indeliberato quāta in actu deliberato:actus autē genera:

rat habitū ratione intēſionis ſuæ & entitatis phyſicæ,&nō ratione deliberationis præuię, quę nihilponit in actu,ſed tātū ſe tenet ex parte intellectus,exiſtēte eadē intēſione,& eadē entitate phyſica actus.Eodemque modo probari poteſt de peccato veniali ex leuitate materię,poteſt enim æquare,vel excedere in intenſione peccatum.m.ex grauitate materiæ; & ex parte ſubiecti poteſt eſſe æqualis diſpoſitio, aut certe maior diſpoſitio,& minor indiſpoſitio ad effectum peccati venialis,quam ad effectum peccati.m.ergo peccatum ex leuitate materiæ generabit habitum proprium & remittet aut deſtruet penitus habitum oppoſitum.

Confir. etiam quia actus eiuſdem ſpeciei eandem habent oppoſitionem, ſed peccata mortalia deliberata,& indeliberata, vel materia leuis & grauis ſunt eiuſdem ſpeciei: ergo habent eandem oppoſitionem cum virtute,eodemque modo illam deſtruunt.

99 Confir.nam actus procedens ex ignorantia mortali & veniali ſunt eiuſdem intēſionis,& entitatis phyſicæ pertinentis ad appetitum:ergo cum ſolum generēt habitum ratione intenſionis & entitatis phyſicæ pertinentis ad appetitum, ſi vnus generat habitum, alius etiam generabit habitum, ac proinde virtutem contrariam deſtruet.

Confir.etiam,nam calor non producit calorem, neque expellit frigiditatem ex eo quod ſit magis,vel minus conueniens ſubiecto,ſed ratione intenſionis ſuæ:ergo ſimiliter actus non quia ſit prior, aut melior,deliberatus,vel indeliberatus,producit habitum, ſed ratione intenſionis ſuæ:ergo cum actus deliberatus & indeliberatus poſſint eſſe æque intenſi,& ſint eiuſdem ſpeciei, ſi vnius producit habitum etiam alius illum producet quippe qui eaſdem vires habet, vnde non ſunt ſicut vir & puer,vel fœmina,qui ſunt in æquales aut diſſimiles viribus.

100 Confir.etiam quia ſicut communiter docetur, per actum remiſſum produci habitum quoad ſubſtantiam & gradū remiſſum, eo quod eſt eiuſdem ſpeciei cum intenſo, ita doceri debet, per actus veniales, quando ſint eiuſdem ſpeciei cum mortalibus produci habitum,ſiue æqualem,ſiue minorem in intenſione,idque experientia ipſa colligitur, nam qui cōmittit peccata venialia, etiā manente eadem apprehenſione & memoria ex parte intellectus,& denique cęteris paribus,quotidie ſentiet ſe promptiorem ad venialia ſimilia,imo & ad mortalia,minuſque promptum ad operationes oppoſitas ſtudioſas:ergo quotidie minuet,tandemque conſumet habitum oppoſitum. Confir. etiam nam iſta peccata venialia aliquid permanens producunt,cum habeant vim aliqualem & in ſubiecto nulla ſit reſiſtentia, non autem producunt aliud, quam habitum, quia quidquid ex actu permanet in noſtris potentijs, ipſo tranſeunte, eſt habitus,vt tractatu de habitibus oſtenſum eſt:ergo producunt habitum, ac proinde deſtruunt oppoſitum.

Confir.etiam,quia velle furari,& velle nō furari aureum eandem repugnantiam phyſicam habent inter ſe,ſiue ſint actus deliberati,ſiue indeliberati,ſiue vnus ſit peccatum.m. ſiue non:ergo cum generent habitus oppoſitos ratione repugnantiæ phyſicæ, & non ratione mortalitatis, non minus illos generabunt,ſi fuerint indeliberati, quam ſi fuerint deliberati. 101

Confir.aliter quoniam per actus bonos leues ex parte materiæ, vt nolo furari obolum, &c.generatur habitus virtutis, & excluditur vitium oppoſitum: ergo ſimiliter per actus malos leues ex parte materiæ generabitur vitium,& excludetur virtus oppoſita.Aliqui negant conſequentiam,ſed non poſſunt reddere vllam diparitatis rationem. Alij ſine vllo fundamento, & contra experientiam ipſam negant antecedens,quod tamen facile probatur,quia eadem virtus eſt, quæ repellit furta grauia & leuia,ſiue auri, ſiue argenti, &c. ſiquidem ex doctrina D.Tho.q.66.ar.1.virtus reſidens in appetitu nullam habet latitudinem extenſiuam,ſed quælibet,ſine vlla additione proxime ſe extendit ad omnia obiecta materialia contenta ſub ratione formali ſui obiecti:ergo talis virtus generabitur per actum reſpicientem quodqumq. ex illis obiectis,ſiue illud ſit paruū,ſiue magnum, & eadē eſt ratio in vitijs:ergo actus malus,qui eſt venialis propter leuitatem materiæ, generabit habitum vitij deſtruetque oppoſitum.

Confir.etiam nam actus venialis contrarius eutrapelie generat habitum contrarium,quamuis eius leuitas ſolum conſurgat ex leuitate materiæ, quæ in eo genere non poteſt eſſe grauis:ergo ſimiliter furtum leue ex leuitate materiæ,generabit habitum contrarium iuſtitiæ:nihil enim refert quod furta grauia eſſe vel non eſſe poſſint, cum hoc nihil efficacitatis addat, vel adimat actibus leuibus ex parte materiæ.Deniq;oppoſita ſententia leuiſsimis fundamentis nititur,vt patet ex dictis:ergo nullo modo eſt tenenda. 102

Hinc rejicitur alius modus dicentium opinionem quæ tenet virtutes quæ ſolum habēt materiam leuem poſſe corrumpi per ſola venialia,non vero eas,quæ habent materiā grauē,limitandā eſſe; ſi enim virtus ſit acquiſita ex actibus materiæ grauis,non corrumpetur, niſi per actus materiæ grauis,ſecus ſi fuit acquiſita per actus materiæ leuis: quia virtus ſolum 103

V

ſolum minuitur & corrumpitur per actus cōtrarios illis, quibus genita,vel aucta eſt. Hi tamen ex falſo fundamento procedunt:exiſtimant enim contra D.Tho.q.66.ar.1. quem ſequitur Zumel ſupra,in virtute morali dari latitudinem extenſiuam,ſed quia non datur,vt ſectio.3.vidimus,neceſſe eſt dicere,per actus cuiuſcunque materiæ venialis, vel mortalis æqualiter minui,vel corrumpi,quia actus iſti ſolum operantur iuxta proportionem intenſionis,& non quia ſunt in tali,vel in tali quaſi indiuidua materia.

104 Confirmatur nam per actus materiæ grauis generatur habitus circa materiam lenem:ergo & per actus circa materiam leuem generatur habitus circa grauem.Quod in actibus bonis maiorem vim habet, nā qui vult abſtinere à leui materia furti multo magis abhorrebitā graui. Vt & qui non refugit furari multum,non refugit furari parum.Confirmatur item,nam ſi propter latitudinem extenſiuam virtutis peccatum veniale ex leuitate materiæ non deſtruit habitum virtutis acquiſitum circa materiam grauem, eadem ratione .p.m. circa vnam materiam grauem non deſtruet virtutem genitam circa aliam materiam grauem,conſequens eſt falſum, vt recte docet Zumel ſupra, quia ſic non generatur virtus circa omnem materiam,quod eſt contra experientiam.

Prædicta omnia corroborari poſſent, nam ſi,vt multi arbitrantur,virtutes acquiſitę deſtrui poſſunt ſola ceſſatione,à fortiori corrūpi poterunt per peccata venialia ex leuitate materię,vel ex indeliberatione, quę habent cum virtute ipſa oppoſitionem. Item in puetis,& amentibus poſſunt generari & corrumpi habitus virtutum, ac proinde corrumpentur ſine vllo peccato:ergo à fortiori in alijs poterunt ſolis peccatis venialibus corrumpi.

105 Sed contra ſuperiora argum.1. quia peccatum.v.non eſt contra rationem,ſed præter illam:ergo non habet oppoſitionem cum habitu virtutis, ac proinde illum non deſtruit, neque minuit.R.antecedens eſſe prorſus falſum, & conſequentiam eſſe nullam, nam cum habitu virtutis oppoſitionem habet non ſolum actus,qui eſt contrarius rationi, ſed etiam qui non eſt contrarius rationi,modo ſit contrarius actibus, quibus genita eſt virtus. Vt ſi virtus miſericordiæ genita eſt per actus volendi dare Patro eleemoſynam, deſtruentur per actus nolendi dare illi eleemoſynam,qui tamen poterunt eſſe boni, & conſentanei rationi: ergo ad deſtructionem virtutis acquiſitæ non oportet elicere actus contrarios rationi,ſed contrarios habitui virtutis materialiter ſumpto.

Secundo argumentor, quia prudentia acquiſita, tantum deſtruitur per.p.m.vt videtur dicere D.Thom.2.2.quæſt.47.art.8.ergo idem de moralibus virtutibus acquiſitis in appetitu exiſtentibus dicendum eſt. R. antecedens eſſe falſum,neque doceri à D.Thom.ibi.quia tantum loquitur de prudentia infuſa, & ſane prudentia acquiſita non ſolum peccatis venialibus deſtruitur,ſed etiam actibus nullam habentibus moralem malitiam, ſatis eſt enim illos eſſe aſſenſus contrarios aſſenſibus prudentiæ.

.Tertio argumentor,peccata venialia non generant habitum vitioſum,alioqui redderent hominem ſimpliciter vitioſum:ergo neque deſtruunt habitum virtutis oppoſitum. R.peccata venialia generare habitum vitioſum,à quo ſimpliciter denominabitur homo vitioſus,ſi talis habitus ſit intenſus, & non cōpeſcatur per gratiam, vt in hominibus iuſtis compeſcitur, & propterea non denominat illos ſimpliciter vitioſos.

Quarto ſic argumentor,peccata venialia ſunt actus remiſſi:ergo non generant habitū; ſiquidem per actus remiſſos non generatur habitus. R. licet peccata venialia ſint actus imperfecti ex parte materiæ,vel deliberationis, tamen interdum ſunt valde intenſi, & valde perfecti quoad intenſionem, & tunc generabunt habitum intenſum, & perfectum, cum vero fuerint remiſſi,generabunt habitum remiſſum,& imperfectum: quia perfectio habitus ſequitur perfectionem intenſiuam actus,non autem perfectionem deliberationis aut materiæ.

Quinto ſic argumentor,peccata venialia parum recedunt à medio : ergo per illos non poteſt expelli virtus. R. licet venialia parum recedant à medio, ideſt in re parui momenti, vel cum modica deliberatione, tamen ſatis eſt multum recedere à medio,ideſt in re magni momenti, vel cum magna deliberatione, vt excludant oppoſitam virtutem,imo etiam ſi receſſus à medio ſit omnino modicus,vt cū modica eſt materia,modicaque deliberatio, deſtruunt virtutē,quia ei opponūtur,eo quod per ſe in mediocritate conſiſtat.

Sexto ſic argum.qui intenſus actus frequē- 107
tatus circa furta leuia poteſt ſimul intenſos actus elicere furta grauia : ergo per hos generabit,vel conſeruabit virtutem,ac proinde per illos ipſam nō deſtruet. R. in eo euentu concedo,quia peccata venialia impediuntur in ſua actione,ſecus in alijs euentibus, ſi autem ſuceſsiue eliceret modo actum intenſum circa furtum leue,modo circa graue,virtus per varios huiuſmodi actus ſuceſsiue generaretur & corrumperetur.

Septimo,quia actus imperfectè deliberati cito tranſeunt:ergo non relinquunt habitum vitij,

ac proinde non deſtruent habitum virtutis
quo arg.Zum.admittitcōſequentiam putatq.
debere admitti in omni opinione, ſed falli-
tur,ná præter Med.nullus eſt qui talē habeat
opinionē, quinimo cōmuniter recentiores,
(qui ſoli de hac re diſputant)docent per pec-
cata venialia,etiá ex indeliberatione,deſtrui
virtutē acquiſitam:& argumentum Zumelis
nullius eſt roboris,tum quia peccatū veniale
ex indeliberatione ſæpe multum durat; non
enim conſiſtit deliberatio,aut indeliberatio
in breuitate,vel mora, ſed in repræſentatio-
ne,vel non repræſentatione rationum agen-
di.Tum quia etiam ſi parum duret poterit,ge
nerare habitum vitij,& deſtruere habitū vir-
tutis,præſertim ſi peccatum veniale ſit valde
intenſum. Sed obijcit Zumel, quia peractus
bonos imperfecte deliberatos nō generatur
virtus:ergo neque per malos imperfecte de-
liberatos corrumpetur:ſed ex vero oppoſito
antecedētis colligo ego oppoſitū cōſequētis.

SECTIO. VI.

De præſtantia virtutum.

AZOR lib.3.c.30.quærit.1.an virtu
108 tes intellectuales ſint moralibus
digniores D Tho.q.66.a.3.& alij
affirmant intellectuales eſſe ex-
cellentiores, quia ſunt intellectu
qui dignitate cæteras pōas excedit, eo quod
reſpicit rōem veri, quæ cōmunior eſt & ab-
ſtractior & magis remota à materia,quam ra
tio boni.Alij docent virtutes morales eſſe po
tiores.Scot.3.d.33. q.1. Gab.q.1.a.3. dub.1. Mai.
q.32.quæ eſt quinta de iuſtit. 1. quia reddunt
hominē ſimpliciter bonū:q nō præſtant virtu
tes intellectuales.2. Quia morales in honeſta
te verſantur intellectuales in totū occupātur
in bono vtili,iucundo,pulcro,laudabili & ho
norabili inter huiuſmodi autē bona honeſtū
præſtat.3 Quia præſtātior eſt recte viuendi vo
luntas,& regula quam præbent virtutes mo-
rales,quam notitia & ſcientia veri. 4. Quia
virtutes morales ſunt ſimpliciter virtutes,in-
tellectuales vero non ſunt ſimpliciter virtu-
tes.5.Quia abſurdum eſt dicere artes mecha-
nicas præcellere virtutibus moralibus.Has o-
piniones conciliat Azor,vt virtutes morales
ad recte viuendum vtiliores ſint, ſed intelle-
ctualis ſit nobilior rōe ſubiecti,quia intelle-
ctus nobilior eſt voluntate, non tñ explicat
Azor,quæ nā ſimpliciter ſit nobilior,ſed ſig-
nificat intellectuales eſſe ſimpliciter nobilio
res quod magis explicat. q.ſeq.
109 2.Quærit,an prudentia alijs virtutibus mo
ralibus præſtet.quidā D. Tho. diſcipuli affir
mant,quia eſt in ratione,quę eſt nobiliſsima
potentia,& eſt lux,dux,magiſtra,moderatrix,
regina,regula,& norma,imperatrix omnium
aliarum, quæ omnibus finem præſtituit. alij
ſentiunt morales prudentiæ antecedere,quia
melius eſt bona agere,& bene viuere,q̄ ſcire
bene agendi & viuendi officium, & peius
eſt male agere, quam bene agendi officium
ignorare,& quia ex eo quod prudentia diri-
git virtutes morales,nō ſequitur,eſſe præſtan
tiores:ſic enim fides dirigit ſpem, & charita-
tē,quibus nō præſtat,& Philoſophia morales
dirigit virtutes morales;quas tñ nō excedit di
gnitate,neq. quælibet ergo dirigēs actionem
aliquam eſt ea nobilior,imo ignobilior vide
tur quia ad illam, vt ad finē ordinatur. Azor
lib.3.c.30.has opiniones conciliat, vt aliæ vir
tutes morales ſint vtiliores, ſed prudentia ſit
ſemper nobilior ratione ſubiecti,idq. vult.1.
opin. ſed ad eius argumentum, ſi contendat
prudentiam eſſe vtiliorem.R.nō omne quod
dirigit eſſe vtilius,quia vtilius eſt bene viue-
re, quá ſcire bene viuere, imò ex nobiliori
ſubiecto non ſufficienter colligitur ſimplici
ter maior nobilitas:ſæpe enim in ſubiecto no
biliori eſt accidens nobilius, vt albedo ineſt
niui,& nigredo homini, colligitur tñ ex ma
iori obiecti amplitudine, prudentia enim ſe
ſe fundit ad omnia virtutum moralium obie
cta,quæ reſpicit ſuperiori quadá,& altiori ra
tione proſpicit enim & attingit ſubratione
veri agibilis in quauis materia quid ſequi,
& amplecti debeamus. 110
3.Quærit an iuſtitia tēperantię & ortitudi
ni præſtet.R.aff.ex cōmuni Theologorum &
Philoſophorū ſupra:quia eſt ad bonum alte-
rius,quod appetere eſt difficile cum ſimus ad
cōmoda noſtra propenſi:& bona noſtra cum
alijs communicare quid diuinum:ſit& iuſti-
tia non ſibi ſoli nata,ſed alijs ſit:concordiáq.
pacem & ſocietatem inter homines tueatur,
& ſeruet,nulla enim ſocietas humana viola-
ta iuſtitia,diu conſeruari poteſt.eſtq. neceſſa
ria in omni loco ac tempore,& omnibus ho-
minibus,domibus,ciuitatibus & regnis: con
ſeruatq. res,facultates,honorem,gloriam, &
vitam aliorum,& maxime conuenit regibus,
& pincipibus;vnde virtutum omnium domi
na,& regina eſt,leges ſancit, reges, & magi-
ſtratus creat, ciuitates conſtituit, ab ea vna
viri boni appellantur,bene facta remunerat,
peccata punit,honorū titulos, dignitatū gra
dus,officiorum partes pro cuiuſq. meritis di
ſtribuit.multas ſub ſe continet virtutes. c. 26.
q.3.explicatas.Obijcies. 1. fortitudo verſatur
in materia magis difficili,& laborioſa,vt in vi
tę periculis:ergo eſt nobilior.neg.conſequen
tia,quia iuſtitia per ſe eſt magis neceſſaria,&
ſalutaris.Itē ſi iuſtitia ſeruetur, bella & mor-
tis pericula ceſſabum. 2.Obijcies fortitudinē
eſſe,pro patria,pro legibus,pro Deo mortem
ſubire,q eſt nobiliſsimū virtutis officium.R.
hanc officij nobilitatē aliunde proficiſci,vi-

Digitized by Google

videlicet ex charitate in Deum, vel ex religione, vel ex pietate in patriam, vel ex dignitate perſonæ pro qua mortẽ fortiter ſuſtinemus. 3. Obijcies prætio vendere pulliculos, paſſerculos, olera ve nõ eſt prætioſior actus quam fortiter pugnare. R. virtutem non eo eſſe inferiorem, quia operetur aliquando infima, ſi plura potiora præſtet.

Quærit.4. an iuſtitia præſtet omnibus virtutib. quæ ad illam reducũtur, religioni, obedientię, humilitati, miſericordiæ, liberalitati, magnificentię, magnanimitati, & patiẽtiæ D. Tho.2.2.qu.30. a.4. docet miſericordiam eſſe omnium virtutum moralium præſtantiſſimã quæſt.81 art.6. inter virtutes morales principatum religioni tribuit, quæſt.104.art.3. videtur virtutum moralium primatum obedientiæ deſerre, quæſt.161. ar. 5. videtur humilitatem cæteris virtutibus moralibus anteferre Azor.cap.illo.30.quæſt.4.ait iuſtitiã ex obiecto & materia per ſe cæteris omnibus eſſe digniorem; aliquas tamẽ illarum in aliquo iuſtitiam excedere religio ratione perſonæ cui cultũ, & honorẽ defert. At obedientia, & miſericordia interdum præſtat ratione eius cui obedimus, vel cuius miſeriam leuamus, vt ſi regia perſona ſit, vel Reſp. liberalitas, magnificẽtia, humilitas, magnanimitas, & patientia, aliquid magnum, & præcipuũ addunt, in quo iuſtitię præcellunt: eas tñ per ſe, & ex obiecto iuſtitia ſuperat, ſed de ſingularum virtutum laude, & præſtantia ſuis locis diſſeretur.

QVÆSTIO. LXVIII. DE DONIS SPIRITVS S.

Art. 1. *Vtrum dona differant à virtutibus.*
Art. 2. *Vtrum dona ſint neceſſaria homini ad ſalutem?*
Art. 3. *Vtrum dona Spiritus ſancti ſint habitus?*
Art. 4. *Vtrum conuenienter dona Spiritus ſancti connumerentur?*
Art. 5. *Vtrum dona Spiritus ſancti ſint connexa?*
Art. 6. *Vtrum dona Spiritus ſancti remaneant in patria?*
Art. 7. *Vtrum dignitas donorum attẽdatur ſecundũ enumerationẽ.* Iſa.11.
Art. 8. *Vtrum virtutes ſint præferendæ donis?*

QVÆST.LXIX.DE BEATITVDINIBVS.

Art. 1. *Vtrum beatitudines diſtinguantur à virtutibus, & donis?*
Art. 2. *Præmia, quæ attribuuntur beatitudinib. ad hanc vitã pertineant.*
Art. 3. *Vtrum conuenienter enumerentur beatitudines?*
Art. 4. *Vtrum præmia beatitudinum conuenienter enumerantur?*

QVÆST.

QVÆST. LXX. DE FRVCTIBVS SPIRITVS SANCTI.

Art.1.*Vtrum fructus Spiritus Sancti, quos Apoſtolus nominat ad Galat.5. ſint actus?*

Art.2.*Vtrum differant à beatitudinibus.*

Art.3.*Vtrum fructus conuenienter enumerentur ab Apoſtolo?*

Art.4.*Vtrum fructus Spiritus Sancti contrarientur operibus carnis.*

Tractatus duodecimus de donis, beatitudinib. & fructibus.

DISPVTATIO VNICA DE HIS OMNIBVS.

Sectio. I. Vtrum dona Spiritus ſancti ſint habitus diſtincti re ipſa à virtutibus.

1 SERMO eſt de donis illis, quæ numerantur Iſai.11. *Requieſcet ſuper eum ſpiritus ſapientiæ, & intellectus, ſpiritus conſilij, & fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ, & pietatis, & replebit eum ſpiritus timoris domini.* Quæ dona non ſolũ in Chriſto, de quo ibi ſermo erat, ſed etiã in reliquis iuſtis, quos oportet Chriſto conformari Ro. 8. eſſe docent omnes ſancti Patres, & Theologi Scholaſtici Qui de hac re egere cum Magiſtro.3.d.34. & D.Tho. hic & 2 2. q. 8. & alijs late Vincen. in Spec morali.lib.1 p.4.diſt.1. & alij referendi Quid autem ſint valde controuerſum inter Scholaſticos eſt. 1.Opinio. Nam Scot.3.d. 34.q.vnica. §. ad iſtam quæſt. Gabr.q.vn.art.2. concl.1. Maior.q.1. Ocand.p.3. Altiſiod.4. Summæ tract.8.q.1 & lib.3.tract.11. q. 1. Almain. 3. moral.c.2.& 3.d.34.q.vnica, Ocham.4.q.3. lit. N. Melchior Flauius.3.d.34. cenſent, dona in nobis non diſtingui reipſa à virtutib. Theologicis, ſcilicet fide, ſpe, & charitate, & quattuor Cardinalibus, ſcilicet prudẽtia, iuſtitia, fortitudine, & temperantia, ſed eſſe ipſos habitus virtutum, vt tenet Altis; vel actus, vt tenent reliqui, quatenus ſupernaturaliter conceduntur hominibus: omne enim bonum ſeu beneficiũ collatum ſupernaturaliter à Deo, ſpeciatim dicitur donum Dei, ſeu Spiritus S. vt Iacobi.1. omne datum optimum, & omne donum perfectum de ſurſum eſt deſcẽdens à patre luminum. Et Epheſ. 2. vobis donatũ eſt, non ſolum, vt in eum credatis, ſed etiam, vt pro eo patiamini. Et 1.Cor.12. Vnicuiq. datur manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatem, alij quidẽ datur ſermo ſapientiæ, &c. aut certè virtutes ipſas dona dici, quatenus interdum concurrunt ad actus, ad quos magis ſuper natura, & mirabilius mouet SS. inter hos quidã dicunt, aliqua dona, nempe quæ ſunt ide cũ virtutib. Cardinalibus, non de perſe infuſa, quia dicũt, nullas eſſe virtutes cardinales per ſe infuſas.

2 Hæc opinio ſuaderi poteſt. 1. Quia nõ ſunt res multiplicandæ ſine neceſſitate, ſed habitus boni diſtincti à virtutibus nõ ſunt neceſſarij. *1. Argum.* Ergo non ſunt conſtituendi. Minor probatur quia virtutes Theologicæ, intellectuales, & morales ſufficienter perficiunt omnes perſonas in ordine ad omnes actiones bonas, quas erga Deum, & alia obiecta habere poſſumus. 2 Quoniam habitus perficiunt ad frequentes, & ordinarios actus: *2. Argum.* non tantum ad eos qui raro & extraordinariè fiunt, quoniã habitibus vtimur, vt volumus. Ad actus autẽ bonos, frequentes, & ordinarios ſolæ virtutes perficiunt, ergo non ſunt ponendi boni habitus ab illis diſtincti, ſed eædem quatenus peculiari, & extraordinario impulſu SS interdũ operãtur, dicuntur dona SS. modo magis ſpeciali quã quo bona omnia ſupernaturaliter conceſſa, dona Dei, & SS. dici ſolent. 3. Quia *3. Argum.* ſancti ſolent huiuſmodi dona appellare virtutes, vt Amb.1. de SS.c.20. quẽ citat Magi.3.d. 34. Aug q.8. in euãgelia Greg.1.mor. c 13 alias. 28.& lib.2.c.27. alias.36.& alij, quos referem⁹ indicant re ipſa non differre à virtutibus, & omnibus habitibus perficiẽtib⁹ ad rectas operãtes, vidẽtur cõuenire oẽs definitiones virtutis ſuperius traditæ: ergo dona nõ differunt à virtutibus. *4. Argum.* 4. Qm̃ argumẽta aduerſæ ſententiæ nõ vrgẽt, imo ad oppoſitũ duci poſſũt, vt vide

 bimus

bimus:nihil autem ſine ſufficienti fundamen to aſſerendum eſt.

3 2.Opin. 2.Opin.eſt,illa dona eſſe habitus re ipſa di ſtinctos à virtutibus.D.Th.q.68.a.1.& 3.Cõra. Caiet.Med.& alij ibi.Valen.diſp.5 q.7.pun.1. Bon.3.d.34.q.1.Dur.a.1.q.1.Albert.ead.d.art.1. D.Th.ibidem.quæſtio.1.a.1.Argent. q.1.a.1.& 2.Henricus quodlib.4.q.23.Azor.lib.3.c.30.q. 5.Anto 4.p tit.10 c.1.& 2.citatur Dur.3.d.34.q. 1.vbi tñ.n 9.concludit vter ipſorum duorum modorum, ſcilicet tertij & quarti, ſit verior, neſcio,an ſit alicui notum per certitudinem, vnde infert Vaz d 89.c.1 Duran. nihil in præſenti quæſtione definire,ſed certe in hanc in clinat, quam vltimo loco ponit, vt patet ibi &.q.2.vbi ait,hanc teneri cõmuniter, idem te net Bon.lib.1.de donis Spiritus ſancti.c.3.Abu lenſ.in Matt.5.q.81.Aragon.2.2.q.8.ar.1.

Suaderi põt primo quia in ſcriptura repe riuntur actiones quędã bonæ factæ pe culiari inſtinctu,& impulſu Spiritus ſancti,quæ non 4 poſſunt in virtutes referri : ergo debent poni 1. Arg. alij habitus infuſi,in quos referantur.Añs pro batur in illa actione Sampſonis, Iud. 16. qua concutiens columnas domus ſe,& omnes qui aderant interemit:quæ actio honeſta non eſſet,niſi ab impulſu SS qui in Sãpſonem irruit, manaſſet.Idẽ eſt de alia actione Eleazari, qui vt patet.1.Mach.6.ſupponens ſe beſtiæ,eamq. interficiẽs,occubuit,ſepultus(vt inquit Amb. 1.offic.c.40.) ſuo triumpho.Cum igitur virtu tes ſolum deſeruiant ad actus,qui ordinario, & cõmuni impulſu SS fiunt:non erunt iſti ac tus in illas referendi,ſed in alios habitus : & idẽ dici põt de alio actu Salom.3. Reg.3, iudi cãtis,infantẽ diuidendũ eſſe,vel certe eius rei dandã ſignificationẽ,vt controuerſia illarum mulierũ dirimeretur:& quidẽ cum adhuc eſſet paruulus, ideſt duodecim annorum aucto re Hier.ep,quadã ad Ruffin.de iudic.Salomo nis,ex quo apparet illũ non niſi peculiari in ſtinctu diuino iudicaſſe, ſiquidẽ,vt Hier.eod. loco ait, contra ætatis ſuæ menſuram de inti mo humanæ naturæ iudicauit affectu , vnde admiratus eſt, & pertimuit illum omnis Iſ rael,ac paſſim occurrunt ſimilia exempla.

2. Quia dona illa dicuntur ſpiritus Iſai.11. quo nomine nõ ſolẽt virtutes appellari, quia 2. Arg. non operãtur peculiari inſtinctu SS. ſunt etiã permanentes inanima , vt patet ex eo quod ibidem dicitur , requieſcet ſuper eũ Spiritus Dñi,& Ioan.14.apud vos manebit, & in vobis erit.Ergo ſunt habitus diſtincti à virtutibus.

3.Ex ſanctis:nã Cyril.2.in Iſai.in princip.ex plicans locũ citatũ,ſcribit in hoc germine ex 3. Arg. ſtirpe Ieſſe acquietutũ ait Spiritũ Dei multis virtutibus,& viribus pollẽtẽ,vbi nomine,vi res,diſtinguit à virtutibus:vires autẽ ſunt ha bitus:ergo dona dicit habitus diſtinctos à vir tutibus.& Chryſoſ.Ho.de SS.to.3.præter alias gratias & virtutes peculiariter mentionẽ fa cit donorũ SS.ſi(inquit)quis accipit virtutẽ à Spiritu ſancto,vt credat promiſſiones bono rũ,quę dantur in futuro ſeculo,ille promiſſio nis donum accipit,& vbi dona ſpiritus vocan tur ſpiritus,qñ habet donũ charitatis, dicitur quod habeat ſpiritum charitatis , & Grego.1. mor.c.13.alias.20.expreſſe diſtinguit ſeptẽ do na SS.à tribus virtutis Theologicis, quas ait ſignificari per tres filios Iob. dona autem per ſeptem eius filios,& ex vtriſq. colligit dena rium numerum inquiens:nec enim ad dena rij perfectionem ſeptẽ filij perueniunt,niſi in fide ſpe & charitate fuerit omne ꝙ agunt. & 2.mor.c.27.alias.36. eadem dona diſtinguit à quatuor virtutibus cardinalibus,& has per il la formari,& perfici dicit: intra quatuor (in quit) domus angulos conuiuãtur, quia intra arcana mentis,quæ principaliter his quatuor virtutibus ad ſummę rectitudinis culmen eri gũtur,virtutes cęteræ(ideſt ſeptem dona)qua ſi quędã cordis ſoboles ſe inuicem paſcunt, donum quippe ſpiritus ꝙ in ſubiecta mente ante alia prudentiam,temperantiam,fortitudi nem,iuſtitiam format,eandẽ mentẽ,vt cõtra ſingula quæq. tentamenta erudiat,in ſeptem mox virtutibus(ideſt donis)temperatur cõtra ſtultitiam,ſapientiam, contra habitudinem intellectum,contra timorem fortitudinem, contra ignorantiam ſcientiam , contra duri tiam pietatem , contra ſuperbiam Dei timo rem,& Aug.2.de ſer.do.in monte.c.18 ad hæc ſeptem dona peculiariter accomodat ſeptem petitiones contentas oratione dominica. Matt.6.Quarto qm̃ Ariſt.7.ethi.c.1. docet præ ter cõmunes virtutes eſſe alias heroicas, quæ reddãt homines quadam ratione diuinos ad 4. Arg. opera videlicet ſingularia exercenda : Quem admodum(inquit)Homer⁹ Priamum de He ctore dicentem reducit,eo ꝙ valde erat bon⁹; non hominis mortalis filius ille eſſe videba tur,ſed magna ẽ ſtirpe Deorũ:& .7.mor. Eude miorũ.c.18.negat eos,qui Dei inſtinctu impel luntur ad aliquid agendũ,debere rõem huma nã cõſulere,quia aliquid habent excellentius intellectu,& volũtate.Eodẽ igitur modo præ ter virtutes iuſto infuſas,quæ ad actus ordina rios,& communes perficiunt,debent dari ha bitus perficientes ad raros quoſdã actus , qui fiũt peculiari motione,& impulſu SS.qui ha bitus reddunt hominem bene & facile mobi lem a SS.vt loquitur D.Th.paſſim.q.68.& 2.2. q.8 Quinto,quia virtutes infuſæ imperfecte 5. Arg. participantur ab anima:ergo indigit alijs ad miniculis , nempe habitibus donorum vt ra tiocinatur D.Tho.queſt.68.ar.2.

6.Quia ſi ſeptem dona ſunt tres virtutes Theo 6. Arg. logicæ & quatuor cardinales,in Chriſto non ſunt aſſerenda ſeptem dona,quod eſt contra Iſai.c.cit.& ꝓbatur ſequela:quia fides,& ſpes non

non ſunt,neq.fuerunt in Chriſto,& alijs beatis,vt tract.præced.&tract.2.docuimus ex cõmuni Theologorum.3.d.27.& alibi.

7. Argum. 7.Quia cum Scotus neget dari virtutes morales per ſe infuſas,vt tract.præced. retulim᷑: dona autẽ ſint habitus infuſi,non poterũt virtutes mora les donorum nominecõprehẽdi, ſed tantum Theologicæ,& ſic erunt tria tãtũ dona,& nõ morales virtutes,ſed alij quidam habitus infuſi,quod intendimus.

8 Argum. 8.Quia vt inquit,D.Tho.;iuſtus debet eſſe ita diſpoſitus,vt ſit facile mobilis nõ ſolum à ratione humana,& fide,ſed etiã ab ipſo Spiritu Sancto in ijs,quæ poſſunt eſſe,vel neceſſaria,vel maxime vtilia ad ſalutem ipſius iuſti, ad quã hæc dona,& actus eorum referuntur. Ergo indiget alijs habitibus, quibus prõptus fiat ad ſequendam Spiritus Sãcti motionem.

Cæterum argumenta hæc priorem ſententiã cõfirmant,tãtũ abeſt,vt cõtra eam vrgeãt.

5 *Ad hæc argum.* *Ad.1.* Ad.1.enim reſpõdetur,actiones illas facile in virtutes infuſas referri poſſe, vel certe in acquiſitas,ad quarum actus ſæpe Deus ſpeciali auxilio,& ſupernaturali concurrit,vnde etiã peccatores,in quibus dona SS.aduerſarij non conſtituunt,ſolet Deus mouere, licet rarius, peculiari inſtinctu ad ſimiles actiones.

Ad.2. Ad.2.R.nullum donum ibi appellari ſpiritum Dei,ſed datorem, quẽ optimum,& ſeptiformem munere canit eccleſia in proſſa Pentecoſtes:& licet cõcedamus ipſa dona appellari ſpiritus,vt de donis fidei,& charitatis docet Chryſoſt.in verbis citatis agumento.3. tribuendo effectibus nomen cauſæ, donaq. eſſe qualitates permanentes,(quod nõ rectè colligitur ex Ioan.14.)nõ fit, ea eſſe à virtutibus diſtincta. *Ad.3.* Ad.3.R.Cyrillum ibi dona ipſa appellare virtutes,& vires , quæ nomina ſunt fere ſynonyma,licet virium nomẽ magis ad vires corporales,virtutum vero magis ad habitus animi bonos pertineat:Vnde ex illo teſtimonio potius colligitur dona non diſtingui re ipſa à virtutibus,vt etiã ex loco Chriſoſt.nam fidem,& charitatem appellat dona SS. & ex Greg.qui ſemel,ac iterum dona appellat virtutes,quãdo vero eas diſtinguit à virtutibus Theologicis,& Cardinalibus,facile põt explicari de diſtinctione rationis ſumpta à varijs actibus,muneribus,& officijs:Na eædem virtutes quatenus extraordinario,peculiari , & inſigni quodã impulſu SS.cooperãtur,dicuntur peculiari ratione dona SS. vt vero reliquos actus exercẽt,appellãtur magis propriè & ſtrictè virtutes:Generalius autem & latius vtraq.ratione virtutes dici poſſunt,& re ipſa à patribus dicuntur.Sed non omnino placet ſolutio,quia ſi virtutes ſola ratione dicta differunt à donis,nõ rectè dicentur eorum ſorores,nec dona dicentur fratres virtutum, aut ſenſus:vnde Vaz.ait Greg.ſic poſſe exponi, vt dona velit eſſe acta virtutum:ſed iſta expoſitio magis eſt violenta,quia dura metaphora eſſet appellare actum ſororem habitus: item ſic amare Deum,ſperare,& credere eſſent dona:et durius eſt actum appellare ſenſum habitus:vere ergo Greg.voluit dona diſtingui re à virtutibus,nõ tanquã actus ab habitibus,ſed vt habitus ab habitibus,et quia maius robur eſt in donis,et maior efficacia ad operandũ, eoquod iuuantur impulſibus, cõparantur vijs:et quia fæcundas reddunt virtutes,excitãdo,et dirigendo eas ad proprias operationes, quare etiam appellantur earum ſenſus: nec per dona põt intelligere virtutes Cardinales infuſas,vel acquiſitas,cum ſimpliciter à virtutibus Cardinalibus diſtinguat dona,nec vero poteſt intelligere virtutes theologicas infuſas,vel acquiſitas: quia in donis numeratur fortitudo,quę nõ eſt virtus theologica Quod vero Aug.ſeptem dona accommodet ſeptem petitionibus dominicæ orationis, nihil ad præſentem controuerſiam refert.

Ad.4.R.ſicut virtutes heroicæ. quas Ariſt. 6
Ad.4. ponit,nõ ſunt re ipſa diuerſæ à communibus, ſed ratione in ordine ad munus diuerſum, vt tract.præced.dictum eſt,vel gradu vt alij volunt,quos Vazq.ſequitur , ita quoq. de donis Spiritus ſancti dicendum videtur, maxime cum virtutes ipſæ reddant hominem facile mobilem à Spiritu ſancto etiam ad actus extraordinarios,et ſicut ex Ariſt.7.Ethic.ad Eudemũ habetur Deum vt authorem naturę aliquando immittere ſpecialiter,ſeu exercitare bonas cogitationes, aut etiã impulſus, tñ nõ dantur aliqui habitus naturales ad prompte obediendum Deo ſic mouenti , ita non videntur poni habitus ſpeciales ad obediendum Deo mouenti per illuſtrationes , et impulſus ordinis ſupernaturalis. *Ad.5.* Ad. 5. R. etiam dona imperfectè participari ab anima , tamẽ non ideo indigere alijs habitibus,& adminiculis:Deinde quoniã virtutes infuſæ imperfectæ participantur,æquum eſt Deum ſpeciali impulſu cõcurrere vt earũ actiones melius vſurpentur,non autem opus eſt ad hoc alios habitus fingere. *Ad.6.* Ad.6.R.in nobis ſeptem dona eſſe ſeptem virtutes, nimirum tres Theologicas,& quattuor Cardinales:in Chriſto autem vice fidei eſt ſcientia beata,& infuſa , & vice ſpei fiducia quædam in Deũ,vel certe eſt ipſemet habitus ſpei,quem aliqui volunt eſſe in Chriſto,& beatis nõ ad ſperandum gloriam , ſed ad alios actus , vt vidimus tract.2.

Ad.7. Ad.7. poſſet Scotus dicere,virtutes morales acquiſitas dici dona SS.quatenus eius peculiari motione,& inſtinctu ſæpè operantur.

Ad.8. Ad. 8. Reſpond. probare eſſe ponenda dona Spiritus Sancti:non tamen eſſe re diſtincta à

Digitized by Google

virtutibus.Vnde Vaz.diſp.89.capit.2. num.6. poſtquam retulit fundamenta vtriuſq. ſententiæ,ait,quo circa ego ſanè non video,vt recte dixit Dur.vtra harum opinionum ſit vera, quare quid in ea dicendum ſit,alijs integrum relinquam,tametſi rationes allatæ pro ſententia D.Thom.efficaces non ſint.

Defenditur.2.Opinio. *Ad.1.& 2. arg. primę opin.*

7 Sed ob reuerentiam D.Th.& aliorũ, quos pro ſecunda ſententia retulimus,placet eam defendere.Vnde ad.1.& 2.reſpõdetur hos habitus diſtinctos à virtutibus neceſſarios eſſe ad attingẽda obiecta virtutũ altiori quodam modo,nẽpe ad actus mirabiles, & extraordinarios,tũc tñ quãdo impulerit Spiritus ſanctus,adeo vt neq. de põa abſolutã poſſint cõcurrere ad actus ordinarios,neq. ſine illo præuio impulſu,& directione:cũ tñ vtrumq. virtutibus etiã infuſis poſſit cõtingere,& re ipſa cõtingat frequẽtiſſime:nã habitus virtutũ vtimur,cum volumus,ſine vllo alio auxilio Dei habẽte ſe per modũ actus primi, & per eaſdẽ cõmunes actus operamur, quare ad illas eſt per accidẽs interuenire impulſum Spiritus Sãcti, aut actũ eſſe extraordinariũ, & mirabile ꝙ per ſe & eſſentiale eſt habitibus donorũ. Ideò D.Tho.q.68.ar.2.ad.1.& alibi ſæpe, Dur. Hẽr.Cai.Val.& alij diſtinguunt dona à virtutibus,quod hæ modo ordinario,communi,& humano,illa inhumano, ſuperhumano, ſeu diuino operantur.Ex quo patet etiam ad.2.

8 *Ad.3.* Ad.3.reſpondetur,virtutẽ ſumi dupliciter. Primo late pro omni bono habitu,& ſic dona ſunt virtutes.2.ſtrictè pro habitu bono operãte cõmuni,& humano modo,& ſic non ſunt virtutes.Solutio eſt D.Th.q.68.ar.1.ad.3.Valẽtiæ,& aliorũ. *Ad conf.* Ad conf.R.definitionis virtutis per ſe ſumptæ intelligẽdas eſſe,vt huiuſmodi ſint principia rectè operationis,ꝙ nõ cõpetit donis. *Ad. 4.* Ad.4.R.licet nõ vrgeat, tñ nõ ſunt omnino contẽnenda præſertim teſtimoniũ Gregorij diſtinguentis dona à virtutibus, & cum Deus poſſit producere habitus,qui per ſe, & eſſentialiter habeant diuino tantũ modo operari,piũ eſt credere illos produxiſſe,eosq. eſſe qui peculiariter dicũtur dona Spiritus ſancti.

9 *1. Obiect.* Sed obijcit.1.Vaz.quia ſi habitus donorum ſunt diſtincti à virtutibus, ergo & actus, cõſequẽs eſt falſum,ergo.Min.probatur: nã vt actus eſſent diuerſi,in ijs qui pertinent ad volũtatem deberet aſſignari diuerſa ratio boni,& honeſti:nã actus virtutũ voluntatis differunt ex obiectis motiuis:in ijs vero qui ad intellectũ pertinent,deberet aſsignari diuerſa veritas,aut diuerſus modus cognoſcẽdi: Hic autẽ aſsignari non põt:nã dona quæ pertinent ad intellectum,qualia ſunt dona intellectus, & ſcientiæ , ſi ſint de obiectis ſupernaturalibus, non poſſunt,non inniti teſtimonio Dei,quod eſt obiectũ formale fidei,nẽpe in penetratione ipſa peculiari rerũ diuinarũ, & myſteriorum,circa quæ ponitur intellectus donum. 2.2.q.8.a.1.& donum ſcientiæ ibi.q.9.a.1.ſimiliter dicendum de ſapientiæ dono: hoc enim differt à ſcientia , quia eſt circa veritates increatas,ſcientia autẽ circa res creatas.Hęc igitur tria dona inniti debent teſtimonio diuino ſicut fides,ideo non poteſt aſſignari diuerſum obiectũ formale,aut modus cognoſcendi,ex quo diſtingui debeant habitus horũ donorum ab habitu fidei.De dono autem cõſilij non videtur,qua ratione diſtinguatur ab actu prudentiæ infuſæ,quæ cõſultat per principia ſupernaturalia,et ad rationem practicã ſpectat.In alijs autem donis, quæ pertinẽt ad voluntatem,idem omnino conſtat: exemplũ eſt in dono timoris,quod ſanè eſt timoris filialis,non ſeruilis;timor autem filialis eſt actus veræ charitatis:eſt enim cum quis timet à Deo ſeparari ex reuerentia, et amore, quem habet erga ipſum.

2.Obijcit contra illud diſcrimen,quod D. Tho.et Bon.inter virtutes,et dona aſſignãt, ꝙ virtutes perficiunt hominem,quatenus aptus eſt,vt moueatur per rationem in his quæ interius,et exterius agit:Dona autem diſponũt hominẽ,vt facile et promptè moueatur ab inſpiratione diuina; Quia omnis virtus infuſa imo etiã acquiſita habet,vt reddat hominem habilem ad hoc vt inſpirationi diuinæ reſpõdeat,et ei conſentiens efficiat ſuum opus. Si dicas dona præſtare promptitudinem,et facilitatem,quã non dant virtutes infuſæ, inſtat 1.Quia omnibus iuſtis inſunt dona,non vero promptitudo, et facilitas.2.Quia ſi virtutes infuſæ non præſtant facilitatem et promptitudinem,cur dicemus dona id præſtare? 10 *2.Obiectio*

Ad.1. obiectionẽ facile reſp.1.nõ eſſe certũ, quoties habitus ſunt diuerſi,actus eſſe diuerſos:nàm multi tenent,actus virtutũ infuſarũ, et acquiſitarũ eſſe eiuſdẽ rationis,et ita habitus infuſos non eſſe neceſſarios ad efficiẽdos ſimpliciter tales actus,ſed ad facilius et melius:ſimiliter ergo dici poteſt dona dari ad facilius eliciẽdos actus virtutum infuſarũ,quãuis hæ quoq. præſtent facilitatem,et promptitudinem,vt ſuperius vidimus reſpõdẽtes rationibus,quibus Vaz. oppoſitũ niſus eſt oſtẽdere. 2 Et melius reſpõdetur,actus donorũ,et virtutũ ſpecie differre,nõ ex obiecto terminatiuo, vel motiuo,ſed ex modo operandi,ſicut diximus ſupra,virtutes infuſas non differre ab acquiſitis ex obiecto terminatiuo, vel motiuo, ſed ex modo attingendi illud:diuerſitas autẽ in modo operãdi virtutũ,et donorũ eſt,quod dona per ſe exigũt illuſtrationẽ vel impulſũ aliquem præuium & lumẽ ſupernaturale, et extraordinariũ,vt operetur,virtutes vero nõ: nàm qui habet virtutem intellectualem in-

fuſam

Digitized by Google

fuſam poteſt illam exercere propoſito obiecto,etiã ſi nulla alia illuſtratio ſupernaturalis præcedat,& ſimiliter qui habet virtutem infuſam appetitui intellectiuo,vel ſenſitiuo,ob iecto propoſito ſine vllo alio impulſu inhærente ipſi animæ poteſt circa ſuum obiectum operari:Per quod etiam patet ad ſecundam obiectionem.

SECTIO. II.

Vtrum iſti habitus donorum ſint ſeptẽ ſpecie nec plures, nec pauciores, & quodnam cuiusque munus ſit.

11 SEPTEM eſſe Spiritus Sancti dona omnes colligunt ex Iſai. 11. vbi ſecundũ editionem vulgatã & Sept.numerãtur ſapientia, intellectus, conſilium, fortitudo,ſcientia, pietas,timor domini,& à Hierony.& Cyril. ibi Nazian.oratione in ſanctumPentecoſt.Baſil. contra Eunomium ſermo.5.cap.14. Iſichio.1. in leuit.ca.14. Auguſt.12.contra Fauſtum c.15. lib.1.de ſermone domini in monte cap. 9. & ſerm. 1. de Annuntiatione,qui eſt decimus ſeptimus de ſanctis,&.2.de doctrina Chriſtiana cap.7.Cyprian.1.aduerſus Iudæos cap. 20. Hilarius canon.17.in Matth.Athan. lib. de fide ſua.Bernard.tract.de donis Spiritus Sancti Ambroſius.1.de Spiritu Sancto cap. 20. Orig. ho.6.&.9.in num.explicans cap.16.&.17. Anſelm.lib.de ſimilitudinibus cap.13. Bon. Gerſon,& alij.

Atq. hæc ſeptem dona ſignificata eſſe per ſeptem viros mulieris,docet Beda, ho. quadã ſuper Math.12.& per ſeptem gradus aſcenſus ciuitaris.Greg.ho.7.in Ezech. parte. 2. & per ſeptem gradus quibus ad portam aſcendebãt Greg.ho.19.in Ezech.& per ſeptem ſpiritus commemoratos à Ioanne Apoc.1. Bern.de.7. donis cap. 8. quem ſequitur Leo Caſtrenſis Iſaiæ.11.& Hugo in ſumma ſent.tract.3.cap.17 & per ſeptem panes Matt.15. Aug. ſerm. 209. de tempore & per ſeptem candelabra aurea Apocalypſis.1.Aug.loco citato,& Gregor. in præfat.moral.cap.13.& per ſeptem mulieres quæ apprehenderunt virum vnum Iſai. 49. Gloſ. ibi Bernard.tract.de donis cap.7. Orig. ho.3.in Iſaiam,& per ſeptem filios Iob.Gre.1. moral.cap.28.in id Iob.1.nati ſunt ei ſeptem filij,& per ſeptem oſcitationes Heliſei ſuper puerum mortuũ.4.Reg.4.ſic enim homo viuificatur per ſeptem dona Spiritus Sancti à Chriſto collata, & ob hoc Spiritus Sanctus ſeptiformis dicitur ab eccleſia, & ſeptem eccleſiæ in Apoc.nominãtur Greg.35. mor. c. 7.vbi etiam accommodat ſeptẽ ſacrificia,quę amici Iob ipſi obtulerunt, & nonnulla alia ſeptenaria,& in præfatione moralium ſeptẽ columnas prouerb.9.& Bern.ſup. ſeptem lucernas fulgẽtes in candelabro Exod.25.& ſeptẽ oculos exiſtẽtes in lapide vno Exod.37.alij accõmodãt ſeptẽ circuitus arcæ,quibus diruti ſũt muri Hiericho.Solũ poteſt obijci,quod Adamus Vatab.& alij Iſaiæ.11.ſolũ numerant ſex dona,prætermittunt enim pietatem ſecuti.R.Abrahã,& R.Dauid in cõmẽtarijs illius cap.& in lib.radicũ & Sãctes Pagninũ inThe ſauro linguæ ſanctæ verbo Ruha, qui omnes in Iſaia loco pietatis,legunt, timoris, & pro illis verbis repleuit eum Spiritus timoris dñi legũt,odorari faciet eũ omnes in timore dñi ideſt,vt exponit.R.Dauid & Vatab.SS.in Xpo operabitur,vt citò & facile odoretur,& cognoſcat illum,qui timet dominũ,diſtinguatq. bonos à malis Rab.etiã Salomõ pro, pietate, timorẽ vertit,nec mirũ,quia in hebræo idem verbũ habetur,quod poſteà vbi.70.& vulgatus interpres vertunt,replebit eum Spiritus timoris dñi. R.tñ nõ fuiſſe ex hebræo vertẽdũ 12
odorari eum faciet omnes in timore dñi, tũ quia perfectiſſima rerũ cognitio,diſcretio ſpirituũ, mẽtiũ penetratio iã antea fuerat Xpo tributa per dona intellectus ſapientiæ, conſilij,&ſcientiæ.Tum quia vel ibi ſermo eſt de timore Chriſti,vel ſanctorum.1. nõ quadrat, quia Chriſtus non ſuo timore,ſed ſuo intellectu odoratur,& cognoſcit omnes. 2.etiam minime cõuenit,quia particula,in timore,de notat inſtrumẽtũ, quo Chriſtus odoratur,nõ verò homines habere timorẽ dñi. 3.Quia credendũ eſt Hieron.&.70.habuiſſe emendatiores codices,qui eorũ tranſlationi cõgruerẽt, aliorũ vero repugnarent,aut ſi codices eoſdẽ habuerunt,melius vim verborũ agnouiſſe ex antiquorũ hebræorũ doctrina,& traditione, vnde & R.Salomõ trãſtulit,replebit eum ſpiritus timoris dñi,ſicut.70.& Hiero.meritoq. quia quãuis verba hebraica ſublatis punctis admittant illã tranſlationẽ,odorari eũ faciet omnes in timore Dñi,tamen etiã noſtra admittunt,quæ ob rationes dictas aptior eſt.Recte autẽ prius tranſlatũ eſſe à Hiero.&.70.ſpiritus pietatis eorũ auctoritas ſatis ſuadet, maxime autẽ Tridentini,quod vulgatã editionẽ approbauit , vndè fortaſſe in antiquioribus, & emendatioribus codicibus,pietatis,non timoris vox habebatur . Vel vt inquit leo Caſtrẽſis,antiqui codices hebraici habuere ſimilem quãdã vocem ei,quæ in recẽtioribus eſt, ſignificãtem reuelationem ſeu cognitionẽ: meminit autem Paulus ſpiritus reuelationis, ſeu cognitionis ad Epheſ.1.dicens Deus & pater Dñi noſtri Ieſu Chriſti det vobis ſpiritum ſapientiæ et reuelationis in agnitionem eius illuminatos oculos cordis et rectè huius loco

Digitized by Google

tranſtuletut.70.Theoſobiam.hoc eſt Dei cul-
tũ,ſeu pietacem,vt & Hier.nã certe ſpiritus
cognitionis Dei eſt inclinatio quædã ad aſ-
ſentiendum dictis à Deo,qui ſpiritus eſt pie-
tas:vnde & Theologi pietatem dicunt eſſe ne
ceſſatiam ad aſſentiendũ rebus fidei,& Aug.
1.lib.de ſer.do.in mõte c.9.quipie credit.hono
rat sãctã Scripturã,& non reprehendit,ꝙ non
dum intelligit.& 2.de doctrina Chriſtiana.c.
7.opus eſt miteſcere pietate,neq. contradice-
re diuinæ ſcripturæ,ſiue intellectæ, ſi aliqua
vitia noſtra percutit,ſiue non intellectæ,qua
ſi nos melius ſapere,meliusq. percipere poſsi
mus,ſed cogitare potius,&credere,id eſſe me
lius,& verius,quod ibi ſcriptum eſt,etiã ſi la-
teat, quã quod nos per nos metipſos ſapere
poſſumus.Itẽ pietas efficit, vt non ſolum fidẽ
ei adhibeamus,cui pie affecti ſumus,ſed etiã
vt de ipſo,eiq. coniunctis recte,& in bonita-
te ſentiamus atq. loquamut,tanquã de patre
patriq. coniunctis;& ſic eos DD. pios voca-
mus,qui adhærent opinionibus illis, quibus
maxime Deo, & ſanctis honos tribuitur : in
pios vero & atheos,ſeu atheiſtas appellamus
illos qui Deum patrẽ ſuum negant, aut eius
honorem dijs falſis impendunt,ſic eos appel
lat ſcriptura auctore Baſi.in id Pſ.1.beatus vir
qui non abijt in cõſilio impiorum.Præterea,
eſto vtrobiq timoris nomen Hebræi codices
habeant,& habuetint,recte priori loco, pie-
tas,verſum eſt:nam effectus ptoprius pietatis
eſt timor reuerentialis ad pattem,& nomine
effectus cauſa deſignata fuit:ꝙ Deus.70.viris
& interpreti vulgatæ inſpiraſſe videtur : Pie-
tatis autẽ effectum eſſe reuerentiã,ſeu timo-
rẽ reuerentialẽ docet D.Th.q.78.a.4,ad 2.&
q.79.ar.3.ad.3.& 2.2.q.121.at.1.ad.3. cuius ratio
eſt,quia pietas ad Deum vt pattẽ nos diſpo-
nit.quid autẽ magis patri debitum,quàm re-
uerentia,ſeu timor reuerentialis:Hinc etiã ti
mor & pietas idem ſignificate ſolent. Vnde.
Iob.28.ſeptuaginta,quorum verſione Aug. a-
lijq. patres vtuntur,vertunt pietas ipſa eſt ſa-
pientia,vulgata haber,timor domini ipſe eſt
ſapientia,ideſt,ſignum,cauſa,aut etiam effe-
ctus ſapientiæ,vt exponit D.Th.2.2.q.45. ar.1.
13. ad.3.Et qñ donum pietatis daremus,non eſſe
expreſſum.Iſai.11.nõ poſſumus negare expreſ
ſum eſſe illis verbis Pauli,Ro.8. nõ accepiſtis
ſpiritum ſetuitutis iterum in timore,ſed ſpi-
ritum adoptionis filiorum,in quo clamamus
Abba pater,ideſt,accepiſtis ſpiritum pietatis
quo tanquã filij adoptiui, dulce patris nomẽ
alacriter magnaq. cum fiducia inuocetis.Cõ
ſtat ergo pietatem donum eſſe SS. ac proin-
de ſeptẽ SS.dona ſuperius eſſe nominata: quo
rum ſufficientiam hiſce verbis cõcludit Val.
diſp.5.q.8.pun.2. Dona ad actiones quaſdam
præcellentes deſtinãtur.Actiones huiuſmodi
vel ſunt partis apprehenſiuæ,vel appetitiuæ:
ſi apprehenſiuæ,aut illarum præſtãtia elucet
in eo quod res per illas ſubtiliter penetrãtur,
præſertim diuinæ,& hoc præſtat donum in-
tellectus,ꝙ proinde tam late patet, quã ipſa
virtus fidei cui reſpondet, vt S.Th.2.2.q.8.do-
cet.Vel præſtantia huiuſmodi actionum par-
tis apprehenſiuæ cõſiſtit in recto iudicio quo
quiſpiam ſtatuat inhærere rebus diuinis, vel
creatis,quibus oportet.Et ad hoc quidem iu-
diciũ quando circa diuinas res fertur aut cir-
ca creatas per rationes diuinas,mens perfici-
tur à dono ſapiẽtiæ:Si autem ſolum circa res
creatas,à dono ſcientiæ,cum vero in particu-
lari concluditur ex hoc iudicio ſapiẽtiæ, vel
ſcientiæ,quid ſit omnino agendum, tum de-
mum exercetur donum cõſilij.Atq.ita patet, 14
ratio ſpecialis quatuot donorum pertinentiũ
ad partem appehenſiuam.Quod vero attinet
ad actiones appetitiuæ partis,ſi earum pręſtã-
tia in eo cernatur,quod alteri impenditur de
bitum officium,tunc propriè perficiuntur à
dono pietatis,quod ideo ſic appellatut quo-
niam perficit mentem ad exhibendum cul-
tum religionis Deo , qui vt Auguſtin. 10.
ciui.c.1.inquit,eſt omnium parens,vt nõ ſine
ratione appelletur donum hoc pietatis.Si au-
tem actio appetitiuæ partis verſetut circa bo-
num proprium,tunc aut illius perfectio cõſi-
ſtit in eo,vt quis peculiari ratione abſtrahat
ſe à prauis cupiditatibus retardãtibus à bono;
hoc præſtat timoris donum,quod ideo ſic no
minatur,qm̃ ferè timor eſt,qui nos ab huiuſ-
modi cupiditatibus abſtrahit, iuxta id Prou.6
in timore dñi declinatur à malo & Pſ.118.cõfi
ge timore tuo carnes meas,&c.Cum vero ac-
tio appetitiuæ partis ex eo eſt præſtans,quod
poſthabitis difficultatibꝰ,& periculis aliquis
adhæret bono:tunc perficitur à dono fortitu
dinis.Hæc Valen.quę tñ difficultatem habẽt, 15
in primis quantum ad donum intellectus:nã
ſi intellectus ſolũ datur ad apprehenſionem,
& nõ eſt habitus iudicatiuus, erit valde im-
perfectus,quia eius actus eſt valde imperfec-
tus,cõſequens eſt falſum,quia dona ſunt per-
fectiora vittutibus moralibus, & inter dona
primum locum tenet intellectus, ergo.Item,
vel ad apprehenſionem nullus ponitur habi
tus præter ſpecies otdinatas,vel talis coinci-
dit cum habitibus iudicatiuis.Ergo intellec-
tus nõ erit habitus mere apprehenſiuus deſ-
tinctus à ſpeciebus.Præterea D.Th.2.1.q.8 a.5
ad.1. ait, nõ intelligi perfectã rationẽ doni in
tellectus donec mens hominis deducatur , vt
rectã æſtimationem habeat citca finem,æſti-
matio autem iudicium eſt.Ergo hoc donum
eſt vere iudicatiuũ.Nec ſatisfacit, ꝙ ait Caie.
ead.q.a.6.& alij recentiores,illã æſtimationẽ 16
nõ eſſe huius doni,ſed ſapientiæ aut ſcientiæ
quibus

Digitized by Google

quibus connectitur:nam expreſſe D.Th. ibi ad 2.ait,æſtimationem rectam de vltimo fine pertinere ad donum intellectus. Vnde ego credo hoc donũ eſſe iudicatiuũ,qñ autem D. Th.2.2. q.8.præſertim.a.1.& ar.5.ad.3.& ar. 6. in corpore,& ad.2.&.3.Val.ſupra,& alij recentiores apprehenſionem tribuunt dono intellectus,ſolũ intendunt non iudicare per diſcurſum formalẽ,vel virtualẽ,ſicut dona ſcientiæ.& ſapiẽtiæ,
17 ſed per ſimplicẽ perceptinnem veritatis, quia eſt habitus principiorum. Dices ſi eſt habitus principiorũ,ergo nõ diſtinguitur à fide, quæ aſſentitur propoſitioribus immediate reuelatis à Deo,quæ ſunt veluti prima principia ex quibus Theologia procedit.Scot.3.d.34.q.vni. circa finem,ait intellectũ,& fidem ſolum differre ſm̃ perfectum,& imperfectũ, quia intellectus eſt ipſa fides cum maiori,& diſtinctiori quadã cognitione,ſed hoc locum non habet in opinione,quam ſequimur,diſtinguẽre dona à virtutibus.Alij dicunt differre, quia fides aſſentitur immediatè reuelatis à Deo, non vt cumq. ſed vt propoſitis ab eccleſia, intellectus vero vt propoſitis immediate à Deo,quẽ modum dicendi videtur ſequi Aragon.2.2.q 8.ar.1.in fin. & ar.6.in quo tñ etiam videtur eum reijcere,et ſequi aliom modum iam reiectum,qui aſſerebat,intellectũ non eſſe donũ iudicatiuum, ſed apprehenſiuum.Vnde Aragon.ibi non cõſtat. quo omiſſo hic modus dicendi reijcitur: quia fides non reſpicit eſſentialiter externã propoſitionem Eccleſiæ,nam per fidem crediderunt Angeli,primi parentes,Apoſtoli,& Prophetæ, alijq. quibus Deus immediate per ſe, vel per Angelos propoſuit res fidei, ideoq. 2.2.q.1.ar.1. docuimus,priuatas reuelationes ad habitum fidei pertinere Pręterea propoſitiones immediate propoſitæ à Deo rariſsimæ ſunt, ergo ad illas non debet poni ſpecialis habitus ſupernaturalis in omnibus iuſtis, ſed dandum eſſet lumen tranſiens,quale eſt Propheticum, ſm̃ D. Th.2.2.q.171.a.1.Alij dicunt donum intellectus licet ſit habitus diſtinctus à fide,habere tamen eundem actum: nam ad diſtinctionem habituum ſufficit diuerſo modo eoſdem actus elicere,ſic idem actus ſpecie fit à potentia humana,& angelica,& idem actus numero à potentia & habitu:& idem motus localis à grauitate & impetu.

18 Hic modus dicendi confirmari poſſet ex D. Th.Galat.5.lect.6.&.3.d.34.quæſt.1.art.1.Duran. ead.d.quæſt.1.num.9. & alijs communiter aſſerentibus,per virtutes operari hominẽ humano modo,per dona vero modo ſuperhumano, ac diuino.Ergo intellectus, & fides idem obiectum, & eoſdem actus habent, ſed differunt in modo illos efficiendi. Sed hæc doctrina facile refellitur. Primo quia ſicut potentiæ diſtinguuntur per actus proprios connaturales, & adæquatos,ita de habitibus dicendum videtur,maxime cum ſecundum communiorem & probabiliorem ſententiam,nunquam alij habitibus naturales, vel ſupernaturales in actibus elicitis conueniãt.Secundo quia ſicut quidam habitus intrinſece petunt operari modo diuino,& non humano, ita de actibus dicendum eſt:actus autem qui intrinſece petunt fieri modo diuino,& non humano ſunt donorum, & non virtutum:ergo virtutes & dona in actibus non conueniunt,3.Alij eandem ſententiam refellunt,quia actus doni intellectus per ſe manat ex charitate:eſt enim quædam cognitio affectiua, quæ in ſolis iuſtis reperitur, vt docet D.Tho.2.2.quæſt.9.ar.4.& 5.ſed cognitio fidei non manat per ſe ex charitate,ergo actus doni intellectus,& actus fidei non ſunt ijdem. Sed reſponderi poſſet,dicendo actum doni intellectus non per ſe,& ſecundum ſubſtantiam, ſed vt doni eſt pendere ex charitate, à qua pendent omnia dona.Melius autem impugnatur. 4. Quia actus doni eſt euidens, actus autem fidei obſcurus,ergo ſunt actus diuerſi.Maior probatur ex Greg.1.moral. cap. 32.alias.35. vbi de dono intellectus loquens, ait, intellectus in die ſuo conuiuium parat, quia in eo quod audita penetrat,reficiendo cor,tenebras eius illuſtrat,& refertur à D.Thom.2.2.quæſt.8 ar.2.argumento ſed contra,qui etiam 3.diſt.34.quæſt. 1.ar.1. & 2. ait. Homo in hac vita per hoc donum prælibationem futuræ manifeſtationis accipit.& d.35.quæſt.2.ar.2.quæſt.1. ait donu intellectus ad ipſa ſpiritualia aſpicienda introducit,& Iſai.7.ſecundũ traslationẽ.70.Interpretũ dicitur,niſi credideritis non intelligetis, id eſt,non habebitis ſupnaturalẽ cognitionẽ ſimplicẽ,& euidentẽ de veriſimilitudine, & cõſonãtia maxima rerũ fidei cum lumine rationis, quam pręſtat donu intellectus, & ſane ſi actus doni intellectus,& aliorũ donorũ partẽ apprehenſiuam perficientium non eſſent euidentes, non fuiſſent in Chriſto,nec manerent in beatis,quia in eis nulli actus, vel habitus ineuidentes conceduntur,cõſequens eſt falſum,vt videbimus ſect.8.ergo.Nec valet dicere dona Chriſti:& aliorum beatorum diuerſæ rationis eſſe ab illis,quæ ſunt in nobis,& illa eſſe euidẽtia, hæc autem in euidentia:ſicut enim charitas,& virtutes morales eiuſdem rationis ſunt in beatis,& in puris viatoribus,ita de donis affirmandum eſt.Vnde ex eo, quod dona SS. fuerunt in Chriſto capite noſtro Iſai.11. colligunt patres, ea eſſe in nobis.Hierony.Iſai.11. Hilar.can.5. in Matth.& Pſa.118.octonario penultimo. Chryſoſt.hom.de adorando Deo, & Spiritu ſancto c.20.Aug.lib.1.de ſerm. dom.in monte Gregor. 1.moral.c.18.lib.2.c.36.Ber.ſer.de ſeptem donis D.Thom.hac quæſt.68.a.4.Mag.3.d.34.& communiter alij Doctores.

Alij

Digitized by Google

19 Alij dicunt fidem & donum intellectus differre,quia hoc donum tendit in obiectum reuelatum,abſtrahendo à tendentia clara, & obſcura:fides autem tendit in obiectum reuelatum,vt obſcure reuelatum:Nec obſtare putant quod habitus ſpecie diuerſi reſpicere debeant formalia obiecta ſpecie diuerſa: reuelatio autem in communi non differat ſpecie ab obſcura:quia ſicut rationes, quæ,ſpecifice & generice diſtinguunt actus,& interdum habitus,qui illas adæquatæ reſpiciūt,ita rationes, ſub quibus, quarum vna ſit generica, altera ſpecifica,poterunt actus,& habitus ſpecie diſtinguere,& ita habitus reſpiciens aliquid, vt reuelatum obſcure, differt ſpecie ab habitu reſpiciente aliquid vt reuelatum præciſe, abſtrahendo à reuelato clare,& obſcure. Nihilominus hic dicendi modus reijcitur, quia idem habitus non poteſt habere actum clarum,& obſcurum ,ac proinde nec reſpicere obiectum,vt reuelatum abſtrahendo à reuelatione clara & obſcura.Qua ratione communiter reijciuntur in.1.p.quæſt.1. Caiet. Canus & alij aſſerentes Theologiā noſtrā reſpicere reuelatum in cōmuni abſtrahēdo à reuelatione clara,& obſcura; habeteq. actus obſcuros in via, & claros in patria: eademque ratione communiter confutantur alij docentes à fide prodire non ſolum actus obſcuros,quibus aſſentimur articulis fidei,ſed etiam claros, quibus euidenter iudicamus,eos eſſe credibiles: & ſane ſi donum intellectus eliceret actus obſcuros in via ſicut fides,& circa propoſitiones fidei,& inſuper actus claros in patria circa eaſdem propoſitiones,manifeſte eſſet perfectius fide, quod eſt contra D.Th. & omnes alios diſtinguentes dona à virtutibus.

20 Aliter ergo ad obiectionē reſpondetur,hoc donū non elicere aſſenſum de veritate propoſitionis immediate reuelatæ à Deo, ſed de eius credibilitate,& conformitate cum ratione,& de alijs ſimilibus,quæ licet lumine naturali cognoſci euidenter poſſint,tamen hoc dono ſupernaturaliter euidenter quoque aut euidentius cognoſcuntur: conſonat D. Tho.2.2 quæſt.8 a.2.vbi ad intellectum pertinere putat cognoſcere quomodo argumēta quæ contra fidem fiunt, non concludant: id quod etiam docet Aragon & Bañes ibi. Et hinc inteliges,quomodo verum eſſe poſſit, quod ait Valen.2.2.diſp.1.q.8. pun.1.donū intellectus in hoc à fide diſtingui,quod fides in tellectū perficit immediate ad eliciēdū aſſenſum,donū autē intellectus,nō ad hoc directe ſed ad percipiendum SS.inſtinctū, quo impellimur ad aſſenſum fidei :conſiderandū eſt enim(inquit)hominē ad vtrumq. perfici ſuper naturaliter,ideſt,vt credat,quod præſtat fides, & vt diuinitus moueatur ad credēdum, quod præſtat hoc donū,vt enim in rebus naturalib⁹ apparet,Deū ordinate agere cū cauſis ſecūdis, & mouere illas præuijs diſpoſitionibus conuenientibus,&c.ſic de rōe,quā in rebus ſupernaturalibus idē Deus ſeruat, ratiocinari debemus.In quibus verbis ſi Val. velit,actū huius doni verſari circa obiectū actus fidei, & ideo ad illum diſponere, reijciendus eſt: ſi tñ velit (vt velle credo)actū huius doni verſari circa credibilitatem,& veriſimilitudinē, ac conuenientiā articulorū,ac myſteriū fidei,& ita ad credendum diſponere,recipienda eſt eius doctrina.Addendum tñ eſt,actū huius doni à ſolo auxilio naturali profectū, diſponere ad ſuſcipiendā fidē,profectum vero ab ipſo dono, 21 vt in viris iuſtis diſponere ad habendū vſum: & augmentū fidei.Itē addendū eſt,hoc dono cognoſcere nos credibilitatē, & conuenientiā rerum fidei,qñ ſunt per ſe notæ, & ex terminis,et ideo D.Th.3.d.35.q.2.ar.1.quæſtiūcula.1.dixit,donū intellectus de auditis mentem illuſtrare, vt ad modū primorū principiorū ſtatim audita probentur,ideſt ſtatim ſine diſcurſu appareant credibilia, et rationi conſona,etc.et propterea donum hoc appellatur intellectus,ſicut habitus quo naturaliter aſſentimur primis principijs. Porro ſicut intellectus, quo naturaliter aſſentimur primis principijs eſt ſimul practicus, et ſpeculatiuus, quia quædam principia viribus naturæ cognita ſunt practica, quædā vero ſpeculatiua.ita de hoc dono intellectus eſſe ſimul practicum,et ſpeculatiuum docet D. Tho.2.2.q. 8.ar.3.vbi etia Val.diſp.1.q 8 pun.1.idē merito aſſerens de fide,cui hoc donū intellectus reſpondet.

Si obijcias,quoniā ad diuerſas virtutes intellectuales naturales pertinet aſſentiri principijs practicis et ſpeculatiuis:ergo etiā ad diuerſas virtutes ſupernaturales, et ad diuerſa dona.Poſſet negari añs,et dici ſynderēſim, quæ eſt habitus principiorū practicorum, nō eſſe habitū diſtinctū ab habitu intellect⁹,quo cognoſcuntur principia ſpeculatiua.Sed melius forte negatur conſequentia, quia quæ in inferioribus ſunt diſperſa,in ſuperioribus ſūt vnita.Poſſet deniq.dici,licet vnica fides,eo ꝙ excellētiſſimus habitus intellectualis eſt, cōprehēdere ſimul poſſit principia practica et ſpeculatiua:donū tñ intellectus ꝙ minus perfectionis habet,nō poſſe principia practica, et ſpeculatiua cōplecti,niſi diuidatur in duas ſaltē qualitates,quarū vna attingat principia ſpeculatiua,altera vero practica:idēq. de cęteris donis intellectualibus dici pōt, vt certum nō ſit,quod nōnulli certū arbitrātur,dona intellectus,ſapiētiæ,et ſciētiæ eſſe mere ſpeculatiua,et eſſe ſimplices qualitates et ſpecies vltimas habituū.De cōſilio autē dicunt,eos, qui ſentiūt prudētiā cū acquiſitā,tū infuſam eſſe, vnicū habitū,id cōſequēter debere dicere de 22

habitu

habitu conſilij:eos autẽ, qui cenſent contrariũ,ſimiliter opinari debere de dono conſilij, qm prudẽtiæ reſpõdet. De alijs vero tribus donis ad appetitũ,aut voluntatẽ ſpectantibus dicunt, ꝓbabilius fortaſsis eſſe,tãtũ eſſe tria genera ad eum modũ,quo tres virtutes morales appetitus,ſeu voluntatis dicuntur, tres,quãuis vnaquæq. earũ multõs habitus ſub ſe cõtineat:nã illa tria dona his tribus virtutibus reſpondent. Niſi quis fortaſſe dicat reſpectu SS. qui eſt moues ſuperioris ordinis,vnum habitum ſufficere in ordine ad omnia obiecta totius generis iuſtitiæ:verbi gratia,quia hi habitus ſub rõe quadã vniuerſaliori,altiori,ac diuiniori attingũt ſua obiecta,& quę in inferioribus ſunt diſperſa,in ſuperioribus ſunt vnita.

23. Sed hæc nõ poſſunt vſq. ad 2.2.vbi de donis in particulari agitur, exacte diſcuti. Operæ pretium tñ erit nunc explicare quomodo ſapientia,ſciẽtia,& cõſilium inter ſe, & a dono intellectus diſtinguãtur. Pro quo ſciẽdum eſt ſciẽtiã diuinã (de qua ſolum hic eſt ſermo) interdum ſumi pro Theologia, interdum pro gratia gratis data.1.Cor.12.quę datur ad vtilitatẽ aliorum & ſm̃ D.Th.q.111.art.4. importat abundãtẽ cognitionẽ effectuum, & exẽplorũ ad manefeſtandũ;& perſuadendũ alijs ea,quę ſunt fidei,reſpõdendumq. argumẽtis aduerſariorũ,& eos cõuincẽdũ, & reperitur ſine charitate.1.Cor.13.interdum pro dono SS.ad propriã ſalutem ordinato in ſolis iuſtis reperto Sap.10.dedit illi ſcientiã ſanctorũ. Ab hoc dono ſcientiæ intellectum, & ſapientiam diſtinguit D.Th.hac.q.68.a.4.dicens intellectũ, & ſapientiã pertinere ad intellectum ſpeculatiuum,illum quidẽ apprehendendo,hanc vero iudicando,ſcientiã vero ad intellectum practicum. Sed iã diximus intellectum quoq. iudicare,vt alijs locis docuit D. Th. & ſe ipſum manifeſte retractans. 2.2.q.8.a.6.&.q.9.a.3.docuit dona ſcientiæ,ſapientię,& intellectus eſſe nõ ſolũ ſpeculatiua,ſed etiã practica, quod

24 etiã docet Val.diſp.11.q.8.pun.1.¶Suppoſito ergo quod hæc tria dona ſimul ſint practica, & ſpeculatiua,ſupereſt explicãdũ,in quo diſtinguãtur. D.Th.hac.q.68.a.4. & 2.2.q.8.art.1.& 2. ait dono intellectus capi, & penetrari res fidei,dono vero ſcientiæ iudicari, & diſcerni credenda à nõ credẽdis circa res humanas,dono autẽ ſapientiæ circa diuinas, quia ſcilicet ſapientia oſtendit credibilitatẽ,& cõuenientiã rerum ſpectantium ad homines, vel quia ſapiẽtia ꝓcedit per rõnes diuinas,ſcientia vero per humanas,vt explicare videtur D. Th. 2.2. q.8.a.2.ad.3. Sed melius intelligitur horũ donorũ diſtinctio,ſi dicamus,intellectũ iudicare ſine vllo diſcurſu formali, aut virtuali: ſapiẽtiã vero,& ſcientiã cũ diſcurſu.ita tñ vt ſapientia oſtendat in credendo, aut alijs bonitatem, & honeſtatem ſumptam in ordine ad Deũ,vt quia expedit ad eius honorẽ & gloriã &c. Scientia vero honeſtatẽ ſumptã in ordine ad homines,vt quia expedit ad priuatum, vel commune hominum bonum.

Si obijcias D.Tho.2.2.q.8.art.1.ad.1. vbi ait hanc ſcientiã eſſe ſimilem diuinæ, quæ ſine diſcurſu eſt,ergo falſo dictum eſt,eſſe diſcurſiuã. Reſpõderi poteſt.1.ex D.Th.3.p. q.11.ar.3. ſcientiam dupliciter appellari diſcurſiuã, ſcilicet quoad acquiſitionem.& quoad vſum:& hoc ſecundo modo ſcientiã Chriſti fuiſſe diſcurſiuam,ſic ergo donum ſcientiæ diſcurſiuũ eſt hoc ſecundo modo,non tñ primo. 2. Reſponderi poteſt,ſcientiam, quæ in Deo eſt de aliqua concluſione,duplicẽ eſſe: altera enim eſt,quę ſine vllo diſcurſu illam attingit,eo ꝙ intellectus diuinus de ſe eſt determinatus ad omnem veritatẽ ꝓxime,& immediate:altera quam cum diſcurſu virtuali attingit, nimirũ, quia videt deduci ex principijs,& huic ſecundæ ſcientiæ Dei aſſimilatur donum ſcientiæ collatum hominib.quia diſcurrit,non tm̃ virtute,vt ſcientia illa Dei,ſed interdum etiã formaliter,& hic diſcurſus formalis ineſt nobis, non angelis, niſi dicamus cum multis, angelos ſaltem circa ſupernaturalia diſcurrere. 25.

Sed rurſus obijcies,nã ſi hoc donũ ſcientię diſcurrit, nõ differet à Theologia? Reſpond. aliqui differre à Theologia. 1. quia hæc non eſt habitus per ſe infuſus,& ſupernaturalis in ſubſtãtia ſicut donũ ſcientiæ, vndè tendit mediatè in reuelata, ita vt reuelatio applicetur media aliqua præmiſſa,vel ſaltẽ cõſequentia naturaliter cognita:donũ vero ſcientiæ probat per præmiſſas reuelatas, & conſequentiã reuelatã:vnde in Theologia nos deducimus noſmetipſos ad cõcluſionẽ:in dono vero ſciẽtiæ Deus nos deducit,ideoq. vbi dicit' Io.6.docebit vos omnẽ veritatẽ legit Aug.introducet vos in omnẽ veritatẽ:& DD.dicunt in operationib. donorũ homines magis à SS. agi, quã agere. Itẽ illi iſtos donũ ſcientiæ ſolũ ſe extendit ad myſteria, ꝓut neceſſaria ſunt ad ſalutẽ ꝓpriã. Theologia vero etiã ad alias ſubtilitates,ſed hæc ſolutio multa falſa continet.1. Eſt ſciẽtiæ donũ attingere ꝓpoſitiones obſcuras mediate reuelatas à Deo.2. Niti ꝓpoſitionib. & cõſequentię obſcure: immediate tñ reuelatis à Deo:iã enim dixim' aſſenſus horũ donorũ euidẽtes eſſe, ac ꝓinde nõ ꝓcedere ex præmiſſis,aut cõſequentia obſcure cognitis,ac ꝓinde nec reuelatis immediate à Deo: quæ enim iuſtis de lege ordinaria reuelãtur nõ reuelãtur clare,ſed obſcure. ¶ Ad obiectionem ergo reſpõdet' diſcrimẽ inter hos habit' eſſe, quod Theologia ex obſcure cognitis ꝓcedit: donum vero ſcientiæ ex euidenter cognitis ꝑ donum intellectus, in quo cum dono ſapientiæ conuenit, à quo tamen differt, quod ſapientia per cauſas altiſſimas,& æternas ꝓbat: ſcientia 26. 27.

ſciētia verò p inferiores,& humanas, quod ſu mi poteſt ex D.Th.2.2.q.8.a.2.& Caiet.in hac q.68.a.4.imo ex Aug.12. Trinit.c.14.& lib.14. c.1 Explicatur res hoc modo:in incarnatione donū intellectus iudicat conuenientiam, vel credibilitatē,vel aliquid aliud ſine diſcurſu: ſapientia vero diſcurrit per rationes diuinas, ſcientia p humanas.Cōſiliū autem à prædictis donis differt,quia eſt donū purè practicū. Obijcies,nā ſi alia dona ſunt practica,& omnē materiā cōprehendunt,quorſum datur donū cōſilij.Reſpōdetur reliqua dona eſſe practica quaſi invniuerſali ad modū quo ſyndereſis, & ſcientiæ practicæ: conſilium vero eſſe inſtar prudentiæ,quæ differit de agendis hic, & nunc attentis omnib. circunſtantijs:vel cōſilium eſt habitus inquirendi, aut præcipiendi,reliqui vero iudicandi.

SECTIO. III.
In quibus potentijs appetitiuis dona reſideant.

28 RESpondet Val.diſp.5.q.8.punct.2. de pietate non dubium eſſe quin reſideat in volūtate,cum circa alterū verſetur : dona vero fortitudinis,& timoris eſſe in iraſcibili,qm̄ hæc potentia eſt,quæ verſatur in arduis, qualia ſunt opera quæ proficiſcuntur ex his donis:minuta enim,& facilia ſufficienter præſtari poſſūt per virtutes:atq.ideo non eſt opus aliquo dono in concupiſcibili, ſiquidem huius potentiæ ratio ſolum reſpicit inſignem aliquā difficultatem,ſiue arduitatem,vt diſp.5.de paſſionib. dictū eſt:Atq. eadem ratione apparet nō eſſe opus in voluntate aliquo dono ad eliciendas eas actiones,quæ verſātur circa bonū ꝓprium:nā in huiuſmodi actionib. voluntas no habet magnā difficultatē, tametſi habeat eā,quę ſatis eſt,vt intelligam* indigere quoq. circa eiuſmodi bonū virtutib. Ex his (inquit) ſequitur quodD.Th.q.68.a.4.ait,dona in omnib.potentijs eſſe,in quib.ſunt virtutes,intelligendū eſſe de potentijs ſecundū generalem tantū rationē,v.t ſenſus ſit,dona eſſe in potentia apprehenſiua,& appetitiua, nō autem eſſe in omnibus partibus appetitiuæ.

29 Probabilius tn̄ exiſtimo in omni appetitu eſſe donū aliquod,quia in omni appetitu poſſunt eſſe operationes ex diuino inſtinctu,quę vt prōpte,& facile fiāt,habitū poſtulant, quāuis ſimpliciter ſine habitu,cū ſolo ſupnaturali auxilio elici poſſent:& hoc eſt magis cōſentaneū D.Th.aſſerenti,dona eſſe in omnib. potētijs,in quib.ſunt virtutes, & pietatē ſub qua iuſtitia,& amicitia diuino inſtinctu ꝓcedēs, cōprehenditur,nemo negauerit eſſe in volūtate,aut fortitudinem in iraſcibili:ſolus ergo timor relinquitur cōcupiſcibili, quod eſt creditu difficile cū timor ad iraſcibilē pertinere videat.Reſponderi poteſt timorē pœnæ p ſe ad iraſcibilē ptinere,ſed ſecundū ſuū effectū ptinere ad concupiſcibilē,quia p talē timorē reſiſtimus voluptatib. carnis,iuxta id confige timore tuo carnē meā,à iudicijs enim tuis timui.Sed de timore filiali,qui tantū eſt ꝓprie donum SS.diſtinctum à virtutib.rectè dicitur ad concupiſcibilem ptinere,quia ſumiſſio illa erga diuinā maieſtatem,quæ ptinet ad filialem timorem,licèt non ſit idem cum humilitate,& pars temperantiæ, vt docuit Scot.3. d. 34.q.vnic.ad fin.tn̄ imitat̄ humilitatem, quia ſumittit hominem Deo, imo etiā alijs modo diuino,vt humilitas modo humano:male autem Durād.ead.d.ꝓp.4. dicit donum timoris ab humilitate differre non in materia, ſed in ratione formali:quia formalis ratio in timore eſt diuina excellentia cognita , vt talis, in humilitate autem eſt ꝓpria paruitas cognita vt talis.Item differre,quia timor filialis refrenat voluntatem à culpa , humilitas vero ab honorib. Certe enim timor filialis non ſolū attendit diuinā excellentiā, ſed etiam ꝓpriā paruitatem.Humilitas non ſolum ꝓpria paruitatem,ſed etiam diuinam excellentiam, & vtriuſq.munus eſt temperare,& moderari affectum honoris, & conſequenter à multis peccatis abſtrahere.

SECTIO. IIII.
V. Dona ſint perfectiora virtutibus.

VIRtutes Theologicas pfectiores eſſe donis,dona autem eſſe pfectiora omnib. alijs virtutib. concludunt D.Th.a.8.& 2.2. q.9.ar.1. 29 ad.3.Valen.hic diſp.5.q.8. punct.1.in fine, quī ꝓbat,quia virtutes Theologicæ cum in hoc conueniant cum donis,quod pficiunt mentē in ordine ad Deum;præſtantiori tn̄ modo id faciunt:nā id pręſtāt immediate p actionem: dona autem p paſſionem,quatenus in actione doni magis agitur homo,quam agat,iuxta id Ro.8.qui ſpiritu Dei aguntur.Reliquæ autem virtutes non pficiunt hominem immediate in ordine ad Deum , & ſic ſunt impfectiores donis.Sed hoc non ſatisfacit.Primo,qa dona quędam non immediate reſpiciūt Deū, vt obiectum,ſicut nec virtutes morales,quib. aſſimilantur.Ergo erunt inferiora ipſis, eo q. in ordine ad res creatas pficiunt paſſiuè.virtutes vero actiue;id eſt,dona tm̄ qn̄ adeſt inſtinctus Spiritus S. virtutes vero quoties homo vult,quia d his habitib. verum eſt commune proloquium , habitibus vtimur , vt volumus. Probabilius ergo cenſeo,dona omnia ꝓpter rationem aſſignatam inferiora eſſe virtutib. infuſis,quæ ipſis reſpondent.

SECT.

SECTIO. V.
Quænam ex his donis ſunt perfectiora reliquis.

31 D. Thom.quæſt.68.a.7.quem ſequitur Valen.quæſt. citata punct. 2. in fine,hunc ordinis perfectionis ponit, vt illa quæ ſunt in parte intellectiua,ſcilicet dona conſilij,ſapientiæ, ſcientiæ,& intellectus ſint perfectiora alijs tribus, quæ ſunt in parte appetitiua, ſcilicet donis fortitudinis,timoris,& pietatis,quemadmodum virtutes etiam intellectuales ſunt perfectiores moralibus.Et inter dona intellectiuæ partis ſapientiam antecellere intellectui,& intellectum ſcientiæ,& hanc conſilio. Inter dona autem appetitiuæ partis pietatem præſtare fortitudini, & hanc timori, quamquam ex parte quidem materiæ fortitudo, & conſilium præferenda ſunt ſcientiæ, & pietati,quia verſantur peculiariter in arduis. Addit Val.ſed parum inter eſt ſcire vtrū donum in particulari præſtantius ſit altero, modo omnia quis habeat.Placet.

SECTIO. VI.
Vtrum habitus iſti ſemper comitentur gratiam, & econtra.

32 Reſpondetur, neque gratiam eſſe ſine illis,neq; illa ſine gratia, patet Ro.8.qui ſpiritu Dei aguntur, hi ſunt filij Dei,& infra,qui ſpiritum Chriſti non habet,hic non eſt eius, ideſt non eſt in gratia Dei,qui non habet ſpiritum ſeptiformem,ſicut habuit Chriſtus.Iſai.11.Ratio eſt quia Spiritus ſanctus regulariter iuſtos ſolos, & omnes mouet illa ſpecialiſsima ratione:ergo in illis ſolis & omnibus ponit dona hæc habitualia:vnde & in illis ſolis, & omnibus habitare dicitur.Rom.5.charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritū ſanctum qui datus eſt nobis,& 1.Ioā.3. omnis qui eſt ex Deo,peccatum non facit, quia ſemen Dei in ipſo manet.Conf.quia ſicut Deus non dat charitatē,& virtutes morales infuſas, niſi vnitis ſibi per gratiam, & ab eo dilectis, ita nec hæc dona præſtantiſsima:omnibus autem ſuis dilectis ea cum illis confert: vnde & illæ virtutes, & iſta dona ſe habent ad gratiā ſicut potentiæ ad animā; habitus vero fidei, & ſpei,quia ſunt veluti fundamenta totius vitæ ſpiritualis,confert omnibus peccatoribus, qui directe non aduerſantur fidei, & ſpei.

33 Conf.etiā quia actus iſtorū donorū cōmuniter ſupponūt affectū amoris erga Deum,& ideo hi habitus ſolū & ſēpet cōferūtur cū charitate.Vnde recte D.Th.q.68.a.5.ait,eſſe connexa cū charitate,ſicut virtutes morales cōnectuntur cū prudētia:quod ait Val. diſp.5.q.8.pun.3.nō continere omnimodā ſimilitudinē,quia prudētia pendet ex virtutibus moralibus in ſuo actu,& è cōuerſo virtutes morales pendent à prudētia, vt tract. præced. diſp. 7.expoſitū eſt:charitas autē non pēdet ex donis in ſuo vſu,licet cōmuniter dona in ſuo vſu pēdeant à charitate:ſed ſimilitudo in hoc cōſiſtit,quod ſicut nō datur perfecta prudentia ſine virtutibus moralibus,nec ècōtra, ita nec dona dantur ſine charitate,nec charitas ſine illis: Deus enim ob rationes adductas ſimul hęc omnia infundit,& cōſeruat:& dona quidē dependēter à charitate, & alijs virtutibus Theologicis tāquā ex fonte & radice procedere, ideo eiuſmodi virtutes eſſe donis præſtātiores.

34 Obijcies Aug.1.de ſer.do. in mōte. c.9.ita loquentē de dono timoris, ac ſi donū illud timoris,cuius ſit mētio.Iſai.11.ſpectet ad timorē ſeruilē,qui dicitur initiū ſapiētiæ, & qui pōt,& ſolet à charitate & gratia ſeparari. R.Val.quāuis is timor poſſit eſſe etiā actus illius doni ex Aug.ſentētia eo loco,tñ ipſe habitus,qui eſt donū timoris,poteſt etiā habere pro actu ſuo filialē timorē,neq. pōt ipſe habitus ex ſententia Aug.à charitate & gratia ſeparari.Si obijcias,actū ſupernaturalē nō poſſe dari,ſine proprio habitu,merito Val.negaret antecedēs:maior autē difficultas eſt, quomodo illi duo actus ad eundē habitum pertinere poſſint, de qua difficultate alibi diſſeretur: poſſet tamen dici.habitum doni timoris non eſſe vnum ſpecie atoma, ſed ſubalterna.

35 Obijcies itē Greg.1.mor.c.32. vbi de donis ſapientiæ,& intellectus videtur quoq; ita loqui, quaſi nō ſint inter ſe cōnexa, atq; adeo, neq. cū gratia:inquit enim,nec hoc eſt ſapere,quod intelligere,quia multi æterna quidē ſapiunt,ſed intelligere nequaquā poſſunt:ſapiētia ergo in die ſuo cōuiuiū facit:quia mentē æternorū ſpe,& certitudine reficit intellectus in die ſuo cōuiuiū parat,quia in eo quod audita penetrat,reficiēdo cor,tenebras eius illuſtret. R.bene Val.Gregor. velle actus horū donorū ſeparari poſſe,ita vt etiā ſi quis vtrūq. habitū poſſideat,tñ nō poſſit alterum reducere ad actū,eo quod ipſius actus difficilior ſit, & peculiarē mentis promptitudinē,& diſpoſitionē,aut peculiarē Dei impulſum requirit.

SECTIO. VII.
V. Dona hæc ſint ad ſalutē neceſſaria.

36 D. Tho. ar. 2. quem ſequitur Valent. quæſt.illa ſua.8.puncto.3. ait dona eſſe neceſſaria. Probatur primò à ſigno quia ſi nō eſſent neceſſaria,

non

Digitized by Google

non infunderentut omnibus iuſtis,cuius oppoſitum oſtenſum eſt ſectione præced. 2. Ex Pſal.142. ſpiritus tuus bonus deducet me in terram rectam.Sed vt rectè etiã exponit Val. non arbitror D. Thom. velle actus iſtorum donorum eſſe per ſe media ad ſalutem neceſſaria:quia re vera virtutes infuſæ ſufficiunt cum diuinis auxilijs ad ſeruanda præcepta & habenda media neceſſaria ad ſalutem,tamen dona hæc ſecundũ actus ſuos neceſſaria ſunt, vt melius,certius, & facilius ſalutem conſequamur:& ipſi habitus ſunt neceſſarij ſimpliciter ratione gratię adiunctæ, quæ per ſe eſt medium ſimpliciter neceſſarium ad ſalutem.

SECTIO. VIII.
An habitus donorum maneant in beatis?

37 RESPONDETVR affirmatiuè cum D.Thom.quæſt.68.artic.6.Mag.3. d.34.vbi Ouand.propoſ.3. & Ambroſ.1.de Spiritu ſancto capit. 20. vbi exponens id Pſal.45.*Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei*,ita ſcribit:*nec enim ciuitas illa Ieruſalem meatu alicuius fluuij terreſtris abluitur, ſed ille ex vitæ fonte procedens ſpiritus ſanctus,cuius nos breui ſatiamur hauſtu,redundantius in illis cæleſtibus ſpiritibus videtur affluere pleno ſeptem virtutum ſpiritualium feruens meatu*. Probat hoc Val.quoniam ſunt ornamenta quędam præſtantiora virtutibus moralibus quas ſuperius dixerat quoad habitus manſuras: & addit, *actus verò non manebunt eiuſdem rationis, ſed ſuccedent alij preſtantiores,qui erunt ſimiles ſecundum aliquam analogiam,eo modo, quo ſupradictum eſt de virtutum moralium actibus*.Ego verò ſicut de virtutibus moralibus infuſis dixi tract. præced.non manere dumtaxat ad ornatum, ſed ſuos habere actus eiuſdem rationis cum aliquibus eorum,quos habuerunt in hac vita, ita de habitibus donorum dicam.Conf. quia illi habitus in Chriſto fuerunt,etiam quoad ſuos actus eiuſdem rationis cum aliquibus actibus,quos hic habemus, non inuoluentibus imperfectionem repugnantem ſtatui beatifico:ergò ſimiliter ſunt in beatis,& alioqui eſſent omnino otioſi,quod videtur abſurdũ. Vnde & D.Thom.dicto art.6.ad.2.latè docet, quantum ad quos actus maneant, vel non maneant.Tract etiam 2.docuimus, quomodo timor & alij actus horum habituum poſſint in beatis locum habere,& de timore vide Suar.3.p.to.1.d.20.ſect.2.Cabrera.3.p.q.7.a. 6 & communiter iuniores.2. 2.q.19. vbi nos, Deo dante,fuſe de hac re diſſeremus.

SECTIO. IX.
Quomodo fructus ſpiritus ſancti & beatitudines interſe & a donis diſtinguantur.

38 GABR.3.d.34.quæſt.vnica & Scot. 3.d.34. quęſt.vnic. Almai. quæſt. vnic.Maior. quæſt.1. arbitrantur fructus,& beatitudines, & dona eſſe ipſos habitus virtutum,vt habent peculiarem quandam perfectionem.Sed non placet tum quia vt ait Ouand.3.d.34.propoſitione.2.ait,ex ſcriptura non colligi, quod dona, beatitudines, vel fructus ſint habitus, & Almain.ſupra, probabile putat beatitudines, dona,& fructus eſſe actus,vel effectus virtutum.Tum maximè quia beatitudo & fructus, eſt quid vltimum,quod proinde non habitibus,ſed actibus continetur.Vnde non immerito Vazquez diſp.8.in fine reijcit Henricum dicentem,beatitudines eſſe habitus, fructus verò eſſe actus:& ipſe ait,beatitudines eſſe actus virtutum prout eis promiſſa eſt beatitudo huius,& alterius vitæ:fructus verò eſſe actus ſine reſpectu ad beatitudinẽ:& quamuis Galat.5.22,numerati ſint potuiſſe plures numerari ſicut etiam eod. ca. numerata ſunt pro fructibus carnis quædam peccata, cum tamen plura numerari poſſent:& ideo dixiſſe Paulũ, & his ſimilia.Merito etiam Abulen. Matt.5. quæſt.81.impugnat quoſdam aſſerentes,virtutes,dona,& beatitudines eſſe habitus ſpecie diſtinctos,& virtutes dari ad actus imperfectos,dona ad medios, virtutes verò ad ſummos,& ipſe ait,dona & virtutes eſſe habitus diuerſos ſpecie:quia virtutes modo humano dona modo diuino operantur, & ideo ſunt excellentiores habitus quam virtutes morales,ſupra quos non poſſunt dari excellentiores,ſcilicet beatitudines:ergo hæ non ſunt habitus,ſed actùs quod cõſonat philoſophis, qui beatitudinem in actu ponunt.

39 Merito etiam D.Tho.q.69.&.70.& Valen. diſput.5.q.9.punct.1.docent beatitudines & fructus à virtutibus & donis differre,ſicut actus ab habitibus:interſe autem quoniam fructus ſpiritus Sancti ſunt actus virtutũ,vel donorum,quatenus ſunt quidã effectus vltimi, & perſe delectabiles,& aliqua ratione à gratia ſpiritus Sancti,vt à quodam diuino ſemine profecti,iuxta id.1.Io. 3. omnis qui natus eſt ex Deo, peccatum non facit,quoniam ſemen Dei in ipſo manet: beatitudines autem ſunt actus virtutum,& donorum, non quicumque,ſed præſtantiſſimo quodam modo conducentes ad beatitudinem,vt notauit D. Thom.

Digitized by Google

Tho.q.70.a.2.& dicuntur beatitudines nõ in re,ſed in ſpe quadam præſtãtiſſima, iuxta modum loquendi Paul. Ro.12. Spe ſalui facti ſumus:quo etiá pacto Ariſt.1.Eth.c.9.iuuenes dicit eſſe ſecundum ſpem beatos. Præmia auté, quæ Math.5.reſpondent beatitudinib.& ſunt beatitudines quædá in re,ad hanc vitã referũtur ab Aug.1.de ſer.Dom.in monte,c.9. cuius ſententiá declarat D.Th.q.69.a.2.ad 3.ad æternã auté ab Ambr.5.in Luc.c.6.cuius ſententiá declarat D.Th.a.4.eiuſdemq.ad vtráq. autem ſeu partim ad vná partim ad aliá à Chryſoſt. ho.6.ex varijs locis in Mat.to.2.cuius etiá meminit D.Tho.q.cit.a.2.quod magis placet,ná paupertas ſpiritus,&c.virtute cõtinet, & pfectá,& inchoatá beatitudiné, licet hanc pximius,ſicut ſemen proximius cõtinet folia, & flores,quá fructus.Licet auté,& donorum, & virtutum actus ſint beatitudines, & fructus: tñ beatitudines magis tribuuntur donis, quá virtutib. fructus vero èecontra cuius rationẽ aſſignant D.Th q.69.a.1.& 3.& q.70.a.2. & Valen.ſupra:quia beatitudines debét eſſe actus quida præſtantes,qui etiá in hac vita beatos nos efficiát,quod maxime cõuenit actib. donorum: fructus autem ſunt effectus vltimi à gratia dimanantes,quod maxime cõpetit actib. virtutum:nam virtutib.vtimur cum nolumus, ac proinde ſæpius. Recte etiá obſeruat Val. ſupra punct. 2. in fin. inter beatitudines, & fructus aliqua numerari,quæ pprie nõ ſũt actus.ſed quiddam cõſequens, vt cordis munditia Mat.5.& Pau.Galat.5.id quod D.Tho q. 69.a.3 indicauit,& notauit quoq. Gabr.3.diſt. 34.q. vnic. Sed hæc etiam potuerunt non incommode nominari beatitudines, & fructus ratione actuum,ex quibus conſequuntur, & quia late actus quidam ſunt.

SECT. X. *Quod ſint beatitudines.*

40 OCTO beatitudines ponuntur à Chriſto Mat. 5. quas quidem explicant Mai.3.d.34.q.1.Scot.& Almai.q.vnic. Maldon. Abulen. & alij Mat.5.& Salmeron to.5.de ſer.Do.in mõ. quorum explicationib.omiſſis breuiter nunc beatitudines explicabo.Beati pauperes, &c.de qua Nyſſen. lib.de beatitudinib. oratione.1. qui ſponte ſua earum rerum omnium, quæ p vitium,& nequitiam intelliguntur, inops, & egenus eſt,ac nihil ex diabulicis operibus in ſuis conclauib. reconditum habet,ſed ſpiritu feruet,ac p hoc malorum ſibi pauptatem colligit,& quærit,ille fuerit.qui à dño in ea,quę beata habet,egeſtate verſari oſtenditur,cuius egeſtatis fructus eſt regnum cælorum. Aug. vero longe aliter explicat hanc beatitudiné. 1.de ſer.Do.in mõt.c.2.legimus, (inquit) ſcriptum de appetitione rerum tẽporalium omnia vanitas, & præſumptio ſpiritus Eccleſ.6. præſumptio auté ſpiritus audaciá,& ſuperbiá ſignificat,vulgo etiá magnos ſpiritus ſuperbi habere dicuntur,& recte quandoquidé ſpiritus etiá ventus vocatur,ſicut ſcriptum eſt Pſ. 148.ignis,grãdo.nix,glacies ſpiritus procellarũ,quis vero neſciat ſuperbos inflatos dici tá quá vento diſtentos.Vnde eſt illud Apoſtol.1. Cor.8,ſcientia inflat, charitas vero ædificat: qua propter recte hic intelliguntur pauperes ſpiritu humiles,& timentes Deũ,ideſt nõ habẽtes inflanté ſpiritum,&c.ſuperbi autem appetunt,& diligũt regna terrarum.beati auté pauperes ſpiritu qm ipſorũ eſt regnũ cælorũ. Cõmunior auté interpretatio eſt, vt pauperes ſpiritu dicãtur,qui ſpiritu diuitijs terrenis carent,vel quia volũtarie paupertaté amplectuntur:vel certe in corde ſuo ſunt veluti pauperes,illud diuitijs nõ apponentes, iuxta id,diuitiæ affluant. nolite cor apponere: nimitũ quia nõ ſũt inordinate affecti ad diuitias, ſed illas ſaltẽ cõtemnunt,quatenus Deum, & eius obſequiũ illis anteponunt,nec eas manu mentis premunt,ne ab illis pungantur ſciũt enim ſpinas eſſe,quæ manum,ſeu animũ cruétare,& ſanguine peccati repiere poſſunt.

41 2.Beatitudo eſt,beati mites: quá ſic exponit Nyſ.orat.2.de beatit.iracundia procul ſubmota, quieta,blandaq vita traſigitur:q nihil aliud niſi lenitas eſt,cuius finis beatitudo ac cæleſtis terræ hæreditas eſt.Et Aug 1.de ſerm. do.in mõte.c.3.rixentur improbi, & dimicẽt pro terrenis, ac tẽporalibus rebus:beati auté mites quoniá ipſi hæreditate poſſidebunt terrá.de qua in Pſ.141.dicitur,ſpes mea eſt tu,portio mea in terra viuentium : ſignificat enim quandá ſoliditatem,& ſtabilitate hæreditatis perpetuæ,vbi anima per bonum effectum,tanquá in ſuo loco requieſcit,ſicut corp' in terra

3.Beatitudo, beati, qui lugent,&c. de qua Nyſſen.orat.3 de beatitud. cum duo ſint ſecula,duplexq. vita atq. item lætitia duplex:alia quidé in hoc ſeculo,alia vero in eo quod per ſpem,nobis propoſitum eſt,beatificum fuerit exiſtimandum, ſi quis portionem lætitię per vere bona in ſempiternum ſeculum recondat. Triſtitiæ vero munus in hæc breui,ac temperãta vita expleat,nõ in damno ac detrimento ponẽs,ſi aliqua earum rerum priuatur,quæ in hac vita ſuaues ac iucundæ ſunt,ſed ſi dum illis fruitur, ac potitur, meliorum ac potiorum bonorum iacturá faciat.& Aug.1. de ſer. do.in mõte.c.4.luctus eſt triſtitia de amiſsione carorum bonorum:cõuerſi auté ad Deum, ea,quę in hoc mũdo cara amplectebãtur,amittunt:non enim gaudent his rebus,quibus ante gaudebant,& donec fiat in illis amor æternorum,nonnulla męſtitia fauciantur.Conſolabuntur ergo à Spiritu S.qui maxime propterea paracletus nominatur, ideſt conſolator, vt tẽporalia amittẽtes,ęterna lætitia pfruãtur

42 4.Eſt,beati qui eſuriunt &c. de qua Nyſſ.
orat.4.de beatitudine:quoniam vnus genere
appetitus eſt cibi , & potionis : diuerſa vero
ad vtrumq. horum affectio eſt,vt ſummũ no-
bis boni deſiderium præſcriberet, beatos iu-
dicat eos, qui duobus his affectibus ad iuſti-
tiam mouentur.Et infra,omnis virtus iuſtitię
nomine hic ſignificatur:quam eſurientes, &
ſitientes beatos iudicat dominus, ſatietatem
eorum,quæ expetuntur,promittens,& Aug,
1.de ſerm. do. in monte cap.5. amatores veri,
& inconcuſſi boni illo cibo ſaturabuntur, de
quo ipſe dominus dicit,meus cibus eſt, vt fa-
ciam voluntatem patris mei , quod eſt iuſti-
tia,& illa aqua,de qua quisquis biberit , fiet
in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam.

5.Eſt,beati miſericordes , &c. de qua Nyſ-
ſen.orat.5.de beatitud.in multis locis ſcriptu
ræ diuinæ nomine miſericordia nominatur
numen diuinum,&c.Si ergo miſericordis ap
pellatio Deum dicit,ad quid aliud hic te ſer-
mo hortatur, niſi vt Deus fias,tanquã forma-
tus & inſignitus propria nota deitatis,&Aug.
1.de ſer.do.in monte.c.6.Beatos dicit eos , qui
ſubueniunt miſeris,quod eis ita rependitur,
vt de miſeria liberentur.

6.Eſt,beati mundo corde,&c. de qua Nyſſ.
ora.6.de beat.Deus ſpectaculo propoſitus eſt
ijs,qui cor ex purgatũ habuerint,& infra.Pro
miſsio quidem certe tãta eſt, vt ſuperet extre
mũ terminũ beatitudinis. Quid enim aliquis
poſt eiuſmodi bonũ,aliud deſiderauerit,cum
omnia habeat in eo quem viderit? Nam vide
re in vſu ſcripturæ idem ſignificat , quod ha-
bere:quemadmodũ illud in Pſa.127. vt videas
bona Ieruſalem,ideſt,vt inuenias, & tollatur
impius ne videat gloriã Domini, per non vi-
dere,non participem eſſe Propheta ſignificã-
te.Ergo qui Deum iudet , quicquid in bonis
numeratur,per hoc quod viderit, adeptus eſt:
vitam ſine fine,lætitiã continentem : verum
lumen,ſpiritualem,& dulcem vocem , gloriã
inaceſſam,perpetuã exultationẽ. In qua ora-
tione cautè legendus Nyſſen.ſignificat enim,
Deum nec in alia vita proprie videri poſſe,vt
tract.3.retulimus,& Aug.1.de ſer.do. in mon-
te.c.7.Ergo ſtulti ſunt,qui oculis iſtis exterio
ribus Deum videre quærũt,cum corde videa-
tur,ſicut Sap.1.ſcriptũ eſt in ſimplicitate cor-
dis quærite illum.Hoc eſt enim mundũ cor,
quod eſt ſimplex cor , & quemadmodum lu-
mẽ hoc videri non põt,niſi oculis mundis, ita
nec Deus videtur,niſi mũdũ ſit illud,quo vi-
43 deri põt.¶ 7.Beati pacifici;&c.De qua Nyſſen.
orat.7.de beatit.Pacificus eſt is qui pacem al-
teri dat.At nemo probere alteri põt , id quod
ipſe nõ habet.vult igitur te priorẽ eſſe plenũ
pacis bonorũ,deinde vero præbere eã indigẽ
tibus.& Aug.1.de ſer.do.in mõte.c. 8. in pace
perfectio eſt vbi nihil repuguat. & ideo filij
Dei pacifici,quoniã nihil ex his reſiſtit Deo,
& vtiq. filij ſimilitudinẽ patris habere debẽt:
pacifici autem in ſemetipſis ſunt, qui omnes
animi ſui motus cõponentes,& ſubijcientes
rõi,ideſt menti.& ſpiritui,carnaleſq. cõcupiſ-
centias habentes edomitas ſunt Regnũ Dei,
in quo ita ſunt ordinata omnia , vt quod eſt
in homine pręcipuũ & excellens imperet cæ
teris nõ reluctãtibus quæ ſunt nobis,beſtijſq.
communia. 8.Beati qui perſecutionẽ &c. De
qua Nyſſ.ſup.orat.8.ecce finis,& euentus diui
norum certaminũ,& propter Deum ſuſcepto
rum periculorũ,& laborũ remuneratio,ſudo
rum præmium,quo regnũ cœlorũ athletę cõ-
ſequũtur,& Aug.1.de ſer.do.in mõte c.8.pace
intrinſecus cõſtituta,atq.firmata, quaſcumq.
perſecutiones ille qui foras miſſus eſt(diabo-
lus princeps huius ſeculi)forinſecus concita-
uerit,auget gloriã quę ſecundũ Deum eſt &c.
Ideo ſequitur:beati qui perſecutionẽ patiun-
tur propter iuſtitiã quoniã ipſorum eſt regnũ
cœlorum.Apud Luc.autẽ c.6.tãtum quattuor
beatitudines numerãtur.1.4.3.&.8.quia vt no-
tat.S.Th.q.69.a.3.ad.6.ſermonẽ tunc Chriſtus
habuit ad turbas, quæ non erant ita capaces,
vt omnes beatitudines eſſent illis exponẽdæ,
ſed tantum aliquæ,vt ibi latius docet D.Tho.

Nota,quod olim quidẽ in bene agẽdo fæli 44
citas formaliter à nonnullis eſt conſtituta,vt
ſcribit Ariſt.7.Politic.c.3.ſed Theologi docẽt
actiones bonas eſſe vias,& gradus ad fælicita
tem,vt ait Nazian.lib.de pauper. amand. Hæ
igitur octo beatitudines ſunt octo gradus ab
Ezechiel.c.40.conſtituti tẽplum Dei ingreſſu
ris;hæ tabulæ octo ſacri tabernaculi,quarum
baſes argenteæ Exod. 26. &.36.Hæ deſignatæ
per octo dies, quibus exactis Chriſtus electis
gloriam ſuam in monte ſancto manifeſtauit
Luc.9.Hæ octo animæ illæ quæ per arcam ſa
luæ factę ſunt pereuntibus cæteris omnibus.
1.Pet.3.His reſpondent octo virtutes, & fidei
viuæ fructus nnmerati à Petro ep.2.cap.2.cum
inquit,vos autem curam omnem ſubinferen
tes miniſtrate in fide veſtra virtutem,in vir-
tute autem ſcientiam,in ſcientia autem abſti
nentiam,in abſtinentia autem patientiam,in
patientia autem pietatem , in pietate autem
amorem fraternitatis,in amore autem frater
nitatis charitatem.Hæc enim ſi vobiſcum ad
ſint,& ſuperent,nõ vacuos & ſine fructu vos
cõſtituent in dñi noſtri Ieſu Chriſti cognitio
ne,quę verba optimè explicat Feuardẽtius ibi.

SECTIO. XI.
Quot nã ſint fructus Spiritus Sancti.

Duo-

Digitized by Google

45 DVodecim fructus SS. ponit Paul. Gala.5.fructus inquir, ſpiritus eſt charitas gaudiũ,pax, patiẽtia,benignitas, bonitas, longanimitas, manſuetudo,fides,modeſtia,cõtinentia,caſtitas. Acq.ibidẽ indicat varia opera carnis,quæ ex praua cupidicate oriuntur contraria fructib. SS. de qua re lege Hierony. & alios ibi. D. Th.q.70.a.4.qui etiam a.3.eiuſdẽ q.ad 4.ex Aug.docet non fuiſſe Paulo propoſitũ eo loco omnes omnino actus ꝓſequi,qui poſſẽt eſſe SS.fructus,ſed tm̃ pręcipuos: quod etiã de beatitudinib.dici poſſe affirmat Valẽ. diſp.5.q.9.punct.2.in fin. ſcilicet, non omnes actus præſtantiores, qui beatitudines nominari queunt,illis expreſſe cõtineri, quanquã ad illas,omnes vtcumq. reuocari poſſunt, vt docet D.Th.q.69.a.3.cõſonant Scot. 3. d 34.q. vnic.& Ouand.ibi ꝓpoſ.1. dicentes ſcripturã nõ ſemp omnia velle numerare, ſed aliqua exprimere,& aliqua omittere, quæ alibi explicat.Sic Pet.2.c.1.ponit.8. miniſtrate in fide veſtra virtutẽ,in virtute ſcientiã,&c.& Paul. 1.Cor.12.ponit.9.gratiam ſanitatẽ operationẽ virtutum,&c.cum tamen poſſent plura illius generis numerare.

Fructus explicat Mai.3.d.34.q.1. vbi ait longanimitatẽ eſſe idẽ cum pſeuerãtia quam cũ D.Th.ſup.Martin.de Magiſtr.ait eſſe ſpecialẽ virtutẽ,generatiq.putat ex hoc actu, & ſimilibus volo p totã vitam.l.certo tẽpore pſeuerare in bono:hos autẽ actus volo orare, ieiunare,iuſte agere p totam vitam,vel tali aut tãto tẽpore ait ptinere ad religionẽ, tẽperantiam, iuſtitiã,&c.Sed Almai.ead.d.q.vnica,vbi etiã explicat fructus,lõganimitatẽ, ait eſſe magnã quandam ſpem, qualem habebant patres in lymbo expectantes aduentũ Chriſti, & ſuam redẽptionem.Porro ex illis actib.volo in bono pſeuerare p totam vitam,vel certo tẽpore non generati virtutẽ ſpecialem, quæ p ſe habeat actus illos elicere,facile cõtra Mai. probatur,quia ſicut ſm̃ illũ per hunc actum,volo orare tanto tempore,vel per totã vitam,non generatur virtus diſtincta ab ea,qua volumus abſolute orare,ita per actũ iſtũ volo p totam vitam,vel certũ tempus,perſeuerare in bono, non comparatͬ hæc virtus diſtincta ab ea, qua volumus bene agere abſolute, & in cõmuni, ſed de hac re plura dicemus ſuo loco.2.2. 46.

QVÆSTIO LXXI DE VITIIS ET PECCATIS.

Art.1.*Vtrum vitium contrarietur virtuti?*

Art.2.*Vtrum vitium ſit contra naturam?*

Art. 3.*Vtrum vitium ſit peius quam actus vitioſus?*

Art.4.*Vtrum peccatum ſimul eſſe poſſit cum virtute?*

Art. 5.*Vtrum in quolibet peccato ſit aliquis actus?*

Art. 6.*Vtrum conuenienter definiatur peccatum, vt ſit dictum, factum, vel concupitum contra legem æternam.*

PRÆFATIO AD TRACTATVM ISTVM DE VITIIS ET PECCATIS

DE iis,quæ ad præſentem tractatũ pertinent,qui apud D. Tho. patet ab hac q.71.vſq; ad 89. incluſiue, legendi ſunt Magiſt.& alij Scholaſtici.2.d.21.vſq; ad 23.& d.30. vſq; ad finem lib. Marſ.2. q.14. vſq; ad 22. Alenſ.2.p.a q.74.vſq; ad finẽ.D.Tho. diſp.de malo,Cardin.Bellarm.to.3.contro.2. Azor to.1.inſtitutionum lib.4.per totum, Pariſienſis tractatu de vitijs & peccatis, Almain.3.moral. c. 13. & ſequentib. Angeſt.etiam in ſuis moralib.Cordubens. lib. 2.& 3.Caſtro,& Sũmiſta verbo peccatum Ioann. Arbo. 14.Theoſophiæ c.8. & ſequentib. Altiſiod. 2. ſummæ tract.13.& ſequentib. Sommius tract. de peccatorum remiſ.Caniſ. in catechiſmo,Petr.de Soto lib.de differentia peccatorũ,Toletus tract. de 7.peccatis mortalib.Antoni.1.p.titul.6.vſq; ad.9.Viguer. in inſtitut. c.18.per totum.Herrera tom.de peccatis in. 2.ſent. & ibidem Anglet, Ouand. Rada. Vincen. in ſpeculo morali,lib.3.p.2.quẽ D. Tho.eſt ſecutus.

Dubitari autẽ hic nõ in merito poteſt,cur ſicut D. Tho.ſeorſum de virtutib.diſſeruit,ſeu de habitib.ſtudioſis,non diſſeruit etiam diſtincte, & ſeparatim de vitijs,ſeu de habitib.vitioſis, ſed vnũ aut aliud verbum, de illis tantum dixerit in materia de vitijs, & peccatis,quod etiam alijs Theologis accidit,cur item cum D.Tho.ſeparatim diſſeruerit de actibus vitioſis, ſeu peccatis non etiam ſeparatim diſſeruerit de actibus ſtudioſis.Reſpondetur de habitibus vitioſis nihil fere reſtabat dicendum poſt ea, quæ de habitibus in genere, & de habitibus bonis in ſpecie, ſeu de virtutibus dicta ſunt, nam obiter, cum de virtutibus ageretur, multa de vitijs oppoſitis dicta

ſunt, & quæ ſupererant, ad integrũ tractatum non ſufficiebant, maxime cũ obiter agendo de actibus vitioſis explanari poſſent de actibus autem ſtudioſis peculiaris tractatus inſtituτus non eſt, quia præter illa, quæ de ipſis tractatu de bonitate, & malitia human. actuum dicta ſunt, & ea quæ ad intelligentiam actuum vitioſorum dicenda ſunt, nihil fere de illis dici poterat, ſed quamuis tractatum integrum de habitibus vitioſis, ſeu prauis facturi non ſimus, placuit illis integram diſputationem dare, antequam de eorũ actib. diſſeramus. Nec diſputabimus in præſenti de prauis habitibus, qui virtutibus intellectualibus opponuntur, ſed de illis tãtum, qui cum virtutibus appetitus oppoſitionem habent.

DISPVTATIO I. DE VITIIS SEV VITIOSIS HABITIBVS.

Sectio 1. De varijs vitij acceptionibus, & qualiter in præſenti vſurpentur.

1. *Vitij acceptiones.* VT tractatu.11.varias virtutis acceptiones notauimus, ita in præſenti variç vitij acceptiones notandæ ſunt. Primo igitur vitiũ ſumitur pro quocũq. rei defectu, etiã naturali vt conſtat apud Ciceronem Tuſcu.4. Aug. de perfectio.iuſtitiæ.ratiocinatione.4. Vlpianũ, l.1. ff de edilitio edicto, & videtur dici vitiũ, quaſi vitiet, ſeu vim inferat naturæ, vnde Auguſ.3.de lib.arb.c.13.quid aliud eſt vitium, niſi vitio corrũpi; omne vitium eo ipſo, quod vitiũ, cõtra naturã eſt, & c.14. quod naturæ perfectioni deeſſe perſpexeris, id vocas, vitiũ, & Ariſt.7. Phiſ.ca.3. text. 18. corruptionẽ appellat vitiũ, ſic virgines cũ corrumpũtur vitiari dicuntur, & parietes vitium facere, cum ruinã minantur, & ſcripturæ ac merces corruptę, vitioſæ vocantur.

2. Pro culpa etiam actuali apud Horatiũ ep. 1. & Ciceronẽ.1.de finib.Aug.3.de lib.arb.c.14. Vnde Cicero.4.Academic.quæſt. huc ſuperueneris me tibi primum quidquã cõcedente, meum vitium erit. Sic vitio vertere, & dare, & in vitio ponere eſt culpare.3.Tuſcul.ſed potiſſimum culpa habitualis vocatur vitiũ. Vnde Aug.lib.de perfectione iuſtitiæ reſp. ad 4. rationem. Cæleſtij ait. Rapina habitus eſt id eſt qualitas ſm̃ quam malus eſt animus etiam qñ nihil agit; vnde auaritiæ, vel rapinæ ſeruiat, etiam qñ audit, nõ cõcupiſces ſeque vituperat, tamen auarus manet.

3. Quãuis, quia culpa habitualis nõ eſt ꝓpriè qualitas, teſtimoniũ hoc ſequenti acceptioni accõmodari poteſt. 3. Sumitur vitiũ ꝓ vero habitu prauo, vt apud Cicero.4. Tuſcul. & Aug. dicta ratiocinatione.4. in qua ſola acceptione vitium ſtricte ſumi putant D.Th.hac q 71. a.1. & Pariſienſ.tract.de vitijs c.1.quod Bellar. 1.de ſtatu peccati c.1.elegãter cõfirmat, dicẽs, nõ eſſe idẽ peccatũ, & vitiũ peccatum eſt nomen operationis malæ, quæ opponitur operationi virtutis: vitiũ autẽ eſt habitus malus, qui opponitur virtuti, vt virtus habitũ ſignificat, in hoc enim mala bonis præſtant, quod vocabulis magis abundãt, nã ad ſignificandã actionẽ virtutis nullã habemus ꝓpriã vocem, & idcirco vtimur nomine virtutis tum ad actionẽ, tũ ad habitum deſignandũ. Ad ſignificandã vero actionẽ, quæ naſcitur ex vitio, habemus plurimas voces, peccatum, crimen, delictum, ſeclus, facinus, flagitium, culpã, erratũ, &c. Eſſe autẽ vitium nomẽ habitus nõ actionis, ex corporalib.rebus intelligi poteſt, vnde nomina ad res ſpirituales transferri ſolent. dicimus namq. vitium eſſe in equo, qñ habet ꝑmãnẽtẽ aliquã qualitatẽ, ob quã ſæpe aut ceſpitat, aut terretur, aut fræno regi non recquit; ſed ſi caſu id accidat ſemel atq. iterum, nõ ꝓpterea dicitur equus vitioſus, quocirca recte Ariſt.7.Ethic.c.8.vitium comparat cum hydropiſi, quæ eſt ſitis ꝑmanens, & Aug. lib. de ꝑfectione iuſtit.ca.4.ſimile dicit eſſe vitiũ curuitati tibiæ, peccatum autẽ claudicationi. Hæc Bellar.cui cõſonat Beuxam.Indictionario Theologico. Verbo peccatum, dicens peccatum notat culpã, vitium culpæ ſequellã, id eſt habitum, qui ex culpa ſequitur.

Imo Medi.hic, & aliqui alij dicant, nõ omnẽ habitum malum eſſe ſtricte vitium, ſed illum tm̃.qui fuerit vſu, & cõſuetudine firmatus, ita vt nõ habeat modum diſpoſitionis, ſed ꝑfecti habitus, vnde Ariſt.7.ethic.c.1.& 8. diſtinguens intẽperãtem ab incõtinenti, ait, incõtinentẽ nõ ex vitio peccare, quia nõ peccat ex habitu ꝑfecto, & radicato, ſed ex imperfecto, & facile mobili, vide D.Th.ibi lect.8. Et ſane homo non dicitur abſolute vitioſus niſi propter huiuſmodi habitum, & conſuetudinem, ſicut nec ſtudioſus, niſi propter habitum virtutis in ſtatu perfecto, vel propter bonorum operum aſſuetudinem. Hactenus de nomine, ad rem veniamus. 4.

Sect. 2. Quænam ſit ratio, & eſſentia habitus vitioſi.

Scotus

5 SCOTVS.1.d.17 q.2 §.quãtum ad iſtum articulu,&.§.ad argumẽta adducta pro.5.opinione, indicat oullum habitũ acquiſitum eſſe eſſentialiter vitium aut virtutem,ſed in vno ſtatu eſſe vitium,in alio autem virtutẽ: quod etiam ſenſit Scotus quodlib.18.a.1. Angeſt.in moral.c.6.§.penultimo concl.2.& cap.14.§.1. concl.5.Corol.1.Maior etiam ſaltẽ de aliquibus habitibus concedit.1.d.17.q.8.ad.4.&.3.d.36.q.3.in fine,in vno ſtatu eſſe virtutes,in alio vitia.Scoti opioionem probabilẽ cenſet Vaz.d.84.c.2.fauet Azor lib.3.c.14.q.6.& cap.25.q.3.dicens,habitus exiſtentes in appetitu ſenſitiuo eſſe perſe indifferentes,producere autem actus bonos,vel malos vt impulſu voluntatis eis ad bonum,vel malum vtimur &ſic extrinſece & accidẽtario fieri virtutem aut vitium,& Dur.2.d.40.q.3.ad.1.&.3.d.33.q.2.nu.8.ponit habitus aliquos indifferentes,qui ſucceſſiue ſint boni & mali.Okam etiam.3.q.10.&.q.12.a.2.lit.M.M.&.a.4.principali ad.4.dub.poſt.6.concl.Gab.d 23.q.1.a.1.lit.P Almai.q.2.ponũt habitus appetitus, ſenſitiui extrinſece & accidentario eſſe virtutes aut vitia, & ita concedunt aliqui iuoiores,ſed Sua.to.2.Metaph.d.44.ſect.13.nu.13.& ſeq.&.3.p.tom.3.q.62.a.2.& clarius ſæpe alibi in codicibus manuſcriptis licet doceat,etiam in voluotate eſſe aliquos habitus ex ſuo obiecto &ſpecie indifferẽtes, nimirum genitos ex actibus indifferentibus in ſpecie,tameo ſentit,nunquam virtutes aut vitia fieri,&ita habitum,qui ſemel eſt virtus, ſemper & eſſentialiter eſſe virtutem, qui vero ſemel eſt vitium, ſemper & eſſentialiter eſſe vitium,quod etiam docet Palac.2.d.40.d.vni.concl.4.&.de omnibus habitibus voluntatis eſſe eſſentialiter virtutes aut vitia ſeotire videtur Azor ſupra, licet ſecus ſentiat de habitibus appetitus ſenſitiui, quæ omnia & alia retulimus tract.10.d.7.ſect.1.diuiſione.7.& tract.11.d.1.ſect.2.&.3.&.d.2.ſect.1.& tract.7.d.4.ſect.1.in fine.

6 Alij vero ſeutiunt nullos dari habitus indifferentes in voluntate aut in appetitu ſenſitiuo,ſed ſingulos eſſe determinate,ſemper & eſſentialiter aut virtutes,aut vitia.1.ſentire videntur Caiet.q.55.a.t.Med.a.3.& q.18.a.9.dub.1.ante ſolutionem argumentorũ,Vaz.illo.c.2.Valeo.d.2.q 13.punct.6.&.d.5.q.1.pun.1.&.q.4.pun.1.Conim.in Eth.d.7.q.1.a.2.& comuniter alij recentiores,imo idem indicauit Dur.2.d.40.q.1.nu.7.& quidem ꝙ aliqui habitus ſint eſſentialiter boni & ſtudioſi,aperte tenent multi citati tract.11.d.1.ſect.2.ſcilicet Capreo.Dur.Ocham & Gab. quod ſi ita eſt,ſimiliter dicẽdũ eſt aliquos habitus eſſe eſſentialiter vitioſos ſeu vitia.

7 *1.Concl.* Et in primis ſi voluntas poſſet ferri in malum,ſub ratione mali, non dubiũ, quin habitus genitus ex actibus quibus tenderet in malum morale ſub ratione mali moralis,eſſet eſſentialiter malus moraliter, quia eſſẽtialiter inclioaret ad ſimiles actus, qui quidem non poſſunt nõ eſſe mali moraliter, ergo habitus eſſentialiter erit malus moraliter eo modo, quo habitus põt eſſe malus moraliter ſcilicet per moduoi principij actus mali moraliter tom.autem.1.vidimus,voluntatem non poſſe ferri in malum ſub ratiooe mali,vnde videndum eſt,an poſſit alio modo dari habitus eſſentialiter malus.

8 *2.Concl.* Deinde dico, habitum productum actibus,quibus formaliter volumus oialum(licet oon ſub ratione mali) facere, legem iuſtam violare, rationi iuſtæ repugnare, etiã eſſe eſſentialiter malum.&vitioſum,cum eſſeotialiter inclinet in actus,qui intrinſece, ex obiecto ſunt mali.Idemq.eſt de habitu genito ex actibus,quibus licet formaliter,&explicite malum morale non attingamus,ſcilicet,volendo etiã ipſam malitiam,tñ attingimus obiectũ,ꝙ nulla ratione poteſt honeſtari:licet actus, quo attingit̃ poſſit forte per ignorantiã inuincibilem excuſari,vt volo mentiri,vindictã priuata authoritate ſumere, innocentẽ occidere,etiam ſi ego nõ ſim iudex, nec ipſe ſit probatus nocens,nec ad id facultatẽ a Deo habeã,alienũ accipere inoito omni eius domino,& ſic de ſimilibus actibus, qui habent obiecta,quæ ſm̃ ſe,vel vt ſubſunt circunſtantijs formaliter,& explicite in ipſis volitis,nõ poſſunt honeſtari,talis enim habitus intrinſece,& eſſẽtialiter reſpicit actus intrinſece malos ſcilicet, quãtũ eſt ex parte ſuorũ obiectorũ,ergo&ipſe eſt intrinſece malꝰ,nec eſt iocõueniens ꝙ habitus intrinſece malus inclinet & concurrat ad actum per accidens bonum.1.ſuppoſita ignorantia inuincibili & inculpabili,ſicut tractatu præced. docuimus, eſſe probabile, habitum intrinſece bonum poſſe concurrere ad actum per accidens malum ſcilicet,ex ignorãtia culpabili,vel aliqua circunſtantia,vt virtus formatiua,quę eſt intrinſece bona,poteſt per accidens propter in diſpoſitionem materiæ concurrere ad opus naturaliter malum,ſeu adpeccatum naturæ, quale eſt monſtrum.

9 *3.Concl.* Dico.3. habitus qui generatur ex actibus malis, quorum obiectum non eſt intrinſece malum, ſed aliqua ratione poteſt honeſtari,nõ eſt intrinſece & eſſentialiter malus,aut vitioſus,ſi ad nullos alios actus inclinet,patet quia ſi ad nullos alios actus inclinet, non inclinat ad actus eſſentialiter malos;ergo non eſſe eſſentialiter malus, ſed ad ſummũ ex accidẽti erit malus,quando actus, ad quos inclinat,reuera ſunt prohibiti,boous

autem ſi non ſolum non ſunt prohibiti, ſed
etiam ſunt boni,quantum eſt ex parte obie-
cti,quod de ſe eſt bonum,& honeſtum:indif-
ferens aurem quádo actus,ad quos inclinat,
nec prohibiti ſunt,nec ex parte obiecti ſunt
boni,& hoc eſt quod dicit Augeſt.ſupra eum
dem habitum,quádo inclinat ad actum, qui
eſt bonus,eſſe bonum,malum auté &vitium,
quando actus ad quem inclinat eſt malus.Di
xi in concluſione,ſi ad nullos alios actus in-
clínet,quoniá ſi ad alios actus qui ſint eſſen-
tialiter mali,inclinet,ex eo cap.& ſecundum
eam rationé erit eſſentialiter malus, ex alio
vero cap. & ſecundum aliam rationem non
erit eſſentialiter malus,ſed ex accidenti ma-
lus & eſſentialiter indifferens,ſi vero idé ha-
bitus ex vna parte inclinet ad actus eſſentiali
ter malos, & ex alia ad eſſentialiter bonos,
erit ſecundum vnam rationem eſſentialiter
malus,& ſecundum aliá eſſentialiter bonus,
ſicut idem habitus iuxta opinionem multo-
rum,ſecundum vnam rationem eſt eſſentia-
liter practicus,ſecundum aliam vero eſſentia
liter ſpeculatiuus. Fortaſis, tñ non pôt idem
habitus ſecundum vnam rationem inclinare
ad actus eſſentialiter malos,&ſecundum aliá
ad eſſentialiter bonos, vel eſſentialiter in-
differentes.Cum ergo ait D.Th.q.50.a.3. habi
tum diuidi in bonum,& malum, vt genus in
ſpecies,vel ſermo eſt de ſpecie ſubſtanriali,&
accidentali,vel ſi de ſola ſubſtantiali intelli-
gitur,explicari debet de bono & malo eſſen-
tialirer & præciſe, ira vt ſenſus ſit, habitum,
qui eſſentialiter tãtum eſt bonus, ſpecie ſub-
ſtantiali differre ab eo,qui ſubſtantialiter eſt
malus,ſiue ſint alij habitus ſpecie diſtincti,
qui ſubſtãtialiter ſint ſimul boni & mali,vel
boni,aut mali ex vna parte & ex alia indiffe-
rentes,ſiue nó.Imo & ipſe D.Th.q.55.a.4.aper
te indicat dari habitus affectiuos indifferen-
tes ad bonum & malum morale,ait enim no
tandum eſt quod habituũ operatiuorum ali-
qui ſunt ſemper ad malũ,aliqui vero quãdo-
que ad malum ſicut opinio ſe habet ad verũ
& falſum. Virtus autem eſt habitus ſemperſe
habens ad bonum & ideo vt diſcernatur ab
his,quæ ſe habent quandoq.ad bonum,dici-
tur,qua nullus male vtitur idé expreſſiſsime
docuit Scot.2.d.41.ad.2.

Sed obijcies.1.Quia habitus ſecundũ Ariſt.
10 in prædicamento qualitatis et.5. metaph. eſt
1. Obiectio. qualitas,qua quis bene, vel male diſponitur,
ergo omnis habitus,vel diſponit bene, et ſic
erit virtus,vel male, et ſic erit vitium, et ita
nullus erit habitus indifferés, et medius inter
bonũ et malũ.2.Quia nullus datur actus indif
ferés in indiuiduo:ergo nec habit⁹.3.Quia in
intellectu nullus datur habit⁹ ex ſe indifferés
ad verũ& falſũ.Ergo nec in voluntate ad bonũ,
& malum.Conſeq. tenet ex paritate rationis.
Añs vero probatur,quia actus & habitus pro
portionãtur: omnis autem actus intellectus,
quo aliquid affirmamus,vel negamus eſt ex
ſe verus,vel ex ſe falſus:nam ſpeciem ſumit
ab obiecto,quo manéte,ſemper actus erit ve-
rus,vel ſemper falſus. Si autem mutetur ob 2.
iectum, non manebit idem actus. Ad.1. R.cũ
Ariſt.ait habitũ bene vel male diſponere, nõ
loquitur de bonitate & malitia morali, quia
ratio habitus latius patet,& definitio illa cõ-
uenit habitibus intellectiuis,qui nõ ſunt bo-
ni aut mali moraliter: intelligitur ergo per
bene,vel male conuenienter,vel diſcõuenié-
ter naturæ ſubiecti. Habitus ergo voluntatis,
qui non eſt vitiũ,quãuis nec virtus ſit,dicitur
conueniens naturæ ſubiecti,quia inclinat ad
aliquid conueniens naturæ & per ſe nullum
malũ affert,ratione cuius diſconueniens cen-
ſeri debeat,& in hoc ſenſu dicunt quidá,diui
ſionem illam habitus tradiram à D.Th. in bo
num & malũ, eſſe ſufficientem:nõ vero ſi in-
telligatur de vitio et virtute mortali ſecundũ
ſpecies ſuas:quia datur habitus indifferés, qui
ſecundũ ſpeciem ſuá, nec virtus, nec vitiũ eſt
eo ꝙ obiectum eius non eſt honeſtũ,nec tur-
pe,ſed aliquid delectabile aut cõmodum na-
turæ ſine turpitudine aut honeſtate:ſicut etiá
actus qui non reſpicit obiectum honeſtum,
nec turpe,ſed delectabile, vel cõmodũ natu-
ræ ſine turpitudine & honeſtate, non eſt eſ-
ſentialiter bonus aut malus, ſed indifferens.
Exẽplũ aliqui ponunt in amore ſanitatis,vel
ſcientiæ non vt honeſta bona ſunt,& conſen
tanea rationi,ſed tantum vt cõmoda naturæ,
ſed ſuperiori tom.ſæpe docuimus ſcientiá &
ſaniratem eſſe obiecta perſe bona,& honeſta
&vt actus circa illas ſit bonus & honeſtus,nõ
eſſe neceſſariũ, vt ſcientia & ſanitas amétur,
quia ſunt conſentaneæ rationi, ſed ſatis eſſe
amari,quia ſunt maxime cõſentaneæ naturæ
ſine vlla diſſonantia,vel indecentia,delecta-
tiones vero guſtus & tactus viſus auditus et
alias ſimiles nõ prohibiras,eſſe obiecta indif-
ferétia,circa quæ habétur actus humani, et li
beri indifferentes in ſpeci,nunquam vero in
indiuiduo,quia amare illas præciſe propterſe
et amare illas propter malum finé eſt malum
propter bonum auté finé eſt bonum, ſemper
autem amãtur aliquo ex his modis,dari ergo
poſſunt in voluntate habitus indifferétes cir-
ca obiecta,ſcilicet, indifferentia,Neq. obſtat
Ariſt.2.Rhet.c.12.dicens habitus,aut eſſe vir-
tutes aut vitia,ná vt ait Palac.ſup.Ariſt.ibi.nõ
dicit,oés habitus eſſe virtutes,aut vitia,ſed ali
quos:ꝙ vero dicit.2.eth.c.3.habit⁹ animi circa
ea eſſe, quibus homo melior,aut deterior fit
etiá ſi de indifferétibus habitibus intelligaẽ,
verũ eſt,quia p illa, vt in indiuiduo amãtur,
homo

Digitized by Google

homo melior,vel deterior ſemper fit. Quod
vero ait.7 eth c.12.habitum intendere bonũ
aliquod non eſt contra nos,quia etiam habi
tus indifferens imo & malus intendit bonum
aliquod:non tamen ex natura ſua honeſtum
& propter ſe tantum recte expetibile.

11 Ad.2.R.habitum generari ab actbus ſecun
dum ſuam ipſorum ſubſtantiá,& non ſecun-
dum eorum circunſtantias,& accidẽtia, ideo
per actus,qui ſecundum ſubſtantiá ſuam ſunt
indifferentes,quamuis ex accidenti ſint boni,
aut mali,non generari habitũ bonum,vel ma
lum,ſed indifferentẽ in ſua ſpecie,& interdũ
in indiuiduo,ſicut in intellectu fides huma-
na,& opinio ſunt habitus indifferentes in in-
diuiduo,ita vt nec ſint virtutes intellectua-
les,nec vitia quando nullũ errorẽ continent.
Quamuis ſunt,qui dicant,forte omnẽ habitũ
appetitus ſenſitiui,vel intellectiui in indiui-
duo ſpectatum eſſe bonum,vel malum mora
liter ab extrinſeco & accidentali ſtatu, quod
tamen eſſe falſum docebimus ad.2.difficulta-
tem poſt.5.concluſionem.

Ad.3.R.ſi teneamus opinionem quæ aſſe-
12 rit in intellectu nullum actum eſſe indifferẽ-
tem ad verum & falſum in indiuiduo neq. in
ſpecie:adhuc defendere poſſumus dari habi-
tum indifferentem in ſpecie:quia habitus ma
iorem latitudinem habet quam actus & idem
habitus fidei humanæ,vel opinionis nunc aſ-
ſentitur propoſitionibus veris nunc falſis ex
teſtimonio humano, vel ratione probabili.
Qui vero tenent,habitus genitos ex actibus
diuerſis ſpecie,differre ſpecie & ſimul dicunt,
nullum actum intellectus eſſe indifferentem
ad verum & falſum,idem de habitibus dicere
debent.Sed quia in volũtate dantur actus in-
differentes in ſpecie ad bonum & malum,
idem de habitibus dicere poſſunt. Et quidem
in intellectu nullum eſſe actũ natura ſua in-
differentem, multi recentiores tenent et eſt
ſatis ꝓbabile:cũ enim dico,Petrus currit, de-
ſigno tẽpus præſens,affirmando autẽ id reſpe
ctu eiuſdẽ tẽporis nunquá aſſenſus qui ſemel
fuit verꝰ, poterit eſſe falſus.Sed hæc doctrina
aperte eſt cõtra Ariſt.Philoſophos et Theolo
gos cõmuniter:ná Ariſtot. late.c.de ſubſtan-
tia ait,orationem et opinionẽ eaſdẽ et immo
tas manẽtes,fieri de veris falſas et ecõtra. Idẽ
docent omnes ibi et Palac.2.d.40.q.vn.cõc. 4
Dur.q.3.ad.1.Caie.et alij.1.2.q.19.a.1.vbi Med.
id clarũ dicit,et ꝑfecto cũ dico in mẽte mea
Petrus currit nõ limito ad tẽpus qꝺ eſt præſens
cũ incipio id affirmare;alioqui ad affirmãdũ
poſtea idẽ de qualibet parte alicuius tẽporis
oporteret infinita mutare iudicia.Ergo in eo-
dẽ iudicio maneo affirmãdo tẽpus præſens et
præſcindẽdo ab hoc et illo, et ita p mutationẽ
rerũ iudiciũ tráſit ꝺ vero in falſũ, et ideo Sco.
et alij in ſũmulis dicũt veritatẽ et falſitatẽ nõ
eſſe ſubſtãtiá,ſed qualitatẽ ꝓpoſitionis etiámẽ
talis.Dico.4.habitꝰ vitioſos in ſuo eſſe naturæ 13
conſideratos,ſpeciem ſubſtantialẽ ſumere ex
obiectis motiuis ſeu formalib.nõ vero ex ter-
minatiuis,ſeu materialib.quamuis de actibus
ab vtriſq. obiectis ſpeciẽ naturæ ſumere dixe
rimus tractatu de vltimo fine, & tractatu de
actib. humanis,& tractatu de bonitate,& ma
litia human.actuũ.Ratio diſcriminis eſt,quia
habitus latius patet quá actus,ideo actus, qui
verſatur circa diuerſum mediũ, vel diuerſum
finẽ, eo ipſo diuerſus eſt ſm̃ ſpeciẽ naturalẽ,
at vero habitus idẽ ſm̃ ſpeciem ſuam natura-
lem poteſt attingere finem, & varia media
ad illum conducentia. Et Confir. quia, vt in
naturalib.eadẽ eſt inclinatio ad cẽtrum,& ad
loca media,ſcilicet,grauitas,ita in anima ea-
dẽ eſt inclinatio habitualis ad finẽ, & ad me-
dia,& ideo idẽ habitus in eſſe naturæ eſt, qui
intendit finem,& eligit media ad illum, ſiue
bona ſiue mala ex ſe ſint,ſiue indifferentia,&
ſimiliter ſiue finis ſit bonus, ſiue malus, ſiue
indifferens in eſſe moris. 14

Dico.5. habitus iſtos non eſſe malos mora-
liter,ac proinde nec vitia ex ſuis obiectis mo
tiuis,vt ſic.Prob. quia habitus non eſt malus
niſi quatenus inclinat ad malũ obiectũ,obie-
ctum autẽ motiuũ,vt ſic, nõ poteſt eſſe malũ,
quia appetitus,nec perſe ſolum, nec cum ha-
bitu poteſt velle malũ ſub ratione mali: ergo
nullus habitus ex obiecto motiuo,vt ſic,mali
tiam habet,ſed ex alio capite. ſ.ex eo quod in
clinat in id quod reipſa eſt malum, & prohi-
bitum,ſeu contrarium rationi aut legi, licet
inclinet in illud ſub ratione aliqua boni. Pro
quo nota,habitus iſtos dupliciter dici malos:
vno modo formaliter, alio modo cauſaliter,
formaliter quidẽ dicuntur mali à priuatione
aliqua illis adiuncta:generatim enim omne
malũ in priuatione cõſiſtit,vt ſequenti diſpu-
tatione dicetur,& tractatu de bonitate & ma
litia human. actuum dictũ eſt. Vnde Aug. 3.
de libero arb.c.13.& 14.& in Enchirid. c.13. eſ-
ſentiá vitij, quia malũ quoddá eſt,in corrup-
tione,& priuatione boni cõſtituit,virtualiter
autẽ,& cauſaliter dicuntur mali, in quantum
ſunt cauſæ priuationis, qua formaliter cõſti-
tuuntur mali,& in quantũ ſunt cauſæ actuũ,
qui ſunt mali moraliter,& hoc habent ex ſua
natura præciſe ſumpta,vel in aliquo ſtatu ſpe
ctata in quo inclinatur ad aliquid malũ legi,
& rationi contrariũ,quatenus ſunt cauſæ ma
lorũ actuũ non ſolũ illi, ſed etiam potentiæ,
actus mali mortales, & veniales dici poſſunt
nomina effectum tribuendo cauſis.

Sed ex his emergunt aliquæ dificultates,
quas diſſoluere ad illuſtrandá vitij eſſentiam,
& præcedentem doctrinam maxime con- 15.
ducet.¶1.Eſt cuius nam rei priuatio vitium in *Difficulta.*
ratione vitij, & formaliter mali conſtituat.

2 ¶2. An idem habitus poſſit eſſe ſucceſſiue bonus & malus ſicut de actibus ſuperiori tomo dictum eſt & ex dictis colligi videtur, nam idem habitus qui inclinat ad comedendum quando eſt præceptum, inclinat ad commedendum quando eſt prohibitum & in priori ſtatu eſt virtus, quia inclinat ad bonum in 2. virium, quia inclinat ad malum ergo idem habitus ſucceſſiue eſt bonus & ma-
3 lus. ¶3. Eſt an idem habitus poſſit eſſe ſimul bonus & malus: ex dictis enim videtur poſſe, quia poteſt inclinare ad bonum & ad malum medium in ordine ad ſuum finem. Item ad actum prohibitum & præceptum in propria materia, vt ad comedendum hoc iuxta legem & illud contra legem. ¶4. An idem
4 habitus poſſit eſſe contrarius diuerſis virtutibus: videtur enim poſſe, quia vnus actus poteſt habere plures diuerſitates cōtrarias virtutibus ſpecie diuerſis: ergo & idem habitus poteſt contrarietatem, & oppoſitionem habere cum virtutibus ſpecie diuerſis, ſcilicet inclinando ad media, vel actus habentes oppoſitionem cum virtutibus ſpecie diuerſis, quatenus talia media, vel actus ad finem vitioſi habitus deſeruire poſſunt. ¶5. Si iſti habi-
5 tus dicuntur vitia, quia inclinãt ad bona, quibus adiuncta eſt malitia, eadem ratione naturalis propenſio appetitus ſenſitiui ad bona ſenſibilia, quæ ſæpe ſunt cōtraria rationi, erit vitium.

16 *Ad 1. difficultatem.* Ad 1. difficultatē. R. quidā eo ipſo, ꝙ habitus inclinat ad obiectū, in quo eſt malitia, inueniri in ipſo habitu quamdam improportionem & diſconuenientiam cum natura rationali, vt ſic, quæ improportio & diſconueniētia eſt priuatio bonitatis & conformitatis cum natura rationali: quæ quidem bonitas, quamuis non debeatur tali habitui, vt in tali ſpecie Phyſica conſtituto; debetur tamen ipſi præciſe conſiderato vt afficit voluntatem & naturam rationalem, quod ſufficit vt carentia talis bonitatis in habitu, vera priuatio ſit, & eodem modo Philoſophantur iſti vt explicent à qua priuatione actus ipſe dicatur malus moraliter. Sed iſte modus dicendi quantum ad malitiam actus reiectus eſt tract. de bon. & malitia hum. actuum, & diſputatione ſequenti reijcietur, & facile nunc reijcitur, quantum ad malitiam habitus, tum quia omnis diſconuenientia fundatur in aliqua priuatione immediate, & non in aliquo poſitiuo nihil enim eſt malum & diſconueniens niſi quia nocet, & nihil nocet, niſi quia priuat aliquo bono, ergo habitus non eſt malus præciſe ex diſconuenientia cum natura rationali, ſed ex aliqua priuatione fundante talem diſconuenientiam, & hanc priuationem inueſtigamus.

2. Quia diſconuenientia, quæ eſt in habitu, non eſt priuatio, ſed negatio ergo danda eſt in eo aliqua alia negatio, quę ſit vera priuatio in qua conſiſtat eius malitia. Antecedens probatur, quia priuatio eſt carentia formæ in ſubiecto apto, cui eſt debita Phyſice, vel moraliter, habitui autem malo non eſt poſſibilis nec debita Phyſice, nec moraliter cōuenientia cum natura rationali: ergo carentia talis conuenientiæ in ipſo habitu non eſt vera priuatio. ¶3. Quia licet id quod dicitur malum in ſe, dicatur formaliter malum à priuatione quam in ſe habet, tamen id quod dicitur malum alteri appellatur malum à priuatione, quam in altero cauſat: habitus autem non dicitur malus in ſe, ſed nobis: ergo non eſt malus à priuatione quam habeat in ſe, ſed quam cauſat in nobis, ſicut calor eſt malus aquę à priuatione, quam inducit in aquā. Nec difficile erit aſſignare priuationem quā habitus cauſat in anima, in primis enim cauſat priuationem contrarij habitus boni, vel alicuius gradus ipſius, & licet de potentia abſoluta fieri poſſet vt nec habitum cōtrarium, nec aliquem eius gradum excluderet, tamen adhuc inferret priuationem aliā, ſcilicet alicuius promptitudinis ad actum bonum: quādo enim habitus malus eſt in anima, cæteris paribus, minor eſt promptitudo, inclinatio, propenſio aut expeditio ad actum bonum contrarium & hæc malitia ita eſt annexa nō nullis habitibus, vt nec de potentia abſoluta poſſint ſine ipſa haberi.

Ad 2. difficultatem. R. notando ſicut quidam actus ſunt intrinſece mali, alij ex accidenti, 18 *Ad 2. difficultatem.*
ita quoſdam habitus eſſe intrinſece vitia nō quia habeant intrinſece malitiam formalem ſed quia ex natura ſua illam habent neceſſario adiunctam, & quia intrinſece habent inclinare ad actus, qui non poſſunt à malitia denudari, ſi libere & ſine ignorantia inuincibili fiant; vt habitus mentiendi, odio proſequendi Deum & c. Alij vero ſunt vitia ex accidenti, vt qui inclinant ad actum non intrinſece malum, quia ex accidenti hic & nunc ſunt in hac perſona mali, ſed mutatis circumſtantijs poſſunt boni fieri. Priores habitus, ſi non habent alios actus, non poſſunt ſucceſſiue eſſe boni & mali, virtutes & vitia, poſteriores vero poſſunt amittere rationem vitij & manere cum indifferentia, vel cum bonitate, ita vt per extrinſecam denominationem uirtutes dicantur.

Aduertunt tamen aliqui, diſcrimen eſſe inter actum & habitum, nam vt actus, qui antea 19
erat malus, iam non ſit malus, ſatis eſt vt ex obiecto, vel circunſtantijs deformitatem iam non accipiat, quia videlicet mutata ſunt & mutatio ipſa ab operante cognoſcitur, vt autem

tem habitus non ſit vitium, non ſatis eſt obiectum eſſe mutatum in ſe, vel in circunſtantijs, ita vt iam non ſint contra rationem, ac proinde habitus nō poſſit prauum actum elicere. quia ratio habitus abſtrahit ab exercitio actuum, & eius bonitas, vel malitia pender ex malo, quo diſponit potentiam; nam propria deformitas vitij ex hoc potiſſimum oriri videtur, quod inclinat potentiam ad appetendum aliquod bonum, ita effrænate vt non attendat regulam rationis & ideo fieri poteſt vt mutetur obiectum & ex malo fiat non malum & nihilominus habitus retinet rationem vitij, quia ad illam rationem boni, quæ in obiecto eſt, indebito modo inclinat & propterea vt habitus, qui erat vitium fiat non vitium, aliquo modo in ſeipſo moderari debet, ita vt aliquo modo non prauo nec difformi rectæ rationi inclinet ad rationem boni vel indifferentem.

Ex quo iſti.1. intelligi putant, illum habitum, qui in ſpecie ſit indifferens, ſemper in indiuiduo reperiri in aliquo ſtatu, in quo per extrinſecam denominationem virtus, vel vitium dicatur, quia velle ire in agrum delectationis gratia, duobus modis poteſt fieri. 1. non recte ſed otioſe, vel propter prauum finem & tunc habitus ab illo genitus, erit ex accidenti in ſtatu vitij; quia inclinabit ad actus praue exercendos 2. Propter bonum finem, & tunc habitus inde genitus, quamuis ex obiecto ſit indifferens, ſicut ipſe actus, tñ ex accidēti habet ſtatū virtutis, quia coniunctus eſt habitui recto imperāti & mouenti illum ad bonum finem, & illi duo habitus ita ſunt geniti, vt videantur ſubordinati & vnus informari ab alio per extrinſecam denominationem. Quæ omnia confirmant iſti ex proportione ad actus & habitus intellectus, in quibus ita aliqui ſunt falſi & errores, vt nullo modo poſſint ſine falſitate manere: alij vero ſunt errores mutabiles, quæ differentia in illis etiam oritur ex parte materiæ.

21 2. Intelligi putant, eundem habitum poſſe eſſe ſimul bonum & malum reſpectu diuerſorum: poteſt enim verſari circa vnam partem materiæ, quæ ſit bona, & ea ratione erit bonus, & circa aliam malam per ſe, vel ex accidenti & ea ratione erit per ſe, vel ex accidenti malus, ſimpliciter autem erit malus, quia malum ex quocunq. defectu. Si obijcias, quia idem actus non poteſt eſſe ſimul bonus & malus etiā reſpectu diuerſorum: ergo neq. idem habitus; dicunt non eſſe ſimile, quia actus eſt omnino vnus, & quaſi indiuiſibilis, & verſatur in vnica materia, vnus vero habitus inclinat ad plures act⁹, & in varijs materijs operatũ. Sed certe exiſtimo, ſatis eſſe vt habitus qui ex
22 accidēti antea erat mal⁹, iā nō ſit malus, mutatum eſſe obiectum ſecundum ſe, vel ſecundū circunſtantias, ita vt neque ipſius circunſtantiæ iam ſint prohibitæ, aut contrariæ rationi, quia eo ipſo iam non inclinat ad opus malum: ergo iam non eſt malus & ſimiliter, vt qui erat bonus, iam ſit malus, ſatis eſt obiectum, vel eius circunſtantias iam nunc eſſe malas, ſeu prohibitas, nam eo ipſo iam inclinat ad malum: ergo eſt malus: vnde reddit hominē vitioſum, non in eo ſenſu, quo vitioſus homo dicitur, qui malis actibus inclinationem ad malum comparauit, aut malis actibus aſſecutus eſt, ſed in eo ſenſu, quo vitioſus dicitur, qui ad opus malum inclinationem habitualem habet, ſiue fuerit ei infuſa à Deo, ſiue actibus bonis, vel indifferentibus comparata. Et quidem non dubito, quin Deus poſſit infundere habitum de ſe bonum, vel indifferētem, qui poſtea per prohibitionem obiecti, vel alicuius circunſtantiæ ipſius reddatur accidētario vitioſus. An vero poſſit infundere habitum per ſe, & eſſentialiter vitioſum, aut in ſtatu accidentali vitij, vt multi arbitrantur, modo non diſputo.

Deinde credo habitum ex ſe indifferentem, 23
licet poſſit accidentario reddi malus per ſolā prohibitionem obiecti, vel circunſtantiarum eius, quia eo ipſo inclinabit ad malum, nunquam tamen poſſe reddi bonū, quia bonum ex integra cauſa, & malum ex particulari defectu, ideo, vt ſit malus, ſufficit quacumque ratione inclinare ad malum, vt vero ſit bonus, debet inclinare ad bonū, ſub ratione boni, quod tamen nunquam præſtat habitus ex natura ſua indifferens, quantumcumq. ipſum obiectum præcipiatur, vel ad bonum finem ordinetur, & ſic retinebit ſuam indifferētiam in indiuiduo, et ita falſum eſt, quod illi dicebant, nunquam dari habitum indifferentem in indiuiduo, concedendum tamen eſt, eundem habitum poſſe eſſe ſucceſſiue bonum et malum, nam qui reſpicit obiectum honeſtum ſub aliqua ratione honeſta, quandiu obiectum nec in ſe, nec in circunſtantijs prohibetur, eſt bonus, quandiu vero obiectum eſt prohibitum in ſe vel in circunſtantijs, eſt malus: et ſic poteſt trāſire de bono in malum, et econuerſo. Per ſolam autem fines mutationē nunquam habitus indifferens reddetur de bono malus, vel econtra, ſi enim quis ex bono fine actum ex ſe indifferentem exerceat, duplex habitus generabitur, vnus bonus per intentionem finis boni; alius indifferēs per intentionem finis indifferentis, et inſufficientis de ſe ad actum honeſtum, qui quidem cum non inclinet ad honeſtum ſub ratione honeſti, ſed ſub ratione indifferenti, bonus, aut virtus non erit, et alioqui ſi ſeorſum generarentur hi habitus, is, qui eſt eſſētialiter indifferēs, fieri bonus, quamuis non eſſet genitus actibus bonis, quia nihil refert, quod ſimul, vel

ſeorſum generentur: conſequens eſt falſum: ergo etiam cum ſimul generantur, vnus non redditur bonus ex conſortio alterius, ſimiliterq. nec habitus indifferens genitus ſimul cum actu malo reſpiciente malum finem, red detur malus ex conſortio habitus mali, cum non inclinet ad obiectum malum, nec ad attingendum obiectum indifferẽs propter malum finem, ſed præciſe ad attingendum obiectum indifferens. Itaque ex mutatione finis habitus non mutatur de bono in malum, vel de malo in bonum, vel de indifferente in malum, vel bonum, aut econtra: ſecus tamen ex mutatione obiecti, vt docet Angeſtus ſupra. Poteſt etiam ſm̃ Maio. ſupra, variari de bono in malum, vel econtra hoc modo: ſi quis det eleemoſynã contra conſcientiã dictantẽ, nõ eſſe dandã, hic actus malus generabit malum habitum, qui tamen poſtea fiet bonus, & virtus, quando inclinabit ad actus bonos ſequẽtes dictamen verum, vel erroneum quidem, ſed inculpabilem de danda eleemoſyna, & hoc eſt, quod ait Scotus ſupra. habitum dandi eleemoſynam v.g. non eſſe virtutem, niſi ſit conuinctus cum prudẽtia, id eſt, niſi ſequatur dictamen prudentiale de danda eleemoſyna, ſi enim eſſet genitus ex actibus dandi eleemoſynam contra conſcientiam erroneam, in eo ſtatu non eſſet virtus, ſed vitiũ ac proinde mutato dictamine, idem habitus tranſiret de virtute in vitium & econtra.

24 Ex quibus colligere licet, non eſſe omnino verum quod ait Duran. 2. d. 40. q. 3. num. 5. Ad argumentum, inquit, in oppoſitum dicẽdum eſt, quod ſicut idem actus poteſt eſſe ſucceſſiue verus & falſus, bonus & malus, ſic & habitus: de habitu pertinente ad intellectum, quod poſſit eſſe verus & falſus, clare dicit Phil. 6. ethic. Vbi ait, quod opinione & ſuſpitione contingit dicere verum & falſum. De habitu autem perficiente appetitum, idem dicendum eſt, ſi ſequatur, vel correſpondeat habitui intellectus, quo contingit dicere verum & falſum, vnde ſi ſit aliquis habitus in appetitu ſequens opinionem, vel ſuſpicionem, ille poteſt eſſe bonus & malus ſucceſſiue, ſicut opinio & ſuſpicio poſſunt eſſe veræ & falſæ, habitus autem virtuoſi, qui reſpondẽt prudentiæ, non poſſunt eſſe mali, quia prudentia non poteſt eſſe falſa, cum ſit recta ratio rerum agibilium, Hæc Duran. in quibus quod ait, eundem habitum poſſe eſſe ſucceſſiue bonum & malum, admittendum eſt. Non tamen recte id exponit ac probat, ait enim habitus, qui reſpondent prudentię, non poſſe eſſe malos, quod verũ eſt, ſi non poſſent ſequi aliud dictamen quam prudentiale, ſed ſuppoſitio hæc falſa eſt, vt oſtendimus, quia idem habitus inclinat ad dandam eleemoſynam, quando datur ex prudentia, & quando datur contra prudentiam & conſcientiam, vt cum Scoto, & Mai. dictum eſt, ſic ergo tranſit habitus de virtute in vitium, & econtra, & ſic ad probandum, quod idem habitus appetitus poteſt ſucceſſiue eſſe bonus & malus, impertinens eſt, quod in appetitu ſit aliquis habitus ſequẽs ſuſpicionem, vel opinionem, aut quod iſti habitus poſſint ſucceſſiue eſſe veri & falſi.

Adde, incertum valde eſſe, quod idem habitus, vel actus intellectus quoad eandem 25
partem poſſit eſſe ſucceſſiue verus & falſus, neque id affirmauit Ariſt. ſed rationem opinionis & ſuſpicionis ſaluari cum veritate, & cum falſitate, ad quod ſufficit aliquam opinionem eſſe veram, & aliam falſam: ergo poſſibilitas tranſitus actus, vel habitus ſpectantis ad appetitum de bono in malum, & econtra non debet fundari in poſſibilitate tranſitus actus, vel habitus intellectus de vero in falſum, & econtra, ſed in alij adductis à nobis, maxime, cum etiam ſi daremus iudicium actuale, vel habituali de danda eleemoſyna tranſire poſſe de vero in falſum, & econtra, non ſequeretur, actum, vel habitum appetitus, qui ex ſe haberet ſequi tale iuditium, poſſe tranſire de bono in malum, vel econtra quia ſemper eſſet bonus, cum ſemper inclinaret ad ſequendum id quod bonum iudicatur, ſiue iudicio vero ſiue falſo. Sed obijcies, quia habitus genitus iſto actu, volo mentiri, eſt eſſentialiter malus, vt ſuperius diximus, quamuis actus, quo generatur, ſit bonus conſcientia dictante, id eſſe bonum ad vitam proximi ſaluandam, ergo falſum eſt, quod dicebamus variato dictamine habitum tranſire de bono in malum, ſi enim id eſſet verum, iſte habitus ſcientia dictante non eſſe mentiendum eſſet malus, dictante vero eſſe mentiendum eſſet bonus. Reſp. ita eſſe: quando enim diximus, eiuſmodi habitus eſſe eſſentialiter malos, nõ intendimus, malitiam eſſe illis intrinſecam, aut neceſſario coniunctam, ſed eam neceſſario habere quantum eſt ex parte ſui obiecti ſecluſa ignorantia, cum qua tamen poſſunt non ſolum exuere malitiam, ſed etiã bonitatem habere: ſicut aqua, licet ab intrinſeco, & quaſi eſſentialiter ſit frigida, tñ ab extrinſeco & per accidens põt carere frigiditate & habere calorem.¶ Quod auctores ſuppreſ- 26
ſis nominibus relati dicebãt, eũdẽ habitũ, ſcilicet in eſſe naturæ, poſſe ſimul eſſe bonũ & malũ moraliter reſpectu diuerſorũ obiectorũ materialiũ, vel actuũ, mihi placet & fortaſſe, idẽ eſt de actu, vt diximus tractat. de bonitate & malitia: tenẽdo autẽ nõ eſſe idẽ de actu, difficilis eſt ratio diſcriminis, nã ſicut habitus habet quandam latitudinem & extẽſionem,

qua

Digitized by Google

qua ſe extendit ad varios actus,& varia obiecta,& ideo poteſt reſpctu vnius eſſe bonus, & reſpectu alterius malus,ita actus habet latitudinem quandam,& diuiſibilitatem , quia in eo attenditur ordo ad obiectum, & ad talé circunſtantiam,cur ergo non poterit ratione vnius eſſe bonus , & ratione alterius eſſe malus?Dici tamen poteſt in moralibus , nullum actum cenſeri bonuum,qui non ſit quantum ex ſe eſt,dignus præmio naturali,vel ſupernaturali,& quia actus infectus aliqua malitia, id non habet,ideò noo cenſetur bonus:habitus autem quia tantum eſt bonus moraliter per modum cauſæ,& ſimul poteſt eſſe cauſa effectiua actus boni & mali moraliter , ideò poteſt ſimul eſſe bonus & malus moraliter ſuo modo per modum cauſæ , ſicut voluntas eſt virtualiter , & cauſaliter amor , & odium eiuſdem rei,nihil autem poteſt eſſe formaliter amor,& odium eiuſdem rei. Minime tamen admitto,eundem habitum poſſe eſſe bonum & malum moraliter quatenus inclinat mediate,& ſecundario,& veluti peraccidens ad bonum & malum medium reſpectu ſui proprij finis,nam abeo quod eſt peraccidés, habitus non dicitur bonus vel malus,ad malum autem non inclinat per ſe habitus, ſed quaſi peraccidens,ideò quamuis ſimul inclinet ad bonum & malum medium, non dicitur ſimul bonus & malus moralier.Per quod reſoluta manet.3.difficultas.

Ad.3. Difficul.

27 *Ad.4 Difficultatem.*

Ad.4.difficultatem reſpondét aliqui,& bene , eundem habitum poſſe eſſe contrarium diuerſis virtutibus,nam ſicut vnus actus genere ſpecie,& numero poteſt habere plures deformitates repugnantes pluribus virtutibus, ita idem habitus, par enim ratio eſt & inductione conſtat,nam qui aliena retinet ex nimio amore diuitiarum certe vnico habitu et res illas amat & retinet,& tamen in illo duplex eſt deformitas,altera auaritiæ quæ conſiſtit in nimio amore diuitiarum:altera iniuſtitiæ,idem eſt de habitu intemperantiæ , qui ioclinat ad adulterium.Nam etiá habet malitiam iniuſtitiæ,& eadé ratione fieri poteſt, vt habitus diſtincti ſpecie poſitiua,& eſſentiali in eſſe naturæ eandem deformitatam,& rationem vitij habeant, ſintq. eiuſdem ſpeciei in eſſe moris,ſicut contingit in actibus ipſis. Et ratio eſt quia iſta ſpecies poſitiua habitus variatur ex ratione formali obiecti , quę eſt ratio illa boni,qua mouemur,fieri autem poteſt,vt motiuum ſit diuerſum,deformitas vero eadem quia non oritur ex motiuo , ſed ex ipſa materia,vel aliqua eius circunſtantia, vt ſi quis alienas diuitias velit immediate propter delectationem , alterque propter honorem,habitus quidem diuerſę ſunt ſpeciei in eſſe naturæ;deformitas tamen eſt eadem nĕpe in iuſtitiæ. Ex quo colligitur quomodo virtus & vitium contraria ſunt, quod Ariſto. docuit.2.ethic.cap.7.& 8.& D.Tho.2.2 quæſt. 71.ar.1.Nam ſi conſideremus priuatiuam ſpeciem vitij,non eſt propriè contrarietas inter ipſum , & virtutem , ſed priuatiua, quia vnus vnus habitus annexam habet priuationem alterius in gradu,in quo ſunt incompoſſibiles, vt albedo annexam habet priuationem nigredinis,ſi autem ſpeciem poſitiuam & eſſentialem attendamus,illa habet quidem repugnantiam cum habitu virtutis , quæ tamen nō oritur proxime , ex formalibus obiectis vitij,vel virtutis,vt ex Ariſt.3.ethic.cap.7. ſumi poteſt: nam motiua vitij & virtutis ſæpe non ſunt contraria,ſed diuerſa, vt ratio boni honeſti , et ratio boni delectabilis , vel alterius commodi,imò virtus et vitium idem motiuum habere poſſunt v.g. ſalutem,ob quam vnus frangit ieiunium , alius autem ieiunat, vnde quando virtus et vitium ſunt habitus in eſſe naturę oppoſiti , oppoſitio ipſa prouenit interdum ex oppoſitione motiuorum,interdum ex oppoſitione obiectorum materialium , vel oppoſitarum circunſtantiarum in ſe ipſis volitarum.Exemplum primi eſt , vt ſi vnus habitus incliner ad vindictam propter ſe ipſam , alius vero ad remiſsionem propter ſe ipſam: exemplum. 2 vt ſi vnus habitus inclinet ad fugam , alius ad aggreſsiooem ex eodem,vel ex varijs motiuis.Exemplum. 3. vt ſi vnus habitus inclinet ad comedendum parum,alius ad multum.Quod in habitibus intellectus facile explicatur, nam illi etiam nō repugnant ſemper inter ſe propter repugnantiam motiuorum,ſed interdum ex ſola contrarietate,ſeu oppoſitione obiectorum materialium,vel conditionum ipſorum obiectorum,vt ſi vnus habitus ex quacumque ratione inclinet ad affirmandum, terram eſſe rotundam , alius ad affirmandum oppoſitum, vel vnus ad affirmandum,hominem eſſe animatum anima mortali,alius anima immortali , et ſimiliter opponuntur habitus intellectus,vel voluntatis ex eo quod inclinēt ad actus cōtrarios,vt ſi vnus inclinet ad aſſenſum, alius ad diſſenſum,vnus ad amorem , alius ad odium eiuſdē obiecti.et ſicut diximus, vnum habitum vitij moralis poſſe opponi varijs virtutibus intellectualibus,vt habitus affirmans Deum non eſſe opponitur habitibus Phyſicæ,Metaphyſicæ,fidei, et Theologiæ affirmātibus Deum eſſe , et duo habitus erroris poſſunt eſſe contrarij eidem virtuti intellectuali,et ſic contra fidem ſunt varij habitus errandi,et contra Theologiam,et quacumque aliā ſcientiam et artem ſimiliter. 28

29 *Ad.5.Difficult.*

Ad. 5. difficultatem R. inclinationem intrinſecam appetitus ſenſitiui, et intellectui ad

ad obiecta rationi diſſona, cum intrinſeca inclinatione habitus vitioſi conuenire, quia vtraque eſt ad malum morale ſub aliqua ratione boni, differunt tñ.1. quia propenſio intrinſeca appetitus ſenſitiui, & intellectui eſt in ſe naturalis, & ideo non eſt vitioſa, & mala moraliter, tanquam effectus alicuius actus proprij moraliter mali ſeu vitioſi, habitus vero vitiorum ſunt vitioſi & mali moraliter non ſolum quia ad malum inclinant, ſed quia ex aliquo malu actu proprio procedunt. Secundò, quia appetitus ſenſitiuus & intellectiuus inclinant etiam ad bonum morale, quod nō ſemper faciunt habitus vitioſi, quia non habent ſemper tantam latitudinem, vt ad bonum & malum morale ſe extendant. Dico autem, non ſemper: quia aliquando illam habent; nam, vt diximus, idem habitus in eſſe naturæ, ſecundum diuerſas rationes interdum eſt ſimul virtus & vitium.

SECTIO. III.

De cauſis & proprietatibus habituum vitioſorum.

30 *1. Dub.* CIRCA cauſas horum habituum quatuor dubiola occurrunt, primum de ſubiecto, an videlicet inhæreant voluntati, vel appetitui ſenſus, vel vtrique potentiæ & eſt præcipua difficultas in vitijs, quę verſantur circa paſsiones, nam qui negant, virtutes contrarias his vitijs eſſe in voluntate, conſequentur negant de ipſis vitijs, quia cum voluntas natura ſua ſit propenſa ad obiecta contraria, non poteſt per vllos actus inclinari ad obiecta horū habituum, ſicut quia terra natura ſua propenſa eſt ad locum inferiorem, nunquam acquirit propenſionem ad ſuperiorem. Alij omnino negant, hæc vitia eſſe poſſe in appetitu ſenſitiuo. Nam habitus ſolum ſunt in potentia, quæ natura ſua non eſt ſatis propenſa in eorum obiecta: ſed appetitus ſenſitiuus natura ſua eſt ſatis propenſus ad obiecta horum habituum: ergo.

31 Alij dicunt, in appetitu ſenſitiuo generari quoſdam habitus circa obiecta iſtorum vitiorum, qui tamē non ſint proprie vitia, ſed eos tantum habitus, qui ſedem habent in voluntate proprie vitia eſſe. Primam partem probant, quia in appetitu ſenſitiuo ſunt aliqui habitus, vt patet ex dictis tract. de habitibus, & tract. de virtutibus: ergo maxime iſti, qui ſunt maxime conſentanei naturæ talis appetitus. Item quia ſi in appetitu ſenſitiuo, non generarentur huiuſmodi habitus, non poſſet ab illo expelli habitus virtutis ſemel acquiſitus: quia non expellitur, niſi à ſuo contrario. Itē quia licet appetitus ſenſitiuus ſit valde propenſus ex ſe ad ſenſibilia, tamen adhuc poteſt magis ad illa propēdere, & id experiētia fieri videtur per frequentationem actuum: ergo per talem frequentationem acquiritur in eo habitus aliqualiter vitioſus, ſicut per frequentationem actuum bonorum acquiritur in eo habitus aliqualiter vitioſus, ſicut per frequentationem actuum bonorum acquiritur in eo habitus aliqualiter ſtudioſus, quamuis natura ſua etiam propendeat ad obtemperandum rationi circa obiecta ſenſibilia. Confir. nam ad aliqua obiecta moraliter bona eſt valde propenſa voluntas & appetitus ſenſitiuus, quia talia obiecta ſunt valde illis proportionata, nihilominus in talis potētijs ponitur habitus ſtudioſus in ordine ad illa: ergo ſimiliter, licet appetitus ſenſitiuus valde ſit propenſus ad quædam obiecta moraliter mala, tamen in eo debet poni habitus in ordine ad illa aliqualiter vitioſus, vt in voluntate ponitur in ordine ad honores, & alia in quæ ex ſe multum propendet.

Secundam autem partem, ſcilicet hos habitus exiſtentes in appetitu ſenſitiuo, nō eſſe proprie vitia, probant, quia non generantur actibus per ſe, & formaliter malis moraliter: ergo non ſunt proprie vitia. Secūdo, quia per ſe non repugnant rectitudini rationalis naturæ. Tertiam vero partem, nempe habitus circa hæc obiecta exiſtentes in voluntate eſſe proprie vitia, probant, quia generantur actibus formaliter, & per ſe malis, & maxime & per ſe pugnant cum rectitudine naturæ rationalis. Generari autem circa hæc obiecta habitus in voluntate oſtendunt, quia voluntas non eſt ita propenſa in bonum honeſtum, quin poſsit per ſe ab intrinſeco moueri in obiectum turpe ſub aliqua ratione boni, in quo valde differt voluntas à terra ſurſum mota, quę non ab intrinſeco, ſed ſemper ab extrinſeco ſic mouetur: motus vero voluntatis, cum ſit ab intrinſeco, conſentaneus eſt alicui eius inclinationi, quæ acquiſitione habitus augeri poteſt, vt experiētia conſtat. Et conf. 1. alioqui enim nec vitium iniuſtitiæ poſset in voluntate generari, quia repugnat honeſto, ad quod ipſa naturaliter propendet. Confir. 2. quia ſimili ratione non generarentur hæc vitia in appetitu ſenſitiuo, nam etiam pugnant cum naturali eius inclinatione ad obediendum rationi. Ego vero exiſtimo habitus in vtraq. pōa genitos, eſſe vere & proprie vitia: cū inclinēt in contraria rationi, quod ſufficit ad rationem vitij proprie dicti: & confir. quia in vtraque potentia ſunt propriæ virtutes: circa hæc obiecta, vt patet ex dictis tractatu. 11. de virtutibus: ergo & vitia: par enim 32

Digitized by Google

enim ratio eſt, imo maior quia plus requiritur ad rationem vitij quam ad rationem virtutis, eo quod bonum ex integra cauſa, & malum ex particulari defectu conſurgit.

33 2.Dub. 2. Dubium eſt, an Deus ſe ſolo poſſit prauũ habitum producere in anima: apparet enim poſſe, quia in Deo eſt ſufficiens poteſtas productiua illius & nulla videtur repugnantia: habitus enim nõ pendet perſe & eſſentialiter à potentia vitali, tamquam à principio effectiuo, imo nec tanquã à principio materiali ſicut pendet in aliquorum opinione actus: ergo ſicut Deus poteſt cum cauſa ſecunda producere habitum in anima, ità ſe ſolo. Conf. quia ſi aliqua eſſet repugnãtia, maxime, quod peccatum ipſum tribueretur Deo. Sed hæc ratio eſt nulla: ergo. Minor prob. quia poſt infuſionem talis habitus adhuc homo manet liber & poſſet non conſentire, ergo operatio illius habius non tribuetur Deo, ſed libero hominis arbitrio, ſicut peccatum ortum ex praua inclinatione appetitus ſenſitiui, eadem ratione non tribuitur Deo authori appetitus ſenſitiui, ſed ipſi homini libere delinquenti & præſertim hoc eſt veriſimile, quando habitus non eſſet totaliter aut eſſentialiter vitioſus, ſed ex parte, vel ex accidenti, aut quando Deus alio habitu bono, vel auxilio intrinſeco, aut extrinſeco corrigeret inclinationem mali habitus inclinando aliunde magis in oppoſitum, & non permittendo vt prauus habitus in actum prodire valeat: in quo euentu in caſu praui habitus nullam indecentiã, nullã que repugnantiam cum diuina bonitate habere videtur, in finẽ que conuenientem dirigi poteſt, vt ſcilicet, homo vincendo repugnantiam talis habitus magis mereatur & ita quidam arbitrantur prauum habitum à Deo infundi poſſe, alijq. id cenſent probabile & probabilius eſſet, ſi aſſereretur infundi poſſe amenti, dormienti & carenti vſu rationis, vel non potenti cogitare de eius obiecto, pro eo dumtaxat tempore quo duraret tale impedimentum, quo ſublato Deus eſſet ſuſpenſurus concurſum conſeruatiuum talis habitus.

34 Alij tamen merito dicunt, nõ poſſe Deum immediate, & perſe infundere homini huiuſmodi habitus, nõ quia illi deſit ſufficiens potentia productiua talis entitatis, vnde ſi Deus vellet per ſe producere illam qualitatem extra ſubiectum omne, vel in ſubiecto non intellectuali, ſine dubio poſſet, quia in hoc nulla apparet indecentia, vel repugnantia, ſed quia infundere hos habitus homini pugnat cum bonitate Dei, eſſet enim impellere hominem ad malum. Conf. quoniam repugnat Deo propter ſummam eius bonitatem, conſilio, vel alio ſimili modo inducere & mouere hominem ad male operandum, ſed motio habitus non eſt minor quam reliquæ motiones & illi eſt tribuenda, qui. 1. & perſe efficit habitum, ergo Deus non poteſt habitum infundere quo moueatur homo ad prauam operationem, ſicut nec poteſt infundere inclinantem ad falſum, quia eſſet virtute mentiri. Nec obſtat quod poſt talem habitum adhuc homo maneret liber, nam adhuc mala opera tribueretur, Deo, nam ad cauſalitatem moralem non eſt neceſſarium inferre effectum, vt patet in conſilio & præcepto peccandi. Nec eſt ſimile de intrinſeca propenſione appetitus ad malum, quia intrinſeca propenſio appetitus nõ eſt perſe. 1. & adæquate ad malum etiam pro materiali, ſed inadæquate & quaſi per accidens, eſt enim perſe. 1. & adæquate ad bonum in communi, vt propenſio voluntatis vel ad bonum ſenſibile in communi vt propenſio appetitus ſenſitiui, ſecundario autem & per accidens atq. in adæquate ad ea bona quibus annexa eſt prohibitio. At vero habitus vitioſos, vel ſecundum ſe totum, vel ſecundum aliquam ſui partem à reliquis diſtinctam & ſeparabilem reſpicit perſe. 1. & adæquate aliquid quod ſemper, vel ſaltem hic & nunc eſt prohibitum & ideo maior eſt repugnantia & indecentia, quod Deus infundat prauum habitum, qua parte prauus habitus eſt quam, quod infundat aut perſe producat appetitum intellectiuum, vel ſenſitiuum cũ intrinſeca propenſione ad malum aliquod morale ſub ratione aliqua boni. Neq. indecentiam & repugnantiam cum diuina bonitate circa infuſionem praui habitus tollit, q; 35
Deus illam propenſionem & impulſũ praui habitus compenſet auxilio, vel habitu naturali, vel ſupernaturali inclinando tantundem, vel amplius in oppoſitam partem quia Deus non poteſt perſe inducere ad id quod malum eſt ſiue alias det auxilium ad vincendam talem inclinationem ſiue nõ, quoniam id eſſet tentare hominem & Deus ſibi eſſet quodam modo contrarius & quoniam directe & perſe inclinare ad malum ſemper eſt malum, neq. vnquam põt eſſe rationi cõſentaneũ, alioqui licite Deus poſſet ad malũ inclinare præcepto, cõſilio, inſpiratione & impulſu actuali curando vt effectus, alia via & ratione impediretur, q; eſt abſurdũ. Quia tñ pro tempore amentiæ, furiæ ſomni, ebrietatis & ante vſum rationes nihil eſt prohibitũ, ac proinde nec malũ obiectiue fortaſſe poſſit Deus per habitũ, vel alia via inclinare ad efficiẽdũ eo tẽpore, q alio tẽpore eſſet ꝓhibitũ & illicitũ ſaltẽ adiuncta voluntate ſuſpẽdendi cõcurſum cõſeruatiuũ illius pro tempore ſobrietatis, ſanæ mentis & vſus rationis hoc enim nõ eſt inclinare ad malum efficiendũ eo tempore, quo malum eſt, ſed qñ nullam malitiam habere poteſt.

Dubium

Digitized by Google

Dubitatur.3. circa vitiorũ proprietates & cauſas, an vitia omnia ſint connexa, ſingula que ab alijs omnibus pendeant, de hac redicemus, d.4.ſect.2. circa quæſt.73.a.1. vbi D. Th. diſputat de peccatorum connexione.

Dub 4. vtrũ vitioſi habitus in medio conſiſtant. R. negatiue, quia ratio vitiorum vt ſic, conſiſtit in declinando in ſuis operationibus medium per rationem præſcriptũ vt patet. 2. Ethi.c.6. niſi velis medium vocare id quod omnes res habent, ſcilicet, eſſentiam quamdã in indiuiſibili poſitam, cui ſi aliquid addas, vel demas eſſentiale, non conſiſtit eſſentia ipſa; qua ratione omnes cum Ariſtot. docent, ſpecies eſſe ſicut numeros, in quibus quælibet vnitas addita, vel detracta ſpeciem diſſoluit. Sed de medio vitiorum plura dixi tract.11. diſputando de medio virtutum.

DISPVT. II. DE EXISTENTIA ET ESSENTIA peccati actualis commiſsionis & ommiſsionis.

Sect. I. Quomodo differant malum, peccatum, culpa, crimen, flagitium, ſcelus, facinus, delictum, & vitium, & an peccatum ſit.

1 *Malũ & peccatum quid.* D. Thom. quæſt.21. artic.2. & de malo quæſtione.2. artic.2. & Vazq. quæſtione.71. artic.1. & diſputatione. 77. capitul. 2. Azor, tomo 1. libro.4. capitul. 1. quæſtione.1. cæterique dicunt, malum eſſe ſuperius peccaro, & peccatum culpa; malum enim eſt defectus in quacunque re; peccatum vero eſt defectus pertinens ad operationem, error que declinatio, ac deuiatio à regula operationis, vt ex D. Thom. quæſtione.21. articul.1. notat Valentia, initio. 6. diſputationis. Monſtra vero, vt notat Vazquez illo capitul. 2. ex diuo Thom. quæſtione.21. articul. 1. ad primum dicuntur peccata in ſecundo Phyſ. capitulo. 8. textu. 82. & Ioan.9. quia ſunt effectus pecati. 2. errores & declinationes à regula naturalis operationis, quæ operatio defectuoſa, vel error ipſius dicitur proprie peccatum, & ſimiliter error, vel defectus ſyllogiſmi in materia, vel forma, aut vitioſa locutio, peccatum dicitur & fortaſſe attendendo ad primam nominis impoſitionem culpa habitualis ſolum dicitur peccatum, quaſi effectus erroris pertinentis ad operationẽ, licet etiã vſus obtinuerit, vt peccati nomen ad culpam habitualem proprie ſignificandam ſe extendat, vnde recte infert Valentia, peccatum morale eſſe quid ſuperius actione mala morali, nàm omnis actio moraliter mala eſt peccatũ morale nõ tñ omne peccatũ morale eſt actio moraliter mala, etiã extenſo actionis nomine ad omiſſionẽ: ſi quidem peccatum habituale eſt peccatum morale, non tamen eſt actio etiam ſumendo actionem vt comprehendit omiſſionem, & peccati nomine, prout comprehendit culpam, vſos Terentium, ac Ciceronem ex varijs eorum locis oſtendit Zumel, initio quæſtionis.71. Analogice in ſcriptura peccatum eſt hoſtia pro peccaro oblata, vt.2. Corinth.5. eum, qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit, & notat Auguſt. tract.41. in Ioan. Item pœna peccati appellatur peccatum. 2. Machabæorum. 12. duodecim millia drachmas miſit Hieroſolymam offerri pro peccato ſacrificium, ideſt, pro pœna in purgatorio ab illis defunctis ſoluenda. Inſuper incentiuum peccati Peccatum appellatur. Roman.7. iam non ego operor illud, ſed quod habitat in me peccatum: de quo teſtimonio vide Caſtrum verbo præceptum in fine ex Concil. Trident. Addunt aliqui, licet peccatum & actus malus idem ſint, in communi, tamen vſu Theologorum peccatum expreſſius deſignare deordinationem à Deo, ſeu lege Dei, quam, actus malus, qui potius ſonat diſſonantiam & diſconuenientiam cum operante, quamuis vterque ordo ſit eſſentialis peccato, & ſit eſſentialiter connexus.

Culpa iuxta primam nominis impoſitionem eſt defectus circa actionem moralem, ſeu ommiſſionem: iam vero proprie ſignificat etiam peccatum habituale, à quo homo transeunte actione, vel ommiſſione praua, peccator dicitur & analogice, ſeu metaphorice ſignificat defectum in actione naturæ, vel artis. Sed proprie vt dixi, & dicit Syln. verbo culpa, ſolũ dicitur de defectu morali & imputabili, præſertim apud doctores, vtriuſq. iuris. Vnde ad rationẽ culpæ maxime pertinere volũt, vt per hominis diligentiã præuideri, & vitari potuerit damnũ ſecutũ, vt cõſtat apud Bart. l. quod Nerua. ff. de poſthumis, quẽ ſequuntur communiter Theologi & ſummiſtæ, vt Angel. & Sylueſt. verbo culpa & Nauar. in manuali c.17. nu.177. Adria. in. 4. in materia de reſtitutione, nec obſtat, quod Nauar. 2 *Culpa.*

2.de

Digitized by Google

2. de reſt.c.1.diffic.6.nu.59.cum iuriſpetitĩ di-
cunt,aliquem teneti de culpa lata,leui,aut le
uiſſima:nomine culpæ non ſolum compre-
hendi actum moraliter malom & turpẽ , ſed
atiam actum imputabilem ad obligationem
reſarciendi damnum inde ſecutũ. Eſto enim
hoc eſſet verum,de quo alibi diſputabo , non
concedam , actum,qui non ſit moraliter ma-
lus,eſſe proprie culpam,ſed analogice , quia
ita imputatur ratione contractus , ac ſi vera
culpa in eo fuiſſet.Crimen aliquãdo pro quo
Crimen. libet peccato ſumitur,proprie tamẽ graue, &
quod accuſatione & condemnatione dignũ
eſt,ſignificat,vt conſtat ex Concil. Tolet. c.
vnum.25.d.& Aug.tract.41.in Ioan.&.1.cõtra
duas epiſ.Pelagian.Greg.21.mor.c.9 & colli-
gi poteſt ex Geneſ.c.37.accuſauit fratres cri-
mine peſſimo.Vnde criminator dicitur , qui
peccatum exaggerat,vel publice opponit.Le-
uit.19.2.Timo.3.ad Titũ.1.&.1.Cor.1.ſpero vos
confirmari ſine crimine.1.Tim.3.& ad Titum.
1.iubet Paul.epiſcop.eligi ſine crimine: ſimili
ter ſcelus,facinus,& flagitium graue peccatũ
ſonant,ſed cum diſcrimine , nam quæ ſenſi-
bus apprehenduntur,dicũtur flagitia,ſed quæ
ſolo intellectu,ſcelera & facinora , vt notat
Bellarmin.lib.1.de peccatis.cap.2.

3 Delictum. Delictum,licet potiſsimum & primeua in
poſitione ſignificet ſolum peccatum omiſsio
nis;dicitur enim delictum,quaſi derelictum,
& omiſſum,vt notat Beuxamis indictionario
Theologico verbo peccatum,Hugo.1.Miſcel
lanorum.c.185.Iſidorus.2.differentiarum.c.79.
Cornelius Frontonius lib. de differentijs vo-
cum,Anſel.in id Galat. 6. *ſi præoccupatus fuerit
homo in aliquo delicto,*& in id Epheſ.2. *cum eſſetis
mortui delictis & peccatis veſtris* , quod colligi-
tur ab Aug.q.20.in leuit.ex Leuit.7.vbi alia ſa
crificia instituuntur pro peccatis,alia pro de-
lictis,imo D.Tho.2.2. quæſt.79 art.4.ad primũ
ait,delictum ſignificare quamcumque culpa-
bilem omiſsionem, ſtricte tamen ſignificare
omiſsionem pertinentem ad Deum,vel quan
do ſcienter , & ex contemptu omittit homo
id quod facere debet,& peccata cordis, quæ
nondum in opus prodierunt,delicta dici, ſen-
tit.Hierony.in id Epheſ.2.cum eſſetis mortui
in delictis,& peccatis veſtris,& Greg. 11. mo-
ral.cap.21. ea propter delicta magis videntur
fugere cognitionem noſtram,vnde Pſalm.18.
delicta quis intelligit?Aliqui etiã dicunt , de-
lictum in ſacris litteris frequentius ſumi pro
peccato,cuius culpam extenuat ignorantia,
paſsio,vel alia circunſtantia.Vnde Auguſt.de
peccatis ex ignorantia intellexit id Pſ.18.deli-
cta quis intelligit,& Pſal.68.delicta mea à te
non ſunt abſcondita, & Pſ.24.delicta iuuentu
tis meæ,& ignorantias meas ne memineris,
& ad Galat.6.ſi præoccupatus fuerit homo in
aliquo delicto,ſcilicet ex ignorantia, vel paſ-
ſione commiſſo vt iodicat id quod ſequitur
ne & tu teoteris,ſcilicet paſsione aliqua. Iam
tamen quodcumque peccatum ſaltem graue
appellatur delictum,vt notant Aug. & Greg.
ſupra,& conſtat ad Rom.5.vbi ſæpe Adæ pec
catum appellatur delictom,quod tamen non
fuit omiſsionis,nec ex ignorantia,aut paſsio-
ne,& ad Coloſſ.2.donans vobis omnia deli-
cta,& ad Hebræos.2.vt repropiciaret delicta,
& cap.7.prius pro ſuis delictis hoſtias offerre,
& 2. Petri.1.obliuionem accipiens purgatio-
nis veterum delictorum.Sic licet ſtricte pec-
catum ſolum ſumatur pro comiſsione praua,
vt ex Iſidoro Beuxa.Frontonio, & Anſel. ſu-
pra conſtat,tamen iam proprie etiã ad omiſ-
ſionem extenditur , ſic licet D.Thom.2.2.
quæſt.79.art.2.in corpore , & ad tertium do-
ceat,tranſgreſsionem preſſe ſumptam,dici de
ſolo peccato comiſsionis , præſertim ſi præ-
ceptum negatiuum violetur ex contemptu
ipſius,tamen communiter,ait,ſumi pro qua-
cumq. violatione legis , ſeu præcepti etiam
affirmatiui.

Vitiũ vero,quid ſit ſuperiori diſp.ſect. 1. ex 4
poſuimus,nempe in ea acceptatione , qua à Vitium.
Theologis communius vſurpatur , eſſe habi-
tum vitioſum,licet ſæpe etiam pro actu ipſo
vitioſo,vel vitioſa omiſsione ſumatur.Pecca-
tum ergo in præſenti eſt actio,vel omiſsio li-
bera contraria rationi,vel legi,quæ homines
dignos ſupplicio reddit,& peccatum ſic ſum-
ptum à parte rei eſſe,experientia ipſa compet
tum eſt,licet id negauerint hæretici libertini,
quorum capita fuere Coppinus & Quinti-
nus,Doctores Flandri , quorum alter , ideſt
Quintinus Tornæi à Catholico magiſtratu,
tum multa ob flagitia,tum etiam ob nouam,
eamque valde pernitioſam hæreſim interfe-
ctus eſt,ſed prius erroribus abiuratis, vt refert
Bellarm.tom.3.lib.1.de amiſsione gra.c.1.Pri-
marius eorum error fuit , vnum eſſe tantum
ſpiritum immortalem,videlicet Deum,Ange
los vero ac dæmones & animas nihil eſſe.
Hinc vero præter alia abſurdiſsima dogmata
colligebant primum , quæcunque videntur
fieri ab hominibus,ſiue bona , ſiue mala illa
ſint,omnia fieri non ab hominibus,ſed ab il-
lo vno ſpiritu Dei,qui omnia in omnibus o-
peretur.Alterum eſt,peccatum nihil eſſe præ-
ter inanem & falſam opinionem , cum Deus
omnia faciat , qui nihil mali facere poteſt.
Tertium,non debere reprehendi eos qui occi
dunt,mechantur,furantur,id enim eſſet Deũ
reprehendere.Quartum nihil eſſe diſcrimi-
nis inter bonum & malum, nullaſque actio-
nes eſſe reformandas tanquam malas, om-
niaque licere,inter Catholicos viuere,vt Ca-
tholicum,inter hæreticos vt hæreticum , &
licet

licet Caluinus Kemnicius, & Beza hæretici hunc errorem verbis impugnent, re tamen defendunt, vt oſtendit Bellarmin. lib. citato. c.7. cum doceant peccata Deo impellente, ac neceſſitatem inferente ab hominibus fieri; cui errori viam ſatis ſternere quidam cēſent eos, qui docent, Deum efficaciter præmouere & Phyſice prædeterminare ad materiale peccati, de quo tamen poſtea, & implicite eundem docent errorem, qui vel libertatem arbitrij ligant neceſſitate implendi præcepta, vel dæmonem, aut Deum ſolum auctorē noſtri peccati faciunt: contra quos partim inferius, partim. 1. par. quæſt. 79. & 80. Prædictus autem error, præterquam quod aperte pugnat cum ſcripturis Concilijs, & ſanctis, communique omnium ſenſu, abſurdiſſimus eſt: ablato enim diſcrimine boni, & mali, omnis religio & fides Chriſtiana aufertur, perit etiam omnis politica gubernatio, tollitur gehennæ ac futuri iudicij metus, incarnationis, ac paſſionis propter peccata noſtra veritas, & omnium Sacramentorum neceſſitas. Pœnis ergo, & non rationibus ſunt hi hæretici coercendi.

SECTIO. II.

V. de ratione peccati actualis ſit eſſe actionem, vel omiſſionem humanam, ſeu liberam.

5. NOMINE actionis, vel omiſſionis humanæ hoc loco intelligimus actionem, vel omiſſionem liberam, iam enim tract. 1. cum D. Thoma q. 1. art. 1. cæteriſq. Theologis docuimus, actum humanum eſſe qui eſt ſub hominis dominio. Ita vt poſſit illum facere, & non facere, eodem modo omiſſio humana erit, quam habere & non habere eſt in hominis poteſtate, loquimur etiam hic nō de peccato naturæ, vel artis, de quibus Ariſt. 2. phyſ. tex. 82. & ſequentib. ſed de peccato moris, quod eſt actio, vel omiſſio moraliter mala, in qua acceptione peccatum idem eſt, quod culpa, vt recte docuit D. Thom. quæſt. 21. artic. 2. dicens, in actib us voluntarijs idem eſt malum, peccatum & culpam. His præmiſſis, in propoſita controuerſia ommiſſis gentilibus referētibus omnia peccata in fatalem quandam neceſſitatem, vt refert Ambr. 2. de Cain & Abel. cap. 6. ommiſſis etiam hæreticis vniuerſe negantibus arbitrij libertatem. Kemnicius, & alij Lutheri ſectatores, apud Bellarm. 5. de amiſſione gratiæ cap. 4. §. Martinus Kemnicius, aſſeruere, motus appetitus omni libertate carentes etiam in pueris non habentibus vſum rationis eſſe proprie, & formaliter peccata, licet illis non imputentur à Deo. Eandem ſententiam docuere Lutherus, Melanchton, Caluin. & Petrus martyr, quos refert Bellarmin. ſupra cap. 5. qui omnes docent, vniuerſos motus ſponte factos, tametſi vitari nequeant, debere dici humanos actus, teſte eodem Bellarmin 3. de lib arb. cap. 4. ac proinde proprie, & formaliter eſſe actus bonos, aut malos ſine libertate. Eoſdem etiam refert Va 6.
lentia diſput. 6 quæſt 12. puncto. 1. Horum hæreticorum ſententiam, vt Catholicam quidā modernus, vt fertur, auſus eſt publice docere, & defendere affirmans, in pueris & amentibus proprie, & formaliter reperiri peccatum & in adultis etiam omnes motus appetitus contra rationem inſurgentes, etiam vt præueniunt rationem, & libertatem proprie, & formaliter eſſe peccata, & loqui de peccato in genere moris conſtat, tum quia de peccato naturæ quis dubitare poterat non imputari, tum quia in genere naturæ non ſunt peccata in homine, ſicut nec in brutis, cum non ſint formaliter contra legem, pueris enim & ratione carentibus non imponitur lex magis quam brutis, vnde quod ille modernus dicebat in hominibus eſſe formaliter peccata non autem in brutis, quia in hominibus poſſunt eſſe liberi, non vero in brutis, nullius momēti eſt, nam hoc ad peccatum natu æ nihil refert, ad peccatum autem moris, ſolum oſtendit, in homine poſſe fundare malitiam moralem, quia poteſt illis aduenire libertas, non vero in brutis quæ incapacia libertatis ſunt: ergo quoad formalitatem malitiæ, ſiue ſermo ſit de naturali, ſiue de morali, nullum eſt diſcrimen, licet quantum ad hoc ſit diſcrimen inter hos motus in homine, & brutis, quod in homine ſunt capaces malitiæ moralis & illā inferre poſſunt, vel ab illa prodire, non vero in brutis, & quidem de peccato morali loquendo, vt Theologi, & omnes fideles loquuntur, quando abſolute de peccato loquuntur, certum omnino de fide eſt, ſine libertate eſſe non poſſe, patet ex Geneſ. 4. *ſub te erit appetitus tuus*, alij vertunt deſiderium, alij peccatum, ſed omnes hæ verſiones oſtendunt, peccatum eſſe liberum, vide Martinum del Rio ibi, & Ambroſ. 2. de Cain & Abel. c. 6. Auguſt. 15 ciuit. cap. 9. & 12. contra Fauſtum & Proſpe. 2. de vocat. gen. cap. 13. Gregor. 4. moral. cap. 25. Eucherium, Bedam, Rupertum, Hugonem de ſancto Victore, vtramq. Gloſſam, Lyram, Abulen. Lipom. & alios interpretes, ibi, & Bellarm. lib. 5. de gratia & lib. arbit. c. 22. ad idem eſt id Eccleſ. 15. reliquit eum in manu conſilij ſui, & c. & Deuter. 30. præceptum, quod

quod ego præcipio tibi,non ſupra te eſt.Vide Bellarmin.eodem lib.c.17. & ſequentib. vbi late probat libertatem in actibus bonis& malis,vt neceſſario requiſitam ad eorum bonitatem,vel malitiam,& à.c.15.vſque ad 18. citat per hac re innumeros ſanctos, & Adrian. q.4.de Euchariſt.quæ incipit vlterius videndum.Quæ etiam patet ex ſcriptura dicente, deberi pænam ei qui uere & proprie peccat, pæna autem nō debetur,niſi libere delinquētibus: ergo de ratione actus moraliter mali, ſeu peccati eſt libertas. Item Paulus Roma. 7. cum aperuiſſet motus carnis rebellis aduerſus ſpiritum,quibus per gratiam Dei reſiſtimus & dixiſſet, *non quod volo bonum, hoc facio,ſed quod nolo malum, hoc ago* & infra, *iam non ego operor illud,ſed quod habitat in me peccatum.*Subiungit.cap.8. *nihil ergo damnationis eſt ijs,qui ſunt in Chriſto Ieſu,qui non ſecundum carnem ambulant*;ideſt qui non conſentiunt illis motibus:ergo in illis non ſunt peccata mortalia,ſi enim peccata mortalia eſſent,aliquid damnationis,ideſt dignum damnatione, eſſet ijs, qui ſunt in Chriſto Ieſu,& non ſecundum carnem ambulant, vnde Trid. ſeſ. 5. de peccato originis exponit, hos motus dici à Paulo peccata,*quia à peccato ſunt, & ad peccatum inclinant, & non quia proprie & formaliter ſint peccata.*Et eodem loco Trid.definit paruulos ante vſum rationis nihil peccatorum in ſemetipſis adhuc committere potuiſſe, ſcilicet ex defectu libertatis: ergo ſentit libertatem eſſe de ratione peccati actualis. Item ibi aſſerit,per baptiſmum tolli totum id quod veram & propriam rationem peccati habet,ſed non auferuntur motus concupiſcentiæ: ergo non habent veram propriam, ſeu formalem rationē peccati, & ſeſ.14.c.5.ait,omnia peccata mortalia eſſe confitenda, ſed motus expertes libertatis non tenemur confiteri: ergo nō ſūt vere ꝓprie & formaliter peccata mortalia, & ſeſ.5.decreto de peccato orig. ad finem ait, hanc concupiſcentiam, quam aliquando Apoſtolus peccatum appellat,ſancta Synod. declarat peccatū dici, quia à peccato eſt,& in peccatū inclinat, ſi quis autem contrariū ſenſerit,anathema ſit: ergo ſecūdū Concilium iſti motus(qui nomine concupiſcentiæ comprehenduntur) non ſunt vere proprie & formaliter peccata, propter defectum libertatis, quæ eſt de ratione peccati.

8 Quæ eſt ſententia Auguſtin. 1. de libero arbit.cap.26.& lib.3.cap.15.28.& alijs. Vbi docet de ratione peccati eſſe,quod ſit voluntarium,ideſt in poteſtate voluntatis, ſeu liberum,idem docet lib.contra Secundinū Manicheum.c.15.& 16.1.retract.cap.13. & toto fere lib.de perfectione iuſtitiæ,& 1.de ciuitā. c.14. & 18.& lib.de gratia,& lib.arb.cap.2. & de natura & gratia.c.67. & de Geneſ. ad lit. in imperfecto. c.1. & lib. de vera religione cap.4. vbi ait,*nunc vero peccatum vſque adeo eſt voluntarium malum, vt nullo modo ſit peccatum, ſi non ſit voluntarium, & hoc quidem, ita manifeſtum eſt, vt nulla, vel doctorum, vel indoctorum turba in re ita aperta diſſentiat*,voluntarium autem vocat,quod eſt in poteſtate volūtatis poteſtque ab ea fieri, & non fieri: vnde ſtatim concludit, quoniam peccare dubium non eſt, neque hoc quidem dubitandum video, hominem habere liberum voluntatis arbitrium, idem docet lib. de duabus animabus cap. 11. vbi inquit, *peccatum eſſe voluntatem faciendi,quod iuſtitia vetat, vnde liberum eſt abſtinere & paſtores in montibus, poetas in Theatris, indoctos in circulis,doctos in Bibliothecis, magiſtros in ſcholis, Antiſtites in ſacris locis, & in orbe terrarum totum genus humanum id cantare, & ſubdit,quis dubitet,tunc eſſe peccatum, cum & velle iniuſtum eſt, & liberum nolle*, idem ſentit Ambroſ.lib de Cain & Abel.cap.7. & in Pſal. 40. Epiphanius hæreſi. 16. inquiens, liberum arbitrium eſſe authorem peccati. Idem docent omnes Doctores, cum magiſtro & expreſſe D.Thom.hac quæſt.71.art.6.dicens,peccatum neceſſario debere eſſe actum humanum contra legem:ſumpſit ex Vince. in ſpeculo mor. lib. 2. par. 2. diſt.1. in fine, & quis dubitare poteſt, actum humanum apud D. Thom.& Vinc.eſſe eū, qui eſt in libera poteſtate voluntatis,& eodem articulo ad ſecundum ait D.Thom.*prima cauſa peccati eſt in voluntate, quæ imperat omnes actus voluntarios,* (ideſt liberos) *in quibus ſolum reperitur peccatum*,idem ſuadet ratio manifeſta,quæ pueros, aut amentes nec laude, nec vituperio dignos, nec pæna,aut præmio propter opera ſua iudicat, eo quòd ſine iudicio ac libertate fiunt,& ſane ſi motus non liberi peccata mortalia eſſent,ſimul eſſe poſſet in homine peccatum mortale & gratia: quia cum dilectione,& contritione,quas neceſſario comitatur gratia, ſunt motus non liberi. Item circa eandem materiam ſimul bene & male operaretur,mereretur, & demereretur,nempe hos motus habens,illiſque libera voluntate repugnans.

Contra reſolutionem huius quæſtionis 9
opponere quis poſſet, id quod eſt liberum, intelligitur, & amatur, ſed peccatum interdum, non intelligitur, nec amatur: ergo interdum non eſt liberum: minor probatur ex Romanorum ſeptimo, quod operor non intelligo: non quod volo bonum, hoc facio, ſed quod odi

odi malum,illud ago.& Galat.5. caro concu piſcit aduerſus ſpiritum,& ſpiritus aduerſus carnem,vt non quæcumque vultis,illa faciatis.R.illud verbum.quod operor, non intelligo,vel ſignificare nõ plene intelligi propter paſsionẽ,quæ excæcat & obnubilat mentem,vt explicat ibi Chryſoſt.ex ſap.4.faſcinatio nugacitatis obſcurat bona & inconſtantia concupiſcentiæ tranſuertit ſenſum ſine malitia, vel ſignificare non intelligo eſſe faciendum,vt interpretantur Amb. ibi. & Baſi. in moralib. Reg.13. cap.1. vel,non intelligo, ideſt non approbo. Auguſt. Pſal. 118. concione.2.& 3.& lib.83.quæſtionum. Id vero non quod volo bonum hoc facio,&c. vel ſignificat hominem propter violentiam paſsionum ſæpe trahi, ſed non ſine libertate ad mala,quæ ſecundum mentem maxime deteſtatur, vel ſignificat motus aliquos eſſe in appetitu ſenſitiuo, qui ſine conſenſu, vel etiam cum repugnantia voluntatis in ipſo ſunt,& ideo non ſunt peccata, niſi metaphorice,quia ad peccatum inclinant, vel ex originali peccato prodeunt.Hanc interpretationem tradit Beda, Rom. 7. ex varij locis Auguſtin.& Bernardus ſerm.81. in cant. vtraque explicatio acommodari poteſt verbis citatis, ex Paulo ad Galat. 5. & priorem videntur trodere Hierony.& Chryſoſt. ibi poſteriore vero Magiſter, ex Auguſt. de verbis Apoſt.& ſuper Gene.& quòd peccata, ſiue cõmittátur ex ignorantia,ſiue ex paſsione, ſiue ex impulſu dæmonis,ſemper ſint libera Aug. 1.retract.c.18.3.de lib.arbit.cap.18.ſed talia vocátur peccata neceſsitatis à Damaſce.2.paralel.c.12.Baſil.oratione.3. de ieiunio & initio prouerbiorum.Iſidor.2.de ſum.bo.c.18. Aug. & alijs propter tenuitatem libertatis. Cum ergo definitur peccatum ab Aug. eſt dictum, factũ,vel concupitum contra legem Dei, intellige liberum,vt notat Bellarmin.to.3.controuerſia.2.generali lib.1.c.1.& controuerſia.3.generali lib.5.c.14.

10 Sed obijciunt aduerſarij, quia actus puerorum amentium & ebriorum, actusque qui indeliberate fiunt ab homine ſanæ mentis,ex natura ſua apti ſunt fieri libere, dicuntque intrinſecam habitudinem ad libertatem, qua ratione differunt à ſimilibus brutorum actibus,qui nec actu,nec apitudine liberi ſunt: ergo cum natura ſua, non poſſint cum libertate bene fieri, ſed ſemper peccabit homo,ſi libere illos faciat, hoc habebunt ex ſua intrinſeca malitia, ac proinde, etiam cum abſque libertate fiunt, erunt formaliter & proprie peccata: peccatum enim per malitiam intrinſece conſtituitur. Sed argumentum eſt valde friuolum. Reſpondetur enim illos aptitudine eſſe peccata, quia nati ſunt libere fieri,actu vero minime, quia actu non habent malitiam moralem, quæ in voluntaria,& libera legis tranſgreſsione conſiſtit.De hac re plura dicemus inferius inueſtigantes, quando in illis motibus ratio peccati mortalis,vel venialis reperiatur.Aduerte tamen,aliquos exiſtimare, ipſam libertatem non eſſe de ratione peccati,ſed ordinẽ, quẽdam ad libertatem, nempe eſſe effectũ procedentem à voluntate libera.Sed hoc parum refert, exiſtimo autem in hoc,quod eſt procedere à voluntate libera, intrinſece includi libertatem, quæ actum extrinſece denominat liberum, licet autem libertas ſit extrinſeca actui ſecundum ſubſtantiam ſuam ſpectato,eſt tamen ei intrinſeca,quatenus peccatum eſt.

SECTIO. III.

An peccatum actuale commiſsionis formaliter in priuatione conſiſtat, & quæ, atque in quo ſit illa priuatio.

De peccato habituali ſuo loco dicemus,& de peccato omiſsionis obiter in hac ſectione, eadem autem quæſtio eſt de peccato & de malo morali: Vnam formale peccati in malitia conſiſtit fere omnium ſententia, quamuis nonnulli, vt referemus, inter malum morale,& peccatum diſcrimen conſtituant. Vnde quæ de malo diximus tract.7. ad præſentem quæſtionem etiam pertinent, quam non immerito diſputant Theologi, vt perperam docuit Eraſmus in 1.ad Timot.1. *à quibus ab errantes conuerſi ſunt in vaniloquium.* maxime cum illam etiam diſputent ſancti Patres, vt referemus, imo, & Petrus cum Simone Mago apud Clementem III. recognitio.De hac quæſt.breuiter diximus tract.7. diſp.3. ſect.2. latiorem tractatum in hunc locum reſeruantes. 11

1.Opinio. Prima opinio,formale peccati & moralis mali in poſitiuo conſiſtere, inter eius authores magnum eſt diſcrimen, nam Caiinus manuſcriptis hac quæſt. artic. 6. quem ſequitur Antoni. Perez certamine. 8.ſcolaſtica.par.1.putat, conſiſtere in relatione difformitatis ad legem, vel rationem, & exiſtimat

exiſtimat

Digitized by Google

exiſtimat hanc relationem non eſſe realem, ſed rationis, Angles vero.2. d.37. quæſtio.1. articul.2. difficult.1. licet in eadem relatione formale peccati conſtituat, putat tamen eſſe relationem realem, vt Scot.& Tartaretus infra Vazquez autem diſputatione.95. cap.9. &.10.formale peccati ait, eſſe poſitiuam difformitatem, non ad legem Dei, vel rationem, ſed ad naturam rationalem & putat, hanc relationem eſſe rationis. Zumel autem in hac quæſtione.71. artic. 6. varijs diſputationibus præſertim diſputatione.5.conclu.3. diſput.6. concluſione.1.&.2.& diſputatione.7.concl.1. putat, conſiſtere in relatione reali tranſcendentali ad legem Dei, vel rationem, quam relationem putat eſſe ſuperadditam & inhærentem actui, ſed non eſſe qualitatem ſuperadditam actui, vt exiſtimauit Caietanus. At Caietanus ſolum docuit quæſtione.18.artic 5. quæſtione.31.artic.6.72.artic.1.&.79.artic.4.& 2.2.quæſtione.6.artic.2.formale peccati conſiſtere in aliquo reali poſitiuo abſoluto, nempe in ipſamet ſubſtantia actus, Opinionem Caietani ſequitur Medina, eodem articu.6. Ioannes Roa.2.de prædeſtin.quæſt.4. ſect.5. numero.84. & plerique recentiores: quam etiam tenuerunt nonnulli veterum vt referunt Maior.2.d.37.quæſtione.1. artic.1. & Altiſiodorenſis.2.ſummæ tracta.26.cap.3. fertur etiam Sotum & Victoriam illo articul.6.docuiſſe, peccatum formaliter conſiſtere in poſitiuo & priuatione ſimul, qui modus dicendi perperam tribuitur Bonauenturæ. 2. d. 42. artic.3.quæſt.2.& Ferrarienſi.3. contra gent. cap.9.à §.ſecundum eſt. Gregor.2.d.34. &.35. quæſtione. 1. artic. 1.2. &.3. rationem mali moralis & naturalis in ſola priuatione conſtituit: rationem vero peccati in quodam poſitiuo complexe ſignificabili, non in aliqua entitate, vel re poſitiua incompleté ſignificabili. Alij vero ecõtra dicunt peccatum formaliter conſiſtere in priuatione conformitatis ad legem, vel rationem, malum autem morale in poſitiuo.

12 *2. Opinio authoris.*

2. Communis & vera opinio eſt, formale peccati, & mali moralis conſiſtere in ſola priuatione rectitudinis moralis, ſeu conformitatis ad legem, vel rationem. D. Thom. 1.2. quæſtione.18.artic.1.&.artic.5. in corpore & ad.2.& artic. 8. ad primum, & quæſtione.20. artic.1.quæſtione.21.artic.1.quæſtione.54. art. 3.quæſtione.71.artic.6. quæſtione.72.artic.1.in corpore & ad ſecundum quæſt.75. artic.1. in corpore & ad primum quæſt.76.artic.3.ad ſecundum & artic.5.quæſtione.79.artic.2.ad ſecundum & tertium.3.par.quæſtione.86.artic. 1.prima parte quæſt.5.artic.3.ad ſecundum, & art.5.ad 4.&.quæſt.48.artic.1.ad ſecundum, & art.2.&.3.&.art.5.in corpore & ad tertium & quæſt.49.art.2.&.2.2.quæſt.6.art.2.ad.2.34.ar. 2.& quæſt.28.art.3.& quæſt.118.art.5.& quæſt. 162.art.6.2.d.34.quęſt.1.artic.2.&.d.35.&.42.& de malo quæſtione.1.artic.1.&.2.&.artic.4.ad 6.7.&.12.&.quæſtione.2.artic.2.& quæſtio. 4. artic.2.ad.10.& artic.9.ad ſecundum, & opuſ. 2.cap.114.115.116.& de potentia quęſt.3.artic.9. ad.12.&.3.contra gentes cap.7.&.9.vbi Ferrar. Molina.1.parte quęſt.5.diſputione vnica, Salmeron, tomo 2.in euangelia tract.14 pag.176. Conimbricen.in Ethicis diſputione.5.quæſt. 1.artic.2.ad.2.et.3. Bellarmin.1. de amiſſione gratiæ et ſtatu peccati cap.1.et lib.2. capit.18. obſeruatione.2.et lib.5.cap.3. et.13. Valentia, 1.2.diſputatione.2.quæſt.13 punct.3. et diſput. 6.quæſt.1.puncto.1.§.ex hac peccati definitione. Suarez relectione de libertate diuina ſect. 2.numero.14.et tom.1.metaphyſicæ diſput.11. ſectione.1.Peltanus lib. de peccato originali tractat.8.pag.113.Azor.4.inſtitutionem cap.1. quæſt.6.Magiſter.2.diſt.34.et.35. vbi Durand. quæſt.1.num.4 et quæſt.3.et.4.et.d.36. quæſt.1. et.2.et.d.37.quæſt.3.et.d.40.quæſt.1.numero.5. et.4.d.17.quæſt.7.num.14.Richard.2.d.34. art. 1.quæſt.1.et ſequentibus et.d.35.art.1. quæſt.1. et diſt.37.artic.1.quæſt.1.et artic.3. quæſt. vni. Gabr.d.35.quæſt.vnic.artic.2 et.diſt.37.quęſt.1 a.3. Carthuſianus diſt.35.quæſt.2. Marſilius. 2. quæſt.21.art.1.notabili.4.et concluſ.2. Bonau. diſt.34.art.2.quęſt.3.in corpore et ad primum et diſt.42.quęſt.vltima.Capreolus diſt. 34. q. 2. concl. 1. et ad argumenta contra illam et d.35.concl.1.et.ad argum.Gregorij contra illá et et diſt.37.q.1.a.3.vbi Maior.q.1.a.1.Aquarius d.35.conc.2.et.d.36.conc.6. Palacius d.34.diſ.1. Ægidius q.1.a.1.2.et.4.et q.2.a.1.et alijs Hiſpa. d.34.q.2.et.d.35.q.1.Ouãd.eadẽ d.propoſitione 3.et.4.Flauius, d.35 et.39.Scot.d.34.a.1.et. d.37. q.vn.4.d.16.q.1.quodl.18.a.1.ad finẽ et a.3.lit.R. V.et.X.Tartaretus ibi, nec obſtat quod Scot. quodl.cit.a.1.dicat, actum aliquãdo eſſe malũ ex carẽtia alicuius circunſtantię quã deberet habere: aliquãdo vero eo quod habet id ꝙ deberet nõ habere: hoc enim nõ indicat, aliquãdo formaliter cõſiſtere in poſitiuo; ſed fundamentũ proximũ malitię aliquando eſſe quid poſitiuũ; aliquando vero priuationem. Hanc ſententiã tenet etiam Medina Codice de ſatisfactione.q.1.prope initiũ.Landulph.2.d.35. q.vn. Vincent.in ſpec. mor.li.3.p.2.d.1.in fine Sayr.li.2.c.4.n.2.et c.5.n.2.Herre.2.ſẽt.diſp.29. q.1.et ſeqq.Alm.1.mot.c.3.et li.3.c.17.Alber.2. d.34.a.1.2.et.3.et d.35.a.4.et ſeqq. præſertim.7. et.d.37.a.1.et.a.p.ſummę tract.18.q.114.mẽb.3. præſertim in fine.Alenſ.2.p.q.94 mẽb.1.2.&.3. articul.6.§.2.&.3.& membro.7.& membr. 8.articul.3. & quæſtione.95. memb. 3.articul.3. & quæſtione.97. articu.1.& quæſtione 100. membro.2.& m.3.artic.1.& quæſtione

106.membro.1.in explicatione.7. &.8. definitionis peccati alias quæſt.108. membro. 1.§.1. &.2.vbi explicat. 3. &. 4. definitionem, Ægidius quodlib.6.quæſtione.19. Antonin.1.parte titulo. 6. capit. 12. & titulo. 7. capit. 2. §.3. Petrus deSoto lectione.6.de peccatis, Argen. 2.diſtinct.34.quæſt.vnica artic.1.& per totam Altiſiodor.2.ſummæ tract.7.cap.1. & tract. 11. cap.1.& tract.13.cap. 1. 2. &.3.tracta.14.cap.1. & ſequentibus, tracta.15 quæſt.1.&.2.& tract.26 cap.1.quæſtione.2. §.Item actio qua aliquis. Viguerius cap.18.in princip. Henric. quodli. 1.quæſtione.25.& quodlib.6.quæſt.32.Ocham 3.quæſt.10.& quodlib.3.quæſtione.14.ad.2. dubium, Driedo de gratia & libero arbitrio tractatu.4.& de captiuitate tract.2.fol.25.Nijſſe. in reſolutionibus tracta.3.parte.1. portione.1. quæſtione.3.Sarnanus in directorio Theologico fol. 93. Carauaialius lib. ſententiarum Theologicarum cap.57. Guillelm. de rubione.2.diſt.35.quæſtione 1.citatur etiam Auicéna tract.9. metaphyſicæ cap. 6. Ariſt. 7. Phyſic. capit. 8. textu. 18. in fine dicens, vitium eſſe corruptionem ac remotionem alicuius boni vbi Albertus idem ait de omni malo.

Pro explicatione huius opinionis dico. 1.
13 1.Conclu. peccatum & malum morale non conſiſtit formaliter in aliqua relatione rationis. Probat. relatio rationis non competit rei ſecluſa operatione intellectus illam confingentis: malitia autem moralis & ratio formalis peccati competit rebus ſecluſa operatione intellectus, ergo. Sed Reſp. Vazquez diſput. 95.cap.10. entia rationis realiter competere, quia ſunt denominationes a forma extrinſeca reali, quod tamen facile reijcitur, ſic enim eſſe viſum, auditum, intellectum, amarum &c. eſſent entia rationis, nec valet, quod addit Vazquez relationes rationis vltra formá extrinſecam realem addere aliquid rationis; nam illud non poteſt eſſe niſi relatio rationis, ergo relatio rationis non eſt forma realis extrinſeca, ſed aliquid ei ſuperadditum ab intellectu confictum & ſic actus mali ſolum eſſent mali & peccata ficte & per apprehéſionem intellectus.

14 2 Conclu. Dico.2. formale peccati & mali moralis, non eſt relatio diſſonantiæ, ſeu deformitatis ad legem, vel rationem, neque ad naturam rationalem. Prob. nam formale peccati nó eſt relatio rationis, vt dixi concluſione præcedenti, ſed relatio diſſonantiæ, & difformitatis eſt relatio rationis: ergo, &c. minorem licet negent Angles Scot. & Tartaretus (qui duo dicunt eſſe relationem extrinſecus aduenientem, quia non conſurgit poſito ſolo fundamento & termino; poteſt enim actus bonus fieri malus, & ecótra ſola præcepti variatione) facile tamé concedunt Canus, Vazquez, Guillel. de Rubion. Ocham, Greg. Arim. & Maior &. Prob. Primum de diſſonantia ad legem, quia relatio realis requirit extrema realia ſimul exiſtentia: relatio enim difformitatis ad legem non requirit legem exiſtentem: nam legi, quæ fuit & non eſt, poteſt actus eſſe difformis, ſicuti etiam dictamini, & cóſilio alterius, quod iam nó eſt. Præterea, actus qui eſt difformis legi apprehenſæ, licet non veræ, eſt malus: ad legem autem apprehenſam non poteſt eſſe relatio realis, ergo illa difformitas non eſt relatio realis. Deinde probatur de diſſonátia ad rationé: nam quádo aliquis peccat ex ignorantia, vel inaduertentia culpabili, actus non diſſonat rationi præſenti, ſed præteritæ: ergo illa diſſonantia nó eſt relatio realis, cum ſit ad terminú non exiſtentem realiter. Item relatio diſſonantiæ rei ad intellectum falſo concipientem, non eſt relatio realis: ergo nec diſſonantia actus ad dictamen rationis iudicantis eſſe malum. Præterea relatio menſurabilis ad méſurá eſt rationis.5 Metaph. tex.15. ſed diſſonantia ad legem, vel rationem eſt menſurabilis ad méſurá; quia lex & ratio menſurat actus humanos, ergo eſt rationis. Præterea diſſonantia, vel contrarietas in qua dicunt aliqui ſitá eſſe malitiam moralem, non eſt ad legem, vel rationem ſecundum ſe, ſed ad id quod ſecundum legem vel rationem faciendum eſſet, ergo eſt ad id quod non eſt a parte rei, & ſic non poteſt eſſe relatio realis. Item relationes conformitatis & difformitatis actus ad legem, vel rationem ſunt ſicut relationes ſimilitudinis & diſſimilitudinis rei, vt eſt in ſe, ad ſeipſam vt eſt intellectu, ſed iſtæ ſunt relationes rationis, ergo & illæ.

Tandem de relatione diſſonantiæ, vel diſ- 15
conuenientiæ ad naturam rationalem, quod non ſit relatio realis, ſuadent argumenta Vazquez, ſi ad hoc vnum reducantur. Relationes competentes rebus, vt ſubſunt actibus animæ, non ſunt reales: ſed relatio diſſonantiæ ad naturam rationalem competit actui malo, vt ſub eſt aliquibus actibus animæ, ergo. Minor probatur quia quod actus malus ſit diſſonus naturæ rationali, pendet ex hoc, quod ſit à voluntate libera & operante ſub certa cognitione intellectus & interdum ex eo quod res ſit prohibita per legem poſitiuá humanam, vel diuinam, aut tradita alteri per conſenſum, vel contractum humanum & ex ſimilibus cauſis, ergo eſt relatio rationis: imo generatim relationes conueniétiæ et diſcóuenientiæ cuiuſcunque boni, vel mali ad propriú ſubiectú inhæſionis.l. denominationis

eſſe

eſſe relationes rationis,oſtendimus in meta-
phyſica tractatu de paſſionibus entis:ſiue au-
tem relatio diſſonantiæ actus ad legem, ra-
tionem , vel naturam rationalem ſit rea-
lis , ſiue rationis, in ea non conſiſtere
formale peccati,patet quia antequam intelli
gatur illa ratio, intelligitur hominem non
obedire legi & rationi,in hoc autem contine
tur tota ratio peccati, & mali moralis: ergo.
Confirmatur, quia malitia omiſsionis,vel cõ
ſiſtit indiſſonantia eius ad legẽ,vel ad naturã
rationalem,tamen non conſiſtit in relatione
diſſonantiæ,ſed in fundamento talis relatio-
nis:ergo idem dicẽdũ eſt de malitia commiſ
ſionis,neque id negant,ſi bene intelligantur,
qui dicunt, conſiſtere in priuatione,vel in ali
quo abſoluto poſitiuo, ſed potius ſupponen-
tes,hanc diſſonantiam eſſe de communi ra-
tione mali , inquirunt an actus malus ſit
diſconueniens naturæ rationali proxime, &
immediate per priuationem , an per aliquid
reale abſolutum,& poſitiuum,& an ratio pro
pria & vltima peccati cõmiſsionis in qua dif
fert ab alijs malis,ſit poſitiua,an vero priuati
ua,ſicut in peccato omiſsionis. Vnde recte
Suarez tomo.1. Metaphyſicæ.d.11.ſect.1. licet
dicat,nihil eſſe malum, niſi quatenus diſſen-
taneum eſt naturæ, tamen docet, rationem
mali etiam moralis conſiſtere in priuatione,
quia nihil eſt diſſentaneum naturæ, niſi per
aliquam priuationem,&Peltanus ſupra,licet
pag.120. doceat peccatũ ſi nõ eſſet diſsẽtaneũ
naturæ rationali nõ eſſe proprie peccatum,
nihilominus tamen pag.133. docet, formale
peccati eſſe priuationem.

Ex dictis patet formale peccati non eſſe re
lationem realem deordinationis à fine vlti-
16 mo contra authorem quendam, qui apud
Guillel.de Rubione ſupra,dixit, in peccatis,
quæ ſunt prohibita,quia mala, malitiam eſſe
relationem realem,in alijs vero quæ ſunt ma
la quia prohibita, eſſe rationis. Omiſsis au-
tem argumentis.Guillelmi,probatur falſitas
huius ſententiæ , quia obliquitas à fine vlti-
mo conſiſtit in dignitate carendi ipſo,hæc au
tem dignitas conſequitur rationem culpæ &
in omni peccato eſt eiuſdem rationis , ac
proinde ſi in peccato ommiſsionis & in actu,
qui eſt malus,quia prohibitus , non eſt rela-
tio realis , nec in alijs , quod verum eſſe
patet , quia eſt ad id, quod non eſt, ſcilicet
ad carentiam finis vltimi poſt hanc vitam,re-
latio vero ad id quod non eſt , non eſt realis ,
ſed rationis.

Dico tertio contra Zumelem, formale
17 peccati non conſiſtere in relatione rea-
3. Concluſ. li tranſcendentali ſuperaddita, & inhæren-
te actui , probatur quia præter intenſio-
nem & extenſionem,in quibus conſtat , non
conſiſtere formale peccati, nulla fingi po-
teſt relatio tranſcendens in actu , quæ non
ſit qualitas , ſed Zumel,fatetur formale pec-
cati non eſſe qualitatẽ ſuperadditam actui:
ergo fateri debet, nec eſſe relationem tranſ-
cendentem inhærentem , & ſuperadditam
actui.

Confirm.1. quia relatio tranſcendens in- 1.Conf.
hærens actui,non poteſt poni in alio genere,
ergo poni debet in genere qualitatis , quod
negat ipſe Zumel.

Conf.2. quia ſi aliqua relatio tranſcendens 2.Conf.
daretur inhærens actui,illa eſſet diſſonantia
ad legem , vel rationem, quibus regulatur
humanus actus,vt Zumel ipſe aſſerit, ſed iſtæ
ſunt relationes rationis,vt oſtendimus , ergo
non ſunt relationes tranſcendentes.

Quod ſi dicas, præter relationes rationis 18
dari in actu relationem tranſcendentalem 4.Conclu.
ad legem, nempe tendentiã ad obiectũ,vt eſt
ſub lege vel ratione prohibente. Cõtra, quia
tendentia illa nihil aliud eſt quam ipſa ſub-
ſtantia actus connotando , quod intellectus
dictet,ipſum , vel ipſius obiectum ſecundum
ſe,vel ſecundum circunſtantias eſſe prohi-
bitum lege aliqua , vel diſſentaneum ex ſe,
atque indecentem naturæ rationali , in hoc
autem nulla relatio tranſcendens ad legem,
vel rationem intelligitur, ſed ſolus actus
cum quibuſdam denominationibus extrin-
ſecis, ergo diſſonantia illa non eſt relatio
tranſcendens.

Dico. 4. in ſola ſubſtantia actus non po-
teſt conſtitui formale peccati. Probat. quia
omnis,actus,ex malo poteſt fieri non malus,
imo & bonus ablata, vel commutata delibe
ratione & cognitione,ſeu iudicio turpitudi-
nis aut prohibitionis obiecti, vel actus , vel
alicuius circunſtantiæ obiecti aut actus,
ergo malitia non conſiſtit in ſola ſubſtantia
actus , & alioqui non eſſet eadem ſpecies
malitiæ quando ſubſtantia actus eſt ſpecie
diuerſa propter diuerſitatem obiecti, vel fi-
nis intrinſeci , quod eſt falſum: nam furari
nummos, vel equum ad delectationem,vel
honorem cõſequendum ſunt actus eiuſdem
ſpeciei moralis iniuſtitiæ . Item nullus actus
eſt malus,niſi vt liber,libertas autem eſt de-
nominatio extrinſeca à voluntate potente
operari & non operari , ergo nullius actus
malitia conſiſtit in ſola ſubſtantia actus , vn-
de ſi velimus defendere,malitiam actus, vel
rationem formalem peccati eſſe quid rea-
le abſolutum poſitiuum , debemus dicere
illud eſſe ipſam ſubſtantiam actus cum ali-
qua , vel aliquibus denominationibus ex-
trinſecis , quia in his completur hoc, quod
eſt agere ſcienter,vel cũ ignorãtia culpabili,
& libere cõtra legẽ veram , vel exiſtimatam.

Ex quo etiam intelligitur, quomodo defendi
poſſit, quod ait Gregor. Ariminenſis ſupra,
formale peccati, non eſſe aliquod reale poſi-
tiuum incóplexè ſignificabile, ſi enim velit,
non eſſe aliquam ſimplicem entitatem, quæ
ſe ſola ſit formale peccati, probabiliter loqui
tur, nam oportet cum ſubſtantia actus con-
iungere aliquam formam extrinſece deno-
minantem, vt libertatem potentiæ & certum
cognitionis modum: ſi autem velit, dice-
re peccatum non ſupponere pro re aliqua
ſimplici & incomplexa, fallitur, & merito im
pugnatur à Caieta. Medina, & alijs quæſt.71.
art.6. Maiore.2.d.37.quæſt.1. art.1. Hiſpalenſi.
art.4. ad argumenta contra primam conclu-
ſioné. Et contra Arimin. ſufficiunt arguméta,
quæ ipſe contra ſe facit & minime ſoluit, po-
tiſſima ſunt duo: primum, quia Auguſt. & fere
omnes definiunt peccatum commiſſionis, vt
ſit dictum, factum, vel concupitum contra
legem Dei, ſeu voluntas retinendi, quod iuſti
tia vetat &c. ¶2. Quia peccatũ eſt terminus in
cõplexus, ergo id quod ſignificat, quodcunq.
illud ſit, eſt in cóplexè ſignificabile. Fallitur
etiam putans malitiam non eſſe de formali
ratione peccati, & ideo quamuis omnis ma-
litia conſiſtat in priuatione, poſſe intelligi
peccatum cõſiſtere in ſolo poſitiuo, nam per
peccatum commiſſionis omnes intelligunt
actum moraliter malum; ergo ſi omnis mali
tia cõſiſtit in priuatione, peccatũ pro formali
in priuatione conſiſtit.

19 Dico.5. licet probabile ſit modo proxime
Prob.1.ex patribus. explicato, quem ſequuntur Caietan. & Medi.
ſupra, & Ioannes Roa, lib.2. de prædeſtina-
tione, quæſt.4. ſect.5. num.84. peccatum con-
ſiſtere in poſitiuo, ſeu formale peccati eſſe
quid poſitiuum; tamen probabilius eſt eſſe
priuationem, prima pars huius concluſionis
patebit ex argumentis, quæ contra noſtram
ſententiam poſtea proponemus; & quia ple-
rique recentiores Salamanticæ, Compluti, &
alijs locis paſſim hunc dicendi modum defé-
dunt, quem probabilem etiam putat Azor ſu-
pra. 2. autem cõcluſionis pars probatur. 1. quia
videtur expræſſa ſententia ſantorum Patrum
interquos ſunt Dionyſius cap. 4. diuinorum
Dionyſ. nominum parte.4. in fine, Auguſt. tractat.1. in
Auguſt. Ioan. explicans id Ioannis.1. ſine ipſo factum
eſt nihil, &.8. Gen. ad litteram capit. 14. Vbi
ait, mali nulla natura eſt, ſed amiſſio boni
hoc nomen accepit & libro. 83. quæſtio-
num, quæſtione.6. Vbi, inquit, hoc nomé ma
li de ſpeciei priuatione repertũ eſt, & quæſt.
21. eſſe autem, & non deficere bonum eſt; &
malum eſt deficere, ſecundo de liber. arbitr.
capit. vltimo, lib. contra Epiſtolam funda-
menti capit. 35. 11. ciuitatis capit. 9. &. 24.
& lib.12. capit.1.3. &.7. Primo contra Iulia-
num Pelagianum capitul. 8. &. 9. libro. 1. de
morib. Manichæorum in principio, & lib.2.
capitul. 3. libr. de natura boni contra Mani-
chæos capitul. 4. in Enchir. capitul. 11. 12. 13.
21. &. 24. Tertio confeſſ. capitul. 7. & lib.7. à
capitul.5. vſque ad.16. Primo contra aduerſa-
rium legis & Proph. capitul.5. primo de vera
religione capitul. 40. lib. de gratia Chriſti *Fulgent.*
contra Pelag. & Cœleſtium capitul. 19. Ful- *Boetius.*
gentius de fide ad Petrum capitul.21. Boetius
quarto de conſolatione proſa.6. (vt ibi expo- *Iuſtin.*
nit D. Thom.) Iuſtin. quæſtione. 46. &. 73. à *Epiphan.*
gentibus propoſita & in quæſtionibus Chri-
ſtianorum ad gentes quæſtione.1. Epiphanius *Baſil.*
hæreſi. 24. &. 66. Baſil. in conſtitut. monaſt.
capitulo. 3. fine, & homilia. 9. cui titulus eſt, *Chryſoſt.*
quod Deus non eſt autor malorum, Chryſ. *Leo.*
hom. 2. in acta in fine Leo. 1. ep. 93, alias. 91. *Anſelm.*
ad Turibium Aſtoricenſem capitul.6. Anſel.
primo, cur Deus homo, capit. 11. de caſu Dia-
boli, capitul. 7. & ſequentibus præſertim. 11.
15.16.26. de conceptione Virgin. capitul. 4. 5.
&.6. de concordia præſcientiæ cap. 1. Petrus *Petrus.*
ex Hebræis; apud Clementem. Tertio re- *Clemens.*
cognitionum. Iſidor.1. de ſum. bono capitul.11 *Iſidorus.*
Hugo primo Miſcellan. capitul.185. & latius *Hugo Vict.*
in ſum. ſententiarum tract.3. capit.14. Damaſ- *Damaſc.*
cenus.2. fid. capitul.4. & libr.4. capitul.21.23. &
26. & in hiſtoria Barlaam capitul. 19. longe *Athana.*
ante medium. Athanaſ. lib. de incarnatione *Nyſſen.*
Chriſti, & oratione contra idola. Nyſſen.
oratione catechetica, capitul. 5. 6. &. 7. &
homil.2. in cant. & oratione de infantib. non *Nazianz.*
longe ante finem. Nazianzeno oratione.9.
quæ eſt, contra Iulian. exactorem tributo- *Nicetas.*
rum numero. 36. (Vbi Nicetas) & oratione.
4. quæ eſt in ſanctum baptiſma (Vbi etiam
Nicetas in illa verba, iam lumen etiam erat) *Helias.*
& oratione.38. &.40. & Helias Cretenſis in *Cretenſis.*
illa verba orationis tertiæ, quod autem plu-
ribus commemoratur. Proſper. in ſentent. *Proſper.*
Auguſt. capitul. 228. & epigram. 95. Lauren- *Lauren.*
tius Iuſtinian. in faſculo amoris capitul.8. ad *Hieronym.*
finem Hieronym. in id Matth. 27. tunc Iu- *Ambroſ.*
das videns &c. & Iſaiæ.18. & Amos.3. Ambroſ. *Gregor.*
libr. de Iſaac, & anima capitul.7. & libr. de
paradiſo, capitul. 8. de fuga ſæculi capitul.
4. & in capitul. ſeptimum ep. ad Romanos
Gregor.26. moral. capitul. 24. alias.32. & lib.5.
in.1. Regum capit. 4. ad finem explicans illa
verba.1. regum.14. in fine, & nomen principis *Bernard.*
eius &c. Bernardus ſermon. 6. aduentus in
principio, & alij quotũ. Verba longum eſſet
recenſere: aliqua ponit Suarez tomo primo.
metaphiſicæ, diſputatione.11. ſectione.1. num.
3. & Vazquez, diſputatione.95. capitul.4. &. 10
Gregor. Arimin.2. diſputatione.34. quæſt. vni.
articul.1. Hi non ſolum dicunt, malum non
eſſe aliquam ſubſtantiam, vel naturam cõtra
Manich.

Manich.relatos & teiectos ab Aug.li. de moribus Man. cap.2. 1.Hypog.in fine, & lib.4.in principio,& de perfectione iuſt. ratiocin.4. Concil.Brachar.1. cap.7. contra quos etiam eſt Ariſt.9.Met.tex.19.& Petrus cum Hebtæis apud Clementem.3. tecogn. & Chryſoſto. hom. 19.in epiſt. ad Ephel. Sed etiam malitiam eſſe priuarionem boni, ſicut tenebræ ſunt abſentia lucis,& mors priuatio vitę, loquentes,non ſolum de malo naturæ,ſed vniuerſe,vel ſpecialiter de malo moris, peccato & culpa, non tam habituali, quam actuali. Quod falſum eſſet,ſi malitia moralis haberet priuationem adiunctam, in ea tamen non conſiſteret.Adde,apud ſanctos ſolum peccatum eſſe vete malum, vt videte licet apud Hierony.in id Iſaiæ.11. habitabit lupus cum agno.& Chryſo.homilia 19.in caput.5. Epiſto.ad Epheſ.ergo cum abſolute dicunt, malum in ptiuatione coniiſtere, præcipue loquuntur de malo culpæ.

20 Vnde non ſatisfacit, quod ad teſtimonia ſanctorum, reſpondet Vazquez illo cap. 10. patres ſolum velle,nullam naturam ſubſtantialem eſſe per ſe malam,ſed malum & peccatum eſſe actum habentem adiunctas priuationes rectitudinis,gratiæ,&c. Cæterum ſancti formaliter & non cauſaliter, vel concomitanter loquuntur,vt ex eorum verbis conſtat:alioqui falſo dicerent,Deum,nõ eſſe cauſam mali,ſeu peccati,quia priuatio eſt. Item ſancti loquuntur ſæpe de peccato,de quo tamen nullus homo dubitauit, an eſſet ſubſtãtia mala: ergo intendunt, malitiam peccati eſſe priuationem.Item qui negant,peccatum eſſe naturam,ſtatim adiungunt,eſſe priuationem:ergo formaliter loquuntur.Item ſi intelligerent,peccatum eſſe formaliter quid poſitiuum,non nega[r]ent omnino,eſſe à Deo: quia Deus omnis poſitiui realis auctor eſt. Minus ſatisfaci,quod ait Zumel.q.71.ar.6.diſ.p.5.ſanctos appellaſſe peccatum nominibus priuationis,vt oſtenderent eius turpitudinem, & quã parũ ſit expetibile,& nihil eſſe quia opponitur Deo,qui in ſacro eloquio appellatur ens, & habet eſſe per eſſentiam. Hoc argumentum ex ſcriptura confirmari põt,in qua peccatum per auerſionem à Deo,vt legiſlatore explicari ſolet Zach.7.auerterunt ſcapulam recedẽtes,Ierem. 2. malũ & amarũ eſt reliquiſſe te Dominum Deum tuum,&. c.14. multæ ſunt auerſiones noſtræ.Pſ.77.auerterunt ſe, & nõ ſeruauerunt pactũ Ezech.18.cum auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua,corruet.1.Ioã.3.peccatum eſt iniquitas,ideſt priuatio adæquationis, & conformitatis ad legem,quod melius explicatur in Græco,vbi pro iniquitas habetur,anomia ideſt auerſio,declinatio,& deuiatio à lege,& regula.Vt recte notauit Bellar.1.de ſtatu peccati.c.1.& Val.diſp.6.q.1.pun.1. & Rom. 4. & alibi ſæpe peccatũ dicitur præuaricatio,ideſt, obliquitas:declinatio & deuiatio à lege, vocatur etiam delictum,quia eſt derelictio Dei, ſeu legis diuinæ & carentia obedientiæ, ſeu nõ obedire Deo.Valentia etiam putat appellari vanitatẽ & mendacium Pſa.4.quia eſt pri
uatio,& non entitas poſitiua.Conſ.2. ex Phi- 21
loſophis,nam Plotinus,quem citat & ſequitur Theodoretus lib.6.de Græcarum affectionum curatione verſus finem pag 504. aperte docet,malitiam peccati,& cuiuſcunque alterius rei eſſe boni defectum & priuationem, & Cice.quinta.Tuſcu.ait nequitiam dici quaſi, nequidquam,ideſt nihil,& Aug.tract. 5. in Ioan.explicat id Ioan.1. ſine ipſo factum eſt nihil,ideſt peccatũ:idem Iſidor.1. de ſummo bono.c.11.& Lauren.Iuſtinia.in faſciculo amoris.c.8.addens id Ioan.15.ſine me nihil poteſtis facere.& quamuis hic locus alium habeat ſenſum & prior ille ita intelligẽdus eſt, vt nihil poſsit fieri ſine concurſu Verbi,quod ex omnibus pene patribus probat Toletus, Ioan.1.annotat.15.& 16.tamen etiam Aug interpretatio admittenda eſt,cum Deus peccati cauſa non ſit.Vnde in ſcriptura peccatores in quantum tales dicuntur,non eſſe.Sic explicat Hier.Oſeæ.7. prope finem id Eſther.14. non tradas Domine ſceptrum ijs,qui nõ ſunt. Quamuis autem legitimus ſenſus ſit, ijs qui parum,vel nihil valent,maxime apud Deum, quales ſunt peccatores,nõ eſſe tradendũ ſceptrũ,tñ ideo nihil valẽt,quia per peccatũ formaliter priuantur rectitudine,& conſequenter alijs bonis,hinc etiam peccatum vocatur tenebræ. Iſaiæ. 5. væ qui dicitis tenebras lucem,& lucem tenebras,vt explicat Baſil. ibi. item Epheſ.5.dicitur, eratis enim aliquando tenebræ, ſcilicet per peccatum, vt explicat Auguſt. lib. de agone Chriſtiano, & Epheſ. 6.rectores tenebrarum, explicat Beda, ideſt peccatorum, & Ioann.1. tenebræ eum non comprehenderunt.Auguſt.& Orige,ideſt peccatores.

2.Probat.concluſ. quia malum conſiſtit in 22
priuatione,vt docent S.Th.& alij ſancti citati,ſed malũ morale eſt malũ:ergo. Reſp.Cai. malũ ſimpliciter conſiſtere in priuatione:malũ autẽ ſecundũ quid,quale eſt malum morale,cõſiſtere in abſoluto. Sed certe ſancti ſine vlla diſtinctione,vel limitatione loquuntur, et in particulari de malo morali,ſeu peccato: ergo intendunt, malitiã et rationem formalem peccati eſſe priuationem.Itẽ malũ morale eſt malum ſimpliciter,et ſine addito: ergo ſi malum ſimpliciter conſiſtit in priuatione, malum morale conſiſtit in priuatione.Conf. 1.quia malum in communi non poteſt definiri per poſitiuum, nec per aliquid abſtra-

Digitized by Google

hens à poſitiuo & priuatione: ergo definitur per priuationem & ſic etiam malum morale conſtituitur per priuationem, cum conſtituatur ſub malo vniuerſæ ſumpto, & oppoſito bonitati tranſcendēti, per priuationem. Conf. 2. quia priuatio adiuncta poſitiuo (quod in opinione Caiet. eſt malum morale) eſt malum ſimpliciter, & eſt malitia quędam voluntaria & libera: ergo erit malitia morales, & ſic in quolibet peccato erit duplex malitia moralis, quod videtur abſurdū. Neq. obſtat id Ierem. 2. duo mala fecit populus meus, & me dereliquerunt fontem, &c. vbi geminam malitiam auerſionis, & conuerſionis contineri, aiunt Caiet. & Angles ſupra, & Vincent. de gratia Chriſti. q. 5. paulo ante. 1. concluſionem, nam Caiet & Angles dicunt, ibi eſſe vnam malitiam ſimpliciter, ſcilicet auerſionem à Deo, aliam vero ſecundum quid, ſcilicet cōuerſionem ad creaturā & hanc ſolam eſſe malitiam moralem dicunt Caiet. & Angles, alij vero, reſpondent Ieremiam non ponere duas malitias, ſed duo mala vnum denominatiue, ſcilicet opus malum, aliud vero eſſentialiter, ſcilicet priuationem rectitudinis, vt explicat Flauius. 2. diſt. 35. Vazquez vero diſp. 95. c. 2. in fine explicat, duo mala eſſe duo peccata etiā materialiter, quia verum Deum negarunt, & idola coluerunt. Sed ad confirmationem dici poſſet in opinione Caiet. priuationem illam non eſſe moralem malitiam, quia non eſt per ſe & in ſe, atque immediate libera: ſed in cauſa, ſcilicet in actu ipſo malo: qui cum ſecundum ſe ſit liber & contrarius legi, ante aduentum priuationis habet moralem malitiam. Hoc tamen non obſtat quin illa malitia abſolute dicatur voluntaria & libera, ac proinde moralis, ea autem eſt maior, quam malitia poſitiua, ergo in ea conſiſtit peccatum: fatendum enim eſt conſiſtere in maxima malitia morali.

23 3. Prob. con. quia ſi peccatum commiſsionis dicit poſitiuum, non conueniet vniuoce, imò forte, nec analogice cum peccato omiſſionis, quod conſiſtit in priuatione, nam poſitiuo & priuationi, nihil eſt commune vniuoce, & ſecundum multos nec analogice. Confir. quia peccatum habituale, ſiue originale, ſiue perſonale in priuatione conſiſtit: cur ergo non dicemus idem de actuali? *3. Probat.*

4. Probatio. 4. Prob. con. quia nihil quod in ſe eſt bonum eſt alteri malum, & diſconueniens, niſi quatenus excludit aliquod bonum ipſius, nā habere id quod in ſe eſt bonum expediens & bonum eſt, ſed actus ſecundum poſitiuum eſt in ſe bonus: ergo non eſt malus homini, niſi vt excludit aliquod eius bonum, & ſic ſolum eſt malus ratione priuationis, ac proinde tota eius malitia in priuatione conſiſtit, & hæc ratio fundamentalis & à priori. Conf. 1. quia nihil eſt malum alteri, niſi quatenus ei nocet, & damnum affert, ſed quod nō priuat bono, non nocet, nullumque damnum affert: ergo non eſt malum. Hoc argumentum eſt expreſſe in Aug. 2. de morib. Manich. c. 3. tom. dicente: percontor vos iterum quid ſit malum ſi dixeritis id quod nocet, neque hic mētiomini, & infra quidquid nocet, bono aliquo priuat eam rem, cui nocet, nam ſi nullum bonum adimit, nihil prorſus nocet. Quid hoc apertius obſecro vos, quid planius, quid tam expoſitum cuius mediocri intellectori modo non pertinaci? Confirmatur. 2. quia nihil eſt malum in ſe, niſi quia caret perfectione ſibi debita, ſed homo ſecluſa priuatione boni, non caret perfectione ſibi debita: ergo non eſt malus, & ſic in ſolo poſitiuo malitia nequit conſiſtere. Qui teneret opinionem Caietani, ad hæc reſpondere deberet, non ſolum eſſe malum in ſe, quod caret perfectione debita, ſed quod habet id quod deberet non habere, vt inquit Vazquez diſputatio. 95. cap. 12. & ſimiliter aliquid poſſe eſſe malum alteri, ſi eſt per ſe diſſentaneum illi, quamuis illi non afferat aliud damnum & nocumentum. Sed certe damnum & nocumentum priuationem importare videntur, & quod nullo ſibi debito caret, integrum & perfectum eſt: ergo omnino bonum & non malum, & ſic omne malum formaliter in priuatione conſiſtit, & de actu quidem, qui eſt malus ob ſolam carentiam debitæ alicuius circunſtantiæ, non videtur dubitandum, quin tota eius malitia in priuatione conſiſtat: ergo ſaltem malitia alicuius peccati commiſſionis in priuatione conſiſtit.

5. Probatur cōcluſ. etiam à priori, quia in quolibet peccato reperitur inobedientia, quæ per ſe & præciſo quolibet alio eſt moraliter mala: ergo etiam malitia peccati in priuatione obedientiæ cōſiſtit: quod recte explicuit Ambroſius lib. de paradiſo cap. 8. inquiens, quid aliud eſt peccatum, niſi quædam præuaricatio diuinæ legis, et cæleſtium inobedientia mandatorum, et Anſelm. 1. cur Deus homo capit. 11. non eſt aliud peccare, quam Deo non reddere debitam obedientiam. Confir. quia poſita voluntaria et libera priuatione debita obedientiæ, præciſo quocumque poſitiuo, intelligitur peccatum, poſito autem quocumque poſitiuo ſine illa, non intelligitur peccatum, ergo peccatum formaliter in ea priuatione conſiſtit. 24 *5. Probat.*

6. Prob. à poſteriori. nam cuiuſcumque entitatis realis poſitiuæ Deus eſt cauſa. 1. efficiēs: ergo ſi formale peccati, et mali moralis eſt *6. Probat.*

eſt quid poſitiuum, Deus erit cauſa peccati, & *Solutio.* mali moralis, vt ſic, Reſpõ. Caietanus concedendo Deum eſſe authorem, & cauſam peccati, vt malum morale eſt, licet, non vt eſt malum ſimpliciter, & ſecundum priuationem adiunctam malitiæ morali, ſed hoc periculoſe dicitur, quia ſancti etiam docent, malum morale nõ eſſe à Deo. 2. Quia vel malitia moralis ſufficit ad eſſentiam peccati, vel vlterius requiritur priuatio: ſi.1. ergo Deus ſimpliciter & abſolute eſt cauſa peccati, quod eſt hæreticum: ſi.2. peccatum formaliter, eſſẽtialiter, & ſimpliciter conſtituitur priuatione cõtra Caietanum. Vnde Vazquez diſpu.95. cap.2. & 12. & diſput.129.c.7. docet, hoc argum. recte contra Caietanum concludere, ſed addit contra ſuam opinionem non procedere, quia ipſe ponit formale peccati, & mali moralis conſiſtere in diſſonantia ad naturam rationalem huius autem Deus non eſt cauſa, quia eſt relatio rationis orta ex actu ipſo non vt egreditur à Deo, ſed vt egreditur à libero arbitrio ob id enim diſſonat naturæ rationali, quia fit à libero arbitrio.

25. *Reÿcitur.* Sed hac ſolutio difficilis eſt, tum quia formale peccati non eſt relatio rationis, vt oſtendimus, ſed quid reale: vel ergo, id eſt priuatio; & ſic habetur intentum cõtra ipſum Vazquez, vel poſitiuum, & ſic Deus eſt eius *Confirm. 1.* cauſa immediata. Confir. quia Deus non ſolum eſt cauſa eorum, quę fiunt proprie à creatura, ſed etiam actionum, quæ à creatura progrediuntur, Deus enim non ſolum cum illis operatur, ſed præſtat, vt operentur, & earum operationes neceſſario pendent à Deo: ergo Deus erit cauſa, vt liberum arbitrium efficiat actum peccati, ac proinde erit cauſa diſſonantiæ conſequentis ad actum liberi arbitrij *Confirm. 2.* Cõfir. 2. quia liberum arbitrium nõ ideo eſt cauſa peccati, quia cauſat diſſonantiam, ſed quia cauſat rem diſſonantem, & fundamentum, ex quo naturaliter reſultat diſſonantia, id vero cũ ſit poſitiuũ, cauſatur à Deo: ergo Deus erit peccati cauſa, niſi alia ratio obſtet. Opinio ergo Caietani abſurda eſt, quia Deum facit authorem, & cauſam efficientem veram propriam, & immediatam rationis formalis peccati, cur autem nec mediate, & conſeqnẽter ſit proprie vere, & ſimpliciter cauſa peccati, ſuo loco docebimus, interim aduertendum eſt, quoſdam, vt vim argumenti effugerent, dixiſſe Deum neq. ad actus bonos voluntatis, neque ad actiones creaturarum perſe, & immediate concurrere. vt Pelagius, & Durand. alios vero id dixiſſe de actibus malis, quod probabile putat Altiſiod. lib.2. tractat.16. ca.3. primum impugnans, ſed ſecundum quoque reijciunt Maior. 2. diſt.37. q.1. a.2. Vazquez diſputatione.129. & 140. Veriſſimum tamen eſt, Deum non eſſe ſimpliciter, & abſolute cauſam materialis peccati, quod hic, & nunc neceſſario habet annexam malitiam, ſed ſecundum quid, & permiſſiue, licet ſua permiſſione phyſice influentem, & ob id non eſſe ſimpliciter, & abſolute cauſam peccati: eſſet tamen ſimpliciter cauſa peccati, ſi ad illud directe inclinaret, vel illud præciperet aut conſuleret, aut ad illud determinaret voluntatẽ, aut ſi tederetur non concurrere in quo euentu eſſet ſimpliciter cauſa in genere moris, vide Roan. de prædeſtinatione, q.4. ſect.5. n.85. & Tartaret. quodl.18. colum.3. qui dicũt, Deũ non eſſe authorem peccati, quia non præmouet, nec incitat ad peccatum, vide etiam Suarez tom.1. metaphyſ. diſput.10. ſect.3. Caruajal lib. ſentẽtiarum Theolog. c.57. ſed potiſſime, quæ cum Molin. & alijs recentioribus dicemus diſp.8. nempe Deum neq. materialis, peccati eſſe ſimpliciter cauſam, & à fortiori, neq. formalis, ſi vero ſimpliciter eſſet cauſa ipſi⁹ entitatis, poſitiuę, & in ea ſita eſſet malitia, moralis, negari nulla ratione poſſet, eſſe ſimpliciter cauſá ipſius malitiæ: & ſuppoſita illa ſententia proprie procedit noſtrũ arg. ſimpliciter autẽ vim non habet, quia tenẽtes formale, cõſiſtere in poſitiuo, poſſent aduerſarij dicere non eſſe ſimpliciter a Deo. & ideo non eſſe ſimpliciter cauſam peccati, ſed ſecũdum quid ſeu permiſſiuam. Confir. hoc. 6. argum. *Confirm. 6. Argum.* quia omne ens reale poteſt Deus abſolute intendere: malitiam autem peccati non poteſt abſolute intendere: ergo ea non conſiſtit in reali poſitiuo. Sed quomodo poteſt Deus abſolute intendere odium ſui. Reſpon. volendo illud producere in ſubiecto, vel extra ſubiectum.

Septimo, peccatum naturæ. & artis cõſiſtit 26. in priuatione conformitatis ad leges, & regu- *7. probatio.* las naturæ, & artis, & in declinatione, & deuiatione ab illis: ergo, & morale in declinatione à regulis, & legibus morum. Vnde Aug. 1. ad Simplician. q. 2. peccatum eſt hominis in ordinario atq. peruerſitas.

Sed contra hanc rationem argum. 1. quia 27 malitia actus non conſiſtit in priuatione per- *1. Argu. ad probandũ, peccatũ nõ cõſiſtere in priuatione.* fectionis debitæ ipſi actui, nec perfectionis debitæ ipſi ſubiecto actus: ergo in nulla priuatione conſiſtit. 1. pars antecedẽtis patet, quia actus malus, vel ſimpliciter, vel hic, & nunc, & cum his circunſtãtijs, quibus redditur malus, non eſt capax rectitudinis: ergo carentia rectitudinis non eſt in eo priuatio perfectionis debitæ, nec vero illi alia perfectio tunc debetur: ergo eius malitia non conſiſtit in carentia perfectionis debitæ illi. 2. vero pars antecedentis patet, quia carẽtia perfectionis debitæ ſubiecto reddit quidam ſubiectum in ſe malum, non tamen actum, quia quod nulla

la caret perfectione ſibi debita, poteſt quidẽ eſſe malum alteri, vt venenum homini, & calor aquæ, non tñ eſt in ſe malum: ergo peccata non erunt actus mali in ſe, ſed nobis. Deinde quando quis non tenetur Deum diligere, odium non inducit priuationem amoris, nec alterius perfectionis debitæ immediate ſubiecto actus: ergo malitia odij non erit priuatio perfectionis debitæ tali ſubiecto. Hoc argum. petit, vt explicemus in qua priuatione formaliter peccatum conſiſtat, nam Scotus. 2. d. 37. §. iſtæ quæſtiones ad finem, & quodl. 18. §. ex iſto ſequuntur, & Tartaretus, Guiller. de Rubione, Maior. Aquarius, Salmeron, Viguerius, & cõmuniter alij pro. 2. opinione citati, & Hiſpalen. 2. d. 34. q. 2. a. 3. fine & Herrera illa diſp. 29. q. 2. dicũt, malitiam, ſeu rationem formalem peccati conſiſtere in priuatione rectitudinis debitæ actui, ſeu commenſurationis, vel conformitatis ad regulam, ſeu rationem aut legem. Pro hoc modo dicendi eſt. 1. argu. quia D. Tho. q. 18. & 19. & alibi eodem modo loquitur de bonitate & malitia, eademq. videtur ratio de vtraq. ſed bonitas eſt in actu: ergo, & malitia, & alioqui actus non erit formaliter, & in ſe malus, quod eſt falſum Vnde D. Tho. q. 18. a. 1. ait actum eſſe malum, quatenus caret plenitudine eſſendi, & q. 19. ar. 1. & 2. ſumere malitiã ex obiecto: ergo illã habet in ſe, & alioqui non eſſet formaliter malus, ſed cauſaliter, & q. 72. a. 1 ad 2. ait, peccatũ eſſe actũ debito ordine priuatam. 2. Quia actus odij eſt malus, etiam quando homo non tenetur diligere, vel quã id nõ poteſt ex carẽtia diuini concurſus: ergo non eſt malus ex priuatione actus oppoſiti, nec vero ex priuatione alteri' perfectionis debitæ ſubiecto: ergo ex ſola carentia perfectionis ſibi debitæ. Confir. 1. quia ſi odium tãtum eſſet malum quatenus excludit amorem, non eſſet maius peccatum odio habere, quam non diligere: cõſequẽs eſt falſũ: ergo. Confir. 2. nam contraria de potentia abſoluta poſſunt eſſe ſimul in eodem ſubiecto, etiam ſi ſint actus intellectus, vel voluntatis ſecũdum opinionem probabiliorem: demus ergo actum amoris produci, vel conſeruari à Deo, non deſtructo odio, odium erit malum ſine priuatione amoris: ergo nunc non eſt malum ex ſola priuatione amoris, ſed ex priuatione alicuius perfectionis ſibi debitæ. Confir. 3. quia ſi odio habeo, quando teneor diligere, ibi ſunt duo peccata cum duplici malitia, altera omiſſionis contra præceptum diligendi, altera cõmiſſionis contra præceptum non habendi odio: ergo malitia odij non eſt carentia dilectionis, cum hæc carentia ſit malitia ſolius omiſſionis: non poteſt autẽ fingi alia forma in voluntate, cuius carentia ſit malitia actus: ergo malitia actus non eſt priuatio pfectionis debitæ voluntati. ſed ipſi actui. Cõfir. 4. quia omnis actus hominis debet eſſe cõformis rationi rectæ: ergo ſi aliquis nõ eſt conformis rationi rectæ, iã caret perfectione ſibi debita: ea vero carentia eſt priuatio: ergo in ea poterit conſtitui ratio peccati. Sed hic modus dicendi in rigore eſt falſus, quia priuatio eſt carentia formæ in ſubiecto apto nato, ſed actus mali ſimpliciter, vel pro tempore, & alijs circunſtantijs, quibus fiunt, non poſſunt eſſe recti: ergo in eis carentia rectitudinis non eſt priuatio, & ita inde formaliter nõ poſſunt eſſe male: minor patet in odio Dei libero, voluntate mentiendi, vel violãdi præceptũ agendi cõtra conſcientiã, voluntate furandi, fornicãdi, nã omnes tales actus ſunt incapaces rectitudinis ab intrinſeco, vel ſaltem hic, & nunc. Item ad malitiam moralem requiritur debitum morale, & legale, ſeu ex obligatione præcepti, rectitudo autem non poteſt eſſe debita actui ex obligatione præcepti, quam ipſe habeat: ergo non poteſt eſſe malus moraliter à priuatione rectitudinis ſibi debitæ.

Ad hæc R. aliqui, licet actus malus ſm̃ ſuã ſpecificam, vel indiuiduale rationẽ non ſit capax rectitudinis tñ, vt eſt actus humanus in cõmuni, eſt capax rectitudinis, & illi debetur moraliter, quia debet homo recte operari. Ideo carentia rectitudinis in tali actu eſt vera priuatio, & malum, ſicut in talpa carere viſu, qui debetur ei vt animal eſt, licet non vt tale animal eſt. Hanc reſponſionem ſignificant Ouand. 2 d. 35. prop 4. Gab. a. 2. con. 6. Scotus d. 37. q. vnic. & quodl. 18 & Tartaret. ibi Val. diſp. 2. q. 13. p. 3. ratione. 5. Maior. di. 37. 2. ſententiarũ q. 1. a. 1. Sayr. lib. 2. c. 4. nu. 2. & c. 5. num. 1. Rubi. Aquar. Hiſpale. Salmer. & Landul. Eam tamen impugnat Vazquez illa diſput. 95. cap. 6. Anton. Perez, & alij. Tum quia aliquando non tenetur homo bene operari: ergo actus malus neque, vt actus humanus eſt, erit priuatus rectitudine, tum quia ſi fingamus hominem, qui non poſſit bene operari, quia caret concurſu, vel cognitione neceſſaria ad bonam operationem, vel habet præceptum abſtinendi ab omni operatione, hic ſi odio habeat Deum, vel proximum, non poteſt, ac proinde, nec debet aliquam rectitudinem actui adhibere, tamen actus erit malus: ergo malitia eius non erit priuatio rectitudinis debitæ illi, etiam, vt eſt actus humanus. Sed ad primam impugnationem facile dici poteſt negando cõſequẽtiã, quia licet homo abſolute non teneatur: tunc bene operari tenetur tamen bene operari ſub conditione, quod operetur: ſicut non teneor nunc orare; teneor tñ ſuppoſito, quod orem, attẽte orare. Ad ſecundã vero, etiam tũc teneri hominem, ſi ope- 28

Primus modus dicẽdi.

ſi operetur bene operari,& ideo operando,& non bene,peccare,tenebatur enim abſtinere ab omni opere,cum non poſset bonum opus facere,ſicut quando homo non poteſt attente orare,tenetur omnino non orare.

29 Omiſſis ergo his duabus impugnationibus,ſic.5.impugno eandem reſponſionem, quia vel actui humano in genere debentur omnes bonitates ſpecificæ,& numericæ, vel vna tantum,vel bonitas moralis in communi. Primum dici non poteſt, quia ſic in quolibet actu eſſent innumeræ malitiæ, cum in eo ſint carentiæ innumerarum bonitatum. Itemque omnes actus eſſent mali, quia omnes carerent aliqua bonitate ſibi debita, & omnes eſſent æque mali, quia omnes carerent omni bonitate, non enim poteſt idem actus eſſe ex parte bonus, & ex parte malus moraliter iuxta cõmunem opinionem, & licet teneremus oppoſitam, ſaltem omnes actus,qui nullam bonitatem haberent,eſſent æque mali, quia priuati omni rectitudine. Item non poteſt quilibet actus omnes ſimul bonitates habere:ergo nõ omnes ſunt illi debitæ.Quod etiã patet quia cuilibet vna ſufficit,vt ſit bonus.Secundum ſimiliter dici non poteſt,quia nulla ratio eſt cur actui humano in genere debeatur potius vna bonitas quam alia,& ſi id daremus,omnes malitiæ eſſent eiuſdem rationis,quia eſſent priuationes eiuſdem bonitatis:omnes item actus præter illos, in quibus eſſet illa bonitas,eſſent mali, quia carerẽt illa.Tertiũ ſimiliter dici nequit,quia ſi tota malitia cuiuslibet actus cõſiſtit in priuatione bonitatis in cõmuni: ergo vel nullus actus haberet ſpecialem malitiã; quia priuatio bonitatis in communi videtur generalis, & non ſpecifica,vel omnes actus mali habebunt malitiam eiuſdem ſpeciei,nempe priuationem bonitatis in communi, ſi demus eſſe ſpecificam priuationẽ; & malitiã.Conf. quia voluntati dandi aliquid alteri.v.g.non magis debetur vna bonitas quàm alia, ſed vt plurimum bonitas in communi, nempe quod fiat ex motiuo iuſtitiæ,miſericordiæ, charitatis; &c.Ergo ſi malitia tm̃ conſiſtit in priuatione bonitatis debitæ actui; talis actus nõ poterit eſſe malus,niſi forte malitia cõſiſtẽte in priuatione in communi,quod eſt abſurdum, nam ſic illa datio non poſſet eſſe ſpecialiter cõtra liberalitatẽ,nec contra charitatem, nec contra iuſtitiam,&c.Quarto impugnatur illa reſponſio, quia debitum, ſeu obligatio moralis, & humana non competit actui, ſed voluntati & homini; ergo cum malitia moralis ſit carentia formæ in ſubiecto,quod moraliter & obligatione morali,& humana debebat illã habere nõ poterit conſiſtere in priuatione rectitudinis,vel alterius formæ potẽtis in eſſe actui,ſed homini, & volũtati. Neq. poteſt dici etiã actui humano debitam eſſe moraliter bonitatem, quia homo debet, ſeu tenetur bonitatem in eo ponere, neque inquã, hoc dici poteſt; quia ad impoſſibile nemo obligatur,nõ poteſt autem homo in actibus, qui ſunt mali, ponere bonitatem ſaltem hic, nunc ſecluſa ignorantia, & inconſideratione mali obiecti,&c.ergo ad id non tenetur,licet teneatur actui humano in communi adiungere bonitatem,& hoc debitum eſt in ipſo,& nõ in actu,quãuis ſit reſpectu act⁹:ergo nõ ſatis eſt ad priuationem conſtituendam in ipſo actu.Neque item dici poteſt malitiã eſſe priuationem rectitudinis naturaliter debitæ actui,quia,vt diximus,ad malitiam moralem requiritur carentia perfectionis moraliter debitæ, & ideo actus indifferentes in ſpecie,vel in indiuiduo,aut de ſe boni,etiam ſi careant omni,vel aliqua bonitate ſibi naturaliter poſſibili aut debitã, non ſint moraliter mali, quia nullum eſt debitum morale habendi illam, tum,quia actui humano in genere non debetur naturaliter bonitas ſicut nec animali rationalitas,& alioqui omni actui humano deberetur bonitas, quia quidquid eſt debitum generi, debetur omnibus ſpeciebus:quod eſt falſum,quia aliqui actus non ſunt capaces bonitatis hic; & nunc ſecluſa ignorantia, incõſideratione,&c.Et confirm. quia aliqui actus non ſunt capaces bonitatis niſi ſuppoſita ignorantia,vel inaduertentiã:ergo ſi illis naturaliter debita eſſet bonitas,etiam eſſet debita ignorantia,vel inaduertentia, quod eſt falſum.Et præterea cum nullus actus poſſit eſſe bonus,ſine deliberatione,& libertate, ſi omnibus debetur bonitas, omnibus debetur deliberatio, & libertas, quod eſt falſum:nullo igitur modo defendi poteſt illa reſponſio. Quod vero in ea reſponſione adducitur de talpa, nullius momenti eſt, quia vt recte dicit Vazquez illo cap. 6. carentia viſus in talpa non eſt proprie priuatio aut malum Talpæ,licet magis accedat ad rationem priuationis,quam carentia viſus in lapide. Vnde alij 30 vt Suar.tractatu de bonitate, & malitia hum. act.& to.1.metaph.diſput.11.ſect.1. Reſpondẽt carentiam rectitudinis,ſi conſideretur reſpectu ipſius actus mali ſecundum ſe habere rationem negationis:reſpectu autem voluntatis habere rationem priuationis moralis,quoniam voluntas, cui actus eſt malus,eſt capax rectitudinis moralis, teneturq. illam habere. Sed hanc reſponſionem merito reiecit Vazq. illo c.6.quia negatio, quæ eſt in actu,non excludit immediate rectitudinem à potentia, ſed ab actu:ergo non eſt priuatio immediata reſpectu potentiæ,ſed reſpectu actus, ac proinde actus erit capax rectitudinis moralis, & obli-

obligatus ad illam, quod falſum eſt. 2. Illa negatio rectitudinis in actu, non eſt negatio rectitudinis, quæ poſſit eſſe immediate in voluntate, ſed medio illo actu, ergo nullo modo eſt negatio rectitudinis debitæ, aut poſsibilis voluntati, nam voluntati medio illo actu nulla rectitudo eſt debita vel poſſibilis: ergo præciſe ab ea negatione non dicitur voluntas mala in ſe; quia per illam non dicitur vere priuata, aut carens rectitudine ſibi debita aut poſſibili, ac proinde nec actus propter negationem illam dicetur malus voluntati; cum ea negatio non ſit carentia perfectionis debitæ, aut poſſibilis voluntati: Confirm. 1. quia voluntas non poteſt habere rectitudinem in illo actu, ergo quãuis non habeat rectitudinem in illo actu, non erit priuata rectitudine illius actus & ita in carentia rectitudinis illius actus nõ conſiſtit eius malitia. Conf. 2. nam volũtaria carentia rectitudinis poſſibilis debitæ de voluntati, ſcilicet conformitatis ad legem, quæ prohibet actum, eſt per ſe mala moraliter & malitia moralis: ergo carentia rectitudinis actus non eſt malitia moralis, alioqui quoties homo male agit, eſſet in volũtate duplex moralis malitia. Cõf. 3. quia ſi negatio in actu, cum aptitudine & obligatione ſubiecti ſatis eſſet ad verã priuationem & malitiam, actus fortitudinis, quatenus caret bonitate temperantiæ, cuius potẽtia eſt capax, eſſet malus & ea negatio eſſet voluntati mala. ¶3. In actu illo ſunt innumeræ negationes, nempe carentiæ innumerarum rectitudinum, quarum actus eſt incapax, ergo erunt innumeræ malitiæ, ſi malitia conſiſtit in negatione rectitudinis actus, & denique recurrunt argumenta facta contra ſuperiorem reſpõſionem.

31 *Secundus modus & verus.*

2. Ergo modus legitimus ſoluẽdi primum argumentum propoſitum contra vltimam concluſionem, eſt, malitiam actus non eſſe carẽtiam rectitudinis debitæ, aut poſſibilis ipſi actui, ſed voluntati, cui poſſibile, & debitum eſt obedire & eſſe cõformẽ præcepto negatiuo, non occides, videlicet non occidendo, & huius obedientiæ, & conformitatis carentia eſt vera, & moralis priuatio & in ea conſiſtit malitia moralis peccati commiſsionis vt tenet expreſſe & optime Molina. 1. p. q. 5. diſp. vnic. col. 175. & Tolet. tract. de peccatis, cap. 1. in princip. dicens, *quando homo non facit ſecundum regulam ſuæ operationis recedit ab ea & talis receſſus eſt peccatum*, & Angeſt. c. 10. mor. tex. 2. qui incipit, difficilis eſt. Ouandus. 2. d. 35. propoſitione. 4. (quamuis dicat poſſe defendi opinionem, quæ ponit formale peccati in priuatione rectitudinis debitæ actui humano, quatenus ſi operemur, tenemur operari ſecũdum rectam rationem) Ocham quodl. 3. q. 14. in ſolutione. 2. dubij & 3. ſententiarum quæſt. 12. poſt medium. § contra tertium dictum & §. tunc ad tertiũ, & quæſt. 13. ad. 2. dubium, quibus tamẽ locis ſatis obſcure loquitur: ſenſus tamen eius eſſe videtur, quod peccatum ommiſſionis proprie dictum, eſt carentia actus, quem voluntas deberet elicere; peccatum vero ommiſſionis impropriie dictum, quod ſemper habet adiunctum peccatum commiſſionis, à quo non eſt diſtinctum in malitia, eſt non ommittere actum, quẽ deberet ommittere, peccatum vero commiſsionis eſt facere actum, quem deberet ommittere: cuius malitia conſiſtit in hoc, quod eſt illum non ommittere: & quia non ommittere actum, eſt ommittere ommiſsionem actus, hanc malitiam appellat peccatum ommiſsionis impropriie dictæ & ſi hæc eſt eius mens (vt ego exiſtimo) bene dicit, Vazquez autem aliter illũ interpretatur, & ſane interdum ſignificat Ocham peccatum commiſsionis conſiſtere præciſe in hoc poſitiuo, quod eſt agere contra præceptum negatiuum, quæ eſt opinio Caietani, ſed attentius legendo Ocham videbitur ſentire, quod dixi, illum que citat & ſequitur Gab. 2. d. 33. q. vnica, art. 2. concl. 6. in fine. Almai. 1. moral. c. 13. qui quando dicit cum Ocham. 3. q. 12. malitiam actus aliquando nõ eſſe priuationẽ rectitudinis, quę deberet ineſſe voluntati, intelligit de rectitudine poſitiua, quæ nimirum eſt actus contrarius, vt malitia odij nõ eſt priuatio rectitudinis, quę eſt amor, quia interdum voluntas habet odium Dei, cum non tenetur diligere Deum, tamen etiam tunc malitia odij conſiſtit in priuatione rectitudinis, ſcilicet negatiuæ, quæ eſt nõ violare præceptum negatiuum, ſed obedire illi, & huius obedientię priuatio eſt peccatũ, vnde recte. Ambr. lib. de paradiſo ca. 8. peccatum definiuit dicens, *quid aliud eſt peccatum, niſi diuinæ legis præuaricatio, & cæleſtium inobedientia mandatorum?* quæ definitio communis eſt peccato ommiſsionis, & commiſsionis, ergo vtrumq. formaliter in priuatione obedientiæ conſiſtit, ſiue obedientię poſitiuæ, vt in peccato ommiſsionis ſiue negatiuæ vt in peccato commiſsionis: ad idemq. eſt Anſel. 1. cur Deus homo. c. 11 dicens, *non eſt aliud peccare quam Deo non reddere debitam obedientiam.* Imo Ioan. 1. cap. 3. dicens, *peccatum eſt iniquitas.* Græce, *anomia*, ideſt deuiatio à lege, vt notant Salmeron, Bellar. Vale. & alij. Sed obijcit Vaz. diſput. 95. cap. 6. quia negationis, aut priuationis non eſt alia priuatio, Reſp. non ſolum in moralibus, vt aliqui dicunt, quos bene quaſi male diſtinguentes ipſe Vazquez impugnat ſed etiam in naturalibus datur priuatio priuationis, quę opponitur illi quaſi habitui, nam videns vere caret cæcitate, & cæcitas excluditur

Digitized by Google

tur per viſum quaſi priuatio per habitum;per caretiam vero cæcitatis, quaſi habitus per priuationem. Superiorem doctrinam confirmat authoritas cuiuſdam ex noſtris, qui in hac materia ait, ſi Deus alicui negaret concurſum ad dilectionem ſui, & non ad odium, & ille odio haberet Deum, malitiam illius odij non fore ſitam in priuatione actus amoris, ſed in priuatione rectitudinis negatiuæ, quam rectitudinē haberet ſi ſe contineret ab actu odij.

32 Ad.1.argum.1.modi R. licet D.Tho. eodem modo loquatur, non eodem modo eſt intelligendus, quia bonitas moralis poteſt eſſe in ipſo actu, nō vero malitia, eo quod actus malus non eſt hic,& nunc capax rectitudinis, & ideo priuatio rectitudinis debitæ non poteſt eſſe in ipſo formaliter, quod autem ait D. Tho. actum eſſe malum in quantum caret plenitudine eſſendi, vel conformatione ad rationem, intellige cauſaliter, quia inde habet inducere veram priuationē rectitudinis in voluntate, ſic etiam intelligitur D.Tho. q.20. ar. 1.2. diſt.37. q.1. ar.1. ad.4.& 5.& de malo q.2. ar. 2.& paſſim q.1.& 2.& 3. contra gentes, ca.7. & 9.& ferr. ibi Pet, de Soto lect.5.& 6. de peccatis, Bonau.2. diſt.34. quæſt. vltim. Durand. q. 2. vnde Richar. diſt.34. ar.1. q.3. aperte ait, malitiam non eſſe puram negationem, ſed priuationem boni, quod poſſet,& deberet pro eodem tempore ineſſe ſubiecto, in quo eſt. Similiter cum dicunt D.Tho. & alij actum ſumere malitiam ab obiecto non intelligunt de malitia, quam actus in ſe habeat, tanquam in ſubiecto inhæſionis, ſed denominationis per modum cauſæ intrinſecæ in actu.2. quia nimirum eſt cauſa, quæ afficiēdo ſubiectum infert ſtatim, & neceſſario in eo priuationē. Vnde hæc denominatio non eſt omnino extrinſeca: ſicut paries dicitur viſus à viſione exiſtente in oculo, ſed eſt quodammodo intrinſeca,& formalis, ſicut verbum dicitur intrinſece vnitum humanitati per vnionem, quæ non eſt in verbo, ſed in ipſa humanitate, quā per ſe, & immediate afficit,& eſt ſimile in calore, qui formaliter eſt malus aquæ per priuationem alicuius boni potentis ineſſe non quidem ipſi calori, ſed aquæ, quam priuationem ſua intrinſeca, & formali vnione infert immediate calor; ignis autem mere extrinſece eſt malus aquæ. Neq. mirum eſt, aliquid eſſe bonum in ſe,& malum alteri, vt docet D. Tho. de malo, q.2. art.1. ad.1. Ægidius.2. diſt.34. quæſt.3.

33. Ad.2. argum. cum. r. 2. & 3. confirmatione. Reſp. probare malitiam odij non eſſe priuationem amoris, vel alterius formæ poſitiuæ; ſed dicimus eſſe priuationem cuiuſdam perfectionis,& bonitatis negatiuæ, quæ eſt non violate legem; hoc enim eſt bonum,& appetibile per ſe,& ſecluſo quocunq. alio, vt non habere peccatum habituale, non eſſe miſerū; quod adeo appetunt dānati, vt propterea merito velint non eſſe, quia melius illis, eſſet ſimpliciter nō eſſe, quam miſeros eſſe. Hæc autē bonitas negatiua; cuius priuatio eſt malitia moralis, licet dicat reſpectum ad actus; & omiſſiones morales, quarum negatio eſt; & ita quaſi ex parte obiecti ſit moralis,& conditio neceſſaria ad bonitatem moralem, tamen in ſe non eſt moralis, neque cōſtituit hominem moraliter probum, vt recte, inquit, Molina ſupra, quia poteſt eſſe in homine habente peccatum originale, vel perſonale habituale, & nullum bonum actum, & quia nec eſt voluntaria vt actus, nec vt omiſſio, vt patet quādo eſt in puero dormiente, ebrio, vel amante, & nihil de hac rectitudine aut ijs, quæ ad illā pertinent cogitante, vnde per hanc rectitudinem præciſe, nec meremur, nec demeremur, ſed per eius voluntariam carentiam demeremur nimirum deuiando voluntarie à lege prohibente, vel præcipiente. Ad.4. confirmationem. R. nō omnem actum humanum debere eſſe cōformem rationi rectæ, quaſi in illo ſit obligatio, & capacitas ad rectitudinē, quia quidam non poſſunt eſſe conformes ractioni rectæ, ſed quia hoc requiritur in omni actu, & eſt conditio neceſſaria, vt homo non peccet, quod eſt dicere, in homine eſſe obligationem nullum eliciendi actum, qui rectus non ſit: vnde non ſequitur in omni actu malo eſſe carentiam rectitudinis illi debitæ moraliter.

Ex quibus patet ad.1. argum. principale cōtra.5. concluſionem. Sed arg.2, ex Ariſt.2. Eth. 34.
c.8.& lib.7. c.14. & in poſtpræd. cap. de oppoſitis aſſerente, bonum & malum opponi contrarie ſicut album, & negrum, idem de iuſtitia, & iniuſtitia aſſerit in præd. qualitatis, & Boetius ibi, ſed vtrumq. contrarium debet eſſe poſitiuum: ergo malum morale conſiſtit in poſitiuo. ¶ 3. Ita ſe habet malitia ad voluntatem ſicut falſitas ad intellectum, ſed falſitas 3.
nō eſt priuatio in intellectu: ergo nec malitia eſt priuatio in voluntate. ¶ 4. Actus moralis in communi eſt quid ſuperius eſſentialiter ad bonum,& malum moraliter, ſed actus mo 4.
ralis in communi eſt quid poſitiuum: ergo,& differentiæ, per quas contrahitur ad determinatas ſpecies, & per conſequens ſpecies ipſæ ſunt poſitiuæ; nam priuatiuum non poteſt directe, & eſſentialiter contrahere poſitiuum, nec eſſe eius ſpecies. ¶5. Malum morale, vt ſic 5.
habet varias ſpecies,& differentias, ſed priuationis nullæ ſunt differentiæ ſecundum Ariſt. 1. de partibus animalium, cap.3. vbi ponit exēplum in impedato, & impennato animali; cuius nullæ poſſunt aſſignari differentiæ.

2. Argu. ad probandū, peccatū nō cōſiſtere in priuatione.

6. Ali-

Digitized by Google

6. 6. Aliqui actus ſunt intrinſece, & eſſentialiter mali, vt velle mentiri, odium Dei, &c. ſed nihil priuatiuum eſt de eſſentia poſitiui: ergo malitia in illis, cum poſitiui ſint, non eſt priuatio.

7. 7. Malitia moralis conſiſtit in contrarietate ad legem ex Auguſt. 22. contra Fauſtum cap.27. dicente, peccatum eſt dictum, &c. contra legem Dei, ſed ante omnem priuationem intelligitur in actu malo contrarietas ad legem Dei, ſcilicet, facere, quod lex prohibet, ergo & malitia moralis.

8. 8. Habitus vitioſi ſunt mali formaliter per aliquid poſitiuum, & non per priuationem: ergo, & actus vitioſi conſeq. patet ex paritione rationis, & antecedens patet, qui a nulla priuatio fingi poteſt, in qua conſiſtat malitia vitioſi habitus; maxime enim conſiſteret in priuatione oppoſiti habitus, hoc autem eſt falſum, nam etiam ſi ambo ſint ſimul, vitioſus erit malus ſubiecto, & deterius eſt habere habitum vitioſum, quã carere ſtudioſo.

9. 9. Actus mali efficiunt malos habitus, idq. habent actus mali, vt mali: ergo, vt ſic, non important priuationem, quia priuatio non eſt actiua.

10 10. Id ſolum eſt per ſe malum moraliter, quod eſt per ſe voluntarium et liberum, ſed priuatio non eſt per ſe voluntaria, & libera, quia neceſſario conſequitur actum, & ſolum in eo tanquam in cauſa eſt voluntaria: ergo.

11 11. Si peccatum prodigalitatis, & auaritiæ conſiſterent formaliter in priuatione: ergo eſſent eiuſdẽ ſpeciei, quia priuãt eadem rectitudine ſcilicet liberalitatis, quæ vnica eſt virtus.

12 12. Priuatio inter entia rationis computatur: ergo ſi malitia eſt priuatio, erit ens rationis, & fictum; ac proinde nihil, ſicuti, & chimæra: conſequens videtur abſurdum, & contra Hieronym. qui explicans id quod iuxta 70. dicitur Micheæ. 2. fugiſtis nemine perſequente, carpit aſſerentes peccatum eſſe, nihil, quia tunc, inquit, nihil eſſet damnum illatum nobis à dæmone, & pro nihilo poneret Deus homines in inferno, & cum Deus remittit peccata, nihil remitteret, ac tandem contra nihil prædicarent prædicatores, & ſcriberent ſancti, & vniuerſa ſacra pagina, & pro nihilo mortus eſſet Chriſtus.

13 13. Pro ſola culpa, vt culpa eſt datur pœna, ſed pro poſitiuo, quod eſt in peccato, datur pœna: ergo illud, vt ſic habet, rationem culpæ. Minor patet nam iuxta communem doctrinam, in peccato eſt auerſio & conuerſio, conuerſionique reſpondet pœna ſenſus, & auerſioni pœna damni ex Auguſt. 2. de libero arbitrio, cap. 19. & lib.3. cap. 1. D. Tho. quæſt.71.ar.6.ad.3.& quæſt.72.a 3. ad.2. & a 7.

14 Aliqua poſitiua ſecundum rationem poſitiuam præciſam à priuatione ſunt mala, vt dolor & error, & ideo deterius, & deteſtabilius eſt dolere, & errare quam carere lætitia, ſeu ſcientia et aquæ deterior eſt calor quam carentia frigiditatis, vnde etiam cum frigiditate habere calorem eſſet ei malum, & deterius eſt habere prauos habitus quam carere ſtudioſis: ergo ſimiliter malitia moralis poteſt in poſitiuo conſtitui. 14

15. D. Tho. 1. par. quæſt. 48. art. 1. ad. 2. ait, bonum & malum non eſſe differentias conſtitutiuas, niſi in moralibus: differentiæ autem conſtitutiuæ actuum ſunt poſitiuæ, vt docet D. Tho. ibi & 1. 2. quæſt. 18. art. 5. ad ſecundum, & quæſt. 72. art. 1. ergo malum iuxta D. Tho. eſt quid poſitiuum formaliter, & 3. contra gentes, cap 9. docet bonum, & malum tantum in moralibus eſſe differentias conſtitutiuas, & conſtituere contrarios actus, vnde tantum in moralibus bonum, & malum eſſe contraria: quæ dicta vera eſſe non poſſunt, ſi malitia moralis eſt formaliter priuatio, & 2. 2. quæſt. 10. ar. 5. ad. 1. ait, ſpeciem peccati ſumi ex obiecto, ad quod peccans conuertitur, quod falſum eſſet, ſi ſpecies eſſet priuatiua, quia priuatio nõ ſpecificatur ab obiecto nullum enim habet, ſed à forma qua priuat. Similia dicit de malo quæſt.1. art.1. ad. 1. 2. & 3. & 1.2. quæſt.19. art.1. ait, bonum, & malum eſſe per ſe differentias humanorum actuum. 15

Ad ſecundum. 1. Reſpondet D. Th. 3. contra gentes, cap. 9. Ariſt. locutum ex ſententia Pythagoræ, & aliorum antiquorum: non ex propria. 2. Reſpon. de malo, quæſt.1. ar.1. ad.2. cum Simpli. in prædicam. qualit. Ariſtot. locutum de contrarietate late ſumpta, ſed melius Reſpondetur. 3. actum bonum, & malum, ſi in communi ſumantur, non opponi, quia ſimul in eodem ſubiecto eſſe poſſunt vnus actus malus, et alter bonus, ſi vero in particulari ſumantur, aliqui opponuntur contrarie nempe, qui habent obiecta contradictorie, cõtrarie, vel priuatiue oppoſita, vel habentſe, vt acceſſus, et receſſus ab eodem obiecto, et hæc oppoſitio non conuenit actui malo, vt malus, nec bono, vt bonus, ſed ſecundum ſubſtantiam ſuam cui accidentaria eſt bonitas, et malitia, nam omnis actus bonus poteſt non bonus imo et malus fieri, et omnis malus poteſt ex ignorantia inuincibili, vel alia ratione fieri bonus, aut ſaltem nõ malus. Opponũtur ergo actus bonus et malus cõmuniter, non ratione formalis, ſed ratione materialis, et fundamẽti, et ita bonitas, et malitia nõ opponuntur per ſe, ſed per accidẽs, et per aliud, et quia ſunt conditiones incõpoſſibiles in eodẽ actu, nã bonitas requirit actũ eſſe conſonum legi, 31

mali-

malitiā eſſe diſſonum legi. Hæc ſolutio colligitur, ex Dionyſ.c.4.diui.no. dicente malum non pugnare contra bonum, niſi virtute alicuius boni, quod etiam docet D.Thom.3.contrag.c.9. vnde de malo. q.1.ar.1.ad 2.3.& 4. & de potentia.q.3.ar.6.ad 11.& 2.d.4.ar.1.& 5. ait malum, vt ſic, opponi priuatiue bono ratione vero materialis opponi contrarie.

36 Ad 3.R.veritatem & falſitatem actus intellectus non conſiſtere in relationibus conformitatis & difformitatis, quæ ſunt relationes rationis, ſed in earum fundamentis, quorum alterum eſt, ré ita ſe habere ſicut intelligitur alterum vero, non ita ſe habere, & ſic falſitas in priuatione conſiſtit ſicut & malitia.

Ad.4.R. actum moralem ſumptum præciſe pro actu libero, non diuidi in bonum & malum moraliter, vt genus in ſpecies, ſed vt ſubiectum in accidentia, ſumptum vero pro actu libero cum habitudine ad legem, diuidi in bonum & malum moraliter, vt analogum in ſua analogata, quia dicit aliquid cōmune ad poſitiuum & priuatiuum, priuatiuo autē & poſitiuo nihil eſt commune vniuoce, ſic enim opinantes, peccatum commiſsionis in priuatione conſiſtere dicunt, peccatum dici analogice de vtroque.

Ad.5.R.priuationis dari varias ſpecies, vt conſtat, nec oppoſitum docuit Ariſt.1. de parti cap.3.ſed tantum voluit, priuationis non dari ſpecies poſitiuas pertinentes ad habitum oppoſitum, quod enim non habet pennas, non poteſt diuidi in habentem tales, vel tales, aut tot, vel tot pennas, & hoc eſt, quod dixit. 4. Phyſicorum tex. 67. non entis nullas eſſe differentias.

37 Ad.6.R.nullum actum proprie eſſe intrinſece malum, quia quilibet exablatione præcepti, vel ex ignorantia, aut indeliberatione poſſet fieri bonus, vel ſaltem non malus, vt recte docet Vazquez diſp.95.c.4. & 12. Guiller.de Rubione.2.d.35.q.1.Tartaret.ſuper Scotum quodlib.18.& alij, quos in materia de bonitate & malitia hum.actuum ſecuti ſumus. Aliqui tamen actus improprie dicuntur mali intrinſece, quatenus neceſſario habent annexam malitiam ſi fiant, cum deliberatione & ſine ignorantia.

Ad 7.R.peccatum non conſiſtere formaliter in contrarietate poſitiua & proprie dicta ad legem, vt patet in peccato omiſsionis, ſed in contrarietate late dicta, & priuatiua, quæ eſt non obedire legi: materialiter autem peccatū commiſsionis eſt poſitiue contrariū legi, & vtraque contrarietas pro eadem reputatur, quia ſunt neceſſario connexæ, & conuertuntur in concreto ſumptæ.

Ad.4.R.habitus vitioſos eſſe malos ratione priuationis, non quam in ſe habent, ſed quam ſubiecto inferunt, priuant enim potentiam expeditione & facultate quadam ac promptitudine ad actum ſtudioſum, quæ priuatio cauſatur ex ipſo habitu vitioſo, licet aliunde ex gratia, vel habitu ſtudioſo naturali, aut ſupernaturali potentia ſit prompta ad eundem actum: erit enim cæteris paribus minus prompta cum habitu vitioſo, quam ſine illo, quia erit minus impedita. Item ipſum carere principijs malorum actuum, bonum eſt, & hanc perfectionem negatiuam tollunt mali habitus: ideo formaliter mali ſunt.

Ad.9.Reſpon.habitus malos non effici ab actibus malis, vt mali ſunt, ſi ly ut dicat rationem agendi: ſecus forte, ſi dicat conditionem agendi. Dico, forte, quia non eſt exploratum, an dentur aliqui habitus eſſentialiter vitioſi, id eſt, qui ex natura ſua habeant non concurrere, niſi ad actus habentes malitiam, nec produci, niſi ab actibus habentibus malitiam, an vero omnes habit⁹ ſint eſſentialiter boni, aut indifferentes, ac proinde nullus producatur ab actu, neque illum producat dependenter à malitia actus, vt à conditione neceſſaria. De quo diſp.1. huius tractatus multa diximus. 38.

Ad.10.Reſpon.etiam militare contra aſſerentes, malitiam conſiſtere in relatione: vnde etiam illud ſoluit Vazquez diſput. 95. cap. 12. nu.62.& bene, dicendo malitiam non debere eſſe in ſe voluntariam, & liberam, ſed ſatis eſt ad peccatum comiſſionis, eſſe volūtariam, & liberam in actu, ad quē ſequitur id vero, quod primo accipit nomen peccati omiſſionis, vel commiſſionis debere eſſe in ſe voluntarium, & liberum. ¶Ad.11.Reſpon.actus auaritiæ, & prodigalitatis nō eſſe malos à priuatione habitus, neque actus liberalitatis, ſed à priuatione conformitatis ad præceptum reſpiciēs materiam huius virtutis, & quoniam hoc præceptum eſt duplex, alterum non deficiendi, alterum non excedendi; ideo actus prodigalitatis & auaritiæ ſunt diuerſi ſpecie quaſi priuantes conformitatibus ſpecie diuerſis. Vnde argumenta, quæ affert Vazquez diſput. illa cap. 7. ex vitijs oppoſitis liberalitati, contra nos vim non habent, vt neque illa, quæ ca.8. affert ex vitijs oppoſitis iuſtitiæ, tantum enim procedunt contra aſſerentes, malitiam actus conſiſtere in priuatione actus, vel habitus oppoſiti.

Ad.12.Reſpon.priuationes, licet cognoſci non poſſint, niſi vt entia poſitiua, & ideo dicantur entia rationis, & ficta: ſecluſa tamen operatione intellectus competere ſubiectis, & propterea merito Hieronymū reprehendere potuiſſe eos, qui dicebant, eſſe omnino nihil, licet forte ſolum reprehenderit aſſerētes, peccatum nullius eſſe momenti. 39.

Ad.13.

Ad.13.Reſpond.in peccato commiſſionis eſſe auerſionem & conuerſionem explicitam vel implicitam,tum ratione poſitiui,tum ratione priuationis,vt in motu locali,licet ſit poſitiuus,inuenitur auerſio,& in omiſſione licet ſit priuatiua,inuenitur conuerſio Dico ergo conuerſioni & auerſioni poſitiuæ correſpondere per accidens pœnam ſenſus , & damni,priuatiuæ autem per ſe , quia omnis pœna perſe reſpondet malitiæ,omnis autem malitia eſt priuatiua. Sed de auerſione & cōuerſione & pænis earum plura inferius.

40 Ad. 14. poſſet dici,malum aliquod naturale poſſe conſiſtere in poſitiuo:non vero malum morale.Ita videtur dicere Valentia.1.2. diſp. 2.q.13.puncto.3.ad.4.Vbi cum oppoſuiſſet,calorem eſſe malum aquæ ſecundum rationem poſitiuam:ergo idem dicēdū eſt de actu malo reſpectu voluntatis;negat cōſequētiā quoniam calor,vt eſt quid poſitiuum,repugnat& nocet aquæ quoniam confert ad corruptionem ipſius & ideo,vt eſt quid poſitiuum poteſt eſſe malus aquæ:at vero actus iuſtitiæ.v.g. non repugnat homini,quatenus ens poſitiuū eſt, ſed ratione priuationis adiunctæ atque id circo,ſicut ratione illius dumtaxat repugnat homini,ita ab ipſa denominatiue tantum eſt malus homini, huius ſignum eſt quod ſi præceptum tolleretur ſicut tolli poſſunt præcepta iuris humani,iam idem actus ſecundū ſuam rationem poſitiuam non eſſet homini malus, idque ſolum propterea quod iam actus non haberet priuationem debitæ rectitudinis ex præcepto.

41 Hæc Valentia cui conſonat Anſelmus lib. de caſu diab. cap. 26. dicens,malum morale, ſeu iniuſtitiam ſemper eſſe priuationem,malum autem naturale,quod ipſe vocat incommoditatem,interdum eſſe priuationem , vt cæcitas:interdum vero eſſe aliquid poſitiuū vt triſtitia & dolor.Sed cōtra eſt,quia omnes fere ſancti & doctores citati pro ſecunda opinione aperte docent,omne malum in priuatione conſiſtere.Deinde quia ſicut dicitur calorem ratione ſua poſitiua eſſe malum , quia ratione poſitiua nocet aquæ diſponens Phyſice ad eius corruptionem; ita poſſet dici ,actum contrarium legi , non ſola ſua ſubſtātia, ſed ratione hac poſitiua,qua eſt cōtrarius legi eſſe malum,quia eadem ratione diſponit moraliter,& per modum meriti ad punitionem hominis.Denique quia licet hac via ſoluerętur argumentum de calore ,non tamen argumentum de dolore,triſtitia & errore , & Anſel.forte ſolum voluit,malum naturale aliquando ſupponere pro poſitiuo , aliquando pro priuatione:idem tamen potuiſſet dicere de iniuſtitia,& malo morali , nam peccatum omiſſionis ſupponit pro priuatione : peccatū vero commiſſionis pro poſitiuo, licet conſtituatur formaliter per priuationem.Recte: ergo Greg.Arim.2.d.34.q.1.ar.1.ad.2.& 3.contra primam concluſionem Capr.q.2. ar.3. ad 2. contra. 3 . concluſionem.Hiſpalen. q.2.ar. 4.ad.2.& 3. contra. 1. concluſionem docent, etiam malū naturale ſemper in priuatione conſiſtere , quia nihil eſt formaliter malum alicui,niſi quia actu nocet,nihil vero nocet, niſi quia priuat aliquo bono,vt docet Auguſtinus.2.de moribus Manich.c.3.& Magiſter. 2.d.35.ad medium,qui ea ratione in fine d. docet non ſolum malum culpæ,ſed etiam malum pænę in priuatione conſiſtere : ergo calor,triſtitia,& dolor non ſunt mala,niſi quia priuant aliquo bono.Idemque eſt de errore.

Tota vero difficultas eſt , quo bono priuant,quoties mala ſunt.& quidem de calore 42
inquit Suarez tom.1. Metaphyſicæ diſput.11. ſect.1. num.15. et ſequentibus. Ideò eſſe malum aquæ,quia caret frigore debito aquæ, et in vniuerſum,vt aliquid ſit malum alteri,ſiue Phyſice,ſiue moraliter , non opus eſſe vt careat perfectione ſibi debita , ſed debita alteri,quod probat ex D.Thom.de malo.q.1. ar.1. ad primum. vbi ait, ſimpliciter malum eſt, quod eſt ſecundum ſe malum,hoc autem eſt, quod priuatur aliquo,quod eſt debitum ſuæ perfectioni.Sicut ægritudo eſt malum animalis , ſed ſecundum quid dicitur malum eſſe, quod non eſt malum ſecundum ſe, ſed alicuius,quia non priuatur aliquo bono , quod ſit de debito ſuæ perfectionis , ſed quod eſt de debito perfectionis alterius rei,ſicut in calore eſt priuatio perfectionis debitæ aquæ , et ideo non eſt malus in ſe,ſed aquæ.Sed hæc ſolutio nulla eſt,quia vt diximus circa primum modum explicandi ſecundam opinionem, carentia perfectionis,quæ nō eſt debita , nec poſſibilis ſubiecto immediato,non poteſt eſſe priuatio reſpectu ſubiecti mediati , cui eſt poſſibilis et debita, ac proinde eà tali carentia neque ſubiectum mediatum, neq. immediatum poterit dici malum,cum ea neutri ſit priuatio , et ita neque calor poterit dici malus aquæ,ex eo quod careat frigore,nec actus in temperantiæ,ex eo quod careat actu temperantiæ,et alioqui humiditas erit priuatio, et mala reſpectu aquæ,quia caret frigore debito et poſſibili aquæ , et actus iuſtitiæ erit malus voluntati . quatenus caret perfectione fortitudinis debitæ,et poſſibilis voluntati.Item iuxta hunc modum dicendi calor non eſſet deterior aquæ,quam carentia frigiditatis,quia tota malitia caloris eſt ex carentia frigiditatis , aut certe carentia caloris eſſet dupliciter mala aquæ. 1. vt eſt immediate in qua.2.vt competit calori immediate. Conſequens videtur abſurdum , ergo,etc. neque

D.Tho.

D. Thom. quando dixit in calote eſſe ptiuationem perfectionis debitæ aquæ, & ideo calorem eſſe malum aquæ, voluit talem priuationem eſſe in calore, vt in ſubiecto inhæſionis, ſed vt in cauſa, & ſubiecto denominationis: quatenus calor dicitur priuare aquam perfectione ſua, nimirum frigiditate, vel aliquo eius gradu, vel ſaltem expeditione ad calefaciendum, nam ſi calor & frigiditas eſſent in aqua non poſſet aqua bene vti frigiditate, quia impediretur à calore, & ſic per calorem aqua eſſet priuata potentia aliqua, vel expeditione ad vtendum frigiditate: priuata item eſſet aptitudine ad ſuam conſeruationem, quia melius poſſet ſe conſeruare ſine calore, quam cum illo etiam ſi cætera eſſent paria. Deſtruit etiam calor perfectionem aliam aquæ negatiuam, ſcilicet, non eſſe cum calore ſui deſtructiuo, & ſibi contrario: nam non habere domi hoſtem, bonum eſt, & ita recte intelligitur quomodo tota malitia caloris reſpectu aquæ in priuatione conſiſtat.

43. Malitiam etiam doloris, & triſtitiæ in priuatione conſiſtere ſic explicatur, nam triſtitia non ſolum ptiuat delectatione, qua quis delectatur de carentia mali, & aduerſi, vt dicunt Capreol. Hiſpalen. & Ariminenſ. infra ex Auguſtin. 2. Geneſ. ad litteram. Sed etiam impedimentum eſt ad quamcunq. aliam delectationem, eo quod delectatio, & triſtitia, etiam cum oppoſitæ non ſunt, ſe impediunt, vel remittunt vt experientia conſtat, & Doctores communiter docent, & ita triſtitia priuat aliqua potentia ad omnes delectationes. Pugnat item cum ſalute, & bona corporis diſpoſitione ac vita, & quamuis vitam ſpiritualem ſubſtantialem tollere non poſſit, tamen ſemper inhabilem reddit animum ad opera vitæ, quia tenet mentem ligatam in malo, quod patitur; ita vt fere de nulla aliare cogitare poſſit, & propterea forte triſtitia, quies violenta nuncupatur. Secluſis vero his priuationibus triſtitia de malo mala formaliter non eſſet, vt docet Capreolus. 2. diſtinct. 34. quæſtio. 2. artic. 3. ad ſecundum & tertium contra primam concluſionem, Arimin. quæſt. 1. articul. 1. ad ſecundum & tertium contra primam concluſionem, Hiſpalen. quæſtion. 2. artic. 4. ad ſecundum & tertium contra primam concluſionem, ſed potius eſſet bona, & expetibilis ex ſuppoſitione mali illati, quia de proprio, vel amicorum malo dolere natura ipſa, & charitas poſtulat. Vnde Hiſpalen. ſupra ad tertium, docet, triſtitiam ſecundum ſe ſecluſa priuatione boni, bonam eſſe, quia 2. Corinth. 7. triſtitia, quæ ſecundum Deum eſt, &c. & Auguſtinus. 14. ciuita. capit. 8. ipſa triſtitia reperitur in bono: nam laudat Apoſtolus Corinthios, quod contriſtati fuerint ſecundum Deum. In Deo vero, & beatis ſummum gaudium excludit omnem triſtitiam, non ſolum oppoſitam, ſed diſparatam.

Errores vero mali ſunt non ſolum, quia priuant bonis actibus oppoſitis, & per habitus quos inducunt, habilitate aliqua ad veram cognitionem, ſed etiam priuant conformitate ad regulam, quæ eſt res ipſa: nam ab eo, quod res eſt, vel non eſt propoſitio eſt vera, vel falſa. Præterea vnus error ad alium, & ad peccata, aliaque mala trahit, ideoque carere illo bonum eſt, & hac bonitate negatiua priuat ipſe error, propterea tota eius malitia in priuatione conſiſtit. 44.

Ad vltimum Reſpondetur D. Thom. illis locis clare docuiſſe, malum etiam morale in priuatione conſiſtere: ideo malitiam non eſſe differentiam conſtitutiuam actus in eſſe naturæ conſiderati, ſed in eſſe moris, quoniam vero hæc malitia ſumitur, & ſpecificatur à præcepto, & hoc ab obiecto conſequeter etiã ipſa ſpecificatur ab obiecto: ſed vnde peccata in eſſe moris ſpecificentur, ex dicendis in hac materia conſtabit.

Ex dictis patet primo, falſum eſſe, quod in prima opinione retulimus dixiſſe Victoriam 45. *Corol. 1.*
& Sotum peccatum commiſſionis formaliter conſiſtere in poſitiuo, & priuatione ſimul, nam pro formali ſolam malitiam dicit: tota autem malitia eſt priuatio. Confirm. quia formale peccati eſt id ratione cuius proxime, & per ſe actus eſt diſconueniens naturæ rationali, ſed hoc eſt ſola priuatio: ergo. Vide Vazquez diſp. 95. cap. 3. Dices de ratione malitiæ moralis eſt, quod ſit voluntaria, & libera: quæ ratio eſt poſitiua: ergo malitia moralis includit aliquod poſitiuum, nempe actum à quo capit, vt ſit voluntaria, & libera. Reſpondent aliqui, in hoc, quod eſt eſſe voluntariam, & liberam non includi actum, ſed ordinem ad actum. Hoc tamen non euacuat difficultatem, quia ſaltem malitia peccati non conſiſtit in ſola priuatione rectitudinis, ſed etiam in illo ordine, de quo explicandum erit quid ſit, nam cum ſit in negatione ſeu priuatione, non poterit eſſe quid poſitiuum, ſed alia negatio aut priuatio, vel relatio rationis. Reſpondeo ergo, malitiam, vt ſic, conſiſtere in priuatione, vt moralem vero ſeu eius moralitatem conſiſtere in denominatione extrinſeca ſumpta ab actu, vel in ordine ad actum, cuius ſuo modo eſt effectus: ſicut cæcitas effectus alicuius humoris etc. eſſe autem

Digitized by Google

effectum in negatione, & priuatione eſt de-
pendentia quædam negatiua, ſcilicet, quod
negatio illa non eſſet, niſi actus ex quo ſequi
tur, eſſet.

2.Corol. 2. Patet, quod licet actus, & habitus bo-
ni poſſint dici bonitates, tamen actus, & ha-
bitus vitioſi non poſſunt dici malitiæ,
quia non ſunt priuationes: ita. Suarez, to-
mo. 1. Metaphy. diſput. 10. ſection. 1. numer.
12. ex D. Tho. 1. part. quæſtio. 5. articul. 5. ad
2. & 1. 2. quæſtio. 55. art. 4. ad. 1. & 3. p. q. 11. ar. 5.
ad. 3.

3. Patet, quid dicendum ſit ad quæſtionem
46. quam quidam excitant, an peccatum actuale
3.Corol. commiſſionis conſiſtat in auerſione à Deo,
an vero in conuerſione ad creaturam: ſup-
ponimus in actu malo ſaltem mortali re-
periri communiter auerſionem à *Deo*, &
cõuerſionem ad creaturam ſeu bonum com-
mutabile, vt conſtanter docent Scholaſtici
ex Auguſt. 1. ad Simplician. quæſt. 2. & 1. de li-
bero arbitrio, cap. vltimo, & ex Hierem. 2.
duo mala fecit populus meus, & me dereli-
querunt, &c. & cap. 3. & 14. & Zachar. 17. &
alijs ſacræ paginæ locis, & ratio eſt, quia ra-
ro vel nunquam homo peccat, niſi propter
bonum aliquod creatum, quod inordinate
appetit eodem actu formaliter, vel virtute,
explicite, vel implicite: ergo in quolibet pec-
cato eſt conuerſio aliqua ad bonum com-
mutabile, & auerſio à Deo, ſcilicet, vt à le-
gislatore, amico, & fine. Dicunt ergo non-
nulli, peccatum actuale conſiſtere in auerſio
ne à Deo, quia conſiſtit in priuatione qua-
dam, & non in alia: ergo in auerſione à Deo.
ita videtur ſentire Albert. 2. part. ſummæ tra-
ctat. 18. quæſt. 114. membr. 3. dicens conuer-
ſionem in peccato eſſe vt materiam, auer-
ſionem vero, vt formam. idem Alens, & alij
apud Carthuſ. 2. diſt. 35. Alij putantes, pecca-
tum in poſitiuo conſiſtere, dicunt conſiſtere
in conuerſione. Cæterum, licet teneremus
conſiſtere in poſitiuo, deberemus affirmare
etiam in auerſione conſiſtere, quia in illo po-
ſitiuo eſt auerſio poſitiua ſeu poſitiuus receſ-
ſus à lege Dei ſeu à Deo, vt legislatore, ſicut
in motu locali eſt poſitiuus acceſſus ad ter-
minum ad quem, & poſitiuus receſſus à ter-
mino, à quo, vt ſatis indicauit Alens. 2. part.
quæſt. 123. memb. 1. §. 1. in fine. Quia vero te-
nemus, peccatum formaliter conſiſtere in
priuatione conformitatis ad legem, conſe-
quenter dicimus cõſiſtere in auerſione à Deo
vt legislatore.

4. Patet an peccatum pro formali habeat
47. bonitatem aliquam; nã ſi cõſiſtit in poſitiuo,
4.Corol. bonitatem aliquam habet, quia omne ens po
ſitiuum eſt aliqualiter bonum. & ita tenet
Caietan. hac quæſtio. 71. artic. 6. qui vero di-
cunt conſiſtere in priuatione, docent non eſ-
ſe bonum pro formali, ſed eſſe bonum aliqua
liter pro materiali, & ita tenent D. Thom. &
Ferrar. 3. contra gentes, capit. 9. idem D.
Thom. 2. diſt. 30. articul. vltimo. Scotus, diſt.
40. quæſt. 1. & quodlib. 13. Gabr. diſtinct. 40.
notab. 1. ſed auertendum eſt materiale pec-
cati non ſolum eſſe bonum in ſe ipſo ſeu bo-
nitate tranſcendente, quia habet perfectio-
nem, quam ſua natura poſtulat, ſed etiam eſ-
ſe bonum alteri ſeu bonitate reſpectiua aut
comparatiua, nam ſemper appetitur, aut
exercetur eo quod ſecundum ſe conuenit
alicui, vel ſaltem conducit ad bonum alicu-
ius, quo pacto etiam formale peccati poteſt
eſſe bonum, nam priuationes, vel negationes
poſſunt per ſe aut vt media aliud aſſequen-
dum conuenire, ſic non eſſe vel mors poteſt
eſſe bona, & appetibilis ad conſequendam
fœlicitatem, vel euadendam miſeriam, &
eiuſmodi bonitas ſiue abſoluta, ſiue relata,
ſiue poſitiua, ſiue priuatiua, aut negatiua, li-
cet non ſit moralis, id eſt, conſonans regulis
moris: eſt tamen moralis, id eſt libera. Non
tamen propter talem bonitatem vult Deus
abſolute mala, aut propendet vt fiant, quia
Deus non vult mala fieri vt ex profeſſo do-
cent D. Thom. & alij. 1. part. quæſt. 19. art. 9.
& alij cum Magiſtro. 1. diſtinct. 46. propter
illam tamen bonitatem permittit *Deus* ma-
la fieri, quia non permitteret mala, niſi in-
de elicere poſſet aliquod bonum, vt docet
Auguſtin. 1. contra Iulian. capit. 9. *Dionyſ.*
capit. 4. diuin. nom. Magiſter, & alij commu-
niter, ſic peccata aliquo modo pertinent ad
ad decorem, & perfectionem vniuerſi. Vnde
eccleſiaſtici. 33. contra malum bonum, &
contra virum iuſtum peccator, & ſic intuere
omnia opera altiſſimi, duo, & duo, vnum &
vnum: quibus verbis Auguſtinus. 11. ciuit. cap.
18. ſignificari ait, tanquam pulcherrimum
carmen quibuſdam antithetis decoratum
fuiſſe mundum iuſtis, & peccatoribus, & in
Enchirid. capit. 10. & 11. ait ex omnibus con-
ſtare vniuerſitatis pulchritudinem admira-
bilem, in qua illud etiam, quod malum di-
citur, bene ordinatum, & loco ſuo poſitum,
eminentius commendat bona, vt magis pla-
ceant & laudabiliora ſint, dum comparantur
malis, & capit. 96. quamuis ea, quæ mala
ſunt, in quantum mala ſunt, non ſint bona
tamen vt non ſolum ſint bona, ſed etiam
ſint mala, bonum eſt mala fieri, & Origenes.
numer. 22. ſcimus Dei prouidentia ſic om-
nia eſſe diſpoſita, vt apud Deum nihil otio-
ſum ſit, neque bonum, neq. malum. Boet. 4. de
conſolatione proſa. 2. ſola diuina vis eſt, cui

quæque

quæq. mala,bona ſunt, gloſſa in id Roma. 8. diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum,addit,etiam lapſus, & peccata: idem dicunt alij ibi, & certe ſi non fuiſſent peccata,nec fuiſſet incarnatio Chriſti, nec eius merita, & ſatisfactiones, nec alia innumera, quæ ſecum attulit,nec patientia martyrum, nec pœnitentia, nec iuſtitia vindicatiua: ſicut ergo monſtra naturalia pertinent ad decorem,& perfectionem vniuerſi,ita & moralia. Non tamen ideo putes peccata pertinere per ſe ad perfectionem vniuerſi, ſed per accidens, vt notat D. Thom. 1. part. quæſt. 19.artic. 9. ad. 2.& quæſt.22. artic.2. ad.ſecundum (vbi Caietan.) & 1. d.46. quæſt. vnic. ar. 3.Bonauent.quæſt.vlt.*Duran*.quæſt.2.ad.1.Alber.Palud.Vdalrich. Richard. & alij quos refert & ſequitur Carth.ead. d.quæſt.2.& 3. vbi conſonat Magiſter.Nam quod per ſe eſt malum & inficit, non reddit bonum aut perficit per ſe,ſed ſi id præſtat, eſt per accidens,& ſic cape,quod dicit Gregor. in benedictione cerei,felix culpa, quæ talem ac tantum meruit habere redemptorem. Quare cenſeo abſolute perfectiorem eſſe mundum cum peccatis, & perfectionibus, quæ illi ex peccato acciderunt quam ſine peccato,& ſine illis (vt Caietan. & Carthuſian.ſentiunt) niſi tamen illæ perfectionis alijs maioribus compenſarentur,vt ſatis inſinuant ipſe Carth. & Bona. Si enim Chriſtus veniret nullo exiſtente peccato,& omnes eſſent prædeſtinati, & ad maiorem gloriam,quis dubitet quin vniuerſum eſſet perfectius, etiam ſi in eo non eſſet patientia, nec pœnitentia, nec iuſtitia vindicatiua,neque libertas ad peccandum, ſicut ſtatus gloriæ,in quo non ſunt actus pœnitentiæ,patientiæ,aut iuſtitiæ vindicatiuæ (vt poſt reſurrectionem) melior eſt ſtatu vitæ præſentis,in quo tales virtutes exercentur. Vnde D. Tho. 1.p. quæſt.25.ar.6.ad.3.ait mundum habentem res numero,& qualitate eaſdem quas modo habet, non potuiſſe meliori ordine conſtitui & temperari: potuiſſe tamen *Deum* res meliores facere.

5. An peccatum actuale ſit actus, vel aliquid complexe ſignificabile: nam formaliter loquendo non eſt actus,ſed priuatio, quæ licet incomplexe ſignificari poſſit vt nomine malitiæ, prauitatis, &c.tamẽ etiam poteſt cõplexe ſignificari,vt nomine carentiæ rectitudinis, & obedientiæ in ſubiecto & tempore quo tenebatur obedire.Si vero loquamur de actuali peccato pro materiali,eſt actus, qui incomplexe ſignificatur nominibus peccati, ſceleris, flagitij,furti,homicidij, ſacrilegij, & & ſimilib.Sed complexe quoq. ſignificari poteſt nomine actus cõtrarij diuinæ legi, & infinitis alijs nominibus complexis, & ſic verũ habere poteſt quod dicunt Gregor.2. d.34. & 35.cui videtur conſentire Greg. 2. d. 35.quæſt. vnica prope initium, peccatum eſſe aliquid complexe ſignificabile.Sed male ait,non eſſe actum,nec ſignificari vlla voce incomplexa, ſed tantum terminis complexis,vt Auguſt.loquitur.1.de libero arbit.cap.16. dicens peccatum eſt neglectis rebus æternis temporalia ſectari,& eodem modo definiendi vtitur lib. 83.quæſtionum, q. 30. Quamuis enim verum ſit, peccatum non inuoluere ſolum actum, ſed priuationem adiunctam, & quod actus ille ſit contrarius legi,& in ſubiecto,nam extra ſubiectum,& ſine prohibitione nullus actus eſſet peccatum, tamen vt recte aduertit Caiet.hac quæſt.71.a.6. plura poſſunt incomplexo nomine ſignificari, vt mundus ciuitas, domꝰ, collegium, ſimitas multa incomplexe ſignificant:& ècontra omnia entia, licet non ſint compoſita phyſice,ſeu ex rebus diuerſis, poſſunt complexe ſignificari,& ſignificantur per definitionem ſuam conſtantem nomine generis & nomine differentiæ.

4 Corolar.

SECTIO. IIII.

An de ratione pecccati ſit eſſe contra legem Dei.

DE hac re egimus tract.7.diſput.2. ſect.1. ſed copioſius hic differendum eſt. Pro parte neg. argum.1. quia,etiam ſi nulla eſſet lex diuina,mentiri,& odio habere *Deum*, & alij ſimiles actus eſſent mali:ergo eorum malitia non conſiſtit in contrarietate ad legem Dei. Conf.1.quia huiuſmodi actus non ſunt intrinſece contra legem *Dei*, poſſet enim illos non prohibere; omnes enim legiſlatores liberi ſunt in ferendis legibus:tamen ſunt intrinſece mali:ergo eorum malitia non conſiſtit in cõtrarietate ad legem Dei.Confir.2.quia communiter docetur,aliquos actus eſſe prohibitos,quia mali ſunt,alios vero eſſe malos,quia ſunt prohibiti,ergo in illis prioribus malitia non pendet à prohibitione. Confir.3. quia licet peccatum ſit contra dictamen rectæ rationis, tamen non ideo eſt peccatum,ſed potius ideo recta ratio dictat,eſſe malum, quia re ipſa malum eſt, ergo malitia eius non ſumitur à recta ratione: ac proinde neque à lege diuina, quamuis fateamur ipſam rectam rationem eſſe quandam legem diuinam. 506

2.Quia poſſunt dari actus boni ſine ordine ad legẽ:ergo & mali par enim ratio eſt,& oppoſitorũ eadẽ eſt diſciplina. Antecedẽs probatur

54 2.Probatur ex ſanctis nam Aug.22. contra Fauſtum cap.27.peccatum definit,*dictum,factum,vel concupitum contra legem diuinã*. Quam definitionem approbant Magiſter.2. d. 35. & ibi omnes ſcholuſtici D.Thom.hac quæſt. 71. artic.6.Vincent.ſupra,item Auguſt.2.de conſenſu Euangelitarum cap.4.peccatum definit per tranſgreſſioné legis & lib.de duabus animabus contra Manich.ait,*peccatum eſt volũtas retinendi,vel conſequendi quod iuſtitia vetat* ideſt, lex iuſtitia,ſeu ius,&.2.de peccatorum meritis cap.16. in principio ait, *nam nec peccatum erit,ſi non diuinitus iubeatur,vt non ſit*,&.1.de libero arbitrio cap.3.& ſequentibus, cũ Euodius diceret,aliqua eſſe vetita, quia mala probat Auguſt.nihil eſſe malum,niſi quia prohibitũ lege æterna,& lib.de fide contra Manichæos cap.6.ait,malum non eſt natura,ſed auerſio à Dei præceptis.Ambr.lib.de parad.cap.8. quid eſt,inquit,peccatum niſi diuinæ legis præuaricatio & cæleſtium inobedientia mandatorum:conſonat Bernard.de præcepto & diſpẽſatione colum.8.&.9.& Cicero.1.de offic. dicens,peccatum eſt quidquid fit cõtra officiũ, ſcilicet debitum aliqua lege.Vide etiã Alenſem.2.p.q.123.membro.1.Albet.2.p.tract.14.q. 14.mẽbr.3. vbi approbant definitiones peccti traditas ab Auguſt.& Ambr.

55 3.Probatur quia peccatum naturæ conſiſtit in deuiatione à lege actionis naturalis, ergo & peccatum moris in deuiatione à lege moris:ac proinde à lege Dei,nam omnis lex moris eſt lex Dei,vel obligat in virtute poteſtatis traditæ à Deo.Roman.13. omnis poteſtas à Deo eſt & ideo prælati dicũtur dij Deut. 22.dijs non detrahes,vel in virtute diuini præcepti de parẽdo ſuperiorib⁹.Vnde qait,Euod. apud Aug.1. de lib.arb.c.1.&.3. aliqua eſſe mala quia prohibita,aliqua veto prohibita,quia mala: intelligitur de prohibitione ſeu præcepto negatiuo poſitiuo,ſeu volũtario,&libero arbitrario.Nihil autem eſt malum niſi quia prohibitum ſaltem præcepto diuino naturali,& neceſſario.Vide D.Thom.hac,q. 71. a.6. ad.4.Contad.ibi.Alenſem.2.par. q. 123. mem. §3.ad.2.Bonuen.2.d.35.in expoſitione litteræ Gerſon.3.p.lect.1.de vita ſpir. Corol.10.Alma. 3.moral. c.15.

56 *Ad 1.arg. 1.Solutio.* Ad.1. arg.R. Medi. q.18.artic.1 in fine,q.19. art.4.q.71.a.6.& q. 90. in principio & q.100. art.8.ſi Deus nõ prohiberet mendacium. v.g. fore & non fore malum, quia ex impoſſibili ſequitur quodlibet.Sed cõtra quia ex impoſſibili, quod non continet implicationem in adiecto,ſeu formaliter,&ex terminis,non ſequitur quodlibet,ſed alterum,vt ex eo, quod Deus non ſit,non ſequitur,hominem eſſe, & non eſſe,ſed alterum,ſcilicet nõ eſſe, eodem ergo modo ex hoc impoſſibili, quod Deus, vel lex Dei non ſit,non ſequitur peccatum eſſe,& non eſſe,ſed alterum.Vnde.2.dici poſſet,ſi non eſſe Deus,aut lex vlla Dei, & tamẽ maneret homo, ac mentiretur, mendacium non fore peccatum,licet eſſet malum morale.Quam opinionem Zumel. quęſt. 71. art. 6. diſp.10.tribuit Soto ſupra eandemque Medi. quęſt.19.ar.4.tribuit D.Thom.quæſt.71. art.6. ad 4.ſed immerito, vt notat Zumel, nam D. Thom.tantum dicit, nihil eſſe malum, niſi quia prohibitum ſaltem iure naturę, quod primario exiſtit in lege æterna, ſecundario vero in ratione noſtra.Cuiuſcumque tamen hæc ſit opinio,facile reijcitur,quia tunc, qui mentiretur & male ageret,dignus eſſet pæna: ergo haberet culpam, ac proinde peccatum. Secundo,quia peccatum formaliter conſiſtit in malitia morali : ergo ſi tunc mendacium eſſet malum moraliter eſſet etiam peccatum. *2.Solutio.*

57 Tertio propter hoc dicunt aliqui,vt Herrera illa quæſt.4. tunc nec malum morale fore,ſed hoc intollerabile eſt,quia tunc homines in actibus liberis humanis, & moralibus deficerent,& à regula morum,quæ eſt ratio, deuiarent:ergo moraliter peccarent,ſeu mala agerẽt.Item tunc bene agerent moraliter conformando ſe rationi,quia ad bonitatem, moralem,non requiritur noritia Dei;ſed conformitas cum ratione, vt docet Vict.relect. de perueniente ad vſum rationis,num.8.& 9. citans pro ſe. Gregor. 3. diſt.34. Idemque tenet Maior.2.diſtin ct.41.q.1.concluſi.3. Vega. 13.in Trid.c.25. ergo & male agerent diſcordando à ratione. An vero ſublata lege diuina, vel poſita ignorantia inuincibili illius, qui ſcienter ageret contra rationem, peccaret mort.& eſſet dignus ęterna pæna,dicam agendo de diſtinctione inter peccatum mortale & veniale. *3.Solutio.*

Vnde Reſpondetur. 4. mendacium tunc fore malum morale, & peccatum, quia ad eſſentiam peccati ſufficit eſſe contra rationem & legem naturalem, quæ modo eſt lex Dei, licet in eo euentu non eſſet lex Dei. Itaque ad rati onem peccati ſufficit eſſe formaliter contra rationem & legem naturalem, cui neceſſario coniunctum eſt, eſſe legem Dei, ac proinde de ratione peccati eſt, eſſe contra legem Dei materialiter ſumptum, ſeu contra legem, cui reuera annexum eſt eſſe legem Dei, & quod ratio naturalis ſit lex naturalis, & Dei, docet Hugo ſecundo de Sacramen. cap. 7. dicens, *in præcepto naturæ tria ſunt præceptio, prohibitio, & conceſsio:præceptum autem naturæ nos nihil aliud intelligimus, quam ipſam diſcretionem naturalem, quæ intrinſecus inſpirata eſt, vt per eam homo erudiretur de his, quæ ſibi appetenda,* *4. Solutio.*

vel fugienda fuerant. Hoc ipſum docet Aug,1. de lib.arb.c.6.dicens, *vt ergo breuiter ateinæ legis notionem,quæ impreſſa nobis eſt,quantum valeo, verbis explicem,ea eſt, vt omnia ſint ordinatiſſima.* & infra, *cum ergo hæc ſit vna lex ex qua illæ omnes temporales ad homines regendos variantur,non ergo ipſa variari vllo modo poteſt*, & Epiſto.89.ad Hilatium ponit legem naturalem, *quæ in eorum apparet ætatibus, qui iam ratione vti poſſunt,* de qua dicit, *proinde quoniam lex eſt,etiam in ratione hominis,qui iã vtitur arbitrio libertatis,naturaliter in corde conſcripta, qua ſuggeritur ne mali aliquid faciat quiſque alteri,quod pati ipſe nõ vult; ſecundum legem hanc præuaricatores ſunt omnes, etiam qui legem per Moyſem datam non acceperunt,de quibus. Pſalm.118.legitur præuaricatores æſtimaui omnes peccatores terræ,non enim omnes peccatores terræ legem Moyſi præuaricarunt: ſed tamen niſi aliqui præuaricaſſent,non appellarentur præuaricatores.Vbi enim lex non eſt, nec prævaricatio*, & infra, *lege autem alia prævaricata,quæ eſt in vſu rationis,prævaricatores ſunt omnes peccatores terræ.* Et D.Thom.quæſt.71.ar.6.ad 4.ait, *legem naturæ primario eſſe in iudicio ęterno Dei, ſecundario vero in iudicio rationis creatæ.*

58 Si obijcias.1.quia de tatione legis ptoptie dictæ eſt eſſe latam à ſuperiori, ſed ſi Deus, non eſſet,dictamen noſtrum non eſſet à ſuperiori:ergo non eſſet lex,& ſic faciens contra illud,non faceret contra legem nec peccatet ſicut ſi Deus mentiretur,(quod tamen repugnat)non facetet contra legem,nec peccaret, quia ſuperiote non haberet.R.de tatione legis poſitiuæ,non eſſe quod ſit à ſuperi natura, vel ſuppoſito,ſed ſatis eſſe,ſi ſit à ſuperiori potentia,vt in caſu contingeret, an vero dictamen Dei reſpectu diuinæ voluntatis habeat rationem legis vere & proptie, an vero ideò lex non ſit, quia non diſtinguitur realiter à voluntate diuina,dicam fuſe in materia de legibus,nunc ſolum dico,quod ſi per impoſſibile Deus mentiretur, male ageret & peccaret, quia ageret contra rationem proprie, aut quodammodo. habentem rationem legis,& male quidam dicunt.Rationem noſtrã nunc non eſſe legem, ſed applicationẽ legis diuinæ, nam veriſsime eſt lex potius, quam applicatio legis,cum liget nihil dictando de diuina lege,ſed de diſſonantia obiecti cum natura rationali. Vnde Rom.2. eum gentes quæ legem non habent,naturaliter,quæ legis ſunt faciunt,ipſi ſunt ſibi lex. Vide Sotum in id Rom.4.vbi non eſt lex, nec præuaricatio, Victo.relectione de perueniente ad vſum rationis,vbi quamuis à num.8.lubricus ſit,tandem tñ docet.Si non eſſet lex diuina, vel inuincibiliter ignoraretur,adhuc tñ mendaciũ fore malum moraliter & peccatũ, idẽ ſentit Zumel hac.q.71.a.6.diſp.8.licet parũ cõſtãter. rauent etiam philoſophi,qui etiam ſi ignorarent Deũ,vel legẽ Dei,malũ tamẽ morale ac peccata cõcedebant,& dignos punitione homines exiſtimabant:& Dionyſ.cap.4.diuino. nom.quem citat,& ſequitur D.Tho.hac q.71. a.2.ait, *bonum hominis eſt ſecundum rationem eſſe, malum autem hominis eſt præter rationem eſſe:* ergo ex eo præciſe,quod actus ſit cõtra rationem, eſt malus moraliter & peccatum.

Si.2.obijcias peccatum definiri ab Auguſt. 59
quod ſit contra legem æternam,& D.Tho.q. 19.ar.4. air, bonitatem & malitiam moralem pendere à lege æterna:ergo cum ratio noſtra non ſit æterna,non ſufficiet ad eſſentiam peccati eſſe contra illam.Reſpond. quidam definitionem illam tradi de peccato completo ſeu Theologice etiam conſiderato:tale enim non eſt niſi ſit contta legem Dei realiter, vel in apprehenſione aut cum ignorantia vincibili ipſius.Sed melius. Reſpõdetur ad eſſentiam peccati ſufficere eſſe contra legem æternam in ſe ipſa,vel in aliqua eius ſimilitudine & participatione, quæ eſt ratio creata, quæ etiam aliquo modo eſt æterna ſcilicet ex parte obiecti quatenus dictat ptopoſitiones æternæ veritatis, vt mendaciũm eſſe indecentis naturæ rationali,&c. Vnde Auguſt.1. de libero arbitrio,cap.6. non ſolum legem appellat æternam,quia ab æterno eſt in Deo, ſed etiã, quia id quod dictat eſt immutabilis veritatis, & æternæ. Reſpon.4. ad argum.omne peccatum in quocunq. euentu eſſe hac ratione cõtra legem æternã Dei, quia ſi Deus eſſet,& circa illud legem aliquam ferret,illud prohiberet: itaque ad eſſentiam peccati ſufficit eſſe contra legem æternam Dei, vel exiſtentem, vel quæ exiſteret, ſi Deus circa eam materiam legem ferret. Hanc ſolutionem attigit Zumel ſupra:ex qua,& ex præcedenti ſequitur,rationem peccati ſumi poſſe ex cõttarietate, & ad rationem, & ad legem æternam Dei in ſe ipſa,vt docet Aquarius.2.diſt.36.concl.6.qnare nulla eſt contradictio inter Gabr. 2.diſt.35.q.vnica,art.1.diſt.39. quæſt.1.a.2. Scotum ead.diſtin.37.§. ſed iſtæ diſtinctiones, & quodlib.18.& Tartaret.ibi.Burid.7.Eth quæſt. 19.ad.7.explicantes malitiam per contrarietatem ad rationem, & alios illam explicantes per conttatietatem ad legem æternam Dei. Deinde cum quis facit id quod iudicat eſſe per ſe prohibitum lege æterna, non ſolum peccat, quia facit contra legem Dei apprehenſam, ſed quia facit contra veram legem Dei, ſcilicet contra rationem diuinam & humanam iudicantem,data ea ſuppoſitione id non eſſe faciendum.

Ad.1.confirmationem R.aliqui,mendaciũ, 60
& huiuſmodi act⁹ neceſſatio eſſe malos:quia *Ad.1. conf.*
neceſſatio Deus illos ptohibet:licet.n.diuina volun-

Digitized by Google

voluntas non ſit determinata ad volendum aliquid eſſe, vel non eſſe à parte rei: tamen eſt determinata ad rectitudinem, & obliquitaté, vt ait Caieta.q. 100.ar.8. quam determinationem aliqui explicant, quia ſicut voluntas Dei eſt determinata ad volendum hominem eſſe animal rationale, ita ad volendum mendacium eſſe malum, quod eſt illud prohibere, ideoque mendacium habet malitiam neceſſario deriuatam à diuina lege & voluntate, ita Zumel diſput. illa 10.ad.2. Sed hoc ſtitolum videtur, tum quia indecens Deo eſt velle, quod mendacium ſit malum, tum quia eſt ſuperuacaneum, nam cum mendacium ex ſe ſit malum, ſicut homo ex ſe eſt animal rationale, non oportet malitiam in eo deriuari à diuina voluntate, ſicut nec quod homo ſit animal rationale, à diuina voluntate pendet.

Aliter ergo doctrina illa Caiet. explicatur, vt diuina voluntas ſit determinata ad rectitudinem, & obliquitatem, quia quædam nō poteſt concedere, imo neceſſario illa prohibet ob indecenriam, & contrarietatem, quam habent cum natura rationali, alia vero non poteſt prohibere, ſed neceſſario illa cócedit ob conſonantiam, quam habent cum eadem natura rationali, vnde quædam ſunt intrinſece mala, & quædam intrinſece bona, in ordine tamen ad legem diuinam prohibentem, vel concedentem illa. Ita ſentit Herrera illa, q. 4.& alij recentiores, quos tractatu de legibus ſæpius reijciemus, & breuiter modo reijcimus, quia ſi per impoſſibile non eſſet Deus, vel non prohiberet ſua voluntate mendaciū, adulterium, etc. eſſet malitia libera contra rationē; ergo moralis: ergo peccatum graue, ſi materia eſſet grauis, & leue, ſi leuis. Itē tunc in æſtimatione & affectu homi nis omnia eſſent ſicut modo in ignorante aut non aduertente Deum aut legem illam præcipientem Dei. Ergo eodem modo peccaret. Confir. alioqui modo habentes talem ignorantiam, vel inaduertentiam Dei, vel legis Dei non peccarent, quia in intellectu & affectu eodem modo ſe habent ſicut illi, qui pette non peccarent. Item, vel illa voluntas prohibens, eſſet neceſſario in Deo, ſuppoſita voluntate creandi hominem, & hoc eſt abſurdum, quia nulla volitio efficax Dei in ordine ad creaturas eſt neceſſaria etiam ſuppoſita voluntate creandi illas: niſi forte obiecta ſint neceſſario connexa neceſſitate abſoluta, quæ neceſſitas hic non apparet. Si vero eſt libera poterit Deus efficere, quòd mendacium, odium Dei, & ſimilia non ſint peccata, non ferendo illam legem, vel diſpenſando in illa: quod eſt abſurdum. Reſpond. ergo.3. actus aliquos neceſſario eſſe malos, quia in omni euentu ſunt contra rationem recte iudicantem, nec poſſunt honeſtari aut excuſari, niſi ex ignorátia, vel inaduertentia inculpabili, quia nec Deus poteſt facultatem illos faciendi concedere, eo quod eſſet contra eius ſapientiam, vel bonitatem, vt dicam tract. ſeq. vnde non ſunt mali ex prohibitione ſpeciali Dei, ſed ex contrarietate neceſſaria ad legem naturæ ſeu rectam rationem.

Ad.2. confirmationem reſpondetur cum D.Tho. illo art. 6. ad.4. Bonauent.2.diſtin.35. dub.4. littera Zumel. ſupra & alijs, licet in ordine ad legem poſitiuam aliqua ſint mala, quia prohibita, alia vero prohibita, quia mala: tamen in ordine ad legem naturalem nihil eſſe malum, niſi quia prohibitum, &c. 61. *Ad. 2. cōf.*

Ad.3. confirmationem reſpondetur, ideo aliquem actum eſſe peccatum ſeu malum formaliter, quia eſt contra legem diuinam modis explicatis, ſcilicet, quia eſt contra legem Dei prohibentem, quæ eſſet ſi legem ferret, & contra rationem creatam iudicantem obiectum talis actus eſſe indecorum naturæ rationali. Malitia autem obiectiua, licet etiam conſiſtat in contrarietate ad legem, tamen non oportet, vt actus ſit malus formaliter aprehendi in ſuo fundamento, quod eſt obiectum, eſſe indecēs naturæ rationali, & ratio ni alias homo peccare non poſſet, niſi ratio reflecteretur in ſeipſam iudicando obiectum eſſe ſibi ipſi contrarium, quod eſt falſum, & contra experientiam.

Ad 1. arg. Reſp. nullum actum eſſe bonum niſi quia eſt conformis legi internæ præcipienti, vel approbanti illum, & prohibenti in eo malum finem malaſq. circunſtantias, & iubenti, vt ſi fiat, fiat bono fine, & bonis circunſtantijs, aut etiam legi externæ exiſtenti in Deo vel ſaltem futuræ, ſi Deus in ea materia legem ferret, ideo Auguſtin.1. de libero arbitrio, capit. 6. ait, nihil eſſe iuſtum, & legitimum, quod non ſit ex æterna lege deriuatum, & opera Dei ſunt bona, quia legi eius internæ conſonant, licet enim Deus non habeat legem externam, vel à voluntate ſua realiter diſtinctam, habet tamen legem internam, ſcilicet dictamen proprij intellectus ratione diſtinctum ab eius voluntate, quam legem ſi non ſequeretur, peccaret, & quia eam ſequitur, bene agit, maxime cum eius opera talia ſint, quæ neceſſario approbarentur, ſi ſuperiorem haberet, qui legem ferret. ¶ Ad confirmationem. Reſp. id prouenire ex lege interna prohibente, cui neceſſario ſe cōformat. 62. *Ad. 1. arg.* *Ad confir.*

Ad.3. argumentum reſpond. ignorantiam, & inaduertentiā inculpabilē excuſare à violatione cuiuſcūq. legis poſitiuę, de ignorantia vero legis naturalis diſtinguendū eſt: nam ſi eſt ignorátia prauæ diſpoſitionis, ideſt, error 63. *Ad.3.*

quo quis putat nulla lege prohibitum eſſe quod ſaltem naturali lege eſt prohibitum ex cuſat à violatione,ſi vero ignorantia ſit puræ negationis non excuſat, quia ad malitiam actus non opottet hominem aduertere eſſe contra rationem ſeu legem naturalem, ſed ſatis eſt operari ratione reclamante, & obiectum turpe ac indecens eſſe iudicante.

Alij ad hoc.3.argu.R.quod licet poſſit quis ignorare inuincibiliter naturam Dei in particulari, non tamen in communi ſub ratione cauſæ p ſe ſuæ naturæ:nemo enim poteſt ignorare inuincibiliter ſe eſſe ab alio, cōtra quem ſcit ſe facere cum facit cōtra rationem & naturalem inclinationē, qui enim repugnat rationi eo ipſo ſcit ſe repugnare rationi,& naturali inclinationi,& naturæ ſuæ,& omnib.cauſis per ſe illius, & ideo omnes illas offendit ac proinde Deum,qui eſt vna earum & præcipua,quāuis ipſe id ignoret, quod tamen non ſufficit ad eius excuſationem, vt enim expoſitus,qui parentes diſtinctè, & in ſe ipſis nō nouit,quia tamē ſcit ſe habuiſſe parentes,ſi illis maledicat non excuſatur ab impietate erga illos.Ita qui ſit ſe habere autorem, licet ignoret ipſum eſſe Deum non excuſatur ab eius offenſione,quod alio explicatur exemplo.Si quis enim ſciens,&videns velit occidere primo occurrentem,quicunq. ille ſit,non excuſatur à ſacrilegio ſi occiſus ſit ſacerdos; nec à parricidio ſi ſit pater, quia in animo ſuo neneminem primo occurrentem excepit etiam ſi in particulari ignoraret eſſe ſacerdotem aut patrem. Cum ergo omnis peccans ſciat ſe facere contra ſuam naturam, & per ſe repugnare cauſis illius,contra omnes illas per ſe facit,nec poteſt excuſari ex ignorantia alicuius in particulari,cum in animo ſuo non potuerit excipere eam à ratione cauſæ ſuæ naturæ. Ex quibus putant ſolui aliam obiectionem,quod ſi per impoſſibile non eſſet Deus, homo faciens contra dictamen rationis, vere peccaret: ergo ratio peccati non includit repugnantiam ad legem æternam. Negant conſequentiam, quia eo caſu Deus eſſet per ſe cauſa naturæ;peccatum vero per ſe repugnat omnibus per ſe cauſis naturæ, quarum vna & prima ac potior eſt Deus. Sed hæc non ſatisfaciunt,quia poteſt quis peccare non aduertens ſe facere contra rationē,vel inclinationem naturalem, ſed tantum aduertendo ſe facere aliquid indecens, & diſconueniens ſibi,& multo minus oportet conſiderare,ſe vel ſuam naturam eſſe ab alio, & licet id cōſideret, poteſt inuincibiliter ignorare, vel nō aduertere faciendo cōtra ſuam naturam, offēdere eius autorem,alioqui eo ipſo offenderet patrem, & eſſet impius in illum: quod eſt abſurdum:non ergo eſt verū eo ipſo,quod quis facit contra ſe facere contra omnem ſuum autorem,ita vt inde peccatum accipiat aliquam malitiam,quam non haberet ſecluſa huiuſmodi conſideratione; & ſane ſi per poſſibile,vel impoſſibile non eſſet eiuſmodi notitia, vel conſideratio confuſa cauſarum, adhuc repugnans dictamini rationis peccaret: ergo peccatū nō ſumit ſuam malitiam ex cauſa. 1. ſcilicet Deo ſic conſiderato ſub ratione cauſæ perſonæ peccantis. Recurrendum eſt ergo ad priorem argumenti ſolutionem.

64. *Ad. 4.* Ad. 4. Reſpond. in præceptis naturæ Deū proprie diſpenſare non poſſe, quia eſſet concedere facultatem efficiendi aliquid quando omnibus penſatis turpe,indecens,ac indecorum eſſet,& hoc repugnat diuinæ bonitati, quam Deus in exercitio negare non poteſt, vt attigit D.Tho.quæſt.100.ar.8.ad.2.& Caieta.ibi eodemque ſpectat, quod ait Victor. relectione de homicidio,num.4.ſcilicet,Deum in illis diſpenſare non poſſe, quia eſſet inuertere naturas rerum,id eſt decorum, & decens facere,quod omnibus pēſatis indecorum eſt, & indecens,ſed de hoc in materia de legibus.

Ad. 5. Ad.5. Reſpon.licet ad bonitatem, & malitiam actus nō oporteat cognoſcere conformitatem,vel deformitatem cum lege, vel ratione;tamen neceſſarium eſt dari talem conformitatem,vel difformitatē cū lege ſeu ratione dictante aliquid eſſe,vel nō eſſe decens naturæ rationali,& ita bonitas,& malitia ſumitur ab obiecto cōſono,& diſſono naturæ tanquā à fundamento,rationi vero, vel legi tanquā à cōplemento. ¶Ad.6.R.mentē D. Th.eſſe, peccatū,vt cōſideraſ à philoſopho, nō eſſe cōtra legē æternā quia,formaliter,& explicite non cōſideratur à philoſopho,quā tñ in eo implicite includi ſentit,addit enim recte definiri ab Aug.vt ſit contra legem æternā,quia ſic conſideraſ à Theologo,& quia per legem æternā regulamur etiam in multis,quæ excedunt rationem humanam. *Ad. 6.*

65. *1. Corolar.* Ex dictis patet.1.hunc actū per ſe loquēdo licitum eſſe(ſcilicet,ſi bono fine,& circunſtātijs fiat,)ego furarer,niſi eſſet prohibitū, quia eo ipſo nō eſſet malum. ¶ 2.Male à Vazquez, Medina,& Zumel,impugnari Greg.2. d.34.q. 1.a.2.Corol.1.Gab.d.35. q. vnic.ar.1. Almain.3. mor.c.16.Cordub.lib.3.q.10. ad.2. dicentes, in Deo,duplicē eſſe legē alterā indicantē, vel iudicantē aliquid eſſe faciēdū,vel nō faciēdū alterā ſtricte imperantē,ſcilicet,fac,vel omitte hoc,ſeu volo,vt hoc facias,vel omittas quarū 1.eſt neceſſaria in Deo, & ideo ſaltē reſpectu illius omne peccatū neceſſario eſt cōtra legē æternā,ſecunda vero eſt voluntaria aut volūtas Dei.Vtrāq.attigit Aug.cōtra Fauſt.c.27.Dicēs lex æterna eſt ratio,vel volūtas Dei ordinē naturalē conſeruari iubēs,pturbari vetans. *2. Corolar.*

3.Se-

3. Corol.ar. 3.Sequitur quid dicẽdũ ſit ad illud argumẽtum Deus iudicat malum eſſe mentiri, quia reipſa malum eſt ergo eius malitia non prouenit ab illo iudicio ac proinde neque a lege æterna. Reſpond. Almainus io fine illius c.17. non prius verum eſſe iudicium Dei, quam mentiri malum ſit, ſed ſimul, quia ſunt correlatiua, hoc non placet tum quia non apparet quomodo ſint correlatiua, tum quia ſi eſſent, non ideo mendacium eſſet malum, quia prohibitum, vnum enim correlatiuum formaliter ſumptum non pendet ab alio, vnde Reſpon. malitiam mendacij non pendere ab illo iudicio, ſed ab alio, ſcilicet mendacium eſt turpe & indecens naturæ rationali, quod iudicium eſt prius quam ipſa malitia moralis.

4.Corol. 4.Sequitur falſo aliquos docuiſſe peccatũ veniale non eſſe contra legem Dei, quos cõfutabimus q.88.

5.Corol. 5.Sequitur omne peccatũ eſſe contra obedientiam late dictam, ideſt, contra virtutem quæ inclinet ad ſeruãdum præceptum qualis eſt omnis virtus in propria materia, licet ſola ſpecialis obedientia inclinet ad ſeruandum præceptum quia præceptum: & contra illam ſolum peccatur, quando præceptum violatur ex contemptu, vel ex amore libertatis à lege, & ex deteſtatione ſubiectionis ad illam, de quare dicam inferius tractando de ſpecificatione peccatorum. Vide D.Th.2.2.q 104.a.2 ad.1.& q.105.a.2.ad.1.Bona.2.d 35.in expoſitione literæ.

66 6.Corol. Quæſtis. 6.Sequitur deciſio illius quæſtionis vtrum peccatum eo ipſo, quod eſt malum morale & cõtra rectã rationem, ſit etiã offenſiuum Dei, & contra Deum. Pars negatiua ſuadetur, quia qui ſcit odium eſſe quid turpe & ignorat inuincibiliter Deum, vel legem Dei peccat & agit male mortaliter & contra rationem, tñ nõ offendit Deũ quia ignorãtia Dei vel legis Dei excuſat ob offẽſione Dei & violatione legis ipſius, vt ipſius, omnes, ergo nõ eſt peccatũ eo ipſo eſt offẽſa Dei niſi materialiter & fũdamẽtaliter, quia exiſtẽte notitia Dei & legis eius, ille actus eſſet formalis offenſa Dei.

67 1.Opin. 1.Opinio eſt Caiet.& Medin.q.71.a.6.aliorumq. dicentium peccatũ habere duas deordinationes ſcilicet, eſſe cõtra rationẽ, & contra legem Dei, ſeu contra Deum easq. habere connexionem interſe, quia eo ipſo, quod actus eſt contra regulam rationis eſt etiam cõtra regulam diuinam & legem Dei & contra Deum, vt finem vltimum à quo omne peccatum auertit, hoc videtur ſentire D. Thom. q. 73.a.7.ad 3.vbi ait peccatũ eo ipſo quod auertit à ratione, auertere etiam à Deo, cui homo per rationem debet coniungi & cõformari. Suadetur hæc ſententia. ¶1. Quia regula rationis intrinſece ſubordinatur regulæ diuinæ, ergo non ſtat aliquid deficere à ratione quin etiam dificiat à regula diuina & ab ipſo Deo. ¶2. Conformitas ad rationem eſt medium neceſſarium ad conſequtionem finis vltimi, ergo eo ipſo, quod aliquis deuiat a ratione deuiat à Deo, vt fine vltimo, qui enim deuiat à medio neceſſario, eo ipſo deuiat à fine.

2.Opinio eſt ſecluſa ignorãtia, & perſe lo- 68 2.Opin.
quendo peccatum eo ipſo quod eſt contra rationem, eſſe etiam contra Deum, per accidens tamen ex aliqua ignorantia euenire poſſe, vt iſtæ deordines ſeparẽtur, peccatũq. ſit contra rationem & non contra Deum, vel datã ignorãtia inuincibili Dei, vel legis eius, quã dari poſſe inſinuat D.Tho. hac q.73.a.6.ad 5.dicens phyloſophum cõſiderare peccatum vt contra rationem, theologum vero vt eſt contra Deum, poteſt autem aliquis non eſſe theologus, ergo poteſt cognoſcere peccatum vt eſt contra rationem ignorando eſſe cõtra Deum, imo & ignorando legẽ Dei, & Deum ipſum. Vnde Aug.8.trin.c.10.&.14. Platonem alijs Philoſophis anteponit, quod docuerit in rebus humanis, nihil Deo gratius eſſe virtute nihilq. odioſius vitio & peccato, ergo id etiã multis philoſophis ignotũ fuit, licet id nouerint Plato.lib.de legibus & Ariſt. 10. ethic. c.8. poſita autem ignorãtia inuincibili peccati, vt eſt contra Deum non eſſe in eo formaliter ratio offenſæ Dei; prob. quia ſicut non eſt formaliter homicidium cum quis inuincibiliter ignorat occiſum eſſe hominem ita non eſt formaliter offenſa Dei cum quis ignorat offenſum eſſe Deum, eo quod in moralibus non imputatur ad culpã neq. voluntarium cenſetur, quod eſt inuincibiliter, ſeu inculpate ignoratum ſane ſicut Regi quẽ inuincibiliter ignoro eſſe talem nullam iniuriam irrogo violando eius mandata, ita qui ignorat inuincibiliter legẽ Dei etiã ſi materialiter eam violet, nõ irrogat iniuriã Deo neq. ipſum offendit, niſi materialiter præſertim ſi in tali eſſet diſpoſitione actuali & habituali, vt ſi ſciret opus eſſe contra legem Dei, ipſum omitteret.

3.Opin. eſt Zumel. dicto a.6.d.8. non ſolum 69
peccatum perſe loquendo, & ſecluſa ignorã-
tia eo ipſo, quod eſt contra rationẽ eſſe cõtra 3.Opin.
Deum, vt finem naturalem & contra legem æternam, ſed etiam data inuincibili ignorãtia, & hanc deordinationem & deuiationem à Deo & lege diuina eſſe in peccato potiorẽ ipſa deuiatione à regula rationis.

Primam partem huius ſentẽtiæ Zumel. tribuit Caie. Conra.& Medi. eodẽ a. Victoriæ relectatione de puero veniente ad vſum rationis par.2.n.8.&.9.& D.Th.q.19.a 4. Secundam vero tribuit Victoriæ illo.n.9. Tertiam vero D.

Tho.q.19.art.4.quas omnes varijs argumentis Confirmat,quæ non iudico referenda, quia mihi non ſatisfaciunt.

70 Vnde pro explicatione nota, hic varias eſſe
Quæſt.1. quæſtiones.¶1.An omne peccatum ſit aliquo
2 modo contra legem Dei.¶2.An hoc ſit de eſ-
3 ſentia & ratione formali peccati. ¶3. An eſſe
cōtra legē Dei,& eſſe cōtra rationē ſint duæ
deformitates,ſeu deordinationes repertæ in
4 peccato.¶4.An omne peccatū lædat honorē
Dei,vel aliquod damnū Deo inferat in bonis extrinſecis, vt in honore & obedientia Deo debitis,eaq.ratione offendere Deū dicatur,& deordinatione hominē,à Deo vt fine,cui.l.ſaltē omne peccatū offendat Deū quatenus Deo diſplicet,eiusq.iram, punitionem,ſeu vindictam excitat,& ſi graue ſit,inducit carentiam Dei,vt finis naturalis, & ſupernaturalis, ac proinde deordinat hominē à Deo,vt fine vltimo,cuius cōſequendi gratia operamur & cuius cōſecutione naturaliter,vel ſupernaturaliter beati efficimur.Quas omnes quęſtiones quidam inuoluunt in vna atq. confundunt, ideo neq.recte reſpondent,neq.recte probāt, aut defendunt,quę docent,neq.recte cæteros referunt,aut refellunt.

71 1.Conclu. Vt ergo diſtincte procedamus,breuiterq. & delucide quæſtiones omnes propoſitas ſoluamus. Dicimus.1.omne obiectū aliquo modo eſt cōtra legem Dei,quia eſt cōtra rationē, quæ reuera eſt lex Dei,& eſt contra dictamē, quo Deus iudicat, non eſſe faciendū,ſed fugiendum.Ita docet Azor,lib.4.c.1.q.4.&.5.patet ex dictis in hac ſect.& confirmatur ex eo quod habetur.Ro.2.*Cum enim gentes quæ legem non habent,naturaliter,quę leges ſunt,faciunt,oſtēdunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis,teſtimoniū reddente illis conſcientia ipſorū*. Similiter ergo qui contra cōſcientiā,ſeu rationē operantur, oſtendunt opus contra legem ſcriptū in cordibus ſuis,ideſt cōtra diuinam legem operātur,& hoc eſt,quod ait,D.Th.q.73.a.7.ad.3.*ex auerſione à regula rationis, ſtatim ſequi auerſionem à Deo, cui debet homo per rationem coniungi*.

72 2.Concl. 2.Concl.iſta ratio formalis ſcilicet eſſe cōtra legem Dei conceptā,vt Dei,non eſt de eſſentia peccati,nam philoſophi & alij concipiunt rationem peccati non cōcipientes cōtrarietatem ad legem Dei conceptā ſub ratione legis Dei.3.Cōcl. fūdamētū huius rationis
3.Concluſio formalis ſcilicet cōtrarietatis ad legē Dei cōceptā,vt Dei,eſt de ratione & eſſentia omnis peccati: quia contrarietas ad rationem, quæ eſt de eſſentia omnis peccati,fundat neceſſario aliquam contrarietatem cum lege Dei. Vnde quando peccatum definitur per contrarietatem ad legē Dei,vel definitio eſt deſcriptiua,& data per differentiā non eſſentialem, & propriſſimam; ſed propriam & quæ ſupponat,cōſequaturve eſſentiam ipſam:vel, ſi eſt eſſentialis,intelligenda eſt de contrarietate fundamentali. ¶4. Concl. quando datur ignorantia,vel inaduertentia inuincibilis cir- 4.Concl.
ca legem Dei conceptam,vt Dei,peccatū habet quidem deformitatē & malitiā,quæ conſiſtit in diſcordia à ratione, ſeu priuatione cōformitatis ad rationem vetantem vel præcipiētem: nullam tñ malitiam ſumit à lege Dei vt ab obiecto,quia obiectum,etiam ſi habeat aliquam deformitatem,nō comunicat illam actui,niſi aliquo modo cernatur,aut cerni debeat in obiecto,ergo cum inuincibiliter ignoratur,vel nō aduertitur,aliquā eſſe legem Dei,& turpe eſſe illi diſſonare,lex Dei formaliter ſumpta nullam malitiam aut deformitatem tribuit peccato,quo ipſa violatur, ſed tota deformitas ſummitur ex contrarietate ad rationem.

5.Cōcl.& ſiquis cōſideret,vel vincibiliter, 73
& culpabiliter ignoret,aut non aduertat pec 5.Concl.
catum eſſe contra legem Dei,non eſt in illa, aliqua peculiaris deformitas ſumpta à lege Dei concepta vt Dei & conſiderata, vt ſic,ab ipſo peccante,quæ deformitas deſit peccato, quando peccans inuincibiliter ignorat, vel non aduertit peccatum eſſe contra legē Dei. Eſt contra aliquos aſſerentes, in eo euentu duas eſſe deformitates peccati, quarū altera & maiori carebit peccatū,ſi fiat cum ignorātia inuincibili diuinæ legis ab homine conſiderante peccatum eſſe turpe & indecens & contrarium rationi vetanti ipſum & in ea deformitate cōſtituūt rationem peccati.m.ac proinde docent, non fore.p.m.in homine habente talem ignorantiam, vel inaduertentiā naturalem.Quę doctrina mihi nō videtur tuta & reijcietur cum agemus de differentia inter peccatum veniale &mortale circa q.87.& 88.breuiter autē prob. nunc.1. quidē à priori, quia Deus nō vult obligare ad vitādū homicidium. v.g. niſi per rationem naturalem & iuxta menſuram, & quantitatem obligationis,quam perſe poteſt inducere ratio naturalis, durum enim & non tolerabile eſſet oppoſitum,ergo ex eo quod legem ferre intelligatur, ſiue naturalem quæ eſt dictamen rationis,ſiue poſitiuam, nulla eſt noua obligatio& in violatione legis nulla eſt noua deformitas.

2. Prob.à poſteriori,quia ſi ita eſſet, multo 74
maius peccatum eſſet peccare contradictamen rationis naturalis,& contra legem Dei cognitam, vel inuincibiliter ignoratam ſub ea ratione, quam ſi inuincibiliter ignoraretur, vel non aduerteretur, & ſic neceſſario eſſet cōfitenda talis circūſtātia immo ſi abſque ea omne peccatū eſſet. v. infioita,homicidia

Digitized by Google

cidia adultetia,&c.facta cum plena deliberatione & conſiderando eſſe contra rationem & leges poſitiuas hominum in materia graui,excuſarétur à :nalitia mottali,quod eſt abſurdũ,& in opinabile,neq. ſatis eſt dicere raro,aut nũquá dari talem ignorantiam, vel inaduertentiam inculpabilem in homine aduertente talia eſſe contra rationem & leges poſitiuas in materia graui:conſtat enim experientia,dari ſæpiſsime talem ignorantiam,et inaduertentiam: neque mirum,cum res,quæ facilius intellegi, & memoriæ occurere poſſunt,ſæpe inuincibiliter ignotentur,aut non conſiderentur.

3.Prob.authotitate,nam etiam Zumel.qui in quodlibet peccato per ignorantia in inuincibilem commiſſo, ponit duas deotdinationes;alteram ſumptam à ratione,alteram à lege diuina,quibus contrariatur:in calce.illius diſp.8.ait, quamuis duæ iſtæ deordinationes vocentur diſtinctæ,quia terminos habent diſtinctos,tamen in genete moris vnam,& eãdem habent malitiam,ſicut quando vno, & eodem actu voluntatis tendimus in medium & in finem bonum, non ſumitur diſtincta bonitas à medio & fine,& ideò ait non requiri diuerſam rationem voluntarij,vt actus habeat vtramque deotdinationem, ſed eãdem malitiam habebit, ſi fiat cum ignorantia inuincibili diuinæ legis, vt ſic, quam habebit cum ſcientia & nõ maiorem, neq. minorem, neq. intereſſe ad hoc ꝙ deuiatio à lege Dei ſit culpabilis,quod ſubratione legis Dei ignoretur,vel non ignoretur,aut quod ignoretur inuincibilitet, aut vincibiliter, tota enim actus malitia habetur per hoc quod ſcitur actum eſſe turpem,vel contrarium rationi.

75 6.Concluſ. 6.Dicimus peccatum omne Deum offendit,quatenus infert damnum Deo in aliquo bono extrinſeco,quo Deus ipſe priuatur, nã peccatum priuat Deum obedientia illi debita,tanquam præcipienti, aut ptohibenti aliquid ſaltem ratione & lege naturali: quod tamen damnum, quia eſt intrinſecum omni peccato,non pertenet ad ſpeciale vitium oppoſitum amicitię Dei,ſed vagatur per omnes peccatorum ſpecies, ſi autem aliud damnũ ſequatur,vt quod aliqui nomen Dei blaſphemarent,vel Deum contemnerent, vel occaſionem ſumerent,ad ſpecialia vitia pettineret,vt adea,quæ ſunt contra teligionem, vel charitatem, ſimilitet in omni peccato iniuria, quædam infertut Deo, quatenus aliquid præfertur diuino præcepto, quæ iniuria etiá eo quod generalis,& intrinſeca omni peccato,ad nullam vitij ſpeciem pertinet,ſicur neque alio iniuria communis omni peccato mottali,ſcilicet præferri aliquid Deo, vt fini vltimo,non ſecundum executionem, ſed ſecundum dignitatem,quia potius vult homo formaliter, vel virtute aliquid aliud facere, quam vitare dignitatem carendi in ætetnum Deo fine vltimo naturali, & ſupernaturali, qua etiam ratione omne peccatum mor. dicitur auertere & alienare à Deo,& quodãmodo auferre ab eo honorem vltimi finis,& cõſtituere vltimum finem in creatura, quia dignus ſit, vt in ea ſiſtat, neque Deo fine vltimo fruatut, vnde Epheſ.3. quotum Deus venters eſt.

7.Dicimus ptoprijſsime omne peccatum offendere Deum,quatenus Deo diſplicet eiusque iram & indignationem iuſtam excitat,& ſi graue ſit,eius amicitiã diſſoluit, gratiamque et charitatem deſtruit,odium inducit, ęternisque pænis hominem ſubijcit, vt optime Azot lib. 4. c.1. q.4. et 5. et hac etiam ratione. p.m. dicitur auertere et alienate à Deo,ideſt ab eius charitate et gratia,et amicitia, alijsque bonis diuinis, quæ illa conſequuntur,ſic etiam D.Tho.2.2.q.24.ar. 12. ait, omne peccatum.m. contrariari charitati. 76 7.Concluſ.

Ex quibus alia diſſoluitur quæſtio, an peccatum eo ipſo,quod eſt contra finem naturę, ſit etiam contra finem ſupernaturalem, et econuetſo,de qua multa dicit Zumel.q.71.a.6.diſp.9.Sed res eſt facilis,nam vel loquimur de ſtatu, in quo homo ordinatus eſt ad finem ſupernaturalem.vel de ſtatu pure naturali,in quo homo ad ſupernaturalem finem ordinatus non eſſet, ſi de hoc ſtatu non dubium, quin peccatum,eo ipſo, quod eſt contra finem naturalem,ſit contra ſupernaturalem:pariter enim priuat hominem vtroque fine,et ita docet Zumel.ibi Caiet.et Med.eodem ar.6.ſi vero loquimur de ſtatu pute naturali,clarũ eſt.p.m. quod tunc priuaret fine natutali,non priuare fine ſupernaturali, quia priuatio ſupponitur capacitatem, et potentiam ad talem finem, quæ tunc non eſt proprie loquendo,cum homo non valeat talem finem vlla ratione conſequi, quamuis quodammodo etiam tunc peccatum ſit contra finem ſupernaturalem, eo quod hominem reddit eo malignum,ſeu dignum carentia ipſius,et etiam propter peccatum mortale nollet Deus illi dare talem finem, licet id vellet etiam alijs rationibus: in hoc etiam conueniunt nobiſcum Caiet.Zumel,et Med.

Sed male Caiet.q.153.ar.2.et Zumel. ſupra 77
dicunt,quoties homo in hoc ſtatu peccat cõtra finem naturalem,tranſgrediendo pręceptum naturaie,tranſgredi etiam aliquod præceptum ſupernaturale charitatisne,gatiuum, de non pręferendo aliquo diuinæ amicitiæ, vnde colligit Zumel nunc in omni peccato mort. eſſe duas malitias, alteram ſpecialem contra præceptum ſpeciale, non occidendi, furan-

furandi,&c.alteram contra præceptum non pręferendi aliquid amicitiæ diuinæ, quam poſteriorem malitiam,ait eſſe charitati contrariá & reductiue pertinere ad odium Dei, & licet non ſit peccato eſſentialis, tamen aggrauare ipſum notabiliter. Nam fictitium eſt tale præceptum & ſaltem ratione ignorátiæ, vel inaduertentiæ inculpabilis excuſarentur multi ab eius violatione,vnde non in omni peccato. m. eſſet illa ſecunda malitia, & quando eſſet in peccato.m. explicanda eſſet in confeſsione,quod abſurdum eſt,& contra Eccleſiæ,ſenſum & conſuetudinem.

78 Confir.nam omnes docent,nos eſſe dominos gratiæ,& bonorum ſpiritualium,& ideo quâuis per omne peccatum.m. primû illa diſperdamus,non habere inde omne peccatum ſpecialem malitiam. Confir.etiam, nam ipſe Zumel.fetetur hoc,quod eſt peccatum.m.eſſe contra finem naturalem, ſeu priuare illo, non dare actui ſpecialem malitiam, quia eſt circuſtantia generalis omni peccato,ſicut inobedientia,& aliæ ſimiles,ſed idem eſt de cõtrarietate ad finem ſupernatnralem,quia omne peccatum,quantum in ſe eſt priuat hominem fine ſupernaturali: reddit enim hominé eo fine indignû,& inducit carentiam ipſius, licet ea carentia in puris naturalibus non habeat rationem priuationis, eo quod non eſt carentia in ſubiecto aptonato:ergo contrarietas,ſeu oppoſitio cum fine ſupernaturali,non confert actui ſpecialem malitiam, etiam in hoc ſtatu.Licet autem,vt diximus,qui peccat contra præcepta naturalia, non eo ipſo peccet contra aliquod præceptum ſupernaturale,etiam in ho ſtatu,tamé quicumque peccat contra præcepta ſupernaturalia, peccat cõtra dictamé in rationis,quæ dictat Deo credendum,in eo ſperandum,Deum diligêdum, & denique omnia præcepta etiam ſupernaturalia ſeruanda eſſe,ſiue ſint de actibus ſupernaturalibus quoad ſubſtantiam,vel modum, ſiue de actibus omnino naturalibus, ſiue pertineât ad Deum,vt finem naturalem, ſcilicet naturaliter cognoſcibilem, diligibilem, & conſequibilem,ſiue vt finem ſupernaturalem,ſiue ad aliam quamcumque rationem.

Circa hanc ſect.4.poterat dubitari an omnis actus,qui eſt contra legem ſit peccatum,
89 *Quæſtio.* ratio dubitandi eſt;quia is,qui agit contra leges pure pænales,non peccat, & ſimiliter qui agit contra leges,in quibus legiſlatores non intendunt obligare ad culpam.Sed R. omné actum,qui eſt contra legem, qua ratione eſt vera lex,& obligat, eſſe peccatum,ſecus agere contra legem,qua parte non eſt lex,nec obligat,vt dicitur de legibus pure pænalibus, & de ſtatutis quarundam religionum, vt tractatu de legibus copioſe dicemus.

Poterat etiam dubitari, vtrû quando quis
ſcienter agit contra rationem, & contra legem Dei;eſſe contra legem Dei,ſit aliqua de- *Alia quæſtio.*
formitas addita huic,quod eſt eſſe contra rationé.Item an qñ peccatum eſt contra rationem, cognoſcendo reflexe eſſe contra rationem,ſit aliqua deformitas ſupra id quod eſt actum eſſe contra rationem non cognitam reflexe.Sed de hac re diſſeremus,cum inquirimus,an ex multiplicatione præceptorû peccatum aggrauetur, & diſputantes de diſtinctione peccati.m.à veniali,& alibi ſæpe.

SECTIO.V.

V.peccatum omiſsionis poſsit dari abſq. omni actu.

DE diuiſione peccati in peccatum, 80 *1.Opinio.*
comiſsionis, & omiſsionis, quomodo hæc peccata differant,vide infra.diſp.3.ſect.3.diuiſione.3.Hoc ſuppoſito, de præſenti difficultate.1.opinio negans eſt Med.& Conr.q. 6. ar.3. q.71.ar.5.vbi Zumel diſp.1.concluſ.5.Caiet.eodem art.1.p.q.63 art.5.Adam.4.q.6. art.2. cum Capſali, & alijs quibuſdam illius temporis. Alenſis(vt putant aliqui.)2.par.q.130.alias 113. memb.2.& m.10.ad.2.videtur Magiſtri.2.d.35. c.item aliter,ſeu.10. Bon. dub.1. litteræ ad ſecundum,& d.5.ar.1.q.1.ad argumenta. Alberti art.3.ad.2.contra.1.definitionem peccati,& 2.parte ſummæ tract.19.q.124.licet.2.d.22. art. 8.ad 2.probabilem cenſeat oppoſitam ſententiam.Idem tenet Bachonius.2.d.44.q.vn. a. 2. Henr.quodlib.12.q 24.Abul. Matth.25.q.666. tom.7.& probabile putat Gab.2.d.41.ar.3. dubio.3.in eo ſenſu,quod ad peccatum omiſsionis non ſit neceſſarius actus voluntatis, qui terminetur ad ipſam omiſsionem,ſed qui ſaltem terminetur ad aliquid, vnde neceſſario ſequatur omiſsio præcepti,in quo ſenſu hác opinionem eſſe veram, & D. Thom. putat Vazquez diſp.24.cap.1.& 92.c.2.Lobanienſes vero, vt ait Aquarius. 2.d.35.ſentiunt actum eſſe de eſſentia omiſsionis culpabilis, quia nequit eſſe voluntaria ſine actu: eſſe autem voluntariam eſt de ratione culpæ.Quidam etiam,quos tacitis nominibus citat Baſſolis.2. d.35.q. vnica ar.1. dixerunt, omiſsionem non poſſe eſſe peccatum ſine actu ad ipſam terminato, quod Alenſi, & Adamo tribuit Vazquez.

Hæc prima ſententia ſuadetur.1. à Vazq. 81
dicto. c.2. quia ſi omiſsio eſt actus, vel quaſi actus externi,cuiuſmodi eſt ſedere,ſtare, cubare,&c.ſemper oritur ex alio actu, vel quaſi

actu

actu externo,vel occupatione, vt cum quis
non audit miſſam, quia ſcribit, ambulat, vel
alicubi quieſcit,&c.qui actus,vel quaſi actus
externus ex amore aliquo eligitur,cum ſit vo
luntarius & liber ergo & omiſſio inde proce
dens otitur ex aliquo amore per accidens ſe
habente ad omiſſionem, ſi vero omiſſio eſt
actus interni, illa non poteſt eſſe volun-
taria ſine cognitione præcepti ſaltem con-
fuſa,& tunc ſi actio præcepta eſt intellectus
nunquam ommittitur voluntarie ſine volũ-
taria diſtractione ad aliud obiectũ:nec enim
intellectus ceſſare poteſt ab omni actu, vel
quia talis eſt naturæ,vel quia non poteſt non
excitari à ſenſu ad aliquod obiectum,& quia
eſt virtutis finitæ, cogitando de vno diſtra-
hitur à cogitatione alterius vehementi er-
go. ſemper in ommiſſione debitæ cogita-
tionis interuenit actus incompatibilis præ-
cepto,idemque eſt de actu voluntatis: nam
ideo vnum non diligo,quia in alterius dilec-
tione occupor,ergo in quacunq. ommiſsio-
ne culpabili interuenit aliquis actus volun-
tatis,quod videtur ſentire D.Th.hac q.71.a.5.
& de malo.q.2.a.1.a.2.q.54.a.2.ad.2.

2.Suaderi poteſt,quia omiſsio,vt ſit culpa-
2. Argu. bilis, debet eſſe voluntaria per modũ actus
ſecundi:non poteſt autem ſic eſſe voluntaria
Conf. niſi per actum elicitum voluntatis ergo. Cõf.
quia voluntarium in actu.2.eſt effectiue à vo
luntate,voluntas autem nil efficit niſi actum
vel medio actu: ergo.¶3. In peccato omiſsio-
3. Argum. nis non tantum reperitur auerſio à Deo,ſed
etiam conuerſio ad creaturam: ideo punitur
nõ ſolum pæna damni,ſed ſenſus,vt colligit
D.Tho.2.a.q.79.a.4.ad.4.ex Math.3.&.7.om-
nis arbor,quæ non facit fructũ bonũ, excide-
tur,&in ignẽ mittetur, ſed non poteſt intelli
gi conuerſio ad creaturam ſine actu,ergo.¶4.
4. Argum. In omiſsione diſtinguitur peccatum actuale,
ab habituali: nam tempore, quo præceptum
obligat,qui omittit,dicitur peccare:poſtea ve
ro non, ſed eſſe in peccato: ſi igitur omiſ-
ſio eſt peccatum actuale,debet continere ac-
tum,alias non apparet in quo diſtinguatur à
peccato habituali,quod in mera priuatione cõ-
5. Argum. ſiſtit.¶5.Quando quis omittit,vel cogitat de
re quã omittit, vel nõ:ſi primum neceſſe eſt
habere actum nolendi, vel volendi, ſi ſecun-
dum non peccat,ergo.Dices poteſt culpabili
ter non cogitare.Sed contra,nam de hoc ipſo
non cogitare redit idem argumentum & ita
6. Argum. nõ poteſt eſſe peccatũ ſine actu.¶6.Sine actu
non poteſt eſſe omiſsio bona & meritoria, er
go neque mala & demeritoria.¶7.Peccatum
7. Argum. omiſsionis multiplicatum generat habitum
vitioſum,ſine actu autem nõ poteſt generari
Confirmat. habitus:ergo.Conf.quia peccatũ omiſsionis
multiplicatum deſtruit virtutem acquiſitam,
nullus autẽ habitus acquiſitus deſtruitur ſine
actu oppoſito:ergo.¶8.Quia alias ſine vlla mu- *8. Argum.*
tatione volũtatis fieret homo peccans de nõ
peccante ſcilicet adueniente noua cognitio-
ne,qua intellectus aduertat id omitti, quod
fieri deberet,imo id poſſet contingere ſine
vlla hominis mutatione,vt ſi manente eadẽ
cognitione præcepti & tranſeunte eius tem-
pore nullum actum voluntas eliceret conſe-
quens videtur abſudum : ergo.¶9. Si daretur *9. Argum.*
peccatum ommiſsionis abſq.omni actu pec-
catum cõmiſsionis eſſet infinitæ grauitatis,
quia in infinitum excederet peccatum omiſ-
ſionis,cum ille actus poſsit in infinitũ remit-
ti,& ſemper eſſet deterius peccato omiſsio-
nis in eadem materia.¶10.Deus nil poteſt vo- *10. Argum.*
luntarie omittere ſine actu, quo velit omit-
tere,ergo neq.creatura,quæ minus libera eſt *11. Argum.*
quam Deus.¶11.Pura omiſsio non eſt volun-
taria formaliter,nec virtute,ergo nec pecca-
tũ cõſequẽtia eſt nota, & prima pars antece-
dentis probatur,quia quod non eſt volunta-
rium actu, non eſt voluntarium forma i er.
2.vero pars quia illa non eſt voluntaria virtu
te alterius omiſsionis,ſic enim procederetur
in infinitũ,nec virture alerius actus,cũ ſic nõ
eſſet ſine actu ſaltẽ præcedẽti,ergo nullo mo
do eſt volũtaria virtute.Cõf.quia omiſsio ſine
actu non eſt inuolũtaria:ergo nec volũtaria,
ergo nec peccatum.¶12.Priuatio conſequitur
neceſſario,ex aliquo poſitiuo, ſed omiſsio
quæ eſt priuatio, non ſequitur neceſſario ex
aliquo alio præter actũ:ergo ſupponit actum. 82

2.Sent.& tenẽda eſt.Dari peccatum omiſ-
ſionis ſine vllo actu colligitur ex D.Th.q.6.a.
3.vbi ait,poſſe dari voluntarium etiam culpa-
bile abſque omni actu exteriori, & interiori
voluntatis,ex eo tantum quod voluntas nec
operatur,nec velit operari;gratis autẽ dicitur
loqui de actu ad ipſam omiſsionẽ terminato,
nam generatim loquitur de actu interiori,ſi-
cut de exteriori.Eadẽ ratione non placet ex-
poſitio Medi.ibi,vt D.Th.tantum velit, poſſe
dari voluntarium ſine omni actu præſenti,ſe
ens vero ſine præterito,vel præſenti, cum D.
Th.nullam ponat reſtrictionem.Item loqui-
tur de omiſsione ex certa ſcientia,quæ omiſ-
ſio neque in ſe, neq.in ratione culpæ pendet
ab actu præterito:ergo ſi poteſt dari ſine actu
præſenti,ſimpliciter poteſt dari ſine actu.Idẽ
colligitur ex D.Th.a.d.35.q.1.a.3.&.d.41.q.2.a.
1.ad.4.& hac,q.71.a.5.&.2.2.q.79.a.3.ad.1. &.4.
& de malo,q.2.a.1 licet enim his locis doceat
omiſsionẽ culpabilẽ ſemper habere adiunc-
tum aliquem actum,tñ ait,nõ eſſe de eius eſ-
ſentia,& per accidens ſe habere ad ipſã omiſ
ſionẽ, ideo ſimpliciter dicẽdũ eſſe,dari poſſe
peccatum omiſsionis ſine omni actu,eodem
que modo loquuntur Capr.2.d.35.q.1.a.1.cõc.a
& art.

& art.3.ad argumenta contra illam Hiſpal.ar.1.concl.1.& ar.3.not.3.Aquarius etiam eadem diſt.q.vnic.q̄ ſi actus non eſt de eſſentia peccati omiſsionis,cum de ratione peccati ſit eſſe voluntarium, proculdubio ſecundum hos authores omiſsio abſque actu erit voluntaria & ſic ad peccatum omiſsionis non eſt neceſſarius actus;alias non concurret per accidens,ſed per ſe,quod eſt cõtra illos , ſentiunt ergo non ſemper omnino & Phyſice interuenire actum,ſed ſemper moraliter, ideſt, & vt in plurimum & ita ſe & D.Thom.explicat Medi. q.71.a.5.Conrad. ibi in fine corp. & ad 1.& 2. expreſsius autẽ hanc ſententiam tenet Almai.1.mor.c.1.li.3.c.21.25.26.Rich. quodlib. 1.q.22.& .2.d.35.art.1.q.1.Baſol.q.vni.a.1.Carth. q.3.Argentina,q.1 a.1.Ægidius q.1.a.2.Ouand. propoſitione.1.Palacius diſp.1.Carth.q.3.Dur. q.2.num.5.&.6.&.3.d.33.q.2.nu.7.Ocham.3. q. 10.dub.1.poſt.4.concl.& q. 13. ad primum dubium poſt concluſiones.Azor to.1.lib.4.c.3.q. 3.Herrer.2.diſp.30.q.1.Gab.2.d.41.q.vnica. a. 3. dub.3.licet,vt probabile defendat etiam contrarium,Marſil.2.q.2.a.2.Adrian. in 4. q.3.de Euchariſtia ad.7.aliqui idem tribuunt Bacho. 2.d.44.a.3.Alenſ.quęſt.128.memb. 4. & quæſt. 130.membro.1.ad argumenta:idem tenet Petrus de Soto lect.6.de peccatis.Angeſtus ca.10 moral.Adrianus quæſt.4.de Euchariſtia quæ incipit,vlterius videndũ,ad vltimum.Maior. 2.d. 42.q. 2.Altiſiodo.2.ſummę tract.29.c.2.q.1. Valentia.1.2.d.2,q.1.& diſp.6.q.1.punct.2. Sua. tom.1.metaph.d.19.ſectio.4.num. 8. Herueus quodlib.7.q.25.Anton.1.par.tit.4.c.3.§.2.& titulo.7.c.2.§.3.Nauar.præludio.6.num.41.Nijſ. tract.3.parte.1.portione.1.q.3.Viguer.cap.3.§.4 in principio Guillerm.de Rubione.2.d.35.q.1. & .2.concl.1.Hiſpalen.ead.d.a.1.concl.1.&. a.3. notab.3.Flauius,quæſt.vnic.& alij referendi.

Probatur vnico ſundaméto,quia ſine vllo actu poteſt dari omiſsio voluntaria & libera eius,quod quis poteſt,& tenetur facere: talis autem erit peccatum omiſsionis:ergo poteſt dari peccatum omiſsionis ſine vllo actu. Minor videtur nota & maior probatur,quia voluntas,propoſito quocunq. obiecto præter Deũ clare viſum , libera eſt quoad exercitiũ: ergo poteſt illud velle & non velle. Vnde ſi non velit,omiſsio actus debiti erit libera per modum actus.2.ac proinde voluntaria , nam de ratione liberi per modum actus , ſecundi eſt voluntarium:ergo talis omiſsio erit culpabilis.

Ad hoc argumentum Caietan.1.p.q.63.a. 5. in fine(quem ſequitur quidam Neotericus) R.ad rationem peccati omiſsionis non ſufficere,quod quis ſcienter & libere omittat id, quod facere tenetur,& poteſt,ſed requiri , vt omittat volũtarie per actum poſitiuum,quo modo defendi poſſe hanc ſententiam docet Gabr.2.d.41.q.vn.a.3.dub. 3. Sed hæc doctrina non videtur tuta:tum quia eſt contra omnes doctores,tum quia videtur cõtra id Iacobi.4. ſcienti bonum & nõ facienti peccatũ eſt illi, & Math.3.&.7.omnis arbor,quæ nõ facit fructum bonũ,excidetur & Lucæ.12.ſeruus ſciens voluntatem domini,& nõ faciens, vapulabit &c.& Ro.1.digni ſunt morte,non ſolum,qui talia agunt,ſed etiam qui conſentiunt. Vnde Patres ſectione,1.citati,non facere quod quis tenetur, & poteſt,delictum appellant,paſsimque damnant incuriam,& negligentiam,quę in libera omiſsione debiti officij cõſiſtit,docentque , homines non ſolum iuſte puniri, quia faciunt malum,ſed etiã,quia omittunt bonũ,quod facere tenentur & poſſunt.

2.R. Vaz.d.92.c.2.liberũ eſſe voluntati circa ſingula obiecta elicere & nõ elicere actũ, quia nullum eſt obiectum in hac vita , quod voluntati inferat neceſsitatem quoad exercitium,tñ non poſſe ceſſare ab omni actu, quia intellectus continua propoſitione obiectorũ trahit voluntatẽ ad aliquẽ actũ , quod vnde proueniat,incertum eſt,& licet voluntas propoſitis duobus obiectis non poſſit eligere, quod minus efficaciter proponitur,ſi incõpatibilia ſint:tñ poteſt nullum actum circa illa elicere,quæ ſuſpenſio durabit modico tempore in quo nõ obligabit præceptũ operãdi. Ideo nõ dabitur omiſsio culpabilis ſine actu.

Sed hæc euaſio nulla eſt,quia licet intellectus varia obiecta proponat,nõ infert neceſſitatẽ ad operãdũ circa aliquod illorũ,vel ſaltẽ ad efficiendum actum.quo directe, vel indirecte velit libere,vel omiſsionẽ,vel actum, qui eſt in præcepto. Vnde ipſe Vaz.fatetur voluntatẽ poſſe breui tẽpore eſſe abſq.omni actu circa duo aut plura obiecta incõpatibilia, eo autem tẽpore quantumcunq. breui , imo etiã in inſtãti poterit vrgere præceptũ , ergo ſine vllo actu poterit dari peccatũ omiſsionis,maxime cũ nulla ſit ratio maior de breui tẽpore quam de aliquantulum longiori.

3.Alij Reſpon. voluntatem quidem eſſe liberã quo ad exercitium ſeu libertate contradictionis circa quodcunq. obiectum præter *D*eum clare viſum:tamen non eſſe liberam ad omittendam operationem, ſuſpendendo omnem actum,ſed volendo omiſſionem, vel aliquid vnde proceſſura credatur . Sed neque iſta ſolutio ſatisfacit. 1. quia ſi Deus negaret concurſum ad reliquos actus,ille , qui præcipitur , eſſet liber tunc cũ nihil ſit ex parte obiecti,aut volũtatis,quod illã determinet ad talem actum:ego poſſet illum libere omittere, ſine alio actu. 2. Quia omiſſio illius actus, neque in ſe neque in ſua cauſa eſt ſummum bonum clare viſum:ergo non neceſſitat voluntा-

luntatem ad ſui amorem directum, vel indirectum, neque vero carentia amoris directi, vel indirecti neceſſitat ad amorem obiecti, quod præcipitur, ergo poterit dari omiſſio abſque vllo actu. ¶3. Quia tota collectio obiectorum, quæ voluntati proponuntur, nō cōtinet rationē ſummi boni, ergo poterit volūtas nullū actū circa illa elicere & ſic omiſſio cuiuſcūque actus, quem tunc poſſet habere, erit libera & voluntaria ſine omni actu.

4. Demus in obiecto nullam repræſentari rationem mali. Item nullum aliud obiectū repræſentari ſaltem ſub ratione boni, vel mali, iam voluntas nullum actum poterit elicere, qui nō ſit amor illius obiecti, ergo ſi illud non amat, omiſſio amoris erit abſque omni actu: erit autem libera, quia nihil eſt quod neceſſitatem inferat, ergo ſi actus erat debitus, omiſsio illa erit culpabilis abſq. omni actu.

5. Si ſint duo obiecta repræſentata ſolū ſub ratione boni, vt miſſa & eius omiſsio, adueniatque tertium oppoſitum miſſæ v.g. ludus, voluntas tunc poterit operari circa hoc non operādo directe circa priora, ergo antea etiā poterat non operari directe circa priora, aduentus, enim tertij nō cōfert vim ad omittēdas directas volitiones priorum, ac proinde potuit prius dari volūtaria & libera omiſsio abſque omni actu.

6. Si voluntas nequit ſuſpendere omnem actum directum, & indirectum circa contradictorie oppoſita, non poſſet Deus præcipere talem ſuſpenſionem cum non poſsit præcipere impoſsibile: conſequens antē videtur abſurdum: ergo. Conf. nam ſi voluntas neceſſario habet actum directum, vel indirectum circa contradictiorie oppoſita, non poterit violare præceptum eliciendi actū directum, vel indirectum circa illa: cōſequens videtur abſurdū: ergo. ¶7. Quia nulla videtur ratio quare voluntas non poſsit libertatem exercere immediate circa contradictorie oppoſita, ſicut poteſt circa contrarie oppoſita: poteſt ergo libere omittere nullo actu medio, ac proinde poterit dari peccatum omiſsionis abſque omni actu, vt tenet expreſſe D.Thom. 2.2.q.79.artic.4.ad argumenta. Guillermus de Rubion.2.d.35.q.1.a.2.(vbi contrariā opinionem putat improbabilem) Angles.2.d.37.q.2. difficult. tertia, qui tamen male limitat dicens, ex ignorantia, vel obliuione poſſe dari peccatum omiſsionis abſque vllo actu comitante, vel præcedēte, non tñ ex ſcientia: nam peccatum ex ignorancia, vel obliuione reducitur ad peccatum ex ſcientia, qua ſcilicet quis ſcienter omiſit diligentiam, quam tenebatur adhibere ad impediendam ignorantiā, vel obliuionem, ergo ſi peccatum ex ignorātia & obliuione poteſt dari ſine actu comitante, vel præcedente, ſimiliter peccatum ex ſcientia. Conf. quia negligentia interrogandi DD. poteſt ſecundum Angles dari abſq. omni actu ergo & aliæ omiſsiones, quæ ex ſcientia contingunt.

Quidquid autem ſit de duabus opinionibus relatis, nō dubito, quin de eſſentia omiſſionis culpabilis nō ſit actus culpabilis: nam ſi per poſsibile, vel impoſsibile poſſet quis repræſentato præcepto vt hic & nunc ſeruando ſuſpendere omnem actum directum & indirectum & illum ſuſpenderet, peccaret, quia libere omitteret præceptum: ergo de ratione omiſsionis culpabilis non eſt actus & ſaltem hoc vult expreſſe D.Tho. locis citatis pro ſecunda ſententia quæ. Conf. quia quādo nullum repræſentatur præceptū, poſſum omittere abſque omnis actu, ſiue ignorantia aut inaduertentia præcepti ſit vincibilis, ſiue inuincibilis, ergo & quādo repræſentatur præceptum: ergo poteſt dari pura ommiſsio culpabilis. 87

Ad 1. argumentum R. omiſslonem actus, vel quaſi actus externi dari quidem non poſſe ſine alio actu, vel quaſi actu externo illum tamen poſſe procedere à voluntare per purā omiſsionē actꝰ interni, vt ſi quis domi ſedeat vel cubet, pōt ſacrum omittere ſine vllo actu interno voluntatis per hoc ſolum, quod non habeat actum relinquendo illū locum. Similiter ſine actu interno voluntatis poteſt intellectus diſtrahi a conſideratione obiecti, quod conſiderare deberet, ſiue intellectus tunc habeat conſiderationem incompatibilē debitę conſiderationi, ſiue non & tunc culpa erit voluntatis non habere actum, quo intellectum moueat ad debitam conſiderationē, & ideo tunc culpabiliter omittet nullum eliciendo actū. Nec oportet ex eo non diligere vnum, obiectum quia in altero occupatur: ſed ex mera ſua libertate poteſt dilectionem directam & indirectam cuiuſuis obiecti ſibi propoſiti omittere. 88 *Ad.1. arg.*

Ad 2. argumentū cum ſua confirmatione. Reſp. advolūtarium per modum actus ſecūdi nullum actum requiri, ſed ſatis eſſe dari aliquid, quod ſit quaſi actus, nempe carere aliquo actu ex vi proprię libertatis, quod eſt quoddam genus efficiētiæ, vt D. Th. declaret q.6.a.3.q.72.a.5 ad.2.&.a.6.ad.1.&.2 2.q.79.a.3. ad.1.& de malo q.2.a. 1. ad. 2. Duran. ſupra & alij. Ad 3. R. in peccato omiſsionis non ſemper reperiri conuerſionem formalem, ſed interdum ſolam virtualem, quatenus ex affectu habituali, vel quaſi habituali ad creaturam omittitur præceptū Dei, vt ex D.Th.2.2.q 79. ar.4.ad.4. docet Palac.2.d.35.d.1. ille autē affectus habitualis, vel quaſi habitualis non eſt peccatum, quia eſt ipſa inclinatio intrinſeca habitui *Ad.2.arg.* *Ad.3. arg.*

Digitized by Google

peratiua, quæ nullas eliciat operationes: habitus enim datur potentiæ operatiuę, vt eam adiuuet ad operationes, & eidem habitui operatiuo deberet alius adiungi oppoſitæ operationi omiſſionis in voluntate, & intellectu, & in appetitu ſenſitiuo, quod abſurdiſſimum eſſe conſtat, tum per ſe, tum quia habitus inclinans ad operationé aliquá inclinat ad oppoſitæ omiſsionem, vt virium inclinans ad furandum, inclinat ad non reſtituendum: ergo fruſtra ponerentur habitus puræ omiſſionis. Neque vero dici poteſt. 2. cum Medina, ſcilicet pura omiſsione generari habitũ operatiuum, nam habitus ſolum inclinat ad ea, ex quibus genitus eſt: alias omiſsio amoris inclinaret ad odium, & omiſsio laudis inclinaret ad blaſphemiam. 5. Quia Ariſ. & omnes docent, habitus acquiri actibus: nunquam tamen acquiri omiſsionibus, niſi per accidens, quoniam omittendo actus iuſtos, tunc inſurgunt paſsiones, prauique actus fiunt, vitioſiq. habitus generantur.

92 Si obijcias, vitium negligentiæ gigni omiſſionibus, nam importat defectum ſolicitudi-
Obiectio. nis, vt docent D. Tho. & Caietanus. 2. 2. q. 54. ar. 1. 2. & 3. R. hunc habitum non inclinare ad ſolas omiſsiones, vt docet Zumel illa diſp. 2. con. 2. & ita non gigni, niſi per actus poſitiuos, quibus expreſſe & formaliter vult negligentiam, quæ opponitur ſtudioſitati, ad quá pertinet ſolicite vigilare iuxta D. Thom. 2. 2. q. 47. a. 9. Dixi, formaliter & expreſſe, quia volitio agendi aliquid incompatibile cum debita cura, non generat habitum negligentiæ, ſicut neque velle venationem, ad quam ſequitur probabiliter homicidium, v. g. non generat habitum homicidij, ſed alium, ex quo homo redditur primario promptus ad venationem; ſecundario vero, mediate, & per accidẽs ad homicidium.

Certum ergo eſt, per puras omiſsiones nõ
93 introduci habitum. Certum etiam eſt, vt ait Zumel illa diſp. 2. conc. 5. & 6. per actus, quibus volitæ fuerunt omiſsiones aliquæ, produci habitum, ad quem illæ pertineant, vt ſi volo non audire miſſam tempore præcepti, generatur habitus iniuſtitiæ. Id etiam certum eſt, per actus, quibus omiſsiones ſunt indirecte volitæ, generari aliquem habitum, nam omnes actus voluntarij multiplicati generant habitum. Quòd ſi oppoſitum docet Zumel ſupra concl. 3. probabile eſſe, manifeſte deceptus eſt, aduerſaturq. experientię. ſi autẽ tantũ vult eſſe probabile, non generari habitũ, qui p ſe inclinet ad tales omiſsiones appetendas, parum dicit, quia debuiſſet id certum arbitrari. Falſum vero omnino, quod conc. 6. aſſeruit, per tales actus generari habitũ vitioſum per ſe inclinantem ad omittendum; ac proinde, ſi quis aliquid efficit, vnde ſequatur omiſſio rectitudinis, generari habitum iniuſtitiæ, ſi vero omiſſio ſacri, habitum irreligioſitatis &c. nã habitus ſunt ſimiles actibus, per quos generantur: ergo per actus, qui per accidens reſpiciunt omiſſioné, nõ generantur habitus reſpicientes illam per ſe, alias per volitionem ludendi, ſtudendi, venãdi & ſeruiẽdi infirmis idem habitus generatur quãdo hæc ſunt cauſæ per accidens eiuſdem omiſſionis. Cõf. nam habitus ſolũ inclinat ad actus ſimiles illis, quibus genitus eſt: ergo habitus genitus per voluntatẽ indirectã omittẽdi miſſam non inclinat ad voluntatem directã eiuſdẽ omiſſionis & ſic non eſt actus irreligioſitatis. Itẽ actus irreligioſitatis inclinat ad omittẽdã miſſam ex quacunq. occaſione, qui vero productus eſt ex voluntate directa legẽdi &c. & indirecta omittendi miſſam, non inclinat ad omittendũ ex alijs ocaſionibus: ergo non eſt habitus irreligioſitatis. Item actus producũt ſuos habitus ratione Phyſicæ entitatis: ergo idem habitus producitur per voluntatem ſtudẽdi, ſiue homo videat ex ſtudio ſequi omiſſionem miſſæ, ſiue non: cũ in vtroq. caſu eadẽ ſit Phyſica entitas, ac ſubſtãtia actus, ſed in vno non producitur habitus irreligioſitatis: ergo neq. in alio. Si petas, quis habitus producatur: Reſp. irreligioſitatis, qui per ſe inclinat ad ſtudium: per accidens vero ad omiſſioné miſſæ ratione ſtudij. Neque eſt inconueniens habitum bonum ex obiecto eſſe vitioſum per accidens & ex circũſtãtia, cõcurrereque ad actum malum per accidens. Vnde infeees, per actus, quibus indirecte eſt volita omiſſio miſſæ, non deſtrui Phyſice, ſeu effectiue habitum acquiſitum religionis: nam actus, qui nõ producunt aliquem habitum, non deſtruunt effectiue Phyſice oppoſitum: diſponunt tamẽ tales actus ad deſtructionem religionis acquiſitæ, quia producunt habitum inclinantẽ ad ſtudium, ex quo facile oriuntur volitiones directæ omittendi miſſam, quibus effectiue & Phyſice corrumpitur habitus acquiſitus religionis.

Ex his colligunt aliqui, puris omiſſio- 94
nibus malis non corrumpi perſe & effectiue habitum virtutis: quia nihil poteſt ſic corrumpere habitum virtutis, niſi generando habitum vitij: quod defendi poteſt, etiã tenendo habitus virtutum corrumpi ſola ceſſatione abſque actibus contrarijs vt videtur dicere D. Thom. quæſtione. 53. articul. tertio & Ariſtotel. 8. Ethicorum. capit. 5. & expreſſe Gabriel tertio diſtinctione. 23. quæſtione prima articul. 3. dub. 6. Almain. primo mor. c. 18. in fine, Zumel illa diſputa. 2.

Medina q.71 a.5.Ocham.4.quæſt.12.& alij, nõ eſſe ſenſus huius opinionis,ſi recte defendatur,quod habitus effectiue corrumpatur per ipſam ceſſationem,ſed quod habitus eſt qualitas ex natura ſua fluens paulatim non breuiter (ſicut impetus) naturale enim illi eſt, Deum paulatim tollere influxum conſeruatiuũ illius, quare tandem omnino deſtruitur, niſi per actus continuo reparetur & conſeruetur. Neque illi corollario obſtat, quod aliqui dicunt,quando actus eſt remiſſior habitu,non augere illum, minuere tamen oppoſitum,ac proinde quamuis pura omiſſio non generet neque augeat habitum vitij,poſſe deſtruere, vel minuere habitum virtutis. Nam hæc opinio non ab omnibus admittitur: & licet admittatur, tamen tunc actus eſt productiuus proprij habitus,& ideo vim habet deſtruendi oppoſitum,omiſſio autem,ſicut non poteſt proprium habitum generare, ita neq. contrarium deſtruere, cuius ratio eſt etiam, quia deſtructio eſt vera operatio, quæ à ſolo entepoſitiuo poteſt prouenire, de qua re plura dixi tracta. de habitibus & virtutibus, vbi etiam examinaui, quod dicit Valen. diſp. 4.quæſt. 5. puncto. 2. dub. 2. virtutes non ſolum corrumpi per actus contrarios,ſed interdum etiam per diſparatos. De virtutibus autem infuſis peculiaris ratio eſt, quia vt inferius oſtendemus, non deſtruuntur Phyſice per peccata commiſſionis: ergo minus multo per puras omiſſiones, &c.

95 *Ad.8.* Ad. 8. Reſpondetur concedendo,per ſolam mutationem intellectus, vel lapſum temporis reddi poſſe hominem de nouo peccantem, quia tunc voluntarie, & libere omittit, quod pro tunc tenetur agere,ante vero, vel non omittebat libere,vel id omittebat,quod pro tunc non tenebatur facere. ¶ Ad nonum *Ad.9.* Reſpondetur peccatum omiſſionis in eadem materia poſſe ex circunſtantijs eſſe grauius peccato comiſſionis, ſi vero cætera ſint paria ſemper peccatum commiſſionis grauius eſt, & ita quantumcunque remittatur actus, ſemper excedet in malitia omiſſionem:exceſſus tamen erit finitus ſicut linea finita ſemper excedit finite punctum,tametſi quantum cunque minuatur ſemper excedat punctum, vide Capreolum in fine quæſtionis citatæ,vbi tamen falſo putat ſecundum *D.Tho.*& veritatem nullã qualitatẽ poſſe in infinitũ minui.

Ad.10. Ad.10.Reſp.1.negando anteced quia,cũ Deus ſit liber libertate contradictionis in ordine adcreaturas, ſicut & libertate contrarietatis, non ſolum poteſt velle, eas eſſe aut non eſſe, ſe,ſed etiam velle, & non velle.Fauet huic ſolutioni Ægidius ſup.Duran.2.diſt.35.q.2. R. 2. in Deo,vel omnino neceſſariũ, vel ſaltem decentius eſſe operari maxime volũtarie; ideo omnia,quæ voluntarie omittit, omittere actu poſitiuo ad ipſam omiſsionem directe terminato,nos autem non ſemper ita voluntarie omittimus,quia non ſemper de ipſa omiſſione cogitamus, neque ex natura noſtra determinati ſumus ad maxime voluntarie omittendum,neque id ſemper eſſet decẽtius, quia poſſumus habere malas omiſsiones,quæ quo fuerint magis voluntariæ erunt deteriores. 96

Ad.11. Ad.11. cum confir. R. omiſsionem culpabilem ſæpe eſſe voluntariam formaliter, & in ſe ipſa:ad quod ſufficit hic,& nunc immediate prodire ex facultate voluntatis, ſicut autem primus actus eſt in ſe volũtarius,licet nõ ſit volitus ſe ipſo,neque alio actu, ita de tali omiſsione dicendũ eſt. Nec placet quod aliqui dicunt,eſſe volitam indirecte, quia ſicut nihil poteſt eſſe cognitum ſine actu intellectus.ita nihil poteſt eſſe volitum ſine actu voluntatis.Ad.12.R.priuationem, quæ in ſe, & per ſe libera eſt, cuiuſmodi eſt prima omiſsio culpabilis independenter ab alio actu,vel omiſsione, non oriri neceſſario ex aliquo poſitiuo, ſed libere ex ipſa facultate voluntatis,quæ ſicut ſe ipſa,& non aliquo alio præuio determinata,poteſt infere actum, ita & omiſsionem. Dices in illo priori, quo eſt indifferens ad agendum,& non agendum,nõ habet actum:ergo habet omiſsionem, & ſic omittit, ante quam omittat, quod implicat. R.illud non eſt prius, in quo,ſed à quo, vnde neque verum eſt,quod in illo priori volũtas habeat negationem,ſed tantum eſt verũ dicere,quod voluntas pro tunc non habet actum: licet autem admitteremus in illo priori habere negationem actus,tñ dicendũ eſſet,nõ habere omiſsionem culpabilem, quia illa negatio pro tunc non eſſet priuatio, eo quod non eſſet carentia formæ poſsibilis pro illo priori, ſed pro ſigno ſequenti, ſicut in eo ſigno, quo corpus antecedit albedinem,& nigredinem,non dicitur habere priuationem formæ oppoſitæ,ſed vt plurimum negationem,quia forma oppoſita non poterat in eſſe pro illo priori.

SECTIO.VI.

V.actus coniunctus omiſsioni culpabilis incompatibilis cum actu præcepto,eo ipſo ſit malus.

PRima opinio ait,illum actum ſemper eſſe malum, ita Valentia diſp. 6. quæſt. 1. puncto. 4. dub. 2. Say r. lib.1.c.6.n.11.& ſeqq. fauet Henric. quodlib.12. 97 *1.Opin.*

quodlib.12.q.24.Capreolus.2.d.35.q.1.ar.3. ad 2.Durandi contra.2. concluſionem, & Gabr. d.41.q.1.at.5.dub.3.Alenſ.2.p.q.130.m.7. Rich. 2.d.33.a.1.q.3.& alij relati ſect.4.docentes, pec catum eſſe laudrre Deum, aut aliquid aliud honeſtum, vel indifferens ex ſe, eo tempore facete, quo ex præcepto audienda eſt miſſa, vel aliquid aliud incompatibile faciendum. Fauet D.Tho.de malo. q.2.a.1.ad.7. ſecundi ordinis, dicens. *Vnde hoc ipſum quod eſt diligere Deum, poteſt maleſieri, puta ſi quis diligat Deum propter temporalia, & hoc ipſum quod eſt laudare Deum ore, poteſt male fieri, ſi hoc faciat, quando non debet, q̃n tenetur ſcilicet alia faceretur, &c.* Fauet etiam D.Tho.hîc.q.19.a.2.ad.2.Prob.1 quia tali actui deeſt circunſtantia temporis, vel euétus, ſeu effectus ſequentis, qui appellatur circunſtantia quid, vt notat Vazq. diſput.93. c.2. ergo talis actus eo ipſo eſt malus. Secundo, quia dare voluntarie cauſam rei prohibitæ, eſt eo ipſo malum: ergo & omiſsionis prohibitæ. Ant.patet in eo, qui voluntarie ignorat, vel non aduertit, quod tenebatur ſcire, & aduertere, vel non facit, quod debebat, vt vitaretur homicidium, vel aliud damnum proximi, vel proprium temporale, vel ſpirituale ex præcepto vitandum, & in eo, qui per nimium amorem vxoris, vel filiorum videt ſe conſtitui in periculo peccandi: is enim eo ipſo peccat. Tertio, quia præceptum audiendi ſacrum virtute, & conſequenter prohibet omne opus incompatibile ſacro pro tempore, quo ſacrum audire debet: ergo eo ipſo quo quis tale opus tunc faciat, peccabit. Neque immunis à peccato erit, etiam ſi legere, vel ludere voluerit ex ſuppoſitione, quod non eſſet aſſuturus ſacto, alias neque illicitum eſſet proijcire breuiarium in mare, ſuppoſito quod decreuerit non recitare, neque contrahere matrimonium ſuppoſito, quod decreuerit non ſeruare votum caſtitatis. Neque conſumere bona reſtituenda, vel pauperibus erogauda, ſuppoſito quod decreuerit non reſtituere.

98 *2.Opin.* Secunda opinio abſolute ait, talem actum eſſe licitum Durand.2.diſt.35. quæſt.2. num.6. Marſil.2.quæſt.21. art.2. Heruæus quodlib. 7. queſt.25. & alij. Prob. quia ſuppoſito, quod quis non eſt ſacro aſſuturus, legere, ſtudere, orare, &c. incompatibilia ſacro, poſſunt cadere ſub conſilio, voto, & præcepto; ergo ſunt bona, alias fere homo deberet eſſe otioſus, quia fere nihil poteſt tunc facere ſacro compatabile. Diſtinguendum tamen eſt cum

3.Opin. Auctoris. Vazquez diſput.91.cap.2. Medina.q.71. arti.5. Zumel ibi diſp.3.citante Sot.& Victo. Angles 2.d.37.q.2.difficul.4. Azor to.1.lib.4. cap.3.q.5. Herre.2.ſent.diſp.30.q.6. & alijs cōmuniter, nā vel actus incōpatibilis præcepto eſt volit⁹ abſolute, vel ex ſuppoſitione omiſſionis.1.mo do tam ipſe actus, quam eius voluntas culpabilis eſt, quia eſt cauſa omiſſionis, & ita contrahit eius malitiam, & hoc probāt auctores & rationes.1. opinionis, & ita etiam aſſirmat Marſil.3.q.2.a.3.concl.4. Secundo autē modo eſt culpabilis, quia non eſt cauſa omiſſionis: tunc enim homo ex ſtudio, vel alio ſimili actu incōpatib.præcepto non ſe reddit impotētē Phyſice, vel moraliter ad eius obſeruationē, neq. ſubit probabile periculum violationis, ſed tantū vult interim, dum manet formalis, vel virtualis voluntas omittendi, aliquid agere, quod quidem licet nō poſſit ſimul fieri cum obſeruatione præcepti, tamen poteſt omitti, quoties voluerit ſeruare præceptum, & ita tale opus nullum præſtat impedimentum ad obſeruationē præcepti. Veluti ſiquis me inuitum impediat ab audiendo ſacro, licite ego eo tēpore poſſum ſtudere, quia illud ſtudium, licet ſit incompatibile ſacro, non ſuſcipitur niſi ex ſuppoſitione alterius impedimenti ad interteſſendum ſacro & ideo non cenſetur ſimpliciter cauſa illius damni, licet phyſice loquēdo ſit cauſa illius: veluti ſi ſuffragium meū darem indigno, quem ſcio habere iam ſuffragia ſufficientia ad ſuam electionem, non dicar moralis cauſa beneficij, vel cathedræ, quam accipit, nec tenebor de damno. Si militet ſi domui, quā ſcio ineuitabilitet eſſe comburendam igne iam ſibi applicato, ſi nouū ignem applicarem, vel illam diruerem, nō cenſeret cauſa damni, nec de illo tenerer. Similiter ergo quando eſt iam vnū impedimentum audiendi ſacrū, addere aliud quod a moueri poſſit amoto alio, non eſt illicitum, quia ſolum eſt præceptum non apponendi impedimentum, quod non poſſim remouere cum libuerit & expedierit, Conf. nam ipſe Sayrus ſupra numer. 13. ait ſolam illam primā operationem, quæ primario impedit auditionem ſacri, eſſe cauſam omiſſionis & malam; nō vero alias operationes, quæ per acidens cum illa iunguntur, vt ſi quis decreuit non audire miſſam, & tempore quo audienda erat miſſa decreuit iter facere, vel domi manere aut in lecto iacere, hæc operatio eſt cauſa omiſſionis, & mala, non vero aliæ, quæ per accidens coniunguntur illi, vt interim orare, recitare horas, ſtudere, ægrotum viſitare, &c. & mala circunſtantia temporis habet ſe per accidens reſpectu illarum ſolamq. primam inficit. Hæc ille. Similiter ergo deberet dicere, ſuppoſito quod quis decreuit non audire ſactū, ſi velit manere domi vel iacere in lecto vel iter facere, has operationes non eſſe malas, quia per accidens cōiūgūtur primariæ, quæ eſt cauſa omiſſionis, videlicet decreto non audiendi ſacrū & ideo non inficiuntur circunſtantia temporis: quia

hæc ſolum inficit actum, quando actus qui cum tali circunſtantia fit, eſt impedimentum implendi præceptum moraliter loquendo.

99. *Ad.1.arg. 1.Opinio.* Ad priũ.1.opinionis Reſp. actui illi non deeſſe circunſtantia temporis, vel euentus, quia tunc tantum vitiatur ſtudium v.g. ex tẽpore, in quo quis debet miſſam audire, quando ſtudium eſt cauſa omittendi miſſam reddendo hominem impotentem ad audiẽdam miſſam, vel adducendo probabile periculum omittendi illam, quando autem aſſumitur ſtudium interim, dum homo manet in volũtate non audiendi miſſam, non eſt malum ex tempore, vel euentu. *Ad.2.* Per idem patet ad ſecundum, nam qui dicto modo ſtudet tempore miſſæ, per hoc nullam dat cauſam omiſsioni miſſæ, ſed ſuppoſita omiſsione ſtudet, ne ſit ocioſus, vel ob aliquem alium honeſtum finem, & ideo in ſtudio ipſo non peccat. Imo bene facit ſtudendo & poſſet ſe voto obligare ad ſtudendum eo tempore, quo noluerit intereſſe ſacro.

100 *Ad.3.* Ad.3.R. præceptum miſſæ virtualiter prohibere omnes actus, qui ſunt cauſæ non rationabiles omittendi miſſam non vero eos qui omiſsionem ſupponunt, ſeu aſſumuntur interim dum homo manet in voluntate non audiendi miſſam, & relinqui poſſunt, quoties placuerit miſſam audire. Neq. eſt ſimile de caſibus in eo argumento comemoratis, vt recte Vaz. Azor ſupra & alij, nam proiectio breuiarij, contractus matrimonij cum propoſito cõſummãdi illud, vel non ingrediendi religionem, conſumptioq. rei reſtituendæ, &c. ſunt cauſæ omiſsionis, quia reddunt hominem inhabilem, & impotentem ad impletionẽ præcepti, ſecus vero in noſtro caſu, & licet Angles ſupra, dicat, in illis caſibus actum eſſe peccatum, nõ quia eſt cauſa omiſsionis, ſed quia præcludit viam mutandi voluntatem, quod diximus ſine dubio tenendum eſt, nam quod impoſſibilem teddit præcepti obſeruationẽ manifeſte eſt cauſa non implendi illud, ideo ex eo cap. peccatum eſt.

101. *Obiectio.* Dices, ergo qui decreuit non adeſſe ſacro, ſi velit ieterim dormire videns ſe fortaſſe nõ euigilaturum eo tempore, quo præceptum implendum eſt, peccabit mor. *Solutio.* R. cum Zumel ſup. ad.2. concedo illatum, ſi vero tunc dormire velit, quando videat ſe nõ poſſe, licet maxime velit, adeſſe ſacro, non peccaret, quia iam ſimpliciter erat impotens ad impletionẽ præcepti, addere autem vnam impotentiã alteri peccatum non eſt. Et quãuis Medi. & Zumel dicant, quando aliquis proijceret breuiarium in mare, vel alio, modo redderet ſe impotentem ad obſeruotionem alicuius præcepti paulo ante quam implendum ſit, non peccare ſaltem mortaliter, ſi eo breui tempore, non eſſet veriſimile mutandã eſſe voluntatẽ, quæ præerat violandi præceptum. Mihi tamẽ videtur mortaliter peccare, quia eo tempore qnantũcunq. breui tenebatur, & poterat voluntatẽ mutare, & præceptũ implere, & ideo ſimpliciter reddere ſe impotẽtẽ ad eius obſeruationẽ, mortale eſt; cũ ſit cauſa neceſſitãs ad omiſſionẽ, ad quam nulla præerat neceſſitas Phyſica, nec moralis, & ita ſentit Vazq. vnde falſa eſt illa regula Zumel. diſp. illa.3. concl.3. & 4. opera, quæ fiũt ab aliquo poſtquã firmo animo deliberauit rẽ præceptã omittere, facta eo tẽpore, quo præceptũ occurrit, vel tẽpore propinquo, nõ capiunt malitiã omiſſionis, quia nõ ſunt eiuſdẽ cauſa, licet incõpatibilia ſint cũ obſeruatione præcepti. Nam certe nõ video quomodo non ſint cauſæ omiſſionis, ſi fiant ante omiſſionem, homoque videat ex illis omiſſionẽ ꝓceſſurã, eo quod ſimpliciter reddunt hominẽ impotentẽ ad omiſſionẽ vitandã, & ideo Dur. ſupra ait eſſe cauſas omiſſionis. Sed regula vera eſt. opera, quæ ſunt incõpatibilia cũ præcepto, ſi non ſupponant in potentiã implẽdi illud eſſe peccata, quia reddunt homine ſimpliciter impotentẽ ad obſeruationẽ præcepti, ſi vero ſupponant impotentiã implẽdi illud, licet per ſe addãt aliã impotentia, nõ eſſe peccata, quia non eſt prohibitũ augere, ſed ſimpliciter afferre impotentiam, modo nõ augeat impotẽtia animo violandi præceptũ, ſic enim opus eſſet malũ ex fine, licet nõ ex euentu. ¶ Vnde patet.1. velle facere 102. aliquid incõpatibile miſſæ ex ſuppoſitione *1.Corolar.* quod maneat volũtas omittendi miſſam, nõ eſſe peccatũ, quia tale opus nõ reddit hominẽ impotentẽ ad obſeruationẽ præcepti, niſi ſuppoſita impotentia procedente ex volũtate nõ audiendi miſſam. ¶ 2. Colligi poteſt, qñ *2.Corol.* quis vult omittere miſſam ob ſtudiũ, ſi ſequatur ſtudiũ, eſſe opus malũ, vt dicũt Zumel, Medi. & Vaz. quia licet in executione ſtudiũ nõ ſit tũc cauſa omiſſionis, ſed ècontra eo quod omiſſio aſſumitᷣ, vt mediũ ad ſtudiũ, tñ in intẽſione eſt cauſa neceſſitãs ad omiſſionẽ: non enim poteſt homo velle eo tempore ſtudere quin velit non adeſſe ſacro. Intentio autem, quæ neceſſitat ad prauũ mediũ, & prauã electionẽ, praua quoq. eſt, ac proinde opus per eã intentũ ſi ponatur in re, prauũ etiam videtur. Poſſet tñ defẽdi, qñ intẽtio ſolũ eſt mala, quatenꝰ eſt cauſa prauæ electionis, opus intentũ, etiã ſi fiat, prauũ nõ eſſe; quia nõ eſt cauſa prauæ electionis, vt eſt in re, ſed vt eſt in intẽtione. ¶ 3. Patet nõ eſſe verũ quod ait quidã proiectionem breuiarij in mare non eſſe diſtinctum peccatũ à perſeuerante voluntate nõ recitandi, quia licet proijcere breuiarium, quãdo iam recitatio non eſt debita, aut non eſt poſsibilis, nullum peccatum ſit; tamen alio tempore

Digitized by Google

tempore perſe erit peccatũ cum inducat impotentiam ſimpliciter ad debitam & poſſibilem recitationem. Nec valet dicere, quod ſi proijciatur eo tempore, quo manet voluntas non recitandi, & occurrit recitandi præceptum, iam ſupponet impotetiam cauſatam ex tali voluntate ad recitandũ pro tunc, & ideo non erit peccatum: hoc enim verum eſſet ſi proiectio breuiarij & obligatio recitandi eodem tempore menſurarentur, quod tamen non ita eſt. quia ad recitandum plus temporis requiritur quam ad proijciendum: vnde per proiectionem infertur aliqua impotentia recitandi, quæ non infertur per voluntatem non recitandi coexiſtentem proie-
vl.Corol. ctioni, ideoque proiectio erit peccatũ. Denique patet, ſi quis ſtudeat, ne miſſam audiat ſtudium eſſe peccatum, quia eſt cauſa omiſſionis miſſæ. vt medium electum & executioni mãdatum ob ipſam omiſſionem, licet maius peccatũ eſſet eligere ocium ne audiatur miſſa, quia tale medium haberet aliunde etiã deformitatem: ita Vazq.

SECTIO. VII.

Vtrum actus, qui eſt cauſa ommiſſionis, ſit peccatum diſtinctum ab ipſa omiſſione.

103 RESP. materialiter eſſe diſtinctum non vero formaliter, quia tota malitia talis actus, niſi alias ſit prohibitus ſumitur ab omiſſione, neque omiſſio habet aliam libertatem præter eam, quæ eſt in ipſo actu: ſic malitia actus externi, & interni eadem eſt, & ideo non ſunt duo peccata formaliter, ſed tantum materialiter. ita Zumel q.71.art.5.diſp.3. Medina, dub.2. Valen.diſp.6.quæſt.2.p.1.4.dub.2. Rich. 2.d.35.art.1.q.uæſt.1. Syr. illo cap.6.num.10. Angles d.37 quæſt.2.diffic.5. & alij communiter: ita limitandi. Henr. quodlib.12.q.14. Rich.2.d.35. art.2.q.1. Gab.d.41.a.3.dub.3. Marſ.2.q.21.art. 1. in ſolutione cuiuſdam argum. contra tertiã cõcluſionẽ, & ar.3.cõcl.4. & alij abſolute dicẽtes, vt fertur eſſe duo peccata. Male ergo aliqui dixerunt, in ſtudio tempore ſacri duplicẽ eſſe malitiam: alterã contra religionẽ, alterã contra ſtudioſitatem quæ ponit modũ in ſtudio. 2.2.q.166.a.2. nam ille actus non eſt malus intra limites ſtudioſitatis, ſed vt aduerſatur religioni: vt notat Zumel. Et Cõf. quia eo actu tantum violatur vnicũ pręceptum, nempe audiendi miſſam: ergo. Conf. 2. nam qui dat eleemoſynam propter furtũ, non peccat contra miſericordiam, ſed cõtra iuſtitia, vnicaq. malitia, vt docet Caiet. 2.2.q.148.ar.2 §. ſed ad hoc dicitur: ergo ſimiliter, &c. vnde infertur, in cõfeſsione ſatis eſſe explicare omiſsionẽ, vt Angles ſupra Vazq. diſp.92.c.4. Nec placet Herrera.2.diſp.30. q.2. dicens, addere malitiã non ſpecie, ſed numero diſtinctam, ſicut actus externus interno, ſed exemplum eſt falſum, & non eſt ſimile, quia ſtudium & omiſſio miſſæ non ſe habent, ſicut actus externus & internus, ſed ſicut duo actus externi, quorũ vnus non eſt malus, niſi ratione alterius.

Prædicta autem intelligenda ſunt, quando 104
actus, qui eſt cauſa omiſsionis, non eſt per ſe malus & prohibitus, quando enim eſt per ſe malus & prohibitus, tunc ipſe & omiſsio duo ſunt peccata, vt ſi ex ludo per ſe prohibito ſequatur omiſsio ſacri, ſicut ebrietas & homicidum ex illa procedens duo peccata ſunt, de quo vide Syr. ſupra num.9. & 10. Alen.2. par q.113.m.7.D. Tho.2.2 q.79. ar.3. ad.3. & q. 150.a.4. Angles ſupra diffic.6 Henr. quodlib. 3.q 26. male autẽ aliqui dicũt ipſum quodlib. 12 q. 24 Gab.2.d 41.q.1.a.3.dub.3 circa finẽ, & Rich.2.d.35.a.1.q.1. docuiſſe actũ, qui eſt cauſa omiſsionis culpabilis, & ipſam omiſsione ſemper eſſe duo peccata, hoc enim nõ dicũt & licet id diceret, exponẽdũ eſſet, ſemper eſſe duo peccata ſaltem materialiter. Sed rogas an ſi quis ita eſſet effectus ſtudio, vt propter illud paratus eſſet tranſgredi præceptum & poſtea occurreret præceptum, audiendi ſacrum & illud tranſgrederetur eſſent ibi duo peccata ſpecie diſtincta in malitia. R. illud propoſitum fuit de violando, in particulari præceptum miſſæ, non ſunt ibi duo peccata ſpecie diſtincta, ſed ad ſumũ numero, quia tota malitia illius ꝓpoſiti & omiſsionis fuit cõtra præceptũ miſſæ, ſeu cõtra religionẽ illius actus, ſi vero in genere propoſuit violare præceptũ, & poſtea violauit præceptũ ſacri, ſunt duæ malitiæ: altera cõtra obediẽtiã, vt aliqui putãt, vel cõtra iuſtitiã legalẽ, vt arbitrantur alij, quia iuſtitia legalis reſpicit bonũ morale in cõmuni, & iniuſtitia legalis malũ, ſeu cõtra legẽ in cõmuni, vnde, volo bene operari, eſt actus iuſtitiæ legalis, & volo male agere ꝓpter aliquod meũ cõmodũ, eſt actus iniuſtitię legalis. Altera vero cõtra pręceptũ ſacri et religionẽ diei feſti, quãuis ſi ꝓpoſuiſſet in cõmuni violare præceptũ, ne ſe illi ſubijceret, eſſet contra virtutem obedientiæ cum ſpecial malitia in obedientiæ.

SECTIO. VIII.

V. actus qui eſt malus quatenus eſt cauſa praua omiſsionis, ſit peccatum omiſsionis.

PArtem negatiuam tenet Vazq d.92. c.4. 105
probat. 1. quia ſi eſſet peccatum comiſſionis, exprimendum eſſet in confeſſione. 2. quia tota malitia illius actus deriuat

Digitized by Google

ab omiſsione:ergo eſt peccatum omiſsionis. Tertio,nam actus qui eſt contra præceptum affirmatiuum,eſt peccatum omiſsionis, ſed talis actus aduerſatur præcepto affirmatiuo audiendi miſſam:ergo.

Quæſtio hæc eſt denomine; probabilius mihi videtur,illum actum virtute eſſe peccatum omiſsionis,ſed formaliter eſſe peccatum commiſſionis.Ita Henr.quodlib.12. quæſt.24. Gabr.2.diſt.41.quæſt.1.ar.3.dub.3.Valentia hic d.6.quæſt.1.puncto.4.Sayr.lib.2.cap. 6. nu. 14. prob. nam peccatum omiſſionis eſt omiſſio, ille autem non eſt omiſsio:ego non eſt peccatum omiſsionis, quod etiam ſumi poteſt ex D.Thom.2.2.quæſt.79.ar.3.ad.3.*D*uran.2. diſt. 35.quæſt.2.num.9.docentibus hominem non omittere vſque ad tempus præcepti.

116. Ad primũ reſpondetur, peccatum comiſſionis, quod à ſola omiſſione malitiam ſumit
Ad.1.arg. non eſſe neceſſario in confeſsione exprimendum,ſicut nec medium,quod à ſolo fine malitiam ſumit.

Ad.2.et 3. Ad ſecundum negatur conſequentia. Ad tertium reſpondetur non omne peccatum contrarium præcepto affirmatiuo eſſe peccatum omiſſionis,ſed quod primo & per ſe illi aduerſatur,quale eſt carentia actus præcepti. Reſpondetur 2 præceptum audiendi miſſam, licet ſit formaliter affirmatiuum, virtute tamen eſſe negatiuum, quia virtute prohibet omne iniuſtum impedimentum miſſæ & ea ratione illi aduerſari actum,qui miſſá impedit; propreteaque talem actum dici debere peccatum commiſsionis.

1116. Suam ſententiam limitat Vazquez, vt locum non habeat in omiſsione actus interni, tunc enim putat actum, qui eſt cauſa etiam directa talis omiſſionis, non ſumere malitiam ab ipſa omiſsione. Ideòque non debere appellari peccatum omiſsionis,ſed comiſſionis, vt ſi quis velit omittere dilectionem,vel pœnitentiam internam, quando eſt in præcepto, malitia omiſſionis non deriuatur,inquit,in actũ,& ita actus nõ erit peccatum omiſsionis,ſed comiſsionis.Quæ limitatio licet vera ſit, tamen eius ratio deſplicet, nam ille actus non habet, vnde capiat malitiam,niſi ab omiſsione.Neque mirum, cum ea ſit eius obiectum, atque velle malum, eo ipſo malum ſit.

117. Sed obijcit Vazquez,quia velle habere actum internum dilectionis, vel pænitentiæ non capit malitiam ab actu volito, alias actus ille reflexus pertineret ad eandem virtutem,ad quam directus, qui eſt obiectum ipſius:ergo ſimiliter velle omittere actum internum,non capit malitiam ab ipſa omiſsione volita. Reſpondetur bonitatem illius actus reflexi ſumi à bonitate obiectiua actus directi;non vero à formali, & ideo licet bonitas formalis actus directi pertineat ad habitum charitatis,vel pœnitentiæ, tamen actus reflexus non pertinet ad hos habitus, ſed ad amorem pure humanum, quo homo vult habere huiuſmodi actus ea præciſe ratione, quia ſibi boni ſunt.An vero actus amoris proprij honeſti pure humani ſit idem cum humana amicitia erga alios homines, tractatu de charitate diſputatum eſt. Falſo etiam quidam putat, formalem malitiam prius eſſe in omiſſione actus externi,vel in externo actu, quam in interno,bonitatem vero ècõtra.hoc enim diſcrimen nulli fundamento nititur, omnibuſque fere Doctorib. aduerſatur merito aſſerentibus formalem malitiam, & bonitatem prius eſſe in actu interno, indeque ad actum, vel omiſſionem externam deriuari. De hac ſectio. 8. habes aliquid diſp. ſeq. ſect. 3.ad finem. 3. diuiſionis.

SECTIO. IX.

Vtrum omiſsio,quæ non eſt in poteſtate omittentis tempore quo fit,fuit tamen antea, ſit peccatum.

VT ſi quis omittat miſſam tempore ſomni, vel ebrietatis, quam ſciens incurrit. Eadem quæſtio 118
eſt de opere malo ſecuto in tali ſomno,vel ebrietate. 1. Opinio eſt omiſſioné eo tempore contingentem imputari ad culpam eodem tempore non vero eo quo poſita eſt cauſa ac proinde euenire poſſe, vt aliquis in gratia dormire incipiat, & in peccato inſurgat à ſomno ita Marſilius. 2. quæſt. 21. art. 2. ſupp. 2. & concluſ. 2. & 4. ſed merito hæc opinio à Zumel infra. Medina quæſtio.71. ar. 5.verſic.eſt aliud dubium, Henriq.5. ſummæ, qui eſt.2. pœnit.cap.5. num.5. Thoma Sáchez tom.3.de matrimonio, lib.9. diſput. 45. num. 31. Sayro lib.2. cap. 6.num. 7. & ſeqq. præſertim.15. & alijs referendis erronea cenſetur. 1. *Reijcitur.1.*
quia ſic homo peccaret in eo quod vitare nõ poteſt, nec potuit, vt in omiſſione miſſæ ex infirmitate,quam vitare nequiuit, & in pollutione nocturna, quæ ex cauſa mere naturali proceſſit. Si enim cauſa eſt inculpabilis, nil refert fuiſſe, vel non fuiſſe in ſe voluntariam:conſequens eſt contra Trid.& PP. ergo 2. Quia ſi omiſſio illa in ſomno, &c. peccatũ eſt:ergo debuit homo eius cauſam vitare, *2.*
& ſic qñ libere, & voluntarie ipſam appoſuit peccauit mortaliter, & gratiam amiſit, ac proinde nõ amittet illa poſtea in ſomno, &c.

3.Si

3.Si omiſſio in ſomno &c.eſt mala:ergo eſt
voluntaria & libera,ſed nõ eſt voluntaria &
libera in ſe ergo tantum in cauſa:ergo tunc
imputatur;nam quod eſt malũ dumtaxat ra-
tione cauſæ,ſupponit malitiam in ipſa cauſa,
& temere dare cauſam omiſſioni miſſæ vel
pollutioni, malũ grauiter eſt,ergo eſt pecca
tũ mortale, ergo tunc deſtruitur gratia & a-
mittitur ius ad gloriã.2.Opinio eſt,omiſſionẽ
in ſomno,vel ebrietate non eſſe vere & pro-
prie malam,ſeu peccatum,etiam denomina-
tione extrinſeca a malitia, quæ præceſsit in
cauſa, ſed tantum improprie,ſicut quilibet
effectus peccati peccatum dicitur, ita Alenſ.
2.p.quæſtione.130.alias.113,memb.7.Altiſ. lib.
2.tractatu.29.cap 2.quæſt.3. Adrianus, quæſt.
4 de Euchariſtia,quæ incipit vlterius viden-
dum eſt,in ſolutione.7.argumenti Gabr. 2. d.
41.artic.3.d ib.3.littera.R.& d.22.artic.2.conc.
3.fine,& lect.10.in canon.Bonauentura.2.d.22
artic.1.quæſt 3 Maior.quæſtione.2. &.4. d. 17.
quæſt.8.& d 9 quæſtione.1.maxime in. 2. &.3.
conclu.poſitis pro explicatione eiuſdem ar-
gumenti facti contra ſecundam partem.3.cõ-
cluſionis principalis Palud.4 d.9.quæſtione.3
artic.1.concluſione.1.num.5.Martinus de Ma
giſtris, quæſtione de pollutione nocturna.
Caſtro.2.de lege pænali cap.14.concluſione.1.
fine, Almain 1 moralium cap.4.Angeſtus ca.6
moral.ad.17.argumentum & cap.10. §. diffici-
lis,Vazquez diſputatione.94.c.2.&. 3. & diſp.
73.cap.9.num.46.&.47.Sayr.lib.1.cap.6. num.
15.Azor,tomo.1.lib.4.cap.3. q. 4. quibus fauet
D.Tho. 3. parte,quæſtione. 80.artic.7.dicens,
pollutionem in ſomnis non eſſe peccatum
ſecundum ſe, licet poſsit habere peccatum
annexum: eodem modo loquitur.4.d .9.arti.
4. quæſtiuncula. 1. quem imitari videtur Pa-
lud ead.d.quęſt.3 artic.1.concl. 1. Victoria in
ſumma num.72.de Euchariſtia. Pro hac ſen-
tentia citant aliqui Nauarrum cap.16. Hiſpa.
num.7.latin.num 8.ſed Nauar.tantum ait,eſ-
ſe peccatum vel executionem peccati. Sayr.
etiam male citat Medinam, quæſtione.71.
articul.5.opin.1.Sotum.4.d.12 quæſt.1.articul.
7.& Ocham,quodlib.1.quæſtione.20.

Fundamentum eſt,quia non poteſt pecca-
109 tum fieri ſine libertate & vſu rationis,& quia
3.Opinio. peccatũ debet eſſe voluntarium, vt ait Augu.
3.de lib arb.cap.18. tunc autem omiſsio non
eſt voluntaria.3.Opinio probabilior eſt.tales
omiſsiones, vel effectus eſſe peccata ſolum
exrtinſeca denominatione à malitia, quæ
præfuit in cauſa Medina,quæſtione.71.art. 5.
dubio vltimo concl.2.&.4.Zumel.eodem ar.
diſp.5.&.6.Valentia,diſputatione.6. quæſtio-
ne.1.puncto.4.dub.3.Duran.2.d.35. quæſtione
2.num.9.Sorus.4.d.12.quæſtione.1.articul.7. §.
primum omnium,propoſitione.1.&. 2.Ledeſ.
1.4.quæſt.21.ar.7.dub.1.& 2.Angelus pollutio
initio.Sylueſt.pollutio in fine,Gerſon.2. par-
te tracta.de pollut diurna alphabe. 38. littera
E.Angles.2.diſtin.37.quæſt.2 diffic.6.& 7. O-
cham quodlib.1.quæſt.20.Cord.lib. 2, quæſt.
2.in fine,& quęſt.18.corol.1.& quæſt.23.& cõ-
muniter recentiores:colligitur aperte ex *D.*
Tho.quæſt,71.art.5.ad.3.quæſt.79.ar.4.in cor-
pore,& ad.2.&.4.2.2.q.79.a.3. ad.3.& q.150.ar.
4.& q.154.ar.5.quibus locis idẽ tenet Caieta.
& opuſc.17.reſponſio.in.16. Antonin. 1. part.
tit.7.cap.2 §.3.& 2.par.tit.6.cap.5.verſi. 2. cau-
ſa.Henric. quodlib. 3. quæſt. 26. & conſonat
quodlib. 12. quæſt.24. Gabr. lect.10. in cano-
nem lit.K.Vega.2.parte ſummæ cap. 67. caſu.
3.Emanuel.2.parte verbo luxuria cap.209. a-
lias 211.num. 2. Gloſſ.cap.quia vero in fine d.
6.Graffi.2.parte deciſionum lib.2.cap. 87. nu.
14.in fine.Abulen.Matt.5.quæſt.246.in corpo
re verſic.tertio modo.Henriquez lib.8. ſum-
mæ,qui eſt de Eucha.c.51.num.2. in commen
to lit.F.Lopez.2.parte inſtruct de Eucha.cap.
76.§.ſecundo aduertẽdum,Thomas Sanchez
tom.3.de matrimonio lib.9. diſp.45. num. 28.
vbi *D.*Thomam, Marti.de Magiſtris, Palud.
Maiorem & alios,qui contrarium videntur
aſſerere,exponit, ſolum velle,tale peccatum
non habere nouam malitiam. Vt explicat
Maior.in illo loco.d 9.concl.4.

Prob.nam actus externus, quamuis non 110
ſit voluntarius & liber in ſe ipſo,tñ proprie
denominat peccatum,quia eſt quid prohibi-
tũ procedens ex actu voluntario in ſe ipſo:er
go ſimiliter omiſsio,quæ ex actu libero pro-
cedit.*D*ices,id eſſe verum, ſi actus à quo pro-
cedit omiſsio,vel effectus poſitiuus ſit liber
in ſe ipſo pro tẽpore,quo omiſsio,vel effectus
poſitiu⁹ ſequitur.Sed cõtra nil.n. referre vide
tur,quod talis actus ſit in ſe liber pro eodem,
vel alio tẽpore:ergo,ſi in vno euentu effectus
poſitiuus,vel omiſsio ſequẽs,eſt peccatũ,etiã
in alio.Conf.1.nã homicidiũ cõſs emiſsionẽ *Conf.1.*
ſagittę,propinationẽ veneni,vere eſt peccatũ
quidquid cõtra cõmunẽ ſenſum dicat Vazq.
ſup.c.3.&.c.4.tñ nõ eſt liberũ in ſe,neq.in alio
actu,qui eodẽ tẽpore ſit in poteſtate agentis:
ergo idẽ dici debet de omiſsione,vel effectu
cõtingente inebrietate,vel ſomno, qñ cauſa
libera.i.actus à quo proceſsit, nõ eſt in pote-
ſtat.agentis.Cõf.2.nã ſi quis cõſulto procura *Conf.2.*
ret pollutionẽ ſecuturã poſtea in vigilia,eſſet
peccatũ,licet eo tẽpore non poſſet impediri:
ergo ſimiliter illa quę eſt in ſomno & procu-
rata fuit in vigilia,aut ꝓcedit ex actu culpa-
bili facto in vigilia.Conf.3.nam ipſum dor- *Conf.3.*
mire & inebriari poteſt eſſe prohibitum: er-
go & malum:tamen non poteſt eſſe in haben
te vſum rationis, vel libertatem: ergo hoc
non requiritur ad rationem peccati. Conf 4. *Conf.4.*

Digitized by Google

quia alias nemo peccaret ex ignorantia, vel inaduertentia, niſi pro eo tempore, quo eſt in poteſtate hominis ſcire vel aduertere: cōs videtur falſum: ergo. Confir.5. nam qui cum aduertentia cæpit opus bonum, vel malum, & poſtea naturaliter diſtractus illud proſequitur, peccat, aut bene moraliter operatut incontinuatione, quæ non eſt libera in ſe, neque in aliquo alio comitante illam: ergo iſte modus libertatis non eſt nccessarius ad rationem peccati, fauet Ariſt.5.eth.c.5.2.polit.cap.10. dicens, eos qui in ebrietate aliquid mali efficiunt duplici pæna per leges puniri. ſ. obebrietatem, & effectum ex ea conſecutum, &c. eodem pertinet.c. ſi quis inſanus.15. q.1. vbi pro peccato in inſania commiſſo pæna imponitur, licet dici poſſet pœná imponi ad cautelam pro culpa, quæ in ſanitate præſumitur præceſſiſſe, vel ue homo iterũ ſua culpa incidat in furorem, vt explicat Gloſibi tamen &c. opinioni noſtræ Fauet Ambroſius lib. de Elia. & ieiunio.cap.4.& 5. relatus.cap. 6.die.d.35. Vbi ait, ebrietas Loth.fuit origo.inceſtus, peſsimæ regenerationis partus deterior, vbi gloſſa explicat inceſtum appellari partum ebrietatis, quem quidem Ambr. vocat deteriorem: ergo ſentit eſſe peccatum: fauet quoque Auguſtin. c. in ebriauerunt cit. vbi videtur aliquam culpam & pænæ meritum inceſtui Loth. tribuere.

111. Per hæc patet ad fundamentum.2. opinionis ſed obijciet Vazquez diſput 94. cap.5. ſic enim qui venenum propinauit tandiu peccaret, quandiu venenum ad mortem operatur, quia illa operatio eſt libera in cauſa. Reſpondetur, concedendo illatum, niſi homo antea illius propinationis pænituiſſet, ſimiliter quandiu cibus ad pollutionem aſſumptus operatur, tandiu homo peccat, niſi prius pæniteat, ſed poſt deciſionem ſeminis, & emiſsionem ex vaſe naturali, quia retineri nequit nō additur noua malitia, quod tantum voluerunt Sotus, & Cordub. ſupra.

112 2. Obijcit Vazquez, Ariſtot.3.ethic.cap.5. aſſerentem, quædam, modo tantũ eſſe in voluntate noſtra, vt iactus lapidis, habitus, &c. Alia vero etiam in progreſſu, vt actus vitioſi, vel ſtudioſi: ergo actus qui in progreſſu non ſunt liberi, non erunt pro tunc vitioſi. Reſpondetur Ariſtotelem, ibi neque generatim, neque in definite docuiſſe, actus vitioſos, & ſtudioſos, ſẽper eſſe in poteſtate nr̃a, quin potius in peccatis ex ignorãtia, vel ebrietate culpabili aperte videtur oppoſitum docuiſſe.

113. Pro maiori horum intelligentia nota.1. ac
Notab. 1. tum, ex quo ſequitur omiſsio culpabilis, non dici peccatum omiſsionis, ſed cōmiſſionis, vt docet Corduba illa quæſt.23. Altiſiod. 2. ſummæ tract.29.cap.2.quæſt.2. Sayr.lib.2. c.6. num.14. D.Thom.2 2. quæſt.79. art.3. ad.3. de malo, quæſt.2.ar.1.ad.11.3.diſp.35.ar.3. Valentia ſupra Zumel, quæſt.71.artic.5.diſp.5. & alij citati q. præcedenti, licet Vazquez, diſputat. 94. cap.2. dicat, actum illum non ſolum eſſe peccatum omiſſionis virtualiter, & reductiue, ſed etiam formaliter, & directe, cui fauet Ouandus. 2.diſtinct. 35. prop. 1. dicens hominem omittere, quando ſe applicat ad actum, ex quo poſtea ſequitur omiſſio.

Nota.2. euentum contingentem eo tem- 114.
pore, quo impediri, nequit non addere graui- *Notab. 2.*
tatem ad peccatum, quod comiſſum eſt, quando libere poſita eſt eius cauſa, licet fuerit directe intentus, hoc eſt contra Martinum de Mag. tractatu de temperantia. q. de pollutione, & quæſt. de ebrietate, vbi tenet quando directe fuit intentus nouam grauitatem afferre Zumel etiam quæſt.73. articul.8. dub.1. Vazquez diſp 94. cap.2 & diſput.127. c.3. putant, Caſtrum.2. de lege pœn. cap.14. ad finem 1. concluſio. principalis docuiſſe huiusmodi euentum, licet non fuerit directe intentus, afferre nouam grauitatem, quod etiam Vazquez tribuit Bonauenturæ.2. diſtinct. 22. arti. 2.quæſt.5. Caietan.2 2.quæſt.150.art.4. ſed Caietan. loquitur cum formidine. Cæteri vero, vt exiſtimo id non dicunt quidquid autem ſit de illis tenendum omnino eſt, talem euentum etiam ſi fuerit directe intentus nullam grauitatem afferre, quia vbi non eſt nouum voluntarium, nulla eſt noua grauitas ibi autem non eſt nouum voluntarium: ergo. Cōf. quia ſecũdũ aduerſarios euentus ille tunc ſe habet ſicut actus externus, actus autem externus nullam addit bonitatem, vel malitiã actui interno, ergo, etc. & ita ſentiuat D. Th. 4. d.17.quæſt.2. a.2.ql.4. ad 2. late Zumel, qu. 71. artic. 5.diſput.6. & præter Caietan. omnes authores. 2. & 3. opinionis quibus fauet Auguſtin.22. contra Fauſtum, cap.44. relatus ca. inebriauerunt.15. quæſt.1. vbi ait Loth quando ebrius acceſſit ad filias, culpãdum eſſe, nō quantum ille inceſtus, ſed quantum illa meruit ebrietas, & Ambroſ.1 de Abraham, cap. 6. relatus cap. ſane eadem cauſa, & quæſt. vbi ait, qui per vinum deliquerunt apud ſapientes iudices venia facti donantur, ſed ebrietatis damnantur authores. Similiter loquuntur Hieronym. epiſtol. 22. ad Euſtoch. capit. 4. Orig. 4. contra Celſum circa medium, & hom.5. in Geneſ. Damaſc.2. fidei, cap.24. Sed forte iſti ſolum intendunt facta inebrietate ſæpe non imputari, quia non fuere præuiſa, aut nō potuere præuideri in cauſa, quo pacto Loth excuſatur à Chryſoſtomo, hom. 44. in Gen. & à D. Thom. licet cum formidine. 2.2. q.150.ar.4. 115

Nota.3. varijs modis poſſe contingere, vt *Nota. 3.*
actus

Digitized by Google

actus, qui eſt cauſa omiſsionis, ſumat malitiam ab omiſsione, ipſa vero omiſſio ſequẽs, non ſit vere peccatum. 1. ex mutatione præcepti, vt ſi poſt datã cauſam omiſsionis, ante quam omiſsio ſequatur, reuocetur operandi præceptum. 2. ex mutatione iudicij, vt ſi poſt datam cauſam omiſsionis miſſæ, quæ exiſtimabatur eſſe in pręcepto iudicet homo, non eſſe tale præceptum. 3. Si ante tempus ſacri, &c. adueniat impotentia, aut legitimum impedimentum, vt neceſsitas ſeruiendi infirmo.

116 *Not. 4.* 4. Si ante quam adueniat tempus præcepti iuſtificetur quis abſque proprio actu, vel, vt ait Zumel q. 71. ar. 5. diſp. 5. datæ cauſæ omiſſionis ipſum pæniteat, eſto talis pænitentia non ſufficiat ad iuſtificationem. Ita tenet Gab. 2. d. 42. q. vni. a 2. con. 1. citans Ochamum quodlib. 1. q. 20. Angles in florib. 2. d. 37. q. 2. dubio. 5. diffic. 7. Sayr. lib. 2. c. 6. nu. 15. & 16. Medin. 1. 2. q. 19. ar. 5. dub. 3. poſt. 5. conclu. Sotus & alij multi quos citauimus & ſecuti ſumus. to. 1. tract. 7. diſp. 6. ſect. 8. Sed objicit Vazq. diſp. 94. cap. 5. quia illa pænitentia & retractio non obſtat, quo minus omiſſio ſit libera in cauſa: ergo ſi hoc ſufficit ad peccatum illa omiſsio erit peccatum, reſpondetur retractationem moraliter tollere præteritam voluntatem, qua cauſa omiſſionis data eſt, nam poſt retractationem non dicitur quis moraliter velle, quod ante illam velle dicebatur, vt patet quando quis retractat intentionem conſecrandi, vel conſenſum in matrimonio, &c. Ideò poſita retractatione voluntatis, qua adhibita eſt cauſa omiſſionis, omiſſio ipſa cenſetur iam inuoluntaria, ac proinde non participat denominationem peccati, idem eſt de homicidio in ebrietate, & de pollutione in ſomnijs, vt ait Zumel ſupra & Sotus. d. 12. q. 1. ar. 7. Vnde non opus eſt tunc eiuſmodi euentus confiteri. Cuius oppoſitum docet Sotus ibi, niſi velit confitendos eſſe ex conſilio, non ex præcepto, tamen qui præuidens, vel debens, & potẽs præuidere, aliquem in ebrietate occidit, irregularis erit cap. de cætero de homicidio gloſſ. ibi Couar. relect. de homic. par. 3. in princ. num. 3. 4. & 5. Vazquez diſp. 94. c. 4. Zumel. quæſt. 71. art. 5. diſp. 6. in appendice citans Sotum, Victoriam, & Medinam, eodem arti. Sylueſter verbo ebrietas quęſt. 4. & homicidium. 3. quæſt. 4. idem tenent communiter Doctores: quod verum eſſe intelligo, licet ante ipſam mortem auctor datæ cauſæ pænitentiam agat in quo ſenſu prædictos auctores intelligũt, & ſequuntur Zumel, & Vazq. & ſimiliter, licet homo mandati irreuocabilis occidendi clericum, ante occiſionem pæniteat, excommunicationem incurret, vt docet Palud. 4. diſt. 18. q. 3. ar. 3. Syluester excommunicatio. 6. num. 5. Gloſſa. c. mulieres de ſententia excommunicationis verbo authoritate, vel mandato Zumel illa diſp. 6. ad confirmationem. 5. argumenti, & in eius apendice, quamuis aliqui iuniores, vt idem refert, exiſtiment, in cauſibus retractationis, nec excõmunicationem, nec irregularitatem incurri, quod etiam inſinuat Sayr. illo. nu. 16. quibus fauet Sa. verbo irregularitas homicidij illiciti num. 1. di ceos, eum, qui poſt baptiſmum illicite hominem occidit, aut mutilat, dando ad id cauſam propinquam, vt mandando, conſulendo, hortando, niſi antea reuocet, quod fecit, eſſe irregularem. De hoc notab. 5. vide alia tract. 7. diſp. 6. ſect. 8.

Nota. 5. omiſsiones eorum, quæ quis tenetur facere iure poſitiuo, non ſemper imputari in cauſa valde remota, & accidentali, vt ſi quis voluntarie incidit in morbum præuidẽs fore, vt diu recitare non poſſit officium, &c. Non peccat ratione huius euentus, vt docent Zumel illa diſp. 5. poſt ſolutionem. 3. argumẽti contra. 5. conclu. Suarez & alij recentiores: durum enim eſſet cum tanto rigore pręceptum recitãdi, audiendi miſſam, &c. obligare, vt ob id teneatur homo præcauere illa omnia, quæ poſſunt impedire eius executionem: ſolum ergo obligat ad præcauenda ea, quæ proxime, & quaſi eodem tempore poſſunt executionem impedire, vel tollũt media per ſe ordinata, & facilia in ordine ad talem executionem, vt habere breuiarium, & ſimilia in ordine ad recitandum officium, niſi executio præcepti ſit valde neceſſaria, tunc enim credendum eſt præceptum obligare ad media non ad modũ difficilia, vt quia miniſtrari Sacramenta parochianis, & miſſas coram illis celebrari eſt ipſis valde neceſſarium, ſi ſacerdos præuidens parochianos carituros Sacramentis, & miſsis, in longam infirmitatem voluntarie incideret, carentia illa imputaretur ei ad culpam, quando cauſam dedit: ſimiliter, quia valde expediens eſt, vt iudex, vel gubernator Reipub. ſuo munere fungatur, defectus officij præuiſi in voluntaria infirmitate, ei imputabuntur, quamuis remoti ſint. Vnde aliquas omiſsiones, vel euentus in ægritudine voluntaria imputari merito docet D. Tho. q. 77. ar. 7. ad tertium. 117 *Not. 5.*

Vnde bene Medi. q. 77. ar. 7. ait omiſſiones imputari ei, qui ſe inebriat, vel aliud impedimentum ponit, vt à præcepto liberetur, & ei qui proijcit breuiarium in mare, & ideo non poteſt poſtea recitare, & omiſsiones in eo eſſe culpabiles, donec pæniteat impedimenti appoſiti, ei vero qui ſua culpa incurrit infirmitatem aliquam, non imputari omiſsionẽ officij, vel ieiunij; quod tñ male probat quia poſtea non tenetur recitare, aut ieiunare: 118 *Corol.*

Digitized by Google

cum potuerit eſſe obligatio cauendi impedimenti in ordine ad executionem præcepti, licet non eſſet obligatio recitandi, vel ieiunandi poſita infirmitate, vel alio impedimento: probari ergo debet, quia nimis rigidũ eſſet obligare ad cauendas infirmitates in ordine ad recitationẽ,& ieiunium, quæ non ſunt admodum neceſſaria. Deterius autem eſt quod dicit idem Medin. in ſumma in explicatione.3. pręcepti.§.10.fol.101. non peccare contra præceptum ieiunij, eum, qui iter facit,vt inuiſat concubinam,ſeu amicam,vel laborat in venatiõe,vel in ludo pilæ prçuidẽs inde fore,vt die illo non poſsit ieiunare. Hoc enim falſum eſt,& ab omnibus reprobatum, quia impedimenta proxima,& facilia vitatu, qualia ſunt iſta,vitanda ſunt,ne ieiunium impediatur,ſicut tenetur quis non ſe ingurgitare, nec inebriare,vt poſsit ſacrum audire. Ex dictis in tota hac ſect.patet falſam eſſe ſententiam Herreræ.2.diſp.30.q.8. aſſerentis omiſsiones,& effectus contingentes in ebrietate,furia,amentia,aut alio ſtatu,in quo homo non poſsit libere agere circa illos,non eſſe formaliter,vere & proprie peccata. Secus ſi contingant quando homo poteſt libere operari interius circa illos, habendo diſplicentiam de illis,tunc enim ſi diſplicentiam nõ habeat,erunt peccata vere & proprie & formaliter,vt cum quis applicuit ignem ad inflamãdum inſtrumentum bellicum,& emittendũ, globum,vel arcum intendit ad emittendam ſagittam,ſi enim poſt emiſsionem globi, vel ſagittæ, non pæniteat facti, nec diſpliceat ei iniuſta mors imminens, occiſio erit mala & peccatum,& oppoſitum dicere eſt folſiſsimũ, ſecus ſi pæniteat facti vel doleat de cauſa data mortis iniuſtæ.Imò ait, in eo euentu, quo non doleat, omiſsiones & effectus non ſolũ eſſe vere & proprie peccata,ſed etiam addere aliquam grauitatem,ſeu malitiam ei,quæ pręceſsit in appoſitione cauſæ,quæ iam impediri non poteſt, quo minus effectum ſortiatur; qui actus exterior malus aliquam malitiam addit actui interno, non ſpecie ſed numero, tantum diſtinctã;nõ totalem, ſed partialem,nam ex vtraque fit vna completa malitia vnum peccatum conſtituens.

In qua ſententia placet,ꝙ dicitur omiſsiones & effectus,qui fiunt eo tẽpore,quo homo habet vſum rationis,formaliter, vere & proprie eſſe peccata.Sed diſplicet.1. quod ait omiſsiones contingẽtes in furia, amẽtia, ebrietate,deniq. qñ nõ eſt vſus rõis,nõ eſſe peccata,quãuis id quoque teneat Roſel. & Ang. v. ebrietas,& videatur tenere Caſtro.2. de lege pænali.cap.14.§.prima principalis concluſio, Cord.lib.2.quæſt.18.Bon.2.d.22.ar.2.q.3.ad vlti.Couar. Clem.ſi furioſus.p.3.nu.4.Maior. & alij citati pro.2.opin.Iam enim diximus vere & proprie eſſe peccata,ſi fuere præuiſi in cauſa,& datæ cauſæ hominem non pænituerit, quod tenet D.Tho.4.d,17.q.2.ar.2.ql.4. quem citat,& ſequitur Syl ueſt. verbo ebrietas. q.4. idẽ tenet Cai.eo.v.& 2.2.q.150.a.4. & q.154. & alij multi.Et reuera eſt eadem ratio in iſto euentu,& in illo alio de emiſsione ſagittæ, aut pilæ tormentariæ: nam vſus liberi arbitrij,qui eſt in eo,qui ſagittam, vel globum emiſit, non influit iam in mortem,nec eſt cauſa illius, magis quam ſi fieret à ſomniante, ebrio vel furioſo:ergo,ſi in vno euentu occiſio eſt verum peccatum ob ſolam voluntatẽ præcedentem non retractatam;ſimiliter in alio. Vnde etiam reijcitur illud aliud quod dicebat Herrera, quando homo habet vſum rationis,ſi ante quam mors ſequatur, non eũ pæniteat datæ cauſæ,occiſionem habere nouam aliquam malitiam :nam tunc licet voluntas ſit libera ad pœnitendum datæ cauſæ, tamen non tenetur ſtatim pœnitentiam agere,& licet teneretur pœnitere,& peccaret nõ pœnitendo,tamen neque vſus rationis, neq. hoc peccatum influit de nouo in effectum: ergo effectus ille ex eo capite non habet maiorem malitiam,quam ea,quæ præfuit in cauſa & illum denominat extrinſece,quando fit,vt in actu externo communis & vera ſententia ait,nihil malitię addere actui interno.Neque Caſtro,Bon.Couar.Roſ.Ang.D. Tho. Syl ueſ. & Caiet. ſupra quando dicunt, effectus contingentes in ebrietate,ſomno, vel amentia, aut in alio ſtatu, in quo nequeunt impediri aggrauare peccatum,ſentiunt tunc accipere nouã malitiã,ſed qñ fuere intẽti, aut præuiſi in cauſa,aut præuideri potuerint.Vnde D.Th. & cũ eo Syl.expreſſe dicũt nihil poſtea accreſcere culpæ.Placet vero mihi,ꝙ ait Herrera, ſi ante quam quis ſagitta vel globo alium occideret, pœnituit eum datæ cauſæ,occiſionem non eſſe peccatum,ſicut etiam Sotus.4. d.12. q.1.a.7.& alij docuere,pollutionẽin ſomno ſecutam poſt pœnitentiam datæ cauſæ, peccatum non eſſe.

Quamuis autem effectus contingentes in ebrietate dicat Herrera & videatur dicere Couarr.non eſſe peccata, concedunt tamen ſi in ea fuere præuiſi, inducere irregularitatẽ ad quod Couar,& Caſtro citant Card. & alios,idem de excommun. ait Herrera : male ergo Caſtro ſupra,cum Pan. & alijs ab eo & Couar.citatis, indiſtincte dixit,homicidium factum ab ebrio,etiã qui culpa ſua ſe inebriauit,non inducere irregularitatem:nam reuera illam inducit,ſi homicidium in ebrietate præuiſum eſt,etiam ſi ante occiſionem hominem pœnituerit datæ cauſę.Vide dicta tract. 7.diſp.6.ſect.8. Alia quæ ad iſtam ſectionem poſſunt

poſſunt pertinere videbimus infra inuiſtigantes,quo modo ignorantia ſit cauſa peccati, & quomodo peccata ex euentu aggrauentur.

SECTIO. X.

V. peccatum omiſsionis incipiat per primum ſui eſſe.

119 *1.Opinio.* VAzq.diſp.94.c.2.affirmat,quia gratia ſemper deſinit per primum nõ eſſe:ergo peccatum mortale, ſiue omiſsionis, ſiue comiſsionis ſemper incipit, per primum ſui eſſe, cum ad poſitionem peccati.in.excludatur gratia.Sed hæc doctrina diminura eſt, quia non agit de omiſsione veniali,& difficilis,quia non ſemper gratia deſinit per primum non eſſe:poſſet enim homo in hoc inſtanti eſſe in gratia & immediate poſt hoc velle furari:in quo euentu per vltimum ſui eſſe deſinet gratia.

2.Opin. Almai.vero.3.mor.c 25. Angeſtus.c.10.§.2. Altiſiodor.2.ſummæ tract.29.c.2.q.2.fine,difficiliorem exiſtimarunt hanc quæſtionem, ſed tandem non videntur exacte eam decidere.Zumel.h.71.ar.5.diſp.7.ſecutus alios recentiores inter alia dicit.1.ſi præceptum affirmatiuũ obligat ad actum pro inſtãti durationis,omiſsio incipit per primum ſui eſſe, quia tunc primum tenetur & poteſt homo operari & non operari: ergo tunc primum peccat non operando.Secundo dicit, ſi præceptum obliget ad operandum in aliquo inſtanti cõtinuatiuo horæ vage ſumpto, tunc homo peccat peccato omiſsionis, cum videt,adeo modicum tempus ſupereſſe vt ſi vlterius actioné differat,exponat ſe periculo omittendi, & ita peccatum omiſsionis incipiet per primum ſui eſſe & gratia deſinet per primum non eſſe. Tertio dicit quando præceptum obligat ad actum ſucceſsiuum,qui non poteſt exerceri in inſtanti,ſed in tempore,omiſsio incipit per vltimum non eſſe & gratia deſint per vltimũ ſui eſſe. Eundem fere modum dicendi habet Herrera 2.diſp.30.q.9.

120 *Auctor.* Primum dictum clarum eſt,& aſſeritur ab Angelo,Altiſiod.& Almai. ſupra:ſecundum vero nõ eſt generaliter verum,nam fieri põt, vt homo iudicet ſe,niſi immediate poſt hoc operetur, incurrere periculum probabile omittendi,quia forte diſtrahetur.in quo euentu ſi immediate poſt hoc non operetur, immediate poſt peccabit mortaliter peccato omiſsionis gratiamque amittet, & ſic peccatum incipiet per vltimum non eſſe, & gratia deſinet per vltimum ſui eſſe.Præterea in Angelis,vbi nõ eſt periculum diſtractionis, non eſt periculum omittendi ortum ex briuitate temporis.Inquirendum ergo eſt, in quo inſtanti,& quomodo incipiant omittere ſi huiuſmodi præceptum habent, eademq. difficultas erit ſi habeant præceptum diligendi Deum ante inſtans terminatiuum horæ:nam in eo euẽtu nullum poteſt aſsignari inſtans, in quo intrinſece,vel extrinſece omittere incipiant.Quare Angeſtus ait immediate ante inſtans terminatiuum horæ omittere.m̃. ſed inſtans terminatiuũ eſſe primum omiſsi eſſe, & ideo in illo amittere gratiam. Quæ doctrina videtur etiam Altiſiod.ſupra,quamuis obſcuriſsime loquatur.

Sed contra,quia ſi immediate antea omittebant mortaliter:ergo mortaliter peccabãt: ergo erant ſine gratia, & ita non amittunt illã in inſtanti terminatiuo.Vnde forte dicendum eſt cum Herrera ſupra & alijs,non poſſe illis imponi tale præceptum,quia nullum eſt inſtans,in quo intrinſece,vel extrinſece incipiant obligari.*D*icis,illud eſt poſsibile: ergo poteſt à *Deo* pręcipi. negatur conſequentia, quia nihil poteſt à Deo præcipi,niſi deſignando inſtans,à quo intrinſece,vel extrinſece incipiat obligatio:poſſet tamen præcipi, vt inſtanti,quo homo videret ſe deinceps nõ poſſe ſatisfacere præcepro vel in inſtanti terminatiuo, vel cõtinuatiuo horæ intrinſece, vel extrinſece opus fieret vel inchoaretur.Si quis 121
122 tamen defendere Angeſtum vellet forte diceret, nõ eſſe impoſsibile etiam de lege ordinaria gratiam dari cum peccato inſieri, licet nõ in facto eſſe,Sed hoc non eſt admittendum, quia non expedit gratiam vlla ratione eſſe ſimul cum peccato.

123 Tertium dictum,ſi de omiſsione non mortali intelligatur,verum eſt:quia ſi immediate poſt hoc omittam partem miſſæ,v.g. peccabo,non tamen mortaliter, eo quod immediate poſt hoc materia omiſsionis non erit grauis,ſi vero de omiſsione mortali intelligatur difficile eſt valde,quia mortale incurri videtur,qñ notabilis pars omittitur, id vero contingere videtur in tempore pręcedenti aliq̃ inſtans terminatiuum: ergo immediate ante tale inſtans dicitur peccatum omiſsionis, & deſtruitur gratia, & ſic nec Deus poterit deſignare tempus in quo homo fuit ſine gratia:quod implicat,quia quælibet res, vel negatio in ſe, & in cognitione diuina habet certam menſuram ſuæ durationis. Si quis dicat,præceptũ rei ſucceſsiuæ,vſq. ad certá materiæ quãtitaté obligare ſub veniali,q̃a talis materia eſt leuis.Deinceps vero,quia quodcumque addatur,facit materiam grauem, omiſsionem fore mortalem, ac proinde in eo euentu mortalem omiſsionem incipere per vlti-

vltimum ſui non eſſe,gratiam vero deſinere pet vltimnm ſui eſſe,& peccatum,quod prins erat veniale,continuatiune fieri mortale.

124 Nō placet,quia infra dicemus circa quęſt. 89.peccatum veniale non poſſe fieri mortatale:melius ergo dicitur, vel omiſsionem illius materiæ leuis eſſe peccarum veniale, & omiſsionē,q.ę fit immediatepoſt illud inſtās eſſe mortalem,quia eſt de complemento materiæ grauis,nam ſequens materia cum præcedenti conſtituit materiam grauem,ſeu cōplet & conſummat illam, vel certe priorem omiſsionem non eſſe venialem, ſed partem mortalis omiſsionis, quamuis ſi non continuaretur cū ſequenti non eſſet pats mortalis. Vel denique iuxta doctrinam Angeſti ſupra, dici poſſet, omiſsionem in fieri eſſe mortalem immediate ante inſtans terminatiuum certi temporis,in illo vero incipere eſſe mortalem in facto eſſe,& ideo in illo amitti gratiá,& ſic poſſe hominem eſſe in gratia per totam vitam, ſed in inſtanri terminatiuo vitæ illa priuari ob peccatū,quod præceſsit infieri immediate ante tale inſtás,ſed hoc iā reieci.

125 Sed quid ſi Deus mihi præcipiat, vt ante meridiem recitem perdimidiam horam & amplius.Almain.refert Altiſiodorenſem aſſerentem,quod omittam in inſtanti inchoatiuo vltimę dimidiæ horæ. Sed contra quia in eo inſtanti non poſſum recitare: ergo non pecco non recitando,ſed antea quando tenebar,& poteram recitare.Præterea hoc in Altiſiod.non reperio,& Almain aliter.R.1.me omittere per totam vltimam dimidiam horā, & ſucceſsiue in illa aggrauari omiſsionem. Sed contra quia ante illam dimidiam horam poteram & tenebar aliquid recitare: ergo antea omiſi. R.2.non dari maximum tempus, quod non ſufficit ad recitationem officij,ſed minimum quod ſufficit, & minus non ſufficit, alias non poſſet dici, quantæ grauitatis eſſet omittere aliquid in deſignatum ante illam dimidiam horam, & præterea quidquid omittatur, etiam ſi ſit vnica ſyllaba, vel littera requirit determinatum tempus:ergo debet dari minimum quod ſic,non vero maximum quod non. Sed contra:nam Deus poteſt præcipere,quod ante illam dimidiam horam incipiam recitare officium,continuando illud vſque ad meridiem in quo euentu non poteſt deſignari inſtans à quo extrinſece,vel intrinſece incipiat culpabilis omiſsio.

127 Vnde dico dato illo præcepto omiſsionē, nec intrinſece,nec extrinſece incipere in inſtanti,ſed intrinſece incipere in tēpore indeſignato,vt verum ſit dicere nunc,non omitto ſed immediate ante hoc omittebā, & hoc eſt.1.inſtans,in quo verum eſt dicere, aliquid præcepti omiſſum eſſe.Vel dico, illud præceptum imponi non poſſe, quia non eſt dabile inſtans, in quo intrinſece, vel extrinſece obligare incipiat.Poſſet tamen Deus præcipere,vt recitatio poſt meridiem continuaretur,& tunc,ſi non continuarem,peccarem incipiendo extrinſece omiſsionē in inſtanti terminatiuo meridiei, ſi autem detur tempus minimum ſufficiens,falſo ait Angeſtus,omiſsionem incipere per primum ſui eſſe in inſtanti inchoatiuo, niſi Deus præciperet actū,qui in inſtāti elici poſſet, & ab eodē inſtanti intrinſece incipere,& hoc modo forte intellexit Angeſtus, quando autem actus non poteſt fieri in inſtanti, non poteſt in eo intrinſece omiſsio incipere.

SECTIO. II.
Vnde ſumatur grauitas omiſſionis.

Almain.3.mot.c 26.ait ſumi ex latitudine obligationis præcepti affirmatiui,quod per omiſsionem violatur, quia peccatum omiſsionis eſt carentia actus debiti: ergo quo aliquis actus fuerit magis debitus,eo grauius erit illum omittere. Alij dicunt,ſumi ex bonitate actus oppoſiti, quia priuatio eo eſt deterior,quo meliori formam priuat,ita D.Tho.de malo q.1.a.1.ad 13.Azor.tom.1.lib.4.c.3.q.8.Medin.q.71.ar.5.columna vlti.Vazq. diſp.94. c.5. Maior.4.d.42.q.2.ad 5 Adam.4.q.6. quem ſequitur Capreolus.2.d.35 fine.Zumel.q.71. art.5.diſp.8.p.1.Angles.2.d 37.q.2.difficultate.9.dicunt ſumi ex nobilitate actus oppoſiti, & ex obligatione præcepti affirmatiui, quod violatur.Diſtinguendum tamen eſt,nam vel eſt, ſermo de omiſsione directe volita, vel de indirecte volita,vel de pura,quæ voluntaria eſt per ſe,& ſine aliquo actu,ac proinde neque eſt directe,neque indirecte volita.Si de 1. loquamur,grauitas eius ſumenda eſt ex eiſdem capitibus, ex quibus grauitas puræ omiſsionis, & inſuper ex ipſo actu,quia magis voluntaria eſt omiſsio directe volita, quam illa quę voluntaria eſt abſque actu.Item ex intētione actus, nam ſicut tota malitia actus interni deriuatur in externum, ita & in omiſſionem externam,quæ eſt obiectum, & effectus ipſius.Item quia intenſio actus mali ex obiecto aggrauat eius malitiam:tota autem eius malitia refunditur in omiſsionem, quæ eſt eius effectus & obiectum ſimul:ergo & ipſa omiſsio eſt grauior.Si vero ſermo ſit de ſecunda omiſsione,ſcilicet indirectevolita,videtur,tantum aggrauari ex illis ſolis capitibus, 128

ex

ex quibus pura aggrauatur omiſſio, ac proinde non ex actu ipſo, neque ex eius intenſione, aut extenſione, quia omiſſionem eſſe volitam indirecte, non confert, vt ſit magis voluntaria, quam ſi eſſet pura: imo ſæpe videtur minus voluntaria, eo quod, licet ſit voluntaria per actum, tamen aliunde habet vt non ſit voluntaria in ſe, ſed in cauſa, ac proinde, vt minus mala. Neque intenſio, vel extenſio actus, quo cauſa eſt volita, ad omiſſionis grauitatem facere videtur, cum actus ſolum ſit malus, vt cauſa omiſſionis, intenſio autem & extenſio actus non referat ad eandam omiſſionem. Idem aliqui probant, quia obiectum talis actus, vel non eſt malum, vel habet malitiam alterius: ergo intenſius eſſe volitum non aggrauat malitiam propriam omiſſionis. Sentio tamen omiſſioné directe volitam eſſe grauiorem omiſſione pura, quia ſimpliciter eſt magis voluntaria, quamuis non deſint qui ſentiát, eſſe in grauitate ęquales, vt Medina ſupra & ſimiliter dico, grauius peccare volentem omiſſionem in ſe, quam qui in cauſa etiam euidenter illatura omiſſioné; ſicut grauius peccat qui vult homicidium in ſe, quam qui in cauſa etiam euidenter illud illatura, quidquid aliqui dicant. Merito autem Medina reprehendit eos qui dicebant omiſſioné directe volitam eſſe infinite grauiorem, quá indirecte volitam, aut puram, de quo dicam difficultate. 3.

129 Si vero ſermo ſit de pura omiſſione, placet quod docuere Almain. loco citato, Adamus. 4. q. 6. & Capreolus ſupra, & Vazquez diſput. 94. c. 5. grauitatem, ſcilicet omiſſionis non eſſe metiendam ex ſola intenſione actus omiſſi, ita. ſ. vt omiſſio actus intéſi, vt duo, ſit grauis vt. 2. intéſi vero, vt. 4. ſit grauis, vt. 4. &c. Ná in actibus diuerſę ſpeciei conſtat eſſe falſum, ſiquidem omiſſio dilectionis Dei remiſſæ poteſt eſſe grauior, quam omiſſio dilectionis proximi intenſæ. In actibus etiam eiuſdem ſpeciei conſtat eſſe falſum, nam cum nullla intenſio cádat ſub præcepto, nemo peccat ex eo quod omittat aliquos gradus intenſionis, ſed ex eo tantum quod omittit actum. Aliunde autem poteſt vnus alio grauius omittere: ergo hæc maior grauitas non ſumitur ex maiori intenſione actus omiſſi, & licet vni eſſet præcepta dilectio Dei, vt vnú, alij, vt. 4. omiſſio vnius non eſſet duplo grauior omiſſione alterius, quia licet duplicetur intenſio debita & omiſſa; tamen non duplicatur obiectum nec libertas, nec extenſio, neque alia, quæ actum meliorem, vel magis debitum ac proinde omiſſionem etiam deteriorem reddunt, quáuis ſi cætera ſint paria, qui omitteret maiorem intenſionem debitam, grauius peccaret: quia præcepto magis obliganti aduerſatur, pluſque rei debitæ omitteret, vt ſentit Vazquez. Neque oppoſitum docet Almain. ſed tátú ait, ex ſola obligatione præcepti per ſe proxime & immediate menſurandam eſſe grauitatem omiſſionis, in quo tamen deceptus videtur, quoniam ſtante eadem obligatione operandi, nempe efficiendi eundem actú cum eadé intenſione, extenſione, &c. poteſt vnus totum id omittendo peccare venial. altero vero mortal. & intra latitudinem peccati. m. vel venialis vnus poteſt peccare grauius alio ob maiorem cognitionem, vel libertatem. Niſi dicas, exiſtente maiore cognitione, vel libertate, maiorem quoque fore obligationem; ſaltem tamen data pari cognitione, & libertate, parique obligatione, credo par fore peccatú omiſſionis, & iuxta hæc verum eſſe poteſt, quod Zumel Medina, & Angles dixere, non eſſe metiédam grauitatem ex ſolo actu omiſſo, ſed etiá ex circunſtantijs, nimirum vel ipſius omiſſionis, vel etiam actus, ſi quas ex pręcepto habere debet. Id quoque certum eſt, vt annotauit Zumel, non quo actus præceptus eſt melior, maiorem eſſe obligationem abſolute ad illum efficiendum, quidquid dicat Med. ad calcem ar. 5. nam ratione maioris incommoditatis, vel difficultatis poteſt ad illum eſſe minor obligatio, quia cęteris paribus ad incommodiora & difficiliora minus obligamur. Ité qñ actus ad plures, vel altiores fines códucit, aut ad inferiores eſt lóge magis neceſſarius, obligatio ad illum poterit eſſe maior, quá ad aliú actum, qui ex obiecto ſit æquæ bonus, vel melior, vel ad altiorem finem ordinatus, vt docet Zumel quo pacto maior eſt obligatio ad dandá eleemoſyná extreme indigenti, quam ad correctionem fraternam, quia hæc minus eſt neceſſaria ad ſalutem ſpiritualem, quam illa ad corporalem.

Quamuis non improbabiliter dici poſſet, qñ actus eſt magis neceſſarius, eſſe melioré, & ideo obligationem ad illum eſſe maioré. 130 *1. Diffi.*
Sed ſuperſunt aliquę difficultates. 1. an ex mera voluntate legislatoris poſſit eſſe maior obligatio ad actum æque, aut minus bonum, Almain. Zumel, & alij abſolute affirmát. Vnde infert Almain. omiſſionem actus æque, aut magis boni poſſe eſſe grauiorem, quia ex obligatione metienda eſt grauitas: obligatio autem ad actum æque, aut minus bonum poteſt eſſe maior. Sed cenſeo in materia, quæ omnibus penſatis leuis eſt, graué obligationem poni non poſſe etiam à Deo de potentia abſoluta, alias poſſent legislatores ſub. m. grauiſſimo, excommunicatione, & alijs quibuſcumque pænis mendacia iocoſa, &c. prohibere, ſi vero materia ſit grauis, probabile eſt legislatoris poſſe in ea ponere grauem,

vel

vel leuē obligationē,vt placuerit, quia quod eſt capax maioris obligationis etiam eſt capax minoris,licet non econtra:lex tamen naturalis ſemper ſe accomodat quantitati materiæ, ideo in materia graui grauiter in leui liuiter obligat,vt omnes docent.

131 *2. Diffic.* Secunda difficultas,an grauius ſit omittere ſacrum ob ludum alioqui licitum, quam ob ſtudium, vel alium honeſtiorem finem. Vaz.diſp.94.c.5.Azor.to.1.lib.4.c.3.q.8. Almainus.1.moralium.c.12.negatiue.R.1. quia bona intentio nō minuit malitiā prauæ electionis, vt tractat Vazq. diſp.69. c.2. ergo nec prauæ omiſsionis. Secundo quia cum quis omittit miſſam ob ſtudium,intentio eſt mala, vt ſupra dixi,eo quod neceſsitat ad prauam electionem,non enim poteſt quis velle ſtudere tempore miſſæ, quin etiam velit non adeſſe miſſæ:ergo talis intentio non minuit malitiā omiſsionis,vnum enim cōtrarium nō minuitur,niſi mixtione alterius·Conf.quia licet intentio eſſet bona ,vt reuera erit, quando non inferat neceſſario prauam electionem, nec feratur in finem, vt obtinendum prauo medio,tñ ſuam bonitatem nō cōmunicat omiſſioni,nec eius bonitas eſt contraria propriæ malitiæ ipſius omiſsionis: ergo non minuit eius malitiam cum diminutio vnius formæ non fiat,ſine ad mixtione contrariæ.

132 Probabiliſsimū tñ eſt, grauiorem eſſe omiſsionem miſſæ ob ludum alioqui licitum quam ob ſtudium,vel ſimilia. Ita Angles ſupra Medina.quæſt.71.art.5.in fine.vbi Zumel diſp.8.& alij Iunioris recte dicentes,hunc eſſe communem DD.ſenſum. Prob. quia bona intentio minuit malitiam prauæ electionis, vt communiter docent Iuniores.q.19.ar.7. ex. Auguſt.lib.de mend.qui refert cap. primum & cap.mihi.2.2.quæſt.1. vbi docet, leuius peccare,qui mentitur ad ſaluandam vitam proximi,quā,qui ex libidine,vel alia cauſa parui momenti:& tam grauis eſſe poteſt cauſa, vt omiſsionem & actum,qui non ſint intrinſece mali,honeſtet,nihil ergo mirum,ſi quādo non ita grauis eſt cauſa, licet non auferat totam malitiam,eam tamen extenuet Secundo prob.quia quando maior eſt cauſa omittendi,minor eſt obligatio operādi: ergo omiſsio eſt minus mala.Tertio,qui omittit ex maiori motiuo, minus libere omittit: ergo minus peccat,ſi cętera ſunt paria. Quarto, quando quis omittit miſſam ſolum ob incommoditatem,&c.magis amat ipſam omiſsionem, quā cum eam amat ob ſtudium: ergo maiorem malitiam contrahit ab ipſa omiſsione.

133 Ad primum negatur antecedens ſaltim, ſi ſermo ſit de electione prauę omiſsionis,quia nulla omiſsio eſt intrinſece mala, ſed omnis poteſt ex aliqua cauſa honeſtari; non ergo mirum,ſi etiam ex cauſa poſsit aliquid malitiæ deponere.Actus vero poteſt eſſe intrinſece malus,& tunc cum non poſsit ex cauſa totam malitiam deponere, videtur neque partem deponere poſſe: ſi enim partem poſſet deponere,videtur addendo plures cauſas,totam malitiam deponi poſſe.Quo argumento mouentur,qui dicunt,bona intentione non minui malitiam prauæ electionis :quod nec in electione medij intrinſece mali vim habet, vt vidimus tract.7.diſp.3.ſect.11. vbi ſoluimus hoc argumentum,& illa ſolutio præſenti caſui accommodari debet;& ibidem retulimus Azorem, & Vazquez qui tenentes,bonitate intētionis minui malitiam prauæ electionis, illud argumentum ſoluunt, quamuis hic teneant,maiorem bonitatem cauſæ omiſſionis non minuere malitiam omiſsionis.

Ad ſecundū reſpondetur, licet intentio ſit mala ex mala electione, ad quam neceſſitat,vel ex prauo medio,quod inuoluit,poteſt minuere malitiam propriam prauæ omiſsiones,vel electionis,quia non minuit illam cōmunicādo ſuam bonitatem,ſed cauſam, quæ minuat libertatem,vel obligationem. Neq. ſemper eſt verum diminutionem vnius formæ fieri mixtione contrarij,nam calor naturaliter minui poteſt abſque mixtione frigoris, & habitus vitioſus minuitur per actus ſtudioſos,etiam cum habitu virtutis generari, vel augeri nequeunt, eo quod ſint ipſo remiſsiores, & bonitas actus multis modis minuitur ſine mixtione malitiæ, malitiaque ſine mixtione bonitatis,vt ſi minuatur libertas,vel cognitio,&c.Per hoc patet ad confirmationem.

Tertia difficultas an omiſsio directe volita ſit grauior,quam pura: Zumel quæſt. 71. ar. 5.diſp.8.par.3.cum Medina,& alijs eodem articulo refert Adamum 4.quæſt.6. aſſerentem omiſsionem, directe volitam fore infinite grauiorem pura, ſi pura aliqua admittatur, quia etiam ſi actus in infinitum remitteretur, omiſsio per illum volita eſſet grauior: ergo eius grauitas eſſet infinita, ſed Adamus potius dicit oppoſitum., vt refert Capreolus. 2. diſt.35.fine,vbi cum eodem reſpondet ad hoc argumentum,quod fit contra puram omiſsionem,negando,actum poſſe in infinitū remitti,quod non placet, quia ſecundum D. Tho. & communem doctrinam quantitas,vel qualitas habens latitudinem,eſt diuiſibilis in infinitum ſaltem de potentia abſoluta.Alij dicūt, omiſsionem directe volitam,non eſſe grauiorem pura,ſed æque grauem, vt Medina, qui etiam decipiuntur patet. 1. quia illa eſt magis voluntaria: ergo grauior. Secundo, quia ſi ſunt æquales in grauitate,remittatur actus, quo illa eſt volita, iam erit minus grauis in 134 *3. Difficul.*

ie

Digitized by Google

ſe,& ſic etiam erit minus grauis quam pura omiſsio,quod eſt abſurdum. Male etiam aliqui dicunt, admiſſa minima intenſione poſsibili, etiam depotentia abſoluta. Illam omiſsionem eſſe ęque grauem cum pura, ſed quálibet intenſius volitam,fore grauiorem,nam etiam omiſsio volita per actum minimæ intenſionis,eſt magis voluntaria,quam pura:ergo grauior,vt docent Azor tom.1. lib.4.cap.3. quæſt.8.Zumel ſupra,& alij, neq. ex eo quod actus ſit remiſsibilis in infinitum, & quantumcúque remittatur ſit deterior,pura omiſſione,ſequitur eſſe infinite grauiorem, nam illa intenſio cum ſit finita,non poteſt afferre exceſſum infinitum, vt bene Zumel, qui & Azor illa queſt.8. recte docent,omiſsionem directe volitam,eſſe grauiorem volita indirecte:cuius oppoſitum docet quidam Neothericus dicens eſſe æquę graues, ſi æqualis cognitio interueniat,quia tunc erunt æqualiter voluntariæ,ſed certe licet æqualis ſit cognitio,grauior erit omiſsio directe volita,quam volita indirecte,cæteris paribus, quia magis voluntarium eſt,quod eſt voluntarium in ſe, quam quod in cauſa,cęteris paribus.Sed quia exceſſus omiſsionis directe volitæ ſupra puram,vel indirecte volitam modicus eſt, ideo confeſſarij, non interrogant, nec curant de modo omiſsionis, (non vero quia nullus ſit exceſſus,vt putauit Medina) & quia omiſsio fere ſemper eſt cum actu,& pœnitentes non poſſunt diſcernere, quando fuerit cum actu, vel non.Aduerte autem quod omiſsio realis, grauior eſſe ſolet, quam volitio omittendi, quæ non mandatur executioni;quia ſol et eſſe magis deliberata & libera, ſicut actus externus quam internus non mandatus executioni.

136 *4.Diffic.* Quarta difficultas, an grauius peccet, qui omittit ſcienter,quam qui ex obliuione, vel ignorantia, Angles ſupra, & Vazquez illo cap.5.merito affirmant, quia omiſsio procedens ex obliuione,&c. eſt minus voluntaria cum non ſit cognita,nec voluntaria in ſe,ſed in cauſa.

137 *5.Diffic.* 5.Difficultas,an quando volo omſsionem propter aliud,ipſa omiſsio ſit intentione deterior hanc quęſtionem attigit Vazq.diſput.95. cap.2.ad quam,quia pertinet ad materiam de bonitate & malitia humanorum actuum, breuiter. R. malitiam totam intentionis refundi in electionem & executionem medij,non econtra,ideoque contingere poſſe,vt ſit minor malitia in intentione, quam in electione,aut executione,ſed non ecótra.Deinde interdum electionem eſſe malam, & intétionem bonam, & tunc nullam fieri poſſe comparatione in malitia.Tandem interdum intentionem & electionem eſſe eundem actum,& tunc quæſtionem non habere locum, niſi loquédo formaliter de intentione & electione,& inquirendo.Vtrum actus comparatus præciſe ad finem,qua ratione eſt intentio ſit deterior ſe ipſo comparato ad medium, qua ratione eſt electio.

6.Difficultas, an peccatum commiſsionis ſit grauius peccato omiſsionis: Reſpondetur ſi verſentur in eadem materia, & cætera ſint paria,grauius eſſe,vt odio habere, quam non deligere cum teneor,errare in fide, quam nó credere.D.Th.2.2.q.79.ar.4.Caiet. ibi Albert. 2.parte ſummæ.tract.19.q.123.memb.1. Alenſ. 2.par.q.128.memb.3. & q 130. memb. 6. Antonin.1.par.tit.7.c.2.§.3.Ægidius.2.d.35.q.2. ar.2. in corpore.Almain.3.mo.c.26. ſumi poteſt ex Ariſto.10.metaphy.tex.13.& 14.dicente, contrarium magis diſtare à contrario, quam à ſimplici negatióe,ſeu priuatione,ꝙ explicat Caiet.ſupra,vt licet minus conueniant inter ſe albedo, & negotio albedinis, quam albedo,& nigredo,quia hę conueniunt in entitate poſitiua,& alijs,illæ vero non.Tamen illæ magis diſtant in latitudine tranſeunda, vt progrediamur ab vna ad aliam, vt enim nigrum fiat album, oportet & nigredinem deponere & albediné aſſumere. Hoc ſuppoſito arguit D.Th.grauius peccatum eſt,quod magis diſtat à virtute,ſed odium magis diſtat ab amore Dei,quá carentia amoris:ergo eſt maius peccatum,vt contumeliam inferre parentibus,quam non exhibere illis honorem, vel reuerentiam. Confir. quia melius eſt facere bonum,quam omittere malum:ergo & deterius eſt facere malum,quam omittere bonũ, maxime cum hoc ſit facilius,& malum,& ſit deterius quo difficilius, ſi reliqua ſint paria, & commiſsio habitum prauum generet, & alia damna inferat, quę nó infert pura omiſſio.Item ſtrictius obligat præceptum non odio habendi,quam præceptum diligendi: ergo maius peccatum eſt odiſſe,quam non diligere. Nec obſtat,quod eadem lex eſt dilecti, & peccati, ideſt omiſsionis & comiſsionis Leuit. 7. ergo ſunt æquales. Reſp.enim Alb. eſſe eandem legem, quoad aliqua, non quoad omnia,vt ibidem patet.Nec etiam obſtat,quod Leuit.5.maior expiatio ſit pro delicto,quam pro peccato, ſumitur.n. ibi delictũ pto omiſsione diuini cultus ſcienter, & ex contemptu: peccatum vero pro peccato ex ignorantia,vt ibi patet,& notat D.Tho.2.2.q. 79.a 4.ad.1.vide ſolutionam alterius argumẽti in D.Tho.ibi ad 2. 138 *6.Diffic.*

7.Difficul.hic eſſe poſſet,an vt omiſsio ſit voluntaria indirecte,neceſſe ſit,vt aliquid faciamus. Sed quæſtio non eſt ad rem, quia locum non habet in omiſsione mala, de qua ſola hic diſſerimus, hanc enim conſtat 139 *7. Diffic.*

ſtat

ſtat eſſe non poſſe, niſi rei debitæ, & quidem Thomiſtæ quos ſequitur Azot putans etiam eſſe mentem D.Tho 1.2.quæſt.6.a.3. docuere, nullam omiſsionem eſſe indirecte voluntariam, niſi ſit rei, quam facere tenemur, quod Herret.2.diſp.30.q 2.tribuit Caiet.quæſt.18.a.9.& quæſt.6.ar.3.& Conrad.ibi.ipſe autem tenet oppoſitum. Similiter Almain.1.moral.c.1. quem & alios nos ſecuti ſumus tractat. 3. de vol.& inuol. diſput.1. ſect.4. Hanc ſententiã merito reiecit, ſed falſo putauit eſſe D. Tho. loco citato, ibi enim D.Thom. nec loquitur de omni omiſsione voluntaria indirecte, nec de culpabili. vt interpretatur Sayr. lib. 2. cap. 9.nu.8. ſed de effectu ſequente omiſſionem, vt interpretantur alij Thomiſtæ apud Azorem ſupra. Quo modo autem id ſit intelligendum diximus illa diſp.4. Deinde omiſſionem poſſe eſſe voluntariam abſque obligatione operandi, recte Angeſtus.c.6.§.5.&.cap.10.§.1. & ſumitur ex Ariſtot.3.ethic cap.5. dicente, ea eſſe nobis voluntaria, quæ poſſumus facere, & non facere, ſed poſſumus mala omittere: ergo omiſſio erit voluntaria. Sumitur etiam ex D.Thom. quæſt.6.art.3.arg. ſed contra & eſt res clariſsima. Quam tamen male probat & explicat Herrera ſupra.

140 8.Diff. 8. Difficultas magis ad rem hic eſſe poſſet, an ſit dabilis omiſsio voluntaria indirecte indifferens in indiuiduo. Quidam negant, quia ad voluntarium indirecte requiritur obligatio operandi: ſi autem omiſſio eſt eius, quod quis tenetur facere, mala erit, ergo non indifferens.

Alij dicunt, poſſe dari omiſsionem voluntariam indifferentem in indiuiduo, quia etiã poteſt dari actus voluntarius indifferens in indiuiduo, ita Herrera. 2. ſentent. diſput 28. ſect.5. Sed iam tract.7. de bon. & mal. diſp. 4. ſect.3. docuimus, non poſſe dari actum voluntarium indifferentem in indiuiduo; ſecus puram omiſsionem, vt diximus ead. ſect. num. 24.& tract.3. de voluntario, diſp.1. ſect.3. Nam pura omiſsio mali actus non eſt mala, vt patet: nec vero bona, cum non habeat motiuum honeſtum, non enim mouetur voluntas ab aliquo fine, niſi ipſum intendendo, ac proinde habendo actum poſitiuum: eſt autem neceſſarium ad honeſtatem actus fieri ex honeſto fine, & motiuo, vt late diximus tract.7. ex Ariſtot 2.ethic. cap. 4. ergo. Vnde merito D.Thom. quæſt.71. artic.5. ad.1. Duran. 2. diſt.35. ad 2. Richar. & alij communiter (vt fatetur Angeſt. in moralib.) docent, puram omiſsionem non eſſe meritoriam, nec moraliter bonam, quibus perperam refragatur ipſe Angeſtus, quem citat & partim ſequitur Herrera.2.diſput.30. quæſtio.5 dicens, puram omiſsionem, vbi non ſit incitatiuum ad oppoſitum, non eſſe bonã moraliter, niſi obiectiue, etiam ſi intellectui occurrat, eam eſſe conformem dictamini prudentiæ, ſecus vero ſi eſſet incitatiuum ad oppoſitum, vt ſi tormento quis cogeretur ad aliquod malum, & ipſe haberet puram omiſsionem, omiſsio eſſet bona & meritoria. Sed limitatio hæc non eſt admittenda, quia adhuc ille non omitteret ex honeſto motiuo: ergo non omitteret bene moraliter & meritorie, ſecus cum elegit omiſsionem, & virtute illius actus poſtquam tranſiuit, manet in omiſsione, ſed tunc non eſt pura, cum ex actu illo procedat, qui moraliter manere cenſetur. An vero omiſſio & comiſsio, quæ in eadem materia verſantur, ad idem vitium pertineant, agunt D. Tho. quæſt.72. art.6. corpore, & ad.2. Caietan. & alij ibi. Vide diſp. ſequenti. ſectione.3. diuiſione.3.

SECTIO. XII.

Quomodo peccatum, vitium & malum virtuti opponantur.

D. Thom. hac quæſtione arti. 1. tres conſtituit concluſiones. 1. peccatũ opponitur virtuti ex parte actus, ad quem virtus ordinatur. Secunda: malum opponitur virtuti quantum ab bonitatem, quæ virtutem conſequitur. Tertia: vitium opponitur virtuti quantum ad id, quod eſt de eſſentia virtutis: prima autem cõcluſio intelligenda eſt de actibus bono & malo ſumptis materialiter: nam malum pro formali non dicit priuationem actus boni, ſed rectitudinis negatiuæ, vt late ſect.2. explicuimus. Vnde malum pro formali non opponitur actui bono contrarie, nec priuatiue, & licet actus malus materialiter ſumptus, ſæpe opponatur contrarie actui bono, non tamen ſemper: nam in eodem ſubiecto poſſunt eſſe ſimul vnus actus bonus, & alius malus, idẽq. actus poteſt fieri de bono malus, & econtra. 141

Secunda vero conc. magnam habet difficultatẽ, quia bonitas eſt de eſſentia virtutis, vt colligitur ex D.Tho eodem ar. in explicatione.3. concluſionis, & ar.3.& quæſt.55. art.3. & ar.4. in corp.& ad.1.&.2.& ex Aug.2. de lib. arb.c.18 & 19 vbi diffin. virtu. vt ſit bona qualitas mentis, & lib.83. quæſtion.q.31. vt ſit habitus bonus modo, & rõe, naturæ cõſentaneus: ergo bonitas nõ cõſequitur virtutẽ. Propter hoc argumentum variæ expoſitiones. 2. con. adhibentur à Caie. Conr. Med. Vazq. & alijs illo ar.1. Zum. diſp.1. Val. diſp.8. q. 1. puncto.2.

Herrera

Herreta.2.diſp.29.quæſt.11. quibuſdam expli-
1. Expoſitio D. Thomæ. cationes aliorum reijcientibus. 1. Expoſitio eſt bonitatem tranſcendentalem conſequi ad virtutem:moralem vero eſſe de eius eſſentia quod colligitur ex D. Thom. quæſtione 55.articul. 4. ad ſecundum dicente,hanc eſſe, quæ ponitur in definitione virtutis , quod etiam docuit quæſt.de virtutibus in comuni articul.2.ad.2.&.6.Hæc diſplicit quoniam D. Thom. loquitur hic de malitia morali,hæc autem non opponitur bonitati tranſcendentali virturis,ſed morali. 2.Bonitas tranſcendens non conſiſtit inconuenientia ad alterum,ſed in integritate rei,ita vt res habeat in ſe omnia quæ illi eſſentialiter conueniunt, ſeu quæ poſtulat eius eſſentia:bonitas autem de qua hîc loquitur D.Thom.conſiſtit in cōuenientia virtutis ad naturam rationalē,quā reddit accidentaliter in ſe bonā,ideſt,conuenienter ſe habentem, vt patet ex illis verbis in hoc conſiſtit vniuſcuiuſq. rei bonitas , vt conuenienter ſe habeat ſecundum naturam:
143 ergo non loquitur de bonitate tranſcendēte.
2 2.Expoſitio,Caiet. bonitatē cōſequi ad eſſentiam virtutis, quia conſequentia tenet à virtute ad bonitatem,ſicut bene ſequitur:homo eſt,ergo animal eſt:nam ſicut animal eſt genus ad hominem,ita bonum eſt genus ad virtutem.ſeu quia bonitas cum pertineat ad genus virtutis non dicitur perſe.1. ſed perſe. 2.de virtute: genus enim non dicitur perſe.1. de ſpecie,ſed perſe.2.Et ſola differentia dicitur de illa perſe.1.quanuis tam genus quā differentia dicantur de ipſa in.1.modo dicendi per ſe,vt idem Caieta.docet.1.poſt cap.5.nam quando prædicatum eſt de eſſentia ſubiecti, propoſitio eſt in.1.modo dicendi perſe,vt patet ex Ariſto.1.poſt.cap.4.Sed hæc ſolutio non ſatisfacit.1.Quia D.Tho.loquitur modo vſitato:non autē ſolemus de ratione generica dicere,quod ſpeciem cōſequatur, niſi ſecundū quid & in cognitione , & argumentatione noſtra,quatenus ex ſpecie rationem genericā recte inferimus.

2.Quia ſic etiam poſſet dicere D.Th.rationem diſpoſitionis,vel habitus conſequi virtutem:id tamen non dicit,ſed eſſe de eſſentia. 3.Quia bonitas de qua agit D. Th. in definitione virtutis non ponitur tanquā genus, ſed
144 tanquam differētia.3.Explicatio Conradi bo-
3 nitatem pertinere ad eſſentiam virtutis tanquam differentiam eſſentialē,quæ contrahit habitum diſpoſitionem & qualitatem ad eſſentiam virtutis.Quia ergo in conſtitutione prius conſideratur ratio generica,quæ eſt veluti materia ; ſecundario autem & conſequenter differentia,quæ eſt veluti forma ſuperueniens,ideo D.Tho. dixit, quod bonitas conſequitur virtutem.Sed iſta expoſitio, non placet,nam forma & differentia non ſuperueniunt rei conſtitutæ,ſed materiæ & generi:ergo non dicuntur proprie conſequi tem conſtitutam.

4. Explicatio Medinæ, & Herteræ, virtuti 145
duas bonitates conuenire,primam quatenus 4
eſt diſpoſitio conueniens ſubiecto . Secundā quatenus eſt operatiua boni actus : priorem pertinere ad eſſentiam virtutis ; poſteriorem vero conſequi. Videtur colligi ex D.Thom, eodem articul.ad.2.vbi ait,prius intelligi aliquid recte in ſe diſpoſitum, quam vt boni operatiuum.Sed neque iſta expoſitio placet; nam D.Thom.eodem art.ad.1.ait,peccatū opponi virtuti, ſecundū quod eſt operatiua boni:malitiam autem,ſecundum quod eſt boni tas quędam:ergo in corp. non vult, malū ſeu malitiam opponi virtuti ſecundum quod eſt operatiua boni , ſeu ſecundum illam poſteriorem bonitatē poſitā à Medi. ſed ſecundū priorē:quæ cum videatur eſſentialis,difficile eſt intelligere quomodo ſecundū D.Th.conſequatur virtutem.Item quia D. Tho.q.55. a. 2.docet de ratione virtutis eſſe quod ſit habitus operatiuus.Deinde virtus non eſt conueniens ſubiecto,niſi quatenus eſt operatiua boni:ergo nō habet duplicē bonitatē:alterā quatenus eſt conueniens ſubiecto , alterā quatenus eſt operatiua boni,& ita D.Thom.a.3.ait, habitū non eſſe bonū.nec malum,niſi quatenus inclinat ad actum bonum, vel malum & Vazquez ait commentium eſſe has duas bonitates in virtute ponere: niſi velis virtutem extrinſece ab effectu bonam denominare,videlicet ſicut medicina extrinſece denominatur ſana,quia eſt cauſa ſanitatis in animali.

5.Explicatio eſt,bonitatē moralē eſſe de eſ- 146
ſentia virtutis,vt differentiā cōſtitutiuā, ideo 5
vitiū opponi ei inadæquate & hoc eſt opponi ei conſequēter itaq.apud D. Tho. idem eſt opponi conſequenter,& inadæquate.Sed certe iſtæ voces,conſequēter,& inadæquate,non poſſunt idē ſignificare,& D. Th. cōdiſtinguit cōſequenter cōtra directe:ergo ſumit conſequēter pro indirecte,& pro inadæquate. Prætetea D.T.nō dicit malitiā vitij opponi virtuti cōſequēter ſed opponi virtuti ſecūdū bonitatē,quæ cōſequitur rationē virtutis. Deniq. auctor huius expoſitionis explicat.D.Tho.de cōſequētia illatiua,ergo D.Th.nōſumplit cōſequentet pro,inadæquate. Neq.vero explicatio de cōſecutione illatiua eſt ad rē,vt ſuperius diximus: quia cōſecutio illatiua eſt cōſecutio ſm̄ quid nēpe mētalis,nō realis:at vero D.Th. loquitur de cōſecutione que realiter & abſolute eſt talis.

6.Explicatio,virtutem dupliciter dici bo- 147
nam.1.Cauſaliter,in quantum eſt cauſa boni 6
actus.2.Formaliter in quantum ex hoc ipſo, quod eſt cauſa boni actus,eſt conueniens homini:primam bonitatem eſſe ei eſſentialem.

Bb Secun-

Secundam vero accidentalem, quia illa relatio, ſeu denominatio conuenientię conſequitur virtutem eo modo quo paſſio conſequitur eſſentiam. Hæc explicatio eſt Zumelis illo articul.1.& Valentię diſputatione 6. quæſtione.1. puncto.2.& conſonat ijsquæ dixerat diſputatione.2.quæſtione.13.puncto.1. bonitatem moralem conſequi eſſentiã virtutis tanquam propriam eius paſſionem quemadmodum bonitas tranſcendens, quæ eſt eſſentialiter ſuperior morali, eſt conſequens vt paſſio ad eſſentia entis in communi vt colligitur ex D. Thom. 1. parte quæſtione 5.articul.1.in corp.& ad.1.& artic. 3. ad. 1. Nec obſtat quod bonitas tranſcendens conſiſtit in appetibilitate: ergo non eſt quid eſſentialiter ſuperius ad bonitatem moralem, quæ conſiſtit in conuenientia. Nam bonitas trãſcendens non conſiſtit in appetibilitate formali, ſed in fundamentali, vt docet Caietan. 1.parte quæſtione. 5. articul.2. & Ferrarienſis 1:conrta gent.cap.37.Nec vero obſtat, quod bonitas moralis eſt de eſſentia virtutis: ergo non conſequens. Nam Reſpondetur bonitatem moralem fundamenralem eſſe de eſſentia virtutis & hanc eſſe eandem cum bonitate cauſali: bonitatem veto moralem formaliter ſumptam, eſſe paſſionem virtutis & cõſequi illam; ideo per illam definiri, ſeu deſcribi. Aut bonum in definitione virtutis debere accipi pro bono fundamentaliter, in quó ſenſu definitio erit quidditatiua, & non tantum deſcriptiua. Hæc expoſitio confirmatur ex Auguſt.3.de liber.arbitr.cap.14. Vbi ait vitium eſſe malum, quia contrarium naturæ: ergo ſimiliter virtus erit bona quia cõueniens naturæ: ergo in illa conuenientia conſiſtit eius bonitas, conuenientia autem vnius rei ad aliã cõſequitur ad ipſius naturã: ergo ſimiliter conuenientia & bonitas virtutis conſequitur ad naturam rationalẽ. Confirm. etiam, quia ideo calor eſt bonus igni, & frigiditas aquę, quia conueniens: ergo, &c.

Aliqui ab hac.6. explicatione in eo tantũ diſcedunt, quia putant bonitatem tranſcendentem & moralem non conſiſtere in conuenientia ad ſubiectum, vt Zumel & Valen. arbitrantur, ſed in perfectione & plenitudine eſſendi, ſeu in hoc quod res ſit perfecta in ſe, & nihil ei deſit eorum, quę propria natura poſtulat. De bonitate autem morali in quo conſiſtit, & obiter de tranſcendenti, tract.6. diximus.

Sine præiudicio autem huius expoſitionis
148 eſt. Septima & mea expoſitio mentem D. Thom. eſſe, vitium dupliciter poſſe conſiderari. §1. Pro materiali & ſic opponi virtuti ſecundũ id, quod eſt virtuti eſſentiale. §2. Formaliter, vt vitium & malum eſt, & ſic opponi virtuti non ſemper, nec præcipue ſecundum bonitatem, quæ eſt de eſſentia virtutis, ſed ſecundum aliam bonitatem, quæ conſequitur virtutem; impedibiliter tamen: nam ſi virtus, & vitium ſimul in eodem ſubiecto conſtituantur in gradibus remiſſis, vt poteſt fieri de potentia ordinaria, vel de abſoluta in intenſis, vitium erit malum ſubiecto, priuabitque illud aliqua bonitate, non autem ea, quæ eſt eſſentialis virtuti, aut conſequens eſſentiam virtutis omnimoda neceſſitate: ergo alia, ſcilicet facilitate, expeditione, & prõptitudine quadam, quæ ineſſet ſubiecto, niſi ad eſſet vitium, quæ bonitas prouenit immediate, vel etiam formaliter ex ipſa carentia vitij: dicitur autem conſequi virtutem, quia virtus propria vi remouet, perfecte, cum eſt perfecta, & imperfecte, cum eſt imperfecta, habitus vitioſos inclinantes ad actus malos & afferentes impedimentum actibus bonis. Quod autem dicimus, vitium materialiter ſumptum præciſſa ratione mali opponi contrarie virtuti, intelligendum eſt quando ad contrarios actus inclinant. interdum enim ad eundem poſſunt inclinare, nam quando ludus v. g. licitus eſt, ad illum inclinat virtus Eutrapelię, ſi vero fuerit poſtea prohibitus, ad illum idẽ habitus inclinabit, qui tamen nõ erit pro eo ſtatu virtus, ſed vitiũ de quo in 1.diſp. diximus.

Ex quibus patet.3.concluſ. D. Thom. quæ 149
ſumitur ex Ariſtot.cap.de oppoſitis & cap.de *Exponitur*
qualitate, vbi ait, vitium cõtrariari virtuti, & *3.Conclu.*
2.Ethic.cap.7.&.8.& lib.7.cap.8. Alenſ. 2. par. *D. Thomę.*
quæſt.100.memb.8.a.2.Magiſtro, & Schol. 2. d.25.Herrer.diſp.29.q.10.& probatur quia virtus eſt qualitas quæ bonum facit habentem vitium autem eſt qualitas, ſecundum quã malus eſt animus ex Auguſt.de perfectione iuſtitiæ ratiocin.4.ergo contrariantur, item virtus & vitium ab eodem ſubiecto mutuoſe expellunt, vt calor & frigus, ergo ſunt cõtraria: Neque obſtat, ſubiectum poſſe eſſe ſine virtute & vitio. Nam inter cõtraria poteſt dari medium per abnegationem vtriuſq. extremi, vt
inter ſcientiam & errorem. Obijcies.1.quia *Obiectio.1.*
contraria debent eſſe in eodem genere proximo, virtus autem & vitium, vt liberalitas & auaritia tantum continentur in eodem genere remoto: ergo non contrariantur. Reſp.1.
cum Zumel, quæſt.71.art.1.diſp.2. ad primum, *Reſp.1.*
non opus eſſe, vt cõtraria ſub eodem genere proximo contineantur, ſed ſatis eſſe formali-
ter ab eodem ſubiecto ſe expellere. Reſp.2. *Reſp.2.*
liberalitatem & auaritiam ſub eodem genere proximo innominato contineri, cuius ratio eſt inclinare ad largitiones: nam liberalitas inclinat ad largiendum, quãdo & quomodo oportet: auaritia vero ad nũ largiendum

Digitized by Google

2. Obiectio. dum quando largiendum eſſet. Obijcies. 2. Quia contraria ſub eodem genere maxime diſtant primo Metaphyſicæ capit. 6. liberalitas autẽ & auaritia non maxime diſtãt, quia magis diſtat auaritia à prodigalitate, quam à liberalitate: ergo Reſp. 1. cum dicimus, contraria ſub eodem genere maxime diſtare, non eſſe ſenſum comparatiuum, ſed abſolutum, ita vt inter contraria ſit magna diſtanti: vel ſi ſenſus ſit cõparatiuus, intelligendum eſt reſpectu eorum, quæ in eodem genere continentur & contraria non ſunt. *Reſp. 1.* *Reſp. 2.* Reſpond. 2. quamuis auaritia ſecundum vnã rationem magis diſtet à prodigalitate, quam à liberalitate, quatenus ſcilicet ad vtrumque habitũ pertinet aliquo modo retinere, quod non pertinet ad prodigalitatem, tamen alia ratione magis diſtat à liberalitate, quatenus ſcilicet inclinat ad obiectum diſſonum rationi, ſicut prodigalitas: cum tamen liberalitas inclinet ad obiectum conſonum rationi. Colligitur ex D.Thom. quæſt. 64. articul. 1. ad primum. Reſpondetur. 3. auaritiam & liberalitatem contineri ſub quodam genere immediato non comprehendente prodigalitatem, quoniam includit inclinationem ad retinẽdũ; & in eo genere maxime diſtare. §. 3. Obijcies, quia vni vnum tantum eſt contrarium. 1. cœli cap. 2. 10. Metaphyſicæ cap. 6. tex. 14. Sed auaritia eſt contraria prodigalitati: ergo non liberalitati. Reſpondetur, vnum vni tantum contrariari perfecte & adęquate, & ſecundũ omnẽ rationem, ſeu immediate imperfecte: autem inadæquate & ſecundum varias rationes aut mediate plura poſſe vni contrarari; ſicut maius, & minus æquali contrariantur inadæquate, & mediante ratione inæqualitatis vt docet Ar. 10. Metaphyſicæ cap. 8. & 9. Soncinas ibi quæſtione. 20. Zumel ad finem diſputationis citato fauet D.Tho. loco proxime citato, vbi liberalitati opponit prodigalitatem, & auaritiam, quaſi vnum extremum eo quod conueniant in quadam ratione communi diſſonandi à regula rationis circa largitiones. Sic aliqui dicunt, plures errores habituales contrariari eidem habitui fidei. Sed ſtatim dicemus, nullum habitum eſſe contrarium virtuti infuſæ. Falſo etiã aliqui dicunt, habitus inclinantes ad furandum ex odio, & auaritia, contrariari iuſtitiæ, nam talia vitia contrariantur ſoli temperantiæ, licet ſecundario inclinent ad actus contrarios actibus iuſtitię.

3. Obiectio.

150 *Quæſt.* Petes, vtrum ſemper peccatum & actus bonus ei contrarius, contraria vel oppoſita motiua habeant? & idem inquiri poteſt de vitio & virtute ipſi contraria. Reſpondetur nõ eſt neceſſe, contrarios eiuſmodi actus oppoſita habere motiua. Probatur quia motiuum actus boni eſt honeſtas aliqua, verbi gratia facere æqualitatem, vt in actu iuſtitiæ, vel ſubleuare miſeriam proximi, vt in actu miſericordiæ: motiuum autem iniuſte, vel contra miſericordiam agentis non eſt ſemper facere inæqualitatem, vel conſeruare, aut cauſare miſeriam proximi: ergo non ſemper actus hi contrarij habent contraria motiua.

Confirm. nam qui furatur, iniuſte agit, tamen non intendit facere inæqualitatem, ſed poſſeſſionem, vel commoditatem aliquam pecunię, ergo non habet motiuum contrarium motiuo iuſtitiæ, vel oppoſitum, ſed diſparatum aut impertinens. Imo ſi ſermo ſit de motiuo ſeu fine vltimo in ſua ſerie, iſti actus nunquam poſſunt habere oppoſita motiua, ita ſcilicet, vt vnus honeſtatem, alius turpitudinem oppoſitam intẽdat: quia nemo poteſt ad malũ reſpiciendo operari. Proxima tamen motiua poſſunt eſſe oppoſita, vt ſi vnus velit ingredi ciuitatem vt Petrum occidat; alius, vt ſeruet, iſti actus, quorum alter eſt bonus & alter malus, ſunt oppoſiti, & motiua proxima ipſorum ſunt etiam oppoſita. Semper tamen per actum malum directe, vel indirecte amatur turpitudo oppoſita honeſtati, quam per ſe intendit actus bonus. Et quod dictum eſt de actibus, dicendum eſt de ipſis habitibus: non enim habent per ſe motiua, ſed ratione actuum, quatenus ſcilicet inclinant ad actus habentes talia, vel talia motiua. Et hinc patet, non omnes actus pertinentes ad eundem habitum vitioſum, conuenire in motiuo, vnus enim furatur vno motiuo, alius alio, tamen omnia furta ad idem iniuſtitiæ vitium pertinent. Quamuis ſæpe actus ad idem vitium ſpectantes, idem motiuum habere ſoleãt: omnes inhoneſti, vt quia implurimum voluptatem intendunt: omnes fures & raptores diuitiarum commoditatem & ſic de alijs

Vt autem contrarij actus voluntatis interdum habent contraria motiua, interdum vero non: ita etiam in actibus intellectus contingit: nam interdum homines ex contrarijs fundamentis, interdum ex diſparatis contrarias ſententias amplectuntur, tam in rebus fidei, quam in alijs, ſimiliter actus mali ad oppoſita vitia pertinentes, vt prodigalitatis & auaritiæ interdum habent contraria motiua, interdum diſparata.

Petes rurſum, an inter actus ſtudioſos poſſit eſſe contrarietas. Reſpond. poſſe, vt ſi habeant obiecta aperte contraria, oppoſita, vel incompatibilia, nam tales actus non poſſunt ſimul exiſtere in eadem voluntate. Sed vno actu elicito, neceſſe eſt deponi 151 *Quæſt.*

alterum,ergo ſunt contrarij. Conſtat exemplo.nam voluntas abſoluta exeundi domum & voluntas abſoluta non exeundi eodē tēpore,non poſſunt eſſe ſimul,quamuis vniuſmotiuum ſit religioſe inuiſere loca ſacra,alterius vero quieta & diuturna contemplatione frui.Idem eſt in voluntatibus contrahendi & non contrahendi matrimonium, abſtinendi & non abſtinendi ab vſu matrimonij. Sic etiam in actibus intellectus,aſſenſus & diſſenſus eiuſdem propoſitionis contrarij ſunt,ſiue nitantur contrarijs medijs,motiuis, & fundamentis,ſiue non.Neque obſtat quod dicunt Ariſto.10.Metaphy.tex.13.&.14. & D. Thom. infra quæſt. 72. articul.8.argumento ſed contra,contraria differre ſpecie,quia differunt ſecundum formam. Nam licet actus aliqui non differant motiuis,poſſunt eſſe formæ diuerſæ & contrariæ, eo quod ex propria ratione habeant mutuo ſe expellere ab eodem ſubiecto.

SECTIO. XIII.
Vtrum vitia opponantur contrarie virtutibus infuſis.

152 *1.Opinio.* Aliqui affirmant: quorum opinionem probabilem putat Zumel quæſtione.71.artic.1.d. 2. ¶1. Quia actus horũ habituum ſunt *1. Argum.* contrarij,vt late ibi oſtendit concluſione.1. contrarij vero actus ad contrarios habitus *2.Argum.* pertinent.¶2.Quia actus intemperantiæ non ſolum opponitur regulę naturali,ſub qua procedit temperantia acquiſita,ſed etiam regulę ſupernaturali,ſub qua procedit temperantia infuſa; maxime quando homo intemperate agit: ergo deſtruit temperantiam infuſam, ac proinde producit habitum contrarium illi,nam actus nullum habitum deſtruit niſi oppoſitum producendo. ¶3. Quia alias, *3.Argum* etiam ſi quis ſummo odio Deum proſequeretur,etiam,vt eſt author ſupernaturalis v. g. quatenus ob vnum peccatum priuat beatitudine ſupernaturali,non deſtrueretur naturaliter charitas & poſſent naturaliter eſſe ſimul & charitas,& odium habituale Dei etiā in gradibus intenſis & ſimul eſſet voluntas habitualiter auerſa à Deo vt auctore ſupernali & ad ipſum cōuerſa,vt auctorem ſupernaturalem, quod videtur impoſſibile. Conf.nam hęreſis ex natura ſua deſtruit fidē, quia deſtruit eius rationem formalem, ſcilicet reuelationem diuinam:ergo etiam habitus productus per talem actum contrariatur *4.Argum.* fidei.¶4.Scientia infuſa expellit habitus erroneos acquiſitos:ergo & charitas infuſa habitum odij acquiſitum.

Contrariam ſententiam probabilem etiā putat Zumel,in eamque magis videtur inclinare,quam tenet Gabr.3.d.23 quæſt. 1. artic.5. dub.6.Capreolus d.33.quæſt. vnica, artic.3.ad 4. contra tertiam concluſionem Palud.q. 1. artic.2.Ocham.3.quæſt.12 artic.4. dub. 1. &.4. quæſt.3.ad primum D.Thom.4.diſtin. 14. q.2. artic.2.ad.4.& quæſt.de virtutibus in cõmuni artic.10.ad.16.ſumitur etiam ex Caiet.3.p q. 86.artic.4.& D.Thom.ibi artic.5.&.1.2.quæſt. 65.artic.3.maxime ad 2.Henric. quodlib. 5. q. 23.Scotus. 4.d.14.quęſt.1.Grego.1.d.17.quæſt.5. Aliaco. 1.ſententia,quæſt.9.articu. 3. idem tenent. Herrera. 2. diſputatione.19.quæſt.12. & 13.Valentia.1.2.d.5.quæſtione 6.puncto.1.in fine,Medina quæſt.71 & comuniter iuniores, quorum aliqui probant, quia contraria debent eſſe eiuſdem ordinis:vitia autem & virtutes infuſæ ſũt diuerſi ordinis:ergo. Sed hęc ratio non viget, quia ſecundũ probabiliorē ſententiā, vt ſtatim dicam actus naturalis & ſupernaturalis ſunt diuerſi ordinis; poſſunt, tamen eſſe contrarij.Vnde melius hęc ſentētia.Probatur.1.quia habitus infuſi ita ſunt ordinis ſupernaturalis,vt nec partialiter à cauſa naturali poſſint produci, ob quam excellentiam videntur poſtulare, vt à ſolo Deo corrumpi poſſint,ac proinde, vt omni contrario careāt,ſint que ex ſua natura,perpetui & incorruptibiles.¶2. Probatur quia ſi virtutes infuſæ contrariantur vitijs: ergo in recenter iuſtificato aut conuerſo,cui illæ infundũtur: non enim manent vitia antea acquiſita maxime quando per iuſtificationem reſtaurantur virtutes intenſæ per peccatũ amiſſæ: cõſequens autē videtur cōtra experientiā: ergo. 153 *2.Opinio.* *Prob.1.* *2.Prob.*

Nec valet dicere, quot gradus virtutum infuſarum conferuntur,tot vitiorum gradus auferri,ideo interdum vitia remitti, interdũ vero penitus deſtrui:nam per intenſam contritionem,maxime cum ſacramentis,multi gradus virtutum infuſarum conferuntur, maxime quando homo reſurgit ad intenſiorem gratiam prius habitam:experimur tamen habitus vitioſos parum,aut nihil minui, quod ex eo fit euidentius; quoniam ſi ſtatim per vnum m.iterum gratia amittatur,eodem modo in malum inclinamur,tamen illud peccatum non intendit omnia vitia præterita, ſed illud tantum ad quod ſpectat,imo interdum neque illud,vt patet ſi peccatũ ſit pura omiſſio,vel actus remiſſior vitio, ad quod pertinet:ergo. 154

Neque valet.¶2.Dicere virtutes infuſas licet cõtrarietur vitijs nõ auferre,nec minuere vitia,quia cõtraria poſſunt eſſe ſimul in gradibus quantũuis intenſis, quando ſubiectum eſt capax maioris intenſionis in infinitum, 155

vt

vt contingit in habitibus, poſſunt enim in infinitum augeri, ſicut quādo ſubiectum tantū eſt capax certæ latitudinis vtriuſq. contrarij, ſi non ſit impleta ea latitudo, poſſunt induci reliqui gradus formæ oppoſitæ nullo ſublato gradu formæ præexiſtentis iuxta quotūdam opinionē Hoc inquam non valet. 1. quia forte nullum ſubiectū eſt capax habitus in maiori & maiori intenſione, &c. etiā de potentia abſoluta, etiā loquēdo de habitibus ſupernaturalibus, vt in materia de charitate vidimus. §2. Quia cōtra leges contrariorū videtur, vno aduenıente nihil alterius præexiſtētis excludi. §3. Quia ſic nunquā vitiū poſſet totaliter expelli, imo nec minui per virtutes infuſas, vel acquiſitas, nec ècōtra: ſiquidem ſubiectū eſt capax plurium graduum in infinitum.

6. Tertio, probatur Hæc ſententia efficaciter, quia per venialia ex leuitate materiæ, vel indeliberatione producuntur habitus vitioſi eiuſdē ſpeciei cum illis, qui producuntur per peccata mortalia, & interdum æque intenſi, vel intenſiores: ergo ſi tales habitus cōtrariātur virtutibus infuſis, hæ remittētur, vel etiā deſtruentur per venialia, niſi à Deo miraculoſe conſeruentur: conſequens autem eſt falſum: ergo. § 4. Probant aliqui, quia virtutes infuſæ, lumen gloriæ, & ſimilia ſupernaturalia nullum habent limitem in intenſione, & augmento, vt docet D Tho. 2. 2. q. 24. art. 7. Capreol 3. diſtin. 13. q. 1. art. 3. ad. 3. Aureoli. Deza ibi N... Suarez 3 p. tom. 1. diſp. 22. ſectio. 2. & alij cō... : ergo nunquā eſt expleta capacitas ſubiecti reſpectu habituum ſupernaturalium, & ita licet habitus vitioſi ſint valde intenſi, non excludēt virtutes infuſas, quia non auferunt capacitatem requiſitā ad ipſas, cum maneat adhuc infinita capacitas, & nullus habitus deſtruat alium, niſi tollendo capacitatem ad ipſum: quo pacto vnus habitus acquiſitus deſtruit aliū, ſi multum intendatur, quia tandē excludit totā capacitatē ad ipſum, quæ finita & limitata eſt. §5. Quia per actus, quibus pueri, dormientes, amentes, vel carentes omni deliberatione, amplectuntur obiecta prohibita cognoſcentes prohibitionē & malitiā, producuntur habitus vitioſi, ſeu eiuſdem ſpeciei cum vitioſis, non autē deſtruuntur virtutes infuſæ: ergo habitus vitioſi non habent contrarietatem, repugnantiam aut incompatibilitatem cum virtutibus infuſis.

Ad. 1. argum. R. aliqui ... actus non eſſe

7. contrarios: ſed incompoſſibiles, quia contraria debent eſſe eiuſdem ordinis. Sed hoc non placet, quia actus voluntatis, vel intellectus habentes obiecta contradictoria, ex natura ſua per ſe & imediate ſe mutuo, & formaliter expellunt ab eodem ſubiecto: nihil ergo illis deeſt ad veram contrarietatem. Vnde Reſp.

Ad. 1

2. Quando actus contrarij ſunt eiuſdem ordinis, pertinere poſſe ad habitus contrarios: nō vero qñ ſunt diuerſi ordinis: tunc enim alter pertinet ad habitum ſupernaturalē, qui ob rationem aſſignatam in prima probatione caret cōtrario. Sic licet motus ſurſum & deorſum cōtrarij ſint: tñ poſſunt fieri à qualitatibus non contrarijs, vt ſi motus deorſum fiat à grauitate motus vero ſurſum à potentia motiua animalis vel ab impetu proijcientis, vel à virtute magnetis, vel à leuitate ſupernali; quæ, vt exiſtimo, non eſſet grauitati naturali contraria, ſic etiam hi actus contrarij, volo punire, volo non punire, poſſunt procedere à iuſtitia & miſericordia, quæ non ſunt contrariæ: imo iſti actus, volo dare eleemoſynam huic pauperi, volo dare non huic, ſed alteri, ſunt contrarij & poſſunt prouenire ab eadem virtute miſericordiæ. Itaque ſicut ab eadē potentia poſſunt prouenire actus contrarij, ita ab eodē habitu & ab habitibus non cōtrarijs interdu. Conf. nā habitus erroneus contrarius Phyſicæ non deſtruit Mathematicam licet actus eius, nempe terra non eſt rotunda, poſſit eſſe contrarios actui, quo iudicat Mathematica eſſe rotundam. Conf. etiam poteſt nā actus non contrarij poſſunt generare habitus contrarios, vt actus temperantiæ circa cibum & intemperantiæ circa potum: ergo non mirum, ſi actus contrarij poſſint non pertinere ad habitus contrarios.

Ad 2. R. actum intemperantiæ, quocunq. 158.
motiuo fiat, opponi actui temperantiæ, quo oppoſitum ſpectatur; non vero alijs actibus temperantiæ: nam ſimul cum vno actu intemperantiæ poteſt eſſe alius temperantiæ acquiſitæ, vel infuſæ. ideo per talem actum intemperantiæ non deſtruitur regula temperantiæ acquiſitæ vel infuſæ, ſed impeditur aliquis eius vſus & inducitur cōtrarius & licet tolleretur regula & impediretur omnis vſus habitus: non tamen inde ſequeretur, tolli, vel remitti ipſum habitū, & induci oppoſitum. *Ad. 2. arg.*

Ad. 3. R. non eſſe abſurdum quòd de potentia abſoluta, & attenta ſola rei natura & vi naturali ſeu phyſica cauſandi, ſemotaque morali, poſſint eſſe ſimul in eodem habitus charitatis infuſæ, & habitus odij Dei, etiā in gradibus intenſis, quacunq. ratione odio habituali habeatur Deus. Nec eſſet inconueniens, voluntatē tunc eſſe ſimul auerſam, & conuerſam ad Deū, vt finem ſupernaturalem: quia id eſſet ſecundum diuerſas rationes, cum nihil amari poſſit niſi ſub ratione boni, nec odio haberi niſi vt malum in ſe vel alteri: & quia ſi habitus non opponuntur phyſice & ex natura ſua; ſed tantum moraliter. Sic ſi habitus acquiſiti temperantiæ & intemperantiæ ſimul ſint in gradibus intēſis vel remiſſis in eadem 159. *Ad. 3. arg.*

dem voluntate; illa erit ſimul auerſa & conuerſa habitualiter ad honeſtã comeſtionem. Et ſanè, cum aduerſarij concedant, de potentia abſoluta poſſe eſſe ſimul in gradibus remiſſis, conſequenter fateri debent, voluntatẽ poſſe eſſe ſimul habitualiter auerſam & conuerſam ad Deum vt finem ſupernaturalẽ. Moraliter autẽ & de potẽtia ordinaria hoc fieri nequit, quia iſti habit⁹ moraliter opponũtur.

Ad conf. R. ſi Deus non negaret hæretico auxilium ſupernaturale, poſſet credere vnum articulũ fide ſupernaturali, diſſentiendo alteri: quia licet hæreſis ex natura ſua, ſeu phyſice tollat regulã fidei, ſcilicet diuinam reuelationẽ, quoad vſum credendi propter illã, articulum, in quo errat: tñ non tollit eã phyſice: ſed tãtũ moraliter erga alios, & ita hæreticus poteſt de potentia abſoluta credere fide diuina vnũ articulũ, diſſentiendo ſimul alteri. Et quamuis iſti actus repugnarent omnino: non ſequitur idem de habitibus; quoniam minorem incompatibilitatem habent.

160. Ad. 4. negatur antecedens. Bene tamen Zumel & alij cũ D. Tho. de virtutib. q. 1. art. 10. ad 16. & 3 p. q. 86. ar. 5. docent, quãuis in peccatore iuſtificato maneant habitus vitioſi, eo quod non ſint contrarij virtutib. infuſis, non tñ denominare hominẽ ſimpliciter vitioſum quia præponderant virtutes infuſæ, eo quod ſunt altioris ordinis, & ob aſſiſtentiam diuini auxilij potentiorẽ reddũt hominẽ ad bona opera, quam vitioſi habitus ad mala, & quia homo in affectu non reuocato, & ſæpe in effectu bene operatur, & non male niſi forte venialiter, & ſic vitioſi habitus in iuſto homine ſunt quaſi via corruptionis, boni vero quaſi via perfectionis.

SECTIO. XIIII. An vitia, & virtutes acquiſitæ poſſint eſſe ſimul in gradibus remiſſis.

161. *1. Opinio.* PRima opinio docet, non poſſe ſic eſſe ſimul, vnde quando per actus temperantiæ v. g paulatim deſtruitur habitus intẽperantiæ air opinio hæc, illam deſtructionẽ fieri nullo habitu tẽperantiæ producto vſq. ad totalẽ deſtructionem habitus intemperantiæ ita Valentia diſput. 4. q. 5 punct. 2. dub. 3. Greg. 1. d. 17. q. 3. art. 2. ad. 10. Almai. 1. moral. c. 17. 18. 19. & 3. d. 23. q. 2. Ocham. 3. q. 8. & hanc eſſe cõmunẽ opinionẽ docet Angeſt. c. 5. moral. § 3. concl. 3. imo Almai. & Ochã putant calorem & frigiditatem non poſſe eſſe ſimul etiã in gradib. remiſſis vt expreſſe etiã tenet Palud. 3. diſt. 33. q. 1. art. 2. ad primã inſtantiam. Prob. quia actus contrarij non poſſunt eſſe ſimul etiam in gradibus remiſſis: ergo neq. habitus. ¶ 2. Quia alias homo ſimul eſſet vitioſus & ſtudioſus, &c.

2. Et probabilior opinio eſt poſſe eſſe ſimul in gradib. remiſſis: ita Medin. q. 53. art. 1. Zumel q. 71. art. 1. d. 2. § 2. ad dub. Gab. 3. d. 23. q. 1. artic. 3. dub. 6. Suarez tom. 2. metaphyſicæ diſput. 44. ſect. 11. n. 21. in idemq. inclinat Angeſt. ſupra idem tenet Vazq. diſp. 81. c. 2 n. 1. fauet Henric. quodl. 5 q. 18. ad primum, & q. 23. dicens, habitum corrũpi formaliter per habitũ oppoſitũ, per actum vero ipſius corrumpi effectiue, fauet D. Tho. hac q. 71. art. 4. ad. 2. dicens, quod habitus vitioſus excludit virtutem, ſicut actus excludit actũ. Quod fere etiã dixerat ſolutio corporis, vbi etiã docet, vno actu non corrumpi totum habitum oppoſitum, ſicut nec vno actu generatur totus habitus proprius, quod etiã docuerat q. 53. artic. 2. imo Valentia ſupra licet inclinet in opinionem Gregorij, tamen ſoluit eius rationes. Hæc opinio probatur primo, quia calor & frigiditas v. g poſſunt eſſe ſimul in gradibus remiſſis, quidquid dicat Palud. ſup. & 3. d. 28. q. 3. art. 8. & alij citati, qui communiter reijciuntur. 5. de generatione vbi noſtram ſententiam plane docet Ariſtot. tex. 48. quam ipſa experientia docet quando manus calida mergitur in aqua frigida: ergo & habitus contrarij. 162. *2. Opinio auctoris.*

2. Idem probat Angeſtus ſupra, quia minorem contrarietatem habet actus temperantiæ cum habitu intemperantiæ quam ipſi habitus, ſed actus poteſt eſſe cum habitu: ergo & habitus cum habitu. Sed credo maiorem eſſe falſam ¶ 3. Probat Vazq. quia actus per ſe & immediate non eſt contrarius habitui, ſed mediante proprio habitu: ergo non corrũpit, nec minuit habitum oppoſitum niſi producẽdo, vel augendo proprium: ergo ſi paulatim corrumpit oppoſitũ, duo habitus erunt ſimul in gradibus remiſſis. Sed hæc ratio ſecundum aliquos non multum vrget: quia contrarietas virtualis & effectiua, quæ eſt inter actum temperantiæ, & habitum intemperantiæ ſufficere videtur, vt actus minuat habitum nihil producendo, & ſic videtur contingere, quando actus eſt remiſſior habitu proprio: tunc enim illum non producit, neque auget, videtur tñ oppoſitum remittere: quod probabile putat. Zumel. q. 113. art 2. diſp. 4. & eſt ſimile in grauitate, quæ deſtruit impetum impreſſum à proijciente nihil producendo in graui. Neque in his euentibus dicendum eſt operari naturam reſpiciendo ad malum, nam grauitas quando deſtruit impetum, intendit aliquod bonum, ſcilicet eſſe expeditam ad cauſandum deſcenſum, & actus quando deſtruit habitum oppoſitum, intendit tollere impedimentum ſubiecti ad productionem proprij habitus. 163.

¶ 4. Aliqui probant, quia qui actus virtutis, & vitij frequenter exercent, vt qui quaſdam iniurias patienter tolerant, 164.

quaſdam

rant, quaſdam vero impatienter & cum deſiderio vindictæ,experiuntur in ſe magnam promptitudinem ad vtroſq.actus,quam ante exercitium talium actuum non habebant,ergo ſignum eſt,habitum vitij & habitum virtutis oppoſitæ ſimul eſſe, licet non in gradibus admodum intẽſis,ſed poſſet dici, nullam eſſe promptitudinem acquiſitam ad actum virtutis cum eſt habitus vitij, ſed ex memoria radicata interdum ſine habitu hominem eſſe promptiorem nunc quam antea,vel ex remiſſione habitus contrarij.

5.Nonnulli probant,quia magis pugnant
165 quæ ſunt ſub eodem genere,quamquæ ſub diuerſo,ſed habitus virtutis & vitij ſunt ſub eodem genere;non vero actus vitij & habitus virtutis,ergo habitus ipſi magis pugnant interſe,& ita immediate ſe excludunt & non per actus.Sed hoc nihil valet, niſi ad oppoſitum quia ex eoquod habitus interſe magis videntur pugnare quã cum actibus,ſequi videtur,habitus ipſos ita formaliter ſe excludere vt nunquam poſſint eſſe ſimul in gradibus remiſſis ſecus actus & habitus:quia actus non opponitur formaliter habitui, ſed effectiue, & deſtruendo paulatim ipſum ſine vlla productione habitus,quanuis quilibet actus virtutis,ſi non inueniat in ſubiecto habitum vitij,producit habitum virtutis,vt docent Dur. 1.d.17.q.8.ad.2.Almain.3.d.23.q.2.a.3.Maior.q. 3.Gab.q.1.dub.4.Henric.quodlib.5.q.16.& alij quos ſecuti ſumus in materia de virtutib. explicantes Ariſt.2.ethi.cap.7.& D Thom. hac quæſt.71.art.4.& quæſt.51.art.3.&.2.2.q.24.a.6. ad.4.vt ſolum velint vnico actu remiſſo non produci habitum,qui reddat hominem ſimpliciter promptum ad opus: concedit etiam 1.opinio,id quod docent.D.Thom.q.53.a.1.& 2.& clarius Dur.2.d.34.quęſt.4 Victor relect. de charitate ad finem . Quolibet actu malo minui virtutem oppoſitam ſed. 1. Opinio negat,quolibet actu produci habitum vitij, ſi inueniat intenſum habitum virtutis.

6.Probat Angeſtus, quia per exercitium
166 virtutis ante quam deſtruatur vitium oppoſitum,ſentit ſe homo magis promptũ ad opus virtutis quam antea,ergo ſignum eſt iam eſſe acquiſitum habitum virtutis. Nec ſatisfaciet quod ait quidam per illos actus diſponi ſub ictum ad generationẽ habitus ſtudioſi, ideo eſſe magis promptũ ad actus ſtudioſos, quia cum illa diſpoſitio ſit permanens & cauſa actus ſtudioſi,nil deeſſe illi videtur ad rationẽ habitus.Vnde tenendo primam opinionem melius Reſp.Ocham,illum eſſe magis promptum ad actus bonos, non quia comparauerit habitum virtutis,ſed quia remiſit habitũ vitij & ſic prima opinio nõ eſt improbabilis.

Ad primum tamen eius argumentum dici poteſt, nõ eſſe eandem rationem de actibus & habitibus,nam actus in quouis gradu ſunt efficaces & neceſſario inferunt effectũ,quando autem ſunt contrarij, habẽt effectus oppoſitos ideo ſimul eſſe nõ poſſunt, etiam in gradibus remiſſis,quæ ratio in habitibus non procedit:eſt ſimile in grauitate & leuitate,quæ poſſunt eſſe ſimul in eodem in gradibus remiſſis,non autem motus ſurſum & deorſum.

Ad.2.Reſp.non eſſe inconueniens, aliquẽ ſimul eſſe vitioſum & ſtudioſum in gradibus remiſſis,ita tamen vt a forma prædominante denominetur,vel ab alia ſimpliciter, ſecũdũ quid.

Dubitabis.1.vtrum actibus complacentiæ 197
mortalis deſtruatur vel minuatur virtus op- Dub.1.
poſita. Quidam iuniores dicunt huiuſmodi actibus non deſtrui nec minui habitum acquiſitum actibus abſolutis, vel ſimplicibus complacentijs aut diſplicentijs bonis,quia ſi aliqui actus poſſunt eſſe ſimul,etiam habitus illis reſpondentes; ſed peccatum complacentię in obiecto aliquo poteſt eſſe ſimul in voluntate cum diſplicentia eiuſdem obiecti ob aliam rationem & cum actu efficaci & cum complacentia bona de contrario obiecto ergo & habitus illis correſpondentes poterunt eſſe ſimul & ſic per poſitionem vnius non deſtruetur,nec minuetur alter. Maior de qua vide Almai.1.moral.cap.17. Probatur:cur enim habitus reſpondentes actibus interſe compatibilibus,erunt interſe incõpatibiles. Alij iuniores ex falſis & inexplicabilibus fũdamentis tenent oppoſitum: negant enim contra clariſſimam experientiam tales actus poſſe eſſe ſimul, quod ego libentiſſime concedo,nego tamen habitus,quorũ actus poſſunt eſſe ſimul, nõ pugnare interſe,ſed poſſe eſſe ſimul in gradibus intenſis,& dico ſolum eſſe poſſe in gradibus remiſſis, & actũ vnius, quicunque ille ſit, tollere,vel minuere habitum oppoſitum,ſicut habitus productus per actus abſtinendi a carnibus tollitur, vel minuitur per actus malos non abſtinendi ab ouis & lacticinijs tempore, quo ſunt prohibita,licet actus illi poſſint eſſe ſimul, ſatis enim eſt pertinere ad contrarios habitus, vt vnus alterius habitum tollat, vel minuat. Quod intellige niſi ab altero actu impediatur,ſicut impeditur ſi ſint ęqualis efficaciæ & intenſionis, ſecus ſi ſint inæqualis intenſionis & æqualis efficatiæ,vel econtra,ſi vero vnus excedat in efficacia,alius in intenſione, vt ſi voluntas efficax non habendi copulam ſit remiſſa , complacentia vero & delectatio moroſa in copula ſit intenſa,poterit tanta eſſe intenſio, vt præualeat efficatiæ,& tunc generetur, vel augeatur habitus

vitij non genito neque aucto habitu virtutis Porro ex actibus ſimplicis complacentiæ, aut diſplicentiæ babitum generari poſſe, docent merito Scotus.3.d.33.q.1.Maior d. 23. q.3. in ſine, licet neget Caie.1.2.q.61.a.5.ad.2.Scot. merito etiam aliqui docēt, actum efficacem & inefficacem, ſeu complacentiæ de eodem obiecto bono & ſub eadem ratione formali ad eandem virtutē pertinere: actus vero mali qui amplectuntur obiectū oppoſitum, vel ab illo obiecto virtutis auertunt, ſiue ſint efficaces ſiue abſoluti, ſiue conditionati, ſiue cōplacentiæ, ſiue diſplicentiæ, etiam ſi habeant motiua formalia diuerſa pertinent ad idem vitium, vt velle fornicari, vel complacere in efficaciter in fornicatione, ex quocunq. motiuo fiant, ad vitium luxurię pertinent. Deinde quod aliqui dicunt, voluntatem ſtudioſam reſtituendi rem vilem affectu iuſtitiæ & retinēdi pretioſam affectu auaritiæ, non poſſe eſſe ſimul inopinabile mihi eſt: cum experientia conſtet oppoſitum, neque vlla in eo ſit difficultas: poſſum enim ex iuſtitia amare vnam rem & non aliam: cur ergo illa alia non poterit repudiari? quæ repudiatio ſi prohibita ſit iniuſta erit: ergo ſimul eſſe poſſunt actus abſoluti & efficaces iuſtitię & iniuſtitię.

168. *Dub. 2.* Dubitabis.2. an actus mali ex ignorātia culpabili facti generent habitū vitioſū & corrūpant habitū virtutis oppoſitæ, vt ſiquis occidere velit hominem quando per ignorantiā culpabilem putat occiſionem eſſe iuſtam, præſertim ſi id faciat ex motiuo æquitatis & iuſtitiæ. Pro parte affirmante eſt, quod actus generant ſimiles habitus: ergo actus iniuſtitiæ habitum iniuſtitię, qui ad ſimiles actus inclinet; non vero habitum iuſtitiæ qui ad actus iuſtitiæ inclinaret. Pro parte vero negāte eſſe poteſt, quia habitus inclinat ad operandum propter idem motiuum, quod habet actus, ex quo eſt genitus, ſed actus iniuſtitiæ, vt ſupponimus, habet motiuum iuſtitiæ quæ in opere, licet culpabiliter, eſſe iudicabatur, ergo habitus genitus non potuit eſſe niſi iuſtitiæ, quæ ſola operatur propter motiuum æquitatis ſeu reddendi cuiq. quod ſuum eſt. Hoc non obſtante tenenda eſt prior ſententia quæ tutior, cōmunior & plauſibilior eſt, & ad argumentū. R. ſoli habitus ſtudioſi propter ſuam excellētiam & nobilitatē, & actuū à quibus producuntur, inclinant ad operādū ex eodem motiuo, reliqui vero ad opus malū materialiter ſumptū quocumq. motiuo fiat, ſiue opus malum fiat cognita malitia, ſiue ignorata. Aliqui vero exiſtimant ex talibus actibus, ſeu peccatis ignoranter factis ſolum generari vitium contrarium ſtudioſitati, quæ inclinat ad conſiderandum diligenterquę oportet, vt recte operemur. Sed nō placet, quia tota malitia illorum actuum eſt iniuſtitiæ, v. g. ergo habitus vitioſus qui ex illis generatur ſolum erit iniuſtitia.

Dub.3. vtrum per peccata venialia minuātur & expellantur virtutes acquiſitæ. De infuſis enim certa eſt pars negans vt diſſeritur.2.2.q.24. De hoc dubio dixi in materia de virtutibus & breuiter nunc dico.1. virtutes acquiſitę ex ſuo genere tantū obligātes ſub veniali vt liberaltas eutrapelia vrbanitas &c. minui & excludi poſſunt per peccata venialia. Med. Zumel & alij cōmuniter, hac q.71.a.4. Herre. 2.diſp.29.q.14. Dur.& Greg. infra. Probat. habitus deſtruuntur per actus directe contrarios, ſed peccata venialia ſunt directe contraria prædictis virtutibus, vt prodigalitates liberalitati, inurbanitas vrbanitati, &c. ergo. Dico.2. etiam virtutes obligātes ſub mortali ex genere ſuo, poſſunt minui & excludi per peccata venialia illis aduerſa. Dur.1.d.17.q 10.nu. 18. Greg.q.5.dub.2. Zumel ſupra, contra Med. & aliquos alios iuniores, quos ſequitur Herr. ſupra, q.14.&.15. Prob.1. quia vt inferius videbimus contra aliquos ex his iunioribus, furtū graue & leue, ex materia vel imperfecta deliberatione, eiuſdem ſpeciei ſunt in eſſe naturę imo & moris: ergo eandem vim intrinſecam habent, eundemq. habitum generare & augere corrūpere & minuere poſſunt. Et alioqui dandi erunt plures habitus iuſtitiæ, & iniuſtitiæ, vnus habitus iuſtitiæ ad vitanda furta grauia, alius ad leuia, vnus ad vitanda furta plene deliberata, alius ad vitanda non plene deliberata, & vnus habitus iniuſtitię ad furta leuia, alius ad grauia, vnus ad plene deliberata alius ad ſemiplene. Conſequens eſt abſurdum & inauditum: ergo. ¶2. Contingere poteſt vt aliquis comparauerit virtutem actibus circa res leues, vt leuibus reſtitutionibus, ergo ſi habeat actus vitiſos circa eaſdem res leues, deſtruet illos habit⁹, par enim ratio eſt, maxime cū illi actus vitioſi generent habitū contrarium iuſtitiæ & nō niſi illi iuſtitię: ergo illā deſtruent. Vnde per peccata venialia in qualibet materia experimur nos reddi minus promptos & procliues circa materiam leuē, & plene deliberatam, quam antea ergo genitus, vel auctus eſt habitus malus, deſtructus vero, vel diminutus bonus, qui ad vitāda peccata plene deliberata etiam in materia leui, conferebat. Nec debet hoc reduci in negationem quorundem auxiliorum propter peccata venialia, hoc enim non ſemper contingit, & propter venialia non ſolum negantur auxilia in ea materia, ſed etiam in alijs, carentia autem promptitudinis ſpecialiter eſt circa talem materiam: ergo ſignum eſt, diminutam, vel ſublatam eſſe virtutem quæ verſabatur per ſe circa talem materiam, 169. *Dub. 3.*

& auctum

& auctum, vel genitum eſſe vitium contrarium.

3. Ad homines argumentor: nam quidam ex illis recentioribus à quibus tamen recedit Herrera, fatentur peccata venialia ex ſola imperfecta deliberatione aut cognitione, diminuere, vel tollere virtutem, eo quod ſunt eiuſdem ſpeciei cum plene deliberatis. Imo interdum eadem numero: ergo idem decēdum eſt de peccatis venialibus ex ſola materiæ leuitate: par enim ratio eſt, neque vlla conueniēs ratio diſcriminis adduci poteſt, nā etiam furtum leue, & graue ſunt eiuſdem ſpeciei in eſſe naturæ & moris, magis enim, & minus in intenſione vel extenſione non variant ſpeciem.

170. *Dub. 4.* Dub.4. vtrum varia peccata, quæ ſunt contraria alicui virtuti, minuant, vel auferant illam ſecundū diuerſas partes extenſiuas. Suppono in habitibus intellectualibus ſaltem acquiſitis ſcientiæ opinionis, &c. eſſe diuerſos modos, vel partes extēſiuas quarum vna reſpicit vnum obiectum alia aliud. vt docuimus tract. de virtutib. cum D.Tho.2.2.quæſt.24.ar.5.& 1.2.q.66.a.1.& quæſt.53.ar.2, ad.1 Gregor.q.3.prologi, Aureol. apud Dezam, & Capreolū, ibi. quæſt 3. Soto in logica, q.3. proœmiali, & alijs, licet Capreol.& Deza, ibi, & Suar. 3. p. tom.1.diſp.26.ſect.2 extenſionem in habitib. intellectualibus negare videantur, & qui extēſionem admittunt, non omnes eodem modo ipſam intelligant, quidam enim in eadem ſcientia varios habitus, alij vnum tantum cōſtituunt. Hi melius ſentiunt, quia idem ſimplex habitus, & eadem ſimplex qualitas virtutis infuſæ intellectualis, vel affectiuæ ſufficit ad varia obiecta: ergo idem eſt de virtute acquiſita, antecedens docet D.Tho.2.2.q.24. art.5.& alij ibi, & 3.d.23.& 31. ad hoc enim nihil refert, quod habitus infuſi participēt quādam rationem potentiæ, quatenus dant ſimpliciter poſſe, acquiſiti vero, non, quia ſupponunt ſimpliciter poſſe, & dant facilius & melius poſſe. Omnes ergo etiam ſi ſint ſimplices qualitates, circa varia obiecta etiam ſpecie diuerſa verſari poſſunt, & de lumine gloriæ hoc late docet Suarez 3. part. tom. 1. diſp. 26. ſect.2. Contendūt tamen vlterius quidam in lumine gloriæ nō dari diuerſas partes, vel modos extenſiuos, ſed vnum lumen gloriæ ex ſua intrinſeca differentia indiuiduali, & indiuiſibili manifeſtare in Deo quatuor creaturas, aliud vero quinq. &c. quædam verum ſit, vide quæ tractatu de beatitudine, & tract. de habitibus & virtutibus dixi, vbi etiam diſputaui an in virtutibus acquiſitis affectiuis detur latitudo, & augmentum ſecundum ex-
171. tenſionem.

1. *Con.* Dico.1. non ita ponenda eſt extēſio in his virtutibus, vt quædam partes inclinent præciſe ad obiecta materialia, & vna alia pars ad formale ſeu motiuum, ita Suarez loco nunc citato, & comuniter alij recentiores, hæc cōcluſ. quæ eſt D. Thomæ q.66.ar.1. abſolute negantis extenſionem in his habitibus, probatur, quia in actu iſtæ diuerſæ partes fingi non poſſunt, ſed omnis tendentia in aliquod obiectum materiale intrinſece includit habitudinem ad determinatū obiectum formale, nec enim voluntas poteſt amplecti obiectum materiale niſi ſub aliquo formali, ratione cuius complectatur illud materiale, & alioqui daretur aliquis actus partialis ſine motiuo intrinſecn, ac proinde ſine differentia, quia differētia à motiuo intrinſeco ſumitur: ergo ſimiliter in habitu non poteſt fingi vna pars, quæ reſpiciat obiectum formalē; & aliæ quæ reſpiciāt diuerſa obiecta materialia, ſed ſi habitus ſit bonus ille ſecundum ſe totus reſpicit peculiare motiuum ſeu obiectum formale, ſi vero ſit malus, nullum peculiare motiuum reſpicit, ſed materiam prohibitam non determinādo, quod hoc vel illo motiuo attingat. Quod ſi dicas, in actu dari diuerſas partes materiales, & vnicam formalem: itemq. differētiam cuiuſcunq. partis materialis ſumi à ſolo obiecto materiali; neceſſe erit concedere actus componi realiter, & phyſice ex vna parte communi ſpecifice omnibus vel pluribus nempe tendente in tale obiectum materiale, in qua vnus cum alio conuenit, & ex alia parte formali realiter diſtincta, in qua inter ſe differunt ſpecifice, ſicut homo & equus conueniunt in materia, & differunt in forma, quod eſt abſurdum, quę etiā ratio procedit in habitu, nam pars quæ reſpicit tantum hoc obiectum materiale, cōmunis eſt omnibus, vel pluribus habitibus, ergo poterit in omnium compoſitionem venire. Conf. quia ſi illæ partes actus, vel habitus ſunt realiter diſtinctæ ſicut materia à forma, poterit ſaltem de potentia abſoluta, quælibet dari ſine alia, & ſic poterit dari actus partialis, qui attingat reipſa obiectum materiale ſine formali, & virtus partialis, quæ inclinet ad obiectum materiale nulla habita ratione formalis.

2. Prob. quia partes realiter diuerſæ com- 172.
ponentes eādem rem ſicut materia & forma, ita ſe debent habere, vt vna actuet aliam: ergo pars formalis exiſtens in actu, vel habitu inhærebit materiali, quod eſt abſurdum, quia totus habitus inhæret immediate ſoli potentiæ, & nihil eius habet aliud ſubiectum niſi potentiam. 3. Quia in habitu malo non eſt compoſitio ex parte reſpiciēte intrinſece obiectum formale, ſi quidem vitium iniuſtitiæ, & ſimilia nullum habent peculiare motiuū, ſed ex quolibet motiuo ablatio rei alienæ eſt

iniuſta:ergo nec inhabitu bono, nõ enim eſt magis compoſitus quam habitus malus. ¶ 4. quia ſi in habitu dantur variæ partes reſpiciẽtes obiecta varia ſecundum ſpeciem, ergo, & varia obiecta ſecundum circunſtantias, vel differentias indiuiduales, ita vt non ſolum vna pars inclinet ad reſtituendum hoc aurũ, alia ad reſtituendum illud, vna ad reſtituendum illud in hoc loco, vel tẽpore, alia in alio, par enim ratio eſt:conſequens autem eſt falſum:ergo. Minor probatur, quia ſic pars, quæ inclinat ad reſtituendum in aliquo tempore eſſet inutilis elapſo eo tempore, licet antea poſſet ſæpe prodire in actus, quibus vellet homo reſtituere in tali tempore, & ſi daretur voluntas aliquid efficiendi in eodem inſtanti, inclinatio per illam producta nunquam poſſet in actum propoſiti abſoluti exire, quia nõ poteſt homo proponere rem illam facere in in inſtanti præterito, licet poſſet lætari, vel triſtari de re facta, vel omiſſa in tale inſtanti, & habere propoſitum conditionatum efficiendi illam in inſtanti, ſi poſſet; qui actus fortaſſis reducerentur ab aduerſarijs in alias partes habitus, & non in illam, quæ producta eſt per voluntatem abſolutam efficiendi rem in eo inſtanti, ac proinde ea eſſet penitus inutilis, & quidem non ex aliquo impedimento extrinſeco, ſed ex eo quod producta eſt per voluntatem operandi ſtatim, vt eius natura poſtulare videtur. Niſi dicas, potuiſſe eandem partem produci per volũtatem priorem operandi eodem tempore. Contra quod tamen opponi poſſet, quia ſi iſtæ voluntates volo operari tempore præſenti A. & volo operari tempore futuro B. quamuis ſint valde diuerſæ, producunt eandem partem habitus, idem dici poterit de voluntatibus reſpicientibus diuerſas circunſtantias, vel diuerſa obiecta materialia.

173. 5. Prob. quia ſi diuerſæ partes extenſionis dantur in habitu virtutis ad diuerſas circunſtãtias, & diuerſa obiecta materialia, ſequitur, rariſſime, vel nunquam intendi habitum virtutis niſi per actus, qui verſantur circa obiectum formale præciſe, & circa nullum obiectum materiale:conſequens eſt contra communem ſenſum, & experientiam:ergo. Probatur ſequela, quia quoties actus verſatur circa diuerſum obiectum materiale, vel cum diuerſa circunſtantia ponendum, per illum nõ poteſt produci pars, quæ abſtrahat ab illo materiali obiecto, & circunſtantijs, ſed tantum pars, quæ determinate verſetur circa illas: ergo per illum actum non intendentur præexiſtentes partes habitus, quæ determinabant ad obiectum materiale diuerſum, vel ad diuerſam circunſtantiam, ſed producetur diuerſa pars extenſiua, & eadem ratione probari poteſt, illas partes habitus, quæ determinate reſpiciunt diuerſa obiecta materialia, vel diuerſas circunſtantias, raro, vel nunquam deſtrui, quoniam actus mali, qui poſtea fiunt, communiter verſantur circa alia obiecta materialia, vel alias circunſtãtias non habentes oppoſitionem cum prioribus: ergo non deſtruunt habitum bonum, qui genitus eſt per actus bonos præcedentes v.g. habitus genitus per voluntatem reſtituẽdi die lunæ, non corrumpetur per actum nolandi reſtituere die martis, ſed per voluntatem non reſtituendi die lunæ.

6. Aliqui probant, alias in vno habitu poterunt eſſe infinitæ partes extenſiuæ, in ordine ſcilicet ad infinita obiecta materialia, vel infinitas circunſtantias poſſibiles, imo & defacto eſſent, quia tẽperantia v.g. quæ eſt in Chriſto, vel alio quocunq. beato, ad omnia illa inclinat, cum non ſit maior ratio de vno quam de alio, vt docet Suarez.3.par.diſput.19. ſect.12. Poſſet tamen quis reſpõdere, virtutes acquiſitas in Chriſto, & in beatis ſolum ſe extendere ad obiecta materialia, & circunſtãtias, circa quas verſabantur actus, quibus genitæ ſunt, & extenſæ, poſſeq. per actus habentes diuerſa obiecta, & circunſtantias, magis ac magis ſemper extendi, vt in extenſione habituum intellectualium acquiſitorum dicitur. ¶ Melius probari poteſt, quia virtutes infuſæ affectiuæ nullum habet augmentum extenſiuum, ſed minima charitas extendit ſe ad omnia illa, quæ poſſunt ex charitate diligi: ego neque virtutes affectiuæ acquiſitæ: par enim ratio eſſe videtur, quod enim habitus infuſi ſint perfectioris acquiſitis non probat eſſe minus compoſitos, ſed ſi vtrique ſint cõpoſiti, infuſos habere partes nobiliores, ſi vero ſint ſimplices, ſimplicitatem, vel ſubſtantiam infuſi eſſe nobiliorem ſimplicitate, vel ſubſtantia acquiſiti. 174.

Septimo prob. alias vna pars habitus virtutis aliam deſtrueret, vt ſi modo velim prædicare cras, quia mihi eſt præceptum, & poſt horã præcipiatur mihi oppoſitum, & ideo velim oppoſitum, nam iuxta aduerſarios oppoſiti actus producunt habitus oppoſitos, ſed illi actus obedientiæ ſunt oppoſiti: ergo producent oppoſitos habitus obedientiæ quorũ vnus alterum formaliter excludat. Cõſequẽs videtur falſum, licet ab aduerſarijs concedatur: ergo.

Dico. 2. in habitu virtutis non ſunt ponendæ extenſiones ad varias ſpecies obiectorum materialium abſtrahentes ab indiuiduis & circunſtantijs. Prob. 1. alias eadem numero pars virtutis inclinaret ad obiecta contradictoria, vel in eodem inſtanti, & per eundem actum produceretur, & deſtrueretur, vt ſiquis 175. *2. Concluſ.*

eodem

Digitized by Google

eodem actu vellet in honorem Chriſti ieiunare in quadrageſima,& non in paſcha, vel produceret vna pars religionis inclinans ad ieiunandum abſolute,& non ieiunãdum, vel ſi producerẽtur diuerſę partes,vna ad ieiunandum alia ad non ieiunandum, cum iſtæ ſint oppoſitæ & incompatibiles, vna deſtrueret aliã,& ſic in eodem inſtanti quælibet earum produceretur, & deſtrueretur. Prob. 2. quia reſpectu habitus religionis non minus materiale obiectum eſt cibus aut panis in communi,quam hic numero, & in hoc tempore aut loco, aut quantitate. Siquidem omnia non propter ſe,ſed propter diuinum cultum amãtur,ſed habitus religionis non reſpicit per ſe indiuidua & circunſtantias:ergo nec ſpecies illas materialium obiectorum. Confir. quia conſtituentes extenſionem in virtutibus præcipue mouẽtur ex eo quod habitus debet eſſe adæquatus actui,ſicut cauſæ propria illius:ergo ſi habitus verſatur circa ſpeciem materialis obiecti,quia illam reſpicit; actus etiam debet verſari circa differentias indiuiduales, & circunſtantias,quia illas quoq. reſpicit actus.

175. *3. Concluſ.* Dico.3 nec in virtute ſunt partes extenſiuæ in ordine ad maiorem difficultatem in cõmuni,non determinãdo materiam, quia quilibet habitus datur ad vincẽdam quamcunq; difficultatem in propria materia : ergo nõ eſt vna pars habitus ad vincendam difficultatem maiorem alia ad minorem in eadem materia. Confir. quia ſi ad varia obiecta materialia non ſunt diuerſæ partes extenſionis in eodem habitu, multo minus ad vincendas varias difficultates,quia habitus magis reſpicũt obiecta, quam difficultates amandi illa. Vnde eædem virtutes ſunt politicæ mollientes & ad mediũ reducentes paſſiones:purgatoriæ, quando eas auferunt purgati animi qñ iam ſunt ablatæ,de quo vide D.Tho.q.61.ar.5. Caietan.& alios ibi,& quæ nos circa illam diuiſionem diximus.Eadem ergo virtus cum maiori & minori difficultate operatur pro diuerſitate temporum, & occaſionum.

4. Concluſ. Dico quarto in virtute non ſunt ponendæ diuerſæ partes, quarum vna inclinet ad vitanda peccata grauia, & alia ad leuia. Prob. quia eo ipſo quod quis habitualiter vult non lædere in leuibus, vult etiam non lædere in grauibus in quibus maior eſt ratio : imo eo ipſo quod inclinatur ad non lædendum in grauibus,inclinatur ad non lædendum in læuibus,quia eadem eſt ratio , licet minor,ſicut qui inclinatur ad non lædendum in grauiſſimis,inclinatur ad non lædendum in grauib. & qui in leuiſſimis ad non lædendum in leuibus , alioqui variato quolibet gradu grauitatis,vel læuitatis ponenda eſſet alia pars virtutis,& ſimiliter vitij oppoſiti , quod eſt abſurdum : ergo idem habitus ſecundum eandem partem inclinat ad vitanda furta grauia, & leuia, & p voluntatẽ furandi, ſiue parua , ſiue magna,deſtruetur aut minuetur,quod ſi quis eſt promptior ad vitanda furta grauia, quam ad leuia nõ id prouenit, quia vna pars habitus ſit ad furta leuia alia ad grauia, ſed quia conſpicit eſſe maiorem rationem vitandi furta grauia quã leuia, & ideo potentia & habitus magis inclinant ad vitanda grauia, quam ad vitanda leuia.

176. *5. Concluſ.* Dico.5. non ſunt diuerſæ partes in virtute ad actus efficaces,& ad actus ſimplicis complacentiæ,ſiue ſermo ſit de ſimplici complacentia,quæ eſt amor, ſiue de ea quæ eſt delectatio, quilibet enim habitus ordine quodã inclinat ad amorem,deſiderium & delectationem obiecti, ſiue loquamur de delectatione obiecti,quod iudicatur obtentum,ſiue de delectatione obiecti, quod non iudicatur, ſed tantum apprehenditur obtẽtum. Vnde ſi quis ſimul velit non fornicari,& delectetur in fornicatione apprehenſa quaſi obtẽta, vel prior actus producet aut intendet habitũ caſtitatis, & poſterior habitum luxuriæ nihil auferẽdo de habitu caſtitatis, eo quod in ſubiecto eſt capacitas ad habendum vtrumque habitum, vel,quod verius iudico, actus efficax generabit,vel intendet ſuum habitum, & impediet generationem aut intenſionem contrarij,niſi forte tanta eſſet intenſio actus inefficacis, vt æquiualeret, vel præualeret efficacitati alterius actus:tunc enim vel generaret ſuum habitu vel impediret contrarium, vel mutuo ſe impedirent, & nullus habitus generaretur, nec intenderetur.

177. *6. Concluſ.* *D*ico.6. in habitu vitij non generantur diuerſæ partes habitus ex eo quod actus ipſi repugnent virtutibus diuerſis. Hæc eſt contra aliquos,qui licet negent,omnes partes extenſiuas in virtutibus,ponunt tamen eas in vitijs quando actus habẽtes idem obiectum formale ſeu motiuum,aduerſantur diuerſis virtutibus,vt ſi quis ex amore pecuniæ velit vnum furtum ſacrilegum,& aliud non ſacrilegum, produci putant duas partes vitij iniuſtitiæ, quoniam vno actu excluderetur religio altero vero ſola iuſtitia commutatiua.Sed hoc ridiculum eſt, quoniam actus contrarius religioni & iuſtitiæ produceret duos habitus ſpecie diuerſos quorum vnus excluderet religionem,alter iuſtitiam cõmutatiuam. Dices eſt vnicum motiuum, & eiuſdem rationis cum eo, quod habet voluntas furti non ſacrilegi, ergo vnicus habitus generatur, nimirum iniuſtitiæ,ſicut per voluntatem furti non ſacrilegi.R. ad generationem vitiorum nihil refert motiuum actus,quia non ex illa ſumit ſpeciem vitium,ſed ſolum attendi repugnãtiam

ad ra-

Digitized by Google

ad rationem in materia talis, vel talis virtutis quia inde vitium ſpecificatut in genere autē virtutis attenditur motiuum, quia virtus ex motiuo ſpeciem ſumit. Dices, actus, quo volo furtum, quando eſt ſacrilegum, & quando nō eſt ſacrilegum, eſt eiuſdem ſpeciei in eſſe naturæ, quia habet idem obiectum materiale & formale: ergo ſi in ſecundo caſu tantum generat habitum iniuſtitiæ; ſimiliter in primo. Reſp. licet ſit eiuſdem ſpeciei in eſſe naturæ, tamen propter diuerſitatem, quam habet in genete moris, poteſt alium effectum etiam phyſicum habere, alioqui per ſacrilegia non redderetur quis promptus ad committenda ſacrilegia, ſed ſimpliciter ad furta, quod non videtur admittendum. Sicut ergo virtus nullas habet partes extenſiuas, ita & vitium, quia eadem eſt ratio. Vnde male etiam quidam docent, in vitio vnam eſſe partem, quæ incline t ad peccandum ſcienter, alia ad peccandū ignoranter: ſed idem ſecundum idem inclinar ad vtrumq. modum peccandi, maxime cum nemo peccet ex ignorantia, niſi quatenus in omiſſione debitæ diligentiæ aliquando præuidit, forte aut certe eſſe violandum præceptum talis, vel talis virtutis, & ſic licet non peccet ex ſcientia præſenti, tamen peccat ex ſcientia præcedenti, & ſciens ac prudens aduerſatur regulæ talis, vel talis virtutis.

178. Hinc falſum quoq. eſt, quod nonnulli fingunt, ſiquis vtilitatem anteponeret religioni, iuſtitiæ, miſericordiæ, &c. vnicum tantum habitum eſſe generādum, & vnicam partem illius: æquiualentem tamen pluribus partibus, quæ generarentur per varios actus, quorum vnus vtilitatem anteponeret rectitudini religionis, ali⁹ rectitudini iuſtitię, &c. Sane enim generarentur illo actu plures habitus diuerſi ſpecie irreligionis, iniuſtitiæ, &c. eodē modo ac ſi eſſent diuerſi actus, quibus vtilitas pecunię anteponeretur diuerſarum virtutum obligationibus, ſeu præceptis: & nullus illorū habituum inclinaret ad amandum pecuniam propter ſe aut propter aliquod motiuum determinatum, ſed ad repugnandum præceptis talis, vel talis virtutis, ſiue ex illo, ſiue ex alio motiuo, quia vero auaritia inclinat ad habendam pecuniam inordinate, & ex amore inordinato pecuniæ violantur leges iuſtitiæ, religionis, &c. conſequenter habitus auaritiæ inclinat ad actus iniuſtitię, & irreligionis: idéq. contingit in alijs vitijs, quod vnum indirecte, & conſecutiue inclinet ad actus alterius, & ſicut vno actu in eſſe naturæ generantur plura vitia, ita plura vitia poterunt ſimul elicere eundem actum in eſſe naturæ, vt voluntatem furandi res ſacras, qui actus pertinet ad iniuſtitiam, & irreligionem.

Ex huius dubij reſolutione patet, habitum genitum ex actu verſante circa vnū materiale obiectum, ex ſe inclinare, & ex ſe reddere æque promptum ad omnia, quæ æque participent rationē formalē talis habitus, ſecus ſi nō æque participāt: ſecus etiā ꝑ accidēs, ſicut habitus dilectionis naturalis Petri ꝓpter Deum poteſt me reddere promptiorē ad amandum illum, quam alios, à quibus minora acceperim, vel ſperem beneficia etc. Nec eſt inconueniens, habitum eſſe maioris latitudinis obiectiuæ, quam actum, ex quo genitus eſt, quia propter ſimilitudinem in ratione aliqua eodem modo inclinat ad obiecta ſimilia, quo inclinat ad obiectum actus, ex quo genitus fuit, vnde vniuerſalior eſt tali actu.

SECTIO. XV.

An peccatum expellat Phyſice gratiā alioſq. habitus infuſos, qui amiſſa gratia amittūtur.

QVOD peccatum mortale gratiā & charitatē excludat, nō dubitamus, quia definitum eſt in Trid. ſeſs. 6. can. 27. & docet D. Thom. 179.
hac q. 71. a. 4. Bona. 3. d. 36. quæſ. 4. ad quoddam arg. Chryſoſt. Epheſ. 4. ſer. 9. paullo ante exhortationem moralem. Auguſt. epiſtol. 29. ad Hieron. in id Iacobi. 2. qui offenderit in vno, factus eſt omnium reus: verſus finem, vbi id ꝓbat ex prædictis verbis Iacobi, & quia omne peccatum mortale eſt contra præceptum, & in violatione omnis præcepti violatur charitas: de hoc etiam dixi tracta. de virtu. & 2. 2. q. 29. ar. vltim. Definitur etiam in Trid. ſeſs. 6. can. 28. fidem non quolibet peccato m. amitti, & ſumitur ex 1. Corinth. 13. ſi habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil ſum. Vbi licet nomine fidei intelligeremus fiduciam, nihil propoſito obeſſet, quia in fiducia includitur, vel neceſſario ſupponitur fides. Vnde Petrus negando Chriſtum, charitatem amiſit, ſed nō fidem, vt patet Luc. 22. ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua, de hoc plura. 2. 2. quæſt. 4. ar. 3. & 4. De ſpe etiam, quod non deſtruitur quolibet peccato mortali, colligunt aliqui ex Trid. ſeſs. 6. cap. 5. & ſeſs. 14. vbi inter diſpoſitiones antecedentes iuſtificationem ponitur ſpes. Sed ibi ſermo eſt de actu. Probanda res melius. 2. 2. q. 17. verum eſt, fidem & ſpem in peccatore non manere in perfecto ſtatu virtutum vt dictum eſt, tract. de virtutibus, & docet D. Tho. hac quæſt. 23. Aug. pſ. 31. Greg. hom. 27. in euang. Bernar. ſer. 2. de reſurrect.

Digitized by Google

ſurrectione, Ambroſ.ep.64. & 74. Proſp. lib.3. de vita contempla. cap.13. colligitur ex 1. Corin. 13. ſi habuero omnem fidem, etc. Charitatem autem non habuero nihil ſum, & Iacobi 2. fides ſine operibus mortua eſt. Sed omni peccato mortali deſtrui omnes virtutes morales infuſas, etiam quoad ſubſtantiam. Dixi tractat. de virtuti. cum D.Tho. quæſt.65. art.2. vbi omnes recentiores. Neque hic dubitamus, an actus charitatis, & peccatum mortale ſint vere, proprie & phyſice contraria, cō ſtat enim quando habent obiecta contrarie, vel contradictorie oppoſita, vel ſaltem incompatibilia, habere phyſicam contrarietatem & repugnantiam, vt velle ieiunare, & comedere, ſicut in intellectu repugnant aſſenſus propoſitionem contradictoriarum, vel incompatibilium, ſi earum oppoſitio contrarietas, vel incomptibilitas nota ſit, ſecus ſi ignota, & eodem modo in voluntate poſſunt eſſe volitiones abſolutæ obiectorum incompatibilium, quando eorum incompatibilitas ignoratur. Sic poſſum ex charitate, & propter Deum velle ſeruare omnia mandata & nolle ſeruare hoc, quia puto non eſſe mandatum, quæ ignorantia quamuis antea eſſet culpabilis: tamen hoc ipſo actu fortaſſe reddetur inculpabilis, & ita non erit mort. peccatum cum illo actu, de qua fuſius dixi alibi.

1. Opinio. His ſuppoſitis, in præſenti controuerſia Opinionem affirmantem tenet Azor to.1. lib.4.c. 24.q.4. Vazq. diſp.92.cap.2. Zumel q. 113. art.2. diſp.3.& 4. Medina eodem art. ait peccatum, & gratiam non ſolum opponi ex lege & ſtatuto diuino, ſed etiam ex natura rei. Idē Vict. ibi.& 2.2. quæſ.24.ar.1. vbi expreſſius id tenet Aragon in dubio circa 5. concluſionem: idéq. videtur tenere Bañes, ibi, & D. Tho. de virtutibus in cōmuni ar.11.ad.4.& 2.2.q.24.ar.10.& ar.12. in corpore, & ad.4. quibus locis ait, peccatum non ſolum meritorie, ſed etiam effectiue deſtruere charitatem, quomodo etiam loquitur Caietanus eiſdem ar.& 1.2. quæſ.113. a.2.dub.1. Val.2.2. diſp.3.q.2.punct.4.§. ſed cum ſit certum. Ledeſma.1.4.quæſt.27.ar.1. Viguer. cap.1.§ 3.verſ.16.& cap.12.§. 1.verſ. 1. & 2 Soto. 4.d.15.quæſt.1.ar.2. ad finem, idem inſinuat. 2. naturæ cap.18 dicens, peccatum, & charitatē opponi, vt amicitiam & inimicitiam, item gratiam ex diametro opponi peccato, atque adeo formaliter, & per modum contrarietatis ipſum expellere, ſed male id tribuit D. Tho.1.2.quæſt. 113 artic 2. nam ſolum ait, peccato tolli gratiam, de modo autem nihil. Fauet Paludan.3. diſtinct 28. quæſtio.3. artic. 3. vbi defendit, mortale non ſolum meritorie, ſed etiam effectue deſtruere charitatem, licet oppoſitum defendat ar.4.

Si dicas D.Tho. & alios dicentes deſtruere effectiue charitatem, loqui de efficacia morali, contra quia tota efficacia moralis, quæ hic poteſt intelligi, conſiſtit in ratione meriti, non enim hic reperitur conſilium, vel præceptum: ergo cum illi ponant efficientiam vltra meritum, explicandi ſunt de efficientia Phyſica. Hāc opinionem probat Vazquez, quia peccatum ex natura rei ita opponitur gratiæ & charitati, vt nec de potentia abſoluta eſſe poſſit cum illis, quod prohaturū ſe dicit in materia de gratia: ergo deſtruit Phyſice gratiam.

2. Et cōmunior opinio eſt, peccatum non deſtruere Phyſice huiuſmodi habitus, ſed moraliter per modum meriti, & diſpoſitionis ad deſtructionem, impedimenti vero, & indiſpoſitionis ad conſeruationem ipſorum. Hāc veram putat Conra. hac q. 71. art.4. & quæſt. 113.ar.2. & 4. Richar.3.diſt.31. ar.1.q.1.& diſt. 39. ar.1. quæſt.1.& 1.diſt 17.a.2.q.1.& 3. vbi indicat Bonauen.q.1.§. ad ſolutionem. Maior. quæſt. 9. idem Flauius.2.d.35. fine, Scotus.2. diſtin.37. §. ex iſta ſolutione in fine, & 3. diſt. 23. quæſt. 1. ad arg.& 4. d. 15. quæſt.1. a.2. non longe à fine, & 4. d.16: quæſt. 2 § reſpondeo, & Adam 2. d.1.quæſt.10. Aliacens 1 q.9. ar. 5. Gregor. d. 17. quæſt. 1. Gabriel q 4. ar 3. dub. 3. prop. 3. & 3. diſt.23. quæſt.2. ar.3. dubio.2.& q.1. ar.3 dub. 6.& 2.diſt.35.q.1.ar. 1.concl.3. Duran.1. diſt. 17. quæſt.10.num.4.& 15. & 3. diſt.31. quæſt. 1. nu. 6. Henriq.quodl.5.quæſt.23. Almai.2.mor.ca. 13. & 2. moralium, ca.5. Bonauen.3. d.31. art.1. quæſt.1.& d.39 q.1. & 2. Holcot. 1. quæſt. 3. ad replicam.13. argum. principalis. idem de habitu gratiæ docet Sotus.4. diſt.15. quæſt.1. art. 2. ad finem, licet ibidem, & 2. naturæ. cap.18. de habitu charitatis oppoſitum docere videatur, vt retulimus. vide Zumelem, quæſt. 113. art 2. qu.3.& 4. hanc etiam ſententiam tenet Ocham quodlib.3. q.7. Herrera.2. ſent. diſput. 29.q.12. & 13. 180. 2. Opinio.

Pro explicatione. Dico.1. peccatum, & gratia ſeu charitas non opponuntur contrarie Phyſice, & proprie. prob.1. quia contraria ſunt in eodem ſubiecto immediate, ſed gratia eſt in anima: peccatum actuale in voluntate: ergo, 2. Actus, & habitus non contrariantur directe, proprie, & formaliter, vt D.Tho. 2. 2. q. 24. ar.12.& q. vnica de charitate ar.13, ſed gratia eſt habitus: peccatū actus: ergo. Conf. quia peccatū habituale ſeu vitium nō cōtrariatur gratiæ: vnde poſſunt eſſe ſimul in gradib. intēſis: ergo multo minus peccatū actuale, & gratia. Tertio, quia alias gratia, & charitas, etc. haberent cōtraria infinita ſpecie differētia, nā peccata mortalia ſm ſpeciem poſſunt in infinitū multiplicari, cōſequens autem videtur abſurdū: ergo. Conf. quia huiuſmodi habitus infuſi ſunt valde diuerſi: ergo non habent idem 181. 1. Concluſ.

con-

contrariũ,ſcilicet,quodcunq. peccatũ mortale.¶4.Non magis contrariatur gratiæ peccatũ omiſſionis,quã cõmiſſionis, ſed peccatum omiſſionis non contrariatur illi Phyſice nec illã Phyſice excludit vt fatetur Valentia: ergo nec peccatum comiſſionis. ¶5. Veniale & mortale ſæpe ſunt eiuſdem ſpeciei in eſſe naturæ imo & moris,ſed veniale non contrariatur gratiæ cũ ex natura rei poſſit eſſe cum illa etiã in gradu intẽſo:ergo nec mortale. Cõf.2. quia cõtraria,quæ nõ ſunt actus vitales,poſſunt eſſe ſimul in gradib. remiſſis & nõ in intenſis, ſed peccatũ,& gratia eãdẽ incõpatiblitatẽ habent in gradib.remiſſis, & intẽſis:ergo non ſunt vere & Phyſice contraria. Cõf.3. peccatũ m.& actus bonus ſeu indifferens poſſunt eſſe eiuſdẽ ſpeciei in eſſe natuæ, imo idẽ actus numero in eſſe naturæ põt trãſire de bono in malũ,& ècõtra,vt cum quis in ſomno, vel amentia,vel ignorantia aut inaduertẽtia inuincibili voluit occidere hominẽ,& poſtea continuat in vigilia de ſobrietate, & ſanitate mentis,& aduertẽtia,ſed actus bonus, vel indifferens,Phyſice,& vere non cõtrariatur gratiæ:ergo nec malus.

6.Peccatum non eſt contrariũ gratiæ ratione ſolius materialis, ſic enim etiã ſecluſa malitia excluderet gratiã, nec ratione formalis, quia formale peccati eſt priuatio,non gratiæ, ſed alterius bonitatis, & licet eſſe priuatio gratiæ,nõ vere cõtrariaretur illi:ergo.¶7.Probant aliqui,quia cõtraria debent eſſe eiuſdẽ ordinis:peccatũ autẽ & gratia ſunt diuerſi:ordinis:ergo.Sed maior patitur inſtãtiã in actib. naturalib.& ſupnaturalib. vnde melius prob. quia res,quæ ſunt omnino ordinis ſupnaturalis,ita vt nec partialiter poſſint ꝓduci à creatura videntur,tam excellentes, vt à ſolo *Deo* poſſint corrumpi,& ita Scot. Gabr. & Almai. ſupr.ex eo quod gratia à ſolo Deo poteſt produci colligunt à ſolo *Deo* poſſe corrumpi.

182. *2. Concluſ.* Dico.2.peccatũ proprie & Phyſice non deſtruit effectiue gratiã, ita Vazq. ſupra prob. 1. ratione modo facta. 2.Quia vltima diſpoſitio ad excluſionem formæ non deſtruit effectiue formã,maxime ſi ea diſpoſitio ſit tm̃ moralis: huiuſmodi eſt peccatũ ad excluſionẽ gratiæ: ergo. 3.Quod non attingit effectiue vltimam diſpoſitionẽ ad excluſionẽ formæ, non attingit effectiue ipſam excluſionẽ:ſed peccatũ nõ attingit effectiue vltimã diſpoſitionẽ ad excluſionẽ gratiæ, alias attingeret ſe ipſum, nã peccatũ eſt vltima diſpoſitio ad expulſionem gratiæ,vt ait D.Th.q.vni.de charitate.4.Actus nõ expellit effectiue habitũ,niſi ꝓducat.l.valeat producere oppoſitũ, ſed peccatũ nequit ꝓducere habitũ oppoſitũ gratię ia enim vidim° habitũ vitioſũ, quẽ poteſt ꝓducere nõ opponi gratię:ergo.5.Si deſtrueret,maxime ratione contrarietatis:hoc non:ergo.Minor prob. quia nõ ſunt cõtraria vt vidimus.Pręterea nõ ſunt actiua; gratia enim non eſt per ſe actiua imo nec peccatũ,& licet eſſẽt actiua,nõ ſe excluderent effectiue ab eodẽ ſubiecto, ſed formaliter,vt calor & frigiditas:ergo. Cõfr.nam D.Tho.q.85.a.1.ad 4.ait, accidens nõ agere in propriũ ſubiectũ ad deſtructionẽ formę oppoſitæ;ideo illã non deſtruere effectiue,ſed formaliter,& q.de charitate,a. 12. & 13. charitatẽ nõ excludi à peccato,ſicut ab agẽte, ſed ſicut à contrario.6.Actus eiuſdẽ rationis in genere naturæ eandẽ habent actiuitatẽ, ſed veniale eſt eiuſdẽ rationis in genere naturæ, imo & moris cũ mortali, & non deſtruit effectiue gratiã:ergo nec mortale. Conf.quia eadẽ volitio in eſſe naturæ põt tranſire ã bona in malã,ſed cũ bona eſt,nõ deſtruit effectiue Phyſice gratiã:ergo, nec cũ ſit mala. Idem arg. ſit ſi veniale tranſeat in mortale. 7. Actus, & pura omiſſio eodẽ modo deſtruunt gratiam, ſed pura omiſſio tm̃ deſtruit gratiam moraliter: ergo, & actus. 8. Quia D. Tho. Ariſt.9.ethic. cap. 1. ait, virtutem, quæ ex actu aliquo corrumpitur à contrario generari, ſed charitas ab actu bono non generatur: ergo, nec à contrario corrumpitur. Vide alia pro hac ſententia apud Azor,tom.1.lib. cap. 24. quæſtio.4.

Dico.3. neq. homo ipſe deſtruit effectiue gratiam aut charitatẽ, quia nec producendo aliquid cõtrarium gratiæ,nec ponendo Phyſicũ impedimentum,peccatum enim non eſt impedimentum Phyſicũ gratiæ, ſed motale. 183. *3. Concluſ.*

Ad fundamentũ cõtrariæ opinionis. R. licet forte habitus gratiæ, & charitas nec de potentia abſoluta poſſet eſſe cum ſolo peccato mortali habituali, quia videtur ſufficere ad eius deſtructionẽ quandiu non cõſeruatur ꝑ peccatum actuale,tñ virtutes morales infuſæ poſſũt eſſe in anima cũ peccato habituali, qꝛ nõ ſufficiũt ad eius deletionẽ,& deſtructionẽ. item habitus gratiæ, & charitas, cum peccato actuali eſſe poſſunt de potentia abſoluta, quia ex natura rei nullam cum eo habẽt oppoſitionẽ,& licet eſſent cõtrarię,poſſent eſſe ſimul de potentia abſoluta: ſicut Vazq. diſp. 91.c.4.putat, peccata infidelitatis, & deſperationis ex natura rei opponi habitib. fidei, & ſpei infuſæ,poſſe tñ de potentia abſoluta eſſe ſimul cũ illis,etiã in gradib. intenſis, et ſane nõ video cur ex natura rei maior ſit oppoſitio inter mortale actuale, et gratiam, quam inter peccata infidelitatis,et deſperationis,et habitus fidei ac ſpe infuſæ, tota ergo hæc oppoſitio eſt moralis. 184.

Ad D.Tho.et alios(in quibus eſt Anton.4. p.tit.6.c.2. §.6.)aſſerentes peccatũ non ſolum meritorie, ſed etiã effectiue deſtruere charitatem 185.

tatem. R. intelligi de efficientia morali; nam
impedimentum, & diſpoſitio moralis dicitur
moraliter efficere, vt docet Palud. 2. d 28. q.3.
a.3. ſic explicans p.m. effectiue corrumpi cha-
ritaté: differt autem efficientia moralis à me-
rito, quantũ ad præſens attinet, quod meritũ
carendi charitate ex vi cauſalitatis meritoriæ
nõ infert ſtatim priuationé ipſius, non enim
ſemp merces merito ſtatim redditur, at vero
impedimentũ, & indiſpoſitio moralis ſtatim
habet effectum: peccatum ergo quatenus mo
uet Deum, vt aliqñ auferat charitaté, dicitur
eá deſtruere meritorie, quatenus vero pręſtat
vt reipſa eá ſtatim auferat, dicitur impedimé-
tũ, & indiſpoſitio moralis ad charitaté, & cau
ſa moraliter efficiens eius deſtructioné, ſicut
etiam peccata infidelitatis, & deſperationis
ſunt impepimenta, & indiſpoſitiones mora-
les ad fidé & ſpem infuſam: quas ideo effecti-
ue moraliter, & non tãtum meritorie corrũ-
pit: odium vero Dei, & alia peccata mor. illas
deſtruunt meritorie, & nõ effectiue morali-
ter, quia non ſunt impediméta, & indiſpoſi-
tiones morales, cũ non ſit indecés, ſed potius
expediens in infidelib. manere, vt reuera ma
nent iuxta Trident. ſeſs.6.c.15.& c.18. definiés
ſolo peccato infidelitatis fidem amitti, licet
Vazq. illo c.4. aduertat ex hoc loco non eui-
denter colligi ſola infidelitate amitti habitũ
fidei, ſed ſtatum fidei, ná cum non ſit certum
de fide, ſed probabilius, dari habitus virtutũ
infuſarũ, non definit cõciliũ ſola infidelitate
186. amitti habitum fidei, ſed ſtatũ. Sed adhuc cõ-
tra noſtrá reſolutioné arguitur, quia peccatũ
ex natura ſua reddit hominé dignũ priuatiõe
gloriæ: gratia autem dignũ gloria: ergo ex na
tura rei habent oppoſitioné, & nequeunt eſſe
ſimul: alioqui naturaliter poſſet quis ſimul eſ
ſe dignus gloria, & priuatione gloriæ. R. gra-
tiá reddere naturaliter dignũ gloria eum, qui
non habuerit peccatũ, nõ vero ſimpliciter, &
ideo ex natura ſua non excludere peccatũ, ſi-
cut filiatio legitima in humanis reddit dignũ
hæreditate paterna eum qui alioqui propter
peccata ſua non eſt ea indignus, etc. Sicut au-
tem diximus, peccatum m. nullá habere Phy-
ſicá oppoſitionem cum gratia, & charitate,
ita dicimus de hæreſi, & deſperatinne non ha
bere phyſicá oppoſitionem cum fide, ſpe in-
fuſis, quia eædem fere ſunt rationes, & ita te-
nent Almain. 2. mor. c.5. Ochã quodlib. 3. q 7.
Henric. quodlib 5. q.23. Duran.1.d.17.q.10.n.15.
Gab.q.4.a.3.dub.3.prop.3.& 2.d.35.q.1.a.1. con.
5. Contra quos tamen tenet Azor, to.1.lib.4.c.
24 quæſt.6. vbi docet, ſiue efficienter hæreſis
corrumpat fidem, ſiue non, tñ naturalem re-
pugnantiá habere: quamuis de potentia abſo
luta poſſent eſſe ſimul, quia cõtraria poſſunt
eſſe ſimul de potentia abſoluta: fatetur tñ ha-
bitũ hæreſis, & habitũ fidei nõ eſſe cõtrarios.
Ex dictis collige, falſo Zumel, q.71.ar.4. do- 187.
cuiſſe peccatum m. Phyſice effectiue deſtrue- *Corol.*
re gratiam & charitatem, & virtutes morales
infuſas: ratio eius eſt, quia gratia & charitas
ex natura rei conſtituunt hominem conſor-
tem diuinæ naturæ & amicum Dei: amicitia
autem ex natura rei per grauem iniuriam diſ
ſoluitur, qua diſſoluta neceſſe eſt deſtrui vir-
tutes morales infuſas, quæ ex natura rei à gra
tia, & charitate veluti paſſiones pédent: ergo.
Probabile tñ putat Zumel oppoſitum de mo-
ralibus infuſis, quia earum connexio cum gra
tia & charitate non eſt Phyſica, ſed moralis,
& ita tenet Azor to.1.lib.4 c.24.q.5. Idem ve-
ro ſentio de charitate & gratia, quia etiam ha
rum inter ſe cõnexio moralis tãtum eſt. Vnde
etiam ſi peccatum mortale ex natura rei v-
nam deſtrueret, nõ ſequeretur, eodem modo
deſtruere aliam. Veritas autem eſt, neutram
ſic deſtruere. Neque ex eo quod aliquis per
peccatum m. mereatur amittere gratiam, quæ
eſt fundamétum diuini amoris erga ipſum. I.
charitatem, qua redditur promptus, & potens
ad diligendum Deum, ſequitur mortale pec-
catum deſtruere Phyſice gratiam & charita-
tatem, ſed moraliter, & licet deſtrueret Phy-
ſice, potius eſſet dicendam deſtrueret forma-
liter, vel diſpoſitiue, quá effectiue. Falſo etiá
ibi ait Zamel, actum bonum non poſſe eſſe ſi-
mul cum malo quantumuis diſparato. Sed cõ
tra quia plures actus etiam non ſubordinati
poſſunt eſſe ſimul, ſi non ſunt contrarij, item
quia actus bonus, & malus interdum ſunt ſub
ordinati, vt bona intentio, & mala electio: er-
go poſſunt eſſe ſimul. Recte tñ docet venia-
lia ex genere, ex leuitate materiæ, vel indeli-
beratione poſſe minuere & funditus deſtrue-
re virtutes contrarias producendo habitus
proprios.

SECTIO. XVI.
An vitium & peccatum ſit contra na turam.

D Tho.q.71.ar. 2. de vitio affirmat: 188
ꝙ etiam de peccato dicédũ eſt,
ná ſi habitus eſt cõtra naturá: er-
go, & actus: idem ſentit q 94.ar.
3.ad.2. Dionyſ.4.c. diuinorum nominum *Da-*
maſcen.2.fidei cap.4.& 30. Auguſtinus. 11. ci-
uitatis, cap.17.& lib.12.cap.1.& lib.14. per mul
ta capita in Enchirid. ca.11.3. de libero arbitr.
cap. 13.14 & 18. Alens, 2.par. quæſt.100. memb.
8 ar.3.& 4. Parisien. tracta. de vitijs & pecca-
tis initio. Dur.2.diſt.38.quæſt.1. ar.2. Ægidius
diſt 35.quæſt.1.ar.2. in qua.d. ſub nomine cor-
ruptio

Digitized by Google

corruptionis numeri, ſpeciei, & ordinis idem
docet Magiſter, & Bona. q. 1. ar. 1. & 2. Richar.
ar. 2. q. 1. & 2. idem docet Plato lib. 31. ſcilicet
Dialogo. 10. de Repub. poſt medium Socra-
tes, & ſtoici apud Viues. 11. ciuit. cap. 17. Ariſt.
6. ethic. c. 13. & lib. 2. c. 1. & Cicero infra referē-
dus, & colligitur ex ſacris litteris in quibus
peccatum appellatur nomine veneni, morbi,
plagæ, & mortis. Eccleſ. 21. quaſi à facie colu-
bri fuge peccatum, dentes eius, dentes leonis
interficientes animas hominum. Romphæa
bis acuta omnis iniquitas, & plagæ illius non
eſt ſanitas, vel vt habent Biblia Sixti V. & Cle
men. 8 quaſi à facie colubri fuge peccata, &
ſi acceſſeris ad illa, ſuſcipient te dentes leo-
nis, dentes eius dentes leonis, &c. & Sap. 16.
vulgata Sixti habet, homo per malitiam occi
dit, alia autem biblia. Homo per malitiam
occidit animam ſuam, & Paulus in illis ver-
bis Rom. 7. quod enim operor, non intellign:
non enim quod volo bonum, hoc ago, ſed
quod odi malum, illud facio, ſi autem quod
nolo, illud facio, deſeruio legi, quoniam bo-
na eſt. Nunc autem iam non ego operor il-
lud, ſed quod habitat in me peccatum. Satis
inſinuat peccatum eſſe contra naturam, cum
non niſi ex ignorantia ſeu inconſideratione
aliqua committatur, & ſemper ſit aliqua ra-
tione inuoluntarium, præſertim quando ex
violentia alicuius paſſionis, & tentationis
perpetratur: ſit etiam contra inclinationem
mentis ſeruandi legē. fauēt explicatiō Chry-
ſoſtomi eo loco: & patres, qui ſæpe peccatum
appellant mortem, venenum, &c. & Ariſtot.
7. ethic. cap. 1. & 8. & Cicero. 4. Tuſculana vi-
tium appellantes morbum. Clarum autem
eſt id quod docent Alens. & D. Tho. ſupra, vi-
tium non eſſe proprie contrariū naturæ, quia
vnum contrarium non eſt in alio, vt in ſub-
iecto. Item non eſſe cōtrarium, quia deſtruat
diſpoſitionem neceſſariam ad conſeruatio-
nem naturæ, vt calor ignis eſt contrarius a-
quæ. D. Tho. q. 71. ar. 2. ad. 1. & 2. Quomodo
autem, & qua ratione dicatur contrariū natu
ræ. Explicat Sotus. 1. naturæ cap. 3. Victor. re-
lectione de homicidio nume. 2. Herrera in-
fra, & alij communiter, quia vitium eſt con-
tra inclinationem naturalem, Vazquez diſ-
put. 90. cap. 2. explicat, vitium & peccatum
eſſe contra naturam, quia eſt diſſentaneum
naturæ, cui conſentanea eſt virtus etiam
per ſe infuſa. Vnde Auguſtin. 12. ciuit. cap. 1.
ait, cum vitium naturæ angelicæ dicitur non
adhærere Deo, hinc apertiſſime declaratur,
eidem naturæ, vt Deo adhæreat, conuenire,
& loquitur de adhæſione per charitatem, &
lib. de ſpiritu, & lit. c. 28. ſic explicat illud Ro-
man. 2 naturaliter ea quæ legis ſunt faciunt,
id eſt, vt naturæ conuenit: ſic definitio illa tra
dita à D. Tho. quæſt. 55. art. 4. Virtus eſt bo-
na qualitas mentis, & alia tradita, quæſt. 71.
artic. 1. Virtus eſt diſpoſitio alicuius conue-
nienter ſe habentis ſecundum naturam, com
petunt etiam virtuti infuſæ.

*D*ico tamen vitium varijs rationibus eſſe
contra naturam. 1. quia actus ipſius eſt con- 189.
tra dictamen rationis naturalis, vt docet A- *Author.*
zor, tom. 1. lib. 4. cap. 1. quæſt. 3. Herrer. 1. diſ-
put. 29. quæſt. 7. Vazquez ſupra cap. 3. *D.* Tho.
Duran. & omnes. Colligitur ex Auguſtin. &
Dionyſ. ſupra. 2. quia naturæ nocet, vnde Au-
guſt. 3. de liber. arbitr. cap. 13. & 14. ait, nomen
vituperationis à vitio acceptum eſſe, quia res
vituperatur, quādo vitium habet, ſeu id quod
eius naturæ non congruit, & 11. de ciuit. c. 17.
*Vitium contra naturam eſt, vt non poſſit niſi nocere
natura, non itaque eſſet vitium recedere à Deo, niſi
natura, cuius id vitium eſt, potius competeret eſſe
cum Deo, &c.* & 12. de ciuitate cap. 1. *Omne vi-
tium naturæ nocet, ac per hoc contra naturam eſt.*
Si petas, qua ratione naturæ noceat. Reſpon.
quia priuat eam aliquibus bonis naturalibus
nempe habitu oppoſito, & promptitudine ad
opus bonum, quæ adeſſet, ſi vitium abeſſet,
& quia interdum re ipſa impedit bonam ope
rationem, aliaque damna inducit, etiam in ſu
pernaturalibus, quæ conſentanea ſunt natu-
ræ, vnde quatenus illa excludit, eſt etiam con
tra naturam, vt recte docet Vazquez ſupra,
Herrera. 2. diſput. 29. quæſt. 7. qui deducit ex
Auguſt. & *D*amaſce. Vnde. 3. vitium eſt con-
tra naturam, quia eſt contra naturalem incli
nationem: inprimis enim cum ad carendum
quocunque malo ſit naturalis inclinatio, du-
bium non eſt, quin habere vitium, quod ma
lum eſt, ſit contra naturalem inclinationem.
Deinde cum ad virtutem acquiſitam ſit na-
turalis inclinatio, & omne vitium oppona-
tur alicui virtuti acquiſitæ, dubitari non po-
teſt, omne vitium eſſe contra naturalem in-
clinationem. Similiter ſi, vt Scotus, & alij mul
ti etiam D. Tho. ſectatores docent, datur na-
turalis inclinatio in natura ad ſupernatura-
les perfectiones, quod verum exiſtimo de in
clinatione naturali quoad ſubſtātiam, licet
non quoadmodum; & aliunde etiam conce-
damus, vitia opponi Phyſice virtutibus infu-
ſis, hac ratione etiam erunt contra naturalē
inclinationem, & ſaltem erunt cōtra natura-
leo inclinationem elicitam, qua vel in gene
re appetimus omnes virtutes, aut perfectio-
nes naturæ, aut etiam in particulari ſuperna-
turales, non ſolum vt quædam perfectiones,
ſed etiam vt ſupernaturales perfectiones
ſunt, ſuppoſita tñ cognitione naturali, vel
ſupernaturali de poteſtate conſequendi eiuſ-
modi perfectiones naturaliter, & ſine vllo
ſupernaturali auxilio poſſumus eas appete-
re,

Digitized by Google

re, & quamuis dubij eſſemus de poteſtate conſequendi ipſas, poſſemus eas naturaliter deſiderare ſub conditione poſsibilitatis, quod non ſolum eſt verum de naturali, vt diſtinguitur contra ſupernaturale, ſed etiam, contra liberum, nam appetitus elicitus harum perfectionem aliquando eſt neceſſarius quo ad ſpecificationem, vt ſi ſolum conſiderentur ſub rationi boni, aliquando etiam quo ad exercitium, vt quando non adeſt de-
190 liberatio.

Deinde cũ peccata per ſe ſint mala, & deteſtabilia, & ratione aliorũ malorũ, quæ Phyſice, vel moraliter effectiue, vel meritorie inducunt: vitia autẽ ſint peccarorum cauſæ; manifeſtũ eſt, vitia eſſe contra naturalẽ inclinationem carendi illis malis, & habendi bona illis oppoſita, & ita licet D. Tho. illo ar.2. in corpore non dicat vitium eſſe contra naturalem inclinationem, tamẽ id ſignificat ad primum dicens, eſſe contra naturam, quia virtus inclinat ad id, quod eſt ſecundum naturam.

Ex quibus etiam patet omnia peccata eſſe contra naturalem inclinationem carendi ipſis & alijs malis, quæ Phyſice, vel moraliter ex peccatis ſequũtur, propter quæ qui diligit iniquitatem, odit animã ſuam. Vnde falſo Medina in calce illius ar.2. docuit, non omnia peccata eſſe contra naturam hominis, ſed ea ſolum, quæ ſunt contra Deum finem naturalem, & contra virtutes acquiſitas, non vero quæ ſunt contra Deum finem ſupernaturalem, & contra uirtutes infuſas. Quod merito reijcitur à Zumel eodem ar. diſp.1. Nam omnia peccata ſunt diſſentanea naturæ rationali, & rationi, auertuntque à Deo, vt fine naturali: ergo ſunt contra naturam. Neque placet quod Zumel ait, aliqua non eſſe contra inclinationem naturalem, ſcilicet quæ ſunt contra virtutes infuſas, & contra finem & legem ſupernaturalem. Nam in hac doctrina ſupponi videtur peccata aliqua opponi Phyſice virtutibus infuſis, quod falſum eſt, & licet verũ eſſet, adhuc illa eſſent cõtra naturalem inclinationem, ſaltem quatenus priuant aliquibus bonis, ad quæ eſt naturalis inclinatio innata, & quatenus repugnant naturali inclinationi elicitæ. Quamuis probabiliter defendi poſſet, non eſſe ſimpliciter contra naturalem inclinationem innatam, quatenus Phyſice, vel moraliter opponuntur virtutibus & donis ſupernaturalibus. Probabile enim eſt ad talia bona non dari ſimpliciter appetitum innatum naturalem, ac proinde carere illis nõ eſſe contra naturalem inclinationem innatam. Alijs tamen rationibus omnia vitia & peccata ſunt contra naturalẽ inclinationẽ, ꝙ ſignificat *D*.Th.q.94. ar.3. dicens in nobis eſſe naturalem inclinationem ad omnes actus virtutum, vt ſtudioſi ſunt. & 2.2. quæſtio 10. art 1. ad primum infidelitatem eſſe contra naturam.

Aduerte.1. licet omnia peccata ſint con-
tra nam modis explicatis, tamen aliqua dici 191
ſpecialiter cõtra naturã, cuiuſmodi ſũt pollu- *Notatio. 1.*
tio, ſodomia & beſtialitas: ſunt enim contra ordinem, & modum neceſſarium ad generationem à natura inſtitutum, & contra modum naturalem, quem bruta ſemper ſeruant, de vide Vazq. diſp.90.c.3. D. Thom. & Caiet. 2.2. quæſt.154. ar.11. & 12. & de malo quæſt.15. ar.1. ad.7. & 1.2. quæſt.94. art.3. ad.2. Soro.1. iuſt. quæſt. 4. ar.3. ad.3. Herrera, & Azor. ſupra, vel quia ſunt contra maximam primariam & perfectam inclinationem naturalem animalis, quæ eſt ad generandum iuxta. Ariſtot.2. animæ cap.4. naturaliſsimum opus viuentiũ eſt ſibi ſimile generare. Quædam etiam peccata videntur maxime contra naturam, quæ à notabili exceſſu, & auiditate dicuntur Beſtialia, vt ſæuitia, crudelitas, & intractabilitas. *De* quibus D.Tho.2.2. q.159. ar.2. in corpore, & ad.2.

Secundo aduerte licet omnia vitia & pec- 192
cata ſint cõtra naturam modis dictis, omnia *Notatio.2.*
tamen eſſe naturalia, quatenus ſolis viribus naturæ fiunt, & quatenus ad illa, non vt mala, ſed vt aliqualiter bona ſunt, eſt naturalis inclinatio in appetitu ſenſitiuo, vel voluntatem. De quo late Herrera. 2. diſp.29. q.8. et 9. Sic poteſt intelligi id Ioan.8. cum loquitur mendaciũ, ex proprijs loquitur, quia mendax eſt, et pater eius. Ideſt loquitur ex inclinatione naturali, quã habet ad mendacium, vt eſt illi aliqua ratione bonum: licet melius explicetur, ex proprijs loquitur, ideſt ex mala conſuetudine, et habitu, quem mentiendo acquiſiuit, nam mendax eſt, ideſt ad mentiendum promptus, et pater eius, ſcilicet mendacij, quia eſt primus eius auctor, et inuentor, ſicut ſæpe in Geneſi inuentor alicuius artis, dicitur eius pater. Ita explicat Auguſt. tractatu 42. in Ioan. et Chryſoſt. hom.53.

Si obijcias, quia in voluntate eſt natura-
lis inclinatio ad bonum: ergo non ad ma- 193
lum illi oppoſitum. Item intellectus, non *Obiectio.*
habet naturalem inclinationem ad errorem, etc. ergo nec voluntas ad peccatum. Propter hæc quidam, quos ſequitur Zumel illa diſput.2 ad 6. et Medina hac quæſtione. 71. articulo. 2. putant, in voluntate non eſſe naturalem inclinationem ad malum, etiam materialiter ſumptum, et ſub aliqua ratione boni naturalis, vtilis, vel delectabilis, ſed hoc euidenter falſum eſt, quia volũtas eſt potentia generalis et vniuer

ſalis naturaliter propenſa in omne bonum, ſaltem naturale, qua parte bonum eſt animæ.vel corpori, vel alijs rebus, quod ſignificat D.Thom. 2.2. quæſtio. 166. artic. 2.ad.3. cum Ariſt.2.eth c.vltimo dicens, natură iocli nare maxime ad vitam, & delectationem car nis,&c.neque eſt inconueniens in eadē potētentia eſſe inclinationes ad oppoſita ſecundum diuerſas rationes, nam eodem modo in in appetitu ſenſitiuo præter inclinationē ad bonū ſenſibile eſt inclinatio ad oppoſitū qua tenus eſt bonum rationis, cui ipſe ſubordinatur, vt docet D.Thom.quæſt.50.artic.3.ad tertium. Victoria relectione de homicidio, nu. 3. Zumel diſput.citata concl.4. Quomodo autem in appetitu ſenſitiuo, vel voluntate ſit aliqua inclinatio ad malum, ſed ſub ratione boni, late Victoria ibi, Zumel quæſt.71.arti.2. ad ſecundum, & nos Latius in 6. notabili dicemus.

Ad.1.& 2. argument. Ex quo patet ad primum arg. Ad 2. Reſpō. 1.intellectū habere inclinationē ad errorem qua parte eſt bonus, ſcilicet, vt eſt tendentia in id, quod verum apparet; & potentiam generatiuam habere inclinationem ad monſtrum, quatenus bonum eſt generare monſtrum, quando non poteſt generare animal perfectum. Reſpond.2 ad hæc, quia non ſunt vere bona, non poſſe eſſe naturalem inclinationem in natura, ſecus ad peccata, quæ aliquam delectationem, vtilitatemque afferunt.

194. *Notatio.3.* Tertio aduerte, falſo Aleſem.2.pat. quæſ. 100.membro. 8. ar. 3. dixiſſe, peccatum per ſe opponi gratiæ, & per accidens naturæ eo quod deſtructa per peccatum gratia, corrumpuntur conſequenter virtutes, & ſic natura vulneratur. Nam peccatum per ſe, & eſſentialiter priuat rectitudine naturali ſeu conformitate ad legem, & rationem, & ideo excludit gratiam, & virtutes infuſas: ergo per ſe primo opponitur naturæ, ſecundario autem gratiæ.

Not. 4. Quarto. Aduerte, licet omnis creatura ſit naturaliter capax peccati, vt docet D.Thom. 1. part. quæſt. 63. artic. 1. imo natura humana non poſſit in puris natura, nec modo ſine gratia vitare diu omnia peccata mortalia, nec ſine ſpeciali priuilegio omnia venialia vt tractat. de gratia docebimus: tamen adhuc omne peccatum eſſe contra naturam, quia eſt contra rationem, & contra inclinationem naturalem innatam & elicitam, maxime ſi in quocūq. ſtatu poteſt homo viribus naturæ vitare omnia peccata collectiua potentia Phyſica, quamuis non morali: & ſi in puris naturalibus eſt debitum aut poſſibile auxilium ad vitanda omnia collectiue, vt aliqui arbitrantur. Certe mors contra naturam, & inclinationem naturalem eſt, licet ſit naturalis defectus, id eſt, neceſſario conſequens naturam: ergo licet peccatum in communi eſſet defectus naturaliter & neceſſatio conſequens naturam humanam puram, vel nudam, non ideo negandum eſſet, eſſe contra naturam & inclinatio nem naturalem.

Quinto aduerte, ad præſens inſtitutum, non multum referre, quid dicatur in illa quæſtione, quam hic nonnulli mouent, an homini naturale ſit diligere ſe ſupra Deum, ſeu pluſquam Deum; licet enim hoc affirmaretur, ſemper verum eſſet, quod docuimus, vitium & peccatum, quo homo plus ſe amaret, quam Deum, eſſe contra rationem & inclinationem naturalem, nocereque naturæ, etiam in naturalibus. Breuiter tamen explicabo, quid in hoc alij di xerint, & ego ſentiam. 195. *Notatio. 5.*

Prima ſententia fuit, amore naturali plus inclinari hominem ad ſe, quam ad Deum. Gabriel. 1. diſtin. 29. quæſtione vnica. Almaiſod. 3. ſummæ tractatu. 5. cap.3. quæſtione.5. idem dicunt Alexand.2. parte, quæſtione.30. membro.1.articulo.2.ad finem, dum ait amore naturali diligi Deum propter perſonam ipſam diligentem & in ea finem conſtitui. Idem tribuitur Alb.& Bonauenturæ, qui inferius explicabuntur. *1.Opini.*

Suaderi poteſt primo, quia propterea charitas eſt ſupernaturalis, quia præponit Deum omnibus: ergo amare Deum pluſquā ſe ipſum non eſt naturale. *1. Argum.*

Secundo multo facilius poſtponit homo Deum ſuæ vitæ, quam anteponat: ergo naturaliter plus ſe ipſum amat, quam Deum, vnde motibus primo primis, qui maxime indicant inclinationem naturalem, ex eaq. procedunt, magis mouemur ad conſeruationem & commoditates noſtras, quam ad legem Dei. 2.

Tertio, quia naturalius eſt illud, cuius oppoſitum magis repugnat naturæ, ſed aliquis poteſt odiſſe Deum, vt damnati, & nullus poteſt ſe ipſum odiſſe, ſaltem tanta facilitate, & moraliter loquendo, & damnati licet deſiderent non eſſe, tamen non ſe odio habent, quia ideo appetunt non eſſe, quia ſatius ſibi eſſe putant omnino non eſſe, quam miſeros eſſe: ergo naturalior eſt amor ſui ipſius, quam Dei, & maior eſt inclinatio ad amandum ſe, quam ad amādum Deum. 3.

Quarto, quia amabile bonum, vnicuique autem propriū & amicabilia, quę ſunt ad alterum, ſunt ex amicabilibus, quæ ſunt ad ſe, & ami- 4

amicitia fundatur in vnitate quam alij habét ad amanté,vt conſtat ex Ariſto.9.Ethic.c.4.& D.Th.2.2.q.26.art.4.ergo naturaliter magis homo ſeipſum amat, quam aſia etiá Deum, præſertim amore obedientiali, ſeu quo volumus legem eius implere, quia id pertinet ad gloriam & honorem Dei,quidquid ſit de amore,quo volumus Deum eſſe, quia id bonum Dei eſt.

5. Quia experimur, intenſius amari proprium bonum,quam Dei:ergo intenſior inclinatio eſt ad bonum proprium quam ad bonum Dei.

Neq. huic ſententiæ obſtat,quod quidam docent,hominem & angelum naturaliter inclinari ad amandum Deum pluſquamſe.Vt D.Thom.1.par.quæſt.60.articul.5.& de malo quæſt.16.artic.2.in corpore,quod ſatis innuit 2.2.quæſt.26 artic.3.& Caiet. ibi. Idem docet Henric.quodlib.4.q.11.verſus finem.Durand. 3.d.29.quæſt.2.Scotus.3.d.27.quæſt.1.ar.3. Vict. releċt.de homicid.num.10.& merito communem opinionem hanc appellat Palud.3. d. 29. quæſt.1.conſonat Almai.ibi quæſtione.1. poſt 4.concluſione dicens, euidéter demonſtrari, amandum eſſe Deum præ omnibus: tribuitur Gorhifredo quodlib.4.quæſt.6.vide Capreolum.3.d.27. Non inquam obſtat id quod iſti aſſerunt,nam licet concedamus eſſe naturalem inclinationé ad amorem Dei ſuper omnia:fieri poteſt,vt ſit maior inclinatio ad amandum ſe,quam Deum, eo quod voluntas potiſſimum conceditur ad bonum ſubiecti, licet ratio dictet,poſtpoſita hac inclinatione naturali,ſequendam eſſe aliam inclinationé naturalem, licet minorem diligendi Deum ſupra ſe,& ſupra omnia alia,nec hoc eſt naturam inclinare ad malum ſub ratione mali, ſed ſub ratione boni,vt in inclinationibus ad alios actus malos cótingit. Nec eſt peruerſitas vlla ꝗ ſit maior inclinatio ad bonú proprium quam Dei:ſicut nec in appetitu ſenſitiuo eſt peruerſitas magis inclinari ad bonum ſenſibile,quam ad bonum rationis & nullam habere inclinationem ad bonum ſpirituale in ſeipſo,ſed in aliquo naturali proportionali.Nec in voluntate eſt peruerſitas, quádo tenetur poſtponere bonum aliquod proprium alieno,intenſius inclinari ad proprium,licet ſemper ſit malum actu præferre bonum proprium legi Dei,vel rationi. Et inclinatio ad bonum rationis,eſto ſit minor,ſemper debet prævalere.Neque item obſtat, quod ſi Deus nó eſſet,neq.homo eſſet. Adhuc enim poteſt aliquis velle magis ſe permanere,ſi poſſibile eſſet, ſine Deo, quam Deum ſine ipſo, & defendi poſſet,ad Id eſſe maiorem inclinationem,quam ad oppoſitum, & eodem modo in manu eſſe maiorem inclinationem innatam ad ſui conſeruationem deſtructis reliquis, & in homine maiori inclinationem ad beatitudinem propriam quam Dei, & facilius optare propriam beatitudinem, quam diuinam, & difficilius illi eſſe contemnere beatitudinem propriam propter diuinam, quam diuinam propter propriam,ſi hæc ſine illa eſſe poſſet.

Nihilominus probabilius cenſeo, maiorem, & quaſi intenſiorem eſſe inclinationem ad bonum Dei, imo & obedientiam Dei, & legis diuinæ naturalis & poſitiuæ, quam ad bonum proprium.Quod ſane etiam tenent multi ex auctoribus paulo ante citatis.Rationi enim conſentaneum eſt,vt ad id quod ſecundum rationem præferendum eſt, maiorem inclinationem natura conceſſerit, cum igitur ſecundum rationem bonum diuinum præferendum ſit bono creato, & lex Dei omnibus alijs rebus, credendum,maiorem inclinationem naturalem ad id fuiſſe conceſſam. Imo eadem ratione crediderim, maiorem eſſe inclinationem naturalem ad amandum bonum totius politici, ſeu communitatis, quam ad bonum priuatum.Vt autem res hæc intelligatur, & aduerſariorum argumenta diluantur, aduerte, cum dicimus maiorem eſſe inclinationem ad Deum,debere intelligi,ſi cætera, quæ inclinare, adiuuare, vel obſtare poſſunt, paria ſint.Et præſertim cognitio, quæ tamen quia longe clarior et firmior eſſe ſolet circa bonum proprium, quam circa diuinum, magis inclinari ſolemus ad amandum bonum proprium quam diuinum,ſicut lucerna melius applicata,et magis expedita, & quando ſubiectum eſt magis diaphanum,magis illuminat,et hoc voluit Bonau.3.diſtin.29.quæſt. 2.nam quæſt.3.ad quoddam argumentum dixit, naturam corruptam magis inclinari naturaliter ad amorem proprium, quam Dei, ſcilicet ratione ignorantiæ, et paſſionum. 197 2.Op n. Auctoris.

Ad.1.ergo argumentum R. charitaté ſupernaturalem non eſſe neceſſarium ad diligendum Deum ſuper omnia, ſed ad diligendum modo ſupernaturali, et licet daremus, eſſe neceſſariam, hoc non eſſet, quia homo intrinſece ſit magis inclinatus ad ſe,quam ad Deum, ſed quia ad id eſt magis inclinatus ratione ignorantię, et paſſionum,et præſertim hoc eſt verum ſi vitioſi habitus adſint. Ex quibus patet ad.2.& 3. Ad.1.

Ad.4.Reſp. D. Tho.2.2.quæſt.26. art.3. ad primum. illa intelligi de amicitia inter æquales:non de amicitia creaturæ ad Deum, et licet quidquid amatur, ametur, vt bonum amantis, quatenus bonum Dei, vel proximi cenſetur quoque aliquo modo proprium,de quo Ad.2.& 3. Ad.4.

quo vide D. Thom. ibidem ad. 2. tamen maior inclinatio interdũ eſt ad bonũ alienum, quam ad proprium, eo quòd alienum, eſt Dei, vel communitatis, qui præferendi ſunt priuatis perſonis, & ideò natura maiorem inclinationem intrinſecam contulit ad bona illorum, quàm ad proprium.

Ad. 5. ex ſuperioribus etiam patet, id enim non prouenit ex eo quòd inclinatio intrinſeca ad ſẽſibilia intẽſior, aut vehemẽtior ſit, ſed quia magis iuuatur cognitione & paſſionibus, aut etiam prauis habitibus.

198. *Notatio. 6.* 6. Aduerte dubitari nõ poſſe quin in appetitu ſenſitiuo ſit inclinatio naturalis ad amandum malum materialiter ſumptum, idest non ſub ratione mali, ſed ſub aliqua ratione boni, quam ſenſus apprehendat. Hoc enim ita eſſe conſtat ex notabili. 2. & ex Gen. 8. ſenſus & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab adoleſcẽtia ſua. Idem fere dictum fuerat: cap. 6. Idem conſtat ex Galat. 5. caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem, hæc enim ſibi inuicem aduerſantur, & Roma. 7. ſentio aliam legem in mẽbris meis repugnantem legi mentis meæ, & patribus paſſim dicentibus, inteſtinum eſſe bellum inter carnem & ſpiritum. De quo vide Hieronym. & Chryſoſto. Galat. 5. & Auguſtin. Pſal. 118. concione. 4. Ad idem eſt quod de antiquis habitatoribus Paleſthinæ, dicitur Sapien. 12. non ignoramus, quia nequam eſt natio eorum, & naturalis malitia ipſorum: intellige, præ alijs; quoniam in quibuſdam nationibus, vel prouincijs naturales inclinationes ſunt deteriores, quam in alijs propter regionum, vel parentum, vel educationis diuerſitatem, & ita exponit hunc locum D. Thomas. 1. parte quæſt. 63. ar. 4 ad. 2. licet idem & Lyra, atque Ianſen. malitiam dicant, appellari naturalem propter conſuetudinem longam à parentibus traditam, quæ eſt altera natura. Item Trid. ſeſſione. 6. cap. 5. decernit, concupiſcentiam ab Apoſtolo nominari peccatum, quia à peccato eſt, & ad peccatum inclinat, nempe quia inclinat, & facit, vt inclinetur voluntas ad ſenſibilia, quæ ſæpe ſunt contraria rationi & legi Dei, & mala obiectiue. Et ita D. Thom. de malo. quæſt. 16. artic. 2. in corp. & 1. parte quæſt. 63. art. 4. in corpore, & ad. 2. Bellarmin. 5. de gratia cap. 8. Caietan. tomo. 3. opuſcu. 1. oratione. 3. & Pariſien. tractatu de vitijs & peccatis prope initium Soto. 1. de natura & gratia cap. 3. Victo. relect. de homicidio nu. 3. docent, appetitum ſenſitiuum inclinare ad opus diſſonum rationi & malum. Addit Victoria num. 7. & 9. talem inclinationem non eſſe malam, ſcilicet formaliter malitia morali, cum non ſit libera; ſed naturalis, imo nec eſt mala cauſaliter tanquam cauſa ſufficiens, cum ſit ſubiecta & ſubordinata voluntati, & rationi. Perperam ergo Medina, q. 24. in principio, & q. 71. a. 2. docet in appetitu ſenſitiuo, nullã eſſe inclinationẽ ad malũ: ſed omnẽ eius inclinationem eſſe ad bonum, & vt obediat rationi.

Sed obijcies, inclinatio appetitus eſt à Deo: ergo ſi eſt ad malum, Deus inclinat ad malum, & tentat nos, contra id Iacobi. 1. nemo 199.
cum tentatur, dicat, quoniam à Deo tentatur: Deus enim intentator malorum eſt, ipſe autem neminem tentat. Reſpond. Iacobum aperte docuiſſe appetitum ſenſitiuum tentare, & ad malum inclinare, cum protinus ſubiungat. Vnuſquiſque vero tentatur à concupiſcentia ſua abſtractus, & illectus. Nec tamen tẽtatio hæc refunditur in Deum: quoniam eſt præter intentionem Dei, Deus enim non produxit appetitum cum inclinatione ad bonum ſenſibile, vt inclinaret ad illud etiam quando eſt contra rationem, ſed id permiſit, intendit vero vt eo appetitu conſeruaretur animal, & commoda ſua quæreret: agenti autem morali non tribuitur quod licite, & iure ſuo facit, etiam ſi præter intentionem eius aliquod inde damnum reſultet, maxime cũ appetitus ſenſitiuus à Deo productus nec inducat ad malũ ſub ratione, mali nec materialiter attingat aut amet malitiã, nec per ſe inclinat (ſicut de habitu vitioſo dicitur) ad id cui eſt annexa malitia, poſtulando ipſam malitiam tanquam conditionẽ ſine qua ad tale obiectum non inclinaret. Vult ergo Iacobus, Deum non tentare, quia nunquam perſuadet, aut præcipit malum, nec producit inclinationem, quæ per ſe ſit ad malum, ſed per accidens tantum, & hæc eſt in voluntate, & appetitu ſenſitiuo, ſed diuerſimode, quia voluntas ferri poteſt in malitiam amãdo illam in ſe, licet non propter ſe, & fertur in malum cognitum, vt malum à potentia eius directrice, ſcilicet intellectiua: at vero appetitus ſenſitiuus, vt dixi, nunquam fertur in malitiam, nec attingit malum cognitum, vt malum à potentia directrice ipſius, ſcilicet ſenſitiua. Vnde tantũ per accidens attingit malum: ſicut occulus videt dulce, quia videt album cui adiuncta eſt dulcedo. Male ergo aliqui iuniores dicunt, eodem modo voluntatem, & appetitum inclinari ad malum cum hoc ſolo diſcrimine, quòd appetitus frequentius id habet. Licet hoc diſcrimẽ etiam ſit verũ & fortaſſe intentũ à D. Tho. 1. p. q. 63. a. 4. in corpore, quòd quia voluntatis obiectũ eſt bonũ vniuerſale, ſcilicet tã proprium, quam alienũ, præſertim diuinũ, quod ſæpiſſime eſt conſentaneũ rationi, nõ dicitur inclinari naturaliter ad malum ſed potius ad bonum: cũ tñ appetitus ſẽſitiuus dicatur

dicatur inclinare ad malum,quia frequentius id facit: quoniam adæquatum obiectum eius eſt bonum ſenſibile,quod ſæpe eſt rationi aduerſum.

200 Porro quod dicunt.Medina locis citatis & Zumel.q.71.ar.2.diſput.1.concluſione.4. peccatum eſſe contra inclinationem naturalem, quam appetitus ſenſitiuus habet ad obediendum rationi,non intelligas,vt in eo ſit poteſtas, vel inclinatio ad volendam,vel amandam eiuſmodi obedientiam, nam cum à ſenſu non cognoſcatur, non poteſt ab appetitu ſenſitiuo amari, ſed quia in eo eſt appetitus innatus,inclinatio naturalis, ſeu pondus naturę ad ſuam perfectionem:eſt autem eius perfectio verſari circa bonum honeſtum in homine ex imperio rationis,& voluntatis.Et hoc ſufficit vt in appetitu ſenſitiuo ſint virtutes aliquæ,vt docet Ariſtot 3.ethic.D.Tho.q. 50.a.3.& 56.a 4.Valen.diſp.5.quæſt.2 pun.2.& nos late tract.de virtutibus.

Quare autem licet peccatum ſit contra naturalem inclinationem hominis, tamen cōmuniter homines præcipites in peccata ferantur,vide Bellarmin.5.de gratia cap. 8. to.3. & Caietan.in opuſc.tom.3.tract.1. de ſex orationibus Romę habitis,oratione.3.quæ eſt de natura mali.

SECTIO. XVII.

V. Vitium ſit deterius actu vitioſo.

201 D. Tho.q.71.a.3.vbi Caietanus,Contr. Medin.Vazq.& alij illum ſequuntur,& Sotus.4.d.49.q 1.a.2.Capr. eadem d.q 1.a.3. ad argumenta Scoti contra.1.concl & ipſe Scotus.q.1.& 2. Maiot. 3.d.23.q.4.Henr.1.p.ſum.art.37.q.1.ad.1.ait,actū in bonitate & malitia præſtare habitui, vbi quidam putat D.Tho. non docere actum in ſe eſſe meliorem, vel deteriorem habitu, ſed eſſe deteriorem vel meliorem homini: quod putat verum & de mente Ariſtot.9. metaphy.c.10.tex.19.Vbi docet actum in bonitate & malitia præſtare potentiæ,& quod attinet ad bonitatem,probat ille, quia licet potētia ſit in ſe perfectior, cum ſit cauſa, homini tamen melior eſt actus.Vnde D.Tho.q.3.a. 2. beatitudinem hominis non in potentia, ſed in operatione conſtituit, quod vero attinet ad malitiam credit Vazquez eſſe manifeſtū, quis enim non videat, eſſe homini deterius errare vel peccare,quam ad hæc habere habitum vel potentiam, & quantum ad moralem bonitatem, vel malitiam, id confirmat ille ratione ſumpta ex D.Thom. argumento,ſed cōtra,ſcilicet quia habitus non eſt bonus vel malus moraliter proprie,ſed tantum analogice per extrinſecam denominationē ſicut medicina dicitur ſana à ſanitate animalis,cuius eſt cauſa.Addit actum ſupernaturalem eſſe meliorem ſubiecto quā habitus, ſcilicet gratia charitas &c.vt & vnio hypoſtatica eſt melior ſubiecto quā gratia & charitas.

Valentia autem diſput.6.quæſt.1.puncto.2. ait,actum vitioſum eſſe deteriorem habitu, quia eſt perſe peccatum,habitus vero ſolum eſt malus denominatione extrinſeca,vt, ſcilicet,cauſa actus mali.Si obijcias habitum ſtudioſum eſſe meliorem actu ſtudioſo:ergo vitioſus erit deterior actu vitioſo.Reſp. actum ſtudioſum eſſe meliorem habitu, vt videtur dicere D.Th.& Caietanus art.3.& Tullius. 1. de offic.cum ait, virtutis laus omnis in actione conſiſtit,& Aug. de prædeſt.ſanct.ca. 12.& de bono perſeuer.ca.10.& D. Thom. de malo quæſt.2 art.2.ad.9.dicunt,neminē mereri,aut demereri per id quod facere poteſt,ſed per id quod facit.Neque obſtat,inquit, quod actus virtutis ſit effectus ipſius habitus:nam primū vt recte notat Caiet.habitus non eſt cauſa actus ſtudioſi,niſi vt inſtrumentū potentiæ: nō autem eſt neceſſe maiorem perfectionē eſſe in inſtrumento quam in effectu ipſius & ipſe actus etiā eſt inſtrumentum ad productionem habitus.Deinde ſi quis arbitretur habitū ſtudioſum,quia eſt natura ſua permanens, eſſe perfectiorem actu.Reſpondeat id verum eſſe Phyſice:moraliter autem actum eſſe nobiliorem,nec,ſi habitus ſtudioſus Phyſice eſt melior actu,ſequitur,vitioſum eſſe deteriorē ſuo actu moraliter,nam bonitas Phyſica per intrinſecam denominationem competit virtuti,malitia autem moralis ſolum competit habitui per ordinem ad actum.Zumel art. 3. problmatice defendit habitus acquiſitos in ſe,& reſpectu ſubiecti præſtare actibus in bonitate & malitia naturali,in morali autē cōſtāter docet,actus præſtare habitibus ſiue acquiſitis,ſiue infuſis,ſed hos in bonitate naturali,vel Phyſica ait præſtare ſuis actibus.Herrera.2 diſp.29.q.16.ſolū.ait,in genere moris actum præſtare habitui, etiam infuſo, licet in genere entis habitus infuſus ſit præſtātior ſuo actu.Itē habitū acquiſitum in aliquo excedere;in aliquo vero excedi a proprio actu. 202

Dico.1.totā collectionē actuum præſtare habitui in bonitate,vel malitia ſiue naturali, ſiue morali,ſiue abſoluta,ſiue ad ſubiectū relata: ſimiliter aliquā actum præſtare habitui conſiderato præciſe vt eſt ipſius principium: quia tota collectio actuum eſt totalis cauſa finalis ipſius habitus, & ſimiliter vnus actus eſt totalis cauſa finalis ipſius habitus cōſiderati præciſe in ordine ad talem actum; finis autē totalis melior eſt eo, quod præciſe 203

eſt propter ipſum, vt confirmat D. Tho. ex Ariſtot.1. poſt. dicente, ptopter quod vnum, quodque tale,&c.&. 9. metaphy. cap.10. tex. 19. ea ratione docente actum, eſſe nobilioré potentia, & 1.ethic.c.6. ait, non denominari quem beatum ex eo quod poſſit bene operari, & lib.10.cap.7.& 8. probat ex antiquorum opinione beatitudinem ſitam eſſe in operatione. Quod etiam communiter tenent Scholaſtici.4.d.49.& 1.2.q.3.a.2.& alibi, vt vidimus tract.2. vnde quidquid in contrarium dicat Alen.infra ad.1.melior eſt viſio beatifica, quã habitus gratię, vel charitatis, alioqui non in viſione, ſed in habitu ſita eſſet totaliter, vel principalius beatitudo. Dices ſubſtantia & eius potentię ſunt nobiliores operatione, tamẽ ſunt propter operationẽ: ergo idẽ poſſet dici de habitu. R. Hẽr.in ſumma a.49.q.5.ſubſtantiam eſſe propter operationem, ideſt propter vltimum finem, cui operatio coniungit, ſed melius. R.cum D.Tho.ſup. ad. 3. ſubſtantiæ (et ideſt eſt depotentia) non eſſe propter operationem præciſe, vt medium, ſed etiam vt ſubiectum illa magis perficiendum: habitus autem eſt propter operationẽ, vt mediũ. Quare autem licet ſubſtantia, vel etiam potẽtia ſit perfectior viſione Dei, nõ in illis, ſed in hac beatitudo cõſiſtat, dictũ eſt illo tract. 2.de beatitudine. Iuxta hanc cõclu.intellige, quod ait D.Tho.a.3 ad.1.actum eſſe ſimpliciter nobiliorem habitu.

204 *2.Con.* Dico.2.tenendo cum communi, vno ſimplici habitu produci plures actus etiam non ſubordinatos inter ſe; habitus ſecundum totam latitudinem ſuam conſideratus, ſcilicet vt eſt cauſa omnium ſuorum actuum, præſtat vni actui in bonitate & malitia phyſica & naturali. Vniuerſalitas enim, ratione cuius vnus habitus virtute eſt plures actus, vt ait *D.*Tho. illo ar.3.ad.2.ipſum reddit ſimpliciter meliorem, aut deteriorem: maxime adiũcta diuturnitate, nam habitus natura ſua habet, vt corrumpi non poſſit, niſi à contrario, vel ad corruptionem ſubiecti, quo diuturnitatis modo caret actus. In hoc ſenſu verum eſt, quod docet Alenſ.2.p.q.104.memb.5. in corp. & ad.2. & Valen.diſp.4.q.4.pun.2.habitum eſſe nobiliorem, vel deteriorem actu, vt ipſe Valen. explicat diſp. 6.q.1.pun.2.

205 *Obiectio. 1.* Sed contra.1.habitus eſt cauſa æquiuoca actus: ergo ea præciſe ratione eſt nobilior illo, licet non conſideretur, vt potens producere alios actus: cauſa enim æquiuoca eſt nobilior

2\. effectu. Secundo actus eſt cauſa æquiuoca, & totalis reſpectu habitus acquiſiti, etiam ſecũdum quod poteſt producere alios actus: ergo eſt nobilior, nam cauſa æquiuoca nobilior

3\. eſt effectu. 3. Si habitus vitioſus eſt deterior vnico actu vitioſo, eo quod eſt aliorum effectiuus, deberet homo minus deteſtari illum quam actum conſequens eſt abſurdum: ergo.

Ad.1. R. aliqui habitum non eſſe cauſam efficientem actus quoad ſubſtantiam, ſed quoad modum, ſcilicet facultatem, vel intenſioné. Capr.vero.4.d.47.q.1.ar.3.ad ſecundum Scoti contra.1.concl. Caiet.& Val. ſupra, eſſe cauſam inſtrumentalẽ actus, id eo nõ oportere eſſe nobiliorem. Sed tract. de habitibus oſtendimus eſſe cauſam principalem, & rationem producendi ſubſtantiam actus, quod maxime verum eſt in habitu ſupernaturali, qui dat ſimpliciter poſſe. Vnde R.melius, cauſam æquiuocem totalem debere eſſe nobiliorem effectu: non tamen partialem, qualis eſt habitus reſpectu actus, nam habitus ſiue acquiſitus, ſiue non infuſus, non producit actum, niſi adiuuando potentiam, quæ ſecundum aliquos etiam reſpectu actus ſupernaturalis potior cauſa eſt, quam habitus ipſe. Ade in genere moris cauſam non ſemper præſtare effectui, cum contingat cauſam nullam habere bonitatem, vel malitiam moralem, vt contingit in propoſito, nam habitus non eſt moraliter bonus, vel malus, niſi analogice, ſicut medicina dicitur ſana. 206

Ad.2.R.in ea opinione dicendum eſſe, actum non eſſe cauſam totalem reſpectu habitus acquiſiti, ſed ſimul cum potentia illum producere, vel ab vno actu non cauſari habitum ſecundum ſuam totam extenſionem, ſed ſecundum quod ſe extendit ad alios ſimiles in ſpecie, vt vero ſe extendit ad reliquos cauſari ab alijs actibus, ſiue habitus ſit cognoſcitiuus, ſiue appetitiuus, quamuis hoc vltimum videtur contra D. Tho.

Ad.3.negatur conſequentia, quia licet in eſſe naturæ habitus vitioſus ſit deterior vnico actu vitioſo, tamen in genere moris actus vitioſus eſt deterior, imò ſolus formaliter malus, ido ſimpliciter deteſtabilior: omnia enim bona propria quantũcumq. magna ſunt poſt habenda vel minimis præceptis *Dei*, &c. 207 *Ad.3.*

Dico.3.ſicut diximus actum adæquatum habitui acquiſito, eſſe nobiliorem illo, ita dicendum de actu adæquato habitui infuſo. Par enim ratio eſt; cum totaliter ordinetur habitus infuſus ad illum per modum medij, & nõ per modũ ſubiecti, non enim participat rõem potentiæ, quia recipiat, ſed quia dat ſimpliciter poſſe, vnde melior eſſet actus ſupernaturaliter, quo diligerem⁹ omnia diligibilia ex charitate, quam ipſa charitas. Sed gratia, quia ſecundum D. Thom. eſt habitus non operatiuus, neque ordinatus per ſe ad operationem fortaſſis eſt melior omni actu, excepta ſaltem viſione beatifica. 208 *3.Con.*

(?)

QVÆ

QVÆST. LXXII. DE PECCATORVM DISTINCTIONIBVS.

Ar.1.*V. peccata differant ſpecie ſecundum obiecta.*
Ar.2.*V. conuenienter diſtinguantur peccata ſpiritualia à carnalibus.*
Ar.3.*V. peccata diſtinguantur ſpecie ſecundum cauſas.*
Ar.4.*V. peccata conuenienter diſtinguantur in peccatum in Deum, in ſe ipſum & in proximum.*
Ar.5.*V. Diuiſio peccatorum, quæ eſt ſecundum reatum, diuerſificet ſpeciē.*
Ar.6.*V. peccatum comiſsionis & omiſsionis differant ſpecie.*
Ar.7.*V. conuenient diuidatur peccatum, in peccatum cordis, oris, & operis.*
Ar.8.*V. ſuperabundantia & defectus diuerſificent ſpecies peccatorum.*
Ar.9.*V. peccata diuerſificentur ſpecie ſecundum diuerſas circunſtantias.*

DISPVTIO III. DE PECCATORVM DISCRIMINE.

SECTIO. I. An peccata ſpecie diſtinguantur ſecundum obeecta.

1 *1. Opin.* D.Tho.ar.1. docet magis diſtingui ex parte conuerſionis, ſeu actus, quā ex parte auerſionis, ſeu inordinationis, & quia actus diſtinguūtur ſpecie ſecundum obiecta, concludit, peccata proprie diſtingui ſpecie ex obiectis, & ar.8. & 9. ait diſtingui ex obiectis motiuis & ex finibus. Quæ doctrina difficilis eſt, quia peccatum formaliter conſiſtit in priuatione rectitudinis debitæ: in qualibet autem re præcipue attenditur formale: ergo peccata præcipue diſtinguuntur ſpecie ſecundum priuationes rectitudinis, & non ſecundum ipſos actus, eorumque obiecta, vt ob hanc rationem tenet Scotus. 2 d.37.§. ex iſta ſolutione, Angles eadem diſt. q.3. ar.1. quorum opinionem reijciunt Caiet. Medi. & Zumel. ar.1. exiſtimantes, ſecundum veritatem. & D.Tho. formale peccati conſiſtere non in priuatione, ſed in poſitiuo. Contra quos egi diſp. præcedenti, vbi eorum argumenta diluì, quæ etiam ex dicendis hic confutabuntur.

Aliqui hic difficile putant peccata diſtinguere ſi formale eorum in priuatione conſiſtit, & quia ipſi tenēt conſiſtere in relatione oppoſitionis, ſeu diſſonantiæ ad rationalem naturam, aiunt, peccata ex his oppoſitionibus diſtingui ſpecie, quia tamen ſpecifica varietas harum oppoſitionum prouenit ex obiectis, ideo docent, peccata diſtingui ſpecie ex obiectis. Sed iam ſupra vidimus, formale peccati in ea oppoſitione non conſiſtere: & ſane ſi in ea non conſiſteret, non eſſet facile peccata ſpecie diſtinguere: nam eadem diſſonantia cum natura rationali ex omnibus obiectis reſultare videtur: ſicut ex varijs formis 2 *2. Opin.*

Digitized by Google

oriri videtur eadem ſpecies ſimilitudinis, vel diſſimilitudinis, æqualitatis, etc. Deinde D. Tho. non ex eo docet peccata diſtingui ex ob iectis, quia diuerſa obiecta fundant diuerſas diſſonantias cum rationali natura, ſed quia peccata præcipue ſpecificātur ſecundū actus; hi vero ſm̄ obiecta diſtingnuntur: ea ergo in terpretatio neq. vera eſt, neq. D.T. cōſētanea.

3. *3. Opinio.* Victo. & Sotus, qui (vt refert hic Zumel, & nos ſupra retulimus) dixerunt formale pecca ti ſimul in poſitiuo, & priuatione conſiſtere, conſequenter dicerent, eſſe in peccato duas ſpecies incompletas, alteram poſitiuam, alteram priuatiuam. Tertiam vero completam ex illis conſtitutam, & primam ſumi ex obiecto, ſecundam à rectitudine oppoſita. Tertiā ab vtroque, ideo peccata incomplete diſtingui ſecundum obiecta, & ſecundum rectitudines oppoſitas: completam autem diſtinctio nem ſumi ex vtriſq. & inter incōplettas præſtare illam diſtinctionem, quæ ſumitur ex ob iectis, quia principale in formali peccati eſt ipſe actus, qui ab obiecto ſpecificatur.

4. *4. Opini. Authoris.* Cæterum, quia nos in ſola priuatione con ſtituimus formale peccati, & licet conſtitueretur ſimul in poſitiuo, & priuatione, hæc videretur præcipua in illo, aliter ad argumentum. Reſpondemus cum Conrado articul. 1. & Valent. diſp.6. quæſt.2. punct.1. Azor tom. 1. lib.4. c.2. q.4. Sayro lib.2. c.5. n. 16. peccata poſ ſe dupliciter conſiderari, ſcilicet pro materia li, & pro formali, ꝑ materialiq. dicere actus, & ideo diſtingui debere ex obiectis, ꝑ forma li autē priuationē rectitudinis, ideo per oppo ſitas rectitudines diſtinguenda eſſe, ſed D. Tho. præcipuam appellat ſpeciē materialem peccati, tū quia peccatū comiſſionis (de quo: ſolo loquitur) pro materiali ipſo ſupponit, & nō pro priuatione: ſicut domus ſupponit pro materia, & nō pro forma, tū maxime, vt idem D.Tho. explicat, qm̄ actus ſunt per ſe voluntarij, & liberi ac proinde morales, priuationes autem ſolū ſunt liberæ & voluntariæ ratione actuū, ad quos neceſſario ſequuntur, ideo etiā nō prohibētur in ſe, & per ſe, ſed per actus, & in actib. ex quib. oriūtur, quare ad ipſos præcipue debem⁹ attēdere, vt inordinatiōē, quæ ex illis ſequi poteſt, caueamus. Parū tñ refert an ſpeciē priuatiuam, an poſitiuā præcipuam appellemus, eo quod vna præſtet in moralita te, alia in formalitate, modo conſtet, poſitiuā immediate ex obiectis ſumendam eſſe; priuatiuam vero ex oppoſitis rectitudinibus.

5. *Obiect.* Obijcies, quia D.Tho. quæſt.18. ar.5. in corpore, & ad argumenta, & quæſt.19. ar.1. & 2. alijq. cōmuniter docent, ſpecificam malitiam act⁹ ſumi ex obiecto, vel eius circūſtātijs, quæ etiā habēt rationē obiecti: ergo non ſumiť ex opoſita rectitudine. R. negādo cōſequētiā, nā quāuis ipſa malitia ꝓxime, & immediate ſpecificetur ex rectitudine oppoſita, tñ quia huiuſmodi rectitudo ſpecificatur ex obiecto, conſequenter & ſecundario malitia, ſeu auerſio ex obiecto ſpecificatur, vt egregie D.Tho: ar.1. ad.2. & Valentia ſupra. Quod vt melius conſtet, obſeruandum eſt ex Scoto ſupra, auerſionem, quæ eſt formale peccati tam omiſſionis, quam comiſſionis, non eſſe auerſionem formalem à Deo, hæc enim in odio, vel carētia dilectionis conſiſtit: quorum neutrum eſt formale peccati, ſed auerſionem virtualem à Deo, quæ eſt formalis auerſio à medijs neceſſarijs ad conſecutionem Dei finis noſtri, quæ media ſunt, *declinare à malo, & facere bonum,* ideſt omittere actum prohibitum, & facere actum præceptum: à primo medio auertimur non obediendo præceptis negatiuis, in quo formaliter cōſiſtit peccatum omiſsionis: à 2. autem non obediendo præceptis affirmatiuis, in quo formaliter conſiſtit peccatū omiſſionis: & quia vtraque inobedientia eſt immediate in voluntate, ideo, etiam ſecundum Scotum, dicendum eſſet, formale peccati comiſsionis non eſſe priuationem rectitudinis debitæ actui, ſed voluntati, licet improprie di cat eſſe priuationem rectitudinis debitæ actui: quia ſuppoſito, quod homo operetur, debet elicere actum rectum. Vnde priuatio talis rectitudinis eſt in actu, non tanquam in ſubiecto, ſed tanquam in cauſa, vnde etiam conſtat, formale peccati comiſſionis conſiſte re in priuatione conformitatis ad præceptū negatiuum; omiſsionis vero in priuatione conformitatis ad præceptum affirmatiuum, ideo hæc peccata ex præceptis diſtingui, quod magis infra patebit. Et conſonant qui dicunt, peccata diſtingui ſecundum diuerſas honeſtates & rectitudines, quibus priuant. Bonau. 2.d.42.a.3.q.1. Scot.d 37. prope medium reſpon dens ad quæſtionem, quam propoſuerat.d.35. Herrera diſp.31.q.4. Gab.d.35.q.vni.ar.3.dub.2. Angles.d.37.q.3.a.1. Carthuſ.4.d.16. poſt.q.2.§. rurſus hic quæritur. Richar.ead.d.ar.2.q.1. qui etiam.2.d.42.ar.4.q.1. ait, actus malos diſtingui ſpecie penes obiecta, aut fines, eorum vero malitias diſtingui ſpecie penes virtutes, ſeu honeſtates, quibus priuant. & D.Tho. 2.2. q.10.ar.5.ad.1. ait, peccata quantum ad intentionem peccantis ſpecie diſtingui penes formalia obiecta, ad quæ peccans conuertitur, in ratione autem mali diſtingui penes bona à quibus recedunt, quæ vocat formalia obiecta peccatorum, & addit ex hac parte peccata non habere ſpeciem, ſed eſſe priuationes ſpeciei, quando vero.1.2.q.86.a.1.ad.3. ait, peccata ſpecificari penes actus poſitiuos, à quibus oriuntur: loquitur de peccatis habitualibus. Vide Aug.12. ciuit.c. 8. qui plane peccata diſtin-

guit

guit per virtutes quibus opponuntur, & idem tenet Azor to. 1. lib. 4. c. 2. q. 3. quamuis oppoſitum dicat probabile: quia velle male viuere aut male agere in communi, eſt ſpeciale peccatum; tamen nulli ſpeciali virtuti opponitur, quia ad honeſte viuendum in communi, vel malum vitandum in communi, nulla ponitur ſpeciales virtus. Item ſe occidere eſt ſpeciale peccatum: tamen nulla eſt ſpecialis virtus ad ſe diligendum, vel conſeruandum, ſed ad hæc facile reſpōderi poteſt, vt idem Azor ait, vel dicendo ad illa eſſe ſpeciales virtutes, vel Scotum, & alios ponentes peccata diſtingui ex varia oppoſitione cū virtutibus habitualibus, intelligere, qñ dãtur habituales, ſin minusvero cū actualibus, quia peccata ſpecie diuerſa ſempet corrūpũt ex oppoſitione recti tudines pertinẽtes ad diuerſas virtutes ſaltẽ actuales. Vnde cōtra eādē virtutē v. g. liberatatē poſſunt dari peccata ſpecie diuerſa, quorum alterum corrumpat rectitudinem liberalitatis, quæ eſt non dare pluſquam oporteat, alia vero rectitudinē liberalitatis, quę eſt non dare minus quam oporteat.

SECTIO. II.

An peccata formaliter, & ſecundum malitiam moralem ex præceptis diſtinguantur.

7 *1. Senten.* PRima opinio negatiua ſuadetur. 1. quia peccata, vt ſic, & ſecundum moralem malitiam diſtinguuntur ex obiectis, vt docet D. Tho. de malo. q. 2. ar. 6. & locis paulo ante citatis: ergo nō ex præceptis. Secūdo, quia ratio præcepti eſt extrinſeca ad bonitatem, vel malitiam actus: ergo bonitas, vel malitia non ſumitur ex præcepto. Tertio conſtitutiuum & diſtinctiuum debet eſſe inuariabile: præcepta variantur, ergo. Quarto, peccata non ſpecificantur ex eo, quod eſt indirecte volitum: huiuſmodi autē eſt auerſio à lege: ergo. Propter hæc Zumel hac quæſt. 2. ar. 6. dub. 3. conc. 1 generatim ait peccata non diſtingui ex præceptis. Sed in ſequentibus concluſionibus ſibi aduerſatur dicens, interdum ex præceptis diſtingui, & eius argumenta nullius roboris ſunt, vt videbimus.

8 *2. Senten.* Secunda opinio ait, quamcunque diſtinctionem præcepti ſufficere ad diſtinctionem ſpecificam, vel numericam peccati pro formali. Prob. 1. quia quodlibet præceptum obligat: ergo adijcit nouam obligationem, peccata autem formaliter multiplicantur ad multiplicationem obligationum, quæ eſt præceptis oriuntur: ergo. Secundo peccatum formaliter eſt deuiatio à lege: ergo duplex deuiatio à lege, ſeu deuiatio à duplici lege, quod idem eſt, nam à qualibet lege eſt ſua propria deuiatio, duplex peccatum erit. Tertio in multis euentibus peccata diſtinguūtur ex præceptis, vt ſtatim patebit, non autem eſt minor ratio in cæteris: ergo in illis quoque ex præceptis diſtinguuntur.

Tertia & vera opinio media, communiſq. recentiorum eſt, peccata interdum ex præceptis diſtingui, interdum non. Pro cuius explicatione. Dico primo præcepta, quæ ſolū diſtinguūtur ex parte præcipientium, vel temporis, quo ab eadem perſona, vel diuerſis idē & cum eiſdem circunſtantijs præcipitur, vel prohibetur, non diſtinguunt peccata ſpecie, vel numero, vt ſi furtum ſit ſemel, aut ſæpius prohibitum ab eodem homine, vel à pluribus, vel ab homine, & à Deo, iure naturali, vel poſitiuo. Ita Corduba in ſumma quæſt. 2. Azor tom. 1. lib. 4. c. 2. quęſt. 5. Sayr. lib. 2. c. 5. n. 9. & ſeqq. Herrera. 2. diſp. 31. quæſt. 7. Medina lib. 1. ſummæ. c. 9. in 1. & 1. 2. quæſt. 72. ar. 1. & 6. Zumel ar. 6. dub. 3 Vazquez diſp. 98. c. 1. Valen. diſput. 6. q. 2. pun. 1. Caietanus. 2. 2. q. 186. ar. 9 dub. 1. & in hac quæſt. ar. 6. vbi Conr. & alij. cum D. Tho. ad ſecundum, & de malo. quæſt. 2. ar. 6. Angles. 2. d. 37. quæſt. 3. ar. 4. Prob. quia talia præcepta non afferunt nouam obligationem: alioqui repetendo illa multiplicaretur obligatio in infinitum. Confi. quia eadem ratione authores citati docent, repetitionem voti, vel contractus non afferre nouam obligationem. Quod etiam ex repetitione excommunicationis docent cum Nauarr. c. 27. nu. 54. & cap. quorundam de Iudæis not. 2. nu. 57. Prob. 2. nam moraliter loquendo omnia illa præcepta idem cenſentur ob identitatem materialem, & formalē obiecti & circunſtantiarū, & vnū tantū eſt veluti explicatio, & confirmatio alterius: ergo non afferunt nouam obligationem ſpecie, vel numero diſtinctam, alias concurſus illorum præceptorum eſſet in confeſsione explicandus, quod falſum eſt, & contra piorum & ſapientium vſum, ac proinde inueſtigare quis deberet illam diuerſitatem præceptorum, vt eam in confeſſione explicaret, quod eſſet duriſsimum. 9 *3. Senten. & vera.* *1. Concluſ.*

Dices præceptum dignioris perſonæ, vel ſæpius repetitum magis obligat, vt ait Caietanus illo dub 1. ergo præceptum diuinum in finite magis obligat, quam humanum, & præceptum Papę, quam infimi prælati, & præcepta ſæpius repetita, quam ſemel impoſita: ergo concurſus horum præceptorum eſt neceſſario confitendus, quia circunſtantiæ notabiliter aggrauantes, &c. Imò cum perſona diuina & humana pluſquam ſpecie differant, earum 10 *Obiectio.*

earum præcepta videntur diſtingui ſpecie, ac proinde addere obligationem & malitiam
Solutio. ſpecie diſtinctam. Reſp. omnia humana præcepta quodammodo eſſe diuina, quia Deus lege poſitiua, vel ſaltem naturali præcipit, vt ſuperioribus obediamus, ideo nullum præceptum ex eo quod ſit diuinum obligare infinite vel notabiliter magis quam humanum habens idem obiectum materiale & formale cum eiſdem circunſtantijs. Et licet præceptū ex eo quod immediate manauerit à Deo, habeat aliquam maiorem grauitatem, quam ſi immediate à creatura dimanaſſet, tamen cū tota iſta grauitas in multis venialibus contineatur, non videtur notabilis. Idemque eſt de grauitate ſumpta ex repetitione præcepti, vel ex eo quod præceptum perſe reſpiciat honorem, cultum, vel gloriam Dei: licet forte ea grauitas ſit infinita ſecundū quid. Hæc enim infinitas ſecundum quid etiā in veniali peccato reperitur, quatenus eſt contra legē Dei. Vnde grauitas ſumpta ex repetitione, vel immediatione præcepti reſpectu Dei non eſt neceſſario confitenda, eo quod non aggrauat notabiliter, vt docet Vazquez, diſputatione. 98. in fine: qui addit, etiam ſi grauitas eſſet notabilis, non fore neceſſario
11 confitendam; quia circunſtantiæ notabiliter aggrauantes, quæ non mutant ſpeciē, nō ſunt neceſſario confitendæ, vt tenet Toletus 3. ſummæ, cap. 7. in fine Ouandus. 4. d. 16 propoſitione. 23. D. Thom. eadem d. quæſt. 3. artic. 2. quæſtiuncula. 5. Durand. q. æſt. 4. Almain. columna. 24. Gab. quæſt. 1. colum. 9. Palud. q. 3. artic. 3. D. Bonauent. d. 17. quæſt. vltima Scotus quæſt. 1. artic. 2. Herrera. 2. diſp. 31. q. 7. Corol. 3. poſt. 2. regulam, Syluester confeſſio. 1. quæſt. 9. & verbo circunſtantia num. 2. & 3. & in roſa aurea caſu. 63. Adrianus q. 4. de confeſſione Couarrub. 1. 4. c. 1. numero. 14 (qui ait eſſe frequentiorem opinionem) Turrecrem. de pænitentia d. 5 capit. 1. numero. 11. Viguer. in inſtitutionibus cap. 16 §. 4. verſ. 17. Tabiena circunſtantia nu. 6. & 8. Angelus Confeſſio. 1. n. 13. dicens, eſſe comune, Armilla circunſtantia nu. 2. & 4. Med. codice de confeſſ. fol. 53. Antoni. 3. par. tit. 14. capit. 19 §. 7. & tit. 17. capit. 17. § 5. Gloſſa dicto capit. conſideret & Nau. ibi numero. 6. & in ſumma, c. 6. num. 7. qui cum Soto merito eam tribuit Caiet. tomo. 1. opuſc. 5. quęſt. 3. de confeſſ. probabilē puto cum Valentia 1. 2. diſput. 6. q. 2. puncto. 1. & Eman. tom. 1. c. 53. concl. 2. num. 3. licet oppoſita ſententia ſit communior & probabilior quā cum multis tenet Suar. 3. p. tom. 4. diſp. 22. ſect. 3. num. 5. Dici etiam ad argumentum poſſet, repetitionē vel immediationem præcepti reſpectu Dei nullam afferre nouam obligationē, proprie loquendo, ſed late tātū, quatenus affert nouū quoddam motiuum, eo quod decentius eſt pręcepta repitita, vel immediate à Deo procedentia ſeruare, quam reliqua cæteris paribus, & ideo liberius, ac proinde aliquāto grauius peccare, qui ea violat, non tamen notabiliter grauius, quia additio libertatis numquā affert notabilem grauitatem, Medina hic ar. 6. dicens in eo euentu ſecundum aliquos grauius eſſe peccatum, quibus verbis ſignificat eam maiorem grauitatem falſam, aut incertam eſſe, ſed Herrera illo Corol. 3. ait, aggrauare quidem: ſed parum. Quidquid autem ſit de hoc, certum eſt, quod præceptum ſit immediate à Deo nō afferre obligationem, vel malitiam ſpecie diſtinctam, quia ſicut diuerſitas agentium non ſufficit ad differentiam ſpecificam actionum, ita neque diuerſitas præcipientium ad diuerſitatem ſpecificam præceptorum, & eſto præceptum diuinum, atque humanum, pluſquam ſpecie differrent, eo quod alterum includit actus intellectus diuini, alterum vero intellectus creati, tamen ea diuerſitas præceptorum non ſufficeret ad diſtinctas obligationes, ſecūdum ſpeciem, quoniam in ordine ad moralia diuerſitas præcipientium, vel pręceptorum parum refferre videtur, ſaltem quando præceptum inferioris manat ex auctoritate ſuperioris, vel coniunctum habet præceptum de præſtanda obediētia inferiori, vt in propoſito contingit. Similiter quando pręcepta ſolum differunt, quia vnum directe datur de actu interno, aliud de externo habente ipſum pro obiecto, non diuerſificant peccata ſecundum ſpeciem, vt furari, & concupiſcere res alienas; fornicari & concupiſcere non ſua, ſunt contra præcepta decalogi eo modo diſtincta: tamen nō differunt ſpecie Azor, & Sayr. ſup. cum D. Thom. q 71. ar. 6. ad. 2. & Aleñſi. 2. p. q 105. m. 2. Similiter ait Azor, furari & non reſtituere eſſe peccata eiuſdem ſpeciei, quamuis ſint contra diſtincta præcepta: quia ſunt præcepta eiuſdem rationis, ſicut & obiecta, quæ prohibent, ſcilicet non vſurpare, & non retinere alienum. 12

2. Conc. Dico. 2. omnis differentia formalis peccatorum oritur ex aliqua præceptorum diuerſitate. Hęc eſt contra aliquos iuniores aſſerentes, non omnia peccata ex præceptis diſtingui, eo quod aliqua opera non ſunt mala quia prohibita, cui ſententiæ fauet D. Thom. de malo. q. 2. ar. 6. dicens, peccata, quę ſunt mala, quia prohibita ex præceptis diſtingui ſpecie, quæ vero ſunt prohibita, quia mala, non diſtingui ex præceptis, ſed potius præcepta diſtinguere, hoc autem falſum, & contra D. Thom. eſſe conſtat ex ſuperiori diſp. Vbi oſtēdimus, nihil eſſe peccatum, niſi quatenus eſt contra legem Dei, ſaltem naturalem, ſeu, quod idem eſt, contra rationem, & ſic generaliter

raliter Caiet.2.2.q.186.ar.9.dub.1.ait, peccata
ex præceptis diſtingui.Idem docet Scot. 2. d.
37.q.1.Gab.d.35.q.1.a.1. inferius etiam videbi-
mus,peccata omiſſionis à peccatis comiſſio-
nis,& inter ſe ex præceptis diſtingui: ergo ſi-
militer peccata comiſſionis inter ſe: ratio e-
nim in omnibus eadem eſt,ſcilicet quia cum
peccatum conſiſtat formaliter in tranſgreſ-
ſione præcepti, diuerſitas peccatorum ſu-
menda eſt ex tranſgreſsione diuerſi præce-
pti.

Conf. ex Ariſt.5. metaphy. tex. 27. vbi do-
13 cet,priuationē nō ſolū dicere negationē for
mæ in ſubiecto: ſed etiā debitam eſſe formā
illi ſubiecto: ergo cum peccata conſiſtāt in
priuatione,variari debent ex diuerſitate debi
ti & obligationis, quæ naſcitur ex præceptis:
ergo peccata diſtinguuntur ſpecie ſecundum
præcepta formaliter diuerſa: nimirum, quia
prohibent obiecta,vel circunſtantias haben-
tes diuerſas rationes repugnantiæ cum recta
rōe, vt ait Azor.ſup.q.4 5 6. & 7. Sayr.etiam
lib.2.c.5.n.9.cum Med.q 62.art.6.ait, peccata
eſſe ſpecie diuerſa,quando ſunt contra præ-
cepta pertinentia ad virtutes diuerſas,& hoc
ait eſſe certum apud omnes. Vnde etiam col-
ligunt alij, ſi communicans in peccato. m.&
ſine confeſſione, duo peccata committit,
vt tenuit Canus quem reijcit Suarez. 3. part.
tom.4.diſp.35.ſect.3.n.12.duo præcepta diuina
ponenda eſſe,alterum de præmittenda con-
feſſione,alterum de communicando ſine cō-
ſcientia peccati mortalis.

Neque obſtat teſtimonium D.Tho.citatū:
nam ibi aperte loquitur de præceptis poſiti-
uis,cum expreſſe doceat,rationem cuiuſcun-
que peccati conſiſtere in difformitate ad ra-
tionem,ac proinde ad legem Dei naturalem.
Neque item obſtat D.Tho.hac quæſt.72.ar.6.
ad.2. dicens, peccata non differre ſpecie ex
præceptis: nam vel intelligendus eſt iuxta
primam concluſionem,quando precepta ſo-
lum differunt ex parte præcipientium, aut ex
repetitione, vel potius de ſpecie præcipua
peccati in ratione moralis, quia vt diximus
ſect.præcedenti,talis ſpecies ſumitur ex obie-
ctis ſecundum ſe, & non ex præceptis. Vnde
in illa ſolutione ad ſecundum ſic ait, *peccatum
non habet ſpeciem ex parte auerſionis, quia ſecun-
dum hoc eſt negatio, vel priuatio: ſed ex parte con-
uerſionis, ſecundum quod eſt actus quidam: vnde
ſecundum diuerſa præcepta legis non diuerſificantur
peccata ſpecie:* ſentit ergo D. Tho. diſtinctionē
ſpecificam peccatorum, ſecundum auerſio-
nem,ſeu malitiam ipſam ex præceptis ſumi.
Vnde male Caietan.Conr.& Med ar.6.Zum.
ar.1.dub.3.& ar.6.dub.3.concluſ.1.& alij abſo-
lute docent, peccata non diſtingui ſpecie ex
præceptis,& Caie.ibidem D.Thomam in illa
reſponſione ad.2. retractaſſe, quod de malo,
q.2.ar.6.dixerat,ea quæ ſunt mala,quia prohi
bita diſtingui ſpecie ex præceptis:nulla enim
eſt contradictio,cum in vno loco agat D.Th.
de ſpecie peccati pro materiali, in alio vero
pro formali. Obijciunt tamen illi, quia fur-
tum rapina,& detractio, licet eodem præce-
pto eſſent prohibita,haberent diuerſam ſpe-
ciem malitiæ: ergo malitia non diuerſifica-
tur ſpecie ex præceptis. Reſp.licet illa poſſint
prohiberi eodem præcepto materialiter. 1.
eadē propoſitione,tamen formaliter,& æqui
ualenter illa propoſito erit multiplex præ-
ceptum: quia reſpiciet obiecta habentia di-
uerſas rationes diſſonantiæ cum natura ratio
nali;& ideo illa peccata tūc erunt in ſpecie di
uerſa,non ſecus,ac ſi eſſent ſeorſim prohibita
illa obiecta præcepto omnino diſtincto:nihil
enim refert,quod ſimul eadem propoſitione,
vel ſeorſim, & diuerſis propoſitionibus pro-
hibeantur.

Dico.3. quando obiecta ex natura rei ha- 14
bent diuerſas rationes diſſonantiæ cum intel *3. Concluſ.*
lectu, vel natura rationali, peccata differunt
ſpecie in malitia morali,ita Med. Zumel,Va-
lentia,Vazquez,ſupra & alij iuniores, Azor
to.1.lib.4.cap.1.q.5.6.&7 Angles.2.d.37. q.3.ar.
4.Caietanus. 2.2.q.88.ar.5.§.ad eius euidentiā,
& quæſt.186.ar.9.dub.1.Sotus. 7. iuſtitiæ, q. 2.
ar.3.ad.5.licet non omnes conueniant, quidā
enim peccata illa diſtingui ſpe putant, non
ex præceptis:ſed ex obiectis, vt habent ſpecia
les rationes diſſonantiæ cum natura rationa-
li.Alij vero quibus aſſentior,diuerſitatem im
mediate oriri ex præceptis afferentibus obli-
gationes ſpecie diſtinctas, licet hæc diuerſi-
tas peccatorum oriatur ex illa diuerſitate ob-
iectorum:tunc enim,quantum ad mores at-
tinet,præcepta naturalia cenſentur formali-
ter diuerſa, quando verſantur circa obiecta
habentia diuerſas rationes conuenientiæ,vel
diſconuenientiæ ad naturam rationalē, quòd
ſi eadem obiecta præcipiantur, vel prohibeā-
tur etiam præceptis poſitiuis,ea præcepta po-
ſitiua diuerſa etiam formaliter erunt ob illā
obiectorum diuerſitatem, vel ob diuerſitatē
peccatorum.quæ prohibent. Quod vltimum
videtur dicere D.Tho.de malo,q.2.ar.6.dicēs,
in his, quæ ſūt ꝓhibita iure poſitiuo,quia ma
la,peccata nō diſtingui peccata ex præceptis,
ſed præcepta ex peccatis. Quādo vero aliqua
ſunt peccata,quia ſunt prohibita iure poſiti-
uo,recte ait D.Tho ibi,peccata ex preceptis
diſtingui,& in re idem tenent omnes modo
citati.Cum quibus maxime obſeruādum eſt,
quando aliquid iure poſitiuo ſolo præceptū,
vel prohibitum eſt,eam ſpeciē mali habere,
quam haberet ſi eſſet iure naturali præceptū
vel prohibitum. Vnde omiſſio miſſæ, quæ ſo-
lum

Digitized by Google

lum eſt contra ius poſitiuum, in eadem ſpecie eſt, in qua eſſet, ſi prohibita eſſet iure naturali, idem eſt de percuſſione clerici, & furto rei ſacræ, vel commiſſæ loco ſacro, ſpecialiter prohibitis lege poſitiua intuitu religionis: inde enim contrahunt ſpecialem malitiam, vt ſi eſſent ſpecialiter prohibita iure naturali. Vide Sayr, lib. 2. c. 5. n. 11. & Herreram ſupra poſt. 1. regulã Coro. 1. & 2. Idẽ de fornicatione cum cognatis cognatione legali, vel ſpirituali, aut cum conſanguineis vel affinibus in gradibus prohibitis iure tantum poſitiuo. Vnde falſo Palud. 4. d. 42. q. 2. in fine, ait talem fornicationem, non eſſe in ſpecie inceſtus, ſicut fornicatio cum conſanguineis, vel affinibus in gradibus prohibitis iure naturali, ſed eſſe ſpeciale peccatum inobedientiæ ad Eccleſiam, omnes enim in materia de confeſsione & luxuria docent, illam copulam vere eſſe in ſpecie inceſtus, ac ſi eſſet prohibita iure naturali; nam ius poſitiuum conſtituit actum in eadem ſpecie, in qua ius naturale, & ibi non eſſe ſpeciale peccatum inobedientiæ manifeſtum eſt ex communi doctrina aſſerente, peccatum ſpeciale inobedientiæ non committi, niſi præceptum violetur, cum eius vel præcipientis contemptu, de quo Vazquez diſp. 98. c. 3. & 101. c. 5. Caietan. 2 2. q. 88. a. 5. §. citato. Sayr. ſup. n. 12.

15 *Corol.* Iuxta hæc effuſio ſanguinis, vel ſeminis in loco ſacro, quæ ſpecialiter eſt prohibita iure poſitiuo, eo quod ad cultum Dei valde ſit expediens hunc honorem loco ſacro deferri, vt in eo pollutio, &c. non fiat, peccatum erit contra religionem, non ſecus, quam ſi eſſet prohibita iure naturali. Nec refert publicam eſſe vel occultam, vt omnes docent. Vnde nõ probo, quod aliqui affirmant, ſi occulta ſit, non eſſe ſacrilegium: quia tunc (inquiũt) non violatur, nec indiget reconciliatione. Quæ ratio nullius eſt momenti, nam omnia, quæ ſpecialiter ſunt prohibita in loco ſacro ob reuerẽtiá illius loci, quamuis Eccleſiam non ita violẽt, vt recõciliatione indigeat, vt extrahere inde delinquẽtes, furari res cõmiſſas ei⁹ cuſtodię, &c. ſũt ſacrileg. Rão in omnib⁹ eſt, q̃a ſi hæc eſſent prohibita iure naturali eſſent ſacrilegia, cum ergo ſecreta effuſio in loco ſacro ſit ſpecialiter prohibita iure poſitiuo, ſacrilegium erit, ac ſi prohibita eſſet iure naturali. Confir. nam ſi poſtea publicaretur eſſet ſacrilegium neceſſario confitendum, cum Eccleſia reconciliatione indigeat, ſed publicatio non facit de non ſacrilegio ſacrilegium, maxime ſi abſque ſacrilegij culpa fiat: ergo illa effuſio ante publicationem erat ſacrilega, quia vero alia peccata vt blaſphemiæ, verba turpia, & percuſſiones ſine effuſione ſanguinis, furari res non commiſſas loco ſacro, non ſunt ſpecialiter prohibita in loco ſacro, ſacrilegia non ſunt, vt recte Say. ſup. n. 13. Herrera poſt illam. 1. regulam Corol. 2. & 3. vbi etiam bene aduertit, furari res commiſſas cuſtodiæ & protectioni loci ſacri, nõ licet ſit ſacrilegium ſecundum ius ciuile, vt loquuntur Iuriſp. quia ius ciuile illud non punit. l. diuæ. ff. ad. l. Iulian. tamen eſt ſacrilegium ſecundum ius canonicum, vt colligitur ex. c. quiſquis. 16. q. 4.

Dico. 4. quando præceptum veri ſuperioris 16
ſupponit votum ſubditi de obediẽtia illi præ *4. Con.* ſtanda, violare illud habet duplicem ſpeciem malitiæ; alteram contra virtutem, cuius rectitudo præcipitur, alteram contra voti religionem, ita Vazquez diſput. 98. c. 3. Caiet. 2. 2. q. 88. ar. 5. §. ad eius euidentiam Aragon ibi. §. his conſtitutis. Med. hic ar. 6. vbi Zumel dubio. 3. Azor to. 1. lib. 4. c. 2. q. 6. & communiter Iuniores contra Scotum. 7 iuſtitiæ. q. 2 a. 3. ad. 1. vbi tantum eſſe malitiam contra voti religionẽ. Sed eſſe ibi etiam malitiam contra virtutem, cuius rectitudo præcipitur. Prob. quia præceptum poſitium veri ſuperioris eandem obligationem affert cum ea, quam afferret præceptum naturale, ſed huiuſmodi præceptum v. g. ieiunandi afferret obligationem temperantiæ: ergo & poſitiuũ, ac proinde peccatũ illud intemperantiæ erit. Confir. quia ſi præceptũ poſitiuum antecederet votum, induceret obligationem temperantiæ: ergo ſimiliter ſi ſequatur. Dixi veri ſuperioris, quia ſi non eſſet verus ſuperior, nec haberet vim obligandi aliunde, quam ex voto, tale peccatum ſolum eſſet contra religionem, vt ſi ſecularis vouit alicui obedire, qui non eſſet vere ſuperior, nemo enim poteſt priuata auctoritate ſuperiorem aliquem ſibi eligere, à quo etiam ſecluſo voto obligetur: in religione autem ſuperiores auctoritate Papæ, & olim Epiſcoporũ poſſunt, vt veri ſuperiores præcepta imponere, & interdum nouitijs, ſicut & punire illos. Hanc vero auctoritatem confeſſarius non habet, vnde ſi quis pœnitentiam ab eo impoſitam omittat, peccabit contra religionem Sacramenti, quod imperfectum relinquit: non tamen contra aliam virtutem, ad quam iniũcta pœnitentia pertineat, niſi aliàs eſſet iure naturali, vel poſitiuo præceptum.

Vnde infertur Scholaſticum, cui aliquid 17
alioqui præceptum, præcipitur in virtute præ *Corol.* ſtiti iuramenti, & id non facit, dupliciter peccare: nimirum contra religionem iuramenti, & contra aliam virtutem obligantem ſecluſo iuramento, ita Azor ſupra. Infertur etiã Franciſcanum, qui feria. 6. Quadrageſsimæ non ieiunat, dupliciter peccare, ſcilicet contra religionem ratione voti, & contra temperantia ratione præcepti: non tamen peccat dupli-

Digitized by Google

dupliciter ex eo præciſe, quòd violat præceptum regulæ, & præceptum Eccleſiæ. Ita Vaz. illo c.3.n.9. & 10. Medin. Azor ſupra Sayr. ſup. num.10.12. & 15. Herrera.2.diſp.31. quæſt. 7. licet Nauarr. cap.11. uum.4.§.5. oppoſitum inſinuet, falſum aliud docens, ſcilicet, eum, qui ieiunat quando Vigilia & Quadrageſſima concurrunt. &c. vel non audit miſſam, quando feſtum alicuius ſancti in Dominica venit, peccare duplici peccato de neceſsitate in confeſſione exprimendo, idem ſignificat cap.6.num.3. & tenet Eman verbo ieiunium cap. 23. conclu. 3. Lopez. 1. parte inſtiuctorij cap.28. cum nonnullis alijs recentioribus, & vtramque opinionem, vt probabilem refert Sa. verbo confeſſio, num.30. ſed noſtram tenet Vazquez. Herrer. & Azor ſupra Zumel illo dubio. 3. ad primum. Henriq. 5. ſummæ cap.5.§. 6. citans alios. Sayr.2. Theſau. cap.5. num.14. & 15. Probatur, quia, vt ibidem probat Azor, & Henriquez, qui omittit horas, ad quas tenetur ratione ordinis ſacri, & vnius aut plurium beneficiorum, non peccat multipliciter: ergo nec qui omittit ſacrum, &c. debitum pluribus titulis.

18

Confirmat Azor, quia is, qui centies eandem rem vouit, vel à tribus ſuperioribus ſubordinatis eiuſdem rei præceptum haberet, contra faciendo non peccaret multipliciter, nec qui ageret contra votum ſolenne caſtitatis emiſſum in profeſſione religioſa, & in ordine ſacro: ergo neque is, qui omittit ieiunium, vel ſacrũ pluribus titulis debitum. Addit Azor, ſacerdotem, qui indigne conſecrat, offert & manducat corpus Chriſti, vnico tantum peccato delinquere. Sed de hoc in materia de Euchariſtia, & eſt ſpecialis ratio dubitandi, quia in hoc euentu præcepta ſunt de rebus diuerſis. Id vero de quo agebamus prob.

Secundo quia illa duo præcepta eandem rectitudinem præcipiunt, ſcilicet miſſæ, vel abſtinentiæ: finis autem, ſcilicet honor ſancti, vel præparatio ad celebrandum ſequens feſtum, non cadit ſub præcepto: ergo non eſt, vnde obligatio duplicetur, ſicut nec duplicatur ex eo quod ſanctus ratione cuius ieiunium, vel miſſa præcipitur duplex ſit, neque ex eo quod myſterium celebratum, ſit duplex.

19 Objicies quoniam coniugatus, qui rem

Obiectio. habet cum aliena vxore, vtrumque coniugium debet confiteri, quia ex duplici capite peccat, ſed ſimiliter, qui omittit ſacrum in Dominica & feſto, ex duplici capite peccat: ergo vtrumque debet exprimere. Idem argumentum fit, quando religioſus cum moniali rem habet, vel ſimul ſacerdos eſt, nam ex duplici capite eſt ſacrilegus. Ad hoc quantũ attinet ad adulterium, licet Sa ſupra vtramque ſententiam referat, vt probabilem, ego certiſſimum iudico, vtrumque coniugum exprimẽdum eſſe, quia ibi duplex injuria duobus perſonis infertur, non minus, quã ſi coniugatus, ageret cũ ſoluta & econtra. Vnde malitia actus eſt duplex numero & quælibet grauis, ideo neceſſario cõfitenda, vt recte Vazq. illo. cap.3. Alcocer. c.20. Nauarro. c.6.n.5. Henr. illo. c.5. § 4. in fine, Viguerius cap.7. §.4. ver. 6. Vega ſum.1.p.c.55. caſu.16. citans Med. Complutenſem, Emanuel to.1.c.195.nu.4. Lopez.1.p.inſtr. c.35. colligit ex Graſſis lib.1. c.20.n.30. Llamas cap.8. Neque eſt ſimile de omiſſione miſſæ, vel ieiunij, quia in illo adulterio inuenitur duplex iniuria prohibita, ideò duplex peccatum: ſicut quando quis vno ictu plures interficit, ſed in omiſsione miſſæ, vel ieiunij vna ſola debita rectitudo omittitur, ideo vnicum eſt peccatum. Adde cum Henr. quando duo feſta concurrunt, alterum transferri, & de altero dicit miſſam, quod tantum videtur tunc obligare, ideo omittere eo die miſſam vnicũ peccatum eſſe videtur. Adde etiam, quando dies aliquis ſeruatur propter duos ſanctos, honorem inter eos diuidi. Vnde illum vtriq. auferri perinde eſt, ac ſi totus vni auferretur, ideo æquale peccatum eſt, ſicut auferre duo à duobus, vel ab vno.

Quod vero attinet ad copulam religioſi cum moniali Viguerius, Alcocer, & Peña ſupra recte docent peccatum eſſe duplex, idem colligitur ex Nauarr. cap.16. num.3. Medina Codice de confeſſione fol.53.col.2. Probatur quia Deo fit duplex iniuria violando duplicem perſonam, ex duplici eius voto ſibi ſacram, quod intellige etiam ſi fœmina ſuam conditionem ignoraret, modo vir eam ſciret, ſicut, qui accederet ad coniugatam ignaram ſuæ conditionis, non excuſaretur ab adulterio, quod interuenit ex parte illius. 20

Quod vero attinet ad ſacerdotem religioſum, an ratione duplicis voti ſolemnis duplex peccatum fornicando committat. vel ſaltem vnum notabiliter grauius neceſſario confitendum, licet affirmatiuam partem expreſſe teneat Nauar. in ſumma Hiſpana. c.28. Additione ad caput.6. num.11. Idemque ſignificet in Latina cap.6.nu.3. & 11. & de pœnitentia d.5. initio. n.90. quod etiã aperte docet Graſſis lib.1. cap.20. num.31. Palacius.4.d.16.diſp 3. Verius tamen eſt non eſſe neceſſarium, vtramque circunſtantiam, ſcilicet ſacerdotij, & profeſſionis exprimere, ſed ſatis eſſe ſi altera exprimatur, vt tenet Corduba in ſumma quæſtione.3. Medina. 1. ſummæ cap. 14.§. 18. verſi.3. Llamas.3. parte ſummę. cap.8.§.14. Vega. 1. parte. cap.55. caſu. 10. Lopez. 1. parte inſtr. 21

inſtr.cap.29. Eman.tomo.1.cap.53. concluſ.4. num.5.& cap.195.concluſio.2.num.2. Angles. 2.diſt.37.quæſt.3.arric.4.videtur etiam Azoris tom.1.lib.4.c.2. quæſt.6.in fine, ait enim,non peccare dupliciter; quamuis peccet contra duplex votum ſolenne.Pro quo male citatur Caietanus quodlib. de confeſsione: nullum enim fecit:in opuſculis verò tomo.1. tracta.5. de confeſsione nihil dicit,neque 2.2.q.186.ar. 9.dubio.1.vbi à varijs citatur. Ratio eſt, quia vota ſolemnia caſtitatis ſunt eiuſdem rationis, & ſpeciei infirmæ ſubſtantialis inter ſe, ſicut ſimplicia inter ſe: ergo ſicut repetitio voti ſimplicis nullam addit obligationem ſpecie,vel numero diſtinctam,vel notabiliter grauiorem, ideoque non eſt neceſſario confitenda, ita neque repetitio voti ſolemnis,& maxime habet verum hæc opinio in ſententia aſſerente,citcunſtantias non mutantes ſpeciem,etiam ſi notabiliter aggrauẽt eandem numero malitiam,non eſſe neceſſario confitendas.

22 *Quæſtio.* Sed an qui habet votum ſimplex, & ſolemne, vel ſolum ſolemne,poſſit ſolemnitatem tacere,ſatisfaciatque dicendo, ſe contra votum caſtitatis egiſſe. Reſpondetur affirmatiue, quia ſicut ſolemnitas voti paupertatis, vel obedientiæ non mutat ſpeciem, neque aggrauat notabilitet peccatum, ideoque non eſt neceſſario exprimenda,ita nec ſolẽnitas voti caſtitatis.Confir.nam votum ſimplex & ſolemne caſtitatis non differunt ſpecie ſubſtentiali,ſed tantum accidentali ex parte ſubiecti, quod per votum ſolemne fit in habile ad matrimonium,& conſtituitur ſub iuriſdictione prælati potentis illum cogere ad impletionem voti in ea religione,nõ tamen per votum ſimplex (prætérquá in ſocietate Ieſu quando poſt biennium eſt emiſſum) vt docet Caiet.2.2.q.88.ar.7.ad.1. Angles.2. par.4. q. de voto ar.6,difficul.2.Ouandus.4.d.38. propoſitione 6.Med.4.de continentia controuerſia. 7.c.38.Val.2.2.diſp.6.q.6.pun.5. fine Led.Add. q.53.a.3.ad.4.et 5.alias qui haberet votum ſimplex & ſolẽne,non ſatisfaceret,ſi tantũ exprimeret in confeſſione ſolemne, ſed deberet etiam ſimplex explicare, quia ab eo peccatũ ſumeret aliam malitiam ſpecie diſtinctam, quod eſt omnino falſum: ergo. Vega tamen & Emanuel ſupra & Aragon.2.2.q 88.artic.7. dub.vltimo dicunt,hæc duo vota differre ſpecie ſubſtantiali,ideo voti ſolemnitatem neceſſario eſſe confitendam, quod etiam ſignificat Medin.Salmãt.ſupra dicens eſſe neceſſario confitendam,quia votum ſimplex, & ſolemne ſemper diſtinguuntur, ſcilicet ſpecie ſubſtantiali, vt expreſſe tenet Sotus. 7. iuſtitiæ, quæſt.2. artic.5, ad primum,licet addat hanc diſtinctionem ad mores parum referre, modo concedatur,eum, qui votum ſolemne emiſit.grauius peccare. Quibus verbis inſinuat ſolemnitatem eſſe neceſſario confitendã, ſaltim,quia notabiliter aggrauat, & quidem aggrauare, docet expreſſe D.Tho. 2.2.q. 88.ar.7.ad primum,Angles,& Valentia proxime citatis locis. Sed non video, vnde grauitas hæc ſit notabilis,& Celeſtinus cap.rurſus, qui clerici,vel vouentes,ait,apud Deum non magis obligare votum ſolemne, quam ſimplex,quod haber etiam lex.2,titu. 8. partita.1. pro quo Gregorius Lopez ibi citat Gofred.& Hoſt. quos etiam ſequitur Zuñiga.quæſt.2.de voto num.31.& quæſt.6.num.100.Idem docet Spenceus.5. de continentia.c.4.Medina.4. de cõtinentia c.23.25.qui dicunt & ſecluſo ſcandalo(quod in violatione voti ſolemnis ſolet contingere)æquale peccatum eſſe violare votum ſimplex,& ſolemne, quod etiam docet Ouandus ſupra,Nauarr. cap.12. numero.31. Gloſſa cap.rurſus,idem inſinuat tex. leg. citata.Magiſter & Hugo citati à Medina ſupra, licet autem daremus,per ſe,& ſecluſo ſcandalo,violationem voti ſolemnis eſſe notabiliter grauiorem, probabile eſſer ſolemnitatem non eſſe neceſſario confitendam, quia probabile eſt citcunſtantias notabiliter aggrauantes,nõ eſſe neceſſario confitendas.Vnde colligo,licet notabiliter grauius eſſet violare votum ſimplex caſtitatis, quod conſtituit religioſum, vt in ſocietate poſt bienium, quam quod nõ conſtituit religioſum (quod tamen non facile ad miſerim) adhuc probabile eſſe,eam circunſtantiam non eſſe neceſſario confitendam, & multo minus citcunſtantiam nouitiatus,quam Llamas illo. §. 14. neceſſario confitendam arbitratur, quia notabiliter aggrauat.Sed oppoſitum merito tenet Palatius ſupra, quia non aggrauat notabiliter,& licet ſic aggrauaret,probabile eſſet ex dictis, non eſſe neceſſario confitendam. Bene etiam Palatius,Emanuel,& Vega ſupra dicunt,ſacerdotem ſatisfacere ſi exprimat,ſe habere ordinem ſacrum, vel eſſe ſubdiaconum;quia ſolum in ſubdiaconatu votum emiſit, & licet poſtea repetatur, non affert nouam obligarionem neceſſario exprimendam.Similiter circuſtantia Pontificatus etiã ſummi, non eſt neceſſario confitenda, quidquid contradicat Bonauentura. 4.diſt.21.parte.2.artic.1.quæſt.3.Alenſis.4.p.q.18. memb.4. art.2.§.4.

Dico.5.Quod præceptum ſit naturale, vel 23 *1.Concl.*
ſupernaturale, non ſufficit ad diſtinguenda peccata formaliter, & ſecundum malitiam: eſt contra Medinam in calce artic.6. & Zumel ibi dub.3ad tertium aſſerentis, eodem actu violantem naturale & ſupernaturale præceptum, duplici peccato peccare, vt ſi
eodem

Digitized by Google

eodem actu ageret contra temperantiam infuſam,& acquiſitam. Quod non probo, quia præceptum natutale, & ſupernaturale, virtus infuſa,& acquiſita eandem rectitudinem in obiecto reſpiciunt, licet diuerſimodo: ergo non ſufficiunt ad diuerſicandam malitiam actus:alias omes, vel fere omnes actus mali haberent duplicem ſpeciem malitiæ, quia ſunt contra vtrumque præceptum, & vtramque virtutem, nam Deus præcepto ſupernaturali prohibet omnia peccata in ſacra Scriptura & temperantia infuſa verſatur circa omnẽ materiã tẽperãtiæ acquiſitæ, ſi autẽ præceptũ eſſet d actu ſupernaturali,& naturale de naturali, omiſsiones in malitia differrẽt.

24 *6. Con.* Dico. 6. licet præcepta ad eandem virtutem pertineant, poſſunt peccata, quibus violãtur, differre in ſpecie malitiæ. Prob. quia intra eandẽ virtutem poſſunt obiecta habere diuerſas rationes cõſonantiæ ad naturã rationalẽ: ſic ſpecie differunt prodigalitas & auaritia, quæ ſunt contra diuerſa præcepta liberalitatis, homicidium, furtum, rapina, detractio, adulterium,&c. Quæ ſunt contra diuerſa præcepta iuſtitiæ,& commiſſio, & omiſſio circa eandem materiam, vt ſect. ſequenti.

25 *Ad 1. arg. 1. Opinio.* Ad primũ 1. opinionis negatur cõſequẽtia, quia peccata diſtinguũtur ex obiectis, vt prohibita per legem poſitiuam, vel rationem, ac proinde ex præceptis prohibentibus. Itẽ præcepta diſtinguuntur ex obiectis, ideo licet peccata diſtinguantur ex præceptis, non obſtat, quo minus etiam diſtinguantur ex obiectis. *Ad. 2.* Ad. 2. negatur antecedens, quia de eſſentia peccati eſt eſſe contra legem, vt ſupra, neque id negat D. Th. de malo. q. 2 a. 6. quin potius id aſſirmat ibi docens, de ratione peccati eſſe quod ſit contra rationem, ac proinde cõtra legem naturalem, licet aliqua peccata nõ ſint mala ex eo quod ſint contra legem poſitiuam. *Ad. 3.* Ad. 3 R. conſtitutiuum & diſtinctiuum peccatorum non variari, licet pręcepta varientur, quia quoties dantur aliqua peccata diſtincta, dantur eorum ſtitutiua,& cõdiſtinctiua, quæ ſunt priuationes obedientiæ circa diuerſa præcepta. Ad. 4. R. peccatum pro materiali non ſpecificari ex eo quod eſt indirecte volitum, quia ſic eſt ipſa ſubſtantia actus, quæ ex obiecto ſpecificatur: pro formali autem ſpecificatur ex priuatione obediẽtiæ, quæ varia eſt iuxta formalem varietatem præcepti.

26 *Ad. 1. arg. 2. Opin.* Ad primum. 2. opinionis. R. quodlibet præceptum obligare, non quidem producendo nouam obligationem, ſed conſeruando, confirmando,& fortaſſe aliqualiter augendo antiquam.

Ad. 2. Ad. 2. R. deuiationem à duplici lege non ſemper eſſe duplicem deuiationem, nã eodẽ motu poſſum deuiare à duplici, termino& ſaltem moraliter eadem eſt deuiatio, quãdo duplex lex, vna moraliter, & eadem reputatur, quia non differt formaliter ex parte obiecti. Ad. 3. conſtat ex dictis, cur maior neganda ſit.

SECTIO. III.

De varijs diuiſionibus peccati.

Diuiditur peccatũ in originale, & perſonale, originale eſt quod voluntate capitis voluntarium eſt. 27 Perſonale quod propria, de originali ſuo loco dicetur. Perſonale diuiditur in actuale & habituale, hoc eſt, quod ex actuali relinquitur, de quo inferius fuſe. Nunc de ſolo actuali: 28 *1. Diuiſio peccati actuales.* cuius variæ ſunt diuiſiones. Omitto illã, qua diuiditur peccatum & ſecundum ſtatus, nempe in ſtatu puræ naturæ eleuatæ ad finem ſupernaturalem: nam peccatum furti. v.g. eiuſdem rationis eſſentialis eſſet in vtroque ſtatu, quidquid in contrarium docere videatur Herrera. 2. diſp. 29. q. 6. cum illa eleuatio ſit penitus extrinſeca,& accidẽtaria actui, vt eſt contra legem & rationem,& nullo modo ſe teneat ex parte obiecti, præſertim cum inuincibiliter ignoratur, aut non conſideratur: ergo nulli peccato tribuit ſubſtantialem ſpeciem,& hic videtur cõmunis omnium cõſenſus. Imo furtum eſſet malũ morale & peccatum eiuſdem rationis cum eo, quod modo, ſi per impoſſibile non eſſet Deus, ac proinde ratio naturalis non eſſet lex Dei, quãuis Herrera ibidem. q. 5. contendat, in eo euentu, nullum fore peccatum, aut malum morale, imo neque nunc ſi inuincibiliter quis ignoraret eſſe aliquam regulam ſuperiorem ratione humana, in cuius virtute ratio humana ſit lex, quãuis hanc ignorantiam putet eſſe impoſsibilem; ego vero non video cur nõ poſſit hoc inuincibiliter ignorari, aut non aduerti, cum poſſit inuincibiliter ignorari eſſe Deũ, aut aliquam naturam ſuperiorẽ humana, aut ſaltem inuincibiliter non aduerti: & nihilominus furtum erit peccatum & mortale: ergo non ſumit ſuam malitiam ex eo quod formaliter apprehendatur, vt cõtrariũ legi Dei, aut alicuius ſuperioris naturæ. ſed ſatis eſt apprehendi, vt turpe & diſſentaneum naturæ rationali, aut rationi. Vnde recte Azor lib. 4. c. 1. q. 2. in fine, ait, etiam ſi Deus non eſſet, aut nihil prohiberet, actus cõtrarios rationi fore malos,& pecata, vide etiã. q. 4. Hoc ſuppoſito d peccato in hoc ſtatu. 1. diuiſio ineſt carnale, & ſpirituale, hanc ponit D. Th. hic ar. 2. ad mẽtẽ Greg. 32. mor. c. 31. aſſerentis, ex. 7. capitalibus vitijs duo eſſe carnalia, nempe gulam, & luxuriam, reliqua ſpiritualia, & ad mentem

Caſſiani

Digitized by Google

Caſſiani Coll.5. cap 4. & Pauli.2 Cor.7. dicentis mundemus nos ab omni inquinaméto carnis & ſpiritus, nam licet generatim omnia peccata noſtra dicuntur carnis ex Caſsiano ſupra.& Paulo Rom.7.&.8.Epheſ.5.& maxime Galat.5.quatenus in ſacra ſcriptura interdum caro pro toto homine accipitur, vt egregie Auguſt.14 ciuitatis c.2.& 3. vel certe quatenus omnes defectus rationis humanæ in ſtatu naturę corruptę aliquo modo a ſenſu carnali oriuntur, vt recte D.Thom.art.citato ad primum:ſpeciali tñ ratione peccata luxuriæ & gulæ dicũtur carnalia, quia cõtactu carnis & materiali alteratione cõſummãtur ſecus ita, inuidia, ſuperbia, accidia & auaritia: licet enim auaritia verſetur circa res externas, non tamen conſummatur perſe loquendo in tactu corporali, ſed in poſſeſsione morali, & dominio: quod conſiſtit in iure vtendi his rebus, & nõ eſt corporeum, ſed ſpirituale & internum.

29 *Corol.* Vnde patet, quo modo auaritia Epheſ.5. peccatis carnalibus annumeretur: intelligitur enim iuxta D.Thom ſupra ad.4.ea ratione generali, quia peccatum omne, maxime, quod habet pro obiecto rem corpoream, aut ortum ex concupiſcentia, carnis peccatũ carnis dicitur, vel ſumitur ibi auaritia pro adulterio, vt exponit Hierony.eodem loco & D. Tho.ſolutione citata. Licet autem tam gula quam luxuria ſit ſtricte peccatum carnis, luxuria tamen ſtrictius, *Quia omne peccatũ quodcunque fecerit homo, extra corpus eſt, qui autem fornicatur in corpus ſuum peccat*, 1. Corint.6.quod dupliciter exponit D.Thom.ad.4.& Sayr.li.2 cap.6.num.3.primo cum gloſſa, quia ſpecialiter in fornicatione ſeruit anima corpori adeo vt nil aliud in ipſo momento cogitare valeat, delectatio autem gulæ licet carnalis ſit, non ita rationem abſorbet. ¶2.& melius, quia in hoc peccato quædam iniuria fit corpori, dum inordinate maculatur: De hac diuiſione. Vide Bellar.1.de ſtatu peccati ca.2.Caſſianum ſupra, Valentiam hic diſpu.6.quæſt.2 pun.2.qui recte docet, ſecundum ſe non eſſe diuiſionem eſſentialem pecati ſumpti pro formali, et quatenus malum motale eſt: ſed accidentalẽ, nam conſiſtit in conditione eſſentiali actui ſecundum eſſe natura et propterea D.Thom.q.31.a.3.ad primum eſſentialiter in eſſe naturæ diſtinguit delectationem carnalem a ſpirituale: tamen extrinſeca eſt malitiæ peccati: et nihilominus adiunctã habet eſſentialem differentiam ſecundũ malitiam moralem vt etiã docet Saytus lib.2.ca.6 n.3.et Zumel ar 2 et.3.licet leui fundamento, nẽpe quia ſi hæc eſſet differẽtia eſſẽtialis omnes alię diuiſiones eſſent accidentales, vel eſſent huius ſub diuiſiones; quoniam idem genus non poteſt immediate diuidi pluribus diuiſionibus eſſentialibus. Q eſt falſũ: nã quãtitas immediate et eſſẽtialiter diuiditur in cõtinuã & diſcretã, ſucceſsiuã, et permanentẽ, et peccatum in actuale & habituale: in ſe, in proximum et Deum, & ſunt innumera alia huius rei exempla: omiſſo ergo fundamento Zumelis. Prob. intentum cum Valentia, nam peccata carnalia, et ſpiritualia opponuntur præceptis et virtutibus diuerſis, habentque obiecta, et materias formaliter, et in genere moris diuerſas: ergo differunt eſſentialiter in malitia. Propterea Vazq.ar.2.hanc diuiſionẽ abſolute vocat eſſentialem.

An vero peccata carnalia ſint in dæmonibus, licet diſputet Medina, & Zumel ar. 2. tamen pertinet ad primam partem, quæſt. 51. ar.3.vbi nos late, & q.63.ar.2.vbi D.Tho. Sixtus 5.Bibli.annotatione.70.75.77. & lib.6. annotatione.65 Pererius in c.6. Geneſis. Valles in ſacra Philoſo. c.8. Philaſtr. contra hæreſ. c.8. Nota, malitiam, quæ reperitur in peccatis carnis, in dæmonibus etiam reperiri, nõ quatenus ad peccata carnis homines inducunt, vt putat Medina, nec quatenus illis cooperãtur in corporibus aſſumptis; hoc enim pertinet ad peccatum odij, & ſcandali oppoſitum charitati & amicitiæ non temperantiæ, ſed quia vellent ſi poſſent fornicari, &c. Idem de animabus damnatorum, ſed hęc non dicentur in illis peccata carnis; vt in nobis, quia peccatum carnis connotat, quod in peccante ſit caro. 30 *Quæſtio.*

Secunda diuiſio eſt in peccatum in ſe, in Deum.& in proximum. Beda in fine cap.6. ep 1.ad Corinth. D.Tho.ar.4.qui pro ea citat Iſidorum de ſummo bono, ſed ibi non inueniri, notat Valentia illo puncto 2. quamuis. 1. ſententiarum cap.18. in fine, dicat Iſidorus præcepta.1.tabulę pertinere ad dilectionem Dei.2 vero tabulæ ad dilectionem hominũ, ſcilicet ſui et proximi. Colligitur autem diuiſio ex ſacra Scriptura, nam Matth 10.et Lucæ. 11 fit mentio peccati in Sipi itum ſanctum, et Matth.18.in proximum, et 1.Corinth. 6.in ſeipſum. Sufficientiã diuiſionis colligit Bern. lib.ſententiarum moralium, ſuper id Euangelij *Ecce nos reliquimus omnia*, quia homo recte ſe habere debet erga ſe, Deum, et proximum iuxta id ad Titum.2.*ſobrie, pie, & iuſte viuamus*, et Micheæ. 6. *in dicabo tibio homo, quid ſit bonum, & quid dominus requirat à te, vtique facere iudicium, & diligere miſericordiam, & ſolicitum ambulare cum Deo tuo*, contra hæc tria peccata Pſal.50.petitur Spiritus ſanctus, rectus, et principalis, vt notat Bellarmin.illo cap.2.quamuis generali quadam ratione omnia peccata ſint contra operantem, quia illi nocent, & contra Deum, quia ſunt contra 31 *2. Diuiſio.*

eius

Digitized by Google

eius legem, & ſæpe contra proximum, vt ſi
ſint ſcandaloſa. Vide Azorem to. 1. lib. 4. ca. 2.
q 9. qui etiam notat, omnia peccata eſſe poſ-
ſe directe contra Deum, videlicet vt offenda-
tur Deus: quod eſt ſpeciale peccatum odij cō-
tra charitatem Dei, ſimiliter omnia poſſent
eſſe directe contra proximum, ſi fierent vt læ-
deretur proximus. Vide etiam Azorem eod.
c q. 1. vbi ex Scoto. 2. d. 35. q. 1. & Gabr. diſt. 36. q.
1. a. 3. d. ib. 1. ait omnia peccata auertere à Deo
directe, vel indirecte: explicite, vel implicite:
non tamen omnia directe & explicite: & ſic
non omnia eſſe directe cōtra Deum, ſed quæ
dam tantum contra proximum. ¶ Obijcies. 1.
quia ſi aliquod peccatum eſſet contra proxi-
mum, maxime homicidium, & adulterium;
ſed hæc non, quia Dauid Pſal. 50. ait, *Tibi ſoli
peccaui.* ergo. 2. Quia is, qui ſine cauſa ſufficien
ti occidit bruta innoxia, peccat contra illa: er
go diuiſio eſt inſufficiens. 3. Quia in decalogo
tantum ſunt præcepta dilectionis *Dei*, & pro
ximi.

32 Ad. 1. Reſpon. ſoli Deo peccaſſe ideſt co-
ram ſolo illo, vt iudice, quia cum eſſet rex,
nullum ſuperiorē habebat, vt exponit Chry-
ſoſt. & Euthim. vel ſoli Deo peccaſſe in homi
cidio. 1. ſolo Deo ſciente, nam neque Ioab
agnouit &c. ¶ Ad. 2. R. primo forte cōtra bruta
eſſe poſſe peccatum crudelitatis, ſed leue &
ratum, ideo nullam illius haberi rationem.
Reſpon. 2. ſicut ſola natura rationalis poteſt
moraliter obligari: ita ad illam ſolam poſ-
ſe eſſe obligationem moralem. Vnde, qui
peccat in occiſione brutorum, vel eſt, quia
agit contra proximum peccato iniuſtitiæ,
&c. vel contra ſe exercendo actum ocioſum,
vel priuandoſe ſine cauſa re vtili ſibi.

Ad tertium Reſpondetur. 1. ex Valent. diſ-
puta. 6. quæſt. 2. puncto. 2. ſub præceptis di-
lectionis Dei includi præcepta dilectionis
propriæ: nam poſtquam Beda. 1. Corinth. 6.
ex Auguſt. lib. de duobus generibus peccato-
rum, ſeu ſerm. 105. in editione Lauonienſi di-
ſtinxit peccata in *Deum*, & in hominem, ſeu
proximum, & dixit, priora eſſe contra tria prę
cepta priora decalogi; poſteriora vero con-
tra reliqua, ſubiunxit: *Peccatur in Deum etiam
corrumpendo templum eius in ſe.* Sed melius Reſ-
pond. 2. præcepta pertinentia ad proximum
etiam ad ſe pertinere, vt Beda videtur oſten-
dere ex illis verbis, & ꝓximū tuū ſicut teipſū,
vnde occidere ſe eſt cōtra illud, non occides.

Hāc diuiſionē accidentalē pūtat Sayr. lib.
33 2. c. 6. n. 2. & 3. & Valent. ſup. ſed ſecundū Vaz.
Med. Conra. & alios cum *D.* Tho. art. 4. eſſen-
tialis eſt, tum in eſſe naturæ ob diuerſitatem
obiectorū ſecundū ſe, tū in eſſe moris ob di-
uerſitatē obiectorum ſm̄ quod ſunt prohibi-
ta, ſeu propter diuerſitatem præceptorum, &
rectitudinum quib. peccata hæc opponūtur,
vnde Beda ex Aug. ſupr. ea diſtinguit ex præ-
ceptis dicens: quomodo ergo duo ſunt præ-
cepta; ſic & duo genera peccatorū. Verum eſt,
quod ſi quis odio habeat proximum referen-
do dānum eius in damnum Dei, tale peccatū
non erit diſtinctum in ſpecie malitiæ mora-
lis ab odio *Dei*, ſicut neq. amor proximi re-
ferendo bonū eius in *Deum* eſt diſtinctæ bo-
nitatis moralis ab amore Dei. Sayr. etiam ait,
licet hæc differentia non ſit eſſentialis, habe-
re tamen adiunctam eſſentialem differentiā.

3. *Di*uiſio in peccatū cōmiſſionis, & omiſ- 34
ſionis, D. Thom. art. 6. colligitur ex Iacob. 4. *3. Diuiſio.*
Scienti bonum & non facienti peccatum eſt illi: &
Eccleſ. 48. *Alij multa peccata commiſerunt*, &
ex Aug. q. 20. in Leuiticum, vbi exponens id.
c. 7. *Sicut pro peccato offertur hoſtia: ita & pro deli-
cto*, ait, nomine peccati intelligi peccatum cō
miſſionis, delicti vero omiſsionis, cum delic-
tum ſit quaſi derelictum, & hoc duplex pec-
catum opponi duplici iuſtitiæ, quæ eſt, *Decli-
nare à malo & facere bonum.* Pſal. 36. Sic inter de
lictum & peccatum nonnullos ſapientes di-
ſtinxiſſe, refert Orig. hom. 5. in Leuiticū, ipſe
vero putat, delictum eſſe quid leuius pecca-
to: nam de peccato dicitur, eſſe ad mortem. 1.
Ioan. 5. de delicto vero id nō legimus. Sed fal-
litur nam Epheſ. 2. dicitur, *Cum eſſetis mortui de
lictis, & peccatis.* Vbi Hierony. exponit, delic-
ta eſſe peccata opere nō completa: peccata ve
ro, quæ opere complentur, quod nulli funda-
mento niti videtur, & vt recte notat Valent.
illo puncto. 2. ex Augu. & Origen. ſupra, ſæpe
hæc nomina idem ſignificant. Vide dicta diſ-
put. præcedenti ſect. 1.

Quod vero ait D. Tho. illo artic. 6. peccata
hæc differre ſpecie materiali: non vero forma
li: quantum ad priorem partem nō habet dif- 35
ficultatem, quia clarū eſt, odium, & carentiā
amoris materialiter ſeu in eſſe naturæ differ-
re ſpecie, ſicut etiam ignorantia prauæ diſpo-
ſitionis & negationis. Sed quoad poſteriorē
partem difficile ad modum eſt, nam ſic eiuſ-
dē malitiæ ſpecificæ eſſet iraſci, vel odiſſe, &
nō amare: occidere, & non liberare à morte,
eſſe prodigum & auarum: carere actu fidei, &
eſſe hæreticū, Iudæum, aut paganū: nō ſperare
& deſperare: non laudare Deum, & blaſphe-
mare, & ſimilia, quod eſt abſurdum. Secun-
do malitia peccati omiſsionis eſt priuatio
actus debiti, malitia vero peccati commiſsio
nis eſt quid poſitiuum, vel alia priuatio: ergo
differunt ſpecie. Confirm. nam vt ſæpe dixi,
malitia omiſsionis eſt priuatio conformita-
tis ad præceptum affirmatiuum, malitia ve-
ro commiſsionis ad negatiuum, vt etiam do-
cet *D.* Tho. 2. 2. q 79. a. 2. & 3. ergo differūt ſpe-
cie. ¶ 3. Quia exēpla. D. Tho. non ſunt ad rem;

 ſiquidem

Digitized by Google

ſiquidem non ieiunare, quod peccatũ omiſſionis vocat, non eſt vere peccatum omiſſionis; cum non ſit carentia actus debiti, ſed, vel ſit actus comedendi, vt putat Vazquez, vel vt alij cenſent, ſit negatio alterius negationis orta ex actu comedendi, quæ eſt eiuſdem malitiæ cum ipſa comeſtione: habet enim eãdem contrarietatem cum illo præcepto, non comedes bis in vigilia D. Ioannis, aliud autem exẽplum de rapere, & non reſtituere reijcit Vazq. quia rapere non eſt malum niſi fiat animo non reſtituendi: ergo eandem malitiam habet cum carentia reſtitutionis, & ſicut non reſtituere eſt peccatum omiſſionis, ita & rapere, aut certe non reſtituere eſt idem quod retinere, hoc autem eſt peccatũ cõmiſſionis: ergo male à D. Thom. appellatur peccatum omiſſionis. Sed apparentius impugnatur hoc exẽplum. quia rapina eſt diuerſæ ſpeciei à furto, vt docet D. Tho. 2.2. q. 66. art. 4. ergo à fortiori à non reſtituere. Conf. quia furari, & nõ reſtituere differunt ſpecie, & puniũtur diuerſis pœnis; nam, qui furatur, punitur, vt latro, non vero, qui non reſtituit: ergo à fortiori rapere, & non reſtituere: magis enim differunt interſe, quam furari, & non reſtituere: ſimiliter repetere, vel reſumere violẽter, ſeu contra voluntatem alterius, & nõ dare proprium indigenti differunt in ſpecie malitiæ. § 4. Quod ait D. Tho. ſimile quid accidere in agentibus naturalibus: nam eiuſdem rationis eſt, quod ignis calefaciat, & quod nõ infrigidet: falſum videtur; nam hæc duo differunt ſpecie formali, licet ab eadẽ virtute ſeu inclinatione oriãtur: ergo. § 5. Si propterea vt inquit *D.* Thom. peccata cõmiſſionis, & omiſſionis non differunt ſpecie formali, quia habent idem motiuum, eadem ratione furtum, ſacrilegium, & homicidium, & alia peccata quando habent idem motiuũ, ad eundẽq. finẽ ordinãtur, non different ſpecie formali, quod eſt abſurdum.

36 Propter hæc nonnulli, vt refert Zumel a. *6.* dub. 2. doctrinam D. Tho. falſam arbitrantur ab eoq. retractatam. 2.2. q. 79. ar. 2. & 3. alij vero vt Caie. & Medi. conantur in verũ ſenſum D. Tho. interpretari, omnes vero putant, eum loqui de ſpeciebus horum peccatorum, vt mala ſunt, cui opinioni occaſionem præbet D. Th. diſtinguens in his peccatis ſpeciẽ materialẽ & formalem, prioreq. vocans ſpeciẽ peccati in eſſe naturæ: quo verbo inſinuat aliam id eſt formalẽ ſpeciẽ, eſſe ſpeciem peccati in eſſe moris: cum ergo formalis, & moralis ſpecies peccati condiſtincta materiali, & naturali, videatur ſpecies malitiæ, de ſpecie malitiæ videtur loqui D. Th. cum ait, hæc peccata non differre ſpecie formali, de qua verũ apparet, ꝙ ait, rapere, & nõ reſtituere alienum, eſſe eiuſdem ſpeciei formalis; vtrũq. enim continet malitiam iniuſtitiæ. Similiter eiuſdẽ malitiæ eſt nõ dare & repetere rẽ ꝓpriam à proximo extreme aut grauiter indigente.

Sed cũ malitia peccati in deordinatione, auerſione, & priuatione cõſiſtat, vt in hac q. a. 5. & a. 9. ad. 1. & q. ſequenti a. 3. ad. 2. & a. 5. & 2. 2. q. 34. a. 2. & q. 118. art. 5. & alibi ſæpe docet D. Th. idemq. a. 1. huius quæſtionis præcipuã ſpeciẽ peccati à conuerſione putet ſumendam, ideoq. in tota q. de ſpecieb. peccatorũ ſecundũ cõuerſionẽ præcipue diſſerat: de eadẽ agit hoc ar. *6.* vt explicat Conra. ibi, & Valen. diſp. 6. q. 2. punct. 2. & patet legẽti D. Tho. maxime ad. 2. & alioqui falſo diceret, peccata, quæ nõ differunt motiuo, nũ differre ſpecie formali, nam quocunq. motiuo quis occidat, & furet, homicidium, & furtũ diuerſas habent ſpecies iniuſtitiæ, & ſimile eſt in alijs peccatis, ſiue omiſſionis, ſiue cõmiſſionis, falſo etiam diceret, peccata omiſſionis, & cõmiſſionis nõ differre ſpecie formali, procul dubio nãq. differũt ſpecie in malitia, vt patet ex 1. & 2. arg. eiuſq. cõfirmatione, & ex dictis ab Alenſ. 2. p. q. 130. m. 2. & à D. Tho. 2.2. q. 79. a. 2. & 3. vbi *D.* Th. ait omiſsionẽ eſſe ſpeciale peccatũ diſtinctum à cõmiſſione, quod male interpretatur Medin. hic, qñ cõmiſſio eſt ex contemptu. omiſſio vero non. Nã D. Tho. abſolute loquitur, quamuis quod ait, omiſſionis peccarũ eſſe contra iuſtitiã legalem, ſi formaliter intelligatur, nõ poſſit verificari, niſi cũ omiſsio fit ex cõtemptu legis. Cum ergo D. Tho. ait, hæc peccata non differre ſpecie formali, non loquitur de ſpecie malitiæ, ſed de ſpecie materialis, & fũdamenti; in quo præſcindendo à malitia. duplex ſpecies poteſt conſiderari, vna quæ ſumitur ex materia ſeu obiecto terminatiuo, & hanc appellat materialẽ, aliam vero ex obiecto motiuo, ſeu ratione formali appetendi materiale obiectum, & hanc appellat formalẽ, & licet vtraq. ſit ſpecies actus peccati in eſſe naturæ, vt cõdiſtinguitur ſpeciei malitiæ moralis tamẽ. 1. ſpecialiter vocatur ſpecies naturæ à D. Tho. quia reperitur etiã in agentib. mere naturalib. 2. vero inſinuat D. Th. eſſe moralẽ, quia ſolũ reperitur in agente morali, aut ſaltẽ voluntario, quod ex hoc, vel illo motiuo apprehenſo tendit in obiectum: ſed aliqñ non eſt vere moralis, vt in brutis, pueris, & amentib. in quib. non eſt libera, ideo à vocabulo moralis abſtinuiſſe videtur D. Tho.

Vnde patet. 1. alienũ eſſe amẽte D. Th. quod dicunt Medin. Zumel, & alij D. Tho. voluiſſe peccatũ commiſſionis, & omiſsionis differre poſſe in ſpecie malitiæ moralis: id n̄ non eſſe neceſſariũ, quia tũc ſunt eiuſdẽ ſpeciei in malitia morali, qñ habent idem motiuum, vt in exemplo furti, & retentionis, nam neque *D.* Tho. loquitur de ſpecie malitiæ, neq. verũ eſt, 38 *1. Corolar.*

hanc

hanc diuerſificari tantum ex motiuis, nec in exemplis 1. argum. vbi iſti conſtituunt diuerſitatem ſpecificam, ſunt varia motiua. nec in exemplo furti, & retentionis eſt eadem omnino ſpecies malitiæ, quidquid dicant Medi. Zumel, & alij, ſed diuerſa intra latitudinem iniuſtitiæ, vt expreſſe docet Herrera. 2. diſp. 31. q. 6. con. 3. in fine (quamuis dicat eiuſdem ſpeciei eſſe retinere alienum, & non reſtituere) Probatur, grauius enim peccatũ eſt ſm̃ ſpeciẽ ſuam, rapere, vel furari alienũ, quam poſt rapinã, furtũ, mutuum, vel depoſitũ non reſtituere. Vnde, qui rapuit, vel furatus eſt, non ſatisfaciet confeſſioni, dicendo ſe circa hãc, vel illã rẽ alienã iniuſtũ fuiſſe, ſi rapina, &c. fuit peccatum mortale. Contingit enim non eſſe mortale, vt ait Vazq. qñ quis rem alienam rapuit animo ſtatim reſtituendi, & ſine graui violentia ac ſine graui periculo retentionis. Falluntur autẽ Zumel, & alij putantes, retentionem eſſe actum poſitiuũ, ideo non eſſe proprie peccatum omiſsionis: nam ad retentionẽ ſufficit, poſtquam res in alicuius eſt poteſtate, eã dño non reddere. Id vero, quod ait D. Tho. peccatũ omiſsionis ſpeciẽ formalem ex motiuo ſumere, intelligitur, qñ habet motiuum, ſcilicet, quia eſt volita per actũ poſitiuũ tunc enim non ſolũ per actum internũ præciſa malitia poſſumus duas ſpecies cõſiderare vnã ex obiecto materiali, aliã ex motiuo formali ſumptã, ſed etiã in ipſa omiſsione, nam ſm̃ ſe habet materialem ſpeciem ſumptam ex actu, quo priuat, vt autẽ ſub eſt actui interno, habet ſpeciem ex motiuo ipſiuſmet actus interni. ¶ Aduerte has ſpecies non eſſe infimas, ſed ſubalternas, quæ mutuo ſe contrahendo vnam infimam efficiunt, ſicut quãtitas continua ſucceſsiua efficit vnã infimam ſpeciem temporis. Deinde cum dicimus, peccatum cõmiſsionis, & omiſsionis differre ſpecie in malitia, intelligitur, quando vnum nõ capit malitiam ab alio tanquam ab effectu, nam actus, qui eſt cauſa omiſsionis, peccatũ comiſsionis eſt, ſed non habet malitiam diſtinctam à malitia omiſsionis, vt ſuperius vidimus, & docet Almainus. 3. moral. cap 25. Zumel hic ar. 6. dub. 2. cõcl. 2. idem eſt ſi omiſsio ſit cauſa cõmiſsionis, vt ſic enim nullam habet malitiam diſtinctam à malitia cõmiſsionis.

39 2. Patet quam ſint alienæ à mente D. Tho. 3. interpretationes quorundam. 1. eſt, peccatum omiſsionis, & cõmiſsionis non differre in ſpecie malitiæ, quando omiſsio neceſſario coniungitur comiſsioni: cuius nullum aliud exẽplũ ſe inuenire aiunt aliqui, niſi in furto, & retentione, in quo tñ reuera omiſsio non eſt neceſſario cõiuncta comiſsioni, ſed vtraq. ſine altera dari poteſt, & earum malitiæ differunt ſpecie, & mirum eſt, generalem doctrinam D. Tho. in vno tantum euentu verificari poſſe. Hæc igitur interpretatio, quã etiam Medina, & Zumel ſequuntur, & Victoriæ tribuunt, nullius momenti eſt. Quamuis eam quoque ſequutus ſit Sayr. lib. 2. ca. 6. nu. 6. ponens exemplum in non ieiunare & comedere: & in non reſtituere, & retinere alienum. Placet tamen mihi id in quo omnes iſti, & Vazq. conueniunt, peccatum omiſsionis, & cõmiſsionis, quæ non ſe neceſſario comitantur, differre ſpecie, vt non audire miſſam, & blaſphemare contra illam ſeu aliam irreuerentiam poſitiuam habere. Conſentit Herrera. 2, diſput. 31. q. 6. docens, peccatum omiſsionis, quod neceſſario coniunctum eſt peccato cõmiſsionis, non habere malitiam ſpecie diſtinctam ab illo, imo nec diſtinctam vllo modo, imo nec eſſe proprie peccatum omiſsionis, vt furari, & non implere præceptum non furandi: quia peccatum omiſsionis proprie dictum debet eſſe contra præceptum affirmatiuum: omiſsio autem implendi præceptum negatiuum non eſt contra præceptum affirmatiuum: ergo non eſt proprie omiſsio, vt recte docent Gab. 2. d. 41. art. 3. dub. 3. Almain. 3. moral. cap. 25 & alij. Addit Herrera, comiſsionem, & omiſsionem proprie dictas, etiam ſi ſint contra eandem virtutem, differre ſpecie, non ſolum in genere naturæ: ſed etiã moris. vt odio habere Deum, vel proximum, & non diligere, quando teneor: celebrare in peccato, & non celebrare, quando teneor: furari, & nõ reſtituere, qñ teneor. ¶ 2. Expoſ. Eſt vt nomine omiſsionis intelligatur priuatio alicuius circunſtantiæ debitæ actui, nomine autem cõmiſsionis circunſtantia actus oppoſita præcepto. ¶ 3. Eſt vt nomine omiſsionis intelligatur auerſio à præcepto, quæ eſt in quolibet peccato: nomine vero cõmiſsionis intelligatur conuerſio, quæ duæ interpretationes obſcuræ, & impropriæ ſunt: vnde in eis referendis non immoror. Male etiã, Contra. Caieta. & alij D. Tho. interpretantur, vt eos videnti, & quæ diximus conſideranti patebit: inter alia enim ſupponunt D. Tho. velle peccatum omiſsionis, & comiſsionis non differre ſpecie in malitia: ex quo Caiet. videtur colligere qñ aliquis ex præcepto tenetur Deũ diligere, ſi ipſum odio habeat vnicã tm̃ ſpeciẽ malitiæ habere: quod abſurdum eſt, & contra omnes.

2. Corol. a.

Tertio, ex dictis patet ſolutio ad. 1. & 2. argumentũ cum eius conf. Ad 3. fateor cũ Zumel, Vaz. & alijs exẽplũ de ieiunio nõ eſſe ſatis acõmodatũ, quia prætermittere ieiuniũ nõ eſt vere peccatũ omiſsionis, quãuis formaliter loquẽdo ſit negatio, quæ habet eãdẽ deformitatem cum comeſtione, ad quam ſequitur in qua, ſi non ſolum ſit contra præceptũ eccleſiaſticum ieiunij, ſed etiam contra præceptũ 40

3 Corola. & ſolutio argumentorũ

naturale non comedendi ſuperfluum erit duplex malitia ſpecie diſtincta, intra latitudinem tamen intẽperãtiæ, nam in eodem vitio malitiæ ſpecie diſtinctæ poſſunt reperiri. Aliud exemplum bene affertur à D.Tho.ad probandum, peccatũ comiſſionis, & omiſſionis circa eandem materiam cõmuniter eſſe ſolere eiuſdem ſpeciei formalis fundantis malitiam moralem.

Ad.4.illud ſimile tantum adducit ad explicandum,quod ſicut ab eadẽ forma caloris ꝓuenit ignẽ calefacere, & non infrigidare, ita ab eodem motiuo cõmuniter prouenit omiſſio,& cõmiſſio,quæ circa eandẽ materiã verſantur, ideo eandẽ habete ſpeciem formalẽ, quæ eſt fundamentũ malitiæ moralis.¶ Ad. 5. R.furtum homicidium, & alia peccata ſi habeant idẽ motiuũ,licet differant ſpecie in malitia, eſſe tñ eiuſdem ſpeciei formalis fundantis malitiã, & interdũ ab illo motiuo capere aliam ſpeciem malitiæ: ſed in his peccatis cõmuniter non inuenitur cõuenientia in motiuo,vt in peccatis cõmiſſionis, & omiſſionis eandem materiam concernentibus, ideo D. Tho. in poſterioribus tantum expreſſit, non differre ſpecie formali, ſcilicet communiter. Si contra dicta objicias Hierony.ep. ad Celãtiam, vbi ait, in quolibet gradu perſonarum æquale peccatum eſſe vel prohibita admittere,vel iuſſa non facere:ergo peccatum cõmiſſionis,& omiſſionis eandẽ malitiam habent. R.Hierony.tantum velle,rationem cõmunẽ peccati in his æqualem eſſe, vel peccatum cõmiſſionis,& omiſſionis poſſe eſſe æqualia, vt quando pertinent ad diuerſas materias, aut exceſſus ſpecificus vnius compenſatur exceſſu alterius in circunſtantijs.

41 Quæres,an dari poſſit medium inter peccatum cõmiſſionis, & omiſſionis. Ciſtercienſis
Quæſtio. 1. apud Almain.3.mor.cap.26. affirmat,quia conatus contra præceptum negatiuum non eſt peccatum cõmiſſionis,cum non ſit actus, nec omiſſionis,cũ non ſit carentia actus. Probabile id putat Almain.ſupra,licet dicat,apparentiam eſſe in oppoſitũ, idem tribuitur Alenſi. 2.p.q.120.m 3.Angeſto in moral. c.10.§.poſſibile cenſeo.Sed R.cũm Zumel,hac q.a.6. dub.1. & alijs negando,quia ille conatus eſt actus interior,& ita eſt peccatum cõmiſſionis.

Quæres etiam an peccatum omiſſionis ſit
42 etiã contra præceptum negatiuum, Gab. 2. d.
Quæſtio.2. 41.ait eſſe contra præceptum affirmatiuũ operandi,& contra negatiuũ non omittendi, ſed impropriè loquitur,quia præceptũ non omittendi moraliter idem eſt cũ præcepto operandi duæ enim negationes virtute,& moraliter
43. affirmant. Dico ergo peccatũ omiſſionis ſemper eſſe cõtra præceptum affirmatiuum, ſicut commiſſionis ſemper eſt contra præceptum negatiuum. Sed objicies primo, quia iudex omittens defenſionẽ innocentis in cauſa capitis,peccat contra præceptũ negatiuum, non occides.Secundo, quia indeuote orare, & in peccato mortali cõmunicare ſunt peccata cõmiſſionis,tamen non ſunt contra præceptum negatiuum,non enim prohibemur cõmunicare,& orare. ¶.Tertio, quia poſitiua voluntas non audiendi miſſam in die feſto eſt commiſſio:tñ eſt contra præceptum affirmatiuũ. Quarto, quia comedere carnes, aut ſæpe in die ieiunij,eſt commiſſio, tamen eſt contra præceptum affirmatiuum ieiunandi.Quinto, objicit Alex. 2.p.qu. 130. m.1.quia declinare à malo, & facere bonum ſunt partes iuſtitiæ, & neutrum eorum per ſe eſt iuſtitia:ergo etiam omiſſio , & comiſſio,ſi illis correſpondent, conſtituent in iuſtitiam,& peccatum,& neutra earum erit per ſe peccatum : conſequens eſt falſum:ergo. ¶Ad. 1. R. ſub verbis, quæ ex modo ſignificandi negatiua ſunt,clandi virtualiter affirmationẽ eorũ,quę neceſſaria ſũt ad illam negationem, & ne iudex contra ius, ꝓnuntiet mortis ſententiam,opus eſſe innocentem à calumnijs iniquorũ defendere.¶Ad 2.R.licet non prohibeamur orare,aut cõmunicare,tñ prohibemur orare indeuote, & communicare in peccato mortali, ideo hæc ſunt peccata cõmiſſionis, licet in illis miſceatur omiſſio debitæ circunſtãtiæ, ſicut in omnib. peccatis miſcetur omiſſio obiecti,vel circunſtantiæ debitæ,vt rectè Alex.2.p.q.130. mẽbr.3.ad.3.Almain.Gab.& alij. Ad.3. R. præceptum illud, licet quoad actum externũ ſit affirmatiuum,tamen quoad internum eſt negatiuũ, quia præcipiendo aliquid cõſequenter, & ſecundario prohibetur omnis actus illi cõtrarius,ſiue ſit velle non adeſſe ſacro, ſiue facere opus incõpoſsibile ſacro.¶Ad 4. D.Tho. q.73.ar.6.vt omiſſionis exẽplum ponit violationẽ debiti ieiunij,ſed id non ex acte diſcuſſit,quia exemplorum non requiretur veritas, & communiter iuniores merito cenſent pręceptum ieiunij in rigore eſſe negatiuum, licet in modo enũtiandi ſit negatiuũ: eſt enim præceptũ non comedendi carnes,nec ſæpe in die.¶Ad.5.R. Alex.illo.m 1.ad.4.negando cõſequentiã,quia bonũ ex integra cauſa, & malũ ex particulari defectu. Dici etiã poteſt,ad pfectã iuſtitiã requiri declinare à malo, & facere bonũ,ad qualẽcunq. autem iuſtitiã alterutrum ſufficere ſaltẽ ſi declinatio à malo ſit voluntaria per actum poſitiuum voluntatis.

4.Diuiſio peccati eſt in mortale, & veniale,quã ponit D.Th.a.5.vbi ipſe,itẽCaiet.Med. 44
& omnes notant,nõ dari p differentias eſſentiales,quod etiã docet Sayr.lib.2.c.5.n.16.& c. 6.nu.1. quia reatus, vel dignitas pœnæ accidit peccato eſsẽtialiter cõpleto:fũdatᷓ enim inde ordina

Digitized by Google

ordinatione, ſeu priuatione, per quam completur ratio peccati, vt ibidem ait D. Tho. & Medina oblitus opinionis, qua conſtituerat formale peccati inpoſitiuo. Hæc autem differentia reatuum non ſemper fundatur in diuerſitate ſpecifica, quia idem actus ſpecie in eſſe naturæ, & moris interdum eſt peccatum mortale, interdũ veniale ob grauitatem, vel leuitatem materiæ deliberationis, vel indeliberationis: de hac diuiſione fuſe agemus, q. 87. 88. & 89.

45 5. Diuiſio. Quinta diuiſio in peccatum cordis, oris, & operis, D. Tho. ar. 7. Magiſter. 2. d. 42. Hierony. Ezech. 43. explicans id, cumq. compleueueris expians illud. Aug. 1. contra duas epiſt. Pelagian. c. 13. & lib. 5. c. 5 12. Trinit. c. 12. & 22. cõtra fauſtũ, c. 27. Greg. 4. mor. c. 27. colligitur ex Pſal. 23. innocens manibus, & mundo corde, &c. nec iurauit, &c. & Pſalm. 43. & 49. tu vero odiſti diſciplinam, &c. & ex generali confeſſione recepta ab eccleſia. Quæ diuiſio dupliciter intelligi poteſt, vt notant Valen. Caiet. Conr. Vazq. Medi. & alij, a. 7. Sayr. lib. 2. c. 6. n. 4. Herre. 2. diſp. 31. q. 8. Azor, tom. 1. lib. 4. c. 4. q. 1. Primo, vt quædã peccata conſũmentur corde, vt hæreſis, & deſperatio, quædã ore, vt detractio, & periurium: quædam opere, vt homicidium, & furtum. Inter peccata, quæ corde conſummãtur, numerãt Medina, Herrera. Sayr. Azor, & alij odium, & inobedientiam, ſed hæc potius videntur conſummari opere: nam odiſſe & inuidere eſt velle malũ alteri, quæ voluntas opere conſummatur, licet etiã dici poſſint conſummari mente, quia ad odium, & inuidiam requiritur malum eſſe volitum alteri ſub certa quadam ratione, & ad inobedientiam velle tranſgredi ſpeciali quodam motiuo: idem eſt de ira. Eſſentialiter autem nõ ſolũ ira, odiũ, delectatio & triſtitia: ſed omne propoſitũ malum interius cõſummatur. Hoc ſenſu diuiſionem eſſe eſſentialem affirmant prædicti præter Sayrum ex D. Tho. 3. p. q. 90. a. 3. ad primum vbi idem iterum docet Caietan. & verum eſt, quia peccata hæc habent diuerſa obiecta in eſſe moris, & prohibita præceptis formaliter diuerſis, & opponuntur diuerſis virtutibus: ergo differunt eſſentialiter, fateor tamen cum Valentia, & Sayro, hanc eſſentialem differentiam his verbis non exprimi formaliter, ideoque iſti dicunt, hanc diuiſionem eſſe per differentias accidẽtales, licet hę habeãt adiunctas dif-
46 ferentias eſſentiales. ¶ 2. Vt quædam peccata ſint actus cordis alia oris, alia operis. Sayr. Herre. ſup. & omnes cum D. Th. 3. p. quæſt. 90. artic. 3. ad. 1. Anton. 3. p. tit. 17. c. 17. § 6. Viguer. c. 18 § 1. verſ. 1. conueniunt, hæc membra differre tm̃ accidentaliter in eſſe moris, nã voluntas fornicãdi, ſolicitatio mulieris, & fornicatio eandem malitiã moralem habent, ſed pertinent ad diuerſos gradus, nã minor ſolet eſſe malitia, minuſq. eius fundamentũ qñ fornicatio mente continetur, quã cum ore, vel opere manifeſtatur, & licet D. Tho. conſtituens exẽplũ in partialib. domus edificationib. & generatione embrionis, & animalis perfecti (quæ quidẽ ſpecie differunt ex Ariſt. 10. ethic. c. 4. D. Th. 1. p. q. 118. a. 2. ad 2. & de potentia, q. 3. ar. 9. ad. 10.) videtur in his gradib. peccatorum ſpecificam diſtinctionẽ cõſtituere, tñ hoc falſum eſt, neq. ad id exẽpla afferuntur, vt recte explicat Conrad. Vnde ipſe Caieta. & Zumel aduertunt, ideo D. Th. non dixiſſe, in his gradibus dari diuerſas ſpecies incompletas, ſed tm̃ in. 1. ac. 3. gradu peccata vlterius, & vlterius cõpleri. ¶ Quod autem addit Medina, qñ quis delectatur de cogitatione, ſiſtendo in illa, & ſimiliter de locutione, & operatione turpi, peccata eſſe diſtincta ſpecie, extra rem eſt: nã omnia hæc ſunt peccata cordis, an vero inter ſe differant in ſpecie malitiæ. q. 73. diſcutiendũ eſt, vbi accurate diſputabimus de moroſa delectatione: in ſpeciali etiam tractare, quæ peccata oris ſint formaliter diſtincta ſpecie morali à peccatis operis, vel cordis pertinet ad diuerſas materias: nam in materia de fide explicandum eſt, an negare fidem interius, & exterius differat in ſpecie malitiæ? & alibi an contumeliæ verbi & facti contineant malitias ſpecie diuerſas?

Rogas an diuiſio peccati in peccatum cor- 47
dis, oris, & operis ſufficiens ſit. R. eſſe legitimam, & ſufficientem, quia membra diuidentia ſunt diuerſa, & exhauriunt totã confuſionẽ diuiſi, ſiue in primo, ſiue in ſecũdo ſenſu ſumãtur. Sed contra primò, quia omne peccatũ ſola voluntate cõmittitur, teſte Augu. lib. de duabus animabus: ergo omne peccatum eſt cordis. 2. quia Gregor. 10. moral. c. 10. Solum numerat peccatum cordis, & operis. conſonatque Auguſtinus cap. 23. de ſermone Domi. in monte. 3. quia Ambroſ. in priora verba, Pſalm. 1. ait. Poſſumus dicere, tres eſſe peccatorum ſpecies, quas hic putamus expreſſas, cogitationis, operis, & permanſionis, & Greg. 4. moral. c. 27. addit, præſumptionẽ de diuina miſericordia. vel deſperationẽ. 4. quia in nullo mẽbro huius diuiſionis clauduntur peccata imaginatiuæ, & appetitus ſenſitiui ¶ Ad 1. Reſpõdetur, licet omne peccatum ſola voluntate committatur, ita vt tota eius malitia in voluntate ſolitarie ſumpta inueniatur, tñ adhuc quædam peccata ſpecialiter dicuntur cordis modis explicatis. Ad. 2. Reſpõ. peccatum oris comprehenditur ſub peccato operis, ſumendo opus pro quolibet actu externo, & ſenſibili. Ad. 3. Reſpon. ex D. Tho. ar. 7. ad 2. conſuetudinem, & præſumptionem, ſeu

Digitized by Google

ſeu deſperationem non eſſe membra pecca-
ti diuerſa à peccato cordis,otis, & operis,ſed
gradus quoſdam, & ſtatus cuiuſque peccati
ſiue cordis,ſiue oris,ſiue opetis, ſicut ætates
hominis ſunt infantia,pueritia, & adoleſcen
tia. Ad. 4. Reſpond. ea peccata contineri ſub
peccato cordis, quia ſua ratione occulta ſunt
*D.*Tho. at.7. ad. 1.Circa hanc diuiſionem ad-
uette Herreram in fine illius,quæſt.8. dixiſſe.
Cõfitens homicidium non tenetur confiteri
verba contumelioſa otdinata ad homicidiũ,
niſi aliunde habeant propriam deformita-
té. Sed certe verba contumelioſa ſemper ha-
bent propriam deformitatem: ergo ſemper
ſunt confitenda,ſi grauia ſunt. Aduerte. 2. re-
ɫte Scotum. 2. d. 42. §.ad quæſt.2. & §. ad q. 3.
docuiſſe,in actionibus ſenſuum externorum,
& nuttitiuæ potentiæ poſſe peccatum inter-
num conſummari, ita vt illi quoque actus
peccata dicantur, ptout ex libera voluntaris
applicatione proceſſere, quod nonnulli re-
centiores leuitet impugnant.

Sexta diuiſio eſt in peccatum ſecundum
48 abundantiam, & defectum D. Tho. artic. 8.
6. Diuiſio. vbi air hæc peccata diſtingui ſpecie ex mo-
tiuis,eſſeque contraria, nam intemperantia
teſpicit delectationes vt bonas,eaſque amat:
inſenſibilitas vero reſpicit eas, vt malas, eaſ-
que ideo odio habet, ſimiliter prodigalitas
amat largitionem, vt bonam, auaritia vero
ècontta: conttaria autem differunt ſpecie ex
Ariſtotel. 10. Metaph. tex. 13. & 14. ergo. Vbi
Nota.1. nota. 1. D. Tho. non loqui de ſpecie malitiæ
vt Caietan. Medina, & Zumel putant, ſed de
ſpecie formali fundante malitiam, vt expli-
cant Contad.art. 8. Valentia diſputat.6.quæſ.
2.puncto.2.& patet legenti D.Tho.Item,quia
att.6. eodem modo loquitur, quado docet,
peccatum comiſſionis non differte ſpecie fot
mali, vt in 3. diuiſione, oſtendimus quæ per
ea,quæ hic diximus,etiam confirmãtur.Item
hanc eſſe mentem *D.* Thom. patet: nam ſi
loqueretut de ſpecie malitiæ, falſum eſſet,
hæc peccata differre ſpecie ex motiuis, quo-
cunque enim motiuo quis excedat, vel defi-
ciat,eadem malitia auaritiæ, vel prodigalita-
tis inſurgit:idéq. videte licet in alijs peccatis.

49 Secundo nota, licet huiuſmodi peccata
Nota. 2. contrarientur eidem virtuti, differre ramen
ſpecie,quia priuant diuerſa rectitudine, nem
pe confotmitate ad diuerſa præcepta eiuſdé
virtutis: ná auaritia priuat confotmitate ad
præceptũ dandi,prodigalitas vero a d præcep-
tum retinendi. Vnde quod ait *D.*Tho.ad.1.ex-
trema vitia eadem rectitudine priuare, intel-
ligendum eſt de rectitudine generica; ſpectá
te tamen ad eandé ſpeciem infimam virtutis.
Illud ergo arg. quo Caiet.Medi.& Zumel, ar.
1.& 8.& alibi vtuntur ad probandum forma-
le peccati nõ cõſiſtere in priuatione, quia ſic
peccata extrema eſſent eiuſdem ſpei,eo quod
priuant eadem rectitudine,nullius momenti
eſt,vt notat Herre.infra,quia malitia non cõ-
ſiſtit in priuatione actus, vel habitus medij,
ſed conformitatis ad varia præcepta eiuſdem
virtutis,ideo differũt ſpecie in malitia,& hoc
verum eſt,licet habitus auaritiæ,& prodigali-
tatis non differtent realiter, vt quidá tenuere
quos tefert,& refellit Herreta. 2. diſp.31. q. 9.
Cur vero ad diuerſos & oppoſitos habitus
pertineãt, diſputar Zum.a.8.& Herre.loco cit.
ſed magis ſpectat ad materiam de habitib. &
virtutib.& ratio eſt:quia illi actus interſe op-
ponũtut, & maxime differũr, tam in malitia,
quá in eius fundamento, ideo ad diuerſos, &
oppoſitos habitus pertinent.

¶3.Aduertte peccatum auaritiæ,licet com- 50
miſſionis appelletur à Valentia, & interdũ *Nota. 3.*
tale ſit,nimirũ cũ habet actum volendi ſerua
re aut retinere, quod eſſet liberaliter dãdum:
interdum tñ eſſe omiſſionis,nam cum auarus
nullum habet actũ,ſed nihil dat, non comic-
tere,ſed omittere dicitur:cum vero obligatus
ad dandũ.8.dat tm̃.4.ipſum dare.4.nõ eſt pec-
catum; ſed tãtum id quod haber adiunctum,
ſcilicet non date reliquum,hoc auté eſt omit
tere:ergo tunc peccatũ auaritiæ eſt peccatum
omiſſionis.Peccatũ vero prodigalitatis ſem-
pet eſt peccatum cõmiſſionis, quia eſt dare ꝙ
deberet non dare: vnde cum quis deberet nõ
date.8.& dat.8.ſi dat vnico actu, ille eſt pecca
tum prodigalitatis,ſi vero duplici actu,ille tã
tũ,quo dat exceſſum. ¶4.Aduerte, tacere veri-
tatem, & dicere falſum habere ſe,vt omiſſio-
nem,& cõmiſſionem, differreq. malitia, ſed
pro materiali,qñ idé eſt motiuum,conuenire
in eadé ſpecie formali fundante malitiam,vt
in 5.diuiſione explicuimus.Si vero quis men-
tiarut, dicendo de ſe plus, vel minus quam
par eſt,hæc ſunt peccata comiſſionis differẽ-
tia ſpecie ſecundum abundantiã, & defectũ
propter diuerſa motiua,& ſic intelligẽdus eſt
D.Tho.a.8.ad.2.quem non recte explicat Zu-
mel,ibi ad.1. putat enim,in hoc vltimo et ẽtu
peccata ex motiuis ſumere ſpecié malitiæ, &
de hac loqui D.Tho.cum tãtum loquatur de
ſpecie fundante malitiã ¶7.Diuiſio in pecca- 51
tum ex paſſione,ignorantia,& malitia D.Th.
hæc quæſt. 72. a.3.Azot,to.1.lib.4.c.2. q. 8. vbi
recte aduertit peccatum ex ignorantia, infir-
mitate,& malitia poſſe eſſe idem ſpecie.Item
peccare, ex malitia non eſſe ferri in malum
ſub ratione mali;quia id eſt impoſſibile, ſed
peccare, ſine ignorantia, aut paſſione. Item
non omne peccatum procedere ex ignoran-
tia, vel errore intellectus, ſed facti, & affec-
tus, quia ertot eſt,affectu, vel opere præfer-
te malum bono. Sic exponit Azot ibi id

Ariſt.

Digitized by Google

Ariſt. 3. eth. c. 1. *Omnis prauus eſt ignorans*, & Prouer. 14. *Errant, qui operantur malũ*: ſed de hoc late inferius.

52 *8. Diuiſio.* 8. Diuiſio in peccatum malum ex obiecto, ex fine, & ex alijs circunſtan. de hac non agit D. Tho. quia ſolum diſſerit in hac q. de de ſpecie fundante malitiam, vt patet ex dictis, & ex ar. 9. quem male Caietan. Medin. Zumel, & alij ibi, & Herrera. 2. diſp. 31. qu. 5. con. 2. & q. 6. con. 3. interpretãtur, putantes D. Th. loqui de ſpecie malitiæ: cum tamen expreſſe loquatur de ſpecie fundante malitiam, alias falſo diceret, quando ex eodem motiuo corrumpuntur diuerſæ circanſtantiæ actus, peccata non differre ſpecie, quando vero ex diuerſo motiuo, differre ſpecie, nam quocunq. motiuo corrumpãtur diuerſæ circunſtantiæ: efficient diuerſitatem ſpecificam malitiæ ſi aliqua ratione diuerſitatem ſpecificam malitiæ efficere poſſunt. Vt conſtat ex *D*. Tho. 4. d. 16. quem mutaſſe hic ſententiam falſo docet Caieta. maxime cum eandem doctrinam quam tradidit D. Tho. in 4. docuerit. 1. 2. q. 18. a. 10. & ſecuti ſint communiter Thomiſtæ ibi & alibi, & cæteri. 4. d. 16. vbi Richar. ar. 2. Dur. q. 3. Carth. q. 2. §. curſus hic quæritur, & Alex. 2. p. q. 103. membro. 3. a. 3. Herrera. 2. diſp. 31. q. 10. & alij paſſim.

QVÆSTIO. LXXIII. DE COMPARATIONE PECCATORVM ADINVICEM.

Art. 1. *An omnia peccata ſint connexa.*

DISPVTATIO. IIII. DE CONNEXIONE PECCATORVM.

SECTIO. I. Vtrum peccata ſint connexa quoad actus.

1. NON eſt dubium aliqua peccata eſſe connexa, vt gula, & ebrietas cum luxuria: nihilominus *D*. Th. in hoc art. abſolute docet, peccata non eſſe connexa, quod etiam docet Dio. cap. 4. diuin. nomi. poſt medium, & colligitur aperte ex Chryſoſt. hom. 55. in Math. 20. Hierony. dialog. 1. cõtra Pelagian. c. 7. Grego. 31. moral. c. 18. & 19. & in id Iob. 40. *Nerui teſticulorum eius perplexi ſunt*. Aug. ep. 29. ad Hierony. to. 2.

2. Quod etiam docent Bon. & Rich. 3. d. 36. a. 1. q. 4. Duran. ead. d. q. 4. Ægid 2. d. 6. art. 4. Probat D. Tho. 1. quia multa vitia ſunt contraria, vt deſperatio, & præſumptio; intemperantia, & inſenſibilitas: ergo ſaltẽ hæc non ſunt connexa. 2 quia virtutes conueniunt in vno cõmuni motiuo, ſcilicet honeſtate, quod mouet ad omnẽ actũ bonũ, vitia vero, licet conueniant in turpitudine, tñ hæc non mouet: nõ ergo habent cõmune motiuum, ratione cuius poſſint interſe cõnecti: ergo nõ ſunt cõnexa. Confirmat D. Th. quia virtutes acquiruntur accedẽdo à multitudine ad vnitatẽ, ſcilicet à creaturis ad Deũ, & ad regulã rationis, peccata vero recedẽdo ab vnitate ad multitudinẽ, vnde ſicut lineæ ad cẽtrũ tendentes cõnectũt, nõ vero quæ ad centrũ non tendunt ita virtutes cõnectuntur, non vitia. Conf 2. ex D. Tho. ad. 3. Nã licet omnia vitia naſcantur ex inordinato amore ſui, auctore Aug. 14. ciuit. c 28. nihilominus amor Dei, cũ ſit ordinatus, eſt cõgregatiuus, vt calor naturalis: at amor ſui eſt inordinatus, vt calor violẽtus, diſſipatiuus ſubſtantiæ, & intentionis in varias creaturas non habentes interſe ordinem, ſed ſæpe cõtrarietatẽ, & repugnantiam. Vnde Diony. ſupra ante medium, omnia bona amicitiæ nectuntur fœdere ſibiq. conſentiunt vna ex vita progenita atq. in vnum, & placida atque ſimilia, & pari appellatione coniuncta. Et longe poſt medium. Mali cauſæ ſunt plurimæ non tamen efficientes malorum rationes, atque virtutes, ſed impotẽtia, & infirmitas, & diſſimilium incongrua permixtio: neque vero im-

immobilia, & eodem modo ſemper haben-
tia mala ſunt, ſed infinita & indeterminata,
&, in alijs aliter pugnantia, & in ipſis quoq.
infinitas. Ex quo etiam arguitur, quia vitia
cum infinita ſint, concatenari non poſſunt.
Quod etiam ſumitur ex Ariſtot. 2. ethic. cap.
6. dicente. Peccare multis modis dicitur: ma-
lum enim infiniti, vt Pythagorici exiſtimaue
runt, bonum autem finiti: at recte agere vni-
ce: qua propter alterum facile, alterum dif-
ficile eſt: facile quidem non attingere ſignũ,
difficile autem illud attingere. Confirm. ter-
tio, quia verum vero conſonat: falſa interſe
diſſident: ergo & vitia. Sæpe vetantur prohi-
benturque contraria, nunquam vero con-
traria præcipiuntur: ergo maiorem conne-
xionem habent interſe virtutes, quam vitia.
De quo nonnulla etiam dixi tractat. 11. cum
agerem de connexione virtutum. Hæc doc-
trina, quæ ait, peccata interſe connexa non
2. eſſe. Si intelligatur de peccatis ſecundum ſe,
& quantum ad actus, de fide eſt, & conſtat
experientia, licet interdum in vno actu con-
currant plures deformitates, quod eſt mali-
tias eſſe conuinctas, non vero connexas. In-
terdum tamen aliquæ malitiæ connexæ ſunt
quatenus hic & nunc non poteſt in actu eſſe
vna ſine alia, vt ſi quis fornicari nequeat niſi
accedendo ad coniugatam, &c. neque hoſ-
tem occidere, niſi in eccleſia: interdum etiam
vnum peccatum ad aliud trahit, vt furtum ad
homicidium; veluti ſi furari ſimpliciter aut
commode quis nequeat, niſi dominum rei in
terficiat, vel non poſſit adipiſci magiſtratum,
niſi prius furando, ſic ſuperbia eſt mater alio
rum peccatorum, vt docet Gregor. 31. moral.
cap. 31. alias. 17.

Obijcies id Iacobi. 2. *Qui offenderet in vno*
3. *factus eſt omnium reus*: ergo omnia peccata
Obiectio. ſunt connexa quoad actus. Reſpondetur ne-
Solutio va- gando conſequentiam, quia locus iſte alias
rie exponi- habet veras expoſitiones. 1. ex Auguſtino de
tur locus Ia- vera, & falſa pœnitentia, cap. 14. fieri omniũ
cobi. 2. reum, quia omnia peccata dimiſſa, quodam
1. Expoſit. modo per ingratitudinem redeunt, & impu-
2. Expoſit. tantur. ¶ 2. eſt Carthuſiani Iacobi. 2. & Ri-
chard. Victorini. lib. de incarnatione Verbi,
part. 1. cap. 14. fine, *fieri omnium reum*, quia om
nia merita amittit, ac ſi totam legem vio-
laret iuxta id Ezechielis. 18. *Omnes iuſtitiæ eius*
3. Expoſit. *non recordabuntur.* ¶. 3. fieri omnium reum, id
eſt lædere omnes virtutes acquiſitas, quia de-
ſtruit earum ſtatum perfectum, generando,
ſcilicet, vel augendo habitum vitioſum, qui
earum operationes impediat. Hanc expoſi-
tionem Zumel, & Vazquez tribuunt D. Tho.
apud quem illam non inuenio: ipſam vero
reijcit Zumel, quia ſic etiam venialiter pec-
cans, fieret omnium reus: nam per veniale
acquiritur habitus viti[...] quo perfectus ſta
tus virtutum acquiſita[...] deſtruitur. Sed di-
ci poſſet, veniale non deſtruere virtutes infu
ſas, quæ ſufficiunt vt acquiſitarum ſtatus per-
fectus ſit. Vazquez eandem expoſitionem re-
ijcit, tum quia virtutes non ſunt connexæ,
etiam ſecundum perfectum ſtatum: tum quia
hæc expoſitio non placuit Auguſt. epiſt. 29. ad
Hieronym. neque ipſi Hieronym. dialogo. 1.
contra Pelagianos, cap. 7. Sed ad primum au-
ctores huius expoſitiones negarent aſſump-
tum. Ad ſecundum vero reſponderent, ſuppo
ſita cõnexione virtutum hanc expoſitionem
non reijci, ſed approbari à prædictis patrib.
qui tamen dubitant, an virtutes ſint conne-
xæ, quia licet id dicant Philoſophi, ſed non
Apoſtoli: nos autem, qui cum *D.* Thom. &
alijs communiter, tenemus, virtutes eſſe con-
nexas quoad perfectum ſtatum, non om[...]o
reijcimus hanc expoſitionem, quæ tamen lo-
cum non habet, quando peccatum eſſet pu-
ræ omiſſionis, vel actus non generantis,
neque augentis habitum. ¶ 4. Expoſitio Au- *4. Expoſit.*
guſtini epiſt. 29. ad Hieronym. & ſermon. 61.
de tempore, & Bedæ Iacobi. 2. Magiſt. 3. d.
36. fieri omnium reum, quia charitatem a-
mittit, qua omnia præcepta ſeruanda ſunt,
vel in cuius præceptis reliqua continentur,
nam qui diligit proximum, legem impleuit.
Roman. 13. *Et omnis lex in vno ſermone impletur*
diliges proximum tuum ſicut te ipſum Gal. 5. *Et in*
his duobus mandatis vniuerſa lex pendet. &c. Ma-
th. 22. Hanc expoſitionem amplectuntur Me-
dina, Zumel, Val. & Vazq. hic Bellar. 1. de ſta-
tu gratiæ, c. 12. & 13. tribuens eandem Oecume
nio, hanc etiam ponit D. Tho. 2. 2. q. 5 a 3. ad. 3.
¶ 5. Expoſitio, fieri omnium reum, id eſt totam *5. Expoſit.*
legem violare, licet nõ omni ex parte, ſicut
qui lædit vnam partem corporis, totum cor-
pus lædit, ſed non omni ex parte. Arias mont.
ex Burg. Iacob. 2. Medi. hic & maxime placet
nonnullis rationibus. Mihi vero diſplicet, nã
ſicut, qui lædit vnum mẽbrum, ex quo ad alia
nulla læſio deriuatur, non dicitur, omnia læ-
dere, ita neq. qui violat vnũ præceptũ legis, eo
ipſo dicitur omnia alia lædere. licet ſimplici-
ter dicatur legẽ violare. ¶ 6. Et præferenda eſt, *6. Expoſit.*
fieri omniũ reum, quia eandem pœnam dãni
incurrit, ſcilicet priuationem, gratiæ, chari-
tatis, virtutum moralium infuſarum, & ipſius
gloriæ, & meritorum, & cœli, ac ſi omnia præ
cepta violaret D. Tho. de malo. q. 1. a. 9. & hac.
q. 73. a. 1. ad. 1. Conrad. Medi. Zumel, & alij, hic
Roſ. a. 2. contra Luth. Lyra Gloſſa ordinaria,
Carthuſ. Claudius, & alij Iacob. 2. Innocen.
2. c. fratres de pœnitentia, diſt. 5. Chryſoſto.
homil. 35. imperfecti. Baſil. 2. de baptiſmo,
cap. 2. Hieronym. 1. contra Pelagianos, cap. 7.
Aliqui eandem expoſitionem tribuunt Aug.
epiſt.

epiſtola.29. & Bedæ confundentes eam cum
quarta;ideoque quartam tribuentes D. Tho.
hîc ad primum. Nota autem male Medinam
hic dixiſſe,ex mente Auguſt. Iacobum loqui
de peccato ex contẽptu:nam nec mens Aug.
nec Iacobi hęc eſt;tametſi gloſſ. interlin.hanc
expoſitionem iuuat. Notat etiam Burgen-
ſis,eam ſententiam deſtinari ad euertendum
errorem Phariſæorum,quem tradit. R. Salo-
mon in ſuo Deut.titul.1.de pænitentia, videli
cet, vnam,aut alteram alicuius præcepti trã-
ſionem non diſſoluere diuinam amicitiam,
& iuſtitiam,ſi reliqua præcepta vt plurimum
ſeruentur,quod ſatis etiã confutatur ex Deu.
17.maledictus homo,qui non permanſerit in
vniuerſis ſermonibus legis huius, & ex illo
Math.5.*Qui ſoluerit vnum de mandatis iſtis mini-
mis & docuerit ſic homines,minimus vocabitur in
regno cœlorum*. Propterea ergo dicit Iacobus,
qui offenderit in vno, factus eſt omniũ reus
ideſt,grauiter Deum offendit, & eius lædit
amicitiã dignusq. eſt priuatione gratiæ chari
tatis & gloriæ, ac ſi totam legem violaſſet.
Azor tom 1.lib.4.cap.19.q.1.Sayr.lib 2.c.7.n.2.
tribuens Burgenſi,Med.& Vazquez.

2.Obijcies.Quia Greg. 31.mor.c.31.alias.17.
4 ait,ipſa vitiorum regina ſuperbia,cum deuic-
tum plene cor cœperit,mox ipſum ſeptẽ prin
cipalibus vitijs,quaſi quibuſdam ducibus ſuis
deuaſtandũ tradit.Quos videlicet duces exer
citus ſequitur:quia ex eis proculdubio impor
tunæ vitiorũ multitudines oriuntur,& infra.
Radix quippe cũcti mali ſuperbia eſt, de qua
Eccl.10.dicitur;initium omnis peccati ſuper-
bia. Primæ autem eius ſoboles nimirum
ſeptem principalia vitia,de hac virulenta ra-
dice proferuntur &c. ergo omnia vitia ſunt
connexa in ſuperbia & ratione ſuperbiæ.R.
mentẽ Greg.non eſſe quod per ſuperbiã om-
nia vitia in animo coniungantur, ſed quod
ſucceſſiue omnia in animum,alijs tamen ex-
pulſis,introducantur.

SECTIO. II.

An peccata ſint connexa quoad habitus.

VALENTIA, hic probabile putat
5 habitus vitioſos eſſe connexos,
quoad perfectum ſtatũ,ſicut trac-
tatu de virtutibus dixerat,eas hoc
modo eſſe connexas:nam ſicut ad ſtatum per
fectum virtutis videtur pertinere,vt in nullo
caſu quiſquam aliquo vitio impediatur,quo
minus facile & prompte virtutẽ exerceat; ita
ad vitij ſtatum obfirmatum, ſuoque modo
perfectum ſpectare videtur, vt nulla virtute,
aliquis retardetur ab vſu vitij, ſed omnium
vitiorum ſaltem compatibilium exercitio ſit
factus ad peccandum procliuis. Addit Valen.
quamuis,ſi aliter quis ſtatum perfectum vitij
interpretari velit, quæſtio erit de nomine.
Vazquez autem ait,ſibi indubitatum eſſe,vi-
tia non eſſe connexa,quia de virtutibus ſupe
rius docuerat,neque quoad perfectum ſtatũ
connexas eſſe.

Sed cum D.Thom.& alijs hic exiſtimo,nõ 6
eſſe tantam connexionem inter vitia,quanta
eſt inter virtutes,quod vltra rationes adduc-
tas ſectione præcedenti,oſtendit. 1. quia vir-
tus verſatur circa difficile obtenuem cogni-
tionem,& aduertẽtiam rerum ſpiritualium,
& honeſtatis,magnâque propenſionẽ appe-
titus ſenſitiui,& volũtatis ad bona ſenſibilia,
humanam gloriam,honorem,poteſtatem, ac
diuitias,ideo quęlibet virtus vt ſit in ſtatu per
fecto & facile,prompte, frequenterque, ope-
retur,indiget aliarum cõſortio & adiutorio:
vitium vero circa facile verſatur, ideo vt ſit
in ſtatu perfecto,prõpie facile,ac paſſim ope-
retur,non indiget aliorum ſocietate. Confir.
quia bonum ex integra cauſa,malum ex par-
ticulari defectu,et ita facilius eſt opus prauũ
quam ſtudioſum efficere, quod ex eo etiam
conſtat;quia virtus debet medium attingere,
difficile autem eſt mediocritatem ſeruare,cũ
tamen facile ſit ad aliquod extremum decli-
nare:ideo quodlibet vitium,licet ſolitarium
ſit,facile exit in opus ſuum,virtus autem,niſi
iuuetur ab alijs remouentibus malos fines,
malasque circunſtantias, adiuuantibus que
intellectum, vt circa omnes circunſtantias
prudenter iudicet,circunſpectus attẽtus que
ſit,rationes que efficaces pro honeſtate inue-
niat;non poteſt facile ad ſtudioſum opus pro
cedere.

2.Quia vitia ſæpe contraria ſunt & ſe inui 7
cem impediunt,tantum abeſt,vt vnum alte-
rius cõſortio iuuetur:inter virtutes autem li-
cet interdum eliciant actus contrarios, vt
quando iuſtitia vult punire, & miſericordia
parcere,tamen ſecundumſe nulla eſt contra-
rietas & aliunde eſt magna in finibus, qui ad
earum exercitium mouere poſſunt,confor-
mitas:nam omnium earum actus ad comunẽ
rationem boni honeſti,ad gloriã Dei,ad pro-
priam beatitudinem,& ſæpe ad beatitudinẽ
aliorum & comune bonum cõducunt, vnde
virtutes,quæ comunia illa motiua habẽt,ma-
xime alias iuuant, vt ſuas operationes exer-
ceant, maxime charitas, quæ propterea eſt
vinculum perfectionis & imperat reliquis
virtutibus,nulla autem vitia habent ita co-
munia motiua,ideoque non poſſunt ad alio-
rum vitiorũ exercitia iuuare, & hoc eſt quod
voluit D.Tho.ad tertium dicens,amorẽ Dei

Digitized by Google

eſſe aggregatiuum virtutum, amorem vero proprium diſgregare in diuerſa bona, & obiecta: ideoque virtutes eſſe connexas, non autem vitia. Conf. quia ad exercēdum aliquem actum poſſunt conducere omnes virtutes, eo quod ille poteſt conducere ad omnes earum fines, vitia vero ex ſe & ſecundum propriam rationem nullos fines peculiariter intendunt quia non ex finibus, aut motiuis ſpecificā maliitiam ſumunt, ſed ex priuatione rectitudinis, ideo ſe mutuo ratione propriorum finiũ iuuare nequunt, vnumque non ita indiget alio ad ſuas operationes, ſicut vna virtus alia indiget. Fateor tamen ſæpe vnum vitium ab alio etiam oppoſito iuuari, nam vt quis prodigus cum vno ſit, oportet cum alio auarum eſſe, vt docet D. Thom. 2.2. quæſt. 119. artic. 1. ad primum, ex Ariſt. 4. Ethic. ca. 10.

Sed Obijcies, quia quolibet habitu vitioſo 8
excluditur virtus aliqua: vna autem excluſa, excluduntur omnes, quia ſunt connexæ: ergo & introducuntur contraria vitia, ac proinde omnes vitioſi habitus ſunt connexi. Reſp. virtutes quidem eſſe connexas, vt docet Dio. cap. 4. di. no. ante medium, Auguſt. ep. 29. ad Hierony. & 6. Trini. cap. 4. Ambro. 5. in Lucā, in id cap. 6. beati pauperes ſpiritu. Gregor. 22. moral. cap. 1. ad medium. Stoici apud Auguſt. ep. cit. & Cicero. 2. Tuſculana. & alij, quos retulimus, tract. de virtutibus, vbi tamen diximus, id eſſe intelligendum de virtutibus in ſtatu perfecto: in imperfecto enim poteſt eſſe vna ſine alia & per vitiũ expelli vna nō introductis omnibus vitijs, quibus excludātur aliæ.

DISPVTATIO V. DE GRAVITATE PECCATORVM

Art. 2. *Vtrum omnia peccata ſint paria.*

Art. 3. *Vtrum grauitas peccatorum varietur ſecundum obiecta.*

Art. 4. *Vtrum grauitas peccatorum differat ſecundum dignatem virtutum quibus opponuntur.*

Art. 5. *Vtrum peccata carnalia ſint minoris culpæ quam ſpiritualia.*

Art. 6. *Vtrum grauitas peccatorũ attendatur ſecundũ cauſam peccati.*

Art. 7. *Vtrum circunſtantia aggrauet peccatum.*

Art. 8. *Vtrum grauitas peccati augeatur ſecundum nocumentum.*

Art. 9. *Vtrum peccatũ aggrauetur ratione perſonæ in quam peccatur.*

Art. 10. *Vtrum magnitudo perſonæ peccantis aggrauet peccatum.*

Sectio. I. An omnia peccata ſint paria in grauitate vel malitia.

1 *Stoicorũ & aliorum.* STOICI affirmant vt refert Hierony. 1. contra Pelagianos num. 3. alias ca. 17. & in id Ezechielis. 10. *Et dixit ad me iniquitas &c.* & ep. 14. ad Celātiam cap. 1. Cyprian. ep. 52. ad Antonianum, Ambr. 1. de pœniten. c. 1. Tullius oratione pro Murena lib. 3. & 4. de finibus & paradoxo. 3. Quibus locis idem videtur tenere, vnde præfatione in paradoxa ait, ea ſibi videri ſocratica & veriſſima: in illis autem cōtinetur hoc paradoxum: ergo illud exiſtimat veriſſimum: idem tenuit Iouinianus. vt refert Prateolus in cathalogo hæreſum lib. 9. nu. 18. Sebaſti. Medicis lib. de hæreſib. v. peccatũ hæreſ. 8. directo. inquis. 2. p. q. 4. num. 4. & Sanderus. 7. de viſibili monarchia ſub anno. 38. & Auguſt. de hæreſibus ca. 82. & epiſt. 29. ad Hieronymum & ipſe Hieronymus. 2. contra Iouinianum. Et mirari non deſinā cũ Bellar. 1. de ſtatu peccati cap. 4. Valentia, & Vazquez hic artic. 2. quomodo Caſtro verbo peccatum hæreſi. 8. dixerit Hieronymum huius erroris Iouiniani nunquam meminiſſe: deceptus autem videtur, quia 1. contra Iouinian. referens eius erroris, huius expreſſe nō meminit, licet alios ipſi affines retulerit.

Pro hac ſententia argumentor. 1. ex Baſilio reg. breuiori. 293. aſſerente differentiā maiorum, & minorum peccatorum nunquam in nouo teſtamento reperiri. 2 *1. Argum. pro hoc errorem.* ¶ 2. Quia peccatum formaliter conſiſtit in priuatione rectitudinis, priuatio autem non ſuſcipit magis & minus: non enim eſt maior cæcitas &c. vnius quam alterius. *2. Argum.* Conf. quia omnia opera bo- *Conf.*

na

Digitized by Google

na ſunt æqualiter bon a,& recta; cum rectitu
do nõ ſuſcipiat magis aut minus, ſi enim ali-
qua linea v.g.vere eſt recta,nulla alia rectior
dari poteſt:ergo omnia opera mala ſũt æqua-
liter praua:conſeq. patet ex paritate rationis
& quia ſi rectitudo nõ ſuſcipit magis & min⁹
ratio rectitudinis malitiam conſtituens, non
3. Argu. poteſt ſuſcipere magis aut minus. ¶3. Malitia
cuiuſlibet peccati eſt infinita: vnũ autem in
4. Argum. finitum non eſt maius alio:ergo. ¶4. Si Prin-
ceps prohiberet tranſilire certam lineã,æqua
5. Argum. liter peccaret qui illam tranſiliret parum re-
cedendo,ac ſi multum recederet:ergo ſimili
ter,qui legem tranſgreditur,ſiue parum, ſiue
multum ab ea recedat,æqualiter peccat.

5.Pœna damni,ſcilicet carentia diuinæ vi-
ſionis eſt æqualis pro omni peccato mortali:
ergo ſaltem omnia mortalia ſunt æqualia,
quia eodem modo ſe habent pœnæ interſe
ſunt culpæ interſe.

De fide tamen eſt non omnia peccata eſſe
3 paria. 1. Cor. 5. *auditur inter vos fornicatio,qualis*
Conclu. *nec inter gentes*,ideſt,maior &c Ioan.19 propte
Catholica. rea,qui me tradidit tibi,maius peccatum ha-
bet,vbi communis expoſitio eſt maius fuiſſe
peccatum Iudæorum, qui ex odio Chriſtum
tradiderunt,quam Pilati,qui ex timore Ro-
manorũ ipſum crucifixit.Leo.ſer.8.de paſſio.
Baſil. reg. breuior. reſp.46.Aug.pſ.63.& tract.
126.in Io.Cyril.12 in Io.c.22.Chryſoſ.ho.83 in
Io.Theophy.Euthy.& alij.Alias acutas expo
ſitiones afferunt Vazquez hac quæſt. artic. 2.
Tolet.& Maldo.in Ioan.Anto.Perez certa. 8.
expoſitiuo,vbi à cap.23.vſq.ad.26.& vlti. agit
de hoc loco.Sed quocunque modo exponatur
tur conuincit intẽtum noſtrum: quod etiam
probatur ex Geneſ.13.*Sodomitæ peſſimi erant, &*
peccatores corã domino nimis.Gene.37.*Ioſeph accu-*
ſauit fratres apud patrem crimine peſſimo,Deut.25
pro menſura delecti erit & plagarum modus.
Apocal.18.*quantũ glorificauit ſe &c.*Math.10. &
11.*terræ Sodomorum remiſſius erit in die iudicij &c.*
Lucæ. 20. *hi accipient damnationem maiorem.*
Sapien.6.*fortioribus fortior inſtat cruciatio*. De
quo Gregor. 9. moral. capit.47.Ezechielis. 9.
iniquitas Iſrael & Iudæ magna eſt nimis valde.
Math.5.*omnis,qui iraſcitur fratri ſuo,reus erit iudi-*
cio,qui autem dixerit,racha, reus erit concilio &c.
Ieremiæ.7.*peius operati ſunt quam patres eorum.*
Trenor.4.*maior effecta eſt iniquitas populi mei pec*
cato Sodomorum. Vide Ezech.16.& 17.& prima
Ioan.5.ad idem ſunt loca ſcripturæ,ex quibus
oſtenditur aliqua eſſe peccata mortalia , alia
venialia,de quibus vide Valentiam hic & nos
latè,cum agemus de peccato mortali,& Ven
vnde bene Origen. homil.7.in Ezechiel. ait.
legentibus ſacram ſcripturam,ignotam eſſe non poſſe,
peccatorum inæqualitatem,& homil.5.in Leuiti-
cum ait,*delictum leuius aliquato eſſe quam pecca-*
tum. Nazianzenus carmine ad virgines, *qui*
paruis obuiam ibit,is nunquam preceps ſcelera in
grauiora feretur. Hieronym.in id Ezechiel. 9.
iniquitas Iſrael &c. ait peccata non eſſe paria
& epiſt.ad Celantiam.1.2.3. contra Pelagian.
&.2.contra Iouin.hunc eius,& Stoicorũ erro
rem damnat.Vide Auguſt.locis citatis,&.1.de
ſermone Domini in monte capit. 19. & alibi
Concil.Meleuitanum cano.7.Trid.ſeſſ.6.c.11.
Cyprianum ſermone de eleemoſyna, Baſiliũ
oratione in pſal.114.Ambroſ. ſermone. 16. in
Pſal.118.Nazianze.oratione.2.contra Iulian.
Caſſianum collatione.22.c.23. Bernard.ſerm.
de Cœna Domini,& lib.de precepto & diſpẽ
ſatione, vbi paſſim hanc veritatem docet &
Greg.21.moral.c.9.

Ratione proh.quia alias pro vnico pecca-
to omnes eſſent æqualiter puniendi : conſe- 4
quens eſt falſum:ergo.Reſp. Tullius parad. 3.
in vnico peccato interdum contineri plura,
ſcilicet formaliter ob diſtinctas deformita-
tes,vt ſi quis patrem occidit,in eo peccato
ſunt plures deformitates, *Quia occidit eum,qui*
genuit, qui aluit &c. Ideoque grauius eſſe pu-
niendum,quam ſi alium hominẽ occidiſſet.
Sed licet ita ſtoicorum ſenteтia ſic limitetur.
Vera non eſt,nam etiam peccatum , in quo
tantum eſt vna deformitas,poteſt eſſe maius
alio vnicam cõtinente deformitatem. Prob.
quia peccatum intra eandem ſpeciem aggra-
uatur ex intenſione,duratione,& maiori cog
nitione agentis & libertate ipſius actus, & ex
latitudine extenſiua,& intenſiua ipſius obie-
cti & inter peccata eiuſdem ſpeciei,quod ad-
uerſatur præcepto magis obligãti , eſt maius:
ergo non ſolum in numero deformitatum
vnum peccatum excedit aliud:ſed etiam qua
tenus deformitas vnius eſt maior deformita-
te alterius,vt cõſtabit infra.Multa alia in cõ-
firmationem huius veritatis adducit Anto.
Perez certam.8.expoſitiuo;ſed ſuperfluum pu
to in re adeo perſpicua diutius immorari.

Ad primum argumentum. Reſpond. Vaz. 5
diſput.99.ca.1.Baſilium loqui de mortalibus; *Ad.1.arg.*
quorum nullum cenſet contemnendũ, quaſi
parum referens:nam omnia ſimpliciter ſunt
magna;*qui enim facit peccatum,ſeruus eſt peccati*
Ioan.8.*& qui contumax eſt in filium*(vulgata ha-
bet,*incredulus eſt filio*) *non videbit vitam*. Nam
conſtat,Baſilium docuiſſe catholicam verita
tem hom.12.ex varijs,Pſal.7.14.& alijs locis ci
tatis.Alij Reſpondent,illum lib.non eſſe Ba-
ſilij,vel illa verba inſerta eſſe ab aliquo hære
tico,vel ſolum voluiſſe,quod euangelium nõ
attulit illam diſtinctionem:quam tamen nec
ſuſtulit.Vel ſine diſtinctione cauenda eſſe à
nobis maiora,& minora peccata, vt indicat
eodem lib.q.4.

Ad.2.Reſpon.priuationem totalem,& cõ- *Ad.2.arg.*
pletam,

Digitized by Google

pletam,ſeu in facto eſſe,vltra quam non poteſt motus priuationis procedere,non ſuſcipere magis & minus,vt mors, cęcitas &c. ſecus partialem,incompletam,& in fieri,vt vmbra:eiuſmodi autem eſt priuatio conſtituens peccatum; nõ enim tollit omnem ordinem, aut ſubiectionem ad rationẽ,ſeu legem, neq. omne bonum,nam ſi malum eſſet integrum deſtrueret ſeipſum vt ait,Ariſt.4. Ethicorum cap.5.Solutio eſt D.Thom.artic.2.& q.18. art. 8.ad primum,&.2.d.37.quæſt.1.artic. 1.ad. 5. & d.42.artic.5.ad.2.de malo quæſtione. 2. art. 9. &.3.contra gent. cap. 159.Alenſis.3.p. quæſt.61 alias.57.membr.3.Duran.2.d.42. quæſtione.8. Richard. eadem d. artic. 4.quæſt. 2. corpore & ad tertium.Sed hanc ſolutionem, quã tractant Valentia hîc Vaz.diſp.99.c.3.&.4. Azor tom.1.lib.4.ca.19.q.2. reijciunt quidam.

6. 1.Quia priuatio,quæ eſt in blaſphemia.periurio &c. nil relinquit moralis bonitatis in illis,neque aliȩ.ſi ſint peccata omiſſionis,quȩ nec pro materiali dicunt aliquid poſitiuum. ¶2.Quia teſtimonium Ariſto.non eſt ad rem, quia ſolum vult,malum nõ deſtruere totum bonum,ſaltem enim debet relinquere ſubiectum,& cauſam,alias ſeipſum deſtrueret , vt explicat D.Thom.4.Ethicorum cap. 5. &.1.p. quæſt.47. artic. 3. & Donatus ſuper Ariſtotel. Quo non obſtante priuatio quæ eſt in peccato,poteſt deſtruere totam moralem rectitudinem.Alij eandem ſolutionem impugnant alij.1.Quia peccatum comiſſionis formaliter & ſecundum malitiam conſiſtit in poſitiuo & non in priuatione : alias contra eandem virtutem non poſſent eſſe peccata ſpecie diuerſa.¶2.Quia etiam ſi conſiſtat in priuatione rectitudinis,talis priuatio eſt completa & in facto eſſe:ſiquidem excludit omnem moralem malitiam ab actu.¶3.Quia etiam ſi priuatio oppoſitæ rectitudinis eſſet totalis & in facto eſſe,& ita non eſſet in vno peccato maior quam in alio,tamen vna eſſet alia deterior ſicut cæcitas ſurditate, licet non ſit maior priuatio viſus,quam ſurditas auditus:quãtitas enim priuationis commenſuratur latitudini intenſiuæ , vel extenſiuæ formæ,quantitas vero malitiæ etiam latitudini eſſentialis perfectionis,ita vt,cæteris paribus, priuatio nobilioris formæ deterior ſit. ¶4. Quia teſtimonium Ariſt.non eſt ad rem tum quia non intelligitur,vt ibi exponit D.Thom.& Donatus,ſed vt exponit Euſtratius & indicat ipſe textus,ſcilicet iracundiam nunquam eſſe omni ex parte malam,quia vna mala eius circunſtantia aliam deſtruit,nam qui cito iraſcitur, facile placatur,qui vero leui de cauſa iraſcitur,non multum iraſcitur.ſi autem eſſet integre & omni ex parte mala,eſſet alijs inſoletabilis.Et licet Ariſto. intelligeretur vt explicat D. Thom. non ſequeretur priuationem, quæ eſt in peccato, nõ eſſe totalẽ reſpectu rectitudinis oppoſitæ , ſed non deſtruere proprium ſubiectum & cauſam.

7. Hæc tamen non multum vrgent contra ſolutionem,& quia argumenta priorum in argumentis poſteriorum includuntur , ad hæc tantum Reſpondetur,ad primum, peccatum comiſſionis nõ in poſitiuo, ſed priuatione cõſiſtere vt ſupra oſtẽdimus . Nec inde ſequitur non poſſe contra eandẽ virtutẽ dari peccata comiſſionis ſpecie diuerſa:nã ſicut Vaz.diſp. 99.c.4.ait , peccata omiſſionis in priuatione conſiſtere,tamen poſſe contra eandem virtutem dari diuerſa ſpecie,quia eadẽ virtus habet actus ſpecie diuerſos in eſſe moris,vt religio ſacrificium,orationem,votum &c.quorũ priuationes differunt ſpecie in eſſe moris: ita dico, eandem virtutem habere rectitudines diuerſas ſpecie, ſcilicet conformitates ad diuerſa præcepta negatiua , quarum rectitudinum priuationes differunt ſpecie in eſſe moris,ſic auaritia , & prodigalitas ſunt peccata ſpecie diuerſa cõtra liberalitatẽ,furtum que, rapina,detractio,& adulterum contra iuſtitiam;violatio voti,& iuramẽti & blaſphemia contra religionem , imo licet Vazquez ibi impugnit dicentes violationem voti caſtitatis,religionis,paupertatis obedientiæ &c. nõ differre ſpecie intra latitudinem religionis, eſto aliunde interdum ſpecie differant, nam qui violat votum paupertatis dando ſine facultate ſuperioris id, quod eſt conuentus,peccat etiam contra iuſtitiam,& qui violat votũ caſtitatis,agit etiam contra temperantiam. Tamen certum puto id,quod omnes docent, vota & eorum violationes in eſſe moris ſpecie differre ex materijs habentibus ſpeciales rectitudines,& ſic contingere in votis commemoratis: alias talis materia voti non eſſet neceſſario confitenda:quod eſt abſurdum & contra communẽ ſenſum & vſum.Conſ.quia alias,quando violatio voti tantum eſt cõtra religionem , ſatis erit dicere , votum violaui in materia graui,ſaltem ſi circunſtãtiæ notabiliter aggrauantes non ſunt neceſſario confitendæ,vel grauitas intenſiua peccati poteſt ſine expreſſione materiæ declarari. Præterea vt vota,quæ ſunt de actibus diuerſis ſpecie in eſſe moris,etiam differunt ſpecie in eſſe moris , ſimiliterque eorum violationes,ita quãdo vnum votum eſt de actu, aliud vero de omiſſione, vel vnũ de vna omiſſione,aliud de alia . Vnde etiam patet,quædam peccata cõtra votum eſſe comiſſionis,vt habere copulã, alia omiſſionis , vt non audire miſſam . Neq. verum eſt, quod quidam dicunt , non audire miſſam,quando eſt contra votum, eſſe peccatum comiſſionis,quia tũc,inquiunt, peccatũ

conſiſtit

conſiſtit in falſitate, quam aliquis comitit, nõ obſeruans veritatem promiſſionis erga Deũ. Contra quod eſt, quia peccatum illud non conſiſtit niſi in priuatione obedientiæ erga præceptum verificandi, & nõ falſificãdi promiſsionem: quæ in obedientia nil aliud eſt, quam non audire miſſam debitam ex voto: ergo eſt peccatum omiſſionis. Et ſicut dixi, vota & eorum violationes diuerſificari ſpecie ex materijs moraliter diuerſis: ita in iuramentis promiſſioris dicendum eſt. Neque enim ſi omnia iuramenta aſſertoria & eorum violationes interſe pertinent ad eãdem ſpeciem moris, ſequitur, idem eſſe dicendum in iuramentis promiſſorijs: nam omnes aſſertiones falſæ, ſunt eodem modo, vel etiam æqualiter falſæ, quia veritas & falſitas videtur conſiſtere in indiuiſibili ſecundũ intenſionem, ſecus ſecundum extẽſionem; quo pacto Ariſto. 4. meta. cap 4. ait, magis mentiri qui dicit mille eſſe quinque, quã qui. 4. eſſe: ſcilicet, quiá ille plura falſa dicit, nempe non excedere in vna, nec in duabus, nec in tribus &c. vnitatibus, & ideo omnia iuramẽta falſa aſſertoria videntur eiuſdem ſpeciei, nõ vero promiſſoria, quia hæc inducunt diuerſas & maiores, aut minores obligationes iuxta diuerſitatem materiæ, quãtitatem & qualitatẽ, vt in hominis promiſsionibus & cõtractibus.

Ad. 2 omiſsis quorundã ſolutionibus, quas
8 Vaz. diſ. 99. ca. 3. & 4. impugnat. R. priuationẽ, quæ eſt de ratione peccati comiſsionis, non eſſe priuationem rectitudinis debitæ actui, ſed voluntati & hãc rectitudinẽ habere magnam latitudinem iuxta varietatem præceptorum, neque totã vnico peccato excludi, neq. ęqualem partẽ vno peccato ac alio, nam per maius furtum plus de conformitate ad præcepum non furandi excluditur, quam per minus. Fateor tñ per priuationes rectitudinũ diuerſarum in ſpecie, & nõ in gradu intenſiuo, vel extenſiuo debito ex lege ęquales partes rectitudinis in comuni excludi, ſed meliorẽ & magis debitam per vnam priuationẽ, quã per aliam; ideoque vna priuatio eſt alia deterior, ſicut priuatio viſus eſt deterior priuatione auditus, licet nõ ſit maior priuatio: idque probat. 3. argum. neq. militat contra D. Tho. licet Reſp. poſſet, priuationẽ dupliciter poſſe maiorem appellari. 1. accidentaliter, quia excludit formam maiorẽ intenſiue, vel extenſiue. §2. Eſſẽtialiter, quia excludit maiorẽ perfectionem, ſeu nobiliorẽ formã ac maius bonum, & ita peccatum deterius in ſpecie, maiorem priuationẽ habet. Addi etiam poteſt, priuationem non cõſtituere peccatũ niſi quãtenus eſt voluntaria & excludit rectitudinem debitam ex præcepto, & quia vna priuatio poteſt eſſe magis voluntaria & excludere rectitudinẽ magis debitam, nempe debitã ex præcepto magis obligante, vnam poſſe eſſe alia deteriorem. Ad. 4. cõcedo illam expoſitionẽ eſſe magis conſentaneam, quam amplectitur Vaz. ſup. & Azor to. 1. li. 4. c. 19. q. 2. & Maior. 4. Ethic. c. 5. hóc excepto, quod cum Ariſtot. ait, malum ſeipſum perdit & ſi integrum ſit, intolerabile fit, exponit Vaz. malum ſeipſum perdit, ideſt, vna mala circunſtantia iræ, aliã deſtruit, Maior vero per malum intelligit ſubiectum malitiæ iræ, quod ſeipſum deſtruit, quia multas ægritudines corporales, & interdum mortem ſibi adducit. Sed quomodo cunque intelligatur teſtimoniũ Ariſt. eſt ad rem, quæ etiam ſine illo ſatis perſpicua eſt, nẽpe nullũ malũ priuare omni bonitate, quia relinquit bonitatem proprij ſubiecti & cauſæ & alias non oppoſitas; & ideo vnum malũ poteſt eſſe deterius alio, licet in priuatione conſiſtat.

Ex his manet ſolutum Secundũ argumẽtũ 9
principale. Ad eius vero cõfirmationẽ Reſp. *Ad. 2. arg. principale*
cum Aug. ep. 29. licet omnia recta ſint ęqualiter recta, non tñ omnia curua eſſe æqualiter curua; cum rectitudo conſiſtat in indiuiſibili, non vero curuitas. R. 2. licet vna rectitudo in ratione rectitudinis non ſit maior alia: eſt tñ maior in ratione boni, ſeu melior, & ideo eiꝰ priuatio eſt deterior, præſertim ſi ſit magis vo-
lontaria. Ad. 3. R. Vaz. diſp. 99. cap. 8. malitiam *Ad 3.*
& offenſionem Dei in peccato nõ eſſe infinitam, vt 3. p. q. 1. a. 2. probaturum ſe dicit. Idẽ repetit q. 73. a. 4. Sed Valent. diſp. 6 q. 3. pun 3. recte explicat, malitiam peccati eſſe infinitam, non ſimpliciter: ſed ſecundum quid, ſcilicet, vt eſt cõtra legem Dei. Quo ſuppoſito ad argumentum. R vnum infinitum ſecundũ quid poſſe eſſe maius alio, ſecus ſi ſit infinitum ſimpliciter, vt dici ſolet de merito, & ſatisfactione Chriſti.

Ad. 4. R. D. Tho. ar. 2. ad. 2. obiectionem pro 10
cedere, ac ſi peccatũ eſſet pura priuatio, ideſt, *Ad. 4.*
totalis, ac deſtruens omnem rectitudinem cum tñ vnum peccatum ſolũ opponatur vni rectitudini, ſeu obediẽtiæ ideoque poſſit eſſe minus alio oppoſito ſtrictiori obedientiæ: ſicut tranſgredi vnam lineam poſſet eſſe minus peccatum quam tranſgredi aliam, ſi eſſet minus expediens continere ſe intra vnam lineam, quam intra aliã. Aliter vero R. D. Th. 3. contra cap. 139 (quem ibidẽ ſequitur Ferranenſis) vbi ait, non eſſe ſimile virtutẽ trãſgredi, & terminos à iudice poſitos tranſilire: nã virtus eſt ſecundum ſe bona, vnde virtutem tranſgredi eſt ſecundũ ſe malũ, ideo oportet, quod magis à virtute recedere, ſit maius malũ: tranſgredi autẽ terminũ à iudice poſitum non eſt ſecũdum ſe malum, ſed per accidens in quantum ſcilicet eſt prohibitum. in his autem, quę ſunt per accidens, nõ eſt neceſſariũ,
quod

Digitized by Google

quod ſimpliciter ſequatur ad ſimpliciter & magis ſequatur ad magis:ſed ſolũ in his, quæ ſunt perſe. Similia dicit de malo, q.2.a.9.ad.4. & 2.d.42.a.2.ad.3. ex quibus Conra.art.2.ad.2. deducere videtur omnia peccata, quæ ſolum ſunt contra legem poſitiuam, eſſe æqualia: & ita illum exponit Zumel eodem art.dub.2. & Herrera.2.diſp.32.q.1.ſed melius Vaz. diſp.99. c.2.et.5.vt ſolũ loquatur de peccatis, quę ſunt tantum contra eamdem legem poſitiuam:nã abſurdiſſimum eſſet dicere, æquale peccatũ eſſe non audire miſſam, & non ieiunare, extrahere delinquentem ab Eccleſia, & noctu arma deferre, & ea infidelibus vendere &c. nam quædam leges poſitiuæ magis obligant, eo quod meliora præcipiunt & Conrad. nil aliud dicit quam D.Tho. Vnde ſicut Zumel, & alij D.Tho.explicant, debent Conradum explicare. Credo ergo hos omnes ſolum voluiſſe, in his quæ ſolum ſunt contrarius poſituum, magis, & minus ex parte obiecti conſideratum, nihil interdum referre ad maiorem vel minorem malitiã, quia lex poſitiua æqualiter vtrumque reſpicit:quod in lege naturali nunquam accidit. Patet exemplis:nam poſt quam quis in die ieiunij comedit id; quod ſatis eſt ad peccatum mortale, neque peccat, neq. peccatum auget magis comedẽdo, quia prohibitio ſolum ſe extendit ad illam quantitatem. Similiter qui cõmunicat poſt multũ cibum, non magis peccat, quam ſi poſt modicum, quia prohibitio ſolũ ſe extendit ad ſumptionem Euchariſtiæ poſt cibum, vel potum, nõ curãdo an cibus vel potus magnus, paruus vt ſit ſimiliter cum princeps, vel iudex prohibet receſſum à caſtris nõ minus peccat, qui recedit in regionem proximã, quã qui in longinquam, cæteris paribus quod exemplũ de iudice admittit Herrera ſupra & alij communiter, ſimiliter ſi ante, vel poſt horam aliquid fieri prohibetur, nihil refert multos ante aut poſt horam fieri, vel parum.

Quibus nõ obſtantibus maius peccatũ eſt
11 violare ieiunium bis comedẽdo, quam horã anticipando & vtendo cibis prohibitis, quam bis comedendo, ita D.Th. interpretantur Zumel & Conta. & immerito quidã D. Thomã. Herr. & Conra. reijciunt, cum quibus reuera coincidunt admittentes exemplum ieiunij, licet reijciant exemplũ Euchariſtiæ, quod tñ vt à nobis propoſitum eſt, reijci nõ poteſt. Ad conf. Reſp. licet duo duas leges æqualiter tranſgrediantur:tñ nõ æqualiter peccãt, quia illæ non æqualiter obligant & illi non æqualiter voluntarie illas tranſgrediuntur. Ad.5. negatur conſeq. quia in cæteris pænis, vbi poteſt eſſe, datur vera inæqualitas. Occaſione autem huius argumẽti Vaz. & alij hic & Azor ſupra diſputant, an pæna damni ſit æqualis in omnibus damnatis:de quo nos infra, diſp.14. ſect.10.

SECTIO. II.

An peccatum ex ſpecie & obiecto minus graue, poſsit ex circunſtantijs fieri grauius alio grauiori ex obiecto.

SVpponimvs ex D.Th.a.3. Ant.1. 12
p.tit.9.c.1.§.1. Ægid.2.d.21.q.2. ad.2. 13
& d.35.q.2.a.2. Dur.d.21.q.3. Carth. 4.d.16.q.1.§. quæritur ergo, Azor to.1.lib.4.c.19.q.3 Sayr.li.2.c.7.nu.5.& ex alijs, peccata aggrauari ex obiectis:vt maior eſt iniuſtitia homicidij quam furti, quia res maioris valoris tollitur per homicidium & magis damnificatur homo quam per furtum. Similiter intra eandem ſpeciem maior eſt iniuria in maiori furto quia damnum eſt in maius, & maior eſt obligatio abſtinẽdi a damno maiori quam a minori. Sic infirmitas eo grauior eſt, quo maius nocumentum infert hominis quia videlicet nobiliorem & vtiliorem eius partem occupat & lædit. An vero peccatum leuius ex obiecto, poſſit Deus longe ſtrictius prohibere & ita reddere illud grauius v.g. furtum quam homicidium. Medina, art.3. & alij cenſent implicare, quia Deus non poteſt non deteſtari amplius, quod in ſe eſt deterius, nec furtũ eſt capax maioris obligationis niſi mutentur circunſtantiæ & alioqui Deus poſſet efficere, vt furtũ vnius oboli, vel mendaciũ iocoſum nullis circũſtantijs mutatis transferretur de veniali in mortale, & cur nõ poſſent idem efficere homines, qui auctoritate Dei leges ſanciunt:ſed de hoc plura dicã diſp. 14. ſect.6.ad.5.& tract.de legibus. Poteſt tñ Deus & homo vbi nulla erat obligatio, obligationem ponere iuxta materiæ capacitatem, ſeu grauitatem vel leuitatem:& ita ex momento rei præceptę ſumenda eſt grauitas obligationis iuxta doctores. Clem.exiui de verb. ſignificatione Caſtro.1.de lege penali ca.5. documento.2. Vnde recte Vict.relectatione de poteſt ciuili, nu.19. docet, tam in prohibitis iure poſitiuo, quã iure naturali quantitatẽ peccati & obligationes ſumendam ex quãtitate materiæ, ex eiuſq. grauitate vel leuitate et ex parte obiecti, quando perſe eſt malum, & prohibitum ſumi aliquã malitiam, ſeu grauitatẽ quam eſſe primam & præcipuam ait, D. Tho. a.3. quod non eſt ita intelligendũ, vt actus nõ poſſit habere maiorẽ malitiã ex circunſtãtia quam ex obiecto: nam poteſt circunſtantia trahere actum ad malitiam deteriorem ſecũdum ſpeciem, quam ſit malitia ſumpta ex obiecto, vt cum quis cognoſcit aliquam Deo ſacrã vel in loco ſacro, maior malitia ſumitur ex circunſtantia, quã ex obiecto, quia circunſtantia

Digitized by Google

ſtantia facit actum eſſe contra religionem,
obiectum vero contra temperātiam, quæ mi-
nor eſt virtus. Similiter cum quis accedit ad
nuptam, vel mentitur propter homicidium,
maior malitia ſumitur ex circunſtantia, quā
ex obiecto: ſenſus ergo D.Th. eſt malitiam ex
obiecto eſſe præcipuam in ratione connatu-
ralitatis & inſeparabilitatis, quæ eſt magis
coniuncta cum ſubſtātia actus, quam quæ ſu-
mitur ex circunſtantijs: nam actus ſecluſa ig-
norantia, inaduertētia & remotione legis nō
poteſt denudari à malitia ſumpta ex obiecto,
ſecus vero ab alijs, ideo hæc malitia eſt magis
intrinſeca & primo ſolet occurrere. Quibus
de cauſis a D.Th. etiā appellatur prima: vnde
in corpore articuli ſic concludit: differentia
grauitatis, quæ attenditur penes obiecta eſt
prima & principalis, quaſi conſequens ſpeciē
ſcilicet fundamenti malitiæ: non ergo appella
tur prima, quia ab illa cęteræ pendeant, non
enim pendet malitia ex circunſtantijs à mali
tia ex obiecto, etiā quando ambæ cōcurrunt,
ſcilicet quando obiectum eſt malū, nam pōt
malitia ex circunſtantijs dari ſine malitia ex
obiectō propter ignorātiā inuincibilem, vel
diſpenſationem. Ex his igitur cōſtat, quando
circunſtātia trahit actum ad aliam ſpeciem,
poſſe malitiā eſſe maiorem ex circunſtantia
quam ex obiecto.

Tota difficultas eſt, an peccatū ſpeciei infe-
14 ris poſſit intra eamdē ſpeciē ita aggrauari ex
1.Opinio. circunſtantijs, vt ſit grauius peccato ſuperio-
ris ſpeciei. Aliqui recentiores artic. 3.4.5. cum
Dur. 4. diſt. 22. q. 1. n. 8. negatiuam partē docent
quā probant. 1. ex D.Th. hic aſſerente grauita-
tem ex obiecto eſſe primā & præcipuā: ergo
nunquā grauitas ex circunſtantijs maior eſſe
poteſt. ¶2. Quia indiuiduum inferioris ſpeciei
naturalis non poteſt ratione accidentiū exce
dere indiuiduum altioris ſpeciei: ergo neque
indiuiduum inferioris ſpeciei moralis poteſt
ratione accidentiū, ſcilicet circunſtantiarum
excedere in morali malitia indiuiduum ſupe
rioris ſpeciei moralis. Conf. quia tam in mo-
ralibus, quam in naturalibus ſpecies infinite
diſtant: ergo non poteſt indiuiduū inferioris
æquare indiuiduum ſuperioris ratione acci-
dentium, vt frigus nūquā adæquat perfectio-
nē caloris, neq. leo perfectionē hominis, nec
linea perfectionē ſuperficiei, nec ſuperficies
perfectionē corporis. Oppoſitum eſt mihi, &
nonnullis recētioribus certum, quod tenent
2.Opinio. Med. Sotus, & alij communiter, art. 4. vbi Zumel
dubio. 2. priorē ſententiam cenſet eſſe contra
D.Th. & pluſquam temerariam: & quidē eſſe
contra D.Th. patet quia ar. 5. ait, peccata ſpiri
tualia, ex ſuo genere eſſe grauiora carnalib⁹:
aliquod tñ peccatū carnale eſſe grauius alio
ſpirituali, nimirū habente materiam leuē, vel
carente deliberatione (vt ibi explicant Cōra.
& Vaz.) & 2.2. q. 10. a. 3. ad. 1. ait, nihil prohibet,
peccatū ex genere ſuo grauius, eſſe minus gra 15
ue ſecundū circūſtantias. Idem doce 2.2. q. 39.
art. 2. & alibi: eſtque doctrina receptiſſima in
ſchola D.Th. vt ait Sotus. 4. iuſtitiæ q. 6. a. 3. &
lib. 5. q. 10. a. 3. Herrera. 2. diſp. 32. q. 3. & videtur
cōmunis modus loquendi ſcholaſticorum &
ſanctorum. Idem tenet etiam Medi. articu. 4.
vbi Zumel dub. 2. Suar. 3. p. to. 3. diſp. 66. ſect. 2.
Carthuſ. 4. d. 16. q. 1. §. quęritur ergo, in fine, &
ſumi poteſt ex Aug. 4. de baptiſmo contra Do
natiſtas c. 5. & 20. & refertur cap. quæro. 6. q. 1.
vbi non audet præcipitare ſententiam circa
duas quæſtiones definiendas, altera, quis duo
rum hominum grauius peccet, ille qui igno-
ranter eſt hæreticus, hoc eſt præ hebetudine
mentis & imperitia litterarum, quamuis eum
pertinacia, vel ille, qui ſcienter eſt auarus. Al-
tera, quis ſit præponendus, hæreticus alioqui
in moralibus bonus, vel catholicus ſcelerib⁹
plenus? qua hęſitatione Aug. oſtendit, contin
gere poſſe, vt circunſtantia aut multitudo cri
minum minus grauium, vincat grauitatē cri-
minis genere grauioris, & Vrbanus ca. ſcimus
1. q. 1. aperte ait, minori pœna puniendos ali-
quos infideles, qui bona opera fecerunt, quā
aliquos fideles ſceleribus deditos, & videtur
loqui de ijs, quorum infidelitas ignorantia in
uincibili non excuſatur. Iam cōcluſio proba-
tur ratione. ¶1. Quia peccatū m. & veniale ſę- 1.Argum.
pe ſunt eiuſdem ſpeciei quantum ad moralē
malitiam, licet maxime differant quantū ad
reatum, ratione cuius alterū dicitur morta-
le, alterū veniale formaliter, vt patet in furto
paruo & magno, deliberato, & indeliberato,
quodlibet autem mortale eſt grauius quo-
libet veniali: ergo peccatum ſpeciei inferio-
ris poteſt eſſe ſimpliciter grauius peccato ſpe
ciei ſuperioris, vt furtum mortale ſacrilegio
veniali, & fornicatio mortalis furto veniali,
ac proinde cur peccatū aliquod mortale ſpe-
ciei inferioris non poterit eſſe grauius alio
mortali ſpei ſuperioris ob maiorem delibe-
rationē, libertatem, durationem, intenſionē,
materiæ quàntitatē &c. ¶2. Prob. quia maius 2.Argum.
peccatū eſſet furari totū ærarium publicū lo-
cuplitiſſimum & valde neceſſariū Reip. ſine
vlla circunſtantia trahente furtum ad aliam
ſpeciē, præſertim ſuperiorē; quam occidere
hominē priuatū, vel detrahere famę alicuius:
cum tñ homicidiū & detractio ex ſpecie ſua
grauiora peccata ſint, quam furtum. Conf. 1. 1.Conf.
quia grauius eſt nobilem familiam, vel virū
Illuſtriſ. et ducem Reip. de proditione, vel
hæreſi infamare, quam plebeium interficere:
tñ homicidiū ex obiecto grauius eſt: quia per
ipſum tollit̃ vita, quæ ex genere ſuo eſt nobi-
lior fama, et honore. Conf. 2 nam aliquis ho- 2.Conf.
hor

nor,et fama moraliter pluris æſtimatur quã vita:et aliquæ diuitiæ,quã leuis aliqua fama: ergo tollere famam poterit eſſe maius peccatum,quam tollere vitam:ergo et tollere magnas diuitias,quam tollere modicam famam. Sic etiam ingens furtum grauius eſt leui percuſſione quamuis mortali,quæ tamen ex ſua ſpecie eſt grauior furto,et aliqua fornicatio eſt grauior aliquo periurio , vel omiſſione miſſæ aut officij diuini debiti ex religione.Sicut etiam cõtingit,opus ex ſua ſpecie melius, & magis meritorium, ob circunſtantias eſſe minus bonum & meritorium quã aliud inferioris ſpeciei.Sic aliquis actus humilitatis,patientiæ vel caſtitatis poteſt eſſe melior & magis meritorius quã actus iuſtitiæ aut religionis,etiã ſecluſa dignitate proueniente à ſuppoſito grato per gratiam maiorem habitualem;vel vnionis hypoſtaticæ.Certe ſi circunſtantię non poſſunt efficere vt peccatum inferioris ſpeciei ſit ſimpliciter grauius:ergo nec multiplicatio & ſic qui vnicum ex vehemẽti paſſione commiſit homicidiũ,grauius punietur, quã qui totã vitam in furtis adulterijsq. conſumpſit. Quod eſt ridiculum . Deinde in naturalibus infirmitas grauior in ſpecie , pôt eſſe leuior ex circunſtantijs:ergo & in moralibus.Denique pœna altioris ſpeciei ex circũſtãtijs poteſt eſſe ſimplicier minor,vt abſciſio non infamis digiti,vel auriculæ ſpoliatione ampliſſimi patrimonij: ergo ſimiliter culpa.

16 3.Quia magna copia argẽti melior eſt modico auro : ergo ſimiliter malitia inferioris
3. Argu. m ſpeciei ob magnam intenſionem, vel extenſionẽ &c.poterit eſſe maior,quã malitia ſuperioris ſpeciei.R. Aduerſarij veriſimiliter , licet in ordine ad vſus humanos , & valorem moralem poſſit magna copia argenti præſtare modico auro,non tñ ſecundum naturalem perfectionem. Sed credo etiam ſecũdum perfectionem naturalem præſtare poſſe,ſi nõ ſolum excedat in quantitate,ſed etiã in qualitatibus,ſcilicet ſi aurum proprijs perfectionibus accidentalibus maxime ſit deſtitutum: argẽtum vero proprias qualitates habeat excellentiſſimas.Quod ſi in auro & argento id non concedatur ob magnam auri excellentiam,ponatur exemplũ in duabus ſpeciebus, quarum vna alteram modice excedat,cur nõ poterit ex accidentibus indiuiduum aliquod inferioris tantum creſcere vt æquet ſimpliciter indiuiduum ſuperioris.Conf.quia quælibet ſpecies eſt finitæ perfectionis:ergo nulla aliã infinite excedit , cur ergo interdum naturaliter,vel de potentia abſoluta nõ poterit ei tanta fieri additio,vt indiuiduum eius ſimpliciter æquet indiuiduum ſuperioris? Et quidem quando ſubſtantia inferior perficitur accidentibus nobilioribus ſubſtantia ſuperiori vt quidam dicunt gratiam,charitatem, & viſionem Dei perfectiorẽ eſſe qualibet ſubſtãtia creata & intellectũ eſſe nobiliorẽ aliqua ſubſtantia,quis dubitat quin ea ſubſtantia inferior redderetur ſimpliciter nobilior ſuperiori?quo pacto etiã actus, qui ex obiecto eſt in inferiori ſpecie malitiæ moralis,poteſt ex circunſtantia dante nouam ſpeciem, eſſe deterior alio actu habente ex obiecto ſpeciem deteriorem:ergo idem poteſt contingere per per circunſtantias non dantes actui nouã ſpe
ciem malitiæ.Conf.etiã nam peccatũ ſpeciei Conf.
inferioris ob circunſtãtias eſt grauius ſecũdũ moralem æſtimationẽ:homines enim ad valorem,meritum & demeritum,& grauitatem offenſæ parum referre putant, quod malitia ſumatur ex obiecto,vel circũſtãtijs vel vtriſq. nam bonitas & malitia moralis interdum ſumitur magis a circũſtãtijs quã à ſubſtãtia,vel obiecto. In qua re forte moralia à naturalibus differũt,quia ſubſtãtia naturalis eſt quid perfectiſſimum & ſibi proportionata appetit accidentia,quorum multis carere nõ poteſt, ideo quando ſubſtantia eſt perfectior ſecundum rationem ſubſtantialem,ſimpliciter eſt pefectior:at vero in moralibus ſubſtantia eſt valde imperfecta,neque ſecum affert circunſtantias proportionatas;ideo ratione circunſtantiarum ſubſtãtia inferioris ſpeciei poteſt eſſe perfectior ſubſtantia ſuperioris ſpeciei: idẽq.eſt quãtũ ad hoc de bonitate & malitia.

4.Prob.quia ſpecies generis inferioris ob 17
nobiliorem differẽtiã ſpecificã pôt excedere 4
ſpeciem generis ſuperioris:ergo & indiuiduũ ſpeciei inferioris ob differẽtiã indiuidualẽ & accidentia particularia pôt excedere indiuiduũ ſuperioris ſpeciei.Antecedens probatur, quia licet forma ex ſuo genere ſit perfectior quam materia: tñ materia cæli eſt perfectior ſpecie quam aliqua forma corruptibilis ſubſtantialis,vel ſaltẽ accidẽtalis & licet viuens ex ſuo genere ſit perfectius non viuente , tñ cœlũ opinione multorũ nobilius eſt aliquo viuenti,& homo licet ſit in genere inferiori, ſcilicet corruptibili,eſt nobilius cœlo incorruptibili,& licet actus intellectus ex ſuo genere ſit nobilior actu voluntatis, tñ amor Dei eſt nobilior multis intellectionibus.Idem de fide & ſcientia propter excellẽtiã obiecti,&c.

5.Quia in moralibus videmus dignitatem 18
ſpeciei inferioris eſſe aliquando meliorẽ dig
nitate ſpeciei ſuperioris,& moraliter magis 5
æſtimari : ergo ſimiliter in inferiori ſpecie malitiæ moralis pôt reperiri indiuiduũ excedens aliquid indiuiduũ ſpeciei ſuperioris. 6. Furta mortalia valde multiplicata poſſunt efficere collectionẽ,quæ ſit deterior detractione aliqua vel ſacrilegio, ſed tota malitia illorũ furtorũ pôt in vno maximo reperiri : ergo

poteſt

poteſt dari vnum furtũ grauius aliqua detra-
ctione:añs videt negare quędã:ſed ſane cõtra
communem modum ſentiendi, neque mirũ
cũ eodem vitio ſententia eius laboret;ex qua
etiã ſequeretur non eſſe grauius mille virgi-
nes etiã inuitas violare, quam vnum homi-
nem occidere,quod videtur abſurdum.Conf.
nam poteſt fieri, vt peccatum ſuperioris ſpe-
ciei non ſit duplo grauius peccato inferioris
ſpeciei:ergo,ſi huius grauitas duplicetur, du-
plicato actu,vel obiecto,vel ſumendo pro fi-
ne aliud obiectum ęqualis malitiæ intra ean
dem ſpeciẽ,vel aucta nimiũ intenſione, aut
libertate,ſimpliciter erit grauius peccato ſu-
19 perioris ſpeciei.¶7.Prob.quiá ſæpe maior pœ
na imponitur pro peccato inferioris ſpeciei,
7· nõ ſolum in foro externo,ſed etiam in inter-
no,& in æterno Dei,alioqui grauius punire-
tur in inferno minima detractio mortalis,
quam omnia furta magna, & in purgatorio,
quodcunq. veniale ſuperioris ſpeciei, quam
tota collectio venialium inferiorũ ſpecierũ
quod eſt abſurdum:ergo ſignum eſt,illud eſ-
ſe ſimpliciter maius peccatum, nam culpa &
pœna proportionẽ ſeruát iuxta Deut.25.iuxta
menſuram delecti erit & plagarum modus
& Apoc.18.quantum glorificauit ſe,& in de-
lirijs fuit,tantum data ei tormẽtũ & luctum.
Confir. Confir. quia licet interdum ob rationes ex-
trinſecas iudex, minus puniat maiora pec-
cata,quia videlicet eorum punitio eſt minus
neceſſaria,vel expediens,tñ etiam his rationi
bus extrinſecis ſublatis,attendendo ad graui
tatem malitiæ, minus ſepæ punit maiora pec
cata in ſpecie: ergo id prouenit ex eo quod
eorum malitia ex circunſtantijs minor eſt,
quam aliorum peccatorũ inferioris ſpeciei.
Vide Ægid·quodlib.6.q.23.Sayr.lib.5.c.4.n.9.
Azor.to.1.lib.4.q.4.in fine.Herreram. 2. diſp.
32.ad.2.in fine,qui noſtram ſententiam tenẽt.
20 Ad.1.R. non eſſe ad rem,quia D.Tho. non
Ad.1. docuit malitiam ſuperioris ſpeciei ſemper eſ
ſe ſimpliciter maiorem: ſed eam, quæ ſumi-
tur ex obiecto eſſe primá & præcipuá, quod
iam explicuimus qualiter intelligendum ſit.
Ad.2. Ad.2.R.1.negando conſequentiam ob ratio-
nẽ differentiæ iam aſſignatam. 2. Negando
añs iuxta ea quæ dicta ſunt in tertia ratione.
Ad conf.negatur:añs nam ſpecies binarij nõ
diſtat in infinitũ à ternario,niſi improprie,ſci
licet quia nũquã pôt fieri ternarius,& ſpecies
equi nõ diſtat infinite à leone,niſi improprie
quatenus nunquam equus poteſt eſſe Leo,
neque habere tantam perfectionem eſſentia
lem,ſecus tantam ſimpliciter nam per acci-
dentia naturalia,vel ſupernaturalia poſſet eo
peruenire,vt ſimpli.excederet leonẽ deſtitutũ
proprijs accidentibus naturalibus:ſic cõcedi-
mus,peccatũ ſpeciei inferioris poſſe ſimplici-
ter eſſe maius peccato ſpeciei ſuperioris, li-
cet non poſſit eſſe eſſentialiter maior. Quod
quod vero comuniter dicitur,vt refert Valẽ-
tia,diſp.6.q.5.pun.3. circunſtantias mutantes
ſpeciem aggrauare infinite,intelligitur de in
finitate non proprie dicta.

SECTIO. III.

Vtrum grauitas peccatorum differat ſecundum dignitatem virtutum, quibus opponuntur.

D Tho.art.4.dicit.1.peccata quæ.1.
& perſe,ac directe maiori virtu 20
ti opponuntur,maiora eſſe quã,
quę minori ¶2.Peccata quæ in-
directe,ideſt, ſecudũ effectũ eiꝰ,
opponuntur maiori virtuti,nõ eo ipſo maio
ra eſſe,nam maiori virtuti ſic opponũtur le-
uiora peccata,minori autem grauiora:ſiqui-
dem minor virtus cohibet grauiora peccata
& non leuia,maior autem leuia quoque co-
hibet & ideo Mat.5.poſtquam dixit,*niſi abun-
dauerit iuſtitia veſtra &c.* Ad hanc abundantiã
pertinere docet etiã cohibere iram, quæ mi
nus malũ eſt quam homicidium:& vitare pe
tulantiam oculorum,qua turpior eſt fornica
tio:& odiũ inimicorum,quo turpius eſt odiũ
amicorũ 1.aſſertio videtur falſa 1.quia periu-
rium,& non audire ſacrum in die feſto oppo
nuntur directe religioni,homicidiũ autẽ op-
ponitur iuſtitiæ,quæ inferior eſt virtus,ex D.
Tho.2.2.q 81.a.6.tamẽ peccatũ homicidij gra
uius videtur.¶2.Quia peccatũ cõtra naturam
imo & fornicationis, videtur grauius furto:
quod tñ aduerſatur nobiliori virtuti, ſcilicet
iuſtitiæ, quæ ſecũdũ D.Th.q.66.a.4.nobilior
eſt quam temperantia. ¶3. Quia peccatũ odij
Dei opponitur excellentiſſimæ virtuti nem-
pe charitati,tamen nõ eſt nimirum peſſimũ,
ſed infidelitas potius,quę deſtruit fundamẽ-
tum omniũ habituum ſupernaturalium:ergo
non,quo peccatum opponitur nobiliori vir-
tuti, eo eſt grauius.¶4. peccatum timiditatis,
quod opponit fortitudini,eſt leuius peccato
intemperantiæ,vt docet D.Tho.2.2.q.142. a.3.
tamen fortitudo præſtat temperantiæ, vt idẽ
docet.1.2.q.66.a.4 ergo.¶5.Quia iuxta D. Th.
quæſt.88.art.4.ad primum & 2.2.queſt.118.a.7.
ad primum,non oportet,vt principalia vitia
opponãtur principalibus virtutibus.¶6.Quia
diligere inimicos eſt melius & magis merito
rium ſecũdum Alb.& Argen. citatos à Bañes
2.2.q 27.a.7.Palud.3.d.30.q.1.vbi Dur. & Alm.
q.2.& propendit D. Tho. ead.d.q.1.a.3.tñ dete
rius eſt odio habere amicos,quã inimicos:er-
go.¶7.Quia ſi aliqua ratiõe peccatũ oppoſitũ

Digitized by Google

maiori virtuti debetet eſſet maius, maxime quia illud eſt peius, cuius oppoſitum eſt melius, vt colligitut ex Ariſt.8.ethic.cap.10.dicéte:*Peſſimum optimo eſſe contrarium*,i deoque Tyrannidem eſſe, quid peſſimum, quoniam aduerſatur optimo,ſcilicet bono communi regni.Sed hoc fundamentum eſt falſum, tam in oppoſitis cõtrarie, quam priuatiue:ergo.Minot in oppoſitis priuariue patet, quia carétia amoris Dei eſt peiot quam carentia diuinæ viſionis, tamen viſio Dei eſt melior amore: quia in viſione totalitet, vel præcipue beatitudo conſiſtit: in oppoſitis vero conttarie patet, quia calot eſt perfectiot humiditate, tamen fcigiditas, quæ calori opponitur,non eſt deteriot,quæ opponitut humiditati:& in moralibus optimus actus fortitudinis,vt ait D.Tho.2.2. quæſt.124. att.3. aut etiam optimus ſimplicitet,eſt martyrium,tamen peccatum illi oppoſitum non eſt peſſimũ omnium, quæ aduerſantur fottitudini, neque omnium ſimpliciter;cum peius ſit negate fidem nulla tormentorum vi,quàm magna eotum vi; quod tantum aduetſatur martyrio: non ergo generatim id eſt deterius, cuius oppoſitum eſt melius.
Confir. Confit. quia D. Tho.1.p.q 49.a.3.docet,ſummo bono ſubſtantiali, quod vndiq. eſt bonũ,non dari ſummũ malum oppoſitum, quia ſic ſeipſum illud malum deſtrueret: ergo ſimiliter actui ſumme bono non opponitur actus ſumme malus.

21 Pto explicatione ſciendum.1. nullum pec-
Not. 1. catum opponi directe virtuti proprie id eſt, habitui ſtudioſo ſecundum ſe:actus enim nõ opponuntur habitibus,maxime ſupernaturalibus ſecundum ſe: ſed ſecundum ſuos actus conſideratis,vt docet D.Tho.q.71. ar.1. & nos in.1. diſput.docuimus,vel cette ex parte obiecti,& ſic loquitur D.Tho.hic art.4. ſupponés
Not. 2. peccata directe opponi virtutib. ¶2. Sciendũ, non eſſe generatim verum, neque demente D.Th.vel aliorum, peccatum omne grauius, opponi directe ad modum explicatum nobiliori virtuti: quoniam eidem virtuti poſſunt ſic opponi vitia inæqualia, vt liberalitati auaritia,& prodigalitas, quarum peccata inæqualia ſunt.Neq.rurſus intẽdit *D*. Th. omnia peccata, quę opponũtur nobiliori virtuti,eſſe maiora ſimplicitet illis omnibns, quæ opponuntut virruti ignobiliori, nam ex circunſtãtijs poteſt peccatum,quod opponitur ignobiliori vittuti, eſſe ſimpliciter maius, quàm aliqua oppoſita virruti nobiliori, vt patet ex dictis ſect.præcedenti, & concedunt omnes Thomiſtæ.

22 Dicunt tamen aliqui,omne peccatum oppoſitum nobiliori vittuti, eſſe maius ex obiecto,& ſecundum ſuam ſpeciem: quod nonnulli probant, quia peccatum formaliter cõſiſtit in priuatione rectitudinis: ergo quo maior fuerit rectitudo virtutis oppoſitæ, qua priuat, maius erit peccatum, nam eo deterior eſt priuatio,quo forma ei oppoſitas fuerit melior. Hanc rationem aliqui reijciunt, quia dicunt,peccatum non conſiſtere formaliter in ptiuatione,ſed licet id admittamus, vim non habet;quia vt ſupra dixi,peccatum non conſiſtit in priuatione actus virtutis,ſed obedientiæ.*D*einde non quoties forma eſt eſt meliot,ptiuatio eſt deteriot,vt patet, ſi ſit melior in ſe, non tamen ſubiecto, vel ſi ſit melior ſubiecto;minus tamen debita: priuatio enim formæ melioris ſubiecto, & magis debitæ deterior eſt,eademque ratione in opinione aſſetente,peccatum conſiſtere in poſitiuo,non tecte oſtenditur,peccatum oppoſitiuum maioti virtuti,maius eſſe,quia poſitiuum aliquod ea tenus dicitur malum,quatenus coutrarie opponitur alicui bono: ergo ſi maiori bono contrarie opponitur, deterius erit:nam malitia peccati,etiam ſi ſit poſitiua, non conſiſtit in contrarietate ad virtutem, ſed ad legem,aut rationem,aut naturam: ergo ex eo quod peccatum contrarietur maiori virtuti,non ſequitur eſſe maius.

Præterea in peccatis omiſsionis hoc locum non habebit: cum eorum malitia non conſiſtat in contrarietate poſitiua ad virtutem:ſed in priuatione actus debiti:poteſt autem actus minoris virtutis eſſe magis debitus: ergo peccatum tali virtuti oppoſitum, poterit eſſe maius:maxime,ſei licet nõ excludat actum in ſe meliorem: excludat tamen actum meliorem ſubiecto ipſi.

Ex quibus etiam patet, non eſſe firmam 23
aliam rationem, nempe quia vitium eatenus eſt malum, quatenus deordinat hominẽ à tectitudine debita:ergo quo magis deordinat,etit peius; ſed peccatum, quod opponitur nobiliori virtuti,ſempet magis deordinat à debita rectitudine.ergo eſt peius. Siquidem contingere poteſt, neq. illam rectitudinem, qua priuat,eſſe maiorem ſubiecto,neque magis debitã,& ita non magis deordinare. Neq. melius aliqui probant intentum,quia peccatum oppoſitum nobiliori virtuti,habet deterius obiectum:cum deſtruat obiectum præſtãtius;ergo in eo malitia ſumpta ex obiecto, erit maior. Licet enim peccatũ oppoſitũ nobiliori virtuti,habeat obiectũ deſtructiuũ maioris boni:ſi tñ illud bonũ eſt in ſe mai⁹ & nõ ſubiecto,aut eſt minus debitũ ſubiecto,nõ erit ipſi deterius:ergo malitia formalis ſumpta ex illo,nõ erit maior.Itẽ in eadẽ virtute & vitio ſunt varia obiecta inadæquata, & contingere põt,vt aliquod obiectũ virtutis inferioris ſit melius alio obiecto virtutis ſuperioris & aliquod obiectum vitij inferioris ſit deterius

alio

alio obiectio vitij ſuperioris: ergo actus vitij inferioris poteſt eſſe deterius ex obiecto, vt velle non audire ſacrum in die feſto, quod opponitur religioni.eſt minus malum,quam velle occidere hominem, quod opponitur iuſtitiæ.

24 Propterea aliqui limitant doctrinam D. Thom. vt peccatum oppoſitum nobiliori virtuti,tunc ſit deterius ex obiecto.quam peccatum oppoſitum virtuti minus nobili, quando illud fuerit peſsimum omnium pertinetium ad tale vitium. Sed non eſt credibile D. Thom. ſolum egiſſe de peccato ſummo contrario ſuperiori virtuti,gratisque dicitur,ſummum peccatum contrarium nobiliori virtuti excedete omnia, quę contrariantur ignobiliori.

25 Exiſtimo ergo,mentem D. Thom. veritatemque eſſe,peccatum oppoſitum nobiliori virtuti,ſi ſit æque debita eſſe ſimpliciter maius, ſi vero non ſit æque debita, ſaltem tale peccatum ſecundum eam rationem,& cæteris paribus maius eſſe,quam oppoſitum virtuti ignobiliori,quia rectitudo, qua priuat, vt eſt nobilioris virtutis, excedit rectitudinem ignobilioris virtutis,vt ſic:ſimpliciter tamen peccatum oppoſitum virtuti ignobiliori,poteſt eſſe maius,ſcilicet ſi in alijs ſuperet, quæ maioris momẽti ſint,quam exceſſus ille peccati repugnantis nobiliori virtuti. Ita docet Azor infra:quod magis patebit ex ſolutionibus argumentorum,& quòd peccatum nobiliori virtuti oppoſitũ,grauius ſit præterD.Th. Caie.Conra.Med.Zume.& alios Thomiſtas. a.3.docet Scotus.2.d.21.q.2.a.2. Duran.q.3. ad 1.& d 42.q.8.§. item circa Gab. d.35. dubio. 3. Ægid.q.2.a.2.Antonin.1.p.tit.9.c.1.§.1.Herrer. 2.diſp.32.q.4.Sayr.lib.2.c.7.n.6. Azor lib. 4. c. 19.q.4.Vinc.inſpec.moral.lib.3.p.2.d.2. Addo autem ex duobus vitijs eidem virtuti repugnantibus illud grauius eſſe, quod illi virtuti magis repugnat,& videtur mens.Ariſt.1. ethi. c.8.& docet Auguſt.Epiſ.29.ad Hierony. col. penul.D.Tho.2.2.q.79 a.4.vbi Caietan.Antonin.1.p.tit.9.c.1.§.1.Scotus.2.d.21.q.2.a.2.Cont. q.72.a.4 patet exemplis.Nam conta temperátiam ſunt ſornicatio, inceſtus & Sodomia, quorum vltimum eſt grauiſsimum,& ſecundum grauius primo ex Aug.de adulterin.coniugijs,& refertur.32.q.7.c.adulterij.Ité liberalitati opponũtur,pdigalitas,&auaritia,&hæc eſt deterior,qa magis liberalitati aduerſatur.

26 Ad.1.argum. dici poteſt,periurium ex genere ſuo eſſe grauius homicidio. 1.quia id tenet D.Th.quodlib.1.a.1.ſeu.q.9.Syluester, periurium.q.2.Tabienna num.4.Sa iuram.num.26. Zumel hic ar.3.dub.3.fine.Aragon.2 2. quæſt. 89 art.10. Antoninus.2. parte, ritu.10. cap. 7. Ioanñ. Friburgus lib.1.titulo.9.quæſtione.23. Vega iuramentum cap.16.caſu.60.Sotus.8 iuſtitiæ quæſt.2. artic.3.concl.4. Ægid.quodlib. 6.&.vlt.q.23.quãuis dicat, per accidens ſæpenumero eſſe leuius: idé tenet Sayrus li.5.c.4. num.9.& ſeqq.Couar.c.quamuis pactum parte.1 §.7.num.1 de pactis in.6.Graſſi.p.2.deciſio cap.11.num.7.Turrecrem.ca.ille.22. q. 1. Azor to.1.lib.11.ca.12.quæſt.6. licet dicat, non ſatis conuinci.¶2.Quia Chryſoſt. hom 15. ad pop. 2 ait, non ita gemo, & deploro quoſdã in vijs iugulatos audiens,ſicut lachrymis proſequor & horreſco, cum video quempiam ſupra menſam hanc(ſcilicet altare) venientem & manus imponentem & euangelijs attactis iurantem &c.ergo ſentit periurium eſſe grauius homicidio.

Ad. 1. arg. principale. Periurium eſſe grauius homicidio ſuadent aliqui. 1.

3. Quia apud Gentiles maxima fuit religio iuramenti, vt patet ex Ariſtot. initio Met. & Tullio.3.de officijs dicente, nullum vinculum ad aſtringendam fidem maiores noſtri iureiurando arctius eſſe voluerunt. Id indicant leges. 12. tabularum, indicant ſacra fœdera,quibus etiam cum hoſte deuincitur fides:indicant notationes,cenſorumque animaduerſiones, qui nulla de re diligentius, quam de iureiurando iudicabant. Iuuenalis ait,extinctus tota pariter cum ptole,domoq. & quamuis longa deductis gente propinquis has patitur pænas peccandi ſola voluntas. 3

4.Quia Paulus Hebræorum. 6. ait, omnis controuerſię finis eſt iuramentum, quod ſi homicidium grauius eſſet periurio,numquã homicidæ iuramento deferretur:facile enim præſumi poſſet,eum, qui maius ſeclus commiſit,non recuſaturum minus. 4

5.Quia periurium videtur quedam Dei negatio.Vnde ſecundũ locum poſt idolatriã tenet,vt ex ordine præceptorũ Moyſi apparet. 5

6.Peccata,quæ ſunt directe contra Deum, ſunt grauiora:huius modi eſt iuramentum: ergo eſt grauius homicidio,quod directe tãtum eſt contra hominem,& præcepta ſecundæ tabulæ,vnde grauiter prohibetũr exod.20 & Leuit.19.vbi ſubditur,neque enim habebit inſontem dominus eum,qui aſſumpſerit nomen Dei ſui in vanum,& Codice de iureiurando dicitur, contempta religio ſatis Deũ vltorem habet & Auguſt.c.nouet. 22.q.1.ait, grauiſſimã eſſe periurij pænam & Eutichianus Papa cap.vltimo eadem cauſa, & quęſt. ait,prædicandum eſt, vt periuriũ fideles caueant,& ab hoc ſummopere abſtineant,ſciẽtes,hoc grande ſcelus eſſe &c. quare periuri infames in iure habentur c.quicunque,capit. infames. 9.quæſtione.1. cap. teſtimonium de teſtibus. 6

Sed probabilius cenſeo, homicidium ſecũdũ ſuã ſpeciẽ & ex obiecto ſimpliciter eſſe grauius periurio Antoni. ſupra hoc tribuit. 27

Digitized by Google

Bona.3. d.39. vbi id non inuenio:eadem tamẽ d. id tenet Richar.a.4. q.1. Duran. q.5. Argen. a.3.punct. 2. dicens, homicidiũ ex deliberatione,& inſidioſe commiſſum, eſſe maius peccatum, quam periurium, etiam ſolemniter cõmiſſum. Idem tenet Gabriel eadem diſtinct. quæſtio. vnica, artic. 3. dubi. 4. Maior. quæſt. 5. Selua de benef. part. 3. quæſt. 2. artic.3. Rebuf. de pacifica poſſeſs. num. 223. in idem inclinat Palud.illa.d.39.q. 2 artic.2.Bachonius, quæſt. 1. art. 2. licet vtramque opinionem defendant. Idem tenet Angelus periurium. nu. 8. Abulenſ. Math.5. quæſtio. 302. dicens, eſſe commune Iuriſtarum antiquorum:citat Raimundum in ſumma tit. de Iureiurando gloſſam capit. duo mala. 13. diſtin.& cap. ille, qui hominem. 22. quæſt. 5. Idem videtur tenere Leonardus in ſumma cap. 42. dub. vltimo. vbi ait, neutrius opinionis rationes conuincere:omnibus tamen penſatis homicidium eſſe grauius periurio, tum ob grauiſſimum, & irreparabile damnum, quod proximo directe infertur, tum quia difficilius multo cõmittitur:periurium autem facile comittitur, & ſolum indirecte honorem Dei lædit, & quia violatio voti non cenſetur tantum peccatum quantum homicidium, & ſi honor Dei in eo lædatur. Eſt tamen periurium crimen valde graue, & dignum depoſitione, vt habetur cap.cum non, ab homine de iudicijs. Bachonius.3. diſtin.39.quæſt.1. vtriuſque opinionis fundamenta ponit, & diluit. Vnde vtramque tanquam probabilem relinquit.
28. Hanc vero Probo. 1. ratione Richard. Angeli, & Gabriel, quia homicidium eſt contra iuſtitiam,& ſimul contra charitatem, quatenus ſe extẽdit ad proximũ, ſub qua ratione, quidquid dicat Palud.eſt nobilior religione, cõtra quã eſt iuramentũ.ergo. Confr.quia diligere proximũ eſt melius, quã verũ ex cauſa legitima iurare:ergo ſimiliter pei⁹ homicidiũ quã falſũ iuramẽtũ.2 Quia apud Deũ in lege Moyſi,& apud homines grauius punit͛ homicidiũ, quã piuriũ, nã homicidiũ punitur pœna mortis, non vero periurium: ergo homicidiũ eſt grauius, quia iuxta menſuram delicti, &c.

Reſp.D.Th.Anton.& alij, id eſſe ob maius nocumentũ homicidij, & quia magis perturbat. Rẽp ſed hoc non ſatisfacit, quia periuriũ ſæpe eſt contra pacem reipub. & leges, maxime diuinæ, diuino honori maxime cõſulunt: ergo ſi piurium eſſet maius homicidio, grauius puniretur, maxime lege diuina, ſicut peccatũ hæreſis, & idololatriæ grauius punitur. Confr.quia ſaltem confeſſarij deberent grauiorẽ pœnitentiã ꝑ periurio imponere, quod non faciunt, quia ipſi, & alij longe deterius homicidium cenſent.

29 3.Prob.à priori, quia per homicidium euidentiſsime & irriparabiliter tollitur humana vita bonorũ innumerabilium fundamẽtum: periurio autem ſolum tollitur obſcure, aut parum euidenter aliqua reuerentia debita diuino nomini, quatenus non effectu, nec affectu, ſed ſpecie & ceremonia quadam adducitur Deus in teſtem falſæ aſſertionis,& falſificandę promiſsionis:hęc autem irreuerentia non tanta uidetur, vt malitiam homicidij ſuperare, vel adæquare poſsit.4.Periurium non eſt grauius, quam violatio voti, ſecundum D. Tho.& alios cõmuniter aſſerentes, obligationem voti maiorem eſſe obligatione iuramẽti;ſed violatio voti ex ſuo genere non eſt grauior homicidio:ergo neque periurio. Quinto quia fundamenta prioris opinionis ſolida non ſunt.

Ad.1.enim R.forte D.Thom.cuius authori- 30
tate cæteri mouentur, ſolum voluiſſe, periurium eſſe grauius homicidio, nõ ſimpliciter, ſed ſecundum quid, vt ait Palud. & licet voluerit, eſſe grauius ſimpliciter, id dixit quando erat iunior, ſenior autem, licet ſæpe de grauitate periurij egerit, nunquam id docuit, quia iam dutum & falſum illi videbatur. Ad.2 R. Cryſoſt.magis quidem dolere de periurijs, quã de homicidijs, nõ vero quã de peccatis quibus hominis interficiũtur, niſi forte ſm̃ quid, eo quod periurium ſecundũ quid eſt grauius homĩcidio. Vel magis de periurijs dolet, quia frequentiora & magis ſcandaloſa, maxime quando ſunt contra iuramenta ſolemnia per Euangelia, &c. Et quia ſunt indicia modicę fidei, amoris,& timoris Dei, & iuramenta reddunt inutilia ap promiſsiones confirmandas, qua ratione periuria ſunt valde pernitioſa Reipublicæ.

Ad.3.R.non ob id homicidæ deferri iura- 31
mentum, quia periurium tanquã grauius peccatum, ſit magis recuſaturus, ſic enim vt recte inferunt Richardus, Gabr. Angelus, & Abulen.periuriũ eſſet grauius hæreſi, idololatria, &c. Quia etiam per iuramentum purgatſe homo ab hæreſi & alijs peccatis, vt patet cap. quando.& cap.quæ de cauſa.2.q.5. Nec valet quod reſpondet Sotus, in cauſa hæreſis exigĩ iuramentum, quia hæreticus grauius putat periurium, quam hæreſim: hic enim error non ineſt omni hæretico, imo fere in nullo reperitur, & quidquid ſit de hæretico, in alijs criminoſis argumentum procedit: cauſa ergo quare in omni crimine iuramentum exigitur, eſt, quia via hæc ad explorandam veritatem eſt accommodata, maxime, quando aliæ de ſunt probationes, vt dicunt Maior Angelus, Gabriel. & Abulenſis, ſæpe enim, qui vnum peccatum commiſit potius eligit illud confiteri, cum periculo pœnæ & multæ, quam aliud

Digitized by Google

aliud addete præſettim grauiſsimum, & ex quo vltio diuina ſæpe tequi ſolet, quale eſt periurium, & conſultiſsime diuina prouidentia clare ſolet hoc peccatum in hac vita punire, vt medium hoc indagandi veritatem, ſcilicet iuramentum, efficacius reddatut & diuini nominis teuerentia mentibus ingetatur. Quam doctrinam tecte colligit Abulenſ. ex D. Tho.4.d.33.

32 Ad quintum reſpondetut, periurium non eſſe negationem Dei, vt recte Gabriel. ſed cuiuſdam teuerentiæ debitæ diuino nomini. Neque in lege Moyſi ſtatim poſt idololatriá prohibetut, quia inter cæteta peccata proximius ſit in malitia ipſi idololatriæ; ná vt ait Abulenſ. multa alia peccata ſunt proximiora vt hæteſis, ſimonia, & vitium contta natuiam, & violatio Sabbati prohibetur ante homicidium & fattum ante falſum teſtimonium, tamen homicidium eſt grauius violatione Sabbati, & falſum teſtimonium fatto. Ratio autem: ergo quare periurium prohibitum eſt ante homicidium eſt, quia Deus voluit prius ponere pertinétia ad Deum, quam ad proximũ, quod vero pro idololatria & petiurio appoſita ſit pœna, & non pro homicidio, non probat periurium eſſe maius homicidio, non enim appoſita eſt pœna pro illis peccatis ad oſtendendum eſſe grauiora cæteris, ſed ad tollendam ptonitatem & ignorantiam circa illa, quia de adulterio & homicidio nemo dubitabat, quin eſſent grauia: idololattiam vero non iudicabant peccatum, & petiurium nullius præiudicij eſſe videbatut, ideo pœna adiuncta eſt illis peccatis, non cæteris.

33 Ad. 6. Reſpondetur, non omnia peccata quæ ſunt directe contra Deum & in prima tabula, eſſe ſimpliciter grauiora teliquis, alioqui vt tecte ioferunt Argentina, Maior, Angelus, Abulenſis, & Gabri. laborare ſeruiliter & non audire miſſam in feſto eſſet grauius homicidio, idemque eſt de violatione cuiuſcumque voti, de acceſu ad fœminam ſacram, de furto in loco ſacro, aut rei ſacræ, de extractione delinquentis ab Eccleſia, &c. quod falſum omnino videtut. Ad ptiora exempla reſpond. Sotus, & Sylueſter, non eſſe ſimile, quia peccata illa non ſunt contta præceptum diuinum, ſed humanam, periurium autem eſt contra præceptum diuinum, ideo grauius homicidio; ſed hęc teſponſio nulla eſt, nam vt ſupta cum communi diximus, quòd peccatum ſit contra ptæceptum humanum, vel diuinum, naturale, vel poſitiuum non vatiat culpam notabiliter. Item quia deſeruando Sabbatho etat præceptum diuinum, tamen eius violatio non erat grauiot homicidio, & licet eſſet præceptum diuinum naturale dedicando aliquo die diuinn cultui: tranſgredi hoc præceptum non eſſet peccatum maius homicidio: quamuis probabile ſit extare hoc præceptũ, & eius violationem eſſe grauioré homicidio, vt docent Sylueſtet & Sotus, nam nullam dicate diuino cultui diem videtur mateтia grauiſſima, non tamen quodlibet periurium cõtinet mateтiam grauioré homicidio. Deinde non amare Deum, non laudate illum, nó cõfiteri eius fidem, nó credere eius myſteтia, nó tueti honorem Dei, quando viget præceptũ naturale, pertinet ad pтimam tabulam & eſt directe contra Deum, tamen eſt leuius homicidio: ergo idem de periurio dici poteſt, & licet homicidium non eſſet ſpecialiter contta charitatem (vt forte non eſt, quando non fit ex odio) ſed contta iuſtitiam, quæ eſt religione inferior, nõ ſequitur eſſe leuius periurio, quod eſt contta religionem: non enim ſemper peccatum, quod eſt conrra nobilioré virtuté, eſt maius ſimpliciter licet ſéper ſit mai⁹ ſecundum quid, ſcilicet quatenus opponitur ſupetioti vittuti. Similitet quod eſt directe cõtra Deũ, nõ ſéper eſt maius ſimpliciter, ſed ſecundũ quid vt pтobant Argentina Abul. & Maiot, quia tam leui verbo, vel facto poſſet quis directe regẽ offendere, vt minor eſſet offenſa, quam occidete eius famulum &c. ſic ergo aliqua directa offenſa Dei poteſt eſſe leuior aliqua offenſa proximi & alioqui nulla offenſa directa *Dei* eſſet peccatum veniale, ſed mortale grauiſſimum. Quare mitor Palud. & Baconi. pro defenſione prioris ſententiæ dixiſſe, quamlibet offenſam directam Dei eſſe grauiorem qualibet offenſa proximi: ex quo etiam ſequeretut, occidete omnes homines non poſſe vnico petiurio æquari, vt infett Dutan. vt improbabile. Alia quæ in ſexto argumento ponuntut, tãtũ ptobant, petiuriũ eſſe graue peccatum.

Sed obijcitut. ¶1. Quia grauius eſt iutate per vetum Deum fallaciter, quam per falſum vetacitet vt ait Auguſt. epiſt. 154. ad Publicolatá & citatut à Mag. 3. d. 39. ſed poſtetior peccat grauius quam homicida, quia eſt idololatra: ergo, & priot. ¶2. Qui alium inducit ad petiurium vincit homicidam, vt ait Auguſt. ſermone. 28. de veтbis Apoſtoli & apud Magiſtrum: ergo periurium eſt grauius homicidio. ¶3. In periurio non poteſt diſpéſari ſicut in homicidio: ergo eſt grauius. 34

Ad pтimum hotum Reſpondet Paludan. Idololatriam illam forte non eſſe grauiorem homicidio, quia non in ea ſiſtitur. Reſpondeo tamen iuramentum per falſos Deos non eſſe idololattiam, ſicut nec pet verum Deum eſt adotatio: ſupponit tamen idololattiam & ad cultum 35

falſi Dei ordinari poteſt, & tunc ex fine eſſet grauius peccatum, quam iurare fallaciter, per verum Deum, non tamen ex genere ſuo.

36 Ad ſecundum Palud. negat conſequ. ratio enim, quare inducens ad periurium vincit homicidam, non eſt quia periurium ſit grauius homicidio, ſed quia homicida occidit vnum corpus: inducens vero ad periuriū occidit duas animas & fortaſſe non peccat grauius ſimpliciter quam homida, ſed ſecundum quid. Si autem concedamus, peccare grauius ſimpliciter, dicendum eſt, peccare grauius, quam ipſum periurum, ſicut, qui inducit ad homidium, peccat grauius, quàm ipſe homicida, quia committit peccatum iniuſtitiæ & ſcandali.

Ad.3. R. Paluda. & Maior negando conſe-
37 qu. quia alias mendacium iocoſum eſſe, grauius homicidio, quia eſt indiſpenſabile. Secūdo Reſp. Palud. homicidium non eſſe proprie diſpenſabile, vt docet D.Tho. Recte autem docet Maior, aliquod periurium ex circunſtantia eſſe grauius, vt ſi inferat homicidium, item periurium eſſe grauius adulterio. Sed ego dubito, quia videtur contra communem æſtimationem, & quia maior pœna imponitur pro adulterio, quis enim dubitabit hoc eſſe ſceleratius commiſſum, quod eſt grauius vindicatum, cap. non afferamus. 24. q.1. recte autem ait Abulenſis, ex circunſtantijs, etiam non variantibus ſpeciem, peccatū ſpeciei inferioris poſſe eſſe grauius peccato ſpeciei ſuperioris, licet in naturalibus dicat, Indiuiduum ſpeciei ſuperioris ſemper eſſe ſimpliciter maius indiuiduo ſpeciei inferioris.

38 Ad.2. principale argumentum, quantum attinet ad fornicationem Reſpon. Zumel ar. 4. cum alijs, non eſſe grauiorem furto, vt eſt præciſe contra temperātiam, ſed vt habet ad mixtam iniuſtitiam, quia eſt contra bonam educationem prolis, idem ait Sayrus lib.2.c. 7.n.6. in fine. Herrera.2.diſp.32.q.4. in fine, & q.6. Sed contra quia ſic fornicatio non eſſet peccatum.m. vt eſt contra temperantiam, & ſecūdum ſuā ſpeciē ſubſtantialē, ſed ex circūſtantia iniuſtitiæ, nā propter ſolum damnum prolis eſt mortale peccatum: conſ eſt falſum: ergo. Præterea quia proles ſicut non habet ius iuſtitiæ vt generetur, ita neque vt generetur modo conuenienti ad rectam educationem, ergo in fornicatione non miſcetur proprie, ſed late tantum iniuſtitia cōtra prolem; alias fornicator teneretur ex iuſtitia ad omnia damna, quæ in prole orta ex fornicatione ſequerētur, conſ eſt falſum: ergo. Vnde Med. & Vaz. Reſpon. fornicationem intra latitudinem intemperantiæ eſſe noxiam proli, tamē adhuc ex ſuo genere eſſe leuiorem furto, ideoque ait Vazquez dubium de matrimonio debere reddere, ne ſe exponat periculo in iuſtitiæ, quæ eſt peccatum grauius fornicatione. Sed D.Th.2.2.q.150.art.3. Zum. Herre. Sayr. ſupr. Azor to.1, lib.1.c.19.q.4. & fere omnes dicunt, fornicationē ex genere ſuo eſſe grauiorem furto. Vnde.3. facile Reſp. ex dictis, cum 39. Azor, non quodcunq. peccatū contrariū maiori virtuti, eſſe ſimpliciter maius ex obiecto. Per quod etiam patet ad id, quod in eodem argumēto adducitur de peccato contra naturā, quia licet ſit contra temperantiam poteſt eſſe maius furto, quod aduerſatur iuſtitiæ, vt docet Caiet. 2.2. q.154.a.6 ad.5. Martini de Magiſtris, imo Abul. Math.5.q.302. ait, eſſe grauius periurio, quod aduerſatur religioni, ſic recte Medi. concedit, peccatum cōtra naturam eſſe grauius furto, licet aliquod peccatum iniuſtitiæ ſit grauius aliquo peccato contra naturā: & male Zumel putat, in quolibet peccato cōtra naturā miſceri iniuriam prolis, ratione cuius ſit grauius furto, male etiam Herre.2.diſp. 32.q.4. ad confir. tertij arg. ait peccatum nefandum eſſe grauius furto, quia cōtinet iniuriam prolis dupliciter.1. quia impeditur eius generatio per actionem inordinatam.2. quia ex natura ſua ordinatur ad concubitum aptum generationi (melius dixiſſet, quia ex natura ſua cōtinet eius periculū) ideo includit etiam iniuſtiam fornicationis. Idem latius docet Herrera, q.6. & ita cōciliat opinionem Vazq. hic a.4. & 5. aliorumq. aſſerentiū, fornicationem, & peccatum nefandum ſimpliciter eſſe leuiora furto, cū opinione aſſerente, eſſe grauiora, vt prior opinio intelligatur de his peccatis, vt aduerſantur temperantiæ: poſterior vero, vt aduerſantur iuſtitiæ. Quæ diſtinctio iam à nobis reiecta eſt. Quod vero ait D. Tho. hac quæſt. art. 5. peccata carnalia eſſe leuiora ſpiritualibus, intelligitur cæteris paribus, vt ait Conrad. ibi, imo & ipſe D. Thom. & notabo ſect. ſeq.

Ad.3. arg. principale.

Ad tertium Reſpondetur cum Zumel art. 4. dubi.1. D. Thom. eodem artic. ad 3. Herrera.2. diſput. 32. quæſt. 4. Sayr. lib. 2. cap.7.nu. 6. & Caietan. 2. 2. quæſt. 34. artic.2. ad ſecundum, & 1. 2. quæſt. 73. artic.4. odium Dei eſſe ſimpliciter maius peccatum infidelitate, licet hæc magis nocere ſoleat, quia tollit omnes virtutes tenaciuſque inhæret, & eſt cauſa aliorum vitiorum. Et ſic forte intelligitur Azor illa q. 4. vbi ait. In fidelitas ſiue impietas cenſentur peior odio, nam qui ſunt à Dei fide, & religione alieni, ab ſpe quoque, & charitate procul abſunt: Hæ enim abſque Dei fide, & religione eſſe non poſſunt, & propterea infideles, & impij multis peccatis, & criminibus tenentur: ſed qui proximum odio proſequitur, nō cōtinuo fide, & ſpe caret. 40 *Ad. 3.*

Sic

Digitized by Google

Sic etiam ait ibidem Azor carentiam tactus
eſſe deteriorem carentia viſus, quia licet vi-
ſus ſit perfectior,tñ ad vitam tuendã eſt mi-
nus neceſſari⁹.Nota,probabile eſſe,quod ait,
Zumel,infidelitatem, eſſe deteriotem odio
in eſſe naturæ: & ſimiliter fidem in eſſe na-
turæ eſſe meliorem charitate.

Ad.4.communis ſolutio ex D.Tho. & Ca-
41 Ad.4. iet.2.2.q.142.a.3.ad.1.de ſumpta;eſt, fortitudi-
nem non eſſe nobiliorem tẽpetantia ex parte
obiecti;ſed ex patte finis, quia magis & dire-
ctius otdinatur ad bonum commune, & ex
hac parte timiditatẽ eſſe vitiũ maius intẽpe-
rantia,quia inclinat ad fugienda mortis peri-
cula, etiam cum diſpendio boni communis,
quãuis ſimpliciter ſit minus peccatũ,vt ibi do
cet D.Tho.Hanc ſolutionem reijciunt Het-
rera illa.q.4.& alij,quia bonum cõmune non
eſt finis fortitudinis: ſed iuſtitiæ legalis. Sed
non valet impugnatio: quia licet fortitudo
non eliciat intentionem talis finis,tamen eſt
habitus ex natura rei ordinatus, vt medium
ad talem finem,quem quidem intendit iuſtĩ
tia legalis & charitas, licet ſub diuerſa ratio-
ne.Ordinatut etiam fortitudo ad defenſionẽ
boni diuini & ptoprij & proximi priuati, &
quia hoc habet ex natura ſua, ſimpliciter ex-
cedit temperantiam,vt docet Caiet.ibi & D.
Thom.2.2.q.66.ar.4.Zumel.Vazq.& Med. in
hac.q.73.a.4.Fatetur ergo Caiet.illo ar.3.ad 1.
& recte,id quod ſupra cum Azor diximus,nõ
quodcumque vitiũ oppoſitum ſuperiori vir-
tuti eſſe ſimpliciter maius,ſed ſecũdum quod
opponitur ſuperiori vittuti; quam ſolutionẽ
etiam Medi.videtur approbare hîc.

42 Additq. duas alias.Prima non omne pecca
tum oppoſitum ſuperiori virtuti, debere eſſe
maius omni oppoſito inferioti virtuti;ſed il-
lud,quod eſt maximum inter ea,quæ ſuperio
ri virtuti opponuntur: & ſic ſummum pecca-
tum timiditatis, quod eſt fugere cum diſpen
dio Reipæb.vel boni diuini,eſſe maius omni
peccato intemperantiæ.Secunda ſolutio eſt,
timiditatem ex genere ſuo eſſe maius pecca-
tum,quam intemperantia,licet ex circunſtã
tijs ſæpe peccata intempetantiæ ſint maio-
ra.Sed prima ſolutio caret fundamento,& ſe
cunda eſt contra D.Thomam. 2.2. q.142 ar.3.
docentem, peccatum timiditatis eſſe minus
etiam ex obiecto,ac proinde ſecundum ſpe-
ciem ſuam ſubſtantialem.Vnde fallitur qui-
dam hîc ſecundam ſolutionem amplectens,
& putans peccatum timiditatis ſemper eſſe
ſimpliciter grauius peccato intemperantiæ
non diſtracto ad aliam ſpeciem; quia putat,
indiuiduum inferioris ſpeciei non poſſe ex
circunſtantijs non variantibus ſpeciem exce
dere indiuiduum ſuperioris ſpeciei: quod ſe-
ctione pręcedenti reiectum eſt. Hetrera etiã
ſupra,videtur deceptus putans peccatũ timi-
ditatis ex obiecto eſſe grauius;ſed communi-
ter ex circunſtantijs fieri ſimpliciter leuius.

Ad.5.R.cum Vaz.art.4.& Herrera illa q.4. 43
D.Thom.illis locis per principalia vitia non
intellexiſſe maiora,ſed capitalia,quæ ſic vo- Ad.5.
cantur,quia ſunt aliorum principia,vt docet
D.Thom.2.2.q.132.a.4.& ſimiliter per princi-
pales virtutes,nõ intellexiſſe nobiliores; ſed
cardinales,ad quas vt ad capita cęterę redu-
cuntur,vnde non negat maioribus virtutibus
opponi vitia maiora,ſaltim ſecundum quid,
& cæteris paribus.

Ad.6. argum. R. ex genere ſuo dilectionẽ 44
amici eſſe meliotem magisq.meritoriã, quia Ad.6.
eſt magis debita & conſentanea tationi, &
diuinæ legi.Eſt tamen ſignum maioris chari-
tatis diligere inimicos,quia eſt difficilius &
ideo amicos etiam ethnici diligunt Math.5.
inimicos vero qui charitate eminent. Vnde
Paulus Rom.5 commendat charitatẽ Chriſtĩ
quia nos inimicos dilexit,& Bern. ſermo. de
paſſione feria.4.adductis illis verbis.Ioan. 15.
maiorem charitatem nemo habet, quam vt
animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis,ſub
dit.Maiorem habuiſti tu domine,qui poſui-
ſti etiam pro inimicis & patres docent,dile-
ctionem inimicorum eſſe cacumen perfectæ
charitatis,vt ex Auguſt. docet Gloſſa in id
Pſ.118.cõſiderabo mirabilia de lege tua,& ipſe
Aug in Enchirid.c.73.&.74.Chryſ.Mat.5. ho.
16.Hiero.ibi Greg.4.moral.c.12.&.13.Ratione
etiam eiuſdẽ difficultatis cõtingit dilectionẽ
inimici eſſe meliorẽ & magis meritoriã ſim-
pliciter.Nam difficultas operis valde auget
bonitatẽ,laudẽ & meritũ ipſius,vt docet Ariſ.
2.Eth.c.10.et econtrario deterius eſt opus ma
lũ ꝙ facilius vitari potuit,vnde Aug.14. ciuit.
cap.12.exaggerat peccatũ Adami ex omnibus
circunſtantijs,quæ præcepti obſeruãtiã redde
bant faciliorẽ et Greg.1.mor.c.2.comẽdat ma
xime Iob ꝙ inter malos bonus fuerit: quod
erat difficillimum et Amb.li.de Ioſeph.circa
initiũ cõmendat eius beneuolentiã erga tra-
ditores fratres,quia ante euãgeliũ erat adhuc
difficilior,et Nazian. oratione. 20. extollit
eorũ cõſtãtiã eadẽ ratione.Sic etiã extollitur
fides et conſtantia matris ipſorum.2.Mach.6.
et ſanctæ Felicitatis apud Greg.ho.1.in euan-
gelia. Adde etiã ꝙ dilectio inimicorũ,et alię
virtutes difficiles,puriores eſſe ſolẽt ab omnĩ
humano affectu; ideoq. magis laudabiles et
meritoriæ:ſimpliciter tñ dilectio amici me-
lior,quia magis debita et rationi cõformior:
eſt quippe amicus magis amore dignus. Et
hanc opinionem tenet D. Thom. 2. 2. quæ-
ſtione. 29. articul. 7. et recentiores ibi:
vtramque partem problematice defendit
Bonauent. 3. d. 30.quæſt.vltim.ſed Gabr.d.29.

q.vn.con.6.& Almain.ibi dicunt, eam dilectioné eſſe meliorem, quæ ſit intenſiot, vel ex maiori gratia & charitate procedat, ſiue ſit amici, ſiue inimici, quod nõ placet. Quia attédéda eſt bonitas obiecti, & difficultas actionis. *D*icimus ergo, ſimpliciter dilectioné amici eſſe melioré, quod etiá tenet D. Th.q. vni. de charitate, a.8.ad 17. Altiſiod.lib.3. tract. 5.c. 2.q vlt. Mag 3.d.30, Carth. q. 1. Rich. Capreol. *D*eça, & alij ibi.

45 *Ad. 7* Ad.7. de illa maxima illud eſt melius, cuius oppoſitum eſt peius, vel ècontra: multa dicunt Caietan.q.73.a.4.& 2.2.q.142.a.3. Ferrara 3.cõtra gent.c.26. Herre.illa. q.4. Capreol.1.d. 1.a.2.ad.15.contra.5.concl. Zumel hic a.4.dub. 2.ad.3. Vazq.eodem a.& diſp.11.c.8. Med. eodé art.& q.3.a.4. vbi alij recentiotes, & inter omnes cõuenit, verá eſſe tam in oppoſitione cõtraria, quá in priuatiua ſeruato ſemper proportionaliter eodé oppoſitionis genere: ſecus ſi non ſeruetur, ſic enim homicidiũ eſt peius, quam non ad eſſe ſacro, licet opponatur iuſtitiæ, quæ exceditur à teligione. Certum quoq. eſt, non ita intelligi, vt oppoſitũ rei, quæ in ſe eſt melior, debeat eſſe in ſe deterius, ná vt obſeruat Herre.ſup.ad.1. frigiditas, quæ eſt contraria calori, non eſt in ſe deterior ſiccitate, quæ cõttariatur humiditati, licet calor in ſe ſit melior humiditate. Semper tamé id quod meliori opponitur, eſt deterius ſubiecto ſaltem ſecnndum quid, & cæteris paribus; quia aufert ab illo, id quod eſt illi magis conſentaneum. Obiectio auté de odio, & amore *D*ei, quæ moleſta eſt ſic ſolui poteſt. Sicut lumen Dei, & viſio beatifica in eſſe naturæ ſunt meliora charitate habituali & actuali, ita, quæ illis opponuntur cõtrarie, & priuatiue, ſunt in eſſe naturæ deteriora, quam ea quæ opponuntur charitati.

46 Et quamuis aliqui dicant, lumini gloriæ, & viſioni contrarie opponi erroré actualem, & habitualé, tñ ego cum Caiet.& Med.hic & Herrera ſupta, credo, lumini gloriæ nihil eſſe Phiſice conttarium, ſicut ſuperius dictum eſt de omnib. habitib. infuſis; viſioni auté (quid quid illi dicant) contrariũ eſſe errorem actualem, ſicut diximus actib. virtutum infuſarum cõtrariari actus vitiorũ. Quemadmodum autem in eſſe moris dilectio eſt melior cognitione: ita contrarie & priuatiue oppoſita dilectioni, in eſſe moris ſunt detetiora illis, quę contrarie & priuatiue opponũtur cognitioni. Et ita odium Dei eſt grauiſſimum omnium peccatorum: ſed in eſſe naturæ maius malum eſt carentia diuinæ viſionis, quam carentia diuini amotis, vt ait Sayr. illo num. 6. Caietanus, Medina, & alij communitet. An vero odium Dei, & quodcunque peccatum etiam veniale, ſit ſimpliciter deterius. R. affirmatiue, quia quáuis perfectio, qua formaliter priuat peccatum, ſit in ſe minus bona, quam viſio beatifica; tamen eſt magis debita, quia magis tenemur obedire Deo, & rationi, & cauere quodcumque peccatum, quam comparare, vel conſeruare quamcunque aliam perfectionem, quæ non poſsit comparari, vel cõſeruari ſine peccato. Vnde maxima illa, *illud eſt melius, cuius oppoſitum eſt peius*, limitanda eſt, vt verum non habeat, quando id quod eſt melius, eſt minus debitum, tunc enim carentia rei minus bonæ poterit eſſe deterior. Sic melius eſt dare eleemoſyná ex ptoprijs, quá ſoluere debita: ſed deterius eſſet non ſoluere debita, quàm nõ dare eleemoſyná non indigéti extreme, nec grauiter: melius eſt ſeruare cõſilia Euangelica, quam præcepta, ſed deterius eſſet non ſetuare præcepta. Sic etiam R. ad obiectionem de martyrio: negare enim fidé extra tormenta eſt excludere formam magis, debitá; quia cæteris paribus maior eſt obligatio confitendi fidem, quando non imminent tormenta, quàm cum imminent, & ideo deterius eſt negare fidem. Quod plane oſtendit, non quoties aliquid eſt moraliter melius, eius oppoſitum eſſe deterius: nam actus ſtudioſi, quo ſunt difficiliores, ſunt meliores, ſi cæteta ſint paria, tamen peccata illis oppoſita ſunt minota, quia difficultas actus boni excuſat eius emiſſionem, aut etiam actum contrarium. Sic negare, aut non confiteri fidem, quando tormenta imminent, ſimplicitet eſt minus peccatum, quàm negate, vel non confiteri illá, quando tormenta non imminent, quia illam tunc confiteri difficilius eſt ob maximam inclinationem ad vitam, ſed ſecundũ quid eſt maius peccatum, quia opponitur ac- 47
tui excellentiori, ſcilicet martyrio.

Ex quibus patet, non quo peccatum maiori virtuti opponitur, eſſe ſimpliciter maius: nam timiditas tormentorum opponitur fortitudini, tamen ex genere ſuo aliqua peccata, quæ opponuntut minoribus virtutibus, ſcilicet iuſtitiæ, & temperátiæ, grauiora ſunt. Hoc etiam oſtendit ſecundum argumentum D.Tho. hic art.4. quod huiuſmodi eſt virtus eſt circa difficile, ex quo videtur, quod maior virtus ſi circa magis difficile, ſed minus eſt peccatum ſi homo deficiat in magis difficili, quam ſi in minus: ergo maiori virtuti minus peccatum opponitur. Obſtare tamen videtur. Reſpõſio D.Th. quæ hæc eſt, *maiori virtuti, quæ eſt circa bonum magis difficile, contrariatur directe peccatum, quod eſt circa malum magis difficile: vtrobique enim inuenitur quedam eminentia, quatenus voluntas oſtenditur proclinior in bonũ, vel in malũ ex hoc, quod difficultates non vincit.* 48

Quæ verba difficilima ſunt: nam ſi actus alicuius virtutis difficilis eſt, omittere illum

erit

erit facile, quomodo: ergo virtuti, quæ verſatur circa bonum difficilius, contrariatur directe peccatum, quod verſatur circa malum difficilius? ſane hæc verba falſa videntur. Tripliciter tamen in vero ſenſu poſſunt exponi. 1. vt comparatio fiat inter virtutes & vitia eiuſdem ſpeciei, ſed inæqualium graduum, ſen ſusque ſit, virtutem intenſiorem, qua vincitur maior difficultas, directius & magis contrariari vitio intenſiori, quo ſimiliter vincitur maior difficultas, quam vitio remiſſiori. Ad modum, quo dicimus, intenſum calorem magis contrariari intenſo frigori, quam remiſſo.

Secundo, vt ſermo ſit de contrarietate late dicta conſiſtente in magna quadam ſimilitudine: qualis contrarietas eſt inter brutum & hominem: ſic enim peccatum, quod verſatur circa difficile, quia magnam habet malitiam, dicitur directe contrariari actui virtutis difficili habenti magnam bonitatem, tametſi hi actus ſimpliciter ſint incõpatibiles.

Tertio, peccatum oppoſitum maiori virtuti, & cuius actus eſt difficilior, eſſe difficilius ſecundum quid, quatenus ſcilicet id difficilius eſt efficere, quod melioris actus priuationem continet, nam vt ſic eſt deterius. Hæc. 3. expoſitio eſt Conr. a. 4. ad 2. Zum. ibi dub. 1. qui tñ ibidẽ & a. 6. dub. 1. falſo cũ Capreo. 3. d. 30. ad arg. contra. 8. con. ait, difficultatem boni act⁹ prouenientem ex malo habitu, non conducere ad bonitatem & meritum: quod videtur ſumptum ex D. Tho. d. 29. q. 1. ar. 4. ad. 3. & 1. 2. q. 114. a. 4. ad. 2. Vbi reijcietur. Verum eſt tamẽ, habitum malum aliunde minuere bonitatem & meritum actus boni, quia efficit, vt ſit remiſſior actus, & ſic intelligitur D. Tho. locis ſupra citatis. Male etiam Medina ar. 5. & 6. docet paſſionem, quando fuerit voluntaria directe, vel indirecte, non minuere malitiam peccati, nam licet concupiſcentia voluntaria, quodammodo augeat malitiam, tamen aliunde illam minuit, quia minuit libertatem actus mali in ſe ipſo.

49 Ad confirmationem. 7. argumenti negatur conſequentia, quia actus ſumme malus non eſt, qui vndique ſit malus in ſe: ſed quo nullus alius ſit ipſi ſubiecto deterior, & talem dari non repugnat, imo neceſſarium eſt, inter actus malos exiſtẽtes, aliquem eſſe ſummum, quo nullus alius ſit deterior: & ſecundum ſuam ſpeciem odium Dei eſt deterius omnibus peccatis poſſibilibus, & opponitur actui ſumme bono moraliter, ſcilicet amori Dei. Hactenus locuti ſumus de peccatis habentibus oppoſitionem cum virtutibus diuerſis. Sed ſi eidem opponantur, illud eſt deterius, ſaltẽ cæteris paribus, quod opponatur illi, vel magis, vel ſecundum præſtantiorem actionem ipſius: ſic auaritia eſt deterior prodigalitate, quia opponitur liberalitati ſecundum præſtantius officium, quod eſt dare. Ita Herrera illa. q. 4.

SECTIO. IIII.

V. peccata carnalia ſint grauioria ſpiritualibus.

DTho. a. 5. R. ſpiritualia vt ſic, & cæteris paribus eſſe grauiora, licet aliquod carnale poſſit eſſe grauius aliquo ſpirituali. 2. pars probatur à Conrado, quia peccatum carnale poteſt eſſe m. & ſpiritu. veniale: ego eã probo, quia fornicatio, & peccatum nefandum, & alia huiuſmodi ſunt grauiora furto vt dixi ſect. præced. ad 2. ptiocip. o. 18. & 19. Prima pars omiſſis. 3. rationibus D. Tho. Prob. quia ad obiecta peccatorum carnalium magna eſt inclinatio, maxime ex parte appetitus ſenſitiui trahentis ad ſe voluntatem, & aliunde etiam talia obiecta euidentius Proponuntur, ac frequentius occurrunt & cum ſint bona pertinentia ad proprium corpus, & prolem recte educandam quæ illis obiectis opponuntur, non ſolent homines circa illa obiecta grauiter delinquere, ſicut circa obiecta aliorum vitiorũ, quæ ſunt contraria bonis Dei, & proximi, ad quæ modica eſt inclinatio. Recte autem D. Thom. corpore, & ad 2. docet, peccata carnalia maioris eſſe anhæſionis, & ad. 3. ac. 2. 2. quæſt. 116. ar. 2. ad. 2. & quæſt. 142. ar. 4. peccata carnalia maioris eſſe infamiæ, quam ſpiritualia, quod de ſumptum eſt ex Ariſt. 3. ethic. cap. 10. & lib. 7. c. 6. et Gregor. 31. mor. c. 31. et lib. 33. c. 11. parũ ante medium. Et ratio eſt, quia carnalia circa viles voluptates verſantur, quæ ſunt hominibus cum brutis communes, vt docet Ariſtot. ibi. et Greg. lib. 6. in. 1. reg. c. 2. col. 2. De materia huius ſectionis vide Herr. 2. diſp. 32. quæſt. 6. Sayr. lib. 2. cap. 7. num. 7. et Medinã hac quæſt 73. ar. 5. 50

SECTIO. V.

V. Ex intenſione ſumatur grauitas neceſſario confitenda.

CERTVM eſt, intenſione actus in- 51 terni augeri bonitatem & malitiã, meritum & demeritum, idque voluit D. Th. ar. 6. dicens, grauius eſſe peccatum, quo voluntas fuerit maior, id eſt intenſior, vt explicant Medina & alij, idem colligitur ex Chryſoſt. hom. 34. ad populum.

Hiero.Amos.5.& refert.c.odi.24.q.1. Leone ſer.3.de collectis,& ex alijs patribus.Certum eſt etiam,in opinione tenente circunſtantias non mutantes ſpeciem, etiam ſi notabiliter aggrauent, non eſſe neceſſario confitendas (pro qua opinione Nauarr.c.6.n.6.&.c. conſideret de pœnit.d.5.& alias multos retulimus diſp.2.ſect.2.quibus adde Viualdum.n.43. de confeſſione, qui eandem opinionem tenet, & Vegam verbo circunſtantia caſu.23. Victoriam num.176.Henr.2.de pœnitentia.c.7.§.4.& 5.qui eam cenſent probabilem, & Toletū, qui eandem indicat lib.3.c.7.in fine) intenſionem non eſſe neceſſario confitendam, cum non mutet ſpeciem,& ita tenet Nauarr. cap. conſideret,in princ.de pœnit.d.5.nu.13. verſic. ex quibus.In opinione autem contraria, quā tenēt communiter Doctores,quos ſequuntur Sayr.lib.2.c.7.nu.2.Medina, & Zumel hic & retuli illa ſect.2.certum eſt,communiter non eſſe neceſſario confitendam.Primo, quia cōmuniter non aggrauat notabiliter. Secundo, quia vix poteſt pœnitens intelligere, vel explicare,quando notabiliter aggrauet. Tertio quia communiter intenſio compenſatur defectu libertatis:cauſæ enim maioris intenſionis ſolent minuere libertatem.Quarto, quia ipſa intenſio melius explicatur per alias circunſtantias,vt per motam, durationem, ſeu continuationem actus, periculaque quibus peccator vltro ſe expoſuit,&c. Hanc ſententiam cum Vict.docent Medi. & Zumel ar. 4. Cano de pœniten.p.5.Petrus de Soto lectione.9.de cōfeſsione.Lopez.1.p.inſtr.c.29.Emanuel.1.p.c.55.con.4.Vega verbo circunſtantia cap.21.fine.Henr.2.de pœniten.§.4.& 5. ſupra in aliquo tamen raro caſu intenſio poſſet eſſe tanta,& tam nota pœnitenti, vt teneretur in confeſſione ipſam explicare, vt ſi magina rabie inimicum occidiſſet,ita Zumel,Sayr.& alij ſupra Sotus.4.d.18.q.2.ar.4. argumento.6. pro.7.concluſione.Sed vt dicunt quidā apud Herreram.2.diſp.32.q 7.ridiculum eſt illud exemplum,quo Medin.& Sayr. vtuntur de eo qui vt *D*eum mulierem amaret. Nam ſi ita illam diligit, vt diuinis honoribus proſequatur, peccatum trahetur in aliam ſpeciem, ſi vero ea intenſione qua Deum,non ideo peccatum eſſet notabiliter grauius,quia Deus actu remiſſo amari poteſt & ſolet.Adde,Herreram ſupra & alios tenere, quòd licet notabilis quātitas furti ſit neceſſario cōfitēda, ſi pars quę additur furto, m. ſufficeret etiam per ſe ad peccatum mortale,quia tunc eſt veluti duplex peccatum:intenſio tamen nunquam eſt neceſſario confitenda, quia per ſe nunquam poteſt peccatum.m.conſtituere, licet poſsit notabiliter aggrauare,vt fatentur Nauarr.& Herrera,ſicut actus bonus poteſt notabiliter ex intenſione creſcere in bonitate:non tamē eo ipſo quod actus ſit duplo intenſior, continuo erit duplo melior,aut deterior, nam bonitas & malitia non ex ſola intenſione,ſed ex alijs multis ſumitur,vnde actus vt.4.non ſemper æquiualet.4.actibus vt vnum in bonitate & malitia,vt Latius tract. de merito, & de charitate dicetur, quamuis ad augendum habitum acquiſitum plus valeat vnus actus intenſus quā plures remiſſi, vt tract. 10. dictū eſt:cum limitatione tamen.

Obijcies,quia intenſio fit per additionem partis ad partem formæ præexiſtentis: ergo qualibet intenſio aggrauat notabiliter,& eſt neceſſario confitenda,fauet Angeſtus cap. 9. moral.p.3.con.1.dicens,intenſionem & continuationem neceſſario augere bonitatem & malitiam moralem proportionaliter geometrice,quia non minus prohibentur duo actus odij cōſtituētes vnū,quā ipſi diſparati, & interruptiue repetiti.Cōf.1.quia ſi pars de nouo adueniens non ita vniretur cum præcedenti, vt vna qualitas ex vtraque reſultaret,eſſet neceſſario cōfitenda;quia eſſet actus diſtinctus totaliter numero ab alio,ſed æqualem grauitatem habet,licet non ita vniatur: ergo etiā tunc erit neceſſario confitēda.Confir.2. quia omnes gradus intenſionis ſunt etereogenei, poſteriorque eminenter continet priorem: ergo habet maiorē grauitatem, quàm prior, & ſic erit neceſſario confitendus,ſicut prior, quando eſt ſolus. 52 *Obiectio.* *Conf.* *Conf.*

Ad hæc facile R.tenendo intenſionem nō fieri per additionem partis ad partem formæ, quæ opinio expreſſe eſt *D*.Tho.multis in locis facileque intelligi poteſt,vt dixi tract. 10. diſp.4.ſect.4.Nam ſicut idem agens inuariatum,magis et minus operatur,vel quia eſt liberum, vel quia ex natura ſua habet paulatim agere,vel quia magis applicatur,vel quia inuenit ſubiectum magis diſpoſitum,&c.ſimiliter idem finis inuariatus in ſe, et in ſua apprehenſione, ob varias cauſas magis finalizat,ita eadem forma inuariata, magis poteſt informare eandem partem ſubiecti, ſicut de potentia abſoluta poteſt ſimul informare plura,& plura ſubiecta.Confir.quia vnio, et forma differunt ex natura rei: ergo poteſt vnio habere latitudinem, etiam ſi forma nullam latitudinem habeat,et ſic eadem forma indiuiſibilis poteſt magis,ac magis afficere ſubiectum,ac proinde illud reddere magis calidum,etc.Sicut enim eſſe calidum eſt informari calore,ita eſſe magis calidum intenſiue eſt magis informari calore, & certe ſi idem met calor eaſdem informationes, quas conferre poteſt diuerſis ſubiectis,eidem conferret de potentia abſoluta,ſubiectum eſſet magis affectū calore:ergo magis calidum: ergo fieri 53 *Ad obiectionem, & 1. confirmationem.*

fieri poteſt intenſio,ſine additione formæ,at-
que adeo fruſtra fingitur additio,quibus ar-
gumentis hanc opinionem probaui. Primo
de generatione & argumenta oppoſita diſſol
ui.Si vero teneamus intenſionem fieri addi-
tione partis formæ,quod eſt valde probabile,
licet non ſit conſentaneum D. Thomæ. Ad
argumenta cum confirmatione. 1. R. actum,
qui intenſione additur,ſiue continuetur, vel
vniatur immediate præcedenti,ſiue non;non
ſemper aggrauare notabiliter, neque addere
malitiam neceſſario confitendam, quia ob
vnitatem ſpecificam formæ,& omnimodam
identitatem temporis,ſubiecti,& obiecti cen
ſetur moraliter idem numero cum præceden
ti.Neque mirum,quia in ſequentibus videbi
mus,quādo primus actus interrumpitur Phy
ſice & alius ſtatim aduenit, moraliter cenſe-
si eundem actum, & propterea non ſemper
addere malitiam notabilem ac neceſſario cō
fitendam.

54 Vt autem ad.2.confir.Reſpondeamus,quæ
Ad.2.Cōf. tangit illam difficultatem an intēſio fiat per
gradus etereogeneos & intrinſece inæquales
de qua agit Suar.to.2.Met.diſp.46.ſect.1.n.30.
Opinio aſ- & Franciſcus Murcia. 1. de generatio. diſp.2.
ſerens for- q.5.mihi nunquam ea placuit opinio,quę ait,
mas inten- intenſionem fieri per gradus eterogeneos
ſibiles cōpo & diſſimiles.Primo enim noua eſt,& ſingula
ni ex gradi ris,quam ſolus,quem viderim,Murcia & al-
bus & ete- ter quidam excuſſit qui pro ea nullum addu-
reogeneis cit authorē,fateturq. eſſe contra omnes, qui
impugna- quidē tenent intenſionē fieri per ſolam radi
tur.1. cationem,& contra eos, qui tenent fieri per
additionem formæ.Fundamenta autem eius
facile ſoluuntur:ergo non eſt, cur à commu-
ni omnium ſententia recedamus. Quo argu-
mento & alijs eam opinionē impugnat Vaz.
diſp.82.c.6.& contra eam adducit Niphum.8.
Met.q.11.c.4.adde Ouandum.1. d.17. propoſit.
2 4.dicto.6.Secundo diſplicet,quia ex ea ſeque
retur, æqualibus vndique actibus charitatis
inæquale præmium reddi,nam poſterioribus
excellentior augumēti gradus redderetur. Si
dicas æquales actus charitatis, ſi ſint poſterio
res,eſſe magis meritorios,quia ſunt ab homi-
ne habente maiorem gratiam & charitatem,
ideo non mirum ſi excellentior gradus præ-
mij illis reſpodeat.contra quia incertum eſt,
actum alias æqualem in habente æqualem
gratiam eſſe magis meritorium, & licet id
admittatur,non tamen poteſt eſſe tantus ex
ceſſus prouenięs à maiori dignitate ſubiecti,
ut tātus in præmio exceſſus fiat. Deinde quia
ponamus omnibus pēſatis poſteriorē actū eſ-
ſe æqualiter,vel minus meritoriū:adhuc ne-
ceſſe erit eſſe maiorem in præmio, quia illi
reſpondebit gradus excellentior prioribus,
3 etiam ſimul ſumptis,illoſque continens emi
nenter,quod eſt abſurdum. Tertio, quia ſe-
quitur quemlibet intenſiorem actum plus
augmenti gratiæ,& gloriæ,aut pœnæ mereri,
quàm omnes præcedentes etiam collectiue,
quia habet gradum,qui excedit & eminen-
ter continet totam collectionem pręceden-
tem,quod eſt incredibile.
Confir.quia ſic omnis intenſio actus mali 55
eſſet neceſſario confitenda, cum addat nouū
actum deteriorem omnibus præcedentibus,
cum quibus vnitur.4.Quia ſi iſti gradus ſunt 4
diſſimiles in aliquo intrinſeco communi ſibi
& nonnullis alijs;ergo eſſentialiter & ſpeci-
fice differunt: nam diuerſitas in natura com-
muni, eſſentialis eſt, & ſic magis & minus in
intenſione variarent ſpeciem:contra commu
nem & veram Philoſophiam, & in quolibet
iuſto eſſent infiniti habitus gratiæ,charitatis
&c,diſtincti ſpecie circa idem omnino obie
ctum,& in quolibet beato infiniti habitus lu
minis glorię & infinitæ viſiones diſtinctæ ſpe
cie,ſi hæ formæ ſunt intenſibiles, vt docent
aduerſarij. 5. Si gradus iſti ſunt multitudine 5
finiti & indiuiſibiles,alteratio non erit conti
nua,ſi vero finiti et diuiſibiles in ſemper diui
ſibilia, intenſio aliquando fiet additione
graduum ſimilium,nam ſi ſemper eſſent diſſi
miles,falſum eſt gradus diſſimiles eſſe multi-
tudine finitos:cur ergo non ſemper ſic inten-
ſio fieret?Si vero ſint infiniti, in eſſentialiter
ſubordinatis erit proceſſus infinitus, et nun-
quam alteratio incipiet,quia in eſſentialiter
ſubordinatis inchoari debet ab aliquo.1.Con *Conf.*
fir.quia quælibet forma,quę eſt res vera, et
non purus modus,poteſt eſſe ſine alijs diuer-
ſæ rationis:ſed nullus gradus poteſt eſſe ſine
infinitis:ergo non eſt diſſimilis illis.
6.Si ſuperior gradus eminenter continet 56
infinitos diſſimiles ſe inuicem excedentis:er- 6.
go erit infinitæ perfectionis et cum ſuperior
gradus caritatis.v.g.eminenter contineat in-
feriores,coextendet corpus maiori loco, quā
omnes alij inferiores ſimul,vel ergo nouo lo
co,et antiquo, et ſic ſuperflui erunt priores
gradus,vel nouo loco tantum,et ſic qualibet
intenſione caritatis corpus fiet in loco pluſ-
quàm duplo,et ſi viſio intendatur,ſuperuaca-
nei erunt gradus priores, cum per vltimum
ſolum æque bene videatur res, ac per illum
et alios et ſi ſuperior gradus caloris ſe ſolo
poteſt efficere quidquid cum alijs,alij erunt
ſuperflui et quilibet gradus ab omnibus pro-
ductus habebit infinitas cauſas totales:quod
eſt impoſſibilile de potentia ordinaria. Item
ſi in infinitis ſubiectis ponerentur infiniti ca
lores, vt.7.agerēt infinita velocitate,et ad in
finita in diſtantiam, vincerentque infinitam
reſiſtentiam, ſed plus valet.8.gradus caloris,
quam omnes illi: aget ergo pluſquam illi,
&c.

etc. Item ſi gradus ſuperior continet totam actiuitatem inferiorum:ergo & reſiſtentiam: nam inter formas eiuſdem ſpeciei, quæ plus valet,plus reſiſtit:ergo non poterit corrumpi,niſi ab eo,qui poſſit corrumpere, & reipſa corrumpat omne gradus inferiores:quod eſt contra experientiam,cum frigidum, vt.5. remittat calidum,vt.8.Deinde ſi ſupremus gradus caloris non poteſt excludi formaliter, niſi ab infimo frigiditatis, illi ſoli erit contrarius,& ſic reliqui non poterunt,effectiue corrumpere infimum gradum frigiditatis: ſimiliter ſi infimus gradus frigiditatis, non poteſt formaliter excludi,niſi à ſupremo caloris,ſoli illi erit contrarius,& ita reliqui non poterunt illum effectiue excludere.Item ſi nullus gradus inferior cooperatur ſuperiori ad productionem alterius ſuperioris in paſſo: ergo ſemper in alteratione erit aliud agẽs totale: nam inferiores gradus deſinẽt agere, quando ſimiles fueriut in paſſo producti.

57 Præterea quando intenditur grauitas, vel impetus mobili impreſſus,ſuperior gradus eũdem omnino motum cauſat, quem cauſaret inferior;ergo ſimiliter gradus ſuperior & inferior caloris:quod eſt contra aduerſarios:& rurſum inde ſequitur gradus eſſe omnino eiuſdem rationis cum cauſent effectum eiuſdẽ omnino rationis. Conf.nam ſi gradus ſuperior,poteſt quidquid inferior:ergo ad producendum inferiorem in alio ſuperfluum erit cooperari inferiorem,& ſic ſemper inferior cum ſuperiori erit otioſus & ſuperuacaneus: quod eſt abſurdum,maxime in qualitatibus ſupernaturalibus, quæ remitti non poſſunt,
7. præſertim in patria. 7. Diſsimilitudo formarum ſenſibilium ſenſu percipitur; diſsimilitudo autem graduum caloris non percipitur
Conf. ſenſu:ergo ſignum eſt extare. Conf.nam ſi iſti gradus ſunt eſſentialiter ſubordinati: vel ergo vnus immediate vnitur alteri, vel tantum mediãte ſubiecto. Secundum non poteſt dici;quia ſic nõ conſtituerent vnum per ſe; ſed per accidens:& ſi ſepararentur à ſubiecto.manerent infinitæ entitates omnino diuiſæ ſi enim illi gradus,quando ſunt in ſubiecto,non ſunt immediate vnibiles: ergo nec quando ſunt extra ſubiectum.Si vero ſunt immediate vniri,quod erat ſecundũ:ergo,vel per modum actus,& potentiæ,vel per modum continuationis:primũ eſſe non poteſt: alias calor fieret calidus.Secundum autem etiam videtur impoſsibile,quia formæ diuerſæ rationis nõ poſſunt per ſe,& immediate veluti continuari,quod ſi illæ poſſunt ſic continuari in eodem ſubiecto,à fortiori gradus ſimiles, & ſic intenſio fieri poterit abſque additione diſ
58 ſimilium graduum.
8. 8.Forma aliqua vt.8. idem habet, ſiue fiat ſucceſſiue,ſiue fiat ſimul,cũ autem ſit ſimul, non habet infinitos gradus diſſimiles: ergo nec cum ſit ſucceſsiue.Minor patet, quia ſic quodlibet gradus produceretur ſemel in ſe & formaliter, & infinities implicite, & virtute in infinitis gradibus,in quibus implicite,virtute,& eminenter continetur. Conſequens eſt ſoperuacaneum & ridiculum: ergo. 9. Ex contraria opinione ſequitur, quod ſimile naturaliter poterit agere inſimile,& ponendo in eo aliquẽ calorem nouum, non ipſum reddere calidius intenſiue.v.g.ſi à Deo producti fuerunt gradus ſuperiores,ſine inferioribus:hos enim poterit producere ſimile calidum,cum eorum ſit capax ſubiectũ ipſum:quod tamen non fiet calidius: quia erat calidum in ſummo.10.Si gradus vt vnum, infinities repeteretur in eodem ſubiecto,iam eſſet calor infinitus:ſed per te infinities ſuperatur ab infinitis gradibus ſuperioribus nõ cõmunicãtibus,in quos põt ſuperior forma diuidi:ergo cõſurget calor maior infinito.Mi.pb. quia ſuperior forma poteſt in infinitũ diuidi per partes proportionales,quæ non ſunt communicantes, & quarum quælibet eſt maior omnibus inferioribus gradibus.11. Per hoc, quod in eadem parte ſubiecti ponantur plures partes caloris,recte intelligimus,rem eſſe intenſiue calidiorem: ergo fruſtra fingitur iſta graduum inæqualitas.

Obijcies.1. quia ſi hi gradus ſunt ſimiles 59
augmentum intenſiuum æque accidentale Obiect.1.
erit formæ,ſicut extenſiuum,quia æque accidentarium eſt qualitati, quod partes eius in eadem,vel in diuerſis ſubiecti partibus recipiantur,non ergo ſit perfectior qualitas per intenſionem magis quam per extenſionem. 2.
Secundo aliàs intenſio poſſet naturaliter procedere in infinitum,ſicut extenſio, quia eiuſdem rationis eſt vnio duarum partium caloris in eadem parte ſubiecti,ac in diuerſis: ergo ſicut altera vnio poteſt procedere in infinitum, ita & alia, quin potius facilius fieri poterit in eadem parte,quia tunc nec multiplicatio ſubiecti neceſſaria eſt. Confir. quia non magis repugnat.4.gradum vniri.5. quam 3.
tertium.4.&c ergo.3.Alias ſicut calor,vt vnũ, poteſt duos calores,vt vnum efficere in diuerſis partibus ſubiecti,ita in eadem: quia calores illi ſunt eiuſdem rationis & diuerſitas ſubiecti accidentaria eſt agenti,modo in vno 4.
& eodem ſubiecto ſit capacitas.4.Alias in remiſsione nullus gradus deſignari poſſet, qui ex natura rei.1. abijciatur: quia ſi ſunt eiuſdem rationis, non eſt maior ratio de vno quam de alio.Confir.quia ſi intẽſio eſt vnio graduum omnino ſimilium,omnes & ſinguli eorum habebunt eandem oppoſitionem formalem cum quolibet gradu alterius qualitatis:

litatis:ergo frigiditas,vt vnum expellit à ſubie
5. cto omnes grad⁹ caloris. 5.Quia ſi viſiones re
miſſæ,quæ ſunt induobus hominibus vniãtur
in.3.non melius videbit quam alij duo : ergo
6. intenſio non fit additione ſimilium graduũ.
6.Quia primus gradus caloris ſolum producit
primum gradum caloris,non vero quartum,
vel octauum,nec quilibet gradus eſt ſufficiẽs
diſpoſitio ad formam ignis:ergo apertum in-
7. dicium eſt eſſe inæquitatem in gradibus ſecũ
dum perfectionem indiuidualem.7. Inferior
gradus diſponit ad ſuperiorem , vt ait Caiet.
2.2.quæſt.24.ar.7.§.ad tertiam autem: ergo de
pendet ab illo,& ita non ſunt eiuſdem ratio-
nis.Sed hæc argumenta friuola ſunt.

60 Primum enim æque procedit contra ad-
Ad.1. uerſarios,nam primus gradus per aduentũ ſe
cundi nihil in ſe recipit : ergo in neutra opi-
nione fit perfectior,ſed ex vtroque gradu re-
ſultat calor perfectior,vnde ratio caloris eſt,
quæ perficitur , non vero ille idem numero
calor,qui præcedebat,& certum eſt, vtrumq.
augmentum,ſcilicicet extenſiuum, et intenſi
uum eſſe æque accidentale calori in opinio-
ne ponente , intenſionem fieri additione
Ad.2. formæ,ſiue ſimilis, ſiue diſſimimilis. Ad ſe-
cundum negatur ſequella, tum quia in ſubie
ctis eſt capacitas finita forte in ordine ad po-
tentiam Dei abſolutam,tum maxime quia in
nullo ſubiecto,eſt virtus ad efficiendos plu-
res gradus,quam iu ſe babeat formaliter, vel
virtute,qui omnes ſunt finiti , per quod etiá
Ad.3. patet ad confirmationem.Ad.3.negatur con-
ſequentia , quia ne augmentum procederet
in infinitum,nautura cautum eſt,ut ſimile nõ
agat in ſimile , ſecundum qualitatem & gra-
dum , & intentio agentis eſt aſſimilare ſibi
paſſum,vnde eo fine habito ceſſat motus: ſic
etiam ne augmentum extenſiuum procedat
in infinitum , definita eſt agentibus ſphæra,
factumque eſt,vt non poſſit æque agere indi
Ad.4. ſtans & propinquum. Ad. 4. ſicut ad Deum
pertinet determinare,quis ex infinitis gradi-
bus ſimilibus,quæ produci poſſent,ſit modo
producendus,& quæ anima ventura ſit in hác
materiá:ita qs gradus in remiſsione ſit exclu
dẽdus ſi omnes ſimul inducti ſunt,ſi autẽ ſuc-
ceſsiue,forte natura ipſa poſcit,vt prius poſte
riores expellantur,quia ordo reſolutionis cõ
trarius eſt ordini compoſitionis , & ita tenet
Vazq.fieri in remiſſione qualitatis & diminu
tione quatitatis,licet oppoſitum ſit probabi-
le,quia expedire videtur,vt qui modico tem-
Ad confir. pore exiit erunt,poſterius corrumpantur. Ad
confirmationem conceditur omnes gradus
habere eandem oppoſitionem , quia oppo-
ſitio ſequitur ſpeciem, & omnes ſunt eiuſdẽ
ſpeciei , non tamen eſt de natura contrarij
deſtruere totaliter ſuum contrarium , ſed tot
gradus contrarij,quot in ſe habet,ideo ponẽ-
do vnum gradum caloris tantum expellitur
vnus frigiditaris.Ad.5. R. procedere ex falſa Ad.5.
imaginatione:ná ſtricte loquẽdo nulla eſt in
tenſio in actibus,vel habitibus potentię cog-
noſciuæ,nulla enim res melius cognoſcitur,
quam alia niſi cognoſcatur ſm̃ plures partes,
vel rationes intrinſecas,vel pluribus medijs,
& in nullo horum reperitur proprie inten-
ſio,licet late.2.&.3.modus cognitionis appel
lari poſſit intenſiuus.Si tameu proprie in ac-
tu potentiæ cognoſcitiuæ ponatur intenſio,
dicendum eſt,eam fieri,vel maiori radicatio-
ne, vel additione ſimilium graduum formæ:
iuxta quem vltimum modum ſi viſiones,quæ
ſunt in duobus vnirentur in.3.eſſet vera inten
ſio. Ad.6.R.ſuperiores gradus adiuuari ab in- Ad.6.
ferioribus ad productionem cuiuſcumque
gradus,& ſine inferiori gradum ſuperiorem
non plus poſſe quam inferiorem ſine ſuperio
ri,& ex vtroque fieri vnum completum prin-
cipium actium , & vnam completam diſpo-
ſitionem ad formam ignis : alioqui inferior
non diſponeret per ſe ad illam,ſed per ſolum
ſuperiorem & diſtructis inferioribus manen
te inferiori, non eſſet miraculum conſeruari
formam.Ad.7.R.nullius eſſe momenti alio- Ad.7.
qui probaret gradus extenſiuos luminis. v. g.
eſſe diuerſæ rationis,quoniá gradus qui pro-
ducitur in parte propinquiori reſpectu ſolis,
diſponit, ſeu eſt prærequiſitus,vt alius produ
catur in parte remotiori .Dico ergo,hoc non
proue nire ex inæqualitate horum graduum:
ſed ex natura agentis:quod ex natura ſua ha-
bet prius agere in propinquum quá indiſtans,
& in intenſione procedere ab imperfecto ad
perfectum,quando tale eſt , quod non poteſt
totum ſuum effectum producere ſimul , ſed
ſucceſſiue,vel ex natura ſua,vel propter defe
ctum applicationis.

SECTIO. VI.

An quantitas obiecti aggrauet malitiam peccati.

SImilis quæſtio eſt de bonitate an
creſcat ex quãtitate obiecti.Et cer 61
tum eſt,bonitatẽ & malitiá actus
augeri ex quantitati obiecti, vt ex
quantitate auri,vel argenti , quá homo vult
rapere aut pauperibus erogare,& ex multitu
dine hominũ,quos vult ſaluare vel perdere,
Sed dubitari poteſt,quomodo ſi quantitas ob
iecti auget bonitatẽ & malitiá actus , non ſit
infinita bonitas in actu,quo quis vult ſubue-
nire infinitis pauperibus,ſi eſſent , vel infini-
tas diuitias ſimul , vel ſucceſsiue elargiri, ſi
poſſet.Nam ſi dare vni eſt actus alicuius boni
tatis,dare duob⁹ eſt maioris bonitatis,& ſic,et
deinceps.

deinceps.Ergo dare infinitis,eſt actus infinitæ bonitatis:& ſimiliter velle occidere infinitos homines erit infinitæ malitiæ. Huic dubitationi reſpondent quidá, non bene colligi, quia cũperuenitur ad infinitum, nõ ſunt cęteta paria, vel quia in obiecto infinito magis cõfuſe proponantur vnitates,vel quia voluntas nnn æquali efficacia in illas tendit, ſed ad ſummum affectu quodã conditionato: infinitum enim nõ põt proponi,vt poſsibile, ſed hæc ſolutio nõ ſatisfacit,quia non repugnat, hæc omnia ſumi cum eadẽ proportione,videlicet,vt in multitudine finita vnitates proponantur etiam confuſe,vt volo alere 10.pauperes,nam etiá maior quãtitas ſic propoſita auget bonitatem actus:ergo infinita infinite, & improportionabiliter,vel econtrario, ſi finitæ vnitates proponuntur diſtincte,fieri etiam põt,vt infinitæ eodem modo proponantur, iuxta opio.aſſerentium,animá Chriſti, & omnes beatos, & ex natura ſua omnes angelos poſſe eodẽ actu ſimul diſtincte cognoſcere infinita numero,vel etiam ſpecie diuerſa,vt infinitos homines poſsibiles,& infinitas ſpecies figurarũ & numerorũ.Similiter ex parte voluntatis ſeruari põt proportio,ſi quis vnitates finitas & infinitas velit ſubconditione, vel vtraſq. abſolute,nimirũ homine vere aut falſo exiſtimante, infinitam multitudinẽ ſimul eſſe poſſe de põa abſoluta,aut certe velit,ſucceſsiue habere infinitos actus per totá æternitatem,aut gaudeat,quòd illos in tota æternitate habiturus ſit,aut velit *Deum* amare infinito tẽpore,aut infinita intenſione, putans eſſe poſſibile,aut dare vnum obolum in eleemoſynam quotidie per totam æternitatem.

Resolutio quorũdam cõfutatur.

62 *Aliorum opinio.* Procedit etiá argumentũ in actu, quo quis vellet infinitam ſatisfactionem facere, & in actu,quo quis de infinita Chriſti ſatisfactione gauderet,aut curatet à Chriſto elici actũ infinite ſatisfactorium. Alij his ſupputationibus putant colligi infinitá bonitatẽ in actu; eá tñ eſſe infinitam ſm̃ quid,quia ex multitudine obiectorũ,vel magnitudine obiecti, vel ex duratione ipſius non põt dari actus æqualis,quantacumq. ei fiat additio,ſi cætera ſunt paria,& eſt ſimile in viſione, & amore Dei, qui actus habẽt infinitatẽ ſm̃ quid,quia null[9] habens aliud obiectũ,põt eſſe æqualis illis in perfectione ſumpta præciſe ex obiecto.

63 Et quidem ſolutio hæc ſufficiens eſt, quando actus eſſent indiuiſibiles,quales ſunt omnes iſti,volo dare eleemoſynam duobus pauperibus,tribus,infinitis,vel duos obolos, tres, infinitos,quos omnes actus tract.7.diſp.2. diximus ſpecie differre. Qñ vero actus eſſent diuiſibiles,certe colligeretur bonitas ſimpliciter infinita,vt ſi quantitatẽ continuá acciperem ſine vlla rõe numeri,vel multitudinis,ná cuilibet parti obiecti correſpõderet pars quædá in ipſo actu,diſtincta realiter, & ſeparabilis ab alijs partibus,& ſi quantitas obiecti eſſet infinita ſimpliciter,eſſent in actu ſimul infinitæ partes reſpondentes infinitis partibus obiecti,quod quia repugnat,cenſeo repugnare,vt ſaltem abſq. ordine ad multitudinem finitam,vel infinitam cognoſcantur,vel amẽtur à creatura diſtincte infinitæ partes æquales non cõmunicantes alicuius quantitatis permanentis, vel ſucceſſiuæ. Secus forte per modum infinitæ multitudinis,in quo caſu actus eſſet omnino indiuiſibilis. Dices,ſaltem ille actus,quo volo dare infinities eleemoſynam,æquiualet infinitis:ergo in eo erit bonitas,& meritum infinitum:añs probatur, quia voluntas dandi centũ in eleemoſynam æquiualet 100.actibus dandi vnum.Reſpõdeo vix intelligi poſſe hanc ęquiualentiam,quia phyſice meliores ſunt in ſe centum actus,(præſertim ſi differunt non ſolum numero. Sed etiá ſpecie,vt docuimus) quam vnus,ſi enim vnus homo non poſſet elicere, niſi actum,qui haberet pro obiecto 100.alius vero poſſet tantũ 100.habere actus habẽtes pro obiecto vnum, huic ſecundo homini melius eſſet, quia poſſet pro libito,vel totá illam ſummá,vel partẽ dare velle,hic vero tm̃ poſſet velle dare totá illam ſummá:quare eſſet minus liber. Vnde nec quoad efficaciam & modum inducendi effectũ datur æquiualentia,licet æqualis effectus poſsit vno,& centum actibus induci, & ex eadem radice prouenit non dari æquiualentiá moralem in bonitate morali & merito.Sed maiorem bonitatẽ & maius meritum dari in centum actibus,quorum quilibet reſpiciat vnum obiectum,quam in vno reſpiciẽte 100. obiecta.Simileque eſt in malitia,vnde iuxta cõmunem opinionem, qui centies furatus eſt numum aureum, non ſatisfacit dicendo furatus ſum 100. Sed debet explicare numerum actuum internorum,quia multum aggrauant malitiam,vnde etiam patet,plus mereri,qui centies vult elicere vnum actum amoris Dei,quam qui ſemel vult centum actus amoris Dei elicere. De qua re plura dicá diſp.de merito,& tract.de charitate. 64

Id autem hic prætereundum non eſt, contingere poſſe,vt in obiecto non intelligatur determinata quantitas:tñ actus internus inde ſumat determinatam quantitatem bonitatis, vt ſi quis velit elargiri in eleemoſyná quidquid habet in crumena, archa, vel domo,vel vbiq. neſciens,quantum illud ſit. Ná quælibet res exiſtens habet certam,& determinatam quantitatem Deo notam: ergo & quilibet actus ſuam habet determinatam quantitatem bonitatis, vel malitiæ, meriti, aut demeriti,licet enim quantitas obiecti, vt operanti

operanti propoſita, incerta ſit: tamen habitudo ad obiectum ſic propoſitum certa eſt, & determinata erit, atque in indiuiſibili conſiſtens, in vno actu maior, in alio minor iuxta apparentiá, vel probabilitatem maioris, vel minoris quantitatis obiecti: quod in ratione obiecti, vel termini eſt ſufficiens ad conferendam eam bonitatem, vel malitiam, ſicut ratio confuſa boni, vel mali in communi certam bonitatem, vel malitiam confert huic actui, volo honeſte viuere, vel volo inhoneſte viuere. Et in caſu pręſenti illa bonitas, vel malitia definita nō pendet ex determinata quátitate, quam obiectum habet in re, quia id eſt caſuale & contingens reſpectu operantis: ſed tali modo operandi talis bonitas, vel malitia reſpondet. Neque obſtat, quòd ſiue parum, ſiue multum putem eſſe in crumena, idem ſpecie, intenſione & alijs perfectionibus intrinſecis, erit actus voluntatis. Non enim ex ſolo actu voluntatis, & perfectionibus eius intrinſecis pendet bonitas & meritum: ſed etiam ex modo ſe habendi intellectus, quia in moralibus plus cenſetur velle dare, qui vult dare totum, quod eſt in crumena, quando id plus vel maius forte eſſe, putat, quam cum certus eſt, id minus eſſe aliqua definita quantitate.

65 An vero quantitas furti. v.g. ſit neceſſario cōfitenda. Qui generatim docent, omnes circunſtantias notabiliter aggrauantes eſſe neceſſario confitendas præcipue de hac id affirmant. Alij vero, qui de multis alijs circunſtantijs notabiliter aggrauantibus negant eſſe neceſſario confitendas, de hac dicunt, eſſe neceſſario confitendam. Nauarrus quidem. c. conſideret, in princ. de pœnit. d.5. nu.13.5. non obſtant præfata, propter obligationem reſtituendi. Quæ tamen reuera eſt impertinens: pœnitens poteſt ſcire & facere reſtitutionem, licet non aperiat confeſſori quantitatem furti. Alij vero, quia tunc peccatum eſt quaſi duplex, cum furtum conſtet ex partibus, quarum quælibet ſufficit per ſe ad peccatum mortale. Hanc rationem inſinuauit ibidem Nauarr. & clarius expreſſit Herrera. 2. diſp. 32. q. 7 ad finem. Certum autē videtur quod Nauarr. ſupra ait, ſi quis vno actu voluntatis mille homines occidere voluiſſet, non ſatisfacturum dicendo, volui occidere hominē, vel homines, quia illa eſſent mille peccata numero diſtincta, ſicut tot ſunt effectu ſtipulationes, quot ſunt res, quas ſtipulamut, etiam ſi eas omnes vno verborum cōtextu petamus & promittantur. l. ſcire debemus. ff. de verb. oblig. quamuis de hoc dubitat Naua. illo. n.13. in.4. exemplo. Quia id, inquit, *verum eſt, quando res exprimuntur: non quando ſub nomine vno petuntur, & promittuntur omnes, l. quod dicitur cum Gloſſ. & communi. ff. de verb. quin & Archid. communiter receptus. c. inter cætera 22. q.4. tenuit, vnum eſſe iuramentum, licet plura iurentur, etiam ſi ſpecialiter illa exprimantur.* Et in manuali. cap.6. num.18 ait, ſi quis velit occidere aliquem cum tota ipſius familia, non eſſe tot peccata, quot ſunt homines: quia tota familia iniure vna perſona reputatur. l.1. ff. ſi familia furtum feciſſe dicatur. Quare, ſi quis vellet domum comburere, vel omnes certæ alicuius Bibliothecæ libros furto ſurripere, aut tritici ingentem aceruum, aut oniū totum gregem, vel totum bouum, aut equorum armētum abigere, vnum tantum peccatum admittere diceretur. Sed melius Azor. to.1. lib.4. cap.4. quæſt.3. ait, peccata interna multiplicari ſpecie, vel numero ex ſpecifica, vel numerica diſtinctione obiectorū, veluti ſi Titius eodem actu velit tres homines occidere, tria furta facere, tres miſſas præceptas omittere, tres habebit malitias actus ille numero diſtinctas. Idem ait Azor in caſibus proxime poſitis à Nauarro: quia peccata numero diſtinguuntur ex obiectis: ergo ſi quis velit. 6. vel. 7. certæ familiæ viros accidere, tot numero homicidia voluntate committet, quot ſunt viri: Pręterea ſi in familia Caij eſſet aliquis clericus, voluntas illa ex illo trahetet ſpeciem ſacrilegij, ergo ex eius perſona ſecundū ſe trahit malitia homicidij numero diſtinctam à malitijs, quæ ex alijs trahuntur. Accedit quòd ſinguli familiæ homines ſunt integra per ſe obiecta homicidij, & ideo tot neceſſe eſt, vt ſint homicidia, quot ſunt homines occiſi. Nec argumenta Nauarri vim habent. Domus enim eſt quoddam totū ex multis rebus, tanquam partibus conſtans: perſonæ vero vnius familiæ, licet iuris fictione dicantur vna perſona: non tamen ſunt reuere vna perſona. Idem dicendum de eo, qui vult omnes Bibliothecæ libros ſurripere, aut ingentem tritici cumulum furari, aut gregem ouium, vel porcorum abigere, quod de eo qui vult domum totam exurere: in his enim omnibus vnum tantum peccatum eſt, quia oues, vel porci vnum gregem, & boues vnum armētum, & libri vná Bibliothecam & nummī vnum cumulum efficiunt: peccatum igitur in his ſingulis eſt vnum, quamuis eo grauius, quo materia peccati grauior eſt.

SECTIO. VII.

V. Continuatio actus augeat eiu bonitatem vel malitiam.

Hac

67 *1.Opin.* HAC in re de qua vide Suar. diſp 2. de reuiuiſce. meritorium. §.36. dicunt aliqui.1.ex maiori duratione non augeri realem,& intrinſecam bonitatem actus,non enim quia magis duret entitas actus,erit maior tendentia eius in obiectum:ſupponimus enim non variari intenſionem:ſed totum actum cum ſua intenſione durare. Neque vero, inquiunt. ipſa duratio totius actus in ſe eſt maior,ſiquidem eſt indiuiſibilis,& tota ſimul, ac ſine vlla ſucceſſione:ergo ex vi eius nullum fit augmentum actus phyſicum & intrinſecum : hoc enim ſine mutatione actus in ſe ipſo fieri non poteſt. Secundo dicunt, maiorem durationem per coexiſtentiam ad noſtrum tempus aliquid conferre ad proprietates & dignitates morales meriti,ſatisfactionis & laudis: quanto enim actus magis durat & perſeuerat,& ab operante conſeruatur,magis tribuitur operanti;& ideo licet eius bonitas non augeatur, augetur tamen laudabilitas & ſatisfactio.Quod videtur manifeſtum ex omni iudicio hominum prudentium, quia melius putant,longiori tempore in eodem actu amoris Dei,vel orationis durare , quam breuiori , vel per inſtans,ſicut maius Dei beneficium eſt producere & conſeruare rem,quam producere tantum,licet nihil noui addat conſeruando. Et ratio eſt,quia in conſeruatione actus eſt quædam moralis continuatio & ſucceſſio , quia ſimpliciter poteſt voluntas ſuſpendere actũ, quem conſeruat.

68 *2.Opin. Auctoris.* Sed credo primum aſſertum,eſſe falſum,& cum ſecundo pugnare,& quæ in ſecundo cõtinetur, minime inter ſe cohærere. Et quidem .1.aſſertum.1.part. quæſtio.10. de æternitate Dei latius eſt confutandum, & breuiter modo confutatur, quia non poteſt intelligi nouus influxus realis ſine poſitione alicucuius nouæ rei , vel noui modi, nam in omni influxu aliquid ex agente fluit: quod autem nec ſecundum ſe,nec ſecundum aliquid ſui eſſentiale , vel accidentale de nouo eſt, non fluit de nouo ab agente : ergo agens non influit de nouo in ipſum:ergo non illud conſeruat:hoc eſt falſum : ergo in conſeruatione , licet non producatur res ipſa , tamen producitur aliquid in ipſa , nempe noua duratio,& ideo conſeruare eſt aliquid efficere, & cauſa conſeruans inter efficientes numeratur:ergo.Præterea conſeruare eſt facere, vt res magis duret,hoc autem eſt aliquid reale, & non eſt relatio , quia ad relationem non eſt per ſe motus , & quia non dicit ordinem, vel habitudinẽ ad aliud : ergo eſt aliquid abſolutum:non autem eſt proprie accidens, quia ſubſtantia præciſo quocunque accidenti dicitur magis , aut minus durare : ergo eſt aliquis modus abſolutus ſubſtantiæ , aut alterius entitatis abſolutæ , quæ durare dicitur. Confirmatur: nam relatio noua non poteſt eſſe ſine nouo termino,vel nouo fundamento,patet quia vt res magis duret non oportet in ea poni aliquid nouum præuium durationi,in quo fundetur ipſa duratio. De termino etiam conſtat, quia nulla alia exiſtente creatura in mundo, poteſt Deus efficere,vt Angelus magis , vel minus duret,& à fortiori,exiſtente quidem creatura,ſed non de nouo , nec cum nouo modo; cuoi perte, licet magis duret,non propterea habebit nouum modum. Deinde quo modo poteſt intelligi, rem vnam magis , vel minus alteri coexiſtere,& cum ea durare, ſi ex parte neutrius datur maior, vel minor duratio: ergo ſine habitudine ad alias datur in rebus maior,vel minor duratio , ac proinde hæc non eſt relatio,ſed modus abſolutus rei durantis. Deinde ideo Dei duratio eſt tota ſimul, quia Deus eſt ſuum eſſe & non exiſtit per vnionem realem eſſentiæ & exiſtentiæ, vbi autem non eſt vnio, nec ſeparatio eſſe poteſt, & ideo non poteſt ſeparari eſſentia ab exiſtentia Dei, & ita ſine additione vlla *Deus* dicitur ab æterno & in æternum durare, & eius duratio dicitur eſſe tota ſimul , non autem duratio creaturæ, cui eſſentia non eſt exiſtentia , ſed vnione eſſentiæ & exiſtentiæ dicitur eſſentia durare , & maiori vnione magis durare; ergo in duratione , & vnionẽ prædicta datur quædam latitudo. Et alioqui non daretur ſucceſſio durationis ad durationem, quia idem non ſuccedit ſibi ipſi. Et confirmatur, nam quando res corrupta,vel anihilata reproducitur à Deo, præſens vnio eſſentiæ & exiſtentię ſuccedit priori:ergo ſunt diſtinctæ: ergo ſimiliter quando res conſeruatur,præſens pars vnionis præcedenti ſuccedit: ergo realiter diſtinguitur ab illa , & ita in conſeruatione aliquis modus realis & abſolutus aduenit de nouo. Quod etiam probatur , ſi enim nouum *Dei* beneficium eſt rem conſeruare : ergo nouum aliquid facit circa rem ipſam, pro quo oportet gratias agere . Præterea non dubium, quin melius rei ſit permanere , quam non permanere,melius autem,aut maius bonum rei eſſe non poteſt , ſi res ex ipſo non plus boni habet:ergo maiori duratione maior bonitas naturalis ineſt , & hic videtur eſſe omnium hominum ſenſus: & ſimiliter aduerſarij fatentur ex communi conſenſu hominum melius moraliter eſſe ac laude & præmio dignius magis in actu dilectionis, vel orationis perſeuerare,qua igitur ratione dici aut intelligi

Digitized by Google

ligi poteſt.non eſſe maiorem bonitatem moralem in actu magis durante.Si autem maior eſt bonitas moralis:ergo & maior bonitas naturalis:ſiquidem hic non poteſt maior bonitas moralis fundari niſi in maiori bonitate naturali:quia duratio ipſa maior perſe conferat:ſi quidem ſubſtātia, libertas & intenſio aliaque eiuſmodi paria ſunt, vt ſuppono, in actibus,quorum vnus magis quā alius durat.

69 Sed contra, quia hinc ſequitur infinitas meriti.Nam actus liber in inſtanti,quo fit,habet meritum tantę quantitatis,ſed nō habet minus in quolibet inſtanti conſeruationis: ergo ſi conſeruatur per infinita inſtantia,meritum erit ſimpliciter infinitum,quia conſtabit ex infinitis partibus æqualibus non communicantibus.Nec eſt eadem ratio de augmento caloris,vel luminis, quod ſucceſſiue fit per aliquod tēpus,quia nullus gradus producitur in primo inſtanti,vel in reliquis, ſed tempore intermedio.

Obiectio.

1.Solutio.

Propter hoc argumentū ad vitādā infinitatem meriti & demeriti in actib⁹ humanis aliquo tēpore durātibus aliqui fingunt in actib⁹ noſtris,dari tēpus naturalis & neceſſarię cōtinuationis,in quo, cū act⁹ nō ſit liber,nō erit bonus nec malus moraliter, meritorius, nec demeritorius.Ita Ariminen.2.d.3.q.1.a.2.ad.4. Maior.4 d.49 q.2.argum.4.cōtra Ochā & pleriq. vt refert Almai.tract.de ſentētijs Olcoth de libertate voluntatis,q.3.a.7.opin.2.arg.3.& eius ſolutione fol.10.& 2.moral.c.9.idem tenet Angeſt.ca.3.mor.§.6.fol.14.&.15.Hoc autē pōt dupliciter intelligi.1.vt tempus naturalis cōtinuationis ſit certū,determinatū & ſignabile.¶2 Vt tale tēpus ſit indeterminatū & indeſignabile.Secūdus hic ſenſus,quidquid aliqui dicant,nullū habet in Theologia errorē quia etiamſi prima illa opinio admittatur, fatendum eſt.poſt primum inſtans merēdi, vel peccādi poſſe hominē in quolibet inſtāti, vel tēpore deſignato peccare & à peccato abſtinere,illiuſq.pœnitere & ſic nullo tēpore deſignato eſſe incapacē pœnitentiæ, aut extra ſtatū ſalutis,tēpus enim indeſignatū non pōt claudi intra duo inſtātia ſignabilia, ſed ſolū dicit cōfuſe tēpus,quod immediate ſequitur ad aliquod inſtans abſtrahēdo ab hora & medietate &.4.& ſic ab alijs partibus proportionalibus horæ & opinio illa aſſerit neceſſario duraturum actū per aliquā illarū partiū: electioni autem hominis relinquitur quæ illa ſit vnde qualibet ſignata nō eſt neceſſe actū tota illa durare, ſed poteſt durare alia minori parte,& ſic nulla datur pars determinata aut inſtans determinatum poſt primum inſtans peccati,in quo homo nō poſſit à peccato ceſſare & de illo pœnitere. Cū ergo inter inſtās cuiuslibet peccati & inſtans mortis neceſſario intercedat aliquod determinatū tēp⁹ habens infinitas partes proportionales & infinita inſtātia,in illis omnibus poterit homo cōuerti & ſic poſtea ſaluari.

Et ſententia hæc in aliquo ex his ſenſibus 70
ſuadetur à quibuſdā. ¶1. Per experientiā,qua deprehendimus,omnē actū aliquo tēpore durare.¶2.Quia poſtquā quis elicit actū, nō pōt ab eo ceſſare,niſi de hoc deliberet;ad deliberationē autem requiritur tēpus.¶3.Quia quælibet res appetitu naturali reſiſtit corruptioni,vbi autem eſt reſiſtētia,requiritur tempus. Quæ ratio &.2.eſt Almai. 4. Alias in breuiſſimo quoq.tēpore erit infinitū meritū, vel demeritum,nec enim dici poteſt,continuū cōponi ex indiuiſibilib⁹ numero finitis.¶5.Quia nulla res permanens poteſt in eodem inſtāti incipere & deſinere eſſe.¶6.Quia actus incipiens per vltimū non eſſe,ſeu per tempus,neceſſario durat aliquo tempore ſaltem indeſignato:ergo idem poteſt dici de actu incipiente per primū ſui eſſe ſeu producto in inſtāti.

Sed ſimpliciter dico,non dari tempus ne- 71
ceſſariæ & naturalis continuationis,ita Azor to.1.lib.1.c.2 q.4.Almai.2.moral.c.9 cum Adā 1.d.1.vbi ait,hanc eſſe cōmunem opinionem, quā etiā ſequitur tract.illo de ſētētijs Olcoth & ipſe Olcoth in determin.q.2.a.3.Zum.1.p.q.14.a.13.diſp.3.con.4.&.1.2.q.113.a.7.diſp.vnic.& q 114.a.8.diſp.5.in princ.& hoc arbitratur certiſſimū.Med.etiā.1.2.q.6.a.4.ad finē & q.10.a.4 poſt mediū ait,doctrinā Greg.ſanā nō eſſe,ſed abſurdā & erroneā ex eaq.ſequi dogmata peſtifera .Similia dicit Arag.2.2.q.24.a.6. Bañes ibi & relect.de charit.fol.75.&.76.vbi etiā reijcit aſſerētes,dari tēpus indeſignabile naturalis cōtinuationis.Hac ſētētiā amplexi ſumus trac.5.diſp.4.ſect.3.n.33 34.&.35.quæ probatur, quia rationes factæ nullius momēti ſūt,vt videbimus,& nulla ratio eſt cur volūtas neceſſario cōſeruet actū,quē in inſtāti ꝓduxit, ſicut enim Deus ex innata libertate poteſt rem ꝓducere,& nō cōſeruare:ita creatura rationalis ex innata libertate poteſt actū,quē producit,nō cōſeruare,ſed protin⁹ ſuſpēdere Quod probatur,quoniā obiectū,vt ſuppono,eodem modo ꝓponitur in inſtāti ꝓductionis actus, & in reliquis inſtātib⁹,& partibus tēporis ſequētis,et volūtas in ſe eodē modo ſe habet:ergo ſicut libere ꝓduxit actū,ita libere et nō neceſſario illū cōſeruat:nā cauſis eodē modo ſe habētibus eodē modo prodit effectus,et libertas ex cognitione oritur & ſic exiſtente eadē cognitione,eadē erit libertas in cōſeruatione quæ fuit in ꝓductione. Deinde ille.2. ſenſus 72
huius opinionis non videtur iuuare ad vitandam meriti infinitatem : ſi enim in quolibet inſtanti cuiuſlibet temporis determinati eſt libertas ad continuandum, & non

Reycitur præcedens Solutio.

continuandum actum: ergo in quolibet merebitur homo aliquid noui, & ſic ex illis inſtantibus meritum infinitum colligetur. Nihilominus illam ſolutionem in. 2. iſto ſenſu tenet Vazquez diſputatione. 54. cap. 13. in fine, & in hoc ſenſu ait, eſſe Nominalium, Grego. & Almaini Incis citatis, & quidem in eo ſenſu dari tempus naturalis continuationis probat, quia nulla actio pōt deſinere per vltimū ſui eſſe, & ſic non poteſt durare ſolum per inſtans, vt probare conatus eſt. 1. p. diſputatione 229. capit. 10. & ſicut non poteſt durare per vnum ſolum inſtans, ita poſtquam continua ta eſt intrinsece & incluſiue vſq. ad aliquod inſtans, non poteſt non continuari per aliquod tēpus ſequens. Ex quo fūdamēto putat Vazquez etiam ſecundum aduerſarios maniſeſte ſequi actionem continuatam per infinita inſtantia non eſſe infiniti meriti, aut demeriti, quia in neceſſarijs non meremur neque demeremur: actionem autem continuari per infinita inſtantia eſt neceſſarium: ergo in hoc non meremur nec demeremur, ſed in hoc quod continuemus illam maiori, aut maiori tempore: quod liberum eſt, & quo maius tempus fuerit magis meremur, vel demeremur parte meriti, vel demeriti reſpondente parti temporis & non inſtantibus. Et certe non eſt improbabilis naturalis cōtinuatio in hoc. 2. ſenſu, quem probabilem putant Medina, q. 10. a. 4. Zumel, 1. p. q. 14. art. 13. diſp. 3. Primus autē ſenſus illius opinionis nō nullis videtur erroneus ſic enim erit aliquod breue tempus ſignabile, in quo homo pœnitere nequeat, ſed ſit obſtinatus in malo; & ſi illud tēpus fuerit vltimum vitæ, erit aliquod tempus vitæ & vitæ, in quo homo etiam ratione vtens ſit extra ſtatum ſalutis. Probatur ſequela, quia eo tēpore, quo naturaliter & neceſſario vult peccaſſe, non poterit nolle peccaſſe: ergo nō poterit pœnitere. Dices poteſt habere diſplicentiā de actu, quem neceſſario continuat & pœnitere de actus productione & conſeruatione, contra quia hoc nō ſufficit ad pœnitendum ſed requiritur, vt vniuerſaliter nolit peccaſſe, hunc autem actū habere non poteſt, quia eſt contrarius actui quem habet, volo peccaſſe, neq. tollit contrarietatem horū actuum, quod vnus ſit liber & alius naturalis maxime cum vterque libere ſit elicitus & naturaliter cōtinuetur, ſtatim eodem tēpore.

73 Propter quod Almai. in moralib. loco citato, tandem cōcedit, aliquem poſſe ita in vita diſponi ſecundū legē cōmunē & ſecluſo miraculo, vt pro aliquo paruo tēpore neceſſario ſit extra ſtatum ſalutis, neq. id reputat inconueniens: nam ſecundum aſſerentes, deliberationem non poſſe fieri in inſtanti, datur certū tempus, in quo homo non poteſt pœnitere ex deliberatione ſecundum communem curſum legis. Idemq. dicendū eſt ſecundum aſſerētes, pœnitentiā legitima requirere certū gradum & volitionē non poſſe in inſtāti produci, ſed in tēpore. Idem etiam dicēdū eſt in ebrio exiſtente in mortali circa finem vitæ. Sed certe hæc doctrina Almaini minime tuta eſt, aut ſacris literis concilijs & doctoribus conſentanea, quæ vtenti ratione concedunt pœnitentiā ſalutarē quolibet vitæ tēpore, ſecus ebrio, aut inſano, vel naturaliter diſtracto ab illis cogitationibus, quas pœnitentia ſalutaris requirit. Et illa opinio de certo gradu falſa omnino eſt, & licet vera eſſet, tamen fatendū eſt, ad eum contritionis gradum poſſe hominem quolibet vitæ tempore aut momento peruenire, & ſimiliter licet tota deliberatio requiſita ad pœnitendum nō poſſet fieri in inſtāti: tamen in quolibet tēpntis inſtanti poteſt cōſummari & antea habita conſeruari, & ſic ſtatim poſtquam quis peccauerit, poterit pœnitere, quod ſi aliquando nō poſſit defectu deliberationis, id erit defectu vſus rationis requiſiti ad pœnitendum, dum tamen homo ratione ſufficienti vtitur, abſurdum eſt dicere, eſſe extra ſtatum ſalutis aut pœnitere nō poſſe, ergo opinio Almaini abſurda eſt. Neque ſi concedamus volitionē non poſſe fieri in inſtanti, ideo dabitur tēpus certū, in quo homo pœnitere non poterit, ſed quolibet tēpore homo erit liber in ſuis actionibus, quod nō habet locum in opinione Almaini: vnde magis abſurda eſt quā aſſerens hominem in inſtāti non poſſe volitionem elicere, quamuis hæc quoq. falſa eſt nullumq. habet fundamētum. Præterea opinio de tempore naturalis continuationis aperte eſt contra Ariſt. 3. Ethic. ca. 5 dicente, actuum noſtrorum à principio vſq. ad finem domini ſumus. Præterea licet ponatur morula determinata naturalis continuationis, non euadent aduerſarij difficultatē de infinitate meriti, nam finita illa morula reliquo tempore cōtinuabitur libere actus: ergo erit infinitum meritum. Si dicas cum Almai. & Gregorio, finita prima morula in iſtāti terminatiuo ipſius libere continuari actum, ſed inde incipere aliam morulam neceſſariȩ cōtinuationis & ſic deinceps, atq. conſequēter, in certo tamen numero inſtantiū, libere conſeruari actum. Hoc ſane valde friuolum et improbabile eſt, ſic enim in nulla tēporis parte actus erit liber. Deinde cum illæ morulæ non ſint diuerſæ, ſed coniunctȩ, non poteſt probabilis ratio reddi, cur eas omnino exigat actus, ſicut enim ſubſtantia ignis, v. g. licet requirat certam quantitatem ad ſui conſeruationem, tamen ea habita non requirit, vt reliquæ partes ſint eiuſdem quantitatis, ſed poſſunt eſſe minores minima: ita & eodem modo

modo, licet actus petat certam quantitatem durationis, tamen ea habita non poſtulat vt reliquæ partes durationis ſint certæ quantitatis, ſed poterunt eſſe minores minima, ergo per illas libere continuabitur actus, & ſic manet difficultas de infinitate meriti.

74 *Ad.1.* Ad primum autem argumentum illius opinionis. Reſpond. negando experientiam, & licet admittatur, dicam id non prouenire ex neceſſitate ſed ex magna inclinatione continuandi actum, eo quod actus inclinet ad ſui conſeruationem, aut voluntas ex ſe ſit valde propenſa ad continuationem aliquam cuiuscunque actus, licet non omnino determinata, & ideo non facile eſt actum ſtatim interrumpere. *Ad.2.* Ad.2. Reſpon. deliberationẽ poſſe fieri, aut ſaltim perfici & conſũmari in inſtãti & in eo continuari: vnde intra quodcunq. tempus fuerit tale inſtans, poterit actus ſuſpendi propter libertatem ex deliberatione ortam & ſic nullum poteſt dari tempus naturalis cõtinuationis. Prætetea deliberatio, quæ ſufficit ad libere inchoandum actum ſufficit ad libere proſequendum, ergo ſi intellectus eodem modo manet, vt ſupponimus, ſequitur manifeſte, actum, qui libere eſt elicitus, libere quoque continuari, neque ad ſuſpenſionem actus requiritur deliberatio reflexa de ſuſpenſione ſicut neque ad inchoationem eius requiritur deliberatio reflexa de inchoatione.

Ad.3. Ad.3. Reſpon. actus vitales non reſiſtere, nec repugnare ſuæ corruptioni proprie loquendo, ſed improprie & hanc reſiſtentiam improprie dictam non retardare corruptionẽ, cum totus actus ſimul interire poſſit, ſiue à cõtrario actu quem poſſumus in inſtãti producere, ſiue defectu, ſiue libertate cauſæ conſeruantis. Si enim immediate poſt quam actus eſt elicitus, ceſſet intellectio, etiam ceſſabit volitio, vt ſi in inſtanti tollat Deus lumen aeris vel ponat obſtaculũ, in inſtãti etiã ceſſabit tota viſio. Eodem ergo modo poteſt actus voluntatis in quolibet inſtanti, vel tempore omnino ceſſare, licet admittamus, volũtatem ex ſe, aut ex illo eſſe inclinatam ad eius conſeruationem, ac proinde quodam modo illum reſiſtere propiæ corruptioni. *Ad.4.* Ad.4. Statim dicemus. *Ad.5.* Ad.5. R. licet aliæ res permanentes non poſſint ſimul naturaliter incipere, & deſinere eſſe, quia earũ corruptio petit præuium motũ localẽ vel alterationis: ſecus tñ eſt de actibus voluntatis, qui nihil horum petunt, & libere à voluntate producuntur & conſeruantur. *Ad.6.* Ad.6. negatur conſequentia, quia repugnat fieri in tempore, & non durare aliquo tempore, non tamen repugnat productũ in inſtanti durare per ſolum inſtans.

75 *2. Solutio obiectionis.* 2. Solutio obiectionis factæ contra concluſionem, tertiæ quæſtionis eſt, durationem non conferre diſtinctam bonitatem, aut meritum actui niſi ſit diſtinctè cognita, & quia durationes infinitarum partium, vel inſtantium non ſunt diſtincte cognitæ, ideo non conferre infinitas partes bonitatis, aut meriti ipſi actui, ac proinde ex illis non reſultare meritum infinitum. *Reiicitur.* Sed hæc ſolutio nulla eſt. 1. Quia duratio auget bonitatem & meritum licet non ſit volita, nec voluntaria per modum obiecti, quoniam eſt voluntaria per modum actus. Nam vt voluntas libere conſeruet actum, nõ opus eſt intellectum de duratione cogitare vt experientia patet & ratione ipſa. Nam homo voluntarie & libere elicit actum non cogitando de illius productione: ergo ſimiliter libere illum conſeruat & continuat non cogitando de eius conſeruatione, vel continuatione & ſicut actus eo modo elicitus eſt meritorius, ita ſic continuatus eſt magis meritorius, quia ad meritum ſatis eſt id, quod ex parte actus ſe tenet, eſſe voluntarium & liberum per modum actus & Confirm. nam perſeuerantia in bono actu non auget laudabilitatem & meritum ratione alterius actus, quo perſeuerantia ſit volita, ſed propter ipſam voluntariam & liberam conſeruationem actus, alioqui laus & meritum durationis omnino referretur in alium actum, & ita ſiue poſtea duratio ipſa ſequeretur, ſiue non, eadem laus, idemque meritum in homine eſſet: hoc autem eſt abſurdum: ergo duratio auget laudem & meritum actus, etſi non ſit directe cognita & volita, vt de intenſione diximus, de qua eadem ratio eſt & alioqui raro duratio augeret meritum, quia raro eſt directe volita. Et præterea duratio in volitione durandi auget meritum, licet non ſit directe volita: ergo & duratio aliorum actuum: par enim ratio eſt, & antecedens videtur certum. Item vel homo vult durare per tempus determinatum, vel per indeterminatum. Si primum, ergo amplius durando non amplius merebitur. Si ſecundum, ergo ſi poſita æquali volũtate durandi vnus plus alio duret, non plus merebitur: quia totum meritum refertur in voluntatem durandi: quæ æqualis fuit: vtrumque autem, conſequens abſurdum videtur: ergo auget. Præterea licet demus durationẽ nõ augere meritum, niſi ſit directe volita, non euadimus argumenti difficultatem: quoniam duratio directe volita continet infinitas partes & inſtantia & à qualibet parte & quolibet inſtãti ſumitur diſtinctum meritum; cum ſucceſſiue comparetur: ergo in fine illius temporis erit infinitum meritum. Nec verum eſt partes durationis & in-

ſtantia non dare diſtinctum meritum niſi diſtinctè cognoſcantur,& appetantur. conſtat enim maioris meriti eſſe durare maiori tempore,etſi illud maius tempus confuſe tãtum cognoſcatur & ametur. Et opinione quorundam non repugnat creaturæ,cognoſcere diſtinctè infinitas partes, & infinita inſtantia temporis:ergo in creatura poſſet dari infinitum meritum non obſtante prædicta ſolutione:contra quam hac demum ratione vtitur Vazquez: nam etiam ſi circunſtantia deberet eſſe expreſſe cognita vt tribueret bonitatem:tamen id non requiritur, vt tribuat malitiam,ſed ſatis eſt cognitio quędam confuſa,ſicut accidit etiam in peccatis quę,fiunt ex ignorantia, quæ vt oſtendimus (inquit) diſput.101.cap.4. ſunt eiuſdem ſpeciei, ac ſi ſcienter fierent: ergo ſaltem continuatio peccati per infinita inſtantia efficient peccatum infinitæ malitiæ & meritorium infinitæ pœnę.

Vnde eſt,3.Solutio, duratione non augeri
76 meritum præmij eſſentialis ſaltẽ noui,ſed accidentalis. Hæc tamen ſolutio reijcitur,quia *3.Solutio obiectionis.* falſum & pernicioſum quid ſupponit vt q. 114. oſtendemus.Deinde licet admittamus duratione non augeri meritum in ordine ad nouum præmium eſſentiale, tamen argumẽtum ſuam vim retinet:quia ſaltem duratione augebitur infinite meritum eiuſdem præmij eſſentialis,& noui præmij accidentalis,id autem aſſerere abſurdum eſt: ergo. Deinde argumentum in duratione peccati procedit: qua certum eſt augeri meritum pænæ ſenſus, & ſic breui tempore meritum videtur eſſe infinitum.Procedit etiam argumentum in duratione actus charitatis ſi in quolibet inſtanti ſequenti actus intendatur:quibus fere rationibus ſolutionem hanc reijcit Vazquez diſputatione.54.cap. 3. vnde eſt.

4.Solutio. 4.Solutio quam cum iunioribus Victoriæ tribuit Vazquez, cnntinuationẽ nihil conferre ad augmentum meriti,niſi ſit magna & notabllis,& ita opus non eſſe vt per ſingula inſtantia meritum augeatur. Sed refutatur à Vazquez, quia dubium non eſt,quamlibet inæqualitatem in bonitate & malitia efficere inęqualitatem in merito & demerito,præmio & ſupplicio, Deus enim exactiſſime cognoſcit & compenſat merita & demerita.

5.Solutio. Vnde eſt.5. Solutio diſtinguendam eſſe ſubſtantiam actus à perſeuerantia eius,& productionem à conſeruatione, & his duabus reſpondere diſtinctos valores morales, quorum vnus non eſt cum altero confundendus: quia vnus eſt ſubſtantialis, alter vero quaſi accidentalis.Actui ergo ſecundum ſuam ſubſtantiam & productionem reſpondet certum meritum, ratione cuius conferetur homini certum præmium,etiam ſi actus non conſeruetur:perſeuerantiæ vero & continuationi, ſeu conſeruationi, quæ contingenter aduenit actui iam producto,reſpondet aliud meritum,ratione cuius reſpondet ei aliud præmium maius aut minus pro quantitate ipſius perſeuerantiæ,ſicut autẽ perſeuerãtia ipſa nõ eſt infinita ſed finita,ita nec meritũ,quod in ea fundatur, quod non eſſet verum ſi ſingulis perſeuerantiæ inſtantibus reſponderet aliqua pars aliquota meriti, ea enim infinities ſumpta meritũ infinitũ redderet. Vnde dicẽdum eſt,nulli ipſorum,cum eadẽ ſit ratio de omnibus partem aliquotam reſpondẽre, ſed quoddam indiuiſibile cõtinuatiuum aut terminatiuũ meriti.Quare perſeuerans per horã vſque ad inſtans terminatiuum incluſiue, nõ plus meretur quam qui per horam vſque ad inſtans terminatiuum excluſiue, & alioqui tantũ meriti reſponderet inſtanti terminatiuo,quantum alicui determinatæ parti horæ, quod eſt abſurdum: cum quælibet pars horæ ſit maior improportionabiliter inſtãti terminatiuo,& includat infinita inſtãtia cõtinuatiua,de quibus eadẽ ratio eſt, quæ determinatiuo:ſequella vero probatur quia ſumo quantitatem meriti reſpondentem vltimo inſtãti. Sit v.g.decuplo minor quam quantitas meriti totius horæ;nam cum vtraq. ſit finita, vna erit maior alia in aliqua certa proportione; iã ergo meritũ vnius inſtantis erit æquale merito decimæ partis horæ & maius merito ſecundæ partis,quod eſt abſurdũ vt oſtẽdemus?

Sed obijcies contra hanc ſolutionem nam
qui plus boni facit liberè & voluntarie,plus 77
Obiectio. meretur,ſed qui perſeuerat vſque ad vltimũ inſtans incluſiue,plus boni facit, quã qui perſeuerat vſque ad vltimum inſtans excluſiue, ergo plus meretur.R.qui facit plus,indiuiſibiliter tamen, non plus meretur: indiuiſibile, enim cum minus quam parum ſit,pro nihilo in moralibus reputatur,& ſi eius ratio aliqua haberetur, vel meritum eſſet infinitũ, quia tantundem meriti reſpõderet cuilibet aliorũ inſtantiuum,vel ſine vlla ratione pręferretur inſtans terminatiuum continuatiuo & multis partibus tẽporis. Quod vero dicũt aliqui durationi indiuiſibili reſpõdere meritũ præmij indiuiſibilis,ridiculum eſt,aut friuolũ,vt ait Vazq.ſupra:quoniam in viſione beatifica quæ eſt præmium eſſentiale noſtrorum operum,vel non inueniuntur hæc indiuiſibilia terminãtia,vel ſi inueniuntur,tñ naturaliter reſultant ex ipſis partibus viſionis, vnde perſe non cadunt ſub merito,ſed meritũ viſionis & partium eius conſequenter ſe extendit adhæc indiuiſibilia, & alioqui cum in vna magnitudine tantum ſint duo indiuiſibilia ter-

terminantia: in actibus vero noſtris vniuerſis tot ſint indiuiſibilia terminantia intenſionem & durationem, idem indiuiſibile præmij reſpondet plurimis indiuiſibilibus meriti: quod eſt inconueniens, maxime cum indiuiſibilia meliorum actuum ſint inæqualia in bonitate, ac proinde in merito & conſequẽter non debeat illis reſpondere æquale præmium. Itẽ ꝙ non eſt beatitudo nec pars beatitudinis non eſt totale præmium, nec pars præmij, ſed indiuiſibile viſionis beatificæ non eſt beatitudo, nec pars beatitudinis: ergo non eſt præmium, nec pars præmij, ſed continuatiuum, terminatiuum, vel initiatiuũ præmij. Item indiuiſibili initiatiuo actionis non reſpondet tanquam præmium adæquatum, indiuiſibile initiatiuum beatitudinis, ſed aliqua pars beatitudinis: ergo ſimiliter dicendũ eſt, etiam alijs indiuiſibilibus nõ correſpondere indiuiſibilia, ſed aliquas partes beatitudinis.

78 Satius ergo eſt dicere cũ Sua. pro inſtãtibus cõtinuãtibus, & terminãtibus durationẽ noſtrorum operum nullum dari præmium à Deo: neque exigi iuxta naturam ipſorum operum, etiam ex gratia & charitate Dei procedentium: pro inſtanti vero initiatiuo datur magnum præmium non per ſe, & ratione ipſius, ſed quia in [illegible]ponitur primùm ſubſtantia ipſius actus, & quoniam ſubſtantia actus longe melior eſt ſua duratione, ideo magis meritorius eſt actus ſecundum ſe & vt eſt in primo inſtanti ſui eſſe, quam magna aliqua duratio ipſius, & ſimiliter actus malus multo magis demeritorius eſt, quam magna aliqua eius duratio. Propterea quod Theologi communiter docent, circunſtantiam durationis, niſi maxima fuerit, non aggrauare notabiliter, nec eſſe neceſſario in confeſſione exprimendam, vt ſi quis in odio proximi extitit per vnam vel alteram horam, aut in affectu libidinis, ſecus ſi per totum aliquem diẽ. Dices eadem ſubſtantia producta in primo inſtanti conſeruatur in reliquis: ergo ſicut illi vt productæ in primo inſtanti, reſpondet aliquod præmium, ita vt conſeruatæ in quolibet reliquorum. Negatur cõſequentia, quia conſeruatio indiuiſibilis neque affert ipſam ſubſtantiam actionis, neque aliquam moram, nec poteſt remunerari ſine infinitate præmij, quæ eſt impoſſibilis: ideo non exigit præmium, ac proinde nec eſt meritoria.

79 Dices, ergo plus merebitur homo interrumpendo actum & poſtea producendo aliũ ſimilem, quã continuando priorem per totam horam. Reſpon. cum Suarez & alijs (licet quidam putet id eſſe aperte falſum) melius & magis meritorium eſſe plures actus facere eiuſdem intenſionis, quia melius eſt nouam actus ſubſtantiam afferre, quam nouam durationem, quæ maxima non ſit, præſertim cum in repetitione actus, vt ſolet eſſe maior difficultas, quidquid in contrarium dicãt aliqui ita maior libertas, maiusq. dominium, quod vt diximus conducit ad meritũ. Periculoſum tamen eſt eiuſmodi interruptiones facere: quia facile diſtrahitur animus & licet maneat eadem cogitatio, non facile repeti poteſt actus, præſertim cum ex natura rei inter actum & actum voluntatis mediare temporis aliquid neceſſe ſit, nec poſſit voluntas immediate ab vno actu in alium eiuſdem ſpeciei transferri, & hoc tempus moraliter loquendo neceſſe ſit eſſe perceptibile, alioqui innumerabiles actus in hora poſſent moraliter fieri, quod eſſe falſum ſatis experientia ipſa demonſtrabit. Itaque ſiquis actum ſuſpendat, non facile & breuiter illum repetet, continuare autem illum manente eadem cogitatione facile eſt; quoniam volũtas per actum ipſum non parum ad eius conſeruationem & continuationẽ inclinatur. Vnde tunc continuatio quaſi naturaliter conſequitur ipſũ actũ: cũ ergo in ſuſpenſione actus magnum ſit periculum non repetendi, non eſt ea ſuſpenſio comuniter conſulenda: ſi tamẽ poſt ſuſpenſionem contingat actum repeti, in ea repetitione vt maior erit libertas, ita quoque maius meritũ, quã in continuatione, quę maxima non fuerit. Mitto autem nunc quoſdã aſſerentes, manente eadẽ intenſione, nec cõtinuationem, nec multiplicationem actũ ad meritum glorię eſſentialis cõducere, hi enim ex profeſſo reijciendi ſunt, q. 114. vbi plura de præſenti quæſtione dicẽtur. Quis autem mẽtis compos ſibi perſuadeat, actũ diuini amoris, ex eo quod alius eiuſdem intenſionis, aut maioris præceſſerit, meritum eſſentialis gloriæ amittere, quod alioqui habiturus eſſet?

Ex quibus ſatis liquet perſeuerantiam actus in aliquo tempore non ęquiualere omnibus actibus eiuſdem intenſionis & libertatis, qui eo tẽpore fieri poſſunt, ſed interdum aliquibus, interdum vni, interdum nulli. Conſtat etiã falſum eſſe, quod aliqui dicunt, pro ſubſtantia actus eſſe præmium determinatum conſiſtens in indiuiſibili, aliudq. ſimiliter pro qualibet duratione inſtantanea: pro duratione autem temporis, & pro intenſione eſſe alia duo præmia habentia latitudinem maiorem, vel minorem iuxta quantitatem intenſionis, vel durationis. Iam enim oſtendimus, pro duratione inſtantis vltimi, vel continuatiui nullum præmium dari, eadem autem ratio eſt de duratione .1. inſtantis, vt patebit applicando rationes ſuperius factas: ergo nec pro iſta ſecũdũ ſe vllũ præmiũ datur, ſed pro ſubſtãtia act⁹, 80

Digitized by Google

quę tunc ponitur. Vnde ſi quis amet Deum per horam & inſtans initiatiuũ horę, & alius amet per horam ſine inſtanti initatiuo, idem præmium erit vtrique. Præterea ſi initiatiuo daremus aliquod præmium, deberet ei aſſignari quando actum ſequitur duratio tẽporalis & quando non ſequitur: quia prius non pendet à poſteriori. Præterea cum ſubſtantia dari non poſſit ſine intenſione, neque econtra, non oportet aliud præmium pro ſubſtantia aſſignari, aliud pro intenſione, ſed vnum pro ſubſtantia cum tanta intenſione, aliud cum tanta & ſic deinceps, quocunque autem modo iſta aſſignatio fiat, idem tandem præmium conſequetur. Supereſt tamẽ adhuc cõtra ſuperiora ſcrupulus, ſi enim melius eſt non ſolum moraliter, ſed etiam naturaliter actum repetere, quam ſine vlla interruptione continuare: ergo ſimiliter melius fuiſſet Deo & beatis interrumpere viſionem Dei & dilectionem quam ſine vlla interruptione ipſas continuare. Item ergo ecõtrario deterius erit actum odij *Dei* interrumpere, quam ipſum ſine intermiſſione retinere. Vtrumque autem conſequens videtur abſurdum: ergo R. primum conſequens abſurdum eſſe, non tamen recte inferri: quia ſi viſio in Deo interrumpi poſſet, Deus eſſet realiter mutabilis, & viſio, qua ſeipſum cernit, eſſet corruptibilis, & ideo minus eadem repetita perficeretur, quam modo perficiatur eadem non interrupta. Similiterque, ſi viſio in beatis poſſet interrumpi, ipſi eſſent mutabiles in viſione, quod eſſet magna imperfectio ipſorum & viſionis, vnde etiã eadem viſione minus perficeretur quam modo: in dilectione etiã, eſſe mutabiles magna imperfectio eſſet, ſed ſuppoſita mutabilitate, quam nunc habemus in dilectione, melius & moraliter & naturaliter eſt ipſam paululum ininterrumpere, & repetere, quam ſine vlla interruptione eandem continuare, ſicut & melius eſt materiæ primæ varias formas recipere quam cum eadem & optima perpetuo manere. Eadem ratione deterius eſt, per ſe loquendo, odium Dei interrumpere & repetere, quam ipſum breuiter continuare: ſi tamen continuatio ſit maxima, poterit deterior eſſe repetitione aliqua. Per accidens autem deterius eſt in odio permanere, quia ſolet permanentia conuictam habere magnam intẽſionem, quando enim odium eſt remiſſum, facile concidere ſolet.

81 Quæ diximus de continuatione actus boni in ordine ad eius bonitatem & meritum dicimus de malo in ordine ad eius malitiam & demeritum. Et moram, ſeu continuationem actus interni augere, & interdum notabiliter, eius bonitatem, vel malitiam, meritum, vel demeritum, certum eſt apud omnes neque licet de hac re dubitare, vt recte ait, Zumel hic artic. 6. dub. 1. alijque recentiores, & hoc ſupponit Nauar. c. cõſideret in princi. de pœnitentia d. 5. num. 9. & probat Herrera 2. ſent. diſp. 32. quæſtione. 7. quia continuatio operis eſt continuatio productionis: ergo participat proprietates ipſius: ergo ſi prima productio eſt mala, continuatio erit mala & augebit malitiam & demeritum productionis. Conf. ex cap. cõſideret, de pœnitentia, diſt. 5. vbi dicitur conſideret qualitatem criminis in tempore, in loco, in perſeuerantia, &c. Quare certum eſt, interdum. ſcilicet quando notabiliter aggrauat, eſſe neceſſario confitendam, in opinione aſſerente, circunſtantias notabiliter aggrauantes, licet ſpeciem non mutent, eſſe neceſſario confitendas; quoniam vero in continuatione non adducitur nouus actus. Sed noua actuatio exiſtentiæ in eſſentia, vel noua coexiſtentia ad alias res, nõ eſt tam demeritorius actus in continuatione ac in inceptione, niſi continuatio eſſet maxima, in quo euentu poſſet aliquis æque grauiter, vel grauius peccare in continuatione quam in inceptione vt docet Angeſt. capit. 9. §. 3. conclu. 1. Notabilem autem continuationem in voluntate occidendi eſſe per totum diem, tenet Sotus d. 18. quæſt. 2. a. 4. con. 7. argum. 6. Victoria numero citato. Alcocer cap. 10. Canus vero de pœniten. p. 5. ponit decem horas. Medi. 1. ſummæ. ca. 9. § 2. ait, ſi quis per dimidium diem eſſet inturpi conuerſatione deberet hanc durationem cõfiteri Toletus vero lib. 3. c. 7. cum Marſilio. 4. q. 12. art. 1. & Gab. docet, explicandam eſſe durationem, vt ſi per integrum menſem fuit in voluntate occidendi. eſt enim virtualiter numerus. Nauar. dicto. c. conſideret in prin. nu. 13. in. 2. exẽplo, probabile putat, explicandum in confeſſione eſſe, ſi quis per annum vel menſem cõtinuauit voluntatem occidendi aliquem parando neceſſaria &c.

Nota tamen non poſſe certũ tempus præſ- 82
cribi: nam quo peccatum ex obiecto, vel circunſtantijs ſit maius: minor mora notabiliter aggrauabit, eritque neceſſario confitenda. Vnde dilatio reſtitutionis etiam ſi per duos, vel tres dies continuetur, nõ erit notabiliter grauis, vt docet Sotus. 4. iuſtitiæ quæſt. 7. arti. vltim. mora autem in odio proprie dicto per vnam, vel duas horas forte notabiliter aggrauabit, vide Henric. 2. de pænitent. capit. 5. §. 5. lit. D. in gloſſa, & Emanuel verbo confeſſio, c. 53. nu. 2. Vbi ait qui conſumit diem integrũ, aut partem eius notabilem in cantu, & muſica, vt alliciat fæminam, tenetur hanc circunſtantiam confiteri, quia manifeſte arguit notabilitatem grauitatem.

Sect.

SECTIO. VIII.

An quando actus Phyſice interrumpitur, ea interrumptio ſit neceſſario confitenda.

83 RESP. comunis opinio eſt aliquando non eſſe neceſſario confitēdā, vt explicetur numerus peccatorum: nā aliquādo Phyſica interruptio nō cenſetur talis moraliter. Vnde Sotus, d. 18. argum. cit. ait, *qui propoſitum firmum occidendi aliquem per diem integrum haberet, & odium hoc intercideret & crebro repeteret, non teneretur vices illas numerare, ſed poſſet confiteri, ſe per totum diem odium illud habuiſſe*, & Caieta. tom. 1. opuſc. 31. de 17. reſp. in 15. dubio. 2. ait, *pergentem ad homicidium, licet ſæpius interrupta cognitione renouet voluntatem occidendi, vnum tantum numero peccatum comittere: quia omnis illi actus eamdem habent deordinationem, licet illud peccatum tanto ſit grauius, quanto pluries fuerit firmatum: ſicut intentio mali finis & eius fruitio & electio medij ad ipſum conſequendum, eamdem habens malitiam.* & Nauar. cap. 6. nu. 16 ait, *toties numerus peccatorū augetur, quoties peccatum ipſum, vel voluntas peccandi, quæ erat interciſſa renouatur, ſecundū Ioan. Andream regula delictum colum. penult, &c. quod plane verum eſt in peccatis internis, quæ ſolo animo conſummantur, vt odiū, hæreſis: non autem idem eſt in illis, quæ externo opere conſummantur, nā illa voluntas non dicitur iterari, donec opere externo perficiatur, vel interrūpatur vt euenire ſolet, quando quis vadit in longinquum ad homicidium perpetrandū, & in ipſo itinere, quod vno die conficit, nunc de illo, nunc de alijs meditatur: hic enim in his vnicū tantum peccatum committit, licet multo grauius iuxta Caietanū ſupra, quē in cap. conſideret de pœnitentia d. 5. initio nu. 48. ſequimur ponderantes textū adhoc ſingularē in cap. cum pro cauſa de ſententia excōmunicationis. Ex quo. 1. infert peccatū nō iterari, vel multiplicari, licet durante opere externo ſæpe voluntas interrumpatur, & renouetur, nec etiam econtrario ſi manente eadem voluntate opus multiplicetur exterius, antequā delictū finiatur, vt copioſius dicto nu. 48. probauimus. ¶ 2. Quod omnes actus interiores & exteriores, qui tantū ſunt velut quedā via, ad vnum peccatū patrandum, vnū tantū peccatum efficiunt, etiā ſi illi actus fuerint interrupti: quales ſunt paſſus itineris, præparatio armorū, vna cū deſiderijs varijs vicibus interruptis verbo, eſu, & ſomno poſtea que renouatis eius, qui vadit ad occidendum aliū longe diſtantē: nā licet illi actus in genere entis ſint multi: tn̄ cōſiderati vt via, & partes, quibus totū peccatū eſt cōſumādū vnū tātū peccatū efficiūt, ſicut lapides ligna &c. vnā domū. Hæc in ſum. Nauar.* ibi vide illū. in. dicto c. cōſideret. nu. 13. &. 48. quē, & Caietanū citat ac ſequitur Zumel hîc ar. 4. dub. 1. cōcl. 2. & Herret. 2. ſent. d. 32. q. 7. in

3. ſent. Hanc vero ſententiā limitant Eman. 84
verbo cōfeſſio c. 52. n. 6. Lopez. 1. p. c. 31. Canus, & Zumel ſup. vt locū non habeat, qn̄ illa voluntas peccādi fuit interciſa per actū cōtrarium, quo reuocata eſt, & nō per ſolū ſomnū, eſum, vel alia. Quā limitationē ponit etiā Nauar. illo c. 6. n. 17. & Graffis li. 1. c. 20. n. 14. 16. 17. Ratio autē eſt, quia ſi nō fuit interciſa per actum cōtrariū, cenſetur moraliter manere, ac proinde licet Phyſice repetatur. tn̄ ea repetitio cēſetur moraliter loquēdo cōtinuatio & ob id vel non eſt neceſſario cōfitēda, vel tātū eſt confitenda in aliquo euentu tāquā circunſtātia notabiliter aggrauans, vt docēt Sotus Canus, Zumel ſupra Eman. illo c. 52. n. 6. & c. 53. nu. 7. Nauar. autē illo nu. 17. in fine tenet, hoc eſſe tantū de conſilio, quia putat, circunſtantias notabiliter aggrauātes, ſi non mutēt ſpeciem, non eſſe neceſſario confitendas.

85 Ex his omnibus colligitur hæc regula voluntas efficiēdi aliquod peccatū externū, quādiu opere nō cōpletur, nec interrūpitur per contrarium actū licet Phyſice interrūpatur & poſtea renouetur, vnicū tātū peccatum eſt: intellige niſi inter ipſos actus voluntatis multum tēpus intercedat, quia tunc cenſetur moralis interruptio, vt cū alijs docet Herrer. ſup. Ratio regulę eſt, quia moralis identitas tēporis ſimul cū identitate obiecti & ſubiecti ſufficere videtur ad idētitatē moralē numericā peccati. Vnde etiā colligere licet, odiū, quo idē malū alicui volo, quandiu contrario actu vel longo tēpore non interrūpitur, vnū tātū peccatū eſſe: hoc eſt contra Naa. qui, vt retulimus, diſcrimē conſtituit inter volūtatē occidēdi, & odiū, eo q odiū interius conſūmatur, nō vero volūtas occidēdi. Sed fallitur: nā odiſſe eſt velle malū alicui, voluntas autē alieni mali ſine opere nō conſummatur, vnde Sotus ſupra eodē modo loquitur d odio. Similiter, quia voluntas habendi aſſenſum hæreticū in ipſo cōſumatur, ſi quis eam ſæpius repetat ante ipſum aſſenſum, vnū tātū peccatū cōmittit ſi ea volūtas nec cōtrario actu, nec longo tēpore intercidatur. Si vero ſæpius volūtas aſſēſu ipſo cōſummetur, plura erūt peccata; quo pacto intelligēdus eſt Nau. ſup. dicens, doctrinā illā nō habere locū in peccatis, quæ interius cōſummātur, vt in hæreſi, idē Henri. 2. de pæn. c. 5 §. 5. fine, dicens, *minus ſufficit ad interruptionē & num. in peccatis, quæ cōplemētū habent in anima vt hereſis.* §. autē, 6. & c. 8 §. 3. aliā ſtatuit regulā valde notabilē, *qn̄ multi actus externi fere ſimul & eodē impetu fiunt, & ſunt einſdē rationis vnicū tātū peccatū eſt, vt ſi quis mendaciū aliquod multis ſimul iuramētis confirmet. l. idē cōtumel ſi verbū ſæpius repetat, vt ſi ter. l. quater aliquē furem appellet. Pro hac reg. citātur ab Hēr. Cai. 2. 2. q. 89. a.*

Digitized by Google

86 Nauar.cap.12. numero.1.fine,ſed hi ſolum dicunt omnia periuria eſſe eiuſdem rationis,& vnicam tãtum habere malitiam etiam ſi excuſationem habeant adiunctam : citat etiam Medinam.1.ſum.cap.9.ante.§.primum: qui tamen ſolum ait,eum,qui violat plura vota,iuramenta,vel precepta de eadem re, vnicum tantum peccatum comittere. Tradit tamen illam regulam Smancas in inſtitutionibus cap. 8. fine dicens, *ſi quis eodem impetu plures blaſphemias dixerit,durius quidem puniendus eſt, ſed vna tantum pœna,quia vnum tantum crimen committit*: quod probat ex lege inficiendo.§. infans.ff.de furtis, & gloſſa.l. nunquam plura.ff.de priuatis delictis conſilio.89. Alciatus ca.cum non ab homine de iuditijs numer. 33. Hypolito.l. vltima.ff.de ſicarijs. Idẽ latius Couar.2.Variarum cap.10.numero.8.Nauarr. in ſum.edita anno.1584 ca.6.numero.17.& 18. Graffis lib.1.cap.20.num.11.& ſequẽtibus, qui multis rationibus,iuribus, DD.& exemplis regulam illuſtrãt.Eius potiſſima ratio eſt, quia omnimoda ſimilitudo actus externi cũ identitate operantis,& morali identitate temporis & impetus voluntatis & corporis,ad identitatem numericam moralem peccati ſufficere videtur.Sed obijcies nam ſic qui eodẽ ferè tempore plures copulas cum aliqua habuit, non plures peccauit.Reſpondet Nauar. illo num.17.illas copulas plura eſſe peccata neceſſario in confeſſione referenda, quia nõ eodẽ impetu fiunt, videlicet, quia ipſi corporis & animi motus non parum interſe diſtant:quãdo autem omiſſiones reſtitutionis varia peccata cenſeantur, vide Lopez ſupra, Henric. illo cap.5.§.5.Nauar.cap.17.num.55.& reſolutio ex aſſignatis regulis colligi poteſt.

87 Illa vero regula certior eſt, vt voluntas & executio medij & finis pro eodem peccato reputentur;ideoque in confeſſione non ſunt tamquam peccata diuerſa explicanda,ſed ſatis eſt homicidium v.g.explicare.Nauar.ca.6. num.15.Soto illa concluſione.7.argumento.8 Caietan. opuſc.citato Toletus libr.3.capit.7. Graffis ſupra, numero.13. Medina, ſupra. §.1. Lopez ſupra,Sylueſter verbo peccatum.1.§.2. D.Thom.2.d.42. quæſtione.1.artic.1. Henric. illo cap.5.§.3.plures referens,recte que explicans,id verum eſſe,quando inter hos actus modica eſt diſtantia.

88 Sa præcedentia omnia cõfirmat verbo cõfeſſio num.23,dicens,*volunt quidam etiã in peccato continuationem diuturnam confitendam eſſe: itemque frequentiorem eiuſdem peccati repetitionẽ ſeu relapſum:quod ego non puto neceſſarium,nec eſſe in vſu.*

Angeſtus vero capit. 9. §.3. concluſione.1. aduerſari videtur dicens, repetitionem actus duplicare peccatum & malitiam,quia ſecundus actus nõ minus eſt prohibitus quã primus: ſed ſic homicida,vel fornicator breui tempore multa peccata committeret, quod abſurdum putat Zumel ſupra. Lopez etiam reijcit Armil.verbo peccatum.§.4.aſſerentem,homicidam toties iterare peccatum, quoties voluntas aliquo negotio interrumpitur, quod etiã tenet Tabiena & inſinuant D.Thom.& Sylueſter ſupra,licet eos explicet Lopez, quando voluntas contrario actu interrumpitur. 89 Plura de interruptione actus quando conſtituat aliud numero peccatum,& ſit neceſſario confitenda, dixi,tomo.1.tract. 7. diſputatione.6.ſectione.6.per totam,& Azor to. 1. li. 4.cap.4.quæſtione.4.vbi in ſumma ait. Quidam dicunt,peccata voluntatis temporis interruptione multiplicari: quia ad vnitatem motus & actus requiritur vnitas temporis. Videtur D.Thomæ.2.d.42. quæſt.1.articul.1. Arm.peccatum numero. 4. Tabie.peccatum 1.quæſt.8.Maior.4.d.15.quæſt.29.§. ex qua definitione, Anto.par.2.tit.5.cap.1.§.10.Alij dicunt,multiplicari poſtquam per contrariam voluntatem ſunt interrupta;ſi vero non ſunt ſic interrupta, non multiplicari; ſed aggrauari.Caietan.tomo.1.opuſc.31. de. 17. reſponſionibus reſp.15 ad.2.dub.Idem tenet Nauar. cap.6.numero.16.& de pœnitentia.d. 5. capit. conſideret in princip. numero. 42. & ſeqq. præterquam in peccatis,quę interius cõſummãtur cuiuſmodi ſunt odium,ſuperbia,inuidia,hęreſis delectatio moroſa.Prima opinio quibuſdam recentioribus magis arridet multis de cauſis. ¶1. Quia peccata, quę in corde conſummantur,vere fiunt multa, cum lapſu temporis replicantur:ergo & alia. ¶2. Quia in vniuerſum actus voluntatis ſi ad aliquod tempus eſſe deſinat,idem numero non redit, quamuis interdum in effectu maneat,vt cum ex voluntate aliquid faciẽdi iter ſuſcipimus. Ego tñ exiſtimo has opiniones facile conciliari poſſe.Vt peccata,quæ in voluntate perficiuntur,curſu tẽporis multiplicentur, cum iterantur:quod dixit Nauar. & non negauit Caiet.voluntas vero aliquid faciẽdi,vel omittendi,quæ facto cõpletur,vel omiſſione,quãdocunq; habet effectum, non multiplicetur eodẽ manente,nec ſit plura peccata,licet repetatur,vt in lõga peregrinatione ob malũ finẽ ſuſcepta,& in volũtate furandi ſæpe repetita vſq.ad executionẽ.Cum autem peccata ſunt plura,explicandus eſt numerus in cõfeſſione, vt explicari poſſit. Hęc Azor illa q.4.

90 In.5.autem q.interrogat,quomodo peccata quæ ſermone cõpletur,ſpecie vel nu. multiplicentur:R.ſpecie multiplicari quãdo ſermo dirigitur ad obiecta ſpecie diuerſa, vt ſi Titius Caium cõtumelioſe vocet Hęreticũ, latronẽ,adulterũ,tria erũt peccata. Itẽ ſi in eo dem

Digitized by Google

dẽ facto duę ſint deformitates erũt duo peccata in exprobrante, vt ſi aliquẽ appellet rerum ſacrarum furem. Præterea ſi quis hæreſim, maledictum in Deum, & falſum teſtimonium dixerit tria erunt peccata. Sed quid ſi quis vno iræ impetu ter aut quater eundem latronẽ appellet, vel Dei & alicui ſancto maledixerit? Nauar.c.6.n.17.& 18. videtur dicere, non multiplicari numero peccata, ſi bis aut ter eodem continenter ſermone aliquem compellaverit furem; Deo & 12. Apoſtolis ſimul maledixerit. Aliqui Nauarrum impugnant, cur enim qui vno ſermonis impetu ter mentitur, peierat, vel maledicit, tria peccata non committat, ſi is qui aliquem ſimul vocat hæreticum, furem, & ſicarium tria peccata committit? Item, quia nõ eſt maior ratio, cur qui vno ictu tres occidit, committat tria peccata, quã qui vno ſermone Deo & Apoſtolis maledicit: ſicut enim illa opere, ita hæc verbo complentur. Cum Nauar. conuenio in hoc, quòd ſi quis ter vel quater continuato ſermone alterum latronem compellet, vnum eſt peccatum contumeliæ; quia vna pugna, rixa, contentio, vel lis, cuius partes ſunt illi tres actus: ita etiam, ſi quis cum altero dimicet, & eum ter vel quater pugno percutiat, aut vulneret, vnum eſt peccatum, quia vna eſt pugna, cuius ſunt partes vulnera. Et ſi quis vnum poſt alterum librum ſurripiat, & totam bibliothecam expilet, vnum eſt furtum, licet deterius, quo plures libri ſurripiuntur. Et ſi quis alterũ verberet centies aut millies continuato opere, vna eſt verberatio: ſed eo grauior, quo ſæpius alter verberatur. Item, furatur quis rem vnã: ſed eam dum defert, ſæpe deponit, & reſumit, vel alius ei furatur, & ipſe mox recuperat, & deportat, quouſq. ad locum deſtinatũ peruenit, vnum eſt furtum: quia non eſt cõpletum donec rem in loco deſtinato reponit. Sed contra Nauar. puto, plura eſſe peccata, ſi quis vno ſermone Deo, & ſanctis maledicat: quia plures cõtumelia afficit, ſicut ſi vno ictu vulneraret, vel occideret plures. Vnde vere gloſſa d.51.cap.2. dixit: *Qui vno impetu in iudicio ter appellauit, ſemel appellaſſe cenſetur.* Item. l.cũ quæſtio. C. delegatis. §. ſed, & alia, dicitur, *Qui eandem rem cuipiam in teſtamento bis aut ter legauit, perinde eſt, ac ſi ſemel legauerit.* Ratio autem cur, ſi vno continuato ſermone ter, vel quater mentior, aut peiero in eadem re, & materia ſubiecta, vnũ peccatum cenſeatur, eſt; quia tria mendacia, ſiue periuria ſunt vnius continuati ſermonis partes, & ſermone vlti-
91 mo mendacium, ſiue periurium perficitur.

Hæc Azor illa quæſt.5. in 6. autem de peccatis, quæ opere conſummantur, ait, compertum eſſe ex obiectis ſpecie diuerſis, vel diſtinctas ſpecie prauitates habentibus, & ex obiecto, & fine ſpecie diuerſis multiplicari ſpecie: numero vero ex obiectis numero diuerſis, vt ſi Titius vno teli ictu duos homines occidat, duo erunt peccata numero diuerſa. Præterea cum hæc peccata facto cõſumentur, tot ſunt numero, quot actus fiũt vnus poſt alterũ, vt ſi quiſpiam ter eodem fere tempore fœminam ſibi non nuptam cognoſcat. Si quis vero cum tribus fornicetur non oportet diuerſitatem fœminarum exprimere; ſed ſatis erit dicere, ter fornicatus ſum: quia æque graue eſt, ſi cætera ſint paria, fornicari decies cum vna, & ſemel cum qualibet ex.10. Maior.4.d.17.qu.4. Nauar. in ſum.ca.16 n.5. Actus præcedentes ad peccatum homicidij, ſi ex ſe non ſunt mali, ſed ſolum ex fine, non oportet cõfiteri: ſecus ſi alioqui mali ſunt, vt ſi pergens ad homicidium, aliena ſata conculcat: idem in fornicatione. Vnde aliqui dicunt, verba obſcæna, amplexus, & oſcula antecedentia fornicationem, in confeſſione explicanda, niſi ex ipſo concubitu, quem fere ſemper comitantur, intelligerentur. Vt ſi ſacerdos alteri confiteatur, cui notus eſt, non cogitur fateri ſe eſſe ſacerdotẽ, cum ſe de fornicatione accuſat. Ego vero exiſtimo, oſcula verba, tactus obſcœnus & impudicos, qui antecedunt, conſequuntur, vel comitantur turpem congreſſum, numero non diſtingui: quoniam ſunt partes ipſius cõcubitus, initia complementa, vel cauſæ, vt vulnerare, & occidere idem peccatum ſunt, quando vulnus eſt cauſa necis, vnde ſatis eſt fateri illum à te fuiſſe peremptum. Similiter ſi te obieciſti periculo adulterij, illud commiſiſti, ſatis eſt adulterium fateri, quia periculum eſt cauſa adulterij. Vnde recte Bart. Io. Andr. & alij, quos citat, & ſequitur Nau.ca.6. num.17. & 18. cap. conſideret in prin. de pœnit.d.5.n.46.& ſeqq. dixere, qui per totam noctem cum pluribus ludit cõtra legem, ſemel tantum luſiſſe videri. Et qui contra legem vetantem, ne quis ſecum ducat plures tribus famulis, ſi ducat.20. perinde eſt ac ſi tantum.4. ſecum duceret. Si quis etiam tribus vulnerib. continenter inflictis clericum percutiat, in vnã dũtaxat excommunicationem incurrit.

Præterea ſiquis rem alienam ſurripiat, quã cum in domũ ſuam deferret, furatus eſt alius, & ipſe recuperat, vnicum furtum iudicatur. Et in c.cum pro cauſa de ſent. excomm. tanquam certum ponitur, in vnam tantum excommunicationem eum incurriſſe, qui clericum in dormitorio verberauit, & verberando traxit per clauſtrum: ergo peccata exteriora numero non multiplicantur, ſi continenter repetantur, quando ſunt initia, complementa, cauſæ vel partes alicuius alterius peccati, in quo connectuntur vel terminantur. Hæc Azor ibi, & docte.

Digitized by Google

SECTIO. IX.

Vtr. malus finis aggrauet peccatum?

92 *Vide tom.1. tract.7.diſ. 3.ſect.7.& ſeqq. Nota.1.* CERTVM eſt, quando actui alioqui malo adiungitur malus finis, talem finem conferre aliquã malitiam, & quanto finis eſt deterior, conferre maiorem malitiam, vt omnes docent cũ D.Tho.ar.6. Aduertendũ eſt tamen in eo euentu malitiam ſumptam ex obiecto, minorem eſſe, quam ſi ipſum propter ſe amaretur: nam quod propter ſe amatur, magis communicat ſuam malitiã, quam ſi amaretur propter aliud: eo quod excellẽtiori modo voluntarium eſt. *Not.2.* Aduerten.2. cum Zumel ar.6.dub.2. quanto ob maius bonum propriũ, vel alienum quis eligit malum medium, tanto minus eſſe peccatum, tantamque poſſe eſſe cauſam motiuam, vt excuſet à mortali, vel veniali etiam, quando medium non eſt intrinſece malum, nam cum quis ob defenſionem vitæ alium interficit cum debito moderamine, omnino excuſatur à culpa: ſimiliter qui furatur ob extremam neceſſitatem. *Not.3.* Aduerten.3. quando nulla exiſtente, vel præcedente formali intentione finis eligitur mediũ aliquod vt conducens ad eiuſmodi finem, electionem forte eſſe minus malam, quàm ſi finis eſſet formaliter intentus, quia finis maiorem malitiã videtur communicare cum eſt intentus formaliter, quàm cum ſolum virtualiter, ſed hic exceſſus modicus eſt, ideo non eſt neceſſario confitendus, ſicut nec in euentu primæ annotationis. *Not.4.* §4. Aduertendũ cum Zumel illo dubi.2. eum, qui furatus eſt ob homicidium, ſatisfacere confitendo ſe furatũ eſſe, & homicidã fuiſſe, quia ſic explicat vtramque malitiã, & vtrumque opus prohibitum, vnde non eſt neceſſe dicere furtum ordinatũ fuiſſe ad homicidium. *Not.5.* § 5. Aduerte cum Medina eodem artic. & Zumel ſupra, magis peccare eum, qui ex odio aliquem interficit, quam qui ob furtum, nam qui occidit ex odio, minus ſibi bonum intendit, & odium directe, & maxime aduerſatur amicitiæ, & charitati eſtque grauius furto, & ita maiorem malitiã cõmunicat homicidio, occidere autẽ ex paſſione ſeu in vindictam minus graue eſt quam ob furtum, quia maior eſt cauſa occidendi quando viget paſſio, & repræſentatur bonũ vindictæ, quam cum ſolum intenditur furtũ. Præterea in 1. euentu vnica tantum eſt malitia homicidij. In 2. vero accedit malitia furti ad malitiam homicidij.

93 *Quæſtio.* § Sed quid ſi homicidium iudicaretur medium hic, & nunc neceſſarium ad furtum, haberet ne tunc propriã malitiam? Videtur non habiturum, quia ſuppoſita intentione illius finis, & iudicio de neceſſitate talis medij ad eum finem, electio homicidij eſſet neceſſaria: ergo non haberet propriam libertatem, ac proinde nec propriam malitiam. Reſpondetur, quoſdam probabiliter ſatis tenere, intentionem finis non neceſſitare ad electionem medij, etiam ſi neceſſariũ iudicetur ad talem finem, ſaltem quando in medio cernitur aliquid mali naturalis, vel moralis, ſed poſſe tunc volũtatem ceſſare ab electione medij, ſiue ſtatim neceſſe ſit ſuſpendere intentionem finis (ſuppoſito quod non eligatur medium) ſiue non: tenendo tamẽ ex illa intentione cum illo iudicio neceſſario ſequi electionem medij. Reſpondet Zumel ſupra, ad bonitatem, & malitiam, meritum, & demeritum ſatis eſſe voluntarium in cauſa actualiter præſenti, & libera ſecundum ſe: ſecus, ſi cauſa tunc non eſſet, ſed antea fuiſſet, vt in peccatis ebriorum, & amentiũ. Quæ ſolutio difficilis eſt, quia vbi non eſt noua libertas, non videtur eſſe noua bonitas, vel malitia, meritum, vel demeritum. Id vero certũ puto in illa electione, quia minor eſt libertas, peccatum fore minus. Item ſi illa electio fuit intenta vel præuiſa aut præuideri potuit, & debuit in cauſa tunc imputatam eſſe ad culpam homicidij, & quando in ſe ipſa ſequitur, dici malam malitia homicidij ſaltim extrinſeca denominatione à malitia, quæ fuit in intẽtione. Quando autem homicidium non eſt neceſſarium, ſed tantum vtile ad furtum ex intentione furti minuitur eius malitia (vt ait Zumel, quia finis ille, & eius intentio minuunt maxime libertatem ad homicidium, impellendo ad illud.

§ Sed an finis aggrauet malitiam actus interni, tanquam eius circun- 94 *Quæſtio.*
ſtantia: Caiet.q.18. ar.4. putat, finem eſſe quidem circunſtantiam reſpectu actus externi ſecundum ſe, non tamen reſpectu actus interni, neque reſpectu externi, vt eſt ſub interno, quæ doctrina videtur ſumpta ex D. Tho.q.18. art.6. in corpore, vbi ait, cum quis occidit ob furtum, eſſe circunſtantiam reſpectu actus externi ſecundũ ſe, nõ vero vt eſt ſub actu interno: ſic enim eſt obiectum formale ſpecificãs. Ratio eſſe videtur, quia actus non ſolum reſpicit eſſentialiter obiectũ materiale, ſed etiã formale, ſeu finem, ob quem attingit ipſum materiale obiectum. Vnde eodem artic. ad 2. loquens D.Tho. de obiecto, quod ordinatur in vlteriorem finem, inquit, licet actui externo contingat ordinari in vlteriorem finem, non tamen accidit actui interno. & ad. 3. ait, quando plures actus diuerſi ſpecie ordinantur ad vnum finem, ibi eſt diuerſitas in actib. externis, ſed vnitas in interno, qui ſpeciẽ ſumit à fine, & forte idem vult. D.Tho.q.13. ar.1. dicens,

Digitized by Google

dicens, quãdo quis fortiter agit propter Deũ, illum actum materialiter eſſe fortitudinis: formaliter vero charitatis.

95 Propter quæ Zumel, ar. 7. d. 2. certum putat Caietani ſententiam eſſe D.Tho. & probabiliorem opinione Soti, & Medi. quæſt.18. in pleriſque art. aſſerentium finem eſſe circunſtantiam etiam reſpectu actus inerui: neque poſſe dari circunſtantiam actus externi, quæ non ſit etiam circunſtantia interni, ſed tractatu de bonitate oſtẽdimus, neutram opinionem eſſe generatim veram, opinionemque Caiet. & Zumelis veram eſſe, loquẽdo tãtum de fine intrinſeco. Soti vero, & Medinæ de fine tãtum extrinſeco qualis eſt ille, quem per actum reflexum apponimus electioni medij, vt cũ quis eligit habere actum internũ miſericordiæ iuſtitię &c. ob gloriã Dei, tunc enim gloria Dei eſt finis extrinſecus, & accidentalis reſpectu actus miſericordiæ, &c. qui actus ſuos habent proprios fines intrinſecos, qui non ſunt eorum circunſtantiæ: ſicut nec gloria Dei eſt circunſtantia reſpectu actus charitatis, quo vel ipſa intenditur, vel actus miſericordiæ internus eligitur propter illam.

96 Et argumenta, quæ contra ſententiam Soti & Medinæ ſic intellectam facit Zumel, nullius momenti ſunt. Primum enim eſt, quia ſpecies moralis, quæ ſumitur ex fine, eſt formalior, & principalior, vt etiam aduerſarij fatentur: ergo forma talis actus eſt finis: à forma autem ſumitur ſpecies eſſentialis: ergo ſpecies ſumpta ex fine, eſt eſſentialis, & ita finis non eſt circunſtantia talis actus. Confir. quia ratio formalis volendi medium eſt finis: ergo finis eſt forma, quæ conſtituit obiectum volitum, vt ſic; ac proinde tribuit eſſentialem ſpeciem illi actui. Secundum eſt, quia obiectum actus externi non adæquat obiectum actus interni, alioqui tota malitia actus interni in externo explicaretur: ergo iſti actus habẽt diuerſa obiecta, quia nimirum obiectum actus interni eſt obiectum ipſius actus externi, & inſuper finis: ergo finis non eſt circunſtantia actus interni, quia obiectum alicuius actus non eſt circunſtantia ipſius. Tertium, quia quando obiectum actus interni eſt bonum, & eſt malus finis, actus internus eſt malus ex ſolo fine: ergo ſumit ſpeciem eſſentialem ex finẽ, quia vt ait D.Tho. q.18. ar.5. bonum, & malum ſunt differentiæ per ſe humanorum actuum, id eſt eſſentiales, vnde ibi, ad.4. ait differentiam, quæ mutat actum de bono in malum, eſſe ſubſtantialem, & eſſentialem. Confir. quia ſi actus ille ſumeret ſpeciem ex ſolo obiecto: ergo ſi obiectum eſſet bonum, & finis mal⁹, ipſe actus haberet bonitatem ex obiecto, & ſic eſſet ſimul bonus & malus, & eliceretur à virtute, & vitio: quod eſt abſurdum.

Ad. 1. Reſpond. quando finis eſt intrinſecus etiã eſt veluti forma intrinſeca, ideo ſpecies, quæ ab illo ſumitur, eſt eſſentialis: quando vero finis eſt extrinſecus, etiam eſt forma extrinſeca, ideo ſpeciees, quæ ex illo ſumitur eſt accidentalis: quæ tamen eſſet poteſt principalior in eſſe moris, quia interdum maior bonitas, vel malitia ſumitur ex circunſtantia, quam ex obiecto, vt quãdo actum internum miſericordiæ eligo propter gloriam Dei, vel actum internum crudelitatis ob cultum dæmonum. ¶ Ad confirmationem reſpondetur omnem finem eſſe rationem formalem volendi media, & ideo dare ſpeciem eſſentialẽ volitioni mediorum, non vero ipſis medijs, & ob id quando actus internus comparatur, vt medium ad aliquem finem, non capit ab illo ſpeciem eſſentialem, ſed accidentalem ac proinde finis tunc eſt eius circunſtantia. 97

¶ Ad ſecundum Reſpond. etiam procedere de fine intrinſeco, qui eſt obiectum formale actus interni: finis autem extrinſecus neque eſt obiectum materiale, neq. formale actus interni, & ideo non tribuit illi eſſentialem ſpeciem. ¶ Ad tertium concedo, etiam quando actus eſt bonus ex obiecto, & malus ex fine intrinſeco, ex eo fine ſumi eſſentialem ſpeciem, ſi vero finis ſit extrinſecus, vt cum ex affectu variæ gloriæ volo elicere actum bonum ex obiecto, & fine intrinſeco. Tunc finis extrinſecus dat ſpeciem accidentalem actui conſiderato in eſſe naturæ, licet ſit eſſentialis illi conſiderato in eſſe moris, quia per illam ſolam conſtituitur in eſſe moris, ſicut albedo eſt eſſentialis corpori in eſſe qualis, ſi corpus nullã aliã qualitatẽ habeat: ſimpliciter tamen eſt ei accidentalis, & hoc modo intelligendũ eſt, quod dixit *D.*Tho. bonum & malum eſſe per ſe differẽtias humanorum actuum, & differentiam, quæ transfert actum de bono in malum, eſſe eſſentialem. ¶ Ad confirmationẽ Reſpond. quando actus eſt bonus ex obiecto, & fine intrinſeco, malus vero ex fine extrinſeco, forte eſse ſimul bonum & malum ſecũdum diuerſas rationes, licet ſimpliciter ſit malus: & forte ob id non eliciatur à virtute, ſed à vitio. Probabilius tamen eſt, ſolum eſse malum, & à ſolo vitio elici, vt tractatu de bonitate, & malitia dictum eſt.

Finis ergo extrinſecus eſt circũſtantia actus interni, vt fatetur Caietan. illo a.6. & tandem Zumel ſupra ante ſecundam concluſionem, ſed male explicat dicens, eſse circunſtantiam actus interni, quando volumus obiectum, & finem diſtinctis actibus, vt ſi prius velit quis fornicari abſolute, & poſtea p aliũ referat fornicationem ad furtum velle enim obiectum, & finem diſtinctis actib. non ſufficit, vt 98

cit, vt finis ſit circunſtantia actus interni: ſi enim quis prius velit fornicationem propter ſe, & poſtea ob furtum, finis hic non pertinet ad priorem actum: poſterioris vero eſt formale obiectum: ergo nullius illorum eſt circunſtantia, ſecus autem ſi poſtquam quis intendit fornicationem, eam intentionem referat ad furtum, tunc enim furtum erit circũſtantia illius intentionis. Iam vero explicuimus, finem eſſe circunſtantiam actus interni, quando comparatur ad actum internum vt ad medium.

99 Argumenta autem Scoti & Medinæ quibus probare intendunt, quoties finis eſt circunſtantia actus externi eſſe quoque interni, facile confutantur, ſi aduertamus, actum internum, & externum, licet eandem malitiam habeant, tamẽ cum in eſſe naturæ ſint diuerſi, poſſe aliquid eſſe eſſentiale vni, & nõ alteri, & ita, quod eſt circunſtantia actus externi poſſe non eſſe circunſtantiam interni, eo quod internus illud eſſentialiter reſpiciat. Vide Zumel ſupra ad argumenta.

SECTIO. X.

Vtrum aliæ circunſtantiæ à fine, aggrauent actum internum, vt eius circunſtantiæ?

100 PERSPICVVM eſt circunſtãtijs, quę remouent cauſas aliquas extenuãtes aggrauari peccatum: nam peius eſt peccare ſcienter, & ſine vllo metu, vel paſſione impellente, quã ex ignorantia, metu, vel paſſione, vt notant omnes. a. 6. Azor to. 1. lib. 4. c. 19 q. 4. Sayr. lib. 2. c. 7. nu. 8. Certum quoq. eſt crimen aggrauari ex circunſtantijs adducentibus nouam ſpeciem malitiæ, vt ſi adulterãs ſit voto caſtitatis aſtrictus, grauius peccat, quã ſi nõ eſſet: ſi occidens, ſit filius, quia tunc non ſolum occiditur proximus, quod eſt contra iuſtitiam, ſed qui genuit, inſtituit, erudiuit, & in domo ac republica occiſorem collocauit, vt ait Cicero, paradoxo. 3. quod eſt contra paternam pietatem. Azor ſupra q. 5. Sayr. nu. 13. D. Tho. hic q. 73. a. 7. vbi etiam ad. 2. & q. 77. a. 6. & q. 6. a. 7. quem citat, & ſequitur Sayr. ſup. num. 10. ait, concupiſcentiam antecedentem, quæ ſcilicet non eſt voluntaria, extenuare peccatũ: ſecus ſi ſit conſequens, ſeu voluntaria; tunc enim aggrauat, quia vltro ſe quis in eam difficultatem conijcit abſtinendi à peccato, & hoc eſt verum ſi ille euentus eſt intentus, vel ſaltem præuiſus, aut debuit, & potuit præuideri. Quamuis aliunde etiam talis concupiſcentia minuat peccatum: quia actus ratione illius eſt minus liber in ſe ipſo. De quantitate obiecti iam ſuperius diximus aggrauare peccatum, vt etiam ait Azor illa q. 5. An vero hæ circunſtantiæ aggrauent actum internum, vt eius circunſtantiæ.

Zumel hac q. 73. ar. 7. ad ſecundum. Reſpõ. vel ſermo eſt de circunſtantijs mutantibus 101
ſpeciem, vel de nõ mutantibus, ſi de priorib. *Vide tom. 1.*
licet probabile ſit, quod dicunt Sotus, & Me- *tract. 7. diſ.*
dina ſupra, eſſe circunſtantias actus interni, *3. ſect. 9.*
tamen probabilius eſt oppoſitum, quod tenet D. Tho q. 18. art. 5. ad quartum dicens, circunſtantiam quandoque ſumi, vt differentiam eſſentialem obiecti, quod oportet eſſe quandocunq. circunſtantia transfert actum de bonitate in malitiam, & ar. 10. corpore, & ad ſecundum docet, circunſtantiam manentem in in ratione circunſtantiæ, cum habeat rationẽ accidentis, non dare ſpeciem, dare tamen ſpeciem quatenus mutatur in principalem conditionem obiecti. Probat Zumel ſuam opinionem, quia circunſtantia mutans ſpeciem adducit nouam rationem conformitatis ad regulam, ergo tribuit ſpeciem eſſentialem: nam regula eſt, quæ conſtituit eſſentialiter actum in eſſe moris: ergo talis circunſtantia non eſt circunſtantia reſpectu actus interni. Confir. quia vt ait Caiet. 1. p. qu. 35. ar. 2. differentia quæ determinat formam per intrinſeca, & continetur intra eius latitudinem, eſt eſſentialis, ſed differentia ſumpta ab his circunſtantijs determinat actum humanum per aliquid illi intrinſecum, quia dicit nouam cõformitatem ad rationem: ergo eſt eſſentialis. Si vero ſermo ſit de circunſtantijs non mutantibus ſpeciem: diſtinguit Zumel, vel enim tenent ſe ex parte obiecti, vt quantitas furti, vel ex parte actus interni, vt eius intenſio: de prioribus ait, probabile eſſe non eſſe circunſtantias, ſed modos intrinſecos indiuiduales reſpectu actus interni: ſed probabilius eſſe oppoſitum. Priorem partem, probat. 1. quia videtur expreſſe *D.* Tho. q. 19. a. 2. dicentis, totam bonitatem, & malitiam actus interni pendere ex obiecto, & non ex circunſtantijs, ſed pendet ex iſtis: ergo iſtæ non ſunt circunſtantiæ, ſed obiecta ipſius, & ad. 2. & 3. ait, circunſtantias, quæ non mutant ſpeciem, habere rationem obiecti, & non accidentis ſeu circunſtantiæ in ordine ad actum internum. Partem vero poſteriorem, probat quia, licet circunſtantiæ tenentes ſe ex parte obiecti, ſint volitæ formaliter, & explicicite in ſe ipſis: non tamẽ ſunt volitæ per modum finis, nec rationis formalis obiecti, ſed conditionis adiunctæ obiecto: ergo non variant eſſentiam neque indiuiduationem actus interni, & ſic ſunt circunſtantiæ & accidentia

illius

Digitized by Google

illius neque *D.*Thomas docuit oppoſitum, ſed tantum non eſſe vere circunſtantias actus interni, cum adiunctam habeant rationem obiecti, eo quod ſunt in ſe,& formaliter volitæ, vt explicat Coor.quæſt.19.art.2.De poſterioribus autem circunſtantijs certum putat Zumel eſſe circunſtantias,& accidantia actus interoi, nam illi accidit eſſe intenſum,vel remiſſum,&c.

102 *Author.* Sed credo ſæpe numero citcndſtantias mutantes ſpeciem,eſſe vere circunſtantias actus interni:poteſt enim manens idem ſpecie, & numer. in eſſe naturæ, imo & moris variari ſecundum circunſtantias in re, vel in apprehenſione: volútas enim accedendi ad aliquá eadem ſpecie,& numero etiam in aliquo eſſe moris,ſcilicet luxuriæ,eſſe poteſt facta variatione in re, vel in cognitione ſecundum circunſtantias coniugij, &c. quod tunc ſaltem accidit quando circunſtantiæ cognitæ ſunt in obiecto:non tamen volitæ formaliter & explicite in ſe ipſis,& D.Th. ſolum voluit, reſpectu alicuius eſſe moralis,nempe ſpeciei, quam conſtituunt,non eſſe circũſtantias, ſed differentias eſſentiales,& ſpecificas, & à fortioti circunſtantię obiecti non variantes ſpeciem, erunt circunſtantiæ reſpectu actus interni, ſeu quando non fuerint explicite volitæ, vt cum volo furari præſentem pecuniam, non volendo formaliter furari decem, vel viginti. Si autem decem, vel 20.fuerint formaliter volita,puto actus internos differre ſpecie in eſſe naturæ,ſed de hac re fuſius tract.7. de bonitate & malitia.

SECTIO. XI.

An circunſtantia mutans ſpeciem peccati relinquat in illo illam ſpeciẽ malitiæ,quam ſecluſa circunſtantia haberet.

103 *Vide tom.1. tra t.7. diſ. 3.ſect.5. Herrer. 2. diſpu.32.q. 9.& 10.*

CONRA. in hac quæſt.73.ar.7.negatiuam partem docet ideoque ait cum quis accedit ad coniugatam non eſſe ibi duas ſpecies,alterá ſimplicis fornicationis cõtra temperantiá alteram adulterij contra iuſtitiam, ſed vnicá tantum, et ſimiliter ſi accedat ad monialem, ibi eſſe vnicam ſpeciem ſacrilegij. Sed hæc opinio caret fundamento, & late reiecta eſt tractat. de bonitate, & malitia. Zumel eandem impugnat hic ar.7.diſp.1.ſuppoſitione. 1. & diſp.2.in appendice.Solum nota, falſum etiam eſſe,quod hic ait Medina art.7. in adulterio eſſe quandam ſpeciem luxuriæ diſtinctam à ſimplici fornicatione. ita coniunctam cum ſpecie iniuſtitiæ,vt nõ poſſit niſi per ipſam explicari,ſicut oec ſpecies ſimplicis fornicatioois poteſt explicari ſine iniuſtitia in prolé, & ſimiliter putat io raptu fœminæ,ſeu violenta oppreſſione,inueniri ſpeciem luxuriæ diſtinctam à ſimplici fornicatione,vel ſtupro,& ab ſpecie ioiuſtitiæ,& in furto ſacrilego præter ſpeciem ſacrilegij,& ſimplicis furti eſſe aliam ſpeciem furti ſacrilegi. Pro quo citat D.Tho. de malo quæſt.2. ar. 6. aſſerentem, ſacrilegium eſſe ſpeciem furti,licet 2.2.nec ſacrilegium ponat ſpeciem furti, nec èc0ntra ac proinde tenere videatur has ſpecies habere ſe accidentaliter, nullumq. furtum eſſe eſſentialiter ſacrilegium,vel èc0ntra.Sed certe Medin. ſine fundamento multiplicat ſpecies: nam in adulterio præter malitiam ſimplicis fornicationis nulla poteſt intelligi malitia niſi iniuſtitiæ ratione fidei violatæ.idem eſt in violenta oppreſſione fœminæ:ſimiliterq. infurto ſacrilego præter malitiam ſimplicis furti intelligi nequit alia malitia præter malitiam ſacrilegij ſimplicis,quæ malitiæ accidentaliter cõiunguntur.Et quando D.Tho.2.2.q. 154.ar.1.ad.2. & ar.8.adulterium vocat ſpeciẽ luxuriæ,loquitur de ſpecie accidentali idem eſt de raptu,quando dicit eſſe ſpeciem luxuriæ. Quod vero dicebat Medina,ſimplici fornicationi ſemper adiunctam eſſe iniuſtitiam contra prolem,reiectum eſt ſect.2. ad.2.

SECTIO. XII.

Vtrum malitia ſumpta ex obiecto grauior fiat ex circunſtantia aſſerente nouam ſpeciem.

PARTEM affirmatiuam late docui tract. de bonitate, &c.& Zumel hic arti.7. d.1.ex *D.*Tho.2.2.q. 154.ar.6.ad.3.& ar.7.ad.2. cuius ratio eſt,quia voluntas, quæ oblata malitia ſacrilegij v.g.non abſtineat à furto,liberius furatur; cum habeat peculiare motiuum non furandi: ergo magis peccat peccato furti. Eodem ſpectat,quod dicunt Zumel, & alij tunc peccatum furti grauius eſſe, quia eſt magis voluntarium:appellant enim magis voluntarium, quod eſt magis liberum;non quod intenſios eſt amatum, nam in eo euentu furtum remiſſius amari ſolet. Eadem ratione, quodcunque peccatum in loco ſacro ſcienter commiſſum eſt grauius intra ſuam ſpeciem,ſi cætera ſint paria, vt bena Zumel ſupra ad.2.& Herrera.2.diſput.32. quæſt.9. ad. 2. 104 *Vide tom 1. tract.7.diſ. 3.ſect.6. Herrer. 2. diſp. 32.q.9*

quia

quia cum locus ſacer ſit peculiariter deputatus diuino honori peculiariter mouet ad abſtinendũ à qualibet offenſa Dei: vnde, qui ex reuerentia loci ſacri non retrahitur à peccato, liberius ac proinde grauius peccat, licet peccata, quæ ſanctitati loci non contrariantur directe: de quibus D. Thom. 2.2. quæſt. 99. ſpecialem malitiam non habeant ex eo quod in loco ſacro fiant, vt docet Zumel ſupr. cum Caietan. & alijs quæſt. 7. & 18. eſſe vero intra propriam ſpeciem grauiora colligitur ex verbis Chriſti domus mea, domus orationis vocabitur, vos autem feciſtis eam ſpelũcam latronum, & ex concil. Lugdunenſi, cap. decet domum de immunitate Eccleſiæ in 6. Hæc dicta ſint de alijs circunſtantijs à fine, nam de circũſtantia finis potius extenuare malitiam ſumptam ex obiecto recte docet Zumel ibi concl. 1. a. 6. & nos docuimus ſuperius.

SECTIO. XIII.

Vtrum aliquæ circunſtantiæ malitiã conferant ſolo numero, vel ſola ſpecie partiali diſtinctam.

105 CONRAD. quæſt. 18. art. 4. & 11. & quæſt. 72. art. 9. & 73. art. 7. tenet, corruptiones diuerſarum circunſtantiarum aliquando differre inter ſe ſola ſpecie partiali, & incõpleta malitiæ, quoniam conſtituunt vnam ſpeciem totalẽ, & integram ob vnitatem motiui, vt in prodigalitate, ſi ex eodem motiuo det, qui debet non dare, & cui & quando, & quomodo, & quantum debet non dare, & in gula, ſi comedat quantum, quando, & quomodo non oportet. Suadetur ex D. Tho. quæſt. 73. art. 7. docente in illo caſu prodigalitatis multiplicius hominem peccare, quam ſi ſolum daret cui non oportet: multiplicius autem peccare eſt multas ſpecies malitiæ eudem actu contrahere: ergo: &c. & alioqui eodem modo aggrauarent iſtæ circunſtantiæ, quo maior intenſio, duratio, libertas aliæque nõ mutantes ſpeciem, & non magis differrẽt malitiæ ortæ ex his circunſtantijs, quam ortæ ex intenſione, extenſione, &c. quod per ſe videtur falſum, &c. Confirm. 1. quia corruptiones illarum circunſtantiarum priuant diuerſa rectitudine, ſeu conformatione ad diuerſa præcepta: eſt enim vnum præceptum prohibens dare cui non oportet: aliud vero quãdo non oportet, &c. ergo differunt ſpecie in malitia, nam malitia conſiſtit in priuatione conformitatis ad præceptum. Quod vero iſtæ ſpecies incompletæ, quando habent idẽ motiuum, vnam ſpeciem completam conſtituant, Prob. ex D. Tho. quæſt. 72. artic. 9. & 2. 2. quæſt. 48. artic. 4. ad primum docente, quando corruptiones diuerſarum circunſtantiarum habent idem motiuum, peccata non differre ſpecie, ſcilicet completa. Confirm. 2. ex D. Thom. 2. d. 36. artic. 5. & 2. 2. quæſt. 18. artic. 4. vbi ait, in actione humana quatuor bonitates poſſe conſiderari vnam ſecundum genus, prout, ſcilicet actio eſt, quia quantum de actione, & entitate habet, tantũ habet de bonitate, aliam ſecundum ſpeciem, quæ accipitur ſecundum obiectum cõueniẽs. Tertiam ſecundum circunſtantias, quaſi ſecũdum quædam accidentia. Quarta ſecundum finẽ. Scot. etiã 2. d. 4. q. vnic. & quodl. 18. ar. 1. in actu bono ponit plures bonitates conſtituentes vnam integram bonitatẽ, ſicut pulchritudo ex multis cõſtat (quo exemplo vtitur etiã D. Thom. hac qu. 73. ar. 2) ergo ſimiliter in actu malo ſunt plures malitiæ diſtinctæ ſpecie partiali conſtituentes vnam totalem. Zumel autẽ hæc q. 73. a. 7. appẽdice ad. 1. diſp. ait in eo euentu vnicã ſimplicẽ, & indiuiſibilem malitiã eſſe. Probat. 1. quia bonitas moralis, quæ reſultat ex omnib. ad eã requiſitis, eſt vnica ſimplex, & omnino indiuiſibilis. Nã in omnib. illis fundatur eadẽ, & indiuiſibilis relatio conformitatis ad regulã, quæ omnia illa præſcribit: ergo ſimiliter malitia reſultans ex varijs circũſtãtijs prohibitis erit vnica ſimplex, & indiuiſibilis, nimirum vnica ſimplex deformitas ad regulam in illis omnibus circũſtantijs fundata, ſicut ſecundũ probabiliorem opinionẽ pulchritudo, & turpitudo, ſanitas, & infirmitas ſunt ſimplices qualitates, quarum quælibet ex diuerſis reb. reſultat. Cõſequentia patet, tum ex paritate rationis, tum quia priuatio numeratur ex habitu: ergo ſi rectitudo eſt vnica etiam priuatio rectitudinis erit vnica.

Secũdo probat, quia malitiæ ſolo numero diſtinctæ non poſſunt in eodem actu reperiri: plura enim accidentia ſolo numero diuerſa non poſſunt eſſe ſimul in eodem ſubiecto. 106
Neque dici poteſt, differre ſpecie partiali, cur enim nõ totali, & quo pacto concurrerent ad conſtituendam. 3. & totalem ſpeciem ſaltem in ſuo ordine & cur nõ eſſent totales, licet ſimul eſſent partes alicuius. 3. ſpeciei, vt binarius, & ternarius ſunt partes, qui narij? ¶Hanc ſententiam amplectitur alius hic a. 7. eamque probat, quia ex omnib. circunſtantijs requiſitis reſultat vna relatio conformitatis: ergo vna bonitas, & ex omnibus defectibus circunſtantiarum vna relatio deformitatis: ergo vna malitia, nam in his relationibus conſiſtit

bonitas

Digitized by Google

bonitas, & malitia. Confirmat. 1. quia alias ſi prodigalitas eſſet mortale peccatum, confitendi eſſent omnes defectus circunſtantiarum. Secundo, quia malitia conſiſtit in oppoſitione cum medio virtutis, quod vnicum eſt: ergo oppoſitio eſt vnica ac proinde & malitia.

Ad teſtimonium D. Tho. dicentis, violantem plures circunſtantias multiplicius peccare. Reſpondent Zumel, & alij, nõ eſſe mentem D. Thom. in eo euentu eſſe plures malitias, ſed plures cauſas per ſe ſufficientes ad reddendum actum malum: cum tamen intenſio, extenſio, & libertas maior, niſi aliud adiungas, non ſufficit ad malitiam actus, id circo hæ circunſtantiæ aliter aggrauant, quam illæ.

107 Mihi certum videtur inprimis in eo euentu plures eſſe malitias, cum ſint adinuicem ſeparabiles, quarum vna ſine alia produci, & conſeruari poteſt. ¶ Secundo non conſtituere vnam integram malitiam ob vnitatem motiui, quia malitia non ſpecificatur, nec indiuiduatur complete, vel incomplete ex motiuo, quocunque enim motiuo det aliquis cui non oportet, &c. vel aliquem occidat eadem ratio ſpecifica, & indiuidualis manet prodigalitatis, vel homicidij ¶ Tertio mihi eſt valde probabile in illo euentu prodigalitatis, &c. corruptiones diuerſarum circunſtantiarum afferre diuerſas malitias ſolo numero diſtinctas, quia omnes illi defectus videntur habere eundem modum diſſonantiæ cum natura rationali, cui ſolum videntur diſſonare, quatenus deſtruunt medium ſeu modum ipſi conſentaneum in ea materia ac proinde præcepta, quæ violantur, videntur eiuſdem rationis ex parte obiecti, & conſequenter non eſt vnde ſumatur ſpecifica diſtinctio malitiæ. ¶ Quarto tñ mihi eſt probabilius, illas malitias differre ſpecie, quod aperte ſignificat D.Tho. artic.7. dicens, aliquando circunſtantiæ non aggrauant peccatum, quaſi trahentes in aliud genus peccati, ſed ſolum, quia multiplicãt rationem peccati, vt ſi prodigus det, quando non debet, & cui non debet, multiplicius peccat eodem genere peccati, quam ſi ſolum det cui non debet, &c. multiplicare autem rationem peccati in communi modo loquendi non eſt multiplicare cauſam peccati, ſed rationem formalem ipſius, vt ibi interpretatur Contra. ergo, &c. & ideo infert D.Tho. illum grauius peccare, quod non recte inferret ſi per rationem intelligeret cauſam, nam eiuſdem effectus, & in eodem gradu poſſunt eſſe plures cauſæ. Deinde ſicut non ſatis proprie diceretur multiplex quale, quod eandem habet qualitatem multis de cauſis, ſed, quod habet multas qualitates ſpecie diuerſas, ita non ſatis proprie diceretur quis multipliciter peccare, eo quòd habeat eandem malitiam pluribus de cauſis, ſed quia habet plures malitias ſpecie diuerſas.

Auctor.

Secundo probatur ratione, quia diuerſa ratio diſſonantiæ ad rationem ſeu naturam 108
rationalem eſt, ſi quis det alteri id, quod ſibi eſt neceſſarium, & ſi det non indigenti, nec amico, nec bene vſuro, &c. ergo corruptio harum circunſtantiarum eſt diuerſa ſpecie: cuius indicium eſt, quod ſi eſſet prohibita grauiter, etiam in opinione aſſerente, circunſtantias notabiliter aggrauantes, ſi nõ mutent ſpeciem, non eſſe neceſſario cõfitendas, videretur neceſſario explicanda in cõfeſſione. Confirm. nam qui violat ieiunium anticipando horam, & veſcendo lacticinijs, incurrit malitias ſpecie diuerſas neceſſario confitendas. Et ſimiliter, qui fornicatur quãdo timeri poteſt infectio prolis ex mẽſtruis p lepram: ergo ſimiliter corruptiones diuerſarum circunſtantiarum in materia prodigalitatis, vel gulæ differunt ſpecie in malitia. Confirm. 2. nam comedere præpropere, lacte, nimis auide, ſtudioſe non eodem modo diſſonant rationi nec naturæ rationali: ergo conſtituunt diuerſas ſpecies gulæ, & ſic eas appellat D Tho. 2.2. quæſt.148. ar.4. vbi adducit Gregorium, & Iſidorum, qui has quoque ſpecies ſeu modos gulæ diſtinguunt. Verũ eſt D.Th. hoc loco præcipue loqui de ſpecie poſitiua peccati, vt expoſuimus d.2. ſect.2. alias falſo diceret, has ſpecies ex motiuis diſtingui, cum ergo D. Th. in hac qu.a.7. loquens de prodigalitate ait, illas circunſtantias nõ trahere in aliud genus peccati, non vult nõ conferre nouã ſpeciem, ſed illam pertinere ad idem genus proximũ, quia ſpectat ad eundem habitum vitioſum.

Per hæc patet ad fundamentum primæ opi 109
nionis, & ad primam eius confirm. Ad 2. vero, Reſpõ. non eſſe demente D.Tho. quod in quolibet actu bono ſint plures bonitates morales, vna ab obiecto, alia à fine, alia ab alijs circunſtantijs, nam interdum finis eſt idem cum obiecto, & vnicam tribuit bonitatẽ nullaq. circunſtantia tribuit ſpecialem bonitatem, niſi habeat rationem finis. Sed ſenſus eſt, omnes illas bonitates in eodem actu reperiri poſſe, vel nullum actum eſſe bonum, qui non habeat bonum obiectum, & bonum finem, bonaſq. circunſtantias, ſaltem quatenus ſunt boni obiecti, & finis. Scotus vero vult ad bonitatem actus requiri bonitatem obiecti, & finis, cum carentia omnis malæ circunſtantiæ, non tamen, quod habeat intrinſice plures bonitates morales, idque declarat exemplo de pulchritudine, hæc enim non ſemper componitur ex varijs pulchritudinibus, ſed ex varijs

ijs requiſitis ad illa, licet autem vna ſit bonitas in actu bono conſtans ex multis ad eam requiſitis, tamen malitia actus oppoſiti poteſt eſſe multiplex, quia defectus cuiuslibet requiſiti ſufficit, vt actus ſit malus.

110 Ex quo patet ad 1. Zumelis pro 2. opinione Reſpond enim ſicut pulchritudo, & ſanitas eſt qualitas indiuiſibilis in plures: diuiſibilis tamē in plura entia, ita dicendum eſt de bonitate: ſicut tamen dantur plures turpitudines, & ægritudines oppoſitæ eidem ſanitati, ita in actu malo habente oppoſitionem cum aliquo actu ſtudioſo, poſſunt dari plures malitiæ morales ſpecie diuerſæ ex corruptione variarum circunſtantiarum; cum malum ſit ex quocunq. defectu.

Vide Herr. 2. diſp. 32. qu. 4. qui ait has malitias ſolo numero differre.

Ad 2. concedo illas malitias differre ſpecie, licet non eo quod plura accidentia ſolo numero diuerſa nequeant eſſe ſimul: nam id ſaltem in moralibus, & negationibus falſum eſt, qui enim ſimul vult occidere duos homines, vel committere duo adulteria, vel ſi eſt coniugatus habere rem cum aliena vxore, ſimul habet duas malitias ſolo numero diuerſas, & ſimiliter ait Vazq. ſupra, quando quis fornicando, alium ſuo exemplo ad fornicationem mouet, ibi eſſe duas malitias eiuſdem ſpeciei, & cum quis in die ieiunij horam anticipat, & carnibus veſcitur, ſed in his exemplis communiter dicitur, malitias ſpecie differre, & de priori conſtabit ſect. 15. & in naturalibus forte etiam accidentia poſitiua aliqua ſolo numero diuerſa poſſūt ſimul eſſe in eodem ſubiecto, vt plures paternitates, vel viſiones, &c. Concedo etiam, illas malitias ſpecie diſtinctas non conſtituere vnam totalem ſpeciem, vt putat Contra.

111 Ad argum. alterius recentiori nego bonitatem, & malitiam conſiſtere formaliter in relatione, & licet cōcederetur, poſſet dici, ex defectibus plurium circunſtantiarum reſultare diuerſas relationes difformitatis, ſicut quidam dicunt, ſimilitudines duorum in albedine differre ſpecie à ſimilitudinibus eorum in figura: & quamlibet relationem difformitatis ad rationem ſufficere ad malitiā, licet ad bonitatem non ſufficiat quælibet cōformitas, ſed requiratur carentia omnis difformitatis. ¶ Ad 1. confirmationem Reſpon. concedendo, ſi defectus omnium circunſtantiarum prodigalitatis eſſent graues, neceſſario confitendos eſſe, vt mutantes ſpeciem malitiæ. ¶ Ad ſecundam Reſpondetur ab eodem medio virtutis poſſe recedi varijs modis ſpecie diſtinctis ſecundum malitiam, vt qñ à medio liberalitatis recedit prodigalitas, & auaritia, ſic etiam eodem actu, prodigalitatis poteſt recedi à liberalitate diuerſis modis diſtinctis ſpecie in malitia.

SECTIO. XVII.

Vtrum damna, & euentus aliequi illiciti, ſi conſequantur ex peccato, imputentur ad culpam.

112 QVidam ex recentioribus refert opinionem aſſerentem, ſemper huiuſmodi damna, et euentus im putari ad culpam. Quam tribuit Alenſi. 2. p. q. 112. men. b. 9. q. 53. membr. 2. Dur. 2. d. 22. q. 4. num. 6. Maiſ. 2. q. 15. artic 2. concl. 3. Henri. quodlib. 3. q. 16. Syluestro verbo ebrietas q. 4. D. Th. 1. et q. 76. a. 4. ad. 4. (Conrad. ibi) et 2. 2. q. 150. artic. 4. in corpore et ad primum. Nyſſeno. 5. Phil. cap. 2. Damaſceno. 2. fidei ca. 24. Auerroi. et Euſtratio. 3. Ethic. cap. 1. à qua ſententia ait iunior ille, non longe abeſſe Ariſt. eodem lib. cap. 1. et. 5. et. 1. Mag. mor. c. 34. eidemque fauere Gab. 4. d. 15. q. 14. dū ait, quoties homo dat operam illicitis, in putari dam num ad reſtitutionem, etiam ſi caſu eueniant ſed de reſtitutione diuerſa ratio eſt: ſæpe enim euentus ſecundum D. imputatur ad reſtitutionem, et non ad culpam, vt patet de damnis, quæ ex homicidio, vel alia iniuſta actione prodeunt: quæ non ſunt intenta, nec praui ſa, nec prauideri potuere. Reliqui vero authores adducti ab illo iuniore. licet interdū abſolute, & ſine diſtinctione dicant, dāna cōſecuta ex ebrietate, vel ſimilibus peccatis, imputari ad culpam, intelligēdi ſunt iuxta regulas Theologicas poſtea aſſignandas: nam ſic ipſi ſe explicant ibi aut alibi & ſicut ille recoltericus. Ariſt. interpretatus eſt, potuiſſet reliquos interpretari.

Vide diſp. 2 ſect. 9.

Quidquid autem ſit de illis, vera ſententia 113 eſt, non ſemper huiuſmodi euentus imputari ad culpam. Bonauen. 2. d. 22. art. 2 q. 3. ad vltimū Palud. 4. d. 32. q. 1. a. 3. num. 13. poſt medium, Maior d. 17. q. 2. alias. 8. Caiet. 2. 2. q. 150. art. 4. Caſtro. 2. de leg pœnali ca. 14. poſt primam concluſionem principalem Couar. Clem. ſi furioſus parte. 3. initio. nu. 3. & 4 Corduba lib. 2. quaſt. 18. Arboreus. 10. Theoſophiæ cap. 3. Nauarr, cap. 27. num 230. Vazq. diſp. 127. cap. 2. D. Tho. q. 20. art. 5. & q. 73. art. 8. Conrad. Zumel, Valentia eiſdem locis, Azor to. 1. lib. 4. c. 20. q. 1. Herrera. 2. diſp. 31 quaſt. 11. Idem tenent Patres qui inceſtum Loth, putant non fuiſſe ei culpā, licet peccauerit ſe inebriād o; Orig. hom. 5. in Gen. Chryſ. hom. 44. Theodoretus quaſt. 67. Irenæus. 4. contra hæreſes capi. 51. Auguſt. 21. contra Fauſtum cap. 44. imo Orig. Chryſ. & Theod. filias Loth ab inceſtu excuſant, de quo aliquid in materia de matrimonio circa impedimētū conſanguinitatis, videndi ſunt

ſunt Peretius, Ferus, Abulenſ. Geneſ.19. Bene etiam Vazq. illo cap.2. impugnat Lyram Geneſ.19. aſſerentem cum Rabbinis, Loth, quando cum filiabus rem habuit, contraxiſſe nouam culpam luxuriæ, licet non inceſtus, quia cognouit ſe accedere ad mulieres non ſuas, licet nõ ad filias. Contra quod eſt, quia S. ſcriptura expreſſe notauit Loth, non cognouiſſe ſe habere rem cum muliere, quando accubuit nec quando ſurrexit, & licet ſentiret ſe accedere ad mulierẽ, non imputaretur, quia conitio illa non erat humana, nec ſufficiens ad libertatem, ſed quaſi bruti, vt in alijs ebrijs, & forte putauit, ſe accedere ad propriam vxorẽ.

114 Notat autem Caietan. 2.2. ſupr. Zumel hic art.8. dub.1. ex D.Tho. eodem art. & quæſt. 20. ar 5. euentus, quæ frequenter inebrietate accidunt, imputari ad culpam, quia per debitam diligentiam præuideri potuerunt, & impediri debuerunt: eos vero, qui raro accidunt, non imputari ſi nõ fuere intenti. Nam circa ea, quæ raro accidunt, non debet humana prouidentia verſari. Sed vt bene Vazq. diſput. citata cap. 5. docet, etiam ſi euentus ſoleant eſſe frequentes ei, qui inebriatur, ſi tamen ille nullam habet prorſus rationem dubitandi, aut cogitandi de illis, dicetur inconſiderantia naturali non cogitaſſe, & ideo non imputabuntur, ſimiliterque ſi de illis cogitauit, ſed caute prouidit, ne ſequerentur ex ebrietate, eſto ſequantur, non imputabuntur, & vt colligitur ex D. Tho. illo art. 5. ſi euentus frequenter contingat in ebrietate, ſiue per ſe, ſiue per accidens, peculiaris cura adhibenda eſt, ne eueniat, ſi vero raro contingat, minor cura neceſſaria erit: ſi nullum periculum immineat, nulla.

115 Addit vero Caieta. ſupr. ſi is, qui antea non ſe inebriauerat, nil cogitet de euẽtib. qui alijs ebrijs frequenter accidunt. Nihilominus illi imputari, quod eſt intelligendũ, ſi debita diligentia potuit de illis cogitare, vt cõmuniter poteſt, vel q̃ſi ſaltẽ in genere cogitauit, euenire poſſe aliqua incõmoda, vt explicat Vazq. ſi tñ de illis neq. in genere cogitauit, aut debita diligentia non potuit cogitare, non imputantur. Vnde falſum eſt, quod ait Caietan. ſi nec potuit, nec debuit de illis cogitare, parũ aut nil aggrauant: debuiſſet enim dicere, nil omnino aggrauare, vt recte Vazq. nã effectus, qui nõ potuerunt præuideri, nullo modo ſunt volũtarij, ſcilicet, vt obiecta: cũ neq. in ſe neq. in cauſa ꝓxima, nec remota generaliter, aut ſpecialiter ſint cognita. Non tñ poteſt negari, quin ſint volũtarij, vt effectus à volũtate ꝓcedentes. Recte etiã Vazq. cũ Nauar. ſup. ait, multa dicta. l. facta ebriorũ alioqui contumelioſa in homines, vel in Deũ, vt piuria blaſphemias, etc. in æſtimatione hominũ non cẽſeri contumelioſa, & ideo non imputari, licet ſint præuiſa: mors tñ, & alia dãna, vt arcanorũ detectiones, imputantur, ſi fuere præuiſa, vel potuerũt ac debuerunt præuideri, quia reuera lædant, vt fornicationes, adulteria, &c. idẽ de pollutione ait quidã licet dicat, hominẽ non teneri ad impediendã pollutionẽ, quæ naturaliter fit in ſomno, videturq. de quocunq. ſomno intelligere, ſed nõ video cur ſomni etiam ſuperflui, & mali pollutiones impedire nõ teneamur, ebrietatis vero teneamur. Deinde cibi inordinati pollutiones non tenemur ſub mortali impedire iuxta cõmunem opinionẽ. Imovt reor nec ſub veniali: ergo nec pollutiones ebrietatis tenemur: tñ nullã pollutionem procurare de quo diſpu. 6.

Præterea quidam cõtendũt explicare loca Ariſt. quæ probare videntur, omnia mala inebrietate facta volũtaria eſſe, & ad culpã imputari, & ad locũ 3. ethic. c.5. dicunt, dici poſſe Ariſt. loqui ex ſententia Pitaci, qui vt patet. 2. Politicorũ c. vltimo in fine, ſeuerius iubebat puniri ebrios, quàm ſobrios alijs iniuriam irrogãtes. Reijciunt vero hanc ſolutionẽ, quia legiſlator ille non duplices pœnas, ſed vnam ſeueriorem conſtituebat, idq. ſtatuiſſe videtur, ne ciues ebrietati indulgerẽt, & non quia putaret, ebrios grauius peccare, quam ſobrios. Tertio autem et hic. cap.5. contendit Ariſt. vitia in nobis voluntaria eſſe, quod confirmat authoritate legiſlatorum, qui ea tantum puniũt, quę in nr̃a poteſtate ſunt, ideo ebrios duplici pęna puniũt, iure pręſumẽtes duplici peccato peccaſſe, ſcilicet ebrietate, & homicidio, vel adulterio, &c. itaque Ariſtot. loquitur in foro externo, qui præſumptione ducitur, in interno vero aliqua ebriorum peccata poſſunt excuſari. Quod vero ait Ariſto. 3. ethi. c.1. quæ fiunt ab ebrijs, fieri ignoranter, ſed nõ ex ignorantia, ideo non eſſe inuita, ſed inuoluntaria, facile explicatur per ea, quæ diximus tract. de volũtario, ſcilicet ignorantiã antecedentẽ cauſare inuoluntariũ, & inuitum, non vero cnmitantem, qualis ſæpe eſt inebrijs: tamen quæ illis inebrieiate cõtingunt, ſi ſunt intenta, vel præuiſa, aut præuideri debuere, & potuere, ſunt vere volũtaria, ſaltim in cauſa, ideoque ad culpam imputantur, non eſt ergo cur amplius de hoc laboremus. 116

An notare oportet, quæ in ebrietate, ſomno, vel amentia cõtingunt, nunquam imputari ad nouam culpam, vt Vazq. ſup. c.3. Zumel hic art.8. dubio.1. Adrianus quæſt.3. de Euchariſtia ad.5. Maior. 4. diſt. 9. quæſt. 2. & diſt. 17. quæſt.2. alias 8. Siluester, ebrietas nu.4. Angel. nu.3. Tabiena nu.7. D.Tho. 4. d.17. q. 2. art. 2. qu.4. ad.2. 117

Nec oppoſitum docuere Bonauent. 2. diſtinct.22. a.2. q 3. fine, aut Caſtro ſup. qui lquid

Digitized by Google

dicant Zumel ſupra,& alij.De quo Vazq.illo c.3.& d.94. cap.2. ſolum enim docuere, non eſſe proprie peccata cum fiunt:quod probabile eſſe diximus illa ſect.8.& late tractatum eſt diſp.2. ſectio.9.

SECTIO. XV.

Vtrum nocumentum, vt tribuat peccato ſpeciem, debeat eſſe per ſe volitum, vel intentum.

118 PRIMA opinio eſt Caietani, q. 72.a.9. dicentis vt nocumétum tribuat ſpeciem actui,debere eſſe directe,& per ſe intentum, licet non ſit neceſſe eſſe per ſe primo intentũ, id eſt,propter ſe volitum:vnde de opinione aſſerente,ad dandam ſpeciem accidentalem ſufficere,quod ſit implicite,& conſequenter intentum ait, *Hac via impleat contradictionem, quoniam eo ipſo, quod aliquid ſe habet conſequenter ad actum,& obiectum intentum,eſt extra latitudinem ſpecificantis, nec eſt dare ſpecies accidentales reſpectu actus interni voluntatis, quoniã à ſolo obiecto eſt eius ſpecies, quod eſt eius finis,licet ſit aliqua ſpecies principalior altera,ſicut finis eſt ſub fine, vt cum quis furatur ob machiam,vnde licet circunſtantia ſit accidens,ſi tamen ſpeciem dat,eo ipſo trãſit in ſubſtantiam, quia tranſit in obiectum:vnde eſt ſubſtantialis differentia actus,vt patet,qu.18. art.10.* Et paulo poſt ait Caiet. *Conſtat quod procurans à muliere conſenſum ad fornicationem, ex cõſequenti vult,& intendit ſpiritualem mortem illius, & tamen actus ille nullo modo recipit ſpeciem a morte ſpirituali ſed à fornicatione per ſe intenta.*

1. Opinio. Vide dicta to.1.tract.7. diſp.3.ſec.3

119 Secunda opinio eſt, nocumentum quando ſequitur ex actu alioqui bono, tribuere ſpeciem etiam ſi non ſit in ſe volitum ſeu intentum, ſecus vero ſi ſequatur ex opere alioqui malo;ita in ſpirituali nocumento ſentiunt aliqui dicentes,quoties ex opere ſecundum ſe bono, habente tamen ſpeciem mali, probabiliter timetur ruina proximi, hanc licet non ſit in ſe volita,tribuere operi ſpeciem ſcandali;quia tale opus eſt malum, & non in alia ſpecie:ergo in ſpecie ſcandali; ſi vero opus ſit alioqui malum ruinã proximi, quæ probabiliter timetur, non tribuere illi ſpeciem ſcandali: quia ruina illa eſt circunſtantia generalis,ita Palud.4.d.38.q.6.art. 2.concl.2. Caiet.2.2. q.43.a.1. Vbi tñ neq. in 1. euentu admittit opus pertinere per ſe ad ſpeciẽ ſcãdali, ſed tñ reductiue, & in 2. euentu ait ruinã proximi eſſe circunſtantiã aggrauãtẽ

2. Opinio.

120 peccatũ,licet non conferat ſpeciem.

3. Opinio.

3.Opinio eſt,qñ operi alias bono adiungitẽ nocumentũ,nõ dare ſpeciẽ,niſi ſit intentum: ſecus autẽ ſi nocumentũ adiungatur operi alioqui malo:quia in 1.euentu nocumentũ ſequitur p accidens ideoq. nõ dat ſpeciẽ, in 2. vero ſequitur p ſe,& ideo ſpeciẽ cõfert.Huic opinioni fauet Caſtr.2. de leg.pœnali,cap. 14. poſt.2.propoſitionẽ Couar. c.alma,1.p.§.10.n. 16.dicentes,tunc peccata facta ex ignorantia culpabili non affectata,eſſe eiuſdem ſpeciei cũ factis ſcienter, qñ homo dabat operã rei illicitæ:alterius vero ſpeciei,qñ rei licitæ, vt ſi quis ſcienter accedat ad nõ ſuã,cũ ignorantia tñ culpabili nõ affectata circa conſanguinitatẽ, contrahet culpam inceſtus eiuſdem ſpeciei cũ illa,quã cõtraheret,ſi ſciret cõſanguinitatẽ.Similiter,ſi cũ tali ignorantia occidat clericũ exiſtimans,eſſe laicum, eſt ſacrilegus perinde ac ſi ſciret,illũ eſſe clericũ, & ſi quis dans operã venationi prohibitæ,cum tali ignorantia occidat hominẽ, perinde eſt homicida ac ſi ſciret eſſe hominẽ:ſecus ſi venatio eſſet licita. Rationẽ diſcriminis aſſignat Caſtro,quia malũ, quod ſit ex ignorãtia vincibili non affectata in eo,qui dat operam rei licitæ,nõ eſt p ſe voluntarium,ſed p accidens eo quod nõ oritur per ſe neceſſario, & frequẽter ab illa re licita, malũ enim per ſe, & ex natura ſua nũquam oritur à bono, ſed tantũ p accidens:ergo illud nocumentũ tantum eſt volitũ in ignorantia, ex qua procedit, quæ etiã nõ eſt directe volita,ſed interpretatiue,quatenus homo noluit adhibere debitã diligentiã,& ſic in eo euentu diminutio voluntarij magna eſt,& excuſatio à peccato maxima:ideoq.peccatũ nõ habet ſpeciẽ,quã haberet, ſi ſcienter fieret, ſed ſpeciẽ negligẽtiæ hæc Caſtro Couar.vero non explicat in qua ſpecie eſſet tale peccatũ.Ratio vero quare in ignorantia affectata nihil referat dare operã rei licitæ,vel illicitæ aſſignatur à Caſtro,quia talis ignorantia nullo modo excuſat:ideo nocumentũ ex ea procedẽs,eandẽ ſpeciem confert quã conferret ſi eſſet ſcitum. Huic opinioni expreſſe cõſentit Caiet.q.76.a 4. dicẽs, quæ ſunt mala, quia prohibita iure naturali directe pertinere ad ſpeciẽ eandẽ, ad quã pertinerent ſi ſcienter fierint,quia habent idem obiectum. Quæ vero ſunt mala,quia prohibita iure poſitiuo,pertinere tantum reductiue ad ſpeciem eam, ad quam pertinerent ſi fierent ſcienter, quia in his prohibitio conſtituit actum in ſpecie peccati,quia autem peccat ſciens prohibitionem attingit obiectum directe,vt prohibitũ:indirecte vero, qui peccat ex ignorantia iuris. Addit vero Caietan. peccata contingentia ex ignorantia facti nõ eſſe proprie in eadem ſpecie, in qua ſcienter comiſſa, ſed reductiue, idemq. ait de nocumentis ignoratis culpabiliter, ſcilicet reductiue

tiue

Digitized by Google

tiue pertinere ad ſpeciem,ad quam pertine-
rent,ſi eſſent præuiſa,quam ſpeciem vocat in
cautá venationem,potationé,&c.putatq. eſſe
diſtinctam à ſpecie homicidij & ebrietatis.

121 4.Opinio Cai.q.72.a.vlt.& q.76.a.4. tria di
cta continet,primũ q̃ nocumentum proue-
nit ex ignorantia iuris naturalis,eandem con
fert ſpeciem,quam conferret, ſi eſſet ſcitum,
vt ſi quis inimicum occidat putans eſſe lici-
tũ,quia in his caſibus idem eſt obiectũ.2.Q ́á
do nocumentum procedit ex ſola ignorãtia
iuris poſitiui,nõ confert eandẽ ſpeciem, quia
vnus actus contingit directe obiectũ,vt pro-
hibitũ,altus vero non.3.Dictum q̃ nocumen
tum procedit ex ſola ignorantia facti,non cõ
fert eandem ſpeciem,ſed aliam , quæ tñ ad il-
lam reducitur,& in cauta venatio , vel pota-
tio appellatur. Hoc tertium dictum docet.
q 76.a.4. licet illud non videtur probaſſe.q.
72.ar.vlt.vt notat Vazq.diſp.101.c.3.

5.Opinio Vaz.diſp.101.c.5.& 6.duobus dic-
122 tis continetur,primũ:peccata , quæ extra vo-
luntatem conſummantur,ſunt eiuſdẽ ſpeciei
facta ſcienter , & cum ignorantia culpabili,
ſiue iuris naturalis,ſiue poſitiui, ſiue facti , ſi-
ue affectata,ſiue non affectata. Similiter do-
cet,quæ fiunt ſcienter,eiuſdẽ ſpeciei eſſe,ſiue
nocumentum,vnde ſumitur malitia,ſit in ſe,
aut per ſe intentum , ſiue præuiſum tantum.
2.Dictum eſt:peccata,quæ in voluntate con-
ſummantur,non habent ſpeciem malitiæ , ni
ſi ab aliqua circunſtantia expreſſe,directe, &
formaliter volita. Ponit eaemplum in odio
Dei,quod ita explicite ferri debet in malum
Dei;ex diſplicẽtu Dei,vt nõ ſit idẽ peccatũ , ſi
in malũ Dei feratur implicite tantũ.2. In pec
cato in obedientiæ,nã licet in omni peccato
cõmiſſo cõtra pręceptũ,velit ei nõ parere, nõ
tñ eſt peculiaris ſpecies inobedientiæ,niſi ve-
lit præceptum trãſgredi expreſſa intentione
non parendi.3.In odio fratris , quem vt quis
odiſſe dicatur,non ſatis eſt velle ei malũ, ſed
neceſſe eſt velle ei malum,quia malum eſt il
lius , & ex diſplicentia perſonæ , quare ſi il-
lum occidat,vt eius bona habeat affectus aua
ritiæ eſt , non odij. 4. In peccato ingrati-
tudinis,hæc enim non eſt ſpeciale peccatum,
niſi fiat offenſa ex contemptu beneficij acce-
pti.Quare,qui poſt acceptũ beneficium pec-
cat, non committit duo peccata, (niſi faciat
ex cõtemptu expreſſo) alterum cõtra gratitu
dinem,alterum contra aliamvirtutem.Ratio
nem ſuæ ſententiæ aſsignat Vaz. quia cũ hæc
peccata interius conſummentur in ſpeciali
affectu directe & explicite tendẽte in aliquã
circunſtantiã,non põt ea circũſtantia ſpecia
lem malitiam conferre,niſi ſit directe volita.

123 Conſequenter ad hanc doctrinam , idem
Vaz. diſp.2.c.4. & 5. docet tunc tantum dari
ſpeciem ſcandali,cum quis directe intendit
ruinam proximi:peccatum enim ſcandali, vt
& alia,ſcilicet numerata,in ipſo affectu vo-
luntatis conſummatur:ergo qui non directe
intendit ruinam proximi,nõ peccat peccato
ſcandali.Conf.2.quia ſi ruina proximi nõ ex-
preſſe volita,daret ſpeciem ſcandali : grauius
peccaret,qui ſuo exemplo moueret ad homi
cidium corporale,quam,qui occideret cor-
pus;hic enim vnum tãtum peccatũ peccaret,
ille vero peccaret peccato ſcandali contra
charitatem & homicidij contra iuſtitiam cũ
obligatione reſtituendi.

Conf.2. quia is , qui ſuo exemplo alium
mouet ad peccatum fornicationis,nõ peccat
contra charitatem Dei,quia ille non vult ma
lum proximo,vt eſt aliquid Dei,quod requi-
ritur vt peccet contra charitatem Dei , ſicut
adhoc vt proximum diligat ex charitate Dei
neceſſe eſt velle illi bonum, quia eſt aliquid
Dei:ergo non peccat peccato ſcandali : nam
peccatum ſcãdali eſt contra charitatem *Dei*.

Hanc.5.Opinionẽ omnino ſequitur Azor 124
to.1.lib.1.c.14.q.6.& lib.2.c.4.q.1.& lib.4. c.20. *6.Opinio.*
q.1.&.6.vbi etiam ait,eum qui ſolicitatione,
vel exemplo attrahit aliquam ad libidinẽ
non peccare peccato ſcandali,niſi eius ruinã
intendat,quod etiam de ſcandalo docere vi-
detur D.Tho.2.2. q.43.a.3.vbi Caie.(& in ſum.
v.ſcandalum)Bañes articul.4.Durand. 4. d.38.
quæſtione.3. Palud.quæſtione.6. concluſione
2.ſupplem.Gab.q.2.artic 2.concluſione.3.&.4
licet oppoſitum cenſeat probabile . Quod
Conf 1.quia ſpecies in moralibus ſecundum
D.Thom.illo art.3.non ſumitur ab eo , quod
eſt per accidens & præter intentionẽ ¶2.Quia
ruina propria non dat ſpeciem contra cha-
ritatem proprio peccato, niſi ſit directe &
perſe intenta Ergo nec ruina proximi,niſi ita
ſit intenta . Pro qua opinione citatur etiam
Bonauent.4.d.38.in littera.n.2. D. Thom. ibi
quæſtione.2.artic.2.quæſtiuncula.2.Caietan.
1.2.quæſtione.72 articul.1.Couarrub.reg.pec-
catum par.1.numer. 4. &.5.Angel.& Armi.v.
ſcandalum numero.4.Roſell.numero.2.&.3.
Herrera.2.diſputatione.31.quæſtione.11.&.12.
&.42.articul.12.vbi docet id totum, quod ex
Vazquez retulimus, Tabien. v. ſcandalum,
numero.4.Rayner.2.p.ſum titul.de ſcandalo
c.2.Medicis in ſumma de peccatis cap.51.Sua.
3.p.to.4.diſput.3.¶6. vera que opinio , quæ eſt
veluti explicatio præcedẽtis,eſt,nocumentũ,
ꝙ præuiſũ eſt, aut potuit & debuit præuideri,
licet nõ ſit p ſe,formaliter, ſeu explicite vo-
litũ,aggrauare peccatũ cõferẽdo eandẽ ſpe-
ciem malitiæ,quã cõferret,ſi eſſet formaliter
& explicite intẽtũ,idemq eſt de alijs circun-
ſtãtijs perſonæ,loci,tẽporis &c.ita Zumel hic
art.8,dubio.2.&.quæſt.72.art.9.diſp.1.Medina

Digitized by Google

eod. ar. & q 18. ar 3 & 11. Valentia diſp. 2. q. 13. puncto 4. & 2. 2. diſp. 3 q. 17. puncto. 2. Adrian. q. 3. de E. charit. Alenſis. 4. p. q. 77. membro. 3. Durand. d. 17. 4. q 3 colligitur ex D. Thom. q. 73 ar. 8. & q. 20. ar. 5. vbi abſolute docet euentum præuiſum, licet non ſit intentus, imputari ad culpam, & expreſſus idem docet *D*. Th. loquens de alijs circumſtantijs. 2. 2. q. 99. ar. 2. & 3. & q. 154. a. 1 ad 2. de malo. q. 2. ar. 6. ad. 6. & 4. d 16. q. 3 ar. 2. quæſtiuncula. 3. idem ſumitur ex 1. 2. q. 76. ar. 5. & 4. corp. & ad ſecundũ, & ex Ariſt. 5 ethi. c. 5. & 6. Prob. 1. nam in peccatis omiſſionis eadem ſpecies malitiæ eſt, ſiue omiſſio ſit voluntaria ſine actu, ſiue cum actu, ſiue in ſe, ſiue in cauſa, vt vidimus diſp. 2. ergo ſimiliter nocere alteri volendo directe & indirecte nocumentum eandem ſpeciem malitiæ continet.

125 Secundo prob. nam qui dat cauſam damni, ſcilicet ſcienter, vel cum ignorantia culpabili, damnum videtur dediſſe, vt habet regula iuris: ergo eandem ſpeciem contrahet, quam contraheret, ſi directe damnum vellet. Tertio ignorantia culpabilis, ſiue iuris naturalis, ſiue poſitiui, ſiue facti non excuſat à tota malitia, ſed ab aliqua eius grauitate, imò ſi ignorantia eſt affectata, potius accuſat: ergo actus factus ex ignorantia habet eandem ſpeciem malitiæ, quam haberet factus ſcienter. Confir. quia eadem ſpecie peccati peccat qui vult explicite facere prohibitum, ita vt volitio cadat etiam ſupra ipſam prohibitionem, & qui vult facere, id quod ſcit eſſe prohibitum, ita vt actus non cadat ſupra prohibitionem: ergo ſimiliter nocumentum eandem ſpeciem tribuit, quando eſt in ſe volitum, & quando eſt volitum tantum in cauſa 4. Prob. qui peccat in loco, quem ſcit eſſe factum peccato homicidij, vel fornicationis, vel vult omittere miſſam in die, quo ſcit eſſe præceptum illam audiendi, vel accedit ad perſonam, quam ſcit eſſe coniugatam, conſanguineam, affinem, Deo ſacram, &c. eandem ſpeciem malitiæ contrahit, ac ſi explicite vellet obiectum directe cum his circunſtantijs loci, temporis, & perſonæ, ita vt actus attingeret etiam ipſas circunſtantias: ergo idem eſt de circunſtantia nocumenti: conſequentia eſt nota ex paritate rationis, & antecedens non poteſt tuto negari. Vnde Caietanus. 2. 2. q. 53. ar. 3. circa ad. 3. licet. 1. videatur dicere, circunſtantiam non dare ſpeciẽ, niſi ſit directe volita, poſtea exemplo circunſtantiæ ſacrilegij coactus, manet dubius, dicitq. ſe in ea parte magis velle diſcere, quia nec ſe, nec alios docere nouit. Conf. nã aliquãdo act⁹ ſolũ eſt malus ex his circunſtantijs: ergo illę nõ aggrauãt aliam ſpeciem, ſed conferunt propriam.

126 Dices forte, añs eſſe falſum, vel dare quidẽ aliquam ſpeciem in eo euentu circunſtantiã, non tñ eandem ſpeciem, quam conferret, ſi eſſet directe volita. Sed certe de veritate antecedentis non põt dubitari, nã qui ten⁹ haberet cum propria in Eccleſia, peccaret ſolo peccato ſacrilegij ſumpto ex circunſtantia loci: ergo actus ſolum eſſet malus ratione circunſtantię. *D*icere autem aliã eſſe ſpeciem ſacrilegij cũ circunſtantia eſt directe volita, aliam vero cũ eſt indirecte volita, eſt multiplicare ſpecies ſine fundamento & obligare pœnitẽtes ad exprimendũ in confeſsione, qñ circunſtantia fuit directe, aut indirecte volita, quod eſt durum. 5. Damnũ non intentũ directe aliquando confert eandem ſpeciem, quã intẽtum directe, vt patet in eo qui ſciens & prudens dat cauſam homicidio, faciendo id ex quo videt proceſſurum, & non eſt maior ratio in alijs euentibus, vt patebit Reſpondendo ad fundamẽta cõtraria: ergo ſemper cõfert eandẽ ſpeciem, quã cõferret ſi eſſet directe intentũ. Conf. nã D. Th. & Caie. 2. 2. q. 72. a. 2. docent, eũ qui dicit contumeliã alicui, vt ipſum corrigat, vel cum eo iocetur, ſi ipſum dehoneſtet, peccare peccato contumeliæ, licet non intendat dehoneſtationem, & q. 73. ar. 2 docent, eum qui alterius peccatũ ex animi leuitate, ſine intentione ipſum diffamandi profert, peccare peccato detractionis: quos citãt & ſequuntur Naua. c. cõſideret de pœnit. d. 5. §. animaduertere, & Herre 2. diſp. 31. q 12. arg. 4. 1. ſentent. & eius ſolutione; ergo nocumentũ non intentũ dat ſuã ſpeciẽ. 6. Quia licet bonum non conferat ſuam bonitatem, niſi ſit volitum propter ſe, tamen malum eam confert, licet ſit volitum propter aliud, vt cum quis occidit ob furtum: ergo ſimiliter malum conferret ſuam malitiam, ſiue ſit volitum directe, ſiue indirecte.

127 Pro hac ſentẽtia ſunt omnes qui dicunt ad ſpeciẽ ſcandali ſatis eſſe facere actũ malũ, vel habentẽ ſpeciẽ mali præuidendo, inde euenturam ruinam proximi, & ideo hanc circunſtantiam eſſe neceſſario confitendam. Antoninus. 2. parte titulo. 7. cap. 4 § 3. & 4 Alenſis 2. par. q vlt. ſeu. 189. m. 2. in fine. Valen. 2. 2 diſp. 3. q. 17 pun. 2. ſupplementum 4. d. 38. q. 2. ar. 2. concluſ. 3. & 4. Maior eadem. d. q. vltima, ſeu 25 §. Tertio principaliter Adrianus. 4. q. de cõfeſſione. §. venio nunc Nauarr. cap 6. num. 19. & de pœnitentia. d. 5. cap. 1. ſeu conſideret. §. animaduertere. n. 5. & ſeqq. Syluester ſcandalum. q. 2. particula. 5. vbi carpit ſummam Piſanellam, quæ oppoſitum tribuit D. Tho. immo Nauarr. illo. n. 5. hanc opinionem tribuit Palud. 4. d. 38. q. 6. col. 2. verſ. 3. eandem tenet Sa verbo ſcandalum nu. 1. & verbo confeſſio nu. 29. Lopez. 1. inſtructor. cap. 30. Vega verbo circunſtantia caſu. 28. Eman. verbo ſcandalũ. c. 49.

Iterum de peccato ſcãdali, contingere, etiam ſi non immẽdatur directe, ruina proximi.

c.49.con.3.Cotrad.248.Graſſis lib.2.c.68.n.24.
(licet num.5.6.& 7.oppoſitum dixiſſe videa-
tur) hinc etiam videtur ſupponere D.Tho. hic
ar.8.ad.3.Prob.hæc ſententia.1.quia damnũ cor
porale, licet ſit volitum indirecte, confert
peculiarẽ ſpeciem:ergo & ſpirituale. Antece-
dens patet:ſi quis enim in ludis,& voloptati-
bus cõſumat ea,quibus deberet ſubuenire ex-
treme indigenti: peccat contra charitatem,
& qui tenetur aliquid facere ex iuſtitia ratio-
ne officij,idque omittit in alicuius nocumen
tum,peccat contra iuſtitiam,licet non inten-
dat tale nocumentum,& qui rapit rem alie-
nam non formali,& expreſſa intentione no-
cendi proximo, ſed commodandi ſibi,vere
eſt fur,& crimẽ detractionis cõmittit: & qui
temere dicit aliquid, ex quo ſequitur infa-
mia proximi,licet non ſit intenta,& qui for
nicatur in loco ſacro ſacrilegus eſt,licet iniu
riam loci non intendat: ſimiliter ergo per vo
luntatem indirectam ruinæ proximi commit
ti põt peccatũ ſcãdali. Cuius argumẽti nodũ
fatetur Caiet.2.2.q.53.ar.2.ad.3.ſe neſcire ſol-
uere.Conf.nam qui præter intentionem per
actum alioqui bonum ſcandalizat proximũ,
vere committit ſpeciale peccatum ſcandali,
vt concedunt Caiet.Bañ.& Palud.ſupra: ergo
etiam qui ſimiliter ſcandalizat proximum
per actum alioqui malum: non enim hic eſt
melioris conditionis, quam ille: quod arg.
non poſſe diſſolui, merito ait Valen. ſupra,
maxime cum planum ſit,circunſtantiam,quę
ex actu alioqui bono reddit malum,dare ſpe-
ciem malitiæ,vt patet ex *D*.Tho.q.18.a.11. ſed
ſecundum Caie. Palud.Herre.& Bañes circũ
ſtantia ſcandali indirecte volita eſt,huiuſmo
di.ergo dat ſpeciem ſcandali,ſiue actus cui ad
iungitur,ſit alioqui malus,ſiue non.
128. 2.Prob. qñ ex opere bono habente ſpeciẽ
Probat. 2. mali aliquis mouetur ad furtum,talis circun
ſtantia eſt neceſſario confitenda, & non quia
aggrauet aliud peccatũ:ergo quia cõfert pro-
priam ſpeciem;conſtat autem non conferre
ſpeciẽ furti,quidquid dicãt aliqui:quia nõ pec
cat peccato iniuſtitiæ:alioqui teneretur reſti
tuere:ergo confert ſpeciem ſcandali, aut etiã
aliam ſpeciem contra charitatem. Idem eſt,
quando quis abſque neceſsitate petit mutuũ
ab imparato,quem ſcit non daturum,niſi ſub
vſuris,nam ille peccat,licet non vellit expli-
cite ruinam vſurarij:non autem peccat pecca
to iniuſtitiæ,quia in pecunia nemo patitur in
iuſtum volens, & quia iuſtitia & iniuſtitia,
non eſt ad ſe,ſed ad alium.5 eth.c.6.ergo pec-
cato ſcandali.Idem eſt,cum quis alium indu
cit, vt det cauſam,ex qua ſcit inducẽtis mor-
tem euenturam,vel vt cum ſua vxore adulte-
riũ cõmittat.Nec valet quod quidam dicunt,
iniuſtitiam poſſe eſſe ad ſe mediãte alio,quia
de ratione iniuſtitiæ eſt nocere alteri, ille au
tem ſibi nocet,& non alteri: ergo non eſt in-
iuſtus,ſicut nec eſſet iuſtus,eo quod alterum
induceret,vt ipſum iniuſte puniret. Item vel-
le alterum eſſe caſtum, vel luxurioſum non
pertinet ad caſtitatem,nec ad luxuriam, vt vi
debimus:ergo nec velle quod erga ſe alter iu
ſtitiam, vel iniuſtitiã exerceat pertinebit ad
iuſtitiam,vel iniuſtitiam.
3.Cum quis cogitat de re turpi,vel de iniu 129
ria cũ periculo delectationis moroſæ, vel o- *Prob.3.*
dij,peccatum habet eandẽ ſpeciem, quam ha
bet velle directe delectationẽ moroſam, &c.
vt docet Vaz.diſp.101.c.9. fine. ergo ſimiliter
eiuſdẽ ſpeciei ſunt velle directe,& velle indi
recte damnũ ſpirituale alterius; & licet qui-
dã doceant,velle directe, vel indirecte dele-
ctationem moroſam, non accipere mali-
tiam ab ipſa delectatione, moroſa: quia ac-
tus reflexus non capit bonitatem,vel malitiã
à directo,id tñ mihi eſt difficile,quam enim
malitiam illi actus reflexi habebunt, niſi ac-
ceptã à directis?fateor quidem actus reflexos
nõ ſemper habere eãdem bonitatem forma-
lem,quam directi,quia nõ accipiunt bonita-
tem ſuam à bonitate illorum formali, ſed
ab obiectiua,qñ ea propter ſe amatur. Et licet
quidam dicant,actus reflexos nõ conſumma-
ri indirectis:ego id non capio, quia volontas
aliquid efficiendi in eius effectione comple
tur & conſummatur.
Quidquid autẽ ſit de hoc,tenendũ, eſt rui- 130
nã proximi etiã indirecte volitã, aliquando *4.Prob.*
imputari ad culpã & dare ſpeciẽ ſcãdali:quod
põt Probari.4.cũ Valẽ.quia ſi formalis intẽ
tio ruinæ alterius ad ſpeciale peccatũ ſcãdali
neceſſaria eſſet:raro aut nunquã peccatũ ſcã-
dali cõmitteretur.Nã quotusquiſq. tã impro
bus eſt,vt per malitiam plane diabolicã,velit
ipſam ruinã ſpiritualẽ proximi?& tñ in ſcrip
tura nõ ſemel mentio huius peccati fit, tãquã
eius, quod nõ raro ab homine perpetretur.
Vt Matt.18 *Qui ſcandalizauerit vnum de puſilli
ſ;lis,&c.ve mundo à ſcandalis, neceſſe eſt enim vt
veniant ſcandala; veruntamẽ va homini illi, per
quẽ ſcãdalũ venerit. Et ſi oculus tuus ſcãdalizat te,
erue eũ,&c.*Et.1.Cor.8.de ſcandalo dicitur *Sic
autẽ peccantes in fratres & percutientes conſcien-
tiã eorũ infirmã,in Chriſtũ peccatis.* Certe in his
locis nõ eſt ſermo de peccato, quod raro aut
nunquã cõtingat:eſt autẽ in eis ſermo de ſpe
ciali peccato ſcandali:ergo ad tale peccatum
non requiritur formalis intentio ruinæ pro-
ximi.Conf.nam iura & doctores paſsim du-
cent.aliquid eſſe licitum, vel etiam neceſſa-
rio faciendum ad vitandum ſcandalum,vt di
midiare cõfeſsionẽ, ne confeſſarius ſcandali
zetur: hoc autem falſum eſſet ſi ad ſcandalũ
neceſſaria eſſet formalis intentio ruinæ pro-

Digitized by Google

ximi:hæc enim facta integra cõfeſſione poſſet non haberi,& ſic ceſſaret ſcandalum.Deinde cum ex charitate teneamur fratrem corrigere ne peccet,& in peccato iacentem erigere,multo magis tenebimur ſi commode poſſumus,ab aliquibus abſtinere, ne ipſe eorum occaſione ruat in peccatum:ergo ſi non abſtinemus peccamus contra charitatem peccato ſcandali.

131 Quinto. Prob. hæc ſententia cum Valent. ex D.Tho.hîc ar.8.& quæſ.20. a.5. & alibi generatim dicente,nocumentum præuiſum, licet non ſit intentum,imputari : & 2. 2. quæſt. 43.de ſcandalo , vbi magis fauet aduerſarijs, ar.3.ait, ita debere intendi nocumentum proximi,vt ſcãdalum ſit ſpeciale peccatum,ſicut in furto, vt ſit ſpeciale peccatum furti : at in furto conſtat non eſſe neceſſariam directam intentionem damnificandi:ergo nec in ſcandalo,vt ſit ſpeciale peccatum. Et ead.quæſt.a. 1. ad.4.dicit,eſſe ſcandalum,quando ipſum opus natura ſua eſt ordinatum ad fratris ruinam,quamuis ea non ſit intenta, quia nimirum præuiſa fuit,vel debuit , & potuit præuideri:ergo ſecundum D. Tho ad peccatum ſcãdali non requiritur formalis,& expreſſa intẽtio nocendi proximo : & idem colligitur ex multis alijs citatis nu. 123. quia D. Thomam imitantur.

132 Vt autem & veritas,& mens D.Th.& quorundam aliorum, qui nobis aduerſari videntur,melius intelligatur,& argumentis,nu.123. propoſitis ſatisfiat.Aduerte.1.cum Valen. illo punct.3.ad 4.non eſſe eandem rationẽ de ruina propria,& proximi,vt ſi intentio indirecta ruinæ propriæ non ſit ſpeciale peccatum, idem dicendum ſit de intenſione indirecta ruinæ proximi : nam ruina propria indirecte intenta eſt conditio generalis omniũ peccatorum;omnia enim agenti nocent , & ſi ſint mortalia excludunt ab eo charitatẽ , vnde Pſ. 8.qui diligit iniquitatem,odit animam ſuam, & ideo non conſtituit ſpeciale peccatum.

Ruina vero proximi,vt ab altero profecta,nõ eſt conditio communis omnium peccatorum:etiam vt indirecte intenta,ſed peculiare quiddam:& ideo intentio eius indirecta poteſt eſſe ſpeciale peccatum, nimirum cũ fuerit contra charitatem. ¶2. Nota non ſemper obligari nos ex charitate ad abſtinendum à peccato, ne alius peccet : hæc enim ſpecialis obligatio,cum tot caſus attingeret , eſſet duriſſima,& alioqui eſt parum neceſſaria ; quia communiter poſſunt proximi facillime exẽplum meum non ſequi : ergo,ſicut non tenemur ex charitate propria abſtinere ab omnib. peccatis noſtris,quæ nobis nocent:ita nec ex charitate proximi ab omnib.peccatis noſtris, quæ nocẽt ipſi proximo.Sic etiã tract. 7. diximus nõ eſſe obligationẽ gratitudinis ad abſtinendũ ab omni peccato,quod eſt cõtra benefactoiẽ.De quo vide D.Th.3.p.q.88.ar.4.Suar. to.4.diſp.13.ſect.3.Azor to.1.lib.2.c.4.q.1.Sic e-ex charitate Dei non tenemur abſtinete ab omnib.peccatis:ergo nec ex charitate proximorũ ab omnib. peccãtis,quib. ipſi ſcandalizantur.Sed tantum tenemur.1.non intendere eorũ lapſum,vt ipſis nocet:hoc enim eſſet ſpecialiſſimũ peccatũ odij directiſſime cõtrariũ charitati.2. Tenemur nolle formaliter directe,& explicite ruinam proximi etiã, vt nobis cõmodã,id enim ſemper poſſumus facile præſtare, & ſine vlla noſtra incõmoditate etiam tẽporali,& ideo nõ mirum ſi ex charitate ad id teneamur ſub veniali in quocunque euentu,ſub mortali vero in caſu,quo voluntas omnino implicita , & indirecta eſſet peccatum mortale.3.Tenemur abſtinere cũ ſine incommoditate,etiã temporali,poſſumus abſtinere ab omni peccato cõijciente alterũ in grauem difficultatem abſtinendi à peccato : non vero à peccato leuẽ inducente difficultatem.Sicut enim ex charitate tenemur ſubuenire proximo ne extremã, vel graũe neceſſitatẽ temporalẽ patiatur;nõ vero tenemur ſubuenire illi ne patiatur neceſſitatem leuẽ:ita in ſpiritualib.dicẽdũ videtur. Deinde ſicut non teneor cum magna mea incõmoditate temporali. l. difficultate ſubuenire alteri in extrema , vel graui neceſſitate tẽporali : ita nõ teneor cum magna mea incõmoditate tẽporali , vel difficultate abſtinere à peccato cõijciente ipſum in grauem neceſſitatẽ ſpiritualem,ſeu in magnã difficultatem abſtinendi à peccato;vt qñ attentis omnib. circunſtantijs exẽplum meũ efficaciſſimũ eſt,vt ille ad malum moueatur: & tunc licet peccatũ haberet ſpeciem ſcandali contra charitatem,potius eſſet contra illam omiſſiue quã cõmiſſiue , ſicut qñ teneor illum corrigere , & non illum corrigo : & in eadem ſpecie eſſet.2.modus ſcandali : primus autem eſſet in alla,& ad illũ tantum requirit D.Th.intentionẽ ruinæ proximi,vt ruina , & quia ruina ei⁹ eſt.¶Hinc etiã cõciliari poſſũt 133. dicẽtes,ſolicitare mulierẽ etiã imparatã,non intẽdẽdo, vt finẽ ruinã ipſi⁹,nõ habere ſpeciẽ neceſſario cõfitẽdã,vt Herre.Vaz. Azor,& alij citati.n.123.cũ Valen.Nauar.& alijs multis citatis.n.127. aſſerẽtib. eſſe circũſtãtia ſcãdali neceſſario cõfitendã:nam illi verũ dicunt,qñ ſolicitationi nõ eſſet difficilimum cõſentire, qui caſus eſt frequẽtior, ideo cõmuniter non ſolẽt interrogare confeſſarij, an ſolicitauerit paratã,vel imparatã:hi autẽ verũ dicunt in caſib.rariorib.qñ nimirũ talis eſt ſolicitatio attẽtis omnib.circũſtãtijs,vt difficillimũ ſit reſiſtere.¶Deinde nota id ꝙ retulimus ſupr.ex D. Tho.hic a.8.& q.20.a.5.ſcilicet nocumentum præui-

præuiſum, licet non ſit intentum, imputari: in
telligendum eſſe quando vt non ſequatur, te
neor abſtinere ab aliqua operatione, vel o-
miſsione: quod tunc contingit, quando faci-
le & ſine præiudicio meo, vel aliorum abſti-
nere poſſum, vt docet Zumel ar.8. dub.2. con.
3. exemplo pulchræ fœminæ, quæ non tene-
tur ſemper domi ſe continere, ne ab alijs con
cupiſcatur, ſed quando commode id facere
poteſt: vt etiam docet Sotus. 4. d.13. q.2. ar.1. fi-
ne. Nauarr. c.14. nu.30. Sylueſt. verbo ſcanda-
lum. q.2. fine. Graffis ſupra nu. 15. ſimiliter ſi
ex eius ornatu ſequatur damnum alterius, Zu
mel ſup. Nauarr. c.25. num.18. Silueſter verbo
occaſio: quod verum eſt, etiam ſi ſe ornet ma-
lo inanis gloriæ fine. Zumel cum Caietano,
& Medina. quæſt.20. ar.5. quia nocumentum
non oritur tunc ex actu, qua parte eſt malus;
ſed aliunde. Secus, quidquid dicat Zumel, ſi
ornatus ſit illi ſuperfluus: tenetur enim ſuper
flua reſecare, ne proximo ſit occaſio ruinæ. Si-
militer illicitum eſt, niſi graui de cauſa, pete-
re Sacramenta à Parocho miniſtraturo in
mortali, vel excommunicatione; modo tamē
ſit toleratus, ſed licitū erit ex graui cauſa ab
illo petere Sacramenta Idem eſt de petitione
mutui ab imparato, qui noo eſt daturus, niſi
ſub vſuris. Nauarr. num.26. cap. 19. Angeſtus
cap.8. fol.26. licitum etiam eſt locare domos
vſurarijs, & meretricibus: Zumel ſup. Nauarr.
c.17. n.195. ſimiliter vendere tempore ieiunij
cibos prohibitos. Nauarr. c.21. n.26. Gabr. 4. d.
17. q.3. ar.3 dub.6. Zumel ſup. licite etiam præg
nans ſumit, & medicus illi dat potionem ſalu
ti ipſius neceſſariam, licet inde immineat pe-
riculum aborſus, modo, nō ſit ex ſe ordinata
ad occiſionem fœtus. Nauar. c.25. n.60. Cord.
lib.1. q.38. dub.3. Zumel, & alij, alios caſus de
ſcandalo ponit. Nauarr. c.14. n. 3. Graffis ſup.

Dubitabis. 1. an inducere ad fornicationē,
non ſolum ſit peccatum ſcandali, ſed etiam
134 Dub. 1. contra caſtitatē. R. negatiue, quia temperan
tia, cuius pars eſt caſtitas, non eſt ad alium,
ſed ad ſe ipſum: alias in angelis bonis, & ma-
lis, & in animabus ſeparatis eſſet caſtitas &
luxuria. Item qui ſine cauſa ab imparato pe-
tit mutuum ſub vſuris, peccat quidem pecca-
to ſcandali, non tñ iniuſtitiæ, quia nemo à ſe
ipſo pōt iniuſtum pati. 5. ethic. 6. ergo ſimili-
ter inducere alterum ad fornicationem non
eſt contra temperantia; quia hæc ſolum eſt
ad ſe, ideſt ſolum moderatur proprios actus,
& paſsiones in ordine ad bonum prolis: non
vero alienas. Oppoſitum huius concluſionis
tenēt multi recētiores præſertim Vaz. q.73. ar.
7. & diſp.102. c.7. & 8. idē indicat Med. q.72. a.
2. Caie. ibi. a.9. & 2.2. q.53. a.2. circa ad.3. & ex-
preſsius Graffis. c. citato. n.7. ſed male tribuit
Nauarro cap.14. num.28. Caiet. 2.2.48. artic.7.
& Sylueſtro verbo ſcandalum num. e.1. & eſt
valde probabile: ſuaderi poteſt: nam qui ad
fornicationem inducit amentem, vel igno-
rantem inuincibiliter, fornicationē eſſe ma-
lam, vel hanc mulierem non eſſe ſuam, pec-
cat & non contra charitatem: quia non ſcan-
dalizat: ergo contra caſtitatem: ergo ſimili-
ter, qui ſciētem inducit. Reſp. quidam, illum
peccare contra obediētiam, vel iuſtitiam le-
galem, quæ vetare videntur ne faciamus le-
ges materialiter ab alijs violari. Nec putant
ad inobedientiā ſemper requiri moueri ho-
minem affectu aduerſandi legi. Nam cum
ſuperior indifferentia prohibet ob varios
fines diuerſarum virtutum, tranſgreſſio legis
non eſt cōtraria omnibus illis virtutibus: ſed
ſoli obedientiæ. Alij Reſpond. illum peccare
contra charitatem, non quidem ſcandalizā-
do; ſed damnum proli futuræ inferendo, quæ
ſi ſit eo modo genita, non poterit conuenien-
ter educari & impedire ne hoc damnum ſe-
quatur ex proprijs actionibus, pertinet ad ca-
ſtitatem, quæ id præſtat moderādo proprias
paſſiones: impedire vero ne id ſequatur ex ac-
tionibus aliorum, pertinet ad charitatem, qui
vero inducit amentē, vel ignorantem ad fur-
tum, adulterium, vel homicidium, peccat cō-
tra iuſtitiā, quę obligat ad non inferendū dā-
num perſe, nec per alium & forte, quia reli-
gio eſt iuſtitia quędam, ex ea tenebimur non
inducere alios ad blaſphemias, periuria &c.
& non impedire, quo minus audiant ſacrum
in die feſto &c. ſed cum ego alterum indu-
co, vt me occidat, non pecco cootra iuſtitiā,
quia nō aufero vitam alterius corporalē, ſed
meam. Si vero illū induco, vt ſe occidat, dicit
Herr. 2. diſp.31. q. vlt. me nō peccare cōtra iuſti
tiā proximi; quia ille cōſētit, & nemo patitur
iniuſtū volēs: ſed cōtra Rēp. quod ſi. Reſp. cō-
ſētiat, eſſe iniuſtitiā cōtra Deū. Sed nō placet
¶1. Quia ſic qui violēter aliū occideret, tripli-
cē iniuſtitiā irrogaret. ſ. ipſi, Reip. & Deo. ¶2.
Quia. Reſp. nō habet dominiū ꝓprietatis; ſed
iuriſdictionis in ſubditū: ergo illi nulla fit in-
iuria, cū ſubditꝰ violēter occidit. 3. Quia erga
Deū nō eſt ꝓprie iuſtitia, aut iniuſtitia, cū nul
lū dānū, vel cōmodū recipere poſſit. ¶4. Quia
homo ius habet ad propriā vitā: cui iuri cede
re nō pōt licite aut valide, ſicut nec cōiux pōt
cedere iuri ꝙ habet in vxorē ne alij cōmiſcea
tur, vnde quātumcunq. cedat, adulter eſt iniu
ſtus; ſic etiā inducens alterū, vt ſe occidat, ſē-
per peccat cōtra iuſtitiā ipſius: vt & qui ipſum
id petētē occideret. Dubitabis. 2. an ſcādalū
actiuū & paſſiuū cōtingat tantum quādo o- 135
pus malum, vel habens ſpeciē mali eſt alteri Dub. 2.
occaſio ruinæ? partē affirmatiuam tenet qui-
dam tribuens D. Thom. 2.2. quæſtione. 43.
artic. 1.5.6. ſed ex D. Th. ibi & alijs DD. potius

Digitized by Google

colligitur,etiam ex opere bono habente ſpeciem boni poſſe aliquem pati ſcandalum, vt ſi ob iuſtam ſententiam iudicis apperas ei malum,& aliquando tenemur ex charitate à bono opere etiam habente ſpeciem boni abſtinere, ne alterius ruina ſequatur, vt merito concedat Vazq. ex D.Tho.2.2.q.43.art 7. & 8. dicente,ad vitandum ſcandalum paſſiuum dimittéda interdum eſſe bona ſpiritualia, & rẽporalia,& actiones honeſtas, quibus acquiri aut conſeruari poſſunt: quod non præſtare, licet à D.Tho.non appelletur ſcandalum actiuum:non tñ poteſt ad aliá ſpeciem pertinere.

136 *Dub. 3.* Dubirabis.3.An qui ſuo exemplo mouet alium ad fornicationem,peccet contra iuſtitiam. Reſpond.negatiue cum Vazq. diſp.102. cap.5.quia ſcienti,& volenti non fit iniuria. Sed objicit Vazq.nam qui alterú præcepto conſilio,vel exéplo mouet corporaliter,vt ſe occidat, peccat contra iuſtitiam:ergo,& qui illú mouet, vt ſe occidat ſpiritualiter. Reſp. 1. Vazquez negando conſeq. nam qui ſe occidit corporaliter,agit contra iuſtitiam, non vero, qui ſpiritualiter,quia eſt dominus vitæ ſpiritualis. ¶Secúdo,Reſp.negando,eum,qui dictis modis inducit alium, vt ſe corporaliter occidat,peccare contra iuſtitiam, tantú enim peccat peccato temeritatis contra fortitudinem ipſe,qui ſe occidit:non enim infert damnum vero domino, ſcilicet Deo, qui nullius damni capax eſt,ideo contra illum nulla eſt iniuſtitia,neque vero peccat contra iuſtitiá. Reip. quia ipſa nó habet dominium vitæ corporalis ſuorum ciuium, nec demum agit iniuſte contra ſe, quia nemo ſe lædit iniuſte. 5. ethicor.cap.6.ergo nec qui illum inducit, vt ſe occidat, peccat córra iuſtitiam, ſed contra fortitudinem.

2.Solutio non omnib.placet, nam quis dicat ſuadere alicui,vt ſe occidat, eſſe temeritatem contra fortitudinem,quæ ad ſe eſt,& nó ad alium;ſicut,& temperantia:aut neget eſſe contra charitatem?

137 Reſp.ergo,quod licet occiſus non peccet contra iuſtitiam,tamen,qui eum occidit,etiá volentem,peccat contra iuſtitiam,quia occiſus non potuit inordine ad vitam iuri ſuo renuntiare,ſicut qui habet rem cum vxore conſentientis, peccat contra iuſtitiam,quia maritus non poteſt renuntiare iuri,quod habet ne vxor ad alium accedat.Is vero, qui ſuo exemplo conſilio, vel imperio alium mouet, vt ſe occidat,non peccat contra iuſtitiam,nec contra fortitudinem,ſed contra charitatem,quia ſolú eſt córra iuſtitiá inordine ad vitá auferre illá ab aliquo per ſe, vel per aliú tertiú. Similiter,qui ſuo exéplo vnum mouet,vt alium occidat,nequaquam peccat contra iuſtitiam, ſed contra charitatem.

Dubitabis. 4. an grauius peccet, qui alium inducit ad fornicationem, quá qui eum corporaliter occidit.R.negatiue cum D.Th.ar.8. ad.3 Cont.Cai.Vict.& alijs ibi,vbi Zum.dub. 5.Med.in fine ar.Vaz.diſp.102.c.7. Herrera. 2. ſent.diſp.31.q.vlt.& diſp.32.q 17.Azot.to 1.lib. 4.c.20.q.1. 138 *Dub.4.* Prima ratio D.Th.eſt quia in fornicatione non eſt directe volita mors ſpiritualis proximi:in homicidio vero directe eſt volita eius mors corporalis. *1.Ratio conclusionis.* Quæ ratio nó habet locú,qñ quis non vult homicidium corporale in ſe,ſed in cauſa,nec vt notat Vaz. quando quis ignoranter occidit:ſed quando ſcienter & directe volens homicidium corporale; indirecte vero mortem ſpiritualem,quam tñ communiter non vult directe & formaliter, qui ad fornicationem inducit:non enim vult formaliter priuationem gratiæ,neque ipſam malitiam actualem. *2.Ratio conclusionis.* Secunda ratio D. Th. eſt quia is,qui conſilio ſuo ad fornicationem inducit,non eſt ſufficiens cauſa mortis ſpiritualis illius;qui tñ occidit,eſt ſufficiés cauſa mortis corporalis.Hanc rõem reijcirú quidá,quos ſequitur Herrera ſupra.Primo quia etiá is,qui cõſilio ſuo eſt cauſa,vt alius ſe occidat,nó eſt ſufficiés cauſa mortis corporalis. 2.Quia ſi qs inuitaret aliqué ad fornicationé voles directe ſpiritualé eius ruiná,graui⁹ peccaret,quá ſi corporaliter occideret,quidquid dicat Med. ſup.tñ nó eſſet ſufficiens cauſa ruinæ ſpiritualis,ſicut homicida eſt cauſa mortis corporalis:ergo.Sed ad primá impugnationem facile R.D.Th.nó conferre cõſultoré cum conſultore,ſed conſultoré fornicationis cú executore homicidij Ad.2.vero R.falſum ſupponere, quia,vt videbimus ſtatim,grauius peccat homicida,quá qui inducit ad fornicationé cum directa volútate ruinæ ſpiritualis.Melius vero illa ratio impugnaretur;quia volútas ꝓ facto reputatur:ergo nó refert ꝙ in vno euentu ſit ſufficiés cauſa dáni,& nó in alio. Sed reſpóderi põt,hoc arg.ſolú ꝓbari,æquale peccatú eſſe velle alterú occidere ſpiritualiter,& ipſum de facto occidere.Cum quo ſtat vtrúq. actú eſſe minus malú,quàm homicidiú 3.Aliorú ratio eſt.quia vita corporalis nó eſt reparabilis, ſecus vero ſpiritua. *3.Ratio conclusionis.* Ex qua & alijs rõib.1.colligitur,magis peccare eú,qui cõſilio inducit aliqué vt ſe occidat,quá qui vt fornicetur, eaq. rõe ſibi gratiá auferat.Deinde grauius peccate,qui aliqué occidit, quam qui directe vult mortem ſpiritualem ipſius,non in æternum, ſed ad tempus & reparabiliter, ita cõmuniter Salmanticenſes,vt refert Zumel illo dub.5.

Quod vero dicit ipſe Zum. Victo. Caieta. Med. Vaz.Herre.&alij,maius peccatú eſſe velle directé morté ſpiritualé, quá corporalé, ſi 139 vt iacet intelligatur. Reijcitur.1.quia volútas directa paulo grauior eſt:quá indirecta:ergo,ſi

directa

Digitized by Google

directa homicidij eſt grauior, q̃ indirecta mor
tis ſpiritualis etiam erit grauior quam dire-
cta. Secundo, quia damnum homicidij eſt irre
parabile: non vero mortis ſpiritualis. Tertio,
quia voluntas indirecta homicidij eſt gra-
uior, quàm indirecta mortis ſpiritualis: ergo
& directa quam directa. Si tamen quis ex o-
dio vellet mortem ſpiritualem proximi ad
tempus, forte peccaret grauius quàm volen-
do ei ſine odio mortem corporalem, & hoc
ſolum intendiſſe videntur auctores citati, &
Azor to. 1. lib. 4. c. 20. Dicens, eum, qui directe
& per ſe alterum mouet ad mortem ſpiritua-
lem animæ, grauius peccare, quam homici-
dam vt docet Caiet. licet alij ſentiant oppoſi
tũ. Quod valde mihi eſt probabile: quia irre-
parabilitas vitæ corporalis, & alia præponde-
rant affectui odij circa vitam ſpiritualem pro
ximi. Odium tamen Dei, vel alienare totum
populum à fide & religione Chriſtiana, licet
hoc damnum ſit reparabile, grauius eſſet ho-
micidio. Et hæc maxime verum habent ſi ſer
mo ſit de morte ſpirituali inferenda ſine pec-
cato proximi. vt ſi quis vellet priuare proxi-
mum gratia, ſi poſſet ad tempus tantum, & re
parabiliter: vera tamen ſunt, etiam loquendo
de morte ſpirituali inferenda cum peccato
proximi, vt etiam docét Salmanticenſes, & a-
lij Thomiſtæ.

140 1. Obiect. Sed obijcit. 1. Zumel quia etiam vita ſpiri-
tualis eſt irreparabilis viribus naturæ. Hoc ta
men nihil refert: quia ſatis eſt eſſe reparabi-
lem de potentia ordinaria per gratiam omni
bus pro quęcunque vitę tempore promiſſam.

2. Obiect. Secundo obijciunt Zumel, & alij, quia pri-
uatio vitę ſpiritualis etiam reparabiles maius
damnum eſt, quam priuatio vitæ corporalis
irreparabilis, alias illa eſſet præ hac eligenda:
ergo grauius peccatum eſt velle directe mor
tē ſpiritualē alterius, quã corporalē. R. tñ, du-
plicē eſſe mortē ſpiritualē, alterã habitualē et
veluti ſubſtãtialē, quę eſt priuatio gratiæ, alte
ram actualem, quæ eſt peccatum mortale ac-
tuale. De. 1. dicēdũ eſt, cum ſit reparabilis, eſſe
eligendam præ morte corporali; ſi præciſe cō
ſideretur, vt priuatio gratiæ: non vero, vt eſt
peccatum habituale, ſeu quatenus connotat
peccatum actuale, quo illata eſt. De ſecunda
vero econtra: ſed inde non ſequitur, maius eſ-
ſe peccatum inducere directe ad peccatum
mortale, quam occidere corporaliter, nam e-
tiam peccatum veniale eſt magis vitandum,
quam mors corporalis, tamen grauius eſt cor
poraliter occidere, quàm inducere directe
141 ad peccatum veniale: nã hoc modo inducere,
tñ eſt veniale, vt docent Palud. 4. d. 38. q. 6. ar.
2. concluſ. 3. ſuplementum. q. 2. a. 2. con. 3. 8. &
9. Caietanus Armil. Tabien. Sylueſter verbo
ſcandalum, vbi Angelus num. 2. Emanuel. c.
49. concl. 1. Medin. q. 72. ar. 8. ad finem Couarr.
regula peccatum. par. 1. n. 4. Herrera. 2. diſp. 31.
q. vlt. in fine. & diſp. 32. q. 17. Azor. to. 1. lib. 4. c.
20. q. 3. Zumel ſupra D. Thom. 2. 2. q. 43. ar. 4. &
licet oppoſitum videantur inſinuare aliqui
recentiores, quia cum alium induco ad pec-
catum veniale, in fero illi grauius damnum,
quam cũ ipſum occido: ergo grauius pecco,
ac proinde mortaliter: neq. mirum, quia, qui
mentitur ex contemptu beneficij, vel legis,
peccat mortaliter, licet in materia veniali: er
go ſimiliter, qui inducit directe ad veniale.
Confir. quia qui inducit directe ad veniale,
peccat peccato ſcandali: non vero qui facit
veniale: ergo non mirum ſi dicatur, illum pec
care mortaliter, hunc vero venialiter tantũ. 142

Sed hæc cōmuni ſenſui aduerſantur, & fi-
dem ſuperant, neque ſatisfaciunt. Primo, quia
magis tenetur homo vitare peccatum in ſe,
quam in alio, ſed velle directe veniale in ſe,
non eſt mortale: ergo neque velle illud in a-
lio. Secundo voluntas directa ſupra indirectã
non addit notabilem malitiam, vt patet in vo
lente homicidium: ſed velle indirecte pecca
tum veniale in proximo, non eſt mortale: er-
go nec directe. Tertio ſi velle veniale in pro-
ximo eſt mortale, quia veniale eſt deterius
morte corporali: ergo & velle veniale in ſe,
quia etiam in ſe eſt deterius morte corpora-
li; quam velle ſibi inferre mortale eſt. Quar-
to, quia ex contemptu legis, vel beneficij vel-
le id quod alias eſt veniale, non ſemper eſt
mortale iuxta communem opinionem: ergo
nec velle directe veniale in proximo. Niſi id
vellet ex odio: tunc enim forte eſſet grauius
velle directe veniale proximo, vt tenet Vaz-
quez ſupra cap. 8. ſecus ſi abſque odio, neque
refert, quod velle illud alteri ſit in ſpecie ſcã
dali, & mendacij. v. g. nam malitia vnius ſpe-
ciei poteſt eſſe maior, quam malitia duplicis
ſpeciei, & ita occidere alium, licet demus,
vnam tantum habere ſpeciem malitiæ (quod
tamen reuera habet duas, nam eſt contra iu-
ſtitiam & charitatem) deterius eſt, quam in-
ducere alium ad veniale, licet demus in hoc
eſſe duplicem malitiam, ſcandali, ſcilicet &
mendacij: quamuis de ſecunda dubitari po-
teſt. Male autem Roſell. verbo ſcandalum. n.
3. ait, quod licet inducere ad veniale per ve-
niale ſit. p. veniale: tamen inducere ad venia
le per mortale, eſt mortale. Niſi velit eſſe mor
tale in alio genere: nō vero in genere ſcãdali.

Ad argumentum factum ab aduerſarijs, 144
quia veniale eſt maius malum in proximo,
quam mors corporalis: ergo maius peccatum
eſt velle illi veniale, quam mortem corpora-
lem. Reſpondet Zumel negando conſequ.
quia hoc ſecundum ſtrictius prohibetur, eo
quod mors corporalis eſt magnum malum

Digitized by Google

in ſuo genere:veniale autèm in ſuo genere,, ſcilicet moris,eſt quid leuiſsimum. Sed hoc non ſatisfacit,quia omne peccatum videtut ſimpliciter maius malum,quam mors corporis:ergo illud inferre erit magis prohibitum. Vnde.2.Reſpondet Zumel,in ſua ſpecie grauius eſſe inducere ad veniale, quam occidere;quia mortale & veniale ſunt eiuſdem ſpeciei,& inducere ad m.eſt grauius quā occidere.Ex citcunſtantijs autem grauius eſt occidere,quam inducere ad veniale,quod eſt maieria leuis: eodem modo reſpondet Herrera. Sed neque hoc ſatisfacit, tum quia non ſemper mortale & veniale ſunt eiuſdem ſpeciei; aliqua enim ſunt venialia, quæ intra ſuam ſpeciem non poſſunt habere notabilem grauitatem:tum quia incredibile videtur, quod inducere directe ad peccatum mendacij ſit grauius ex ſua ſpecie,quam occidere, & omne ſcandalum ex ſua ſpecie eſſe grauius homicidio.Tū quia modo nō inquiſimus,an ex ſpecie ſua inducere directe ad veniale ſit grauius homicidio:ſed an ſimpliciter ſit grauius, & ſi hoc negat̃, vt merito negatur, cur nō negabitur, quodcumque ſcandalum mortale eſſe grauius homicidio?Vnde alij ad illud argumentum Reſpondent, peccatum veniale, imo aliquando mortale,eſſe ſimpliciter minus malum morte corporali,quia licet morale, & ſpirituale malum, vt ſic, ſit deterius quàm malum corporale:tamen aliquod malum corporale poteſt eſſe ſimpliciter deterius aliquo malo morali & ſpirituali.Neque ex eo ſequi putant,aliquod peccatum eſſe eligibilius morte:quia implicat licitum eſſe eligere peccatū,& maius malū eſſetdare facultaté mētiendi in aliquo euentu, quā cogi ad patiēdā mortem corporalem, & propterea teneor(etiam ad vitandam mortem)non mentiri. Imn teneor potius eligere priuationem gratiæ & gloria,& ſummam miſeriam,quam mendacium,vel minimum peccatum;quamuis ſimpliciter appareat minus malum,quam ſumma miſeria.Sed contra hoc obijci poteſt D.Th.paſſim docens, culpā eſſe maius malū pœna,& malum per prius dici de culpa, quā de pœna.1.p.q.48 a.6.2.2.q.19 a 1.& q.76. a.4.2.d.37.q.3.a.2.de malo.q.1.a.5.in corp.& ad 19.& eodem modo loquuntur alij auctores. Vnde aliter ad arg.R.licet quodcunque peccatum ſit maius malum proximi quam mors corporalis,tamen quia eſt tranſiens & illi voluntarium ac liberum,ac proinde quod etiam nō obſtante ſuatione mea.poſset vitare,ideo maius peccatum eſt occidere proximum irreparabiliter,quam ad peccatum veeiale,aut etiā mortale aliquod,ipſum inducere,ſaltem ſi inductio fieret abſque ira vel odio,ob ſolam delectationem venereā, vel vtilitatem aliquā.

Obijcies, quia peccatum, quod opponitur præſtantiori vittute grauius eſt ſecundū ſuam ſpeciem:ſed inducere ad mortale directe,eſt contra charitatem,& occidere eſt cōtra iuſtitiam,quæ minor eſt virtus: ergo hoc eſt minus peccatum ſecundum ſuam ſpeciē. R.hnc Zumelis argumentum nihil probare; alias eodem oſtenderetur,grauius eſſe ſecundum ſuam ſpeciem directe,imo indirecte inducere ad veniale peccatum quam occidere. Deinde falſum eſt, homicidium eſſe tantum contra iuſtitiam;nam etiam eſt contra charitatem:falſum quoque eſt,omne,quod eſt cōtra excellentiorem virtutem,eſſe grauius ſecundum ſpeciem ſuam,vt ſup.oſtendimus. 145. *Obiect.*

146 *4. Ratio cō cluſionis.* 4.Ratio quorundam pro reſolutione huius dubij eſt,quia incitare ad fornicationem volendo indirecte tantum ruinam proximi, non ſumit ſpeciem ex nocumento ſpirituali, ſed tantum eſt in ſpecie fornicationis, quæ minus peccatum eſt homicidio, etiam ignoranter commiſſo, ideo leuius eſt inducere ad fornicationem, quam occidere ſcienter, vel cum ignorantia culpabili. Sed hæc ratio non placet.1.Quia iam diximus,inducere indirecte ad fornicationem eſſe in ſpecie ſcandali ſumpta ex damno ſpirituali,& nō in ſpecie fornicationis: tum quia ſi quis eo modo inducat ſapientem ad fornicationem, peccat peccato alterius ſpeciei ab eo,quo peccat inducens amentem:ſed non alio niſi ſcandali: ergo peccat peccato ſcandali.

147 *Dub.5.* *D*ubitatur.5.quomodo intelligitur, quod ait D.Thom.hac.q.73.a.8.nocumentum præuiſum & intentum aggrauare indirecte. De hac re vide Vazq.eod.at.dub.1. & Herreram. a.diſp.31.q.12.Azor.tom.1.lib.4. c.20. q.4.& 6. Conra. ibi per intentum intelligit volitum propter ſe & per modum finis.Alij autem per intentum intelligunt,quod eſt volitum in ſe, vel in cauſa proxima,licet non ſit voliitum, vt finis. Sed exiſtimo etiam ſi ſit volitum in cauſa proxima,ſi non ſit volitum in ſe, non appellari intentum, vt docet Azor ſupra & patet ex D.Tho. eod.ar.8. ponente exemplū in deſtructione ſegetum, quæ ſane præuiſa eſt in cauſa proxima, ſcilicet earum conculcatione.tamen non dicitur intenta, & certe in moralibus parum videtur referre, quod cauſa ſit proxima vel remota,ſi effectus in ipſa eodem modo præuideatur:ergo ſi præuiſus in cauſa temota, non appellatur intentus à D.Tho.neque prę uiſus in cauſa proxima.

148 *Queſtio.* An vero homicidiū caſuale, quod diſtinguitur à voluntario,dicatur iniure omne illud,quod non eſt intentum in ſe,licet ſit prę uiſum,quidam ibidem affirmate videntur in iure eſſe homicidium voluntatiū, ꝙ eſt volitum in ſe,vel in cauſa ptoxima,caſuale vero, quod

Digitized by Google

quod tantum eſt volitum in cauſa remota. Vnde inferunt, in caſu cap. fin. de homicidio, cumquis miſit famulum, vt alium percuteret, famulus autem excedens mandatum, ipſum occidit, & in ſimilibus homicidum non eſſe directe volitum, nec dici voluntariū, ſed caſuale, ideoque ſi ſit occultum, neque deductum in forum externum, poſſe ab Epiſcopo in eo diſpenſari, per Trid. ſeſſ. 14. de reformatione cap. 7. concedens, vt in homicidio occulto, quod non eſt factum ex propoſito, poſſit ordinarius diſpenſare, & ſeſſ. 24. cap. 6. vt in homicidio occulto non voluntario poſſit ordinarius diſpenſare.

149 *Auctor.* Sed certe ſi euentus certitudine Phyſica, vel morali præuidetur in cauſa quantumuis remota, non eſt appellandus ſimpliciter voluntarius, vel cauſalis, nā cauſale ſimpliciter videtur, quod non eſt formaliter volitum, nec vere præuiſum, ſed quod præter formalē intentionem & ſcientiam accidit. Nec quod ſit præuiſum in cauſa tantum remota ſufficit ad homicidium caſuale, alias qui venenum propinaret poſt. 6. menſes certo mortem illaturum, diceretur caſu occidiſſe, ſi non voluit formaliter ipſam mortem, & in eo homicidio poſſet ordinarius diſpenſare, quod eſt abſurdum. Conf. quia in eo euentu intentio indirecta eiuſdem fere grauitatis eſt cum directa: ergo ſi in intētione directa, nō eſt data facultas diſpenſandi, idem de illa indirecta dicendum eſt.

150 *Ad fundamenta. 1. opinio.* Ad fundamenta. 1. opinionis Caietani, quā etiam habet. 2. 2. q 55. art. 2. circa ad. 3. R. eſſe valde friuola, ſi ſermo ſit de ſpecie malitiæ, ſecus vero ſi de ſpecie actus in eſſe naturæ: hoc enim modo vera eſt eius opinio, & ſolidis fundamentis nititur, ſed loquendo de ſpecie malitiæ infirma ſunt, nā cum ait, id quod ſe habet conſequenter ad actum vel obiectū eſſe extra latitudinem ſpecificātis. R. Verum eſſe ſi actus conſideretur in eſſe naturę, non vero ſi cōſideretur, vt malus moraliter, ſic enim ab eo, quod eſt tantum implicite volitū, poteſt ſpecificari. Deinde quod ait, non dari ſpecies accidentales reſpectu actus interni, falſum eſt, nam ſuperius etiam ex mente Caiet. oſtendimus, finem malum interdum eſſe circunſtantiā reſpectu actus interni, dareq. ipſi ſpeciem accidentalem malitiæ: & circunſtantiæ perſonæ, loci, temporis, &c. dant ſpeciem accidentalem actui interno, etiam in eſſe moris conſiderato, quando tantum ſunt implicite volitæ. Neque obſtat argumentum aliorum, ſcilicet omnis circunſtantia tribuens ſpeciem, ſubſtantialiter cum ipſa comparatur: ergo tribuit ſpeciem ſubſtantialem: nam licet circunſtantia omnis tribuens ſpeciem malitiæ ſit ſubſtantialis reſpectu illius: tamen poteſt eſſe accidentalis reſpectu ſubſtātiæ actus, & reſpectu alterius malitiæ: imo omnis malitia eſt accidentalis ad ſubſtātiam actus. Quod vero ait Caietanus, ſolicitationem fœminæ non ſumere ſpeciem à morte ſpirituale proximi, ſed à fornicatione per ſe intenta, in primis eſt contra ipſum Caietanum. ā. 2. q. 43. ar. 1. vbi non ſolum in ea ſolicitatione, ſed etiam in opere bono habente ſpeciem mali, & præbente occaſionem ruinę agnoſcit ſpeciem ſcandali reductiue, quo verbo neſcio quid ſibi velit, niſi forte eam ſpeciem ſcandali eſſe minus perfectam, quam cum homo formaliter intendit ruinam proximi. Deinde Caietanus ſupra docet, vt nocumentum conferat ſpeciem, non eſſe neceſſarium intendi per ſe primo, ſcilicet vt finem, ſed ſatis eſſe intendi per ſe ſecundo, ſcilicet vt obiectum terminatiunm, ſed qui ſolicitat, intendit fornicationem, vt obiectum terminatiuum, & illa eſt mors ſpiritualis actualis, ſecundum ſe in opiniune Caietani tenentis malitiam moralem conſiſtere formaliter in poſitiuo; ergo ille intendit mortem ſpiritualem formaliter, ac proinde peccat peccato ſcandali.

151 *Ad fundamenta. 2. opinionis.* Ad fundamentum. 2. opinionis poteſt dici quando ex opere bono habente ſpeciem mali, aliqui ſumunt occaſionem peccandi, illud opus eſſe malum malitia illius peccati, quod occaſione illius perpetratur, vel malitia ſcandali, non reductiue tantum, ſed per ſe licet tale ſcandalum minus malum ſit, quam ſi ruina proximi eſſet per ſe, vel in ſe intenta, idem eſt quando opus malum præbet occaſionem ruinæ, & ſane vt ait Vazquez diſp. 102. c. 1. nulla eſt ratio cur ſpirituale damnum in vno caſu tribuat ſpeciem, & non in altero: cum vtraque eodem modo moueat, ſcilicet quia malum apparet, licet in vno caſu ſit vere malum & non in altero. Imo ob rationem 3. opinionis potius videtur tribuere ſpeciem ſcandali in ſecundo euentu, quam iu primo. Præterea ſi damnum ſpirituale non tribueret ſpeciem, quando ſequitur ex opere vere malo, maxime quia eſt circunſtantia generalis, ſed hoc eſt falſum, quia peccata quæ à proximo ignorantur, non præbent illi occaſionē ruinæ, quæ vero ſciuntur, licet ex ſe præbeant occaſionem: tamen aliquando non eſt veriſimile illatura ruinam.

152 *Ad fundamenta. 3. opinionis.* Ad fundamentum. 3. opinionis. R. impugnari à Vazquez diſp. 101. c. 2. meritoque. 1. quia tam per accidens interdum coniungitur dānum operi malo, ſicut bono, vt homicidium venationi prohibitæ, ſicut licitæ: ergo ſi quando coniungitur operi, bono tribuit eandem ſpeciem, quam conferret ſi ſcienter fieret. Similiter quando coniungitur operi malo, & homo

homo dat opetam rei illicitæ.Secundo quando homo dat operam rei licitæ malum ex eo ortum ob ignorantiam culpabilem dat actui aliquam ſpeciem: cur ergo non eandem, quam daret,ſi adeſſet certa ſcientia? non enim poteſt,dici diſcrimen eſſe, quia in vno euentu eſt intentum ob ſe & non in alio, ſiquidem in neutro eſt propter ſe,in ſe, aut per ſe intentum. Deinde quando fit ſcienter, licet non ſi propter ſe intentum, confert ſpeciem, quam conferret ſi eſſet per ſe, & propter ſe intentum: ergo ſimilitet cum eſt ignoratum, confert ſpeciem, quam conferret ſcitum. 3. Qui occidit ex ignorantia culpabili non affectata dans operam venationi licitæ,vere peccat non ſolum contra charitatem,ſed etiã cõtra iuſtitiam in ordine ad vitam proximi.ergo eius peccatum eſt in ſpecie homicidij,& non ſolius negligentiæ.Confir.quia negligentia ſumit ſpeciem ex materia circa quam verſatur,vt ſi ſit in audiendo ſacrum,eſt contra religionem:ergn negligentia in abſtinendo à morte proximi eſt contra iuſtitiam & in ſpecie homicidij. 4. Ad idem vitium pertinet omiſſio volita formaliter & virtualiter,ſed omiſſio debitæ diligentiæ,nequis proximum occidat,ſi eſſet formaliter volita,haberet ſpeciem homicidij; ergo ſimiliter volita virtualiter,ac proinde homicidium externum ex ignorantia culpabili procedens confert interno actui malitiam ſpecificam homicidij,quam conferret poſita ſcientia,licet remiſſiorem, niſi ignorantia eſſet affectata:hæc enim non extenuat malitiam,& quando homo dat operam rei illicitę.minus peccat,quam ſi daret illicitæ, vel quia in primo euentu minorem diligentiam adhibere tenetur ad veritatem indagandam, vel quia minus tenetur abſtinere à bono opere,ne damnum ſequatur,quam à malo.

153 *Ad fundamenta.4. opinionis.* Ad fundamenta.4.opinionis. R. leuiſſima eſſe quantum ad.2.&.3.dictum primum enim concedimus cum Cordub.lib.2.q.24 con.2.& Vazq.diſp.101.c.4,Secundum cum eiſdem negamus,& reijcitur à Vazquez, quia licet in ijs quæ ſunt mala quia prohibita,prohibitio ſit ad malitiam neceſſaria, non tamen eſt ratio motiua,ſed eadẽ ratio motiua eſt in peccáte ſcienter & ignoranter:ergo & eadem malitia,eiuſdẽq.ſpeciei directæ:cum enim ſit res completa,directe & non reductiue erit in aliquo genere & ſpecie. Idem dictum reijcio, quia nihil eſt malum, niſi quia prohibitum, quod autem prohibitio ſit naturalis,vel poſitiua,ad rem eſt impertinens,cum circa vtráq. prohibitionem poſſit dari ignorantia culpabilis non affectata,quæ nõ excuſat omnino à culpa:ergo in vtroque euentu peccatum habet eandem ſpeciem malitiæ, quam habetet ſecluſa ignorantia:maxime cum malitia obiecti eiuſque ſubſtantia in vtroque euentu ſit æqualiter voluntaria, & æqualiter cognita, vel ignorata.3.Etiam dictum reijcit Vazquez quia tota malitia incautæ venationis ſumitur ex euentu:ergo ad eádem ſpeciem pertinet,ad quam pertineret ſi actio fieret præuiſo euentu. Nec valet dicere cum Caietano, pertinere reductiue,quia licet hoc admittatur, concedendum erit participare malitiam eiuſdem ſpeciei,licet minus perfecte, vt docet Cordub.ſupra concl.4.Deinde vt ait Vaz. cum hæc malitia ſit completa,ſi pertinet ad ſpeciem homicidij, vel ebrietatis,non pertinebit reductiue,ſed directe,non quia obiectum ſit directe volitum, ſic enim nec in peccante ex certa ſcientia malitia eſt directe in ſpecie homicidij,ſed quia illa malitia eſt cõpleta in ſuo genere & ſpecie,licet minos perfecta,quam,quæ reſultat ex opere ſcienter facto. Parũ autem referr,quod peccatum illud dicatur commiſſionis,vt recte Caiet.q.72.ar. vltim. vel omiſſionis debitæ diligentiæ, vt. velle videtur Caſtro ſupra & D.Tho.2.2. q.55 ar.2.Caiet.ibi & in ſumma verbo inconſideratio.Alia dicit Vazq.contta Caiet. quæ forte non ſunt contra illum.

154 *Obiectio.* Obijcies contra dicta,qui peccat ex ignorantia culpabili,etiam iuris naturalis,non habet idem obiectum directum, quod habet qui peccat ſcienter:ergo non peccat peccato eiuſdem ſpeciei.Antecedens patet ex D. Th. q.73 ar.4.dicente, peccantem ex ignorantia culpabili minus peccare,quam, qui ex certa ſcientia,quia ignorantia minuit voluntariũ, nam cum ignoratur aliquid eſſe peccatum, nequit voluntas ferri directe in ipſum peccatum:ſed per accidens.Hanc obiectionẽ obſcure ſoluit Caietanus eodem art.4. quem impugnat Vazquez diſp.102.c.4.Quibus omiſſis facile. R. nihil referre ad ſpeciem malitiæ, quod directe, vel indirecte ſit volita: licet ad ſpeciem ſubſtantialem actus referre poſſit.Deinde non eſt mens D,Tho.quod omnis ſcienter peccans velit directe malitiam obiecti;ſed quod velit obiectum directe & formaliter apprehenſum,vt malum,ideoq. illũ grauius peccare,quia cum voluntarium ſit,quod fit ex cognitione,id quod fit maiori cognitione,magis eſt voluntarium,cęteris paribus. Itẽ quia habet maius impulſiuum ad non peccandum,ideoque liberius peccat.

155 *Ad fundamenta.5.opinionis.* Ad fundamenta.5.opinionis, quatenus.6. aduerſari poſſent.R.peccata,quæ extra volũtatem conſummantur,eſſe eiuſdẽ ſpeciei,ſiue fiant ſcienter,ſiue ignotanter:non quia idem habeant motiuum, hoc enim non ſempet euenit & eſt impettinens, quia malitia non ſpecificatur ex motiuo:ſiquidem variato motiuo

tiuo poteſt eſſe vnica malitia & poſito vnico motiuo poſſet multiplicari malitia. nec ob alias rões quas lateàliqui ponunt, ſed quia priuant eadem rectitudine & obedientia, omnia tamen peccata, quæ habent pro obiecto actum alterius potentiæ, extra voluntatem conſummantur, vt voluntas aſſentiendi propoſitioni hæreticę conſummatur in actu intellectus & odium Dei, & proximi in actu, quo infert' malũ Deo, vel proximo, nam odiſſe eſt velle malum alicui, velle autem alicui malum, in ipſo opere conſummatur. Quod ſi opus non fiat, eo quod ſit impoſſibile, odium manet inconſummatum, & incompletum: ad rationem tamen odij proprie dicti non ſatis eſt velle malum alicui directe; ſed vlterius requiritur velle illi malũ, quia malũ ei⁹, nullo alio cõmodo ꝓprio volito præter hoc, quod eſt inimico meo malum ineſſe, & ideo ſi alia ratione opto illi malum, tale malũ tribuit actui ſpeciem quandam malitiæ, non tñ eandem, quã habet odiũ. Similiterq. affectus inobedientiæ, & ingratitudinis in externo opere, vel omiſsione cõſummatur, nã affectus inobedientiæ eſt velle non obedire, ex amore libertatis à lege: ingratitudinis vero velle non cõpenſare beneficiũ: tales autẽ affectus ipſo opere conſummantur & complentur.

156 Quomodo autem non in omni peccato inueniatur ſpecialis malitia ingratitudinis, nec inobedientiæ, nec ſuperbiæ, nec contra charitatem Dei, etiam in peccatis reſpicientibus Deum directe, nec cõtra charitatem propriã, etiam in reſpiciẽtibus proximũ, alia quæſtio eſt in qua, quia pertinet ad varias materias breuiter dico. Non in omni peccato eſſe ſpecialem malitiã cõtra obedientiam, quia non obedire legi eſſentialiter includitur in omni peccato, quod vero lex ſit naturalis, vel poſitiua humana, vel diuina, non mutat ſpeciem imò neque aggrauat notabiliter, ſimiliter defectus humilitatis, & ſubiectionis ad legem, vel legiſlatorem, vt ſic, eſſentialiter includitur in omni peccato, ideo nõ cõfert ſpeciem. Similiter quia in omni peccato eſſentialiter includitur nocumentũ propriũ, & quodammodo etiam nocumentum Dei, cuius lex violatur, ideò tale nocumentum non confert ſpeciem, & licet eſſe directe contra Deum, vel contra ſe, vel contra proximum, non ſit eſſentiale omni peccato, tamen quia eſt eſſentiale multis peccatis, nullam confert ſpeciem infimam; ſecus vero circumſtantia ſcandali, quæ non eſt eſſentialiter communis omnibus peccatis, etiam ijs, quæ directe ſunt contra proximum. Item eſſentiale eſt omni peccato eſſe ſaltem materialiter contra benefactorem, ſcilicet *Deum*. Ideo hoc nullam confert ſpeciẽ: eſſe vero contra Deum cognitum, vt benefactorem, licet non ſit eſſentiale omni peccato, tamen non confert ſpeciem aliquã, quia donum eſſet ratione omnium beneficiorum, vel aliquorum contrahere ſpecialem obligationem abſtinendi à qualibet offenſa benefactoris, etiam cogniti ſub ratione benefactoris. Ad quos autem actus, vel omiſſiones ſpecialiter obliget obedientia humilitas, gratitudo, charitas Dei, proximi, & propria, ſuis locis diſſeretur.

Quod autẽ non in omni peccato peccet homo cõtra prædictas virtutes, vide D. Tho. 2. 2. 157
q. 23. ar. 4 ad. 3. & qu. 104. art 2 ad. 1. q. 105. a. 1. ad 1. quæſt. 107. ar. 2 ad. 1. q. 162. ar. 2 ad. 8. 3. par q. 88. art. 4. & 1. 2. q. 72. a. 4. Vazq. diſp. 101. cap. 6. diſp. 102. c. 5. Zumel, q. 72. ar. 4. q. 73. ar. 8, dub. 5. Sotũ 4. d. 16. q. 1 a. 4. Scotum d. 22. q. 1. a. 3. ad. 2. Durãdum q. 1. nu. 8. Bonau. dub. 3. litteræ. Altiſiod. lib. 4. tract. 6. c. 6. q. 2. Petrũ de Soto lect. 10. de pœniten. Caiet. 2. 2. qu. 34. ar. 6. ad vltimum.

Ad argumentum vero quo quinta opinio oſtendebat, ruinam proximi non directe vo- 158
litam, non tribuere ſpeciem ſcandali. Reſpõ. affectum ſcandali in ipſa ruina proximi conſummari, ſicut affectus fraternæ correctionis in emẽdatione proximi, & licet affectus charitatis petat, velle bonum alicui, quia bonum eius eſt, tamen affectus ſcandali oppoſitus charitati, vt fatetur Vazq. diſput. 102. ca. 5. nu. 14 non poſcit, vt velimus ruinam proximi, quia malum eius eſt, talis enim affectus non ſolum eſſet ſcandali, ſed odij: ad ſcandalum ergo ſufficit velle directe, vel indirecte ruinam proximi. Ad. 1. confirmationem Reſpõ. eum, qui ſolo ſuo exemplo alterum mouet ad homicidium non peccare contra iuſtitiã, nec contrahere obligationem reſtituẽdi dãna orta ex homicidio, vt omnes docent, & licet oppoſitum admitteretur, non inde euidẽter fieret, peccare grauius, quam executorem homicidij, quia licet executor ſolum noceat corpori occiſi: tamen videtur continere hoc maiorem malitiam, quam ſolo exemplo nocere animæ occidentis, & corpori occiſi. Similiter dici poſſet, minus peccatum eſſe imperio vel conſilio mouere ad homicidium, quam per ſe occidere, licet hoc ſit creditu difficilius, quia cõcurrere executiue ad mortem parum videtur excedere concurſum imperij, vel conſilij. & vlterius in cõſilio, & imperio interuenit ſcãdalum: nõ autẽ in executione. Recte autẽ Vazq. omiſsionẽ voluntariã actu directo ait, paulo grauiorẽ eſſe volũtaria indirecte ac ſine vllo actu. Ad. 2. cõf. R. illũ peccare contra charitatẽ, & adhoc non eſſe opus velle malũ ꝓximo, quia malũ eius eſt, non enim omne peccatũ cõtra charitatẽ petit tale motiuũ, ſed odium tantum: alias nõ peccaret contra charitatem, qui ex alio motiuo

tiuo

Digitized by Google

tiuo vellet non ſubuenire extteme indigenti & argumentũ habet inſtantiam in alijs vittutibus,licet enim ad iuſtitiam ſolum pertineat velle iuſtum,quia iuſtum:tamen ad iniuſtitiã ſufficit velle iniuſtum quocunq. motiuo, idẽ eſt in tẽpantiꝰ,& fortitudine. Ad.3.confirmationem.R.Nauarr. nu.19. Baptiſta Corradus. q.248.Emao.veibo ſcandalum.c.49.con.3. *D.* Tho.loqui qñ non eſt veriſimile ruinam proximi euenturam.Sed melius.R. loqui de ſpecie poſitiua formali,quę ſumitur ex ſolo fine, & non de ſpecie malitiæ conſiſtente in priuatione,in quo ſenſu ratio D.Th.optima eſt, de ſpecie veto malitiæ eſſet nulla, vt ꝓbat Vaz. diſp.1c2.c.4.fine , nam qui ſcienter, vel ex ignorantia culpabili dat cauſam morti alteriꝰ licet non velit directe mottem: contrahet rñ culpã homicidij,& magis ſi vult directe occidere,licet nolit mortem,quia malum proximi eſt.Illa vero ratio Zumel.q.73.ar. 8. dub.5. ptobantis,ruinam proximi indirecte volitam non dare ſpeciem,licet aggrauet notabiliter, ſcilicet quia ruina indirecte volita, eſt generalis circuoſtantia,merito reijtur à Vaz. eadẽ diſputatione.c.4.& 6.quia aliquando coniungitur bono operi,& non malo , aliquando etiam nõ coniungitur operi malo,vt ſi ſecteto fiat,vel coram perſona non paſſura ſcandalũ.

SECTIO.XVI.

V. nocumentum v.g. homicidij non intentum formaliter nec præuiſum imputetur ad irregularitatem.

160 OMnes conneniunt.1. ſi quis dabat operam rei licitæ , & adhibuit omnem deligentiam debitam , oe ſequeretur homicidium,etiam ſi ſequatur,non fieri irregularem.2.Si dabat operam rei licitæ, & omiſit debitam diligentiã, fieri irregulatem:vttumq. colligitur ex iuribus referendis:ratione autem patet,quia in.1. euentu nulla eſt culpa , in ſecuodo vero eſt culpa homicidij.Tota difficultas eſt ,an cum quis adhibuit totam diligentiam debitam, tamen dabat operam rei illicitæ,ſecuto homicidio fiat irregularis?eadem quæſtio eſt de mutilatione.

191 1.Sent. 1.Opinio abſolute ait,fieri irregularem D. Tho. Add.q.39.a.4.ad.3.& 2.2.q.64.ar.8. Caiet. & Vict.ibi Graffis.2.deciſionum.c.66.n.3.Cõrad.hac q.73.ar.8.Viuald.tract.de irreg.n.248. citans Epiſcop.Scalenſem.c.9.ad finẽ. Albertũ Trocium lib.2.de vero & perfecto clerico, c.27.Villadiegum de irregulari.c.de percuſſore & alios,quorum tũ multi.3.ſenten.tenent. Hác tenet Coro.tract.de irreg.n.22.Roſe.homicidium.3.n.1.Angelus homicidium.2. nu.1. Syluestet nu.2.regula.3.& homicidium. 3. regula.6.Armilla veibo irregul.nu.5.Tabienna irreg.1,n.3.Panorm.& Felin. c. præsbyterum de homicidio,Gloſſa ibi,& cap. ſicut, eodem titu.& communiter Canoniſt. vt refert Couart.Atque hanc eſſe ſententiam D.Th.hanc q.73.a.8.affirmat Azor to.1.lib.4.c.20.q.5. Sed ipſe reſolutionem remittit ad tractatum de irregularitate. Eaodem ſententiam teoeri à D.Th.hic.a.8.licet obſcuriꝰ quã in alijs locis, ait Suarez.3.p.to.5.diſp.45.ſect.6. vbi pro eadẽ ſententia citat Palud.4.d.25. q.3. ou.15. Gabr. d.15.q.14.ar.3.dub.2.Couarr.Clem.ſi furioſus. p.2.§.4.à princ.Nauarr.c.27.o.219.& ſeqq.Maiolum de irreg.lib.5.c.48.§.3. ſed quid aliqui hotum ſentiant,inferius conſtabit. Prob. ex cap.dilectus filius.c.Ioannes.c.ex literis. cap. ſuſcepimus,&.c. finali de homic. c. quantum c.clerico.c.de his.c.eos vero. 50.diſt. quibus locis homicida caſualis cenſetur irregularis & ſolũ excuſatut ab irregularitate,qui adhibuit debitam diligentiam , & dabat operam rei licitæ.Confir.quia multi canones abſolute dicunt,occidentẽ eſſe irregularẽ,à qua regula nullus excipi debet , niſi expreſſo iure: ſed iute non excipitur dans operam rei illicitæ:ergo vere eſt irregularis , etiam ſi fecerit diligentiam alias ſufficientem,vnde in.c.continebatur de homicidio Diaconus quidam iudicatut irregularis,eo quod vtebatur ludo prohibito,ex quo mere caſualiter ſecutum eſt homicidium:& in cap.litteratum eod. tit. quidam Monachus iudicatur irregularis , eo quod illicite ludens cum fæmina grauida abotſum intulit: vbi cõmunis ſentẽtia tenet quod eam irregularitatem nõ incurreret frater , vel conſanguineus ſimili ludo, & c.tua nos eod.tit.Monachus qui tumorem cuiuſdã fæminæ pietatis cauſa ferro apetuit,cenſetur irregularis,licet omnem diligentiã adhibuerit, & non , niſi quia dabat operam tei illicitę,cum citurgia ſit clericis prohibita.c.ſententiam ſanguinis, ne clerici , vel monachi: ergo. Aliqui adducunt.c.fin.de homicid.in.6. ſed non eſt ad tem,qui ibi expreſſe fit ſermo do eo;qui non fecit debitam diligentiam , ne homicidium ſequeretur. Aliqui etiam hanc opinionem probant:quia is, qui dat operam rei illicitæ,quantumcumque faciat diligentiam,ſi ex eius facto ſequatur homiaidium, eſt vere homicida,& culpam homicidij conttahit, atque ad reſtitutionem damnotum tenetur ; ergo eſt irregularis.Ita Gabriel.ſupra. ſed hoc modo hanc opinio. eſſe improbabilem merito ait Suarez. Prob. quia quando res non eſt vetita in ordine ad homicidium,

facta

Digitized by Google

& facta eſt ſufficiens diligentia ne homicidium ſequeretur,& moraliter certum erat ſe qui non poſſe:non poteſt ſumi culpa homicidij ex periculo præuiſo aut præuideri debito; cum inuincibiliter ignoretur & ignorantia inuincibilis excuſet à malitia circunſtantiæ iuxta D.Thom.2.2.q.76.art.3.Nec vero poteſt ſumi à culpa homicidij ex prohibitione actus in ordine ad illud:ergo nō eſt vnde ſumatur. Vnde probabile fundamentum huius ſententiæ ſic generaliter acceptæ,ſolum eſſe poteſt,vt ait Suarez:quia iura ita potuerunt ſtatuere ſtatuiſſeq. videntur locis citatis.

Nihilominus hæc ſententia multis Theologis recentioribus dura viſa eſt,vt ait Suar. illa ſect 6.quia nullo iure canonico ſufficienter probari poteſt,vt notauit Sotus. Nam licet Nauar.cap.27.num.221.dixerit id nimis audacter Sotum dixiſſe:quia iura citata in argu. à contrario ſenſu id probant:tamē verum dixit Sotus,quia argum.à contrario ſenſu,infirmum eſt.Sed R. Nauar. *licet argumentum à contrario ſenſu logicis ſit infirmum,iuriſconſultis tamē firmiſſimū eſt.l.1.ff.de offic.eius,cui mand eſt iuriſd. & c. Apoſtolica de his,quæ fiunt à Prel.ſine conſ.capituli.Saltem quando deſumitur prob andum illud, cuius contrarium non eſt iure expreſſum,iuxta c. à nobis.2 de ſent.exco. & gloſſ c. ſignificaſti, de foro comp.vt in propoſito contingit. Tum quia prædicta duo capita,dilectus,& ex litteris,non ſolum probant id à contrario ſenſu,ſed etiam à ceſſante ratione, & cauſa:quod eſt validum.l.adigere.§.quamuis de iure patron.c.cum ceſſante,de appell. vt palam eſt ea perpēdenti Tum denique,quia plurimi ſunt textus, quibus pro regula ſtatuitur,quod qui deformat,irregularis eſt c.miror,c.ſiquis vidua,c.clerico, c. de his, c.eas vero.50.d.c.continebatur,&c.presbyterum de homic. & adeo quidem vt videantur includere etiā eos,qui iuſte,& ſancte,directe, aut indirecte deformant aut illius cauſa ſunt. Quin multi & in his S. Thom.2.2 q.64.a.8.contra caſum Clem.1.de homic. tenuere,eſſe irregularem etiam deformantem ob neceſſariam ſuæ vitæ defenſionē &c.* Hæc Nauar. in quibus deficit.¶1.Quia doctrinā Soti impugnat,in qua tamen cum ipſo conuenit, vterq. enim tenet.3.ſententiā vt referemus ¶2. Quia putat,in iure canonico valere ſemper argu. à contrario ſenſu,ac proinde recte ſequi, qui dat operam rei licitę adhibens ſufficientē diligentiam ne ſequatur homicidium,eſt irregularis;ergo omnis,qui dat operam rei illicitę eſt irregularis,ſi ex ea ſequatur homicidiū. Nam ipſemet excepit eum qui per operam illicitam eſt cauſa remota homicidij, ideſt, quæ non ſit mala ob periculum homicidij,vt cum quis male præcipit alteri vt aliquo eat, & in itinere fulmine ictus perit: ergo etiam Sotus & alij potuere ſimiles caſus excipere. Maxime cum in ipſo iure ſtatutum ſit, vt nemo cenſeatur irregularis,niſi in caſibus iure expreſſis:in iure autem nulla habeatur regula generalis,quod homicida caſualis dans operam rei illicitæ,ſit irregularis:& arg.à contrario ſenſu formaliter loquendo ſemper eſt infirmum,ſed ratione materiæ valere poteſt ſupponendo nimirum aliquid aliud,quod ei vim conferat:vt ſæpe contingit: hîc vero nihil eſt eiuſmodi.Imo ex iure ipſo colligitur, homicidium caſuale,in quo non interuenit culpa iniuſtitiæ,& homicidij,quamuis in eo alia culpa interueniat,non facere irregularē; quia iura culpam tantum homicidij & non alias punire intendunt. Vnde etiam liquet arg.à ceſſante ratione locum hîc nō habere: quia tale argumentum non valet , niſi ratio ſit adæquata,& totalis: ad excuſandum autē homicidam ab irregularitate ratio adæquata non eſt dare operam rei licitæ : ſed non dare operam rei illicitæ in ordine ad homicidiū: ergo hic non recte fit argum.à ceſſante ratione.¶3.Quod adducit Nauar. de occidente in ſui defenſionem,non eſt ad rem:quia hîc ſolum agimus de homicidio caſuali non præuiſo,nec intento,quale illud non eſt. ¶4. Quod ait,generaliter in iure ſtatutum eſt , vt qui caſu occidit vel deformat,ſit irregularis,& nō eſt excepta in iure niſi occiſio vel deformatio dantis operam rei licitæ: ergo non debemus aliam excipere:non vrget;R. enim eadē ratione , qua ius excepit eum , qui dat opera rei licitæ & habet debitam diligentiam, quia nimirum non peccat contra iuſtitiā, ſeu peccato homicidij,vel periculi homicidij, excipiendi ſunt quicunque adhibent debitam diligentiam & dant operam rei illicitæ non habenti turpitudinē vel periculū homicidij, quia id extendere ad alios caſus eſſet duriſſimum:& iura nullum caſum ponunt , in quo non concurrat huiuſmodi turpitudo aut periculum.Maxime quod illa nunquam dicant generaliter, homicidam caſualem eſſe irregularem; ac proinde nec excipiant caſus à regula generali:ſed aliquos particulares caſus declarant,in quibus incurratur , vel non incurratur irregularitas Conf. quia ipſa iura definiunt,homicidium cauſatum ab infante , furioſo,vel dormiente non cauſare irregularitatem Clem. vn.de homicid. quia nimirum non ſolet eſſe liberum,ſeu voluntarium perfecte & humano modo,ac moraliter,eoquod periculum non ſolet eſſe præuiſum . Vnde ſi eſſet præuiſum ante ſomnum , incurreretur irregularitas c.quæſitum de pœnit.& remiſſ. c.conſuluiſti.2.q.5. ergo eadem ratione in caſibus in quibus dans operam rei illicitæ.eſt inuoluntarius & non peccat deformitate homicidij caſualis , licet peccet alia deformitate, non incurrit irregularitatem. Deinde Bañes.

2.2.quæſt.

2.2.quæſt.64.art.8.dub.3.ait hanc ſententiam non eſſe ſibi veriſimilem etiam in foro externo, quod late ibi conatur oſtẽdere, & Petrus Led.2.p.ſummæ tract.8 ca.14.diffic.4.poſt.12. conc.expreſſe, ait primam ſent.eſſe improbabilẽ.1.quia in c.fin.de homic.in.6.dicur, *cum mandando in culpa fueris & hoc euenire poſſe debueris cogitare*: ergo non ſufficeret mandando fuiſſe in culpa ſeu dediſſe operam rei illicitæ. ¶2.Quia ſi nullum erat morale periculum homicidij, nec res prohibita, vt periculoſa, homicidium non eſt voluntarium nec humanum nec culpabile: ergo non inducit irregularitatem. Addit Ledeſ.argum.à contrario ſenſu in materia irregularitatis nullum eſſe quia ius ſtatuit, neminem cenſendum irreg.niſi in caſu à iure expreſſo.

162 2.Opinio. 2.Opinio extrema tenet, nunquam irregularitatem incurri ex homicidio caſuali, niſi quando ex omiſſione debitæ diligentiæ homicidium proceſſit, etiam ſi homo daret operam rei prohibitæ ob periculum homicidij: quia in eo euentu non contrahitur culpa homicidij, ſed inobedientiæ. Pro hac ſententia referuntur Canus, & Peña hic & frater Amb. de Salazar additio.q 39 Orellana 2.2.q.64 a 8 quam opinionem nonnulli alij probabilem reputant. Et illi fauere videtur D.Tho.hac.q. 73.a.8.docens, quando nocumẽtum ſequitur per accidens, licet non ſit præuiſum, nec intentum, imputari ad pœnam propter negligentiam conſiderandi incommoda, quæ euenire poſſent; ſi dabat operam rei illicitæ. Falſo aliqui hanc opinionẽ tribuunt Caſtro tenet enim ſequentem, vt referemus. Hãc vero tanquam inter omnes probabiliorem tenet Petrus Ledeſ.2.p.ſum.tract.8.diffic. 4. tribuens Cano & Peñę.

163 3.Opinio. 3.Opinio eſt, quando opus eſt prohibitum quia ex natura ſua continet periculum homicidij incurri irregularitatẽ etiam ſi adhibeatur diligentia moraliter ſufficiens ad vitandum homicidium; ſecus vero, ſi opus non eſt prohibitum, quia ex natura ſua contineat periculum homicidij: ſed aliqua alia ratione. In re ita tenent Sotus. 5. Iuſtitiæ quæſt.1.artic.9. Toletus.1.ſummę cap.29. Couarrub. relectione de homicidio p.2 §.4.num.9. &.10. citans Anchar. Villad.& alios Caſtro.2. de lege pænali cap.14.verſus finem Cordub.quæſt.26. li. 2. Medina hac q 73.a.8.regul.3. Zumel eodem a.dub.3.& q.76.a. 4. Valen. diſp.6.q.3.punct.3. Sa verbo irreg.titul. de deformatione illicita numero.2 Herrera.2.diſpu.32.q.15.; Suarez.3.p. tom.5.diſp.45. ſect. 6. Marianus Socinus c. ad audientiam de homicid. Aragon.2.2.q 64.a.8. Salon ibidem & Bañes eadem a.dub.3. Leſſius lib.2.de virtut.cap.9.dub.15 Emanuel.irregul. cap.166.num.1.&.2.Io.Conrad. in ſumma, q. 353.&. 354. Henric. lib.14.cap.15.§.1. Nauar. 14. quæſt.6.cap.fin.à numero.23.& in ſumma ca. 27.num.220.& ſeqq. licet, vt ait Valentia, non videatur per omnia conſtãter, & conſequenter loqui. Idem tenent Vazq.hic & paſſim recentiores, vt ait Leſſius ſupra.

Hæc opinio probari ſolet.1.quia irregularitas ſolum incurritur ex homicidio, vel ob defectum lenitatis, vt in miniſtris iuſtitiæ, vel ob delictum homicidij, vt docet, Palud.4.d.35 quæſt.1.ar.4.ex cap.ad audientiam de homic. ſed in huiuſmodi caſibus homicidium non fit à miniſtris iuſtitiæ cum defectu lenitatis perfectæ, neque interuenit delictum homicidij, vt fatetur Caiet: ergo non incurritur irregularitas. 164 Prob.1.

2 Ex oppoſita ſententia ſequerentur multa abſurda, vt probant Valẽtia Couar.& alij: primum: incurſurum irregularitatem eum, 165 2.Prob. qui conficeret aliqua luſoria inſtrumẽta prohibita, ſi poſtea in illorum ludo caſu aliquis interficeretur: quem tamen non fore irregularem fatetur Socinus cap.ad audientiam de homicidio. ¶2. eſt eum fore irregularem, qui ex ferro, quod furatus eſt illicite, enſem fecit & vendidit, ſi cum illo ab alio fiat homicidium. ¶3. Eſt, adulterum fore irregularem ſi inde mors adulteræ à marito illata ſequatur: quæ & ſimilia abſurda videntur.

3.Quia ſi dormiens, aliquem occidat, non 166 3.Prob. fit irregularis, vt patet ex clementia vnica de homicidio, vbi idem dicitur de furioſo: intelligitur autẽ etiam ſi homo culpabiliter ſomnum cœperit, vel in furiam inciderit & cap. exhibita de homicidio Pontifex quemdam excuſat ab irregularitate, quia de obitu hominis nullam habuit læſam conſcientiam: ergo, vbi non eſt culpa homicidij, non incurritur irregularitas: alioqui Pontifex non redderet rationem: *Quia de obitu non habuit læſam cõſcientiam*: ſed quia nullo modo dedit operam rei illicitæ & cap. nec is, qui inuitus.15.quæſt.1 eum, qui inuitus fecit homicidium, non eſſe irregularem, ſed qui non habet culpam homicidij inuitus facit homicidium: ergo. Et calator de homicidio clerici exercentis ludum ſibi illicitum, ideſt, ſuo ſtatui indecentem, iudicatur non incurriſſe irregularitatem caſu occidendo, & c.quantum.50. d. Gelaſius ait, non incurriſſe irregularitatem quemdam, qui equos furatus fuit, à quibus poſtea mulier confracta eſt. Sotus Zumel, & alij nonnulli adijciunt c. tua nos de homicidio vbi putant excuſari ab irregularitate clericum, qui pietatis cauſa tumorem fœminæ aperuit adhibita ſufficienti diligentia: Adducit etiam Medina cap.qui arborem.50.d.ſed hic tex. nõ inuenitur & alios adducit, qui nihil probant.

4.Quia

Digitized by Google

4. Quia non debemus irregularitatem ponere, niſi ſit expreſſa in iure: ſed qñ quis non eſt miniſter iuſtitiæ, neq. incurrit culpã homicidij in toto iure non exprimitur eſſe irregularẽ: ergo. ¶Quod vero qñ quis dat operã rei illicitæ periculoſæ, & prohibitæ in ordine ad vitandũ homicidiũ, licet homo ſit moraliter certus, non euenturũ, ſit irregularis, colligi videtur ex cap. tua nos de homicidio, & ex alijs iuribus, & Probatione: quia in eo euentu ille contrahere videtur culpam homicidij, cũ nõ facit totã diligentiã, quã tenet adhibere, ne ſequatur homicidium: ergo incurrit irregularitatẽ. vt tenent omnes allegati pro. 3. ſenten.

167. ¶Sed quamuis in re omnes fere citati pro illa cõueniant: in modo tñ illam explicandi maxime differunt: quia Sotus, quem in hoc Ema. Tolet. Valẽ. Med. Zum. & fere omnes recẽtiores ſequũtur. Illis verbis, quib. vſi ſum⁹. 3. hanc ſent. explicat. Sed Sua. illũ impugnat: quia eſto res in ſpecie ſit periculoſa: ſi hic & nunc, ſeu in indiuiduo nullũ eſt periculũ, moraliter loquendo: nihil referre videtur: nã iudiciũ de reb. moralib. in indiuiduo ferendũ eſt: cur ergo ille cõtrahet irregularitatẽ, qui dabat operã rei illicitæ periculoſæ in ſpecie, ſed non in indiuiduo? Nauar. antẽ, & Caſtro dicunt, qñ opera illicita eſt cauſa remota homicidij, non incurri irregularitatẽ: ſecus ſi ſit cauſa proxima, & eodẽ modo explicat Herrera; miſcens tamen priorem explicationem. Hi etiam reijciuntur à Couarr. & Suarez, & merito quidem quantum ad modum loquendo: vocant enim cauſam proximam illam, quæ moraliter non eſt prohibita ratione periculi homicidij, quod ſoleat habere adiunctum: propinquam vero, quæ eſt prohibita eo quod ſoleat habere adiunctum periculum, quamuis hic & nunc illud non habeat ſecundum prudentẽ æſtimationẽ: quod tñ proprie non eſt cauſam eſſe propinquam, vel remotam: ſed periculoſam vel non periculoſam de ſe. Et eſſe proprie propinquam vel remotam, ſi cætera ſint paria nihil referre videtur ad incurrendã vel vitãdam irregularitatem: ſed ſi cauſa eſt periculoſa, etiamſi ſit remota, incurritur irregularitas: ſi vero non ſit periculoſa, etiã ſi ſit proxima nõ incurritur. Quamuis merito Suarez, & Couarr. putent aliquam eſſe habendam rationem cauſæ propinquæ & remotæ, quia cauſa remota non ſolet prohiberi, nec prudenter cenſeri periculoſa in ordine ad homicidium, vt vendere enſem furto ſublatum, quando nulla eſt occaſio homicidij committendi eo tempore, vel mittere ſeruum ad rem illicitam: in qua moraliter loquendo non ſolet eſſe pericu-
168 lum homicidij, ſed caſu accidit, vt à latronibus, vel fulmine occideretur.

Vnde Suarez aliter rem explicat, dicens dantem operam rei illicitæ, ſi prudenter in indiuiduo nullum habeat periculum homicidij, nõ eſſe irregularem, etiam ſi det operam rei illicitæ, niſi in caſibus iure expreſſis: iure tamen exprimi omnes illos, in quibus res illa eſt prohibita ratione periculi homicidij, quod ea in re ſæpe eſſe ſolet. In quo euentu putat, nullam eſſe culpam homicidij, ſed alterius peccati, quod tamen non punitur irregularitate, niſi hac conditione, quòd reipſa intulerit mortem hominis, & ideo vocatur irregularitas illa homicidij, licet non ſit illata ob malitiam homicidij. Qui modus dicẽdi valde probabilis eſt, & magnũ fugit difficultatem, quam alij patiuntur in explicando, quomodo ex hoc ſolo, quod res ſit prohibita propter periculum homicidij, ſi fiat, contrahatur culpa homicidij. Habet tamen hic modus dicendi hanc difficultatem, quòd in iure nullibi eſt generaliter ſtatutum, vt dans operam re vetitæ ob periculum homicidij ſit irregularis etiam ſi prudenter exiſtimauerit, hic & nũc ex illa nõ poſſe ſequi homicidiũ. Sed ad ſũn. ſi text. aliqui irregularitatem incurri declararunt in caſibus nonnullis particularib. in quibus hoc reperitur: & fundari videntur in culpa homicidij, pro qua generaliter antea in iure ſtatuta erat irregularitas: ergo in illis caſibus vere contrahitur culpa homicidij. Et ita tenent Sotus, Valent. Herrera, Medin. Eman. Zumel, Caſtro, Leſſius, Aragon, Salon, Bañes. Nauarrus ſupra Sayr. lib. 7. ca. 14. num. 4. Tolet. ſupr. & lib. 5. cap. 7.

Sed probabilis valde eſt. 2. opinio primo 169.
propter ea quæ in ea adducta ſunt. 2. propter obiectionem quandam difficilem, quam paulo poſt cõtra. 3. ſentẽtiã proponemus. ¶3. Quia 2. ſentẽtiã probabilẽ cẽſent Salõ, & Bañes, ibi pro ea referentes Canum, & Peñam. 4. Quia reuera illam videtur tenere Henricus cum multis alijs quos refert to. 2. lib. 34. de irreg. c. 11. §. 1. & c. 19. §. n. 8. ¶5. quia quæ contra illã adducit. 3. ſententia, facile ſolui poſſunt.

Nã 1. cõtra. 2. ſententiã adducitur. c. vlt. de 170.
homic. in 6. vbi mandans aliũ iniuſte puniri, ſi mandatarius mãdatũ excedat, & occidat, qui mãdauit, irregularis cenſetur. ¶2. Adducitur c. tua nos de homic. vbi de monacho, qui officiũ chirurgi exercuit, cuius occaſione mortua eſt mulier, dicitur: *Licet ipſi monachus valde tũ deliquerit alienum officiũ vſurpando: in poſt ſatiſfactionẽ cõdignã miſericorditer cũ ipſo agi poſſe, vt diuina valeat celebrare*: quib. verbis ſignificatur, fuiſſe irregularẽ, licet adhibuerit debitam diligentiam, ne ſequeretur homicidium: quia dedit operã rei illicitæ, & prohibitæ ratione

periculi. 3. Adducitur. c.ſicut, de homicidio, vbi quidam præsbyter irregularis declaratur quia dedit occaſionē abortui (ſuppoſita fœtus animatione: quæ occaſio non videbatur ſufficiens: tamen quia præsbyter dabat operā rei illicitæ, irregularis iudicatur.

171 Sed ad.1.R. illum cenſeri irregularē, quia
Ad.1.arg. mandando in culpa homicidij fuit, quia illud euenire poſſe debuit cogitare, cū res illa ſub illis circunſtantijs magnū periculum mortis, vel mutilationis haberet, vnde non fuit ſufficiens cautio prohibere expreſſe occiſionē, & mutilationē. Ita R. Bañes defendendo. 2. ſententiā, quā ait eſſe cōſentaneā D. Tho. hac q. 73.a.8. nec eſſe cōtra ius, quia in eo nullus eſt textus, in quo aliquis cenſeatur irregularis ex eo præciſe, q det operā rei illicitæ: ſed quia cum daret operam rei illicitæ, negligēs fuit, vel fuiſſe præſumitur in conſiderādis nocu-
Ad. 2. mentis: idē ait Pet. ledes ſupra. Ad. 2. quod eſt difficilius. R. Sotus, & Zumel citati in 3. ſententia, illū non peccaſſe, peccato ſcilicet homicidij (nā contra religionē conſtat multum deliquiſſe, vt patet ex verbis textus iā citatis, neq. id negant Sotus, & Zumel) & ideo non fuiſſe irregularē. Eodē modo iſtum textū interpretatur Leſſius, illo dub. 15. n. 104. itaq. illa ſatiſfactio non eſt imponenda pro crimine homicidij, ſed pro peccato cōtra religionē, vel obedientiā commiſſo, ob quod etiā ſuſpenditur aliquantulū ab vſu ordinu, & poſtea miſericorditer permittitur celebrare, quia in rigore poſſet maiori tēpore ſuſpēdi. Vide Henriq. locis cit. vbi expreſſe cū multis docet, in illo caſu non incurri irreg. in foro interno: ſed tātū in externo propter præſumptionē alicuius imperitiæ, licet oppoſitū teneat Eman. v. irregu. c.177. n.2. corol.3. ¶ Ad.3. R. licet ex cōtextu
Ad.3. Panor. ſuā ſententiā colligant, & vt habet additio Pan. hæc ſit cōmunis interpretatio: tñ merito Suarez illa ſect.6. n.11. ait, nihil ad eam interpretationē cogere: nā actio, quæ ibi narratur, ſub illis circunſtantijs, ſufficiens cauſa abortus exiſtimari potuit, & debuit, & hoc inſinuat Hoſtiē. ibi dicēs. Ludus iſte illicitus, & noxius erat, nec excuſabat, & idē tenet Cou. illo. §.4. n.10. verſ.5. Itaq. cum nullus tex. clare dicat, dantē operā rei illicitæ prohibitæ ratione generalis periculi, eſſe irregularem, licet hic, & nunc moraliter ſit certum, non ſubeſſe periculū: recte defendi poteſt. 2. ſentētia aſſerēs, etiā ſi quis det operā rei illicitæ, & prohibitæ ratione periculi, nō eſſe irregularē, ſi moraliter loquendo certū erat, nullū ſubeſſe periculū. Tanquā cōmunior autē, & tutior, quāuis difficilis, defendenda nunc eſt à nobis. 3.
172 ſententia. Sed contra eā obijcies, quia ſi ali-
Obiectio. quid eſſet prohibitū in ordine ad vitam dum 100. dāna ſpecie diuerſa in eſſe moris, vt furta ſacrilegia, &c. qui illud faceret, non cōtraheret tot malitias quot ſunt illa dāna: ergo nec qui facit aliquid prohibitū in ordine ad vitādū homicidiū cōtrahit malitiam homicidij. Propter hoc mihi eſt probabilis. 2. Opinio, vt dixi. Quod ſi petas, in qua ſpecie ſit tale peccatū: cum non ſit in ſpecie homicidij. R. habere malitiā ſpecialis inobedientiæ, vt recte dicunt aliqui recentiores, imo & fere omnes auctores. 2. opinionis. Si vrgeas, actū prohibitū ſolo iure poſitiuo eſſe in eadē ſpecie moris, in qua eſſet, ſi eſſet ꝓhibitus ſolo iure naturali: ſed tunc eſſet in ſpecie homicidij: ergo ſimiliter qñ eſt prohibitus ſolo iure poſitiuo. R. licet maior ſit vera in actu prohibito propter ſe, negari poſſe in actu prohibito ob vitādum aliquod dānum, qñ moraliter certū eſt, non euenturū: negari etiam poſſet minor: nā fornicatio eſt generatim prohibita ob vitandum malam educationem prolis: tamen non habet eandē malitiam, quam mala educatio prolis, nam altera eſt contra tēperantiam, altera contra paternam pietatem: vel charitatē: ergo ſimiliter quod eſt generatim prohibitum ob homicidium vitandum, quādo moraliter certum eſt, non euenturum, non capit malitiam homicidij. Tenendo tñ tertiam opinionem ad argum. concedendum eſt actum prohibitum ob vitanda varia damna ſpecie diuerſa, varias contrahere malitias iuxta nocumentorum varietatem; etiam ſi certum ſit, ea non euentura, ſiue prohibitio ſit naturalis, ſiue poſitiua: non tñ eſſet culpa eiuſdem ſpeciei, id facere, qñ probabile eſt, damnum euenturū: & qñ certū eſt non poſſe euenire. Neq. eſt inconueniens, ab eodem damno duplicē malitiā ſpecie aut genere diuerſam prouenire; alteram qñ in ſe amatur, vel eſt eius probabile periculum; alteram, quando non amatur in ſe, nec eſt eius probabile periculū; ſed opus eſt generaliter prohibitum ob periculum, quod plerumq. habere ſolet.

Sed quid ſi quis ſciret actionem eſſe prohi-
bitā, ignoraret tñ inuincibiliter, eſſe ꝓhibitā 173
ob periculū homicidij, nunquid contraheret malitiā homicidij ac ꝓinde irregularitatem? Reſpōderi poteſt affirmatiue: quia illa actio eſt mala, & non in alia ſpecie: ergo in ſpecie homicidij; ac proinde irregularitatē inducit exēplū eſt. 1. in fornicatione, quæ eſt ꝓhit ita ob malam educationē prolis, quod licet quis inuincibiliter ignoret, nō excuſatur à malitia fornicationis ſi in genere ſciat fornicationē eſſe ꝓhibitā. 2. in publico vſu veneris more Cynico, qui quidē prohibitus eſt iure naturæ generaliter ob periculum ſcandali: Nec excuſabitur ab ea malitia Cynica, etiā ſi ignoret inuincibiliter rationē prohibitionis, modo ſciat eſſe prohibitum. 3. In occidente ex

igno-

ignorantia culpabili homicidij; ſciente autem, maiorem diligentiam eſſe adhibendum ad intelligendũ, an ex ſuo actu aliqua damna reſultare poſſint: tunc enim actus ille capit ſpecialem malitiã ab homicidio cognito tantũ in genere, & ſub ratione dãni poſſibilis: ergo non mirũ, ſi is, qui ſcit, in genere aliquid ſibi prohibitũ, licet inuincibiliter ignoret, eſſe prohibitũ in ordine ad vitandũ homicidium, cõtrahat malitiã homicidij, quamuis forte diuerſam ſpecie ab ea, quã cõtraheret, qui ſciret eſſe prohibitũ id in ordine ad vitandũ homicidiũ. Res ſane eſt difficillima, quia videtur, dãnũ, quod in genere tantũ cognoſcitur, non poſſe ſpecialẽ malitiã tribuere, licet act⁹ re vera ſit prohibitus in ordine ad illud. Sed tribuere malitiã cõmunẽ omnib. dãnis ita cognitis, nẽpe malitiã inobedientiæ, vel iniuſtitiæ legalis ſicut qñ quis in genere vult male agere, vel efficere id, quod iudicauerit eſſe malũ in genere, actus eſt inobedientiæ, vel iuſtitiæ legalis.

174 Ad argu.1.opinionis R.c. quantũ d 50. potius eſſe pro nobis vt vidimus: c. vero ſuſcipimus, de homicidio, aperte loqui de dãte operã rei illicitæ periculoſę, & forte de eo, qui nõ adhibuerit debitã diligentiã, ſic etiã de dante operã rei illicitæ periculoſæ exponunt Val. Sot. & Med. c. dilectus filius, & c. ex litteris. 2. & c. Ioan. de homici. eandẽ expoſitionẽ habet Bañes. 22. q. 64. a. 8. p. 3. dub. 3. Addunt etiã Sot. Bañes, Herrer. Salon, & Arag. ex illis text. argu. ſumi à cõtrario ſenſu: quod non valet. Addimus nos, licet ſumeretur à ratione ceſſante, nõ valere, quia illa ratio à tex. aſſignata, non eſt adæquata: ſed ſufficiens tantũ: ſicut nõ eſſe animal non eſt adæquata ratio, ſed ſufficiens, quare lapis non ſit homo. Ad confirm. R. caſũ noſtrum de dante operã rei illicitæ nõ periculoſæ ex ipſis tex. deduci, vt probauimus, & eſſe ſic intelligendos ſufficiẽter etiã colligitur ex abſurdis, quæ alioqui ſequentur.

175 Ad caput vero cõtinebatur, negatur, ea ſolũ ratione illũ iudicari irregularẽ, quia vtebatur ludo prohibito, nã proijcere virgã animi gratia nõ eſt ludus clericis prohibitus, ſed iudicatus fuit irregularis, quia nõ adhibuit ſufficientẽ diligentiã ad uitandum homicidiũ, vt notat Couar. ſupr. nu. 8. Sotus, & alij eodẽ modo R. ad caput ſicut ex litterarũ, monachum ibi non cenſeri irregularem, quia ludus cum grauida illi licitus eſſet ſecluſo periculo abortus: ſed quia iure naturæ erat illicitus ratione periculi, q; tũc re uera aderat, & fuit cognitũ, aut cognoſci facile potuit, & debuit ita Coua. ſup. n. 10. Corol. 5. & alij multi, & Sua. n. 14. qui merito reprehendit Nauar. docẽtẽ oppoſitũ c. 27. n. 236. cõtra regulãquã ipſe tradiderat. nu. 221. nẽpe ad hanc irregularitatẽ requiri opus illicitum contra legem iuſtitiæ, in illo autẽ caſu conſuetudo religioſi cum fœmina ſolum erat per ſe contra temperantiam, & voti religionem: ergo ſolum cẽſetur irregularis, quia non aduertit, vt potuit, & debuit periculum homicidij. Quare etiam ſi ludens, eſſet frater, vel maritus ſi eodem modo fuiſſet exercitus ludus, irregularitatem induceret.

Ad cap. tua nos de homicidio quidã dicũt, ibi clericum non cenſeri irregularem, ſed potius excuſari ab irregularitate ita Bañes ſupra Sot. illo ar. 9. Corol. 6. Caie. 2. 2. q. 64. a. 8. Zum. & Leon. Leſſi⁹ ſup. Hẽr. & alij. Vnde dicũt clericum in ſacris ſi pietatis cauſa chirurgiã exerceat, etiam per inciſionẽ, vel cõbuſtionem, ſi id faciat ſecundum regulas artis adhibendo omnẽ diligentiam, non fieri irregularem: quę expoſitio non eſt improbabilis, vt ſuperius vidimus. Suarez tñ ſupra putat aduerſari textui aſſerenti, *miſericorditer cũ illo agendũ eſſe, licet in rigore ab vſu ſacrorum ordinũ arcẽdus eſſet*: ita cõmuniter Docto. ex illo tex. irregularitatẽ colligunt. Nauar. comenr. citato n. 14. Couar. ſup. n. 3. & 10. Card. Arag. & Salõ, ſup. Syluеſ. homicidiũ. 2. q. 12. vbi Ang. n. 13. Roſel. & alij Tabiẽ. verb. irregul. 4. num. 11. ratio iuxta 3. ſent. eſt, quia chirurgia eſt clericis prohibita ob periculum mortis, & non ob ſolam ſtatus indecẽtiam. Sed huic rationi reſponderi poſſet etiã ſtando in 3. opinione illum non eſſe irregularem, quia vt ait Suar. ſup. nu. 12. licet illa prohibitio fiat ratione periculi: nõ tamen fit intuitu iuſtitiæ, ſed religionis: quia non decet perſonas ſacras illi periculo exponi, & ideo ibi nulla eſt culpa homicidij, & nihilominus Suar. illum putat irregularem, quia exiſtimat ſine culpa homicidij hanc irregularitatem incurri poſſe. Addit Suarez in capit. ſententiam ne clerici, vel monachi ſolum prohiberi chirurgiam clericis, in ſacris, & ideo, eos qui ſolum ſunt in minoribus, ex illo actu non fieri irregulares: quod limita, niſi habeant. Beneficium eccleſiaſticum Panorm. dicto cap. tua nos, col. penultima Couar. Henriq. & Tabiena ſupra: ſi tamen laico chirurgo prohibitus ſit vſus ſuæ artis in pœnam alicuius delicti, vel alia ratione, & non ob periculum mortis, aut mutilationis, etiam ſi hæ ſequantur, ipſo adhibente debitam diligentiam ne ſequerentur dico non fieri irregularem, quia non dat operam rei prohibitæ ob periculum homicidij, ſed alia ratione, ita Couarru. ſupra n. 10. Suarez n. 12. Henriq. & communiter recentiores. Secus vero ſi ex ſua impetitia, vel negligentia ægrotus moreretur debet enim medicus eſſe peritus, & diligens, ægrotumq. admonere, vt caueat, quę ſibi nocere poſſunt, vt ait Nauarr. cap. 27. num. 228. cum Innocet. & alijs. 176 177

Digitized by Google

178 Sed obijcies,quia in illo caſu tuā nos,ſolū fit ſermo de ſacerdote:ergo diaconi,& ſubdiaconi exercentes eo modo chirurgiam:nō fierēt irregulares:Neg.conſeq.cum Suarez.Quia ratio adæquata illius deciſionis non eſt ſacerdotiū,ſed ordo ſacer, vt conſtat ex alio textu, vbi chirurgia eodē modo eſt prohibita diaconis & ſubdiaconis,ſicut ſacerdotib. Si rurſum obijcias,c.ad aures de ætate & qualit. Vbi hæc prohibitio, & irregularitas extendi videtur ad omnem vſum artis medicæ, quando ex remedijs à Medico adhibitis etiam prudenter,& ſecundum artē,mors alicuius ſecuta creditur:& ibi non tantum de clerico in ſacris,ſed etiā de inferiori, & laico ſermo eſt: ergo etiam hi ex vſu illo fiunt irregulares. Recte reſpondet Suar. in caſu illius tex. non incurri irregularitatem,vt ibi Pan.& alij notāt, & Hoſtien.in ſumm.tit.de homic.in princip. quem cū alijs refert additio ad Abb.ibi. nu.2.

179 Ex dictis inferuntur quorundam caſuū deciſiones. ¶1.Clericus dans operam venationi

1. Caſus. cum armis,quod ipſi eſt vetitum, caſu hominē interficit:nēpe quia crepuit fiſtula,vel hominem ferina pelle tectum putauit feram ,& ſic enim ſic venando peccet contra dignitatem ſtatus eccleſiaſtici,& conſequenter contra virtutem religionis: nullo tamen modo peccat peccato iniuſtitiæ,vel homicidij Leſſius ſupra n.104.Suar.nu.14.Caſtro,& Couarr. num.12. Nauarr. num. 237. Quia illa venatio non eſt clericis prohibita ob periculum homicidij:ſed ob alias cauſas,cap.1.& 2.de clerico venatore,& c.1.ne clerici, vel monachi. c. cum Apoſtolus de cenſib. cap.1. d. 34. cum ſimilibus.

180 2. Accedit quis ad vxorem alterius: venit

2. Caſus. maritus, inuadit adulterū adulter ſe debito moderamine defendēs maritū,interficit: non eſt irregularis.Leſſius ſup. n.106.Perr.Nauar.2.de reſtit.c.3.n.362.vbi pro eadē adducit Mercatū, & Sylu idem tenent Medina.Eman.Henri.& alij infra.Idem ait Leſſius, quando aliquis alterum conuitio incitauit ad ſe inuadendum conuitium enim non eſt via ad occiſionem læſi ,ſed conuitiatores potius. Contrarium docet Nauarr. cap. 15. num.7. & cap. 27. num. 238. alias.239. male citans pro ſe Antoninum, qui nihil ibi docet,& Caietanum. 2. 2. quæſt. 64. art. 8. qui ſolum loquitur de dante operam rei illicitæ, quæ natura ſua ad occiſionem tendit, vt ſi intendens tantum percutere,hominem interimit.

181 Aduertit tamen Leſſius, num. 107. quod ſi ille ſuſpicatur , talia incommoda ex adulterio ſecutura , tenebatur ex charitate abſtinere. Vnde volendo adulterium committere peccat, non ſolum peccato adulterij. Sed etiam contra charitatem proximi , quatenus per adulterium conſtituit ſe in neceſſitate damni proximo inferendi, ſi ab altero inuaderetur, vt erat veriſimile. Quando tamen conſtitutus eſt in tali periculo, non peccat,etiam ſi ſe defendendo occidat alterum:quia ius habet ſe tuendi. Idem dicendum, ſi imminente marito , poterat fugere tenebatur enim ex charitate , ſi videbat inde marito periculum imminere, vnde non fugiendo peccat contra charitatem proximi. Non tamen peccat, ſi poſtquam non poteſt amplius fugere , ſe defendendo occidat inuaſorem : occiſio enim illa non eſt peccatum(quia non cenſetur voluntaria)ſed effectus per accidens ſecutus ex peccato. Simile eſt in eo,qui poſt votum caſtitatis contrahit matrimonium: peccat enim contrahendo : quia exponit ſe periculo faciendi cōtra votum per debiti redditionem: cum tamen poſt contractum reddit debitum, non peccat,quia negare non poteſt : ſi tamen commode poſſet auertere petitionem,peccaret reddendo.

Hæc Leſſius, ſed Suarez ſupra num.7. ait ſi temere acceſſit ad vxorem alterius exponens illam periculo mortis irregularis manet,quia moraliter eſt cauſa talis homicidij. 182
Secus vero erit ſi cum ſufficienti cautela moraliter id fecit; quia tunc effectus nullo modo eſt voluntarius in tali cauſa atque ita ſentit in ſimili Couar.relect.cit.p.3.in princip.nu.4. verſic.poſſet quidem ,quamuis.p.2.§. 4. nu.10. verſ.Tertio cum Caſtro negauerit in eo caſu incurri irregularitatem. Nauarr. autem dicit incurri,& ſuam opinionem approbatam fuiſſe à Pio.5. cum in ſacra pœnitentiaria hic caſus controuerteretur , & in foro exteriori id iudicat Suarez valde veriſimile , quia ſemper præſumitur adulter moralem occaſionē dediſſe homicidio. Hæc Nauarri, & Couarrubiæ citatio indicat, Suarez loqui in caſu propoſito de morte mariti : ſed illud verbum, *illam*, & annotatio marginalis in qua dicitur, *caſus adulteri,ob cuius cauſam vxor à marito occidetur,reſoluitur.* Indicat loqui de morte vxoris.

Sed in caſu de morte mariti Viuald. tracta. 183.
de irregulari.num.212. pro illa opin. Nauarri refert Syluest.homicid.3 quæſt.4.partic.3.Antonin.3.par.tit.5. cap.8 §.1.D.Tho.2.2.quæſtio. 64.ar.8. Aſtenſem lib.1. titul.35.Maiolum.lib. 5.cap. 48.num.7.quorum fundamentū eſſe putat:quia ille dat operam rei illicitæ:ergo ſecuto homicidio fit irregularis.Confir.quia ſi in tali caſu ille non effugit pœnas vires, vt ait Angel.l.ſi cum ſeruo. ff. de iniur. Florianus. l.ſcientiam.§.qui cum aliter.ff.ad l. Aquiliam. Tiraquel. tractat. de pœnis remitten. cauſa. 1. numer. 11. quos refert, & ſequitur Maiol. ſup. nō eſt cur irregularitatem, quę pœna eſt, effu-

effugiat. Addit Vival. Couartu. clem. de homic. part.3.num.4.verſic. Poſſet, hanc ſententiam limitauit, vt adulter ſit irregularis, quando præuidit periculum. Sed.2.p. tenuit cõtrarium, quod aliqui probabile, alij probabilius dixerunt eſſe, id eſt, non incurrere irregularitatem, ſi moderamen inculpatæ tutelæ ſeruauit ſe defendendo. Ita Sot.lib.5 iuſtit. quæſt. 1. art.9. vbi rationem, quæ mihi ſatis placet aſſignat, ſcilicet, quod etiam ſi adulterium fuit omnino voluntarium, homicidium inde ſecutum, non ſic. ita tenuit Victor. & Canus in publica lectura. 1. 2. quæſt. 73. art.8. & magiſter Mantius, & alij. 2. 2. quæſt.64.art.8. Caſtro. 2. de leg. pœn. cap.14. poſt medium, citans alios. Couart.2.part. relect.cit.§.4.nu.10. Epiſcop. Scalenſis, ſupra, verſicul. ſi Lucas in hanc inclinat ſententiam per d. clem. de homicid. Sed quia Maiolus ait, in curia Roma. in facti contingentia reſponſum fuiſſe, talem egere diſpenſatione, tutius, ac ſecurius eſt illam impetrare. Hæc Vivaldus. Medina autem, quæſt.73.art.8. opinionem Soti amplectitur, ab vtroque recedit Herrera. 2. diſput. 32. quæſt. 15. & 16. etiam, quando prudenter adulter exiſtimauit, in indiuiduo nullum eſſe periculum, quia ille dat operam rei illicitæ prohibitæ lege iuſtitiæ propter periculum homicidij.

184 Ego certum puto etiam tenendo. 3. ſententiam, nõ incurri irregularitatem ſi in indiuiduo erat moraliter certum, nullũ eſſe periculum talis homicidij: quia adulterium non eſt. prohibitum propter periculum homicidij Quando vero in indiuiduo præuidetur periculum. Probabilius puto non incurri irregularitatem, quia non tenetur ex iuſtitia circa vitá proximi, abſtinere ab illa occaſione inuadẽdi ipſum, ac proindi conſtiuẽdi ſe in neceſſitate patiẽdi mortẽ, vel inferẽdi eã alteri, ſed ex charitate, vt dicebat Leſſius, ſicut nec tenot ex iuſtitia: erga Petrũ abſtinere ab occiſione mei hoſtis, ne alius meo exẽplo hoſtẽ occidat. Eadẽ ratione puto cũ Val.ſup. cõtra Naua. illo, n.238. & Herre. illa, q.15. non eſſe irregularẽ, adulterũ, qui ſuo adulterio occaſionẽ marito dedit occidẽdi vxorẽ. Sed quia caſus iſti ſunt valde dubij debet diſpenſatio peti.

Vide Herr. lib.14. c.10. §.2. et 3. Ema. v. irreg. c.177. n.2.3.

185 3 Qui ex intẽtione proijcit ſagittam in Petrũ cũ ſufficienti cautela, ne poſſit aliũ ferire, ſi caſu occidit Paulum, nõ manet irregularis. Oppoſitũ tenuit Maiol. dicto.§.3.n.4. cũ Hug. c.ſæpe d.50. & probabile putat Suar.ſup.nu.18. propter horrorẽ facti, & prauã intẽtionẽ, quia actio illa procedit ex intẽtione homicidij: ergo licet reſpectu Pauli, nõ ſit volũtaria: tñ in ratione homicidij eſt ſatis voluntaria: quod ſufficere videtur ad irregularitatẽ. Magis autẽ inclinare videtur Suar. in noſtrã ſententiam; quæ ꝓbatur: quia ille nõ intendebat homicidiũ abſolute, ſed Petri, & ſupponitur adhibuiſ ſufficiẽtẽ diligẽtiã, ne occideretur alius: ergo omne aliud homicidiũ eſt ipſi inuoluntariũ omnino, & ideo nõ inducit obligationem reſtituendi dãna: ergo neq. irregularitatẽ, ſicut nec ſi cũ ea cautione ſagittam voluiſſet mittere in ferã, & forte occideret Paulũ: in vtroq. enim euẽtu ſagittatio non eſt periculoſa reſpectu Pauli & ideo nõ inducit irregularitatẽ. Addit autẽ Suar. quãuis ſpeculatiue hæc pars videatur ſatis ꝓbabilis: practice tñ cõſulerem peti diſpenſationẽ ꝓpter dubiũ, & horrorem facti. Sed tract.8. diximus quid faciendũ in dubio irregularitatis, & ego de hac re nõ dubito: quia malitia illa interna homicidij nõ influit moraliter, ſed Phyſice tãtum in occiſionem Pauli, ſicuti cũ quis ſagittaret ferã cert⁹, quod ibi nõ lateat hoſtis, cũ animo occidẽdi illũ ſi adeſſet, intẽtio illa cõditionata nõ influeret in homicidium, & ideo ille nõ maneret irregularis, vt docui. tract. de voluntario diſp.6. ſect. 2.n.17. & 18.

§Quidam reſtringunt hanc doctrinam ad caſum in quo volens occidere Petrũ, & prudẽter putãs, tibi nõ eſſe aliũ, occideret Paulũ. 186
Sed ſi eſſet ꝓbabile, ibi eſſe aliũ, exiſtimãt certũ incurri irregularitatẽ, quãuis nullo modo eſſet veriſimile poſſe occidi aliũ. Sed ego cõtrariũ certũ exiſtimo, quia eadem eſt ratio in vtroq. euẽtu: nã ſi moraliter erat certũ, alium non poſſe occidi, licet ibi eſſet, quia diſtabat maxime, nec videbatur poſſe ſagittã ad illum ꝑuenire, quæ ꝑuenit ad illũ, quia ipſe inopinato cucurrit ad aliũ locũ, vel alia ſimili de cauſa: homicidiũ illius eſt penitus inuoluntariũ: ergo nõ inducit irregularitatẽ: ſicut nec obligationẽ reſtituendi damna: & Cõf. quia tunc alius ibi cenſetur eſſe, ac ſi non eſſet in ordine ad homicidiũ: ſed ſi cenſeretur ibi non eſſe, occiſor non fieret irregularis: ergo ſimiliter etiam ſi cenſeatur ibi eſſe. Quod manifeſnifeſtus eſt, ſi eſſet tunc in alta turri, & indecadẽs occurreret ſagittæ, planum eſt occiſorem non fore irregularem, quamuis videret illum in tutti, quia nõ erat veriſimile caſurũ, & in itinere à ſagitta interficiendum.

4. Qui alium vulnerat non lethaliter: ſed poſtea moritur incuria medici, qui noxia ap- 187
poſuit, vel negligentia ipſius aut temeritate læſi, qui remedia opportuna adhibere noluit. Quia tunc non vulnerans, ſed alij proprie occiderunt, & reſpectu vulnerantis occiſio illa fuit mere fortuita. Suarez ſupra n.19. Caietan. 2.2.quæſt.64.a.8. vbi Aragon, Salon, Bañes, & alij. Leſſius illa dub.5. Vale.ſupr. Sotus lib 5. q.1.a.9. Anto.Gom.to.3.vari.ca.3.nu.25. eſtque (vt inquit Leſſius) cõmunis ſentẽtia iuriſp. ex l.qui occidit. §. fin. ff. ad legem Aquiliam,

Digitized by Google

& probari poteſt ex c.ſignificaſti de homicid. vbi Innoc.3. dicit. *Si percuſſio medicorum iudicio lethalis non fuit, percuſſor poſt pœnitentiam ad cautelam iniunctam, poterit in officio ſacerdotali miniſtrare.* Ratio eſt, quia licet vulnus fuerit aliqua occaſio: tamen reuera non eſt cauſa mortis: ſed negligentia læſi, vel ipſius Medici: tenebatur enim, & poterat vterque diligentiam adhibere: vnde illi, qui neglexit, imputandus effectus. Secus tamen ſi eo loco non erant, qui poſſent vulnus curare, & læſus debitam diligentiam præſtitit: tali enim tempore, & loco vulnus cenſetur lethale, vt ait Leſſius ſupra.

Alia ad hanc ſectionem pertinentia videri poſſunt apud auctores ſuperius citatos, & Vazquez diſp. 124. cap.2. Zumel qu.76. a.4. ad 4. hæc enim vſque ad tractatum de irregularitate dixiſſe ſufficit.

SECTIO. XVII.

An dignitas perſonæ peccàntis peccatum aggrauet, & quomodo & quid de indignitate.

188. PARTEM affirmantem docet D.Tho. hac quæſt.73. ar.10. Autonin. 1. par. titul.1. Alens. 2. part. q. 105. memb.3. ar.1. Iſido.2. de ſummo. capit. 18. Hieronym. in id Ezechielis. 16. quæ iuſtificaſti ſorores tuas Auguſtin. lib. de vera, & falſa pœniten. cap.14. & 15. & refertur à Magiſtro.4. diſt.16. & à Gratiano cap. conſideret de pœniteo diſt.5. quibus locis idem docent Theologi, & Canoniſtæ. Chryſoſto. relatus c. homo, d. 40. Nicolaus Papa, cap. præcipue.11. quæſ.3. Hilarius Papa, cap. nulli fas.25. quæſti. 1.

Circa.1.punctum.

189 Sic ex dignitatis gradu in quo creatus fuit Lucifer grauius eius peccatum fuiſſe docet Gregor. cap principium de pœniten. diſt.2. & peccatum Adæ ex eodem capite grauius fuiſſe peccato Euæ, docet Bonauent. 2. diſtin. 22. art.1. quæſt.3. Scotus diſt.21. quæſt.2. ar.3. quamuis ex alijs capitibus peccatum Adæ forte fuit leuius ſimpliciter: de quo vide Doctores ibi. Idem ſumitur ex Trident. ſeſſio. 6. cap. 11. dicente, iuſtos eſſe magis obligatos ad ambulandum in via iuſtitiæ. Sic l.2. ff. de re militari augeri dicitur delictum ex dignitate, & gradu, & l.3. & l. non omnes eodem tit.

1.Concl.

Sed oportet explicare, quæ dignitas perſonæ reddat grauiora peccata, & quæ peccata.

Dico ergo primo. Fides & ſanctitas perſonæ peccatum aggrauat, patet Ezechielis.16, vbi Hieruſalem dicitur iuſtificare ſcelera Samariæ & Sodomæ, id eſt leuiora eſſe probare, quia ſtrictius tenebatur peccata vitare, quod confirmat Hieronym. ibi, quia Ezechielis. 9. Dominus miniſtris diuinæ iuſtitiæ præcepit à ſanctuario incipere, vel vt 70. legunt, a ſanctis meis incipite, & quia.1. Petri.1. dicitur tempus eſt, vt incipiat iudicium à domo Dei. Hinc Deuterono.22. Vidit dominus, & ad iracundiam concitatus eſt, quia prouocauerunt eum filij ſui, & filiæ, & Ieremiæ. 11. Quid eſt quod dilectus meus in domo meo fecit ſcelera multa: & Roman. 2. Tribulatio, & anguſtia in omnem animam operantis malum Iudæi primùm, & Græci, quia nimirum Iudæi præcellebant fide, & cognitione *Dei*, vt interpretatur Chryſoſtom. ibi hom.5. & ex Ambroſio Petrus Lombardus Magiſter ſent. Vnde Paul. Hebr.11. & 12. peccata chriſtianorum, cæteris paribus, grauiora eſſe putat peccatis infidelium. & cap. 10. peccata Chriſtianorum cenſet maiora, quam veterum Iudæorum, qui minorem fidei cognitionem & gratiam habuerunt: quanto, inquit, magis putatis deteriora mereri ſupplicia, qui filium Dei conculcauerit, & ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit, in quo ſanctificatus eſt, & ſpiritui gratiæ contumeliam fecerit, & quidem peccata chriſtianorum eſſe grauiora peccatis infidelium colligitur ex.1. Timoth. 1. miſericordiam conſequutus ſum, quia ignorans feci in incredulitate, & Confir. Vega.11. in Trident. cap. 23. ex Gregor. Tertullia. Hierony. Bernard. & Theophilacto, ſimiliter Almain. 1. moral. cap.7. ex Altiſiodor. & Adrian. quodlib.4. ar.2. Corol 1. Huius autem rationes ſunt. 1. quia ſanctior ſibi maius dedecus, & detrimentum infert peccando. Secunda, quia melius poteſt vitare peccatum præſertim, ſi melius callet eius malitiam. Vnde Lucæ. 12. Seruus ſciens voluntatem domini ſui, & non faciens, plagis vapulabit multis, & 2. Petri. 2. melius erat eis non cognouiſſe viam iuſtitiæ, quam poſt agnitam retrorſum conuerti. Tertia ratio, quia ſanctior plura accepit beneficia, ideo peccando eſt ingratior, & punitione dignior. Lucæ. 12. cui multum datum eſt, multum exigetur ab eo. Deuteronomi. 32. 1. Regum. 10. Ieremiæ. 2. 2. Regum. 12. & alibi paſſim. Quarta ratio, quia ex peccatis & punitione iuſtiorum maius reſultat ſcandalum, & maior contumelia Dei. Iſai. 52. & nunc quid mihi eſt, dicit dominus, quia ablatus eſt populus meus gratis, dominatores eius inique agunt, & iugiter tota die nomen meũ blaſphematur. Ezechiel.36. ingreſſi ſunt ad gẽtes ad quas introierunt, polluerunt ſanctum meum, cum diceres de eis, populus Dei iſte eſt, & de terra eius egreſſi ſunt. Vnde Rom.2.

Iudæis

Iudæis exprobrat Paulus,nomen Dei per vos
blaſphematur inter gentes,ſicut ſcriptum eſt
&c. Aliud non diſſimile audiuit Dauid à Na-
than.2.Regum.12.5.Ratio eſt quia ſanctiores
efficiuntur peſſimi,& incorrigibiles ſi ex cō-
temptu & malitia peccant.Vnde Aug.ep.137.
ad plebem Hipponenſem & habetur ca.quā-
tumlibet.47.d.ſicut difficile ſum expertus me
liores,quam qui in monaſterio profecerunt,
ita non ſum deteriores expertus,quam qui in
monaſterio defecerūt Hinc arbitror in Apo.
dictum *qui iuſtus eſt iuſtificetur adhuc, & qui in
ſordibus eſt,ſordeſcat adhuc*,de hac re vide Azot
tom.1.lib.4.cap.20.quæſtione.8.Sayr.lib.2. ca.
7.num.11.Herrerā.2.diſp.32.quæſt.vlt.

190 Licet autem ob prædictas rationes, ſancto
rum peccata grauiora eſſe ſoleant,tamē alijs
rationibus peccata quæ ex humana fragilita
te,ſurreptione, vel ignorantia committunt
leuiora in illis quam in alijs eſſe ſolent,vt do
cent Caiet.Contad.& alij cum D.Thom.illo
a.10.&.2.2.quæſt.186.art.etiam.10. Antonin.2.
p.tit.9.ca.1.§.1. Vincentius in ſpeculo lib.3.p. 2
d.2.in fine.Angelus verbo religioſus num.75.
Syluester religio.6.num.14.Probat D.Thom.
ex.2.Paralipom.30.vbi Ezechias orans pro ijs,
qui non ſanctificati comederunt phaſe,cōtra
Dei legem, dicit Dominus bonus propitia-
bitur cunctis,qui in toto corde requirunt Do
minum Deum Patrum ſuorum & non impu-
tabit eis, quod minus ſanctificati fuerint, &
ibidem dicitur,orationem Ezechiæ exauditā
eſſe.Sed dici poſſet,hoc nū ideo eſſe, quia illi
leuius peccauerint,ſed quia alioqui erant bo
ni;ideo minus indigni venia. Vt. 2.Paralipo.
19.Regi Ioſaphat dictum eſt,impio præbes au
xilium,& ijs,qui oderunt Dominū,amicitia
iungeris:idcirco iram domini merebaris, ſed
bona opera inuenta ſunt in te,et ex contextu
patet, loqui de bonis operibus antecedētibus
illa peccata,quamuis bonus quando ex ſurre-
ptione labitur et non ex malitia,facilius etiā
impetrare veniam ſoleat quia facilius corri-
gitur.Vnde Orig.ho.4.in id Pſal.36.cum ceci-
derit,non collidetur,ait,iniuſtus,ſi peccaue-
rit,nō pœnitet,et peccatum ſuum emendare
neſcit,iuſtus autem ſcit emendare,ſcit corri-
gere,ſicut ille qui dixit: neſcio hominem et
reſpectus à domino fleuit amariſſime, et ille
qui de tecto vidit mulierem, et dixit pecca-
ui et malum corā te feci. Amicis etiā facilius
cōdonantur iniuriæ indeliberate illatæ.Me-
lius ergo Hæc veritas probatur,quia ſancti mi
nori contēptu et intētione ac extenſione ac
aduertentia peccare ſolēt, et ex maiori paſſio
ne et maioribus bonis impulſi,aut inuitati.ideo
eorū peccata leuiora et excuſabiliora ſunt.

191 Dico.2.dignitas perſonæ peccantis auget
2.Conc. grauitatem peccati,quando ratione dignita-
tis ſeu officij ſtrictius tenebatur peccatum vi-
tare,ita auctores citati,& alij & ratio eſt cla-
ra, quia quo maior eſt obligatio,peccatum
eſt maius.Vnde Ezech.22.à medio,arguuntur
Prophetæ de mendacio, ſacerdotes de ſacri-
legio,principes de iniuſtitia,& quod attinet
ad prophetarum mendacium habetur etiam
Ezechielis.13.& 14.& Ierem.23. de ſacrilegio
autem ſacerdotum.Ezech.8.de iudicibus So-
phoniæ.3.Michææ.3.Danielis.13. & 2. Paralip.
19.ſed peculiariter.Sap.6.vbi ex accepto bene
ficio,& quia Dei vices gerunt iudices colligi
tur.Exiguo conceditur miſericordia, poten-
tes autem potenter tormenta patientur. Ho-
rū peccata aggrauari etiā ſolent ratione ſcan
dali,quod ex eorum peccatis ſequitur, vnde
Greg 1.p.paſtor c.2.in exēplū culpa vehemen
ter extēditur,cū pro reuerentia gradus pecca
tor honoratur,vnde quot ſubditi ſcandalū pa
tiūtur,tot mortibus dignos eſſe prælatos pec-
cātes tradit ex Greg. Nico. Papa.c.præcipue.
11.q.3.Et quidē quā magnitudo & dignitas per
ſonæ habet peculiarē obligationē rōe officij,
præcepti, vel voti, grauitas ex ea ſumpta, pōt
eſſe notabilis,& trāsferre peccatū.v. in. m. &
mortale vnius ſpeciei in mortale alterius, vt
parochus vel Epiſ.qui nō miniſtrat ſacram.ex
treme,aut grauiter indigētibus, peccat morta
liter cōtra miſericordiā, vt cæteri ſacerdotes
potētes ſacrā tunc miniſtrare, & vlterius pec
cat mortaliter cōtra iuſtitiam,quia ex officio
tenetur tūc miniſtrare,ſic etiā dicūt aliqui a-
uaritiā ſeu negationē eleemoſynæ in aliquo
caſu eſſe venialē ſecularibus,in quo eſt mor-
talis Epiſ.vel clerico quia lōge ſtrictius tenet
rōe officij ad dandā eleemoſynā. Secluſis tū
obligationibus ſpecialibus voti,iuramēti,offi
cij,ſpecialis præcepti,& ſcādali & ſimiliū,dig
nitas perſonæ nō aggrauat notabiliter, neq.
facit,vt peccatū alioqui veniale ſit mortale,
vt docet D.Th.de malo.q.2.a.8.ad 5.Nau. c.6.
n.11.Zum.q.73.a.10.dub.1.Caie. vero. q.7. Cō-
mētario.vni. ſolū dicit,ꝙ circūſtātia perſonę
ſolū indictis caſibus mutat ſpeciē,& ideo etiā
ſi religioſ⁹ blaſphemet,ſolū pecat peccato blaſ
phemię. Dico.3.quāuis ex rōibus & capitibus
adductus dignitas perſonæ peccatū aggrauet, 192
tū ex parte illud extenuat & vilitas perſonæ 3.Conc.
illud aggrauat,quāto enim iniuria irrogatur
à viliori perſona,eo maior eſt, vt ſi plebeius
& abiectus homo percutiat magnatē,iniuria
eſt grauior,quā ſi à nobili percuteretur: & ideo
in materia de incarn.exaggeratur peccatū ho
minis,quia eſt creatura intellectualiū viliſſi-
ma.Quæres an dignitas perſonæ inuincibili
ter ignorata augeat grauitatē peccati,videtur
augere,quia opus bonū in habente gratiā eſt
meritoriū.licet ignoret ſe eſſe in gratia, imo
putet ſe eſſe in peccato mortali, & ope-
ra Christi ex dignitate perſonæ eſſent infini-
te meritoria & ſatisfactoria,tametſi Christus

vt homo(quod fieri poſſet de potentia abſo-
luta) ignoraret vnionem hypoſtaticam: ergo
dignitas perſonæ,etiam ignorata inuincibili-
ter aggrauat peccatum.

193 4. Concluſ. Dico tamen. 4. cum quibuſdam recentio-
ribus,dignitatem perſonæ non augere graui-
tatem peccati,ſi fuerit inuincibiliter ignora-
ta, aut non cogitata. Probatur, quia dignitas
perſonę cum ex ſe bona ſit,non habet propor
tionem ad augendam malitiam, niſi in quan
tum homo abutitur tale dignitate , vt ait D.
Tho. q.73.a.10.ad.3.& Alens.2.p.q.105.m.3.a.1.
Sed non poteſt eſſe abuſus dignitatis, niſi in
homine cognoſcente, vel vincibiliter ignorá
te,aut cogitante illam,quia abuſus eſt malus
vſus , & in tali homine non eſſet vſus : ergo.
Conf.quia illa peculiaris turpitudo, & defor-
mitas, quæ eſt in peccato ratione obligatio-
nis peculiaris,quam dignitas adducit, nõ im-
putabitur,ſi inuincibiliter ignoretur,nam vio
latio legis inuincibiliter ignoratæ non impu
tatur : ergo dignitas inuincibiliter ignorata
non aggrauat peccatum , & alioqui peccata
prædeſtinatorum eſſent ex dignitate grauio-
ta,quam reproborum,quod eſt falſum, vt re-
cte Almain.1.moral.c.7.

Ad rationem in contrarium Reſpond.gra-
194 tiam habitualem , & gratiam vnionis per ſe
eſſe ordinatam ad meritum , & ſatisfactioné,
& ideo etiam ſi omnino ignoretur, dare præ-
dictum valorem. Dignitatem autem operan-
tis non eſſe per ſe ordinatam ad malitiam , &
demeritum,ſed per accidens ex abuſu operan
tis,ideo ſi inuincibiliter ab operante ignore-
tur, nõ augere malitiam aut demeritum. Cur
auté gratia habitualis, & vnionis ſit per ſe or-
dinata ad meritũ,& ſatisfactioné,pertinet ad
diſputationes de gratia , & de incarnatione.

Vnde reſoluitur alia quæſtio vtrũ ſi Chriſ-
tus peccaret p humáan voluntaté, (quod ego
impoſſibile,alij vero probabile arbitrati ſunt
de potentia abſoluta) peccatũ eius eſſe mali-
tiæ,aut demeriti ſimpliciter infiniti.R.negati
ue,quia dignitas perſonæ nõ cõfert grauitaté
peccato,niſi vt obiectũ voluntatis, & propter
abuſum ipſius.Sed obiectũ cognitum non dat
malitiá infinitam ſimpliciter,& ideo diſp. 14.
ſect.6.dicemus,peccatũ ex eo quod ſit contra
Deũ etiam formaliter,& explicite nõ habere
malitiá aut meritũ, ſimpliciter infinitũ : ergo
talis Chriſti actus nõ haberet malitiá aut de-
meritũ ſimpliciter infinitum.Vnde ſi quis in-
uincibiliter aut vincibiliter putaret, ſe eſſe
Deũ,illa dignitas appreheſá nõ daret eius pec
cato malitiá aut dmeritũ ſimpliciter infinitũ.

Sed an diſtantia illa infinita, quam reuera
195 homo habet à Deo, ſi inuincibiliter igno-
raretur, conferret peccato grauitatem,vel de
meritũ ſimpliciter infinitũ?R.negatiue, quia
nec cognita cõfert grauitaté , vel demeritum
ſimpliciter infinitum.Immo nulla indignitas
inuincibiliter ignrata,confert quicquam gra
uitatis,vel demeriti peccato. Sed cur dignitas
gratiæ habitualis,vel vnionis hypoſtaticæ,e- Quæſtio.
tiam inuincibiliter ignorata auget meritum:
indignitas autem inuincibiliter ignorata nõ
auget demeritum?Reſpondét aliqui,non eſſe
ſimile. 1.Quia dignitas perſonæ augens meri
tum eſt illa tantum, quę perſonam reddit ma
gis gratam *Deo*,ita vt propter maiorem bene
uolentiam Dei erga perſonam bene operan-
tem, illius bena opera acceptentur ad maius
pręmiũ,vt ex ſcriptura colligitur tract.de gra
tia,quare vt ſeruetur ſimilis proportio, illa tá
tum indignitas & vilitas, quamuis inuincibi
liter ignorata,augebit demeritum,quę reddit
creaturam magis inimicam Deo , ſed vilitas,
quam creatura habet ex eo pręciſe quod crea
tura ſit,non reddit illam inimicam *Deo* : er-
go diſtantia creaturæ à Deo,& eius naturalis
vilitas non augebit demeritum ſi inuincibi-
liter ignorata ſit.Confirmant. & explicant.1.
quia ſola illa vilitas , & diſtantia à *Deo* , quæ
reperitur in peccato actuali,poteſt eſſe prima
cauſa odij *Dei* erga creaturam:ergo ex turpi-
tudine actionis menſurandum odiũ erga per
ſonam,& ordinatio illius ad pœnam, & non
ex alia vilitate,quæ,præciſa culpa,conueniat
perſonæ.2.Quia Deus liberaliter cõfert crea-
turis primam gratiam , inimicitiam autem
conferre non poteſt,niſi pro intrinſeca quali
tate actionũ : ergo non poteſt demeritũ eſſe
mai⁹,quam ſcit propria malitia actionis, quá
tumcunque perſona ſit aliqui vilis.

2.Reſpondent.non eſſe ſimile,ſupponendo
valorem operis eſſe duplicem: alius enim eſt 196.
ex mera iuſtitia,nullius interuentu liberalita
tis : cuiuſmodi valor eſt in labore militis ad
conſuetum ſtipendiũ.Quem valorem ex iuſti
tia auget dignitas perſonæ , quando propter
dignitatem vtilior eſt bello. Secundus valor
eſt participãs aliquid iuſtitię,& aliquid libera
litatis,ad quam tñ liberalitatem inuitat æqui
tas & recta ratio,& hoc modo filijs , aut pro-
pinquis imperatoris æquum eſt plus ſtipen-
dij tribui,quam extraneis, etiam ſi eorum la-
bor non eſſet vtilior Reip.& hoc modo creſ-
cit labor operum bonorum ex ſanctitate per
ſonæ;quamuis ignorata omnino ſit. At vero
demeritum totum debet eſſe ex mera iuſti-
tia,& propterea non debet attendere qualita
tem perſonæ,vt attendit ſecundus valor ope-
rum bonorum , ſed tantum debet attendere
turpitudinem operis,vt reſpondeat primo va
lori operum bonorum , qui ex mera iuſtitia
naſcitur, & ad hác turpitudinem nihil refert
conditio operantis,ſi prorſus ignorata ſit ab
operante. Conf.1. quia de meritum non eſt
mate-

Digitized by Google

materia apta, vt ex libeta voluntate Dei, augeatur, ſicut meritum, ná meritum augere eſt cómunicare bonum: quod eſt proprium Dei, ſicut inferre malum eſt alienum opus à Deo, quod videlicet prouenire debet ex meritis actionis noſtræ. Conf. 2. quia meritum augere poteſt Deus ex ſua liberalitate, certus quod non repudiabitur ab homine, ſed demeritum augeri nunquam placebit creaturæ, & ideò nunquá erit tacitus conſenſus illius in conſimilem contractum. Hæc quidem ſubtiliter dicta ſunt, ſed difficultate non carent, quia liberalitas, ſeu acceptatio liberalis nihil conducit ad meritum, vt oſtendam in materia de gratia. Siquidem meritú, ſaltem illud de quo agimus, eſt vere meritum iuſtitiæ, Chriſtus enim de iuſtitia meruit, ſimpliciter infinite, iuxta communem opinionem, quam etiam iſti recentiores ſequuntur; & iuſti de iuſtitia merentur gloriam, & quo iuſtiores ſunt, ſi cætera ſint paria, merentur maioré gloria: ergo quod dignitas etiam ignorata poſſit fundare liberalitaté, non vero indignitas, niſi peccati, nihil refert ad hoc, vt dignitas omnino ignorata poſſit augere meritum, non vero indignitas omnino ignorata. Item quia poſſet dici, indignitatem peccati habitualis poſſe fundare odium, & inimicitiam, qua ſequens peccatú actuale eſſet magis demeritorium, quá ſi illud prius in ſubiecto non eſſet, & ſic aliquá inddignitaté ignoratam demeritum augere poſſe, licet non omnem.

197 Vnde alia ratio diſcriminis inquirenda eſt. Dico, ergo rationé diſcriminis eſſe, quia gratia vnionis hypoſtaticæ, & gratia habitualis tam excellens eſt, vt iure ſuo poſtulet, etiam ignoratam præſtare valorem operibus, Altera enim eſt vera communicatio perſonalitatis, & conſequenter naturæ diuinæ. Altera eſt inſignis quędá aſſimilatio cum natura diuina, ſeu communicatio inſignis ſimilitudinis cum natura diuina, vt natura diuina eſt, ná gratia habitualis eſt origo omnnú virtutú infuſarum & donorum Spiritus ſancti phyſica, vel moralis, vnde ille valor reuera eſt valor iuſtitiæ, & non liberalitatis. Nam quod natura rei exigit, vt hominé eſſe tibiſibilem, non ad liberalitatem, ſed ad veram iuſtitiam pertinet. At vero indignitas hominis & vilitas ipſius non poſcit, vt etiam ignorata augeat demeritum, quia ſi naturalis eſt, cum ſit à Deo auctore naturæ, non debet ad meritú per ſe, & ex ſe conferre, ſed ſolum propter abuſum, vel ingratitudiné hominis; ſi vero ſit moralis, qualis eſt in peccato præcedenti, ſuú habet alioqui ſupplicium adæquatum, & ſic non debet etiam in hoc puniri, quod opera mala ſequentia aggrauet quoad demeritum, licet inuincibiliter ignorata ſit. In illo autem exemplo militis, qui eſſet filius, vel propinquus regis. Dico, vel exceſſum ſupra ſtipendium militis æque vtilis, non habere rationé ſtipendij, cum detur ex mera liberalitate, vel (quod magis placet) dari ex vera iuſtitia, quia natura rei poſcit, vt regia ꝓles maius habeat in militia ſtipendium, nec refert ꝙ Rex, nó teneatur de iuſtitia illud dare, ſi illud non promiſit, vel promiſſio accepta non fuit, quia ad iuſtitiam non requiritur obligatio iuſtitiæ, vt tractatu de gratia oſtendemus.

QVÆSTIO. LXXIIII. DE SVBIECTO PECCATORVM.

Art. 1. *Vtrum voluntas ſit ſubiectum peccati.*

Art. 2. *Vtrum ſola voluntas ſit ſubiectum peccati.*

1. OMNE peccatum aliquo modo eſſe in voluntate docet D. Tho. art. 1. vbi Conr. Caie. Med. & alij recétiores. Alenſ. 2. p. q. 100. memb. 5. ar. 2. fine. Alb. 2. p. tract. 22. q. 136. Bon. 2. d. 41. ar. 2. quæſt. 2. ex Anſelm. lib. de peccato origin. dicente nuſquam niſi in volútate peccatum eſſe. Scotus diſtin. 42. quæſt. 4. Durand. diſt. 41. quæſt. 2. Richar. art. 2. quæſt. 2. Ægid. diſt. 39. quæſt. 1. art. 1. Patet quia omne peccatum debet eſſe liberum: ſolus autem actus, vel omiſſio voluntatis libertatem per ſe habet: ergo

Digitized by Google

nullus eſt peccatum, niſi ſit actus, vel omiſſio inhærens voluntati, aut procedens ex actu, vel omiſſione inhærēte volūtati. Conf. Alb. ex Anſel.lib.de lib.arb. quia voluntas eſt primū, & vniuerſaliſsimū mouens, ratione cuius mouentur, vel quieſcunt aliæ vires: ergo voluntati tribuendum eſt quidquid boni, aut mali factum fuerit. Secundo cōfirmat Ægid. quia ex Auguſtino.10.ciuit.cap.10. peccatum conſiſtit in malo vſu, vel fruitione, vſus autem & fruitio ad voluntatem pertinent: ergo. Quod vero ait Dio.cap 4.di. no. malum eſſe præter voluntatem, ſolum ſignificat, malitiā non eſſe propter ſe volitam, ſeu intentam, vt explicat *D.*Thom. voluntas enim nihil appetit, niſi ſub ratione boni, veri vel apparentis: cum vero dicimus, peccatum inhærere voluntati, ſi de formali peccati accipiatur, intelligendum eſt eo modo, quo priuationes inhærent, quia malitia priuatio eſt, & ſic intelligitur Dion.cap.4.di.no.dicens, malum non eſſe exiſtens, nec inexiſtens, vt explicat D.Tho. 1.par.quæſt.48.a.3.ad.1.& de malo.quæſt.1 a.2. ad.1. Nec eſt inconueniens, quin potius neceſſarium, malitiam ſubiectari in bono (quale eſt voluntas) vt docet D.Thom. nuper citatus & Alenſ.ſupra artic.1. vbi etiam bene docet Alenſ. voluntatem ſub peccato ſimul eſſe malam & bonam, quod etiam docet D. Tho. de verit.quæſt.2.artic.2. Cum autem ageremus de formali peccati, diximus, non ſolum malitiam peccati omiſſionis, ſed etiam commiſſionis inhærere immediate voluntati, (quia eſt priuatio obedientiæ) & non mediante actu.

2 2 Licet Hebræi omne vitiū & virtutem ad externus actus referant, ſine quibus interna deſideria culpa vacare exiſtimant, vnde Rabbi Kimhi.in id Pſ.65. iniquitatem ſi aſpexi in corde meo, non exaudiet Dominus, explicat, id eſt deſiderium iniuſtum, ſi tantum ſit in corde, non imputabit, vt refert Bellarm. 5.de amiſſione gratiæ, ca.10.ad.2. obiectionē. Imo Ioſephus.12.antiquit.cap 13. exiſtimat, deſideria exterioribus ſignis manifeſtata, peccata non eſſe, niſi opere compleantur, & vt refert Salmeron tomo 5.tract.35.pagina. 282. in Talmudicis, ſiue documētis Iudæi habent, cōgreſſum cum vxore alterius, citra ſeminationē, tamen peccatum non eſſe, ac proinde nec tactus, nec oſcula impudica. Tamen hic error facile confutatur ex Matth.5. audiſtis quia dictum eſt antiquis, non Mœchaberis, ego autem dico vobis, qui viderit mulierem ad concupiſcendum, iam mœchatus eſt in in corde ſuo, quæ verba ad confutandum errorem illum dicta patet Lyra ibi, & Abalenſ.Matth.5. quæſtio.4. idem colligitur ex Matth. 6. ſi oculus tuus fuerit nequam totum corpus tuum tenebroſum erit. Vbi oculus intentionem cordis ſignificat, & Matth. 23.& Luc.11. væ vobis, qui mundatis, quod foris eſt calicis & paropſidis, intus autem pleni eſtis rapina, & immunditia, & Matt. 15. de corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, &c. Hæc ſunt, quæ coinquinant hominem, & Prouerb.6. inter illa ſex, quæ odit Dominus, numeratur cor machinans cogitationes peſſimas. & cap.15. abominatio *Do*mini, (vt habent Biblia Sixti Quinti, vel vt alia habent,) Deo cogitationes malæ, & cap. 24. cogitatio ſtulti peccatum eſt. Sapien.1. peruerſæ cogitationes ſeparant à Deo. Pſal. 65. iniquitatem ſi aſpexi in corde meo, non exaudiet Dominus. Iſaiæ. 1. auferte malum cogitationum veſtrarum ab oculis meis. Exodi.20.& Romanorum.7. non concupiſces vxorem proximi tui. Eccleſiaſ.9. faciem tuam auerte à muliere compta, & cap.25. ne reſpicias in mulieris ſpeciem, & non concupiſcas mulierem in ſpecie. Tobiæ.3. tu ſcis Domine, quia nunquam concupiui virum & mundam ſeruaui animam meam ab omni concupiſcentia, & Pſalm.23. quis aſcendit in montem Domini, &c. Innocens manibus, & mundo corde. Ierem.4. vſquequo morabuntur in te cogitationes noxiæ. Et Ariſto. 4. ethic. & ſæpe alibi cognouit, iracundiam, odium & inuidiam peccata eſſe. Item peccatum eſt proprium naturæ intellectualis: ergo præcipue & ſufficienter ſaluari poteſt in intellectu & voluntate; vnde angeli peccauerunt ſine vllo exteriori opere. Item externi actus nihil bonitatis, vel malitiæ addunt actibus externis, vt tract.1. de bonit. & malitia vidimus: ergo præcipue & primario, atque independenter ab actibus externis eſt malitia in voluntate, quæ propter libertatem, quæ ſibi eſt propria, eſt tota ratio imputandi actus ad bonum, vel ad malum, & cum actus ab obiecto entitatem & ſpeciem ſumant, ſicut eſt bonum & laudabile velle bona, ita malum & vituperabile velle mala, licet opere non perficiātur. In eandem ſententiā ſunt, quæ ſequenti diſputatione de moroſa delectatione dicemus. Fatendum tamen eſt actus externos ſæpe etiam eſſe peccata D.Thom.articulo.2. Alenſ.2.parte, quæſtione.100.membro.5.ar.2.ad tertium. Albert. 2.parte tractatu.22. quæſtione. 136. & Bonauentura.2.diſtinct.41.articulo 2. quæſtione.2. Durand. quæſtione.2.& diſtinc. 25. quæſtione.3. Scotus diſt.42.quæſtione.4. Caietan. quæſtio.74.artic.1. Richard.2. diſt.41. art.2. quæſt. 2. Ægid. diſt.39. quæſt.1. art.2. diſt.22. quæſt.2. artic.2.ad.1. Ocham.3. quæſtione. 10. ad.2. & 3.dub.

Digitized by Google

3.dub.lit.I.&.K.patet quia actus externi ſæpe ſunt voluntarij & libeti & contra legem & rationem:ergo mali.Item actus externi interdum ſunt boni ergo & mali.Ita etiam docet D.Thom.2.contra gent.ca.10.& fere omnes iſti docent, actus externos ſeu aliatum potentiarum à voluntate non eſſe malos formaliter,ſeu denominatione intrinſeca,ſed ſolum extrinſeca ſumpta à voluntate illos volēte, vel permittente:ſimiliter actus aliarum potentiarum ſolum ſunt boni extrinſeca denominatione à volũtate; quanuis quædam aliȩ potentiæ in ſe habeant veras vittutes,quarũ actus non ſunt peccata,niſi vt voluntari ſubſunt,auctore D.Tho.q.56.a.2.&.3.& q.74.a.4.ad.1.&.2.Alb.2.p.ſummæ tract.15 q.92.memb.4.Henric.quodlib.6.q.32.verſus finem. Rich.2.d.24.a.4.quæſt.1 ad.2.Ægid.2 d.24.par.2.q.1.a.3.in.1.dub.litterali.Via.2 Hinc patet, actiones multas, quæ non ſunt in ipſo peccāte,eſſe peccata vt mutilatio,homicidium &c.tales enim actiones,quia ſunt tranſeuntes, ſunt in paſſo,non in agente,vt patet ex D.Tho.a.2.ad 3.ſed in ſenſibus nõ eſt peccatum, ſicut in appetitu ſenſitiuo & imaginatione & membris externis, quia non obtemperat perſe voluntati,ſicut potētiæ illæ & membra externa. De quo vide D.Tho.loco proxime citato, & de malo,q 7.a.6.Differunt autem membra externa ab appetitu ſenſitiuo & imaginatione, quia membra externa obediunt adnutum & non efficiunt motum in potētia,à qua fit:ſed in propria quantitate immediate:at vero appetitus ſenſitiuus & imaginatiua obediunt politice vt docet D.Thom.locis citatis & nos ſæpe docuimus ex Ariſtot.1.polit.cap.3. à medio.Quanuis autem actiones ſenſuum externorum perſe non ſubſint volũtati: tamē vere ſunt peccata,vt occiſio quæ eſt in paſſo & nõ ſubeſt immediate voluntati,ſed medio motu locali membrorum.Vnde immerito Conra.art.2.negat viſionem & auditionem externã eſſe peccata.Imo operationes potentiæ vegetatiuæ,quatenus mediate ſubſunt voluntati, peccata eſſe poſſunt,vt bene Scotus.2.d.42.§.ad quæſt.2.&.§ ad quæſtionem.3.& propterea omnes prædicti actus manifeſtādi in cõfeſſione ſunt, vt tract.7.de bonit. & malitia humanorum actuum diſp.6.ſectione.8.diximus de homicidio,pollutione & alijs ſimilibus effectibus,qui fuerunt volũtarij in cauſa, & ante reuocationem volũtatis ſubſequuntur:ſecus ſi poſtea,quia in priori caſu peccata ſunt,vt docuimus in hoc tract. diſp.2.ſectione.9.in poſteriori vero non,vt oſtēdimus illa ſectione.8.

Art.3.*Vtrum in ſenſualitate poſsit eſſe peccatum.*

Art.4.*Vtrum in ſenſualitate poſsit eſſe peccatum.m.*

Art. 5. *Vtrum peccatum poſsit eſſe in ratione.*

Art.6.*Vtrum peccatum moroſæ delectationis ſit in ratione.*

Art.7.*Vtrum conſenſus in actum peccati pertineat ad rationem ſuperiorem.*

Art.8.*Vtrum conſenſus in delectationem ſine opere ſit ſemper peccatũ mortale.*

Art.9.*Vtrum in ſuperiori ratione poſsit eſſe peccatum veniale ſecundum quod eſt directiua virium inferiorum.*

Art.10.*Vtrum in ratione ſuperiori poſsit eſſe peccatum veniale ſecundum ſeipſam.*

1 CIRCA.5.6.7.&.10.articulum diſputari poſſet, an peccatum ſit in ratione ſumpta pro intellectu, vt ſumitur à D.Thom.art.7.&.1.p.quæſt.79 art.8. et de ver.quæſt.15.arti.1. et paſſim alibi,ſed certum et clarum eſt,aliqua peccata eſſe in intellectu,vt ignorantiam negationis et prauæ diſpoſitionis quæ interdum ſunt peccata vt patebit quando de ignoran-
tia diſputabimus. Dicimus præterea talia nõ 2
eſſe peccata niſi denominatione extrinſeca ab actu voluntatis,ſolum enim ſunt peccata, in quantum ſunt voluntaria et libera, nihil autem eſt liberum,niſi ratione voluntatis, in qua ſola eſt formaliter libertas vt docuimus late tract.de voluntatio.Ita docet D.Tho.a.5.ad.2.Scotus.2.d.42.quæſt.1.in corpore et ad argumenta.Ægid.d.39.quæſt.1.artic.1.

3.Dicimus,temere ſe exponere periculo cu- 3
iuscunque erroris, ſeu quẽlibet errorem temere

mere ſuſceptum peccatum eſſe. Ex D. Thom.
2.d.39.quæſt.1.artic.2. Ægid.d.22.quæſt.2.art.3.
dub.1.Caietan. hic artic.5.

4.Dicimus, intelligere mala non eſſe malũ
4 ſed velle illa De quo D.Thom.2.d.39.q.1.ar.2.
Durand.& Carthuſ.q.2.Richar.& alij. Vnde
Boetius, dixit notitiam mali non poſſe deeſſe
bono.

5.Dicimus nomen & diſcrimen rationis
5 ſuperioris & inferioris inuentum fuiſſe ab
Auguſt.12.Trin.cap.4.&.7.Ratio ſuperior eſt
quæ intendit rebus æternis aſpiciendis, vel
conſulendis, aſpiciendis quidem etiá ſpecu-
latiue, conſulendis vero inquirendo & iudi-
cando ex illis quid agendum ſit. Inferior ve-
ro eſt quę temporalia aſpicit & conſulit. Vn-
de ratio ſuperior & inferior nõ ſunt diuerſæ
potentiæ, ſed eadem cum ordine ad diuerſa
officia. D.Thom.1.par.quæſt.79.artic.9.Alenſ.
2.par. q.137.Alb.& Petrus de Tarantaſia apud
Carth.2.d.24.quæſt.5.qui idem tenet & Rich.
ead d.artic.2.quæſtione. 4 Bonau.parte. 1 a.2.
quæſt.2.Gab.quæſt.vnic. art.2. Ægid. parte.2.
quæſt.1.artic 1.Sotus.3. d.15. Vnde ſecundum
Auguſt.12.Trin.cap.12.&.14.Magiſt.2.d.24. D.
Thom. & alios ſapientia, quæ procedit per
altiſſimas cauſas, accõmodatur rationi ſupe
riori: cientia quæ per inferiores cauſas iudi-
cat, rationi inferiori. Putant autem Auguſt.12.
Trinit.cap.3.&.7.Gab.2.d.24.quæſt. vnic. no-
tab.3.rationem ſuperiorem & inferiorem cõ-
prehendere intellectum memoriam et volũ-
tatem. Ægidius vero d.24.quæſt.1.artic.1.in du
bio litterali ait, nomine rationis intelligi vo-
luntatem, vt dirigitur per intellectũ, quia ra-
tioni tribuitur delectatio, et cõſenſus & pec-
catum, quæ ad voluntatem pertinent. Huic
ſententiæ fauet D.Thom.art 7.ad.1.et q.15.ar.
1.ad.1.et art.4. Cæteri vero citati nomine ra-
tionis ſolum intellectum videntur accipere
D.Thom.1 p quæſtione.78.art.8.ex Aug.3. ſu-
per Geneſ.ad lit.c. 2. et. 15. Trinitat. capit. 5.
probat, quia ratio ſuperior & inferior inſpi-
cit & conſulit; quod ad ſolum intellectũ per-
tinet. Hæc eſt propria acceptio: late tamen
etiam ipſa voluntas & aggregatũ ex intellec-
tu & voluntate ratio inferior, aut ſuperior
1.Dub. appellari poteſt. Hoc ſuppoſito, ſunt aliqua
dubia breuiter expedienda: primum, vtrum
aliquod peccatum mortale poſſit eſſe in ſola
ratione inferiori, ſeu ad illam ſolam pertine-
re. Alb.2.p.tract.18.quæſt.114.membro.4.art.4.
ſentire videtur, peccatum mortale poſſe eſſe
in ſola ratione inferiori, ſeu ad illam ſolam
pertinere: ratio eſſe poteſt, quoniã homo po-
teſt peccare mortaliter nihil conſiderando
diuinum, aut ſuperius, ſed ſolum conſideran-
do turpe & contra dictamen rationis eſſe oc-
cidere hominem priuata auctoritate, forni-
cari, furari & c. Alij putant, nullum eſſe pecca
tum mortale, quod non ſit contra rationẽ ſu-
periorem. D.Thom.ar.7.& ar. 8.ad.1.Caietan.
Conrad. & alij articul. 7. Bonauentu. 2.d.24.
parte.2.articul.2.quæſtione.2. Rich.art.4.q.4.
Ægid.part.2.quæſt.1.a.1.Gab.quæſtione vnica
in fine. Durand.quæſt.5.num.9.Vincentius in
ſpeculo lib.3.part.2.diſt.3.a.7.Gerſon, alphab.
29.litte.K.Petrus de Taranta. quem ſequitur
Carthuſ.2.d.24.quæſt.6.Probant, quia morta
le peccatum nunquam eſt ſine contemptu le
gis diuinæ: circa legem autem diuinam verſa
tur ratio ſuperior. Conf.1.quia mortale auer-
tit à Deo, auerſio autem à Deo pertinet ad ra
tionem ſuperiorem, ſeu ad volũtatem, vt ſub
eſt intellectui conſideranti ſuperiora. Conf.
2.quia voluntas per rationes ſuperiores debe
ret cohibere peccatum, ad quod alliciunt ra-
tiones inferiores: ergo ſi peccat, peccatũ eius
pertinere dicetur ad rationem ſuperiorem,
à qua poſſet et deberet cohiberi, nam eius eſt
iudicare de temporalibus per æterna, vt do-
cet Aug.12.Trin.ca.2.Contra hanc ſententiã
ſunt multa argumenta primum ex Auguſt.12.
Trinit.cap.12.relato a Magiſtro.2.d.24 §.neq.
ſane. Vbi docet, in coniugio ſpirituali ratio-
nis ſuperioris cum inferiori, non eſſe ſicut in
coniugio Adam et Euæ, nam in coniugio ſpi-
rituali etiamſi ſola mulier, ſeu ratio inferior
comedat, totus homo damnabitur: ſola antẽ
Eua comedente nõ damnaretur vterq. con-
iux: ergo dari poteſt peccatum rationis infe-
rioris non pertinens ad ſuperiorem. ¶2.Quia
peccare poſſumus nihil cogitando de rationi
bus æternis, ſed de ſolis humanis: ergo tunc
eſt peccatum mortale pertinens ad ſolam ra-
tionem inferiorem. ¶3.Quia ſicut interdũ ra-
tio inferior non poteſt cohibere appetitum
ſenſitiuum, ita interdum ratio ſuperior non
poteſt cohibere inferiorem: ergo tunc pecca-
tum mortale pertinet ad ſolam rationem in-
feriorem. ¶4.Quia contingit, aliquem pecca-
re mortaliter cum non teneatur cogitare de
lege æterna Dei: ergo nec formaliter nec in-
terpretari conſentit tunc ratio ſuperior: et
ita illud peccatum non pertinet ad rationem
ſuperiorem. Antecedens patet in infideli ig-
norante inuincibiliter Deum vel immorta-
litatem animæ præmium & pænam æternã.
¶5.Quia conſenſus in delectationem ſæpe eſt
peccatum mortale, tamen pertinet ad ratio-
nem inferiorem, conſenſus vero in opus ad
ſuperiorem, vt docet Aug.12.Trini.c.12.quem
ſequuntur Magiſter & alij.2.d.24 D.Tho. hic
art.7.& Alenſ.2.p.q.137.memb.1 &.2 Altiſiod.
lib.2.tract.28.c.2.q.2.ad finem. Vincent.3. ſpe-
culi, parte.2.diſt.3.a.7.Adrian.quæſt. 4. de Eu-
chariſtia. §. ſecundo dico. Gerſon alphab.29.
lit.F.probant D.Thom.& reliqui, quia vlti-
mum

mum iudicium pertinet ad ſupremum tribunal:priora iudicia ad inferiora tribunalia:ſed vltimum iudicium eſt de opere; de delectatione vero eſt præambulum: ergo iudicium de opere pertinet ad rationem ſuperiorē; de delectatione vero ad inferiorem. Ad hæc argumenta reſpondere conantur auctores Secundæ opinionis. Ad.1.Reſp. cum Bona. licet interdum ſola ratio inferior guſtet,comedat, ſeu delectetur,quando ſcilicet homo ſolis rationibus temporalibus mouetur ad delectationem,tamen totus homo non damnaretur niſi ratio ſuperior conſentiret delectationi ſpretis rationibus æternis. Ad.2.Reſpon.ex D. Thom.a.7.ad.2.& Bonauen.neg.conſequētiā, quia tunc ratio ſuperior conſentit interpretatiue,eo quod non regulat, vt debet & poſſet,actum rationis inferioris per leges æternas. Ad 3.Reſp.aliquos actus omnino indeliberatos eſſe in ratione inferiori qui non poſſunt cohiberi à ſuperiori,ſed hi non ſunt peccata:omnes vero actus,qui ſunt peccata mortalia in ratione inferiori,poſſent cohiberi à ſuperiori: ideo pertinent ad illam ex D.Tho. artic.7.ad.4. Ad.4.Reſp.Durand.illarum rerū non dari ignorantiam inuincibilem, quia ſi homo faceret, quod in ſe eſt, illuminaretur de rebus fidei,quas ſola ratio ſuperior attendit.Aliqui reijciunt Durand.quia ratio ſuperior etiam naturalia aliqua conſiderat,vt docet D Thom a.10.in fine & de verit. quæſt. 15. artic.4 §.vlt.& Carthuſ.2.d.24.q.5.ſed Duran. hoc non dicit. Melius ergo Duran.reijcitur, quia vt inferius videbimus,de rebus fidei poteſt dari ignorantia inuincibilis tam in homine faciente,quod in ſe eſt,quam in non faciente. Vnde alij Reſp.licet homo inuincibiliter ignoret Deum & animæ immortalitatē & æternitatem pœnæ & præmij,peccare mortaliter poſſe agendo contra rationem dictantem,vel debentem dictare hoc eſſe turpe, & tunc peccare contra legē æternā, quia quod eſt contra rationem,etiam eſt contra legem æternam & ideo tale peccatū pertinere etiā ad rationem ſuperiorem. Ad.5. Reſpon. aliqui ad rationem ſuperiorem pertinere conſenſum interpretatiuum in delectationem; formalem vero in opus. Sed hoc alij reijciunt, quia aliquando ratio ſuperior interpretatiue tantum conſentit in opus,vt docet D.Thom.a.8.ad.2.& alijs locis citatis. Quare. §2.Reſpon.cum Caiet.art.8.& Ægid. 2. d.24. parte.2.q.1.a.1.in hac ſententia Aug. & Scholaſticorum eſſe accommodationē quandam congruentem,cōſenſus enim in opus tribuitur rationi ſuperiori,quia eſt vltimus & ſupremus in tota deliberatione:cōſenſus vero in delectationē eſt quaſi initium & via, & ideo pertinere dicitur ad rationem inferiorem ſecundum accōmodationē & appropriationē ſicut potentia appropriatur patri,ſapientia filio,bonitas SS.vnde D.Th.de verit.q.15.art.4. ad.1.ait,delectationē,ſi non accipiatur, vt via ad opus,ſed vt opus quoddam eſt, pertinere ad rationem ſuperiorem,quia ſic eſt vltima. Huic doctrinæ ſubſcribit Ægid.ſupra inſuper Alen.2.p.q.125.mem.11.in fine & Altiſiod.ſup. dicunt,conſenſum in delectationem aliquomodo pertinere ad rationē ſuperiorē. Nullū ergo eſt aliud diſcrimen quoad hoc,niſi aſſignatum inter rationē ſuperiorem & inferiorē & ad D.Th.a.7.ad.3.qui videtur oppoſitū ſentire,recte.R.Caiet. Dico tñ hanc quæſtionē eſſe de nomine & modū loquendi eſſe parui momenti,ſymbolicū,ſeu metaphoricum.Sed vt cōueniamus cum multis,dici poſſet omne peccatū mortale pertinere aliquo modo ad rationem ſuperiorem, non quidem tunc operantem:ſed quæ poſſet tunc,ſaltē ceſſantibus impedimentis,& concurrentibus aliquibus, cōſiderare regulas æternas,& illis ſaltē coercere conſenſum rationis inferioris & expediret ad hoc illas conſiderare,licet nō ſit omnino obligatoriū,quia per ſolas rationes tēporales poſſet peccatū impediri, & ſpecialiter tribui conſenſum in delectationē rationi inferiori; in opus vero ſuperiori propter rationē aſſignatam in ſolutione.5.argum.item implicite in omni peccato mortali agere contra rationem ſuperiorem,quia agit contra rationē & legem Dei,cuius obſeruantia ,aut violatio cōmodum, vel detrimentum æternū afferre poteſt:licet hæc interdum inuincibiliter non conſiderentur,vel etiam ignorentur.

2.Dub.eſt an peccatū poſſit eſſe in ratione inferiori ſine ſuggeſtione ſenſualitatis. Hæc quæſtio eſt eadem cum illa,quā tractat D.Th. *Dub.2.* q.77.a.1.an omne peccatum proficiſcatur ex paſſione.Platonici affirmabant omnia mala animi ex corpore cōtingere vt refert Aug.14. ciuit.c.3.quod etiā ſenſiſſe Pythagoricos docet Viues ibi,& tenuit Virgil.6.Æneidos. Igneus eſt illis vigor & cœleſtis origo &c.idem videtur ſentire Cyril.4.in Ioan.c.55.colligitq. ex Iacobi.1.vnuſquiſq.tentatur à cōcupiſcentia ſua abſtractus & illectus, & Patres communiter affirmant,hunc eſſe progreſſum,vt præcedat ſuggeſtio,ſequatur delectatio,& cōſenſu peccatum conſummetur,ex quibus ſuggeſtionem tribuūt ſenſualitati,quā ſerpenti cōparant,conſenſum vero in delectationem inferiori rationi,quę vt Eua virū,ideſt ſuperiorem rationem ad conſenſum in opus alliciat; de quo Aug.12.Trin.c.8.1.de ſer. Do. in mōte c.23. Secundo de geneſ.contra Manich.ca.14. Greg. reſp.11. ad interrogationes Auguſtini Epiſc.Anglorum quæ habentur in fine regiſtri.Ad idem adducit Rich. infra Bernardum in

Digitized by Google

in medit.c.8.& gloſſam in id Pſalm.83.altaria tua domine virtutum.Sed nihil ad rem dicũt. Petrus tamen de Tarantaſia apud Carth. 2. d. 24.q.6.ait, nunquã eſſe peccatum in ratione ſine ſuggeſtione ſenſualitatis,& fauet Paulus Galat 5 vbi inter opera carnis numerat multa peccata,ad quæ omnia alia reduci poſſunt. Vera tamen ſententia eſt quam docet Aug.14 ciuit.c.3.non omnia peccata proficiſci ex carne & eius paſſionibus. Patet. 1. in ſpiritualibus,quorum obiectum poteſt eſſe eiuſmodi, vt nihil habeat,quod ſenſum delectet,aut efficaciter moueat ad ſui deſiderium, quamuis habeat aliquid vtilitatis aut commoditatis vnde mouere poſſit voluntatem, tunc ergo ille peccare poterit etiam ſi nulla paſsione excitetur, & Conf. quia peccata dæmonum fiunt nulla ſuggeſtione ſenſualitatis, quia ſenſu carent:ergo idem poterit cõtingere in hominibus,licet ſenſualitatẽ habeant.¶2 Patet etiam in peccatis carnalibus,in quibus,ita docet Bonau.2 d.24.p.2.a.1.q.1.Rich.a.4. q. 2. Ægid.2.p.diſt.q.2.a 3.in fine & Carthu. ſupra. Probatur quia homines perditi deſiderãt motum & delectationẽ concupiſcentiæ poſtquã illa eſt adeo frigida & exhauſta,vt nõ habeat ex ſe motus,vel delectationes huiuſmodi & peccata carnalia etiam appetitu ſenſus auerſetur & faſtidiat propter incommoditates adiunctas,quas iam experiẽtia nouit:peccat ergo tunc homo voluntate ſine vlla carnis tentatione, aut ſuggeſtione. Loca vero ſanctorũ in contrarium adducta loquuntur de peccatis vt communiter committuntur,raro enim abeſt ſuggeſtio: vel nomine ſuggeſtionis intelligent propoſitionem obiecti. Paulus autem ſolum docet,omnia genera peccatorum poſſe ex carne prouenire, quamuis de facto non omnia indiuidua ex carne proueniant, vel nomine carnis intelligit etiam rationem vt verſatur circa res ad corpus pertinentes. Dices.intellectus non poteſt agere niſi præuia operatione phantaſiæ:ergo nec voluntas, niſi præuia operatione appetitus ſenſitiui. Negatur conſeqq. quia intellectus, vt capit ſpecies miniſterio ſenſuum ita in earum vſu habet quãdam dependentiam à ſenſibus vel à ſenſu aliquo interno,at voluntas ſolum indiget propoſitione obiecti per intellectum maxime cũ ſit libera & appetitui ſenſitiuo repugnare poſſit,ſiue honeſta,ſiue turpia appetẽti.Si obijcias quia Ariſt.3.animę tex.51.ait,intellectus ſemper eſt rectos:phantaſia autẽ recta,& non recta. Ergo intellectus nunquam errat niſi occaſione phantaſiæ: ergo nec voluntas peccat niſi occaſione appetitus ſenſitiui.R.Bona.2.d.24.a.1.q.1.illud intelligi de intellectu,quatenus intelligit ex ſe ſine diſcurſu,vel motione voluntatis,quando autem aliter intelligit,errare poteſt etiam ſine errore phantaſiæ:ſimiliter ergo voluntas poteſt peccare ſine ſuggeſtione appetitus ſenſitiui.

3.Dub.eſt,an in ratione ſuperiori poſsit eſſe veniale.Alen.2.p.q.137.mem.2.& Magiſter 2.d.24.negant ex Aug.12.Trin.cap.12.dicente, quando ratio ſuperior conſentit illecebrę,eſſe peccatum damnabile.Idem vero Alex. 2.p. q.124.mem.6.ait in ratione ſuperiori poſſe eſſe veniale & D.Tho.hic arti.9.&.10.Caietan. Conrad.& alij ibi Vincent.lib.3.ſpeculi,p.2.d. 3.a.9.&.10.Carth 2 d.24.q.6.citans Albertum Bonau.ead.d.p.2.a.1.q.2.Ægid q.2.a.4.& mihi eſt certum.Poteſt enim.1.eſſe peccatũ veniale in ratione ſuperiori ex conſenſu cum inferiori,ſeu circa materiã illius, vt cum profertur verbum otioſum aduertendo eſſe contra legem Dei.Ita omnes citati etiã Alex.¶2.Circa propiam materiam ſine plena deliberatione peccando. Vt in motibus ſecundo primis infidelitatis,deſperationis,odij,aut leui negligentia amandi Deum.Ita omnes citati præter Alex. imo in ratione ſuperiori poſſunt eſſe motus omnino indeliberati circa materiam prohibitã.¶3.D.Th Vincent. Carth. & Ægid. docent,in ratione ſuperiori,vt verſatur circa propriã materiam,nõ reperiri peccatum veniale plene deliberatũ.Sed contra quia violatio voti in materia leui eſt peccatũ veniale: hæc autem materia eſt propria rationis ſuperioris.Propterea dicunt aliqui,doctores citatos ſolũ velle, in materia rationis ſuperioris omne peccatum eſſe.m. ex genere, vt loquitur Bonau.in fine q. citatæ, licet poſsit in ea eſſe veniale ex leuitate materiæ,vel indeliberatione.Sed cõtra quia diſtractio in oratione non obligatoria, iurare abſq. neceſsitate,ſed cum veritate, & ſimilia ſunt venialia ex genere,tamen verſantur in materia propria rationis ſuperioris.Poſſet ergo dici,doctores ſolum velle,quod communiter in propria materia non eſt veniale ex genere.¶4.D.Thom. Vincen.Ægid.& Carth.dicunt,in ratione ſuperiori,vt gubernat inferiores vires,nunquã eſſe veniale ex ſurreptione, quia non verſatur circa res inferiores,niſi vt conſulit rationes æternas:ergo vt deliberans. Sed contra, quia veniale ex ſurreptione eſſet cohibendũ rationib⁹ æternis:ergo pertinet ad rationem ſuperiorẽ. Vnde dico limitandos eſſe doctores citatos,vt veniale ex ſurreptione non ſit in ratione ſuperiori explicite & plene conſiderante rationes proprias,quæ ſunt æternæ, cum tñ poſsit eſſe in ratione inferiori plenę conſiderante proprias rationes nempe temporales.Ad Aug.R.intelligi de cõſenſu plene deliberato in materia graui. Obijcies.1. quia ratio ſuperior ſolũ verſatur proxime circa rationes æternas:deficere autem in æternis eſt mortale

3.Dub.

Digitized by Google

mortale:ergo Reſp.circa Deum qui eſt æternus poteſt defectus eſſe venialis ex leuitate materiæ & ex indeliberatione per quem non amittuntur bona æterna Vide D.Tho.ar.9.& ad.2.&.3.& arti.10.ad.3.quibus locis hanc & alias obiectiones ſoluit vide etiam Herrera. 2.diſput.33.quæſtione.18. Quod vero in ſtatu innocentiæ non potuerit eſſe veniale,nō eſt, quia in ſuperiori ratione non poteſt eſſe veniale; tūnc autē vires inferiores erāt ſubiectæ rationi:ſed propter rationē aſſignandā diſp. penul.de hoc etiam aliquid dicit Ægid.ſupra. Ex hoc & præcedentib.dubijs præſertim ex.1. conſtat verū eſſe quod dicit Rich.2.d.24.a.4. q.5.omne peccatū ſiue mortale ſiue veniale pertinere aliquomodo ad rationē ſuperiorem, quia per illam poſſet & expediret cohiberi & impediri.

(?)

DISPVTATIO. VI. DE DELECTATIONE MOROSA ET ALIIS MOTIBVS APPETITVS SENSITIVI & voluntatis in obiecta prohibita & de aſpectibus tactibus & oſculis libidinoſis.

Non diſputamus hic de actibus efficacibus voluntatis circa obiecta prohibita conſtat enim eſſe peccata mortalia,vel venialia iuxta grauitatem materiæ in quam feruntur,vt probaui contra Iudæos,artic.2.

Sect. I. An delectatio de re mala non accedente conſenſu libero voluntatis, ſit peccatum.

1 EADEM quæſtio eſt de alijs motibus appetitus ſenſitiui in malum quādo ſine libero voluntatis cōſenſu cōtingunt,& de quibuſdā motibus non liberis voluntatis in malū. Hæretici noſtri tēporis Luth.Caluin.Melanctō, Kemnicius & alij affirmant,prædictos motus appetitus ſenſitiui vere & proprie eſſe peccata,vt referunt Roffen.Vega & alij referendi. Quem errorem quibuſdā hæreticis ſuppreſſo eorum nomine.tribuit Chryſoſt.ho.5. in c.2. ad Roman.fundamenta eorum ſunt primum quia ſunt cōtra illud præceptū,non cōcupiſces.Exod.20.Ro.7. concupiſcētiam neſciebā, ſcilicet eſſe peccatū,niſi lex diceret, non cōcupiſces.2.Quia Ro. 7. appellantur mali etiā cum voluntas illis repugnat,non quod volo bonum hoc ago,ſed quod odi malum &c. & ibidē concupiſcentia appellatur peccatum,& Aug.Pſ.31.ait Deum odiſſe concupiſcentiam, qui ſolum odit peccatū,& 12.Geneſ.ad lit c.12 &.2.contra Pelag.c.16. ex cōcupiſcentia relicta in Paulo.2.Cor.12.infert illum non fuiſſe ſine peccato,&.1.de nuptijs.c.25.&.29.ait,multum boni fieri ab eo,qui implet illud eccleſiaſtici.18.poſt concupiſcentias tuas ne eas,verum à nullo perfecte ſeruari in hac vita illam legē Exod.12.nō cōcupiſces. Vide eodē li.c.32. & ſequentibus & 12.de Trini.c.12.&.13.ait ſenſualitatem eſſe perpetuæ corruptionis quandiu in hac mortali vita viuimus & propterea per ſerpentem ſignificari.Vide. 2. cōtra Iuliā. verſus finem & lib 5.c.3.& lib 6.c.8.& ſer 1. de verbis Apoſtoli. §.3.Quia procedunt à concupiſcentia deſtituta originali iuſtitia, quæ cōcupiſcentia,vt ſic eſt peccatum originale, & inquinat atq.inficit illos motus.

Fauent nonnulli Catholici apud Henri. quodl.6.q.32.dicēres,hos motus in baptizatis eſſe peccata & imputari ad pœnā & ipſe Hēri. dicens in renatis eſſe peccata mortalia, sed non imputari ad pœnā,quia in baptiſmo tolli tur originale peccatum, & deformitas ipſorum per Dei indulgentiā,at vero in non renatis eſſe peccata mortalia,& imputari ad pœnam,quia ſunt voluntarij,non ſolum voluntate primi parentis,ſed etiam ipſorum nō renatorum, quatenus nolunt per baptiſmū ab originali,& cōſequenter a reatu horum motūum expiari.Fauet etiā Hugo. Vict. q.168.in epiſt.ad Rom.vbi quærit,quid Paulus Ro. 7. appellet paſſiones peccatorū,& Reſp. poteſt dici,quod concupiſcentias innatas,quæ ſunt cauſa peccati & in ijs,qui nō ſunt in Chriſto etiam mortale peccatum,vel motus primos, qui non imputantur renatis,& quæſt.170.ait, lege prohiberi concupiſcentiā,& primos motus,quos homo vitare non poteſt, & primo de ſacramentis,p.7.cap.20.&.24.neceſſitatem concupiſcendi non excuſare,quia à voluntate venit(ſcilicet Adæ) Fauet etiam Anton. 2. p.tit.5 cap.1. §.4. dicens motum delectationis 2

in appetitu ſenſitiuo cum diſplicentia rationis eſſe peccatum veniale & Bonauen 1.p.centiloquij,lectione.5.dicens ſi ſuggeſtio & delectatio titilant citra conſenſum , eſt peccatum veniale & lect.6.quoddam eſt veniale ex ſurreptione,& ideo veniale,quia nō poteſt tunc vitari,& quia committitur præter rationem ſemper eſt veniale.Aliud vero eſt veniale ex cogitatione ſine conſenſu , & ideo veniale, quia non plene conſentitur, vt in cogitatione,& delectatione de muliere citra conſenſum in delectatione: hoc veniale fit mortale per complacentiam & conſenſum & 2. d.24. p.2 art.3.q.1.ait,quædam ſunt venialia , quæ ratio non poteſt vitarę & q 2.delectari antequam aduertat ratio ſine dubio eſt veniale & infra,cum tentatio inchoat à ſenſualitate,clarum eſt eſſe veniale.Item quādo ratio aduertit delectationem,ſi ſtatim repellitur leue eſt peccatum.Similia dicit auctor comp.Theol. lib.2. ca. 28. Fauet etiam Abul. Math. 4. q.75. dicens,omnem tentationem carnis eſſe peccatum,vel non ſine peccato.Fauet Caiet. hac quæſt.74.art.3.& q.75. a. 4. dicens,appetitum ſenſitiuum independenter à voluntate habere aliquos actus liberos & in his poſſe eſſe peccatum voluntate nullo modo conſentiēte,imo interdum etiam repugnante, ſecus in non liberis.Probat Caietanus , quia ſecundū D.Tho.art.4.peccatum veniale eſt in ſenſualitate,& non mortale:quod ſi intelligatur de ſenſualitate , vt ſubeſt voluntati,falſum eſt, quia ſic vtrumque in ſenſualitate eſſe poteſt, ergo intelligitur de ſenſualitate ſecūdum ſe. Confirmat,quia cogitatiua ob coniunctionē ad intellectum habet per ſe quemdam diſcurſum:ergo & appetitus ſenſitiuus ob coniunctionem ad voluntatem habet quamdam libertatem,ita vt per ſe poſſit operari libere : ergo & peccare ſaltem venialiter.

Vera tamen ſententia eſt hos motus ſine
3 conſenſu libero voluntatis formali , vel virtuali non poſſe eſſe peccata,ita docet D. Th. 2.d.24.q.3.ar.2.& 2.2.q.154.art.5.& in hac q.74. art.5.corpore & ad argumenta & alibi ſæpe Bonau.2.diſt.36.art.1.q.2.& d.41.art.2.quæſt. 1. Palacius d. 24. d.2.citans Albertum lib. de 4. coæqueuis quæſt.11.art.6.qui idem tenet.2. d. 36.art 4.&.5.Vazq.d.106.cap 3.Almain. 3.mor. cap.24.Angeſtus cap.6.moral.§.5.Alenſ.2.p.q. 108.alias.125.memb. 2. vſque ad.6. Richardus 2.d.21.art.2.q.3.Capreol.d.40.art.3.ad primum Durandi contra primam concluſionem Gab. lect.78.in canonē litt.M.Nider circa nonum præceptum cap. 4. Cordub. li.1.q.23.dubio. 9. opinione.5.Scotus.2.d.24.reſponſione ad tertiam quæſtionem in ſolutione. 1. Lyra in id Math.5.qui videret mulierem &c. Salmeron explicans eundem locum tomo. 5. tract. 38. Bellarm.5.de amiſſione gratiæ c.7.& 8.Valen. hic diſp.6.quæſt.4.puncto.2.Medin. quæſt.74 art.3.vbi Zumel diſp.1.&.2.Roffen.a.2. contra Luther.Vega.14.in Trid.cap.4.initio . Caſtro verbo præceptum in fine.Scotus. 2. d.42.q.3. ad.1.Azor tomo.1.lib.4.cap.2.q.5.Angles. 2. d. 37.q.5.difficult.2.Probatur.1.ex Trid.ſeſſ.5.decreto de peccato origin. canone vltimo vbi anathemate damnatur,qui dixerit non tolli per Baptiſmum totum id,quod vere habet rationem peccati,de concupiſcentia vero quā Paulus Rom.8.& Galat.3.appellat peccatum declarat Concilium, Eccleſiam Catholicam nunquam intellexiſſe in renatis vere & proprie peccatum eſſe,ſed ideo peccatum appellari,quia à peccato eſt,& ad peccatum inclinat,quod non tantum de ipſa facultate appetitus,ſed etiam de eius motibus intelligendū eſt,vt notat Vazquez & multo magis ad motus ipſos referendum eſt id quod ſequitur,ſcilicet concupiſcentiam in renatis manere ad agonem , atque adeo ad meritum & coronam ijs,qui fortiter eide reſiſtunt,eamdemq. non conſentientibus nocere non poſſe. Ex quibus verbis aliqui inferunt,non baptizatis concupiſcentiam proprie eſſe peccatū & nocere poſſe etiam nō cōſentientibus. Sed diſp. 15.ſect.5.videbimus minorem eſſe rationem, vt hi motus imputetur ad peccatum actuale infidelibus quam fidelibus, & argum. ab auctoritate negatiue,præſertim hic,nihil valet, quia Concilium ſolum voluit contra Lutherum definire,in renatis concupiſcentiā non eſſe proprie peccatū , quidquid eſſet de alijs, in quibus Aug.& alij dixiſſe videntur,concupiſcentiam habitualē eſſe peccatum originale.Vide D.Thom.q 89.a.5. ad argum . vbi ait Paulum Ro. 8. dicentem, nihil damnationis eſt ijs qui ſunt in Chriſto,qui non ſecundum carnem ambulant,non ſignificare,quod concupiſcentia imputetur infidelibus , vt peccatum actuale,licet non ambulent ſecundum carnem,ſed quia illa concupiſcentia in infidelibus ſignum eſt damnationis propter peccatum originale , non vero in baptizatis , & eodem modo explicat Anſelmum de concordia gratiæ & libe.arbitr.à medio,qui videbatur aſſerere,motus concupiſcentiæ eſſe peccata mortalia in infidelibus, etiam non conſentientibus,ſed ad probationem concluſionis reuertamur.

2.Prob.quia de ratione peccati eſt eſſe cō-
tra legem,vt ſupra:nihil autem vitatu impoſ- 4
ſibile eſt contra legem: ergo motus qui vitari non poſſunt,nō erunt peccata. Minor probatur,quia lex nil prohibet vitatu impoſſibile, ſicut nihil præcipit factu impoſſibile, vt conſtat ex Trid.ſeſſ.6.c.11.dicēte,temeraria illa & a PP.ſub anathemate prohibita voce

vti

vti debet Dei præcepta, homini iuſtificato ad obſeruādū eſſe impoſſibilia, nā *Deus* impoſſibilia nō iubet, ſed iubendo monet, & facere, q̄ poſſis cuius & petere, q̄ nō poſsis: mādata grauia nō ſunt. 1. Ioā. 5. cuius iugū ſuaue eſt, & onus leue Mat. 11. vide etiā Deut. 30. hoc quod ego præcepto tibi, nō ſupra te eſt: q̄ adducit Paul. Ro. 10. ſumitur ex Aug. de natura, & gratia, c. 43 Conc. Africa. c. 81. 82. & 83. Hiero. epiſto. ad Creſiphōtē, & dialo. 1. cōtra Pelag. c. 3. & 8. dialogo. 2. c. 2. dialogo. 3. c. 1. epiſtol. 127. ad Fabiolam manſi. 25. epiſt. 146. ad Damaſum, & alibi, & Chryſoſt. hom. 65. ad popul. quod Deus nihil mali præceperit. Quamuis non poſſimus ſemper motus concupiſcentiæ comprimere, quia appetitus non obedit deſpotice, ſed politice. 1. polit. cap. 3. Confir. quia homini liberum eſt etiam in natura corrupta vitare omnia mortalia, & ſingula venialia (ex materia de gratia) ergo nihil eſt peccatum, niſi ſit liberum, nihil autem eſt liberum ſine conſenſu voluntatis: ergo nullus motus appetitus ſenſitiui eſt peccatum, niſi accedente libero conſenſu voluntatis, & de ratione peccati eſſe quod ſit liberum, oſtendi diſput. 2. ſectione. 2. ideoque in brutis non eſt peccatum: ergo nec in appetitu ſenſitiuo, ſi non ei accedat conſenſus voluntatis. Si dicas cum Caietano, appetitum ſenſitiuum independenter à voluntate habere ſuos actus liberos in nobis, licet non in brutis, & ideo ſine conſenſu libero volūtatis poſſe dari peccatum: hoc merito reijcitur ab omnib. recētiorib. cit. & Hette 2 diſp. 33. q. 3. §. 1. Quia ſicut in ſenſu interno null⁹ eſt diſcurſus, ita in appetitu ſenſitiuo nulla eſt propria libertas, nā ob ſuā magnā imperfectionem nulla potentia corporea libera eſt, aut diſcurſiua d quo vide tractat. 3. de voluntario diſputat. 1. ſectio. 10. § 2. Quia licet in ſenſitiuo appetitu concederetur aliqua libertas ea eſſet Phyſi. & nō moralis, vt Molina concedit in brutis veſtigium aliquod libertatis, qui etiam cum Victoria, alijs concedit aliquam libertatem in pueris, & amentibus, quam tamen omnes fatentur, non ſufficere ad peccatum, quia non eſt moralis etiam ſi in voluntate ſit: ergo idem à fortiori dicēdū eſſet de appetitu ſenſitiuo. Confirm. ex Beda in id. 1. Corin. 7. omnia mihi licent, vbi ait, peccare tantum eſt eius potentiæ, quæ ratione ducitur: ergo ſine conſenſu rationis, & voluntatis non eſt peccatum: Auguſtin. etiam. 1. ciuit. cap. 25. argumentatur, ſi concupiſcentia dormientis non eſt peccatum: ergo multo minus concupiſcentia non conſentientis ſeu etiam repugnantis: ergo repugnante, vel non conſentiente voluntate nullum eſt peccatum in appetitu ſenſitiuo hominis.

3. Quia alias circa idem ſimul mereremur, 5.
& demereremur, ſcilicet concupiſcēdo carne, & reſiſtendo ſpiritu. Confir. nam ſi in appetitu ſenſitiuo, ſine voluntate ponitur peccatum, poni etiam poteſt opus bonum & meritum, & ſi in eo ponitur peccatū veniale, etiā poteſt poni mortale. Conf. nam ſi motus concupiſcentiæ eſſent peccata mortalia, non eſſent in hominibus iuſtis, contra id. Roma. 7. ſentio aliam legem, &c. & 2. Corin. 12 datus eſt mihi ſtimulus carnis, vbi ſtimulus carnis tentatio eſt ſecundum Aug. 2. contra Pelagium, & Celeſtium cap. 11. & concione. 2. in Pſal. 58. Theophilactum, Sedul. Anſelm. Lyram. D. Tho. & alios, quamuis Chryſo. Theodoret. OEcumenius, & alij dicāt, eſſe perſecutores impedientes progreſſum euangelij. Vnde motus concupiſcentiæ reperiri in iuſtis docet Auguſ. 1. retract. c. 13. & 15. & habetur in gloſ Ro. 7. & D. Tho. hac q. 74. a. 4. arg. ſed cōtra: quod tandē fatetur Lutherus apud Bellar. 2. de monachis. c. 30. §. quæ loca.

4. Quia ſi concupiſcentia ex ſe, & indepen 6
denter à voluntate eſſet aliquādo peccatum ob libertatem, ſimiliter renuente voluntate eſſet in homine peccatum, & haberent ſe voluntas. & appetitus vt duo homines, quorum vnus, alio renuente, peccaret, quod eſt abſurdum. Deniq. opinio Caiet. ex ſequentib. aperte reijcietur, cōſtabit enim ex SS. & PP. de ratione peccati eſſe non ſolū, quod ſit liberū, ſed etiā quod aliqua ratione à voluntate procedat. Conf 2. ex eccleſ. 21 fili peccaſti nō adijcias vltra Ioan. 5. *Ecce ſanus factus es, iam noli peccare*, & 1. Cor. 15. *Euigilate iuſti, & nolite peccare*. & 1. Ioan. 2. *Hæc ſcribo vobis vt nō peccetis*. His enim locis admonemur vitare peccata, quaſi oppoſitum ſit in noſtra voluntate: ergo motus appetitus, qui non ſunt à volūtate noſtra, non ſunt peccata. Quod etiam patet ex Hebræorum. 10. *Voluntarie peccantibus*, & Matth. 10. *ex corde*, id eſt voluntate, *exeunt cogitationes malæ*. Deinde ſi homo peccata aliqua non poteſt vitare, quomodo verū eſt id. 1. Cor. 10. *Nō patietur vos tentari ſup. id quod poteſtis, etc.* & Iacobi. 1. dicitur, *Vnusquiſq. tentatur à concupiſcentia ſua abſtractus, & illectus: concupiſcentia autem cū conceperit, parit peccatum*, ex infert Auguſtin. 5. contra Iulianum cap. 3. & lib. 6. cap. 5. non eſſe peccatum, niſi ad motus concupiſcentiæ quibus abſtrahimur, & illicimur, acceſſerit voluntatis conſenſus ad quod confirmandum adducit id Eccleſiaſti. 18. poſt concupiſcentias tuas non eas: cum enim non ſit in nobis concupiſcientijs carere, non præcipitur nobis, vt illas nōn habeamus, ſed vt illas non ſequamur: ideo ibidem dicitur, ſi præſtes animæ tuæ concupiſcentias eius, trader te inimicis tuis, id eſt diabolo, &c.

vt exponit Aug. in eundẽ ſenſum exponit Iacobũ Cyrillus. 1. in Ioan. c. 51. Beda, & Gloſſa ordin. interlin. & Lyra, Iacobi. 1. Ad idem eſt Rom. 7. *Si autem quod odi malum, illud facio, iam non ego operor illud, &c.* Vbi Paul. optimã rationẽ indicat, quare motus cõtingentes ſine libero conſenſu voluntatis non ſint peccata, quia ſcilicet, cum homo non habeat eorum dominiũ, non cenſentur opera ipſius. Ad idẽ eſt quod ſubdit Paulus, *mente ſeruio legi Dei*: ergo homo non peccat: nam peccare propriũ eſt mentis, & naturæ rationalis, vt ſic. Ad idẽ eſt, quod dicitur. Rom. 8. *Nihil dãnationis eſt ijs, qui ſunt in Chriſto, qui non ſecundum carnẽ ambulant*, id eſt, qui non ſequuntur concupiſcentias carnis. Vnde Ambroſ. 1. offic. ca. 21. & Epheſ. 4. explicans id, quod ibidem ex Pſalm. 4. dicitur. *Iraſcimini, & nolite peccare.* Docet, irã non eſſe peccatum, cũ ſit naturalis affectus, & ideò nõ prohiberi in pſal. ſed tantum doceri, vincendã eſſe, id quod etiam docet Auguſ. & Caſſiod. Hieron. etiam lib. 2. cõment. in epiſt. ad Ephe. ait, nõ eſſe peccatum, ſi quis laceſſitus iniuria, iraſcatur, ſed ſi poſtea quieſcente impetu, & reſtincto furore vltionem deſideret, & Ireneus lib. 4. ca. 9. ait, *homo liber in arbitrij factus & ſuæ poteſtatis, ipſe ſibi cauſa eſt, vt aliquando frumentum, aliquando autẽ palea fiat, qua propter & iuſte dãnabitur.* Sed liberũ arbitrium eſt facultas voluntatis, & rationis: ergo ſine libero conſenſu voluntatis nequit eſſe peccatũ. Vnde Clem. Alex. 2. ſtrom. *peccatũ eſt*, ait, *voluntaria iniuſtitia, ſi iniuſtitia autẽ eſt vitiũ voluntarium, non imputantur, quæ non cẽſtant inſtituto, & libera electione*: & Athanaſius regulis de virginitate: *ne dixeris in corde tuo, quonam iſta modo præſtare potero? ne hoc concipiat mẽs tua, ſed cum omni alacritate ſeruabis ea, ſiquidem timentibus dominum præcepta domini difficilia non ſunt*: ergo motus, qui vitari non poſſunt, non ſunt contra præceptum, & ita non ſunt peccata. Vnde Cyprianus ſerm. de Baptiſmo, *inuitus nemo peccat*, & Tertullianus. 2. contra Marciõ, *nec boni, nec mali merces iuſte penſatur ei, qui bonus aut malus neceſſitate fuerit inuẽtus: non voluntate.* Auguſt. lib. de duabus animabus contra Manich. late docet, nuſquam niſi in voluntate eſſe peccatum, & 2. Geneſ. contra Manich. cap. 14. ait, *Cum ratio concupiſcentiam refrenat, non labimur in peccatum, ſed cum aliquanta luctatione coronamur*, & epiſtola. 120. ad Atellicum. *Quamuis inſint, dum ſumus in corpore mortis huius, deſideria peccati, ſi nulli eorum adhiberemus aſſenſum, non eſſet vnde diceremus, dimitte nobis debita noſtra.* Et certe ſi in dormientibus, &
7. alijs eiuſmodi ob defectum libertatis peccata non ſunt: ergo neque in vigilantibus, & ſapientibus ob eandem rationem, alias concupiſcentia ſecluſo libero conſenſu voluntatis eſſet reprehendenda, contra Auguſtin. 3. contra Iulianum, capit. 12. & Deus, qui eſt eius author, nunc & in puris naturalibus eſſet author peccati, & cum vitari non poſſit, gratia Chriſti non eſſet ſufficiens ad vitanda ſingula peccata, quæ duo ſunt impia. Vnde Aug. 1. contra duas epiſtolas Pelagia. cap. 13. & 1. de nuptijs, c. 23. & 6. contra Iulianum c. 5. 11. & 20. de peccatorum meritis, ca. 22. & 1. retracta. cap. 15. ait, concupiſcentiam non eſſe proprie peccatum, ſed ſic appellari, quia effectus, & cauſa peccati eſt. Idem ait Hierony. in id Roman 7. *quod habitat in me peccatum*, & epiſtola. 51. ad Algaſiam, quæſt. 8. addens, ſanctos non eſſe accuſandos deprauis motibus appetitus, quia illos non faciunt, ſed patiuntur, & Auguſtinus. 2. de peccatorum meritis, c. 3. ait neminem ignorare, quod ſi nolumus, non peccamus, neque enim Deus præcipit homini, quod humanæ voluntati eſt impoſſibile, & Cyrillus. 3. contra Iulianum circa medium, non eſſe impoſſibile præceptum nõ concupiſcendi, nam per gratiam Dei impletur ab his, qui non ſecundum carnem ambulant, & 4. in Ioannem cap. 51. ait. *Voluptas quædam ante omne peccatum præcurrit, & feruens cupiditas ad delicta ſolet allicere, quæ ante conuertem peccandi actum inſidet, & mentis conſenſum arripit, &c.* D. Antiochus hom. 19. de fornicatione, *In noſtra poſitum eſt voluntate, vt agonem hunc ſuſtineamus legitime, & coronemur*, Baſilius lib. de virginitate vltra medium. *Naturalis appetitus ad guloſitatem, aut ſcortationem corpus titillat, &c.* & conſtitutionibus monaſt. cap. 2. ait, *Omnes carnis affectus eſſe naturales, & ſi quando his peccatur, totum eſſe negligentia animæ præſidentis.* Chryſoſtomus hom. 19. ad populum longe poſt mediũ, *Cõcupiſcẽre naturale: at male concupiſcere iam eſt voluntatis*: & hom. 17. in Matth. concupiſcentiam naturæ; peccatũ vero quod circa illam eſt propriæ deſidiæ tribuit, & homilia. 13. in epiſtolam ad Romanos, *Quæcunq. culpa eſſe poteſt, ea omnis voluntatis eſt.* & hom. 5. in caput. 2. epiſtol. ad Romanos in ea verba, *ſicut non probauerunt, vt eum agnoſcerent: ita tradidit eos in reprobam mentem, vt facerent ea, quæ non conueniebant* (Vulgata aliter habet) docet, non à concupiſcentia, vt quidam hæretici putabant, ſed à ſola ratione peccatum proficiſci, & ho. 5. in c. 2. ad Epheſ. in exhortatione morali eleganter docet, concupiſcentiam nõ eſſe malam, niſi cum ſe extulerit ſupra aurigã, & rationem ſuperauerit, quam ſententiã Auguſtinus. 12. Geneſ. ad lit. cap. 12. colligit ex Paulo ad Rom. 6. ſuadente, non quidem vt non ſit in nobis peccatum, id eſt, concupiſcẽtia, quam peccatum vocat. cap. 7. *Sed vt non ſeruiamus peccato, & vt non regnet peccatum in noſtro mortali corpore, vt obediamus concupiſcentijs.*

Vnde

Vnde Beda in pſal. 50. prope initium, peccatum, inquit, eſt in corpore, cum delectaris, ſed dominatur cum conſenſeris:& Augu. de ſer. Dom. in monte, c.23. ait propterea Chriſtum non dixiſſe, *qui concupierit: ſed qui viderit mulierem ad concupiſcendum*, vt indicaret non omnem concupiſcentiam eſſe malam, ſed quæ amatur, vel libere ſuſcipitur idem Hierony. 1. contra Pelagian. c.10. ſeu ante mediũ. Vnde Aug. 1. contra duas epiſ. Pelagia. c.10. ex Paulo ad Ro. 7. & 8. ita loquitur. *Carne ſeruio legi peccati*, videlicet concupiſcendo, *mente autem legi Dei*, videlicet conſentiendo eidem concupiſcentiæ, *Nihil autem damnationis eſt ijs qui ſunt in Chriſto Ieſu, qui non ſecundum carnem ambulant*, non enim dãnatur, niſi qui concupiſcentijs carnis conſentit in malum, & concione. 2 & 3. in Pſal. 118. in eũdem ſenſum explicat id Ro. 7. *Quod operor non intelligo.* id eſt non approbo, *Non enim quod volo bonũ, hoc ago ſed quod odi malum, hoc facio*, id eſt ſunt in me quædam carnalia deſideria, quibus non conſentio, ſed ſentior propterea mihi imputanda non ſunt. Vide Magiſt. Roma. 7. qui hanc Pauli explicationem ex varijs Auguſt. locis deducit, & conſonat D. Tho. hic art. 3. arg. ſed contra, & eandem fere expoſitionem tradit Bern. ſer. 81. in cantic. eandem concluſionẽ docet Aug. 1. ciuit. c.25. & lib. 83. qq. q. 24. 65. & & 66. Ambr. 1. offic. c. 21. Gregor. 4. mor. ca. 27. Hierony. de virginit. ad Euſtochium c.2. & 3. Chryſolog. ſer. 113. Bern. ſer. 56. in cant. verſus finem, Beda in id Pſal. 118. *Non enim qui operantur iniquitatem, in vijs eius ambulauerunt.* Metho. apud Epipha. in hæreſi Origenis, quæ eſt. 64. Hilar. in id Pſal. 118. *Viã iniquitatis amoue à me.* vbi ait. Omnia corporalia voluptatũ deſideria vias eſſe ad peccatũ, non peccata Proſp. 3. de vita cõtemp. c.4. peccatũ perpetrare nõ poſſum niſi malæ delectationi cõſentiã. Bernar. 6. ſer. de tribulat. peccatũ in forib. eſt; niſi aperias, non intrabit, &c.

8 ¶Ad. 1. arg. hæreticorum. Reſp. illud præceptum Exo. 20. nõ concupiſces, non imponi appetitui, ſed volũtati, vnde Chryſ. ho. 12. imperfecti, in id. c.5. qui viderit mulierẽ ad concupiſcendũ, non mandat carni, qui mandat, quis enim ſapiens illi imponit præceptũ, qui & ſi vult non poteſt obaudire: ſed animã alloquitur &c. ideo appetitus ſine cõſenſu volũtatis nõ peccat. Sic præceptũ explicat Valẽ. ſup. Roffenſ. a.2. contra Lutherũ, ex Aug. propoſ. 36. in epiſ. ad Rom. dũ explicat id Rom. 6. *Nõ regnet peccatũ in veſtro mortali corpore vt obediatis cõcupiſcentiæ eius.* Vbi tũ Paul. aliam interpretationẽ indicat, ſcilicet vt præceptum ſit nõ obediendi cõcupiſcẽtijs, eas exequẽdo vel volẽdo exequi. forte etiã præcipimur repellere hos motus appetitus quantum eſt ex parte noſtra, vel ſaltem non conſentire illis poſitiue, quod ſignificat Hieronymus ad Algaſiam quæſt. 8. dicens, nos autem per concupiſcentiam omnes perturbationes animæ ſignificatas putamus, quibus meremur, & gaudemus, timemus, & concupiſcimus. Id autem Ro. 7. concupiſcentiam neſciebam, niſi lex diceret nõ concupiſces recte interpretatur ibi Chryſoſt. homines non fuiſſe expertos tam furibundum impetum cõcupiſcentiæ, donec lex diceret, non concupiſces, quia nitimur in vetita. Idem late Auguſt. lib. 83. quæſtionum q.66. Auguſt. autem ſolum ait, concupiſcentiam, cui non accedit conſenſus liber voluntatis eſſe peccatũ, quia à peccato eſt vel ad illud inclinat, & ſub ea ratione eſt exoſa Deo.

Ad. 2. R. motus illos appellari malos mali-
tia phyſica & naturali, vel quia à peccato ſũt 9
& ad illud inclinant, vel quantum eſt ex parte obiecti. Prima expoſitio eſt Valentiæ cum Auguſ. 6. contra Iulianum c.5. dicẽte, regeneratus omnis peccato caret, non omni malo, quod planius dicitur, omni reatu omnium malorum caret, non omnibus malis.

Ad. 3. R. facultatem concupiſcendi deſtitutam originali iuſtitia non eſſe peccatũ originale, præſertim in renatis & licet eſſet peccatum originale, non inde fieret, vt opera ex ipſa procedentia eſſent peccata actualia ſine libero conſenſu voluntatis: vide Bellarm.

Ad teſtimonia Catholicorũ Reſp. relatos 10
ab Hẽrico ſi ſenſere, motus appetitus ſine libero conſenſu voluntatis eſſe vere peccata, erraſſe. Similiterque ſi ſenſere, omnibus eſſe adiunctum liberum volũtatis conſenſum, vt infra. Errauit etiam Henricus ſi putauit, ex voluntate Adæ eſſe vere peccata illos motus, quia nec ſunt originalia peccata (vt ſuo loco) nec actualia, quia ad actuale requiritur volũtas & libertas propria. Quod vero ait, in non renatis eſſe volũtarios voluntate propria, quia noluerunt recipere Baptiſmum, quo ab illis expiarentur, ridiculum eſt: nam multi nõ renati inuincibiliter ignorant, vel inculpate differunt Baptiſmum, vel nõ præuident illo ſe expiandos ab his peccatis. Antoninus vero ſolum voluit, motum appetitus eſſe peccatũ veniale, quando ratio eum poteſt commode expellere, & non expellit, ſed tantum habet inefficacem diſplicentiam. Idem intendit Bonauentura in primo teſtimonio, & in ſecunda parte ſecundi teſtimonij: in prima vero parte illius, cum ait, veniale eſſe, quod vitari non poteſt, intellige de veniali ex ſurreptione, quod vult poſſe quidem ſemiplene, non vero plene vitari. In tertio vero teſtimonio vult, quædam eſſe venialia, quæ non poſſunt plene vitari, licet poſſint aliqualiter, vel loquitur de peccato

late

late ſumpto,ſcilicet pro vitio naturæ, vt ipſe paulo poſt exponit. In.4. vero teſtimonio, & 6.vult,delectationem antequam plene ratio aduertat,ſolum eſſe peccatum veniale,maxime ſi ſtatim expellatur.

11 In 5. vult concupiſcentiam ſine conſenſu poſitiuo voluntatis tantum eſſe venialem Abulenſis autem ipſe ſe explicat dicens,tentationẽ carnis ſecundum ſe non eſſe proprie peccatum,ſed late.quia eſt quoddam naturæ vitium.Caietani vero ſententiam falſam eſſe ſupra vidimus, contra quam diſputant Palat.Medi.Herre. Zumel, Azor,Angl. & Vazquez citati. in 2. opinione, qui recte dicunt aduerſari D.Thomæ, nam in hac q.74. art.1. 2.& 3.in corpore,& ad.1.& 2. diſt.24. quæſt.3. art.2. docet peccatum eſſe non poſſe, ſine voluntatis conſenſu, & quoſt. 74. art. 2. ad tertium ait, *Potentia appetitiuæ interiores comparantur ad rationem quaſi libera, quia agunt quodammodo,& aguntur:vt patet per id quod dicitur. 1.polit.cap.3. à medio,& 1. ethic.cap.vltimo, nempe moueri politice, & non deſpotice.* Ecce D. Thom. non dicit eſſe liberas,ſed quaſi liberas,& hoc eſt quod ait,quæſt.9. ar.2. ad.3. moueri à vovoluntate regaliter, & politice ſicut liberi homines reguntur à gubernante, qui habent aliquid proprium quo poſſint ei reſiſtere:ergo nunquam D. Tho. poſuit libertatem in appetitu noſtro ſenſitiuo,ita vt libere moueatur ſine vllo conſenſu libero voluntatis, ac proinde non potuit in eo ponere peccatum ſine tali cõſenſu:&ſup.q.24.a.1.corpore,& ad 1.ait in paſſionib.appetitus ſecundum ſe non poſſe eſſe bonum vel malũ morale,ſed vt ſub ſunt voluntatii& de malo.q.7.a.6. ad.2. & 8. ait motum ſenſualitatis tantũ eſſe peccatum veniale, quia voluntas potuit illũ impedire Palatius etiá putat ex ſententia Caieta.ſequi contra D.Tho.q.89.ar.6.veniale poſſe eſſe cũ ſolo originali: eadem ſententia eſt cõtra dicta ſcripturæ,& patrum docẽtium peccatum nõ poſſe eſſe ſine libera voluntate, vt videre licet in ſanctis ſuperius citatis, præſertim Auguſt.1.retract.c.13.vbi ait peccatum niſi ſit voluntarium nõ eſſe peccatum,& ca 15.peccatũ non eſſe niſi in voluntate,& concupiſcentiá non eſſe peccatũ niſi cum ei cõſentit voluntas:&Chryſoſt.hom 52.imperf.vbi ait, *Aliud eſt concupiſcere, aliud velle; concupiſcere paſſionis eſt, velle autem arbitrij,frequenter enim concupiſcimus,etiã quod nolumus, ſi ergo concupiſcentia non cõſentit volũtas,cõcupiſcentia ſola non damnat, magis autẽ & glorioſiorẽ facit virginitatis coronam,* Origin.hom.27. in Numeros tẽrationem carnis vtilem,& laudabilem eſſe docet, ſcilicet, nõ cõſentienti.Ex opinione etiá Caietan.ſequitur,cũ quis voluntate,& appetitu ſenſitiuo malũ appetit,dupliciter peccare, quia ibi eſt duplex libertas per ſe ſufficiens ad peccatum,ſequitur etiam contra Trident.ſeſſione 5.decreto de peccato orig.§.5.concupiſcentiá nocere non conſentientibus. Male autem illũ impugnat Zumel,quia nullus habet libertatem ad peccandum venialiter,& non mortaliter,nam pueri aliquando, & ſemiebrij,& ſemidormientes poſſunt peccare venialiter, & nõ poſſunt peccare mortaliter,vt dicemus in hoc tract.diſp.16.ſect.8.male etiá eundẽ impugnat,quia ſic poſſet Deus producere aliquam creaturá potentẽ ſolum venialiter peccare.Hoc enim aliqui admitterent, alij vero melius negaré ſequelá, quia omnis creatura potẽs peccare venialiter, deberet eſſe intellectualis,ac proinde capax peccati. m.Nec etiá vrget alia ratio eiuſdem,ſcilicet voluntas eſt ſuperior appetitu ſenſitiuo: ergo qñ illa non põt cohibere motum aliquem, non poterit illum cohibere appetitus ſenſitiuus, quod falſum eſt,ſi habet propriá libertatem.Magis vrget alia ratio,quia nullus actus imputatur ad culpam,niſi homo ſit eius Dominus,vt docet D.Tho.q.21.ar.2.ſed ſoli actus procentes à voluntate ſunt ſub dominio hominis, vt docet D.Tho.ibi,& q.1.ar.1.ergo.

Vt cumq. autem ſit recte Zum.opinionem Caiet.cenſet improbabilem, & communiter 12
DD.docent,nec peccatum veniale eſſe poſſe in ſenſualitate, ſine cõſenſu voluntatis.Alb. 2.p.ſummæ tract.15.q.92.memb.4.Alenſis.2.p. q.125.membro.2.Scot.2.d.42. q.2.corp. & ad.1. Bon.d.24.p.2.a.3.q.1.Rich a.4.q.1.hne. Dur. q. 5.Almai.3.moral c.24. circa medium. Angel. verbo ſenſualitas.Quanuis Conr.hac.q.74. a. 3.ad.2.& ar.4.not.3.& ar.6.not.3.videatur ponere in appetitu ſenſitiuo peccata venialia ſine vllo conſenſu formali, vel interpretatiuo voluntatis.Imo & D.Thom.de verit. q.25. ſed exponendi ſunt de conſenſu præſenti, ná præteritus ſufficit,& ſaltem iſte debet dari,vt motus ſenſualitatis ſit peccatũ, ſcilicet quod voluntas debuit,& potuit præuenire, & non præuenit.vt expreſſe docet ipſe Conradus ar. 3.ad 2.

SECTIO. II.

V. omnes motus appetitus ſenſitiui circa illicita,ſint peccata ex participato conſenſu voluntatis.

PRima ſententia eſt omnes motus ſenſitiui apetitus,qui verſantur cir 13
ca illicita ortos ex imaginatiõe di *1. Sentent.*
uiſiue ſũptos,poſſe à volũtate vitari,licet non collectiue, ideo ſi non vitentur, peccata eſſe:ſecus,qui non ex imaginatione,

ſed

Digitized by Google

ſed ex corporis qualitate cõſurgunt: hi enim non ſubſunt voluntati, vt fameſcere delectari ex aliqua ſeminis cõmotione, vel naturali qualitate, qui motus nõ ab imaginatione, ſed a ſenſu comuni dirigũtur, quia requirunt realem præſentiam obiectorum. Ita D. Tho. de malo quæſt.76.art.6.ad.8.Secundo.d.21.q.1.a.2 ad.5.& d.24.q.3.a.2.d.41.q.2.a.1.ad.5. & quodl. 4.art.21.corpore & ad.2.& art.22.Vazq. diſpu. 106.putat idem tenere hac quæſt.74.artic.3.ad 2.vbi tamen D Thom.non ait abſolute, ſingulos motus vitari poſſe, ſed cum hac limitatione, ſi præſentiatur: eodem modo loquitur. Ant.2.p.tit.5.§.4.in fine Caietan. tamen dicto art.3.&.3 par.quæſt.41.artic.1.ad.7.ſine diſtinctione affirmat, ſingulos motus ſenſualitatis caueri & præueniri aliqualiter poſſe & debere & hanc imperfectam rationem libertatis, & debiti ſufficere, vt ſint peccata, licet venialia. Contra.etiam artic.3. ad ſecundum docet, ſingulos motus ortos ex imaginatione & nõ ex qualitate organi ob rationem dictam eſſe peccata venialia: ſcio Capreolum 2.d.40. art. 3.ad primum. Durandi contra primam cõcluſionem exponere D.Thom. vt ſolum ſenſerit, motus ex imaginatione procedentes, eſſe peccata venialia, quando procedunt ex imaginatione, quę potuit impediri per liberam volũtatem: ſed noſtra explicatio eſt magis ad mẽtem D.Tho. imo D.Tho.3.par.quæſt.41. art. 1. ad.3.ait, tentationem carnis quia fit cum delectatione & concupiſcentia ſenſualitatis, nõ poſſe eſſe ſine peccato & ibi docet non fuiſſe in Chriſto, in quo tamen videtur eſſe potuiſſe, ſi eſſet motus naturalis & inculpabilis, nã defectus inculpabiles Chriſtus ſuſcepit Hebræorũ.4.tentatum, per omnia pro ſimilitudine abſque peccato: ibidem D. Tho. adducit Aug.19.ciuit.ca.4.aſſerentem: non enim nullum peccatum eſt, cum caro concupiſcit aduerſus ſpiritum &c.2.d.21.quæſt.1.artic. 2. cum Magiſtro ibidem.§.porro ſciendum, ait, tentationem carnis non fieri ſine peccato, quod explicat & ſequitur Durand.ibi quæſt. 1. nu. 9.dicens, omnem tentationem carnis eſſe peccatum, quia eſt delectatio orta ex imaginatione: talis autem peccatum eſt, quia per voluntatem vitari potuit: eam vero delectationem, quæ oritur ex calefactione corporis, putat non eſſe tentationem carnis & de tentatione diaboli & mundi ait, peccatum non eſſe, niſi ex parte hominis accedat delectatio. quæ non fit ſine concurſu voluntatis Fauet Magiſter.2.d.24.§.nunc ſupereſt, vbi ait, ſi in motu ſenſuali tantũ peccati illicebra teneatur, veniale ac leuiſsimum eſt, & Anſelmus in id Roman.6.*non regnet peccatum &c.*ait, in carne corruptibili poteſt peccatum non regnare, ſed non poteſt non eſſe: nam hoc ipſum de peccato teneri, peccatum ei eſt, & Gerſon alphab.29. lit.N.vbi interdũ docet, motus ex imaginatione ortos eſſe verè peccata venialia, quia vere ſunt voluntarij & impediri potuerũt, licet interdũ dicat, nõ eſſe peccata proprie, ſed late, quatenus ſunt via ad peccata; interdum vere voluntatem, nõ poſſe impedire, ne inſurgãt, licet poſſit impedire, ne vlterius, vſque ad conſenſum procedant. Petrus de Soto lect.8.de peccatis docet, omnes motus ex imaginatione ortos circa illicita, eſſe peccata venialia, quia ſinguli poſſunt vitari, licet addat, dici poſſe, aliquos interdum, cum inſurgunt, vitari non poſſe in continuatione tamẽ & progreſſu vitari poſſe, ideo in cõtinuatione eſſe peccata. Alenſ.vero.2.p.q.108.alias 125.mẽbro.1.ait, primũ motũ eſſe, qui eſt in ſenſualitate, & contra rationẽ, & memb.2. ad vltimũ ait, tentationem carnis ſemper eſſe peccatũ, quia voluntas potuit primũ motum impedire, & memb.3.ait, motus intellectus ſubreptios cõtra fidẽ, eſſe peccata venialia, & mẽb.4. primos motus etiã in coniugatis eſſe peccata, quia ſunt ad mulierẽ, vel delectationẽ in genere, & memb.6.non eſſe directe prohibitos, ſed reprobatos à lege, vt peccata venialia, & memb. 10. puniri pœna temporali, non æterna per ſe, & memb.11.delectationem, quæ eſt primus motus, eſſe peccatum veniale, & Altiſiodor.2.ſummæ tract.28.c.1.& 2.q.1. & 2. incidente.ait, motum appetitus ſenſitiui, etiam ſi ſit indeliberatus, eſſe peccatum veniale. Plane tamen loquitur de deliberatione plena, nã eiſdem locis, & lib.3.tract.2.c.3.q.2. expreſſe docet, motus appetitus, qui non ſunt voluntarij & liberi, nullo modo eſſe peccata, & motus primo primos non eſſe peccata, quia non ſunt voluntarij, ſecundo primos autem eſſe peccata, quia ſunt voluntarij. Pariſien. tracta. de ſacramento Matrimonij.c.7.ait, occidendos eſſe primos motus carnis ob eorũ rebellionem cõtra ſpiritum & eorũ culpabilitatẽ: omnes etiam hos motus eſſe peccata, videtur docere Albert.2.d.36.a.4.Bonau.a.1. q.2. corp. & d.41.ar.2.q.1.corpore, & ad quartum.

Tenendũ tñ eſt, multos eiuſmodi motus, 14
etiã ex imaginatione ortos, peccata non eſſe, *2.& vera*
quia non procedunt ex libero conſenſu vo- *ſententia.*
luntatis, ita Capreolus ſupra, Vazq. diſp. 106. c.3.Richar.Gabr.Nider, Angeſtus, Corduba, Almai.Scotus, Palatius, Lyra, Salmeron, Valentia, & alij locis citatis ſect.1.Bonau.2.d.24. part.2.art.3.quęſtio.1.vbi expreſſe ait, dari aliquos motus, qui non ſunt in noſtra poteſtate, & hos non eſſe peccata, quia ſint culpæ, ſed appellari peccata, quia ſunt vitia contraria actui debito ſecundum naturalem inſtitutionem. Idem tenet Abulen. Matth. 4.quæſt. 75. Alcocer in ſumma cap. 5. Lopez

1.p.inſtr.c.2.Graſſis lib.1.c.78.n.2.Med.q. 74.a.
3.vbi Zumel diſp 2 cum Victoria,& Soto, O-
tiandus.2.d.34.prop 7.& d 21.6. vbi docet eſſe
D.Tho.infra.q.80.ar.3 ad.3.vbi ait,quando ra
tio reſiſtit concupiſcentiæ: non eſſe peccatũ
ſupponit ergo aliquando reſiſtere & male
Caiet. illum explicat in ſenſu conditionali,
quaſi velit,ſi homo reſiſtat,non eſſe peccatũ,
nunquam tamen cum reſiſtentia rationis da
ri motum carnis.

15 Prob hæc ſententia ex Trid. ſeſſ.5. decreto
de peccato originali.§.5.& PP. relatis ſect.2.
apertè ſupponentibus, dari tales motus ſine
conſenſu,vel etiam cum repugnantia,& reſi-
ſtentia volũtatis:& tunc nõ eſſe peccata,quia
non ſunt voluntarij.nec vitari poſſunt, de ra-
tione autem peccati eſt eſſe voluntarium,vi-
tarique poſſe.cum debeat eſſe contra præcep-
tum, quod non eſt de re impoſſibili, vt
definit Trid.ſeſſ.6.c.11,can.18 & ſcriptura, &
patres citati ſuperiori ſectione.Nec poteſt di
ci Concil.& PP.loqui de motibus ex organi
qualitate procedentibus,& non ex imagina-
tione,cum abſolute loquantur, imo potiſsi-
mè.vel ſolum loqui videantur de illis,qui or
tuni,vel continuationem habent ex imagina
tione,tales enim ſunt frequentiores & de il-
lis loquebantur hæretici,contra quos Conci
lium voluit definire. & denique de illis ſolis
poteſt eſſe difficultas.Deinde vix intelligi po
teſt diſtinctio illa de motibus ortis ex quali-
tate organi,& ex imaginatione, nam organũ
nõ excitat turpes mot⁹,niſi mediate imagina
tiõe.quæ ſola verſat̃ circa eorũ obiecta,nã ſen
ſus communis non verſatur circa obiecta ab
ſentia.qualia ſunt obiecta horum motuum,
imo fames & ſitis, cum reſpiciant cibum &
potum abſentem,videntur motus orti ex ima
ginatione, licet excitata per qualitatem orga
ni, idem eſt de concupiſcentia rei venereæ,
quam excitat calor corporis media imagina
tione, cum talis concupiſcentia circa obiec-
tum abſens verſetur.

16 Deinde imaginatio aliquando inſurget ex
operatione dæmonis, quam impedire non
poſſumus,vt docet D.Thu.de malo. q 3.art.4.
vel ex ſubita viſione obiecti,quam nullo mo
do potuimus vitare, & ſæpe etiam ſine noua
ſenſatione externa,nobisque de alijs cogitã-
tibus:ergo nec motus concupiſcentiæ poteſt
à nobis impediri,ne inſurgat & conſequen-
ter inſurgit ſine conſenſu, vel negligentia
voluntatis,ſine qua etiam poteſt continuari,
vel quia ratio id non aduertit, vel quia ima-
ginatio præſertim mota à dæmone,& appeti-
tus non obtemperant voluntati: contingit e-
nim aliquam ſpeciem ob nouitatem rei, vel
aliam rationem,ita eſſe impreſſam imaginati
uæ,vel ita iuuari à diſpoſitione, vel humore
organi,vel operatione Dæmonis, vel præſen-
tia obiectorũ, cũ quib. habet cõnexionem,vt
neq. imperio volũtatis poſſit imaginatiua ab
aliqua cogitatione diuerti, qua ſtante appe-
titus non poteſt non moueri: interdum etiã,
vt Zumel,& alij docent,licet voluntas poſſet
imaginationẽ impedire,nõ tenetur, quia in-
tellectus talem obligationem non aduertit,
vel iudicat fore, vt ſi cogitatio aliqua impe-
diatur,deterior alia inſurgat,vel ſtudium,au-
ditio confeſſionũ aut aliud pium,vel neceſſa
rium officium prætermittatur. Tunc ergo nec
cogitatio, nec motus inde ortus peccatum
erit.

Conf ex Aug.3.de liber.arbi.cap.25. vbi ait, 17
*Quod quiſq. ſumat, vel reſpuat, in poteſtate eſt, ſed
quo viſo tangamur nulla poteſtas eſt.* Loquitur au-
tẽ etia de interna viſione imaginaria, vel in-
tellectuali,vt & Ariſt.2.animæ tex. 155. lib. de
memoria. lib. de inſõnijs & imaginib.& alij,
quod ꝓbat Vazq quia Aug. ibi ait, animã ex
ſuperiorib. & inferiorib. viſis tangi. per ſupe-
riora intelligens ſpiritualia,quæ ſenſib. exter
nis nõ ꝑcipiũtur:ſæpe ergo non eſt in poteſta
te nr̃a hæc,vel illa imaginari,ac ꝓinde,nec ab
his moueri aut nõ moueri,& ſi mouemur mo
tus nõ erũt peccata. Vnde Aug.4. ciuit.ca.25.in
corpore vigilatis ponit cõcupiſcẽtiam carnis
inculpatã,& loquitur de illa, de qua Galat. 5.
caro cõcupiſcit aduerſus ſpiritũ,ſub eaque cõ
prehendit motũ inuidiæ.14. ciuit.c.2. cum er-
go motus inuidiæ ex imaginatione oriatur,
dicẽdũ eſt etiã motus ortos ex imaginatione
aliquãdo carere culpa:quod etiã poteſt colli-
gi ex eodẽ.1 de nupt.c.23. ſer.5. & 6. de verbis
Apoſtoli,de bono perſeuerantiæ,c.8.Beda in id,
Pſal.4.*Sacrificate ſacrificiũ iuſtitiæ*. Greg.6. mor.
c.16.in id Iob, Beſtiæ terræ pacificę erunt tibi,
& lib.21.c.3.& lib.6.in 1.Reg.ca.2.circa finem.
Bernar.ſerm.5. de Quadrag. & alibi. Anſel.in
id.2.Cor.12.Vt me colaphizet, & in id. Ro.7.
Quod habitat in me peccatũ,& ex ipſo Paulo,qui
cũ hoc ca. in perſona iuſtificatorũ loqueretur 18
teſte Aug.2 retract.c.1 & 6.contra Iulian. c. 11.
Exageraſſetq. corruptionẽ cõcupiſcentiæ, ac
dixiſſet, ſe mẽte ſeruire legi Dei,carne autem
legi peccati.hoc eſt Tyranidi cõcupiſcentiæ,
vt exponit Chryſoſto. ac proinde ſimul pati
in carne motus cõcupiſcentiæ volũtate vero
ac mente illis reſiſtere:intulit initio capitis.8.
*Nihil ergo damnationis eſt ijs, qui ſunt in Chriſto
Ieſu,qui non ſecundum carnem ambulabant.* 1. qui
non obediunt illis motibus carnis, ergo fra-
tres debitores ſumus,non carni,&c. Si autem
facta carnis mortificaueritis viuetis: vbi per
facta carnis Chryſoſtom. intelligit eius cu-
piditates:ponit ergo Paulus carnis motus in-
culpabiles.

Idem patet ex Iacobi.1. *Vnus quiſque tenta-* 19
tur

tur à concupiſcentia,&c. Vt ſupra cum Aug.ponderauimus,qui cap.11.contra Iulianum, cum Nazianceno,Ambroſio,Hilario,& cęteris patribus exponit,id Rom.7.non habitat in carne mea bonum,vt Pau.alijque ſancti concupiſcentias carnales haberēt,quas habere nollent,quod lib.5.c.3.docuerat dicens,fruſtra dictam eſt,poſt concupiſcentias tuas non eas,ſi iam quiſque reus eſt, quod tumultuantes, & ad mala trahere nitentes ſentit,&c. Vide alia Auguſtini loca apud Torrenſem.2.cōfeſ. c.2. à num.2.& Amb.de fuga ſæculi, vbi dicit frequēter irrepet terrenarum ille cebra cupiditatum & vanitatum offuſio mentem occupat,vt q̄ ſtudeas vitare, hoc cogites, et infra, non enim in poteſtate noſtra eſt cor noſtrū, ſed noſtræ cogitationes, quæ improuiſo offuſæ mentem,animumqu e confundunt, atq; alio trahunt, quam tu propoſueris,&c. ergo ſæpe cogitationes,ac proinde motus appetitus inde inſurgentes,non ſunt in noſtra poteſtate,& clarum eſt, quando à ſomno excitamur,& in quolibet negatio primam cogitationem non prodire à voluntate noſtra, vt ex Ariſt.Anſelm. & D. Tho. docet Vazquez ſupra,& diſput.38.cap.3.& 4. & experientia, & ratione,quia ſi prima cogitatio eſſet voluntaria, nō eſſet prima, ſiquidē alia præceſſiſſet dirigens voluntatem ipſius:motus ergo appetitus,qui naturaliter ex tali cogitatione ſequitur, non eſt voluntarius & liber: ergo nec peccatum.Fauet Antoninus.2. par.titu.5.cap. 1.§.4.dicens, dari poſſe inuoluntariam cogitationem rei turpis ex ocioſitate mentis,vel curioſitate,vel ex geſtis per hominem,vel ex ſugeſtione dæmonis.

20 Ad teſtimonium Auguſt.19.ciuit.c.4. Reſpondetur,ibi nō vti nomine peccati,ſed vitij, vt notat Vazquez diſp.106.in fine,& licet vteretur nomine peccati, explicandus eſſet de peccato methaphorice,vel materialiter ſumpto,ſcilicet pro effectu,vel cauſa peccati, vel pro actu,qui eſſet peccatum,niſi excuſaretur per inaduertentiam,vel defectum libertatis, aut voluntarij,habet enim obiectum malum. Sic etiam exponi debet,quod ait.4.contra Iulianum cap.2.motum concupiſcentiæ ad illicita malum eſſe, & de natura & gratia cap. 67.hæc quamuis neceſsitate facta,improbanda eſſe,&c.Sic etiam intelligendus eſt Anſel. loco citato pro prima opinione,& Magiſter, ac Dur.2.d.21.& Paulus Rom.6.& 7. vbi concupiſcentiam appellat peccatum,& ita explicat Abulenſ.Matthæi.4.quæſt.75.omnem cōcupiſcentiam carnis eſſe peccatum. Vnde bene Zumel artic.3.diſputat.2. ad argumenta ait, motus iſtos triplici ratione eſſe peccata, prima quia sūt obiectiue mala & accedēte cōſenſu voluntatis eſſent peccata. 2. quia ſunt effectus peccati, & ad peccatum inclinant. ¶3.Quia ſunt deprauatio,& corruptio naturę. Additque nō fuiſſe aſſūptos a Chriſto quia repugnant plenitudini gratiæ,vt ait,D. Th.3 p. q.14.a.4 nam plenitudo gratiæ in Chriſto, ſicut iuſtitia orig.in Adam excludebat hos motus,& præterea ſi fuiſſent in Chriſto eſſēt vera peccata,vt notat etiā Medina, quia nō excuſarentur per inaduertentiā,nec per impotentiam excludendi illos, & ita intelligēdus eſt D.Tho.3.p.dicens, tentationem carnis nō fuiſſe in Chriſto, quia non pōt eſſe ſine peccato,quod vero dixit D.Tho.alibi, omnes motus ortos ex imaginatione,eſſe vere peccata. Medina putat retractatum a D.Tho.hîc art.3. nam ad.2.non abſolute,ſed cum limitatione ait,hominem poſſe reprimere illos motus,ſcilicet,ſi præſentiat. Quod adhuc magis eſſet limitandum: non enim ſemper poteſt homo motum, quem præſentit,vitare, ſed communiter. Bene etiam ait Zumel,nos de his motibus erubeſcere,quia ſūt obiectiue mali,&c.

Quæres autem vtrum motus ſenſualitatis, cui voluntas nō reſiſtit,cum poſſit,& debeat ſit peccatu commiſſionis,an vero omiſſionis 21 *Quæſtio.*

R.eſſe peccatum commiſſionis, vt docet, Caie.hac q.74.a.3.vbi Medin. §.Reſpondetur facile Cordub.li 1.q.23.dub.5. & plerique iuniores.Ducuntur.1.quia peccatum ommiſſionis eſt carentia actus:ille autem motus non eſt carentia actus, ſed eſt quidam actus. ¶2. Quia peccatum omiſsionis eſt cōtra præceptum affirmatiuum,ille autem motus eſt contra præceptum negatiuum non mæchaberis, ſeu non concupiſces:ergo.¶3. Quia appetitus nullum actum ommittit qui pro tunc ſit præceptus:ergo non peccat peccato ommiſsionis,ſed commiſsionis.¶4.Peccatum omiſsionis non habet proprie obiectum,ille motus habet proprie obiectum:ergo non eſt peccatum omnuiſsionis.Quamuis totā ſuā malitiā habeat à peccato ommiſsionis,quod eſt in volūtate non volente impedire illū motū,ſicut poterat & tenebatr,& ideo aliqui dicūt illū motū p̄ formali eſſe peccatū ommiſsionis, p̄ materiali vero eſſe peccatū cōmiſsionis,& ſic poſſunt exponi D.Th.de verit. q.15.a.4.ad.10. Cōt.a.hac.q.74.a.6.notab.4.Scot.2.d.42.q.3.ad 1.Almai.3.mor.c 24.Hēri.quodlib.6.q.32. dicētes,motū in illū eſſe peccatū ommiſsionis, & econtrario,qn̄ quis actu poſitiuo vult omittere miſſā,ommiſsio illa materialiter & in ſe ipſa eſt peccatum omiſsionis,formaliter autem,ſeu ratione actus voluntatis a quo capit totam ſuam formalem malitiam,eſt peccatū commiſsionis.De hoc dubio.Vide ſect.ſeqq. poſt ſolutiones argumentorum.

Quæres item,an etiam in voluntate ſint aliqui motus circa obiecta illicita qui non 22 *Quæſtio,*

ſint peccata. Scotus. 2. diſt. 42. quæſt. 3. ad. primum ait, delectationes, quæ ſunt in voluntate táquam primi motus, ſunt peccatum, quia ſunt de obiecto illicito, vt quando voluntas condelectatur appetitui ſenſitiuo; quia illæ non ſunt, ſine actu rationis, & voluntatis, idem in re tenet Alenſ. 2. p. q. 125. m. 3. (licet nolit motum aliquẽ volũtatis appellare primũ) & Altiſiod. 2. p. tract. 28. c. 1. q. vnic. & ca. 2. q. 4. incidente. Gerſon alphab. 33. lit. H. & alphab. 28. lit. R.

23. *D*ico tamen in voluntate eſſe aliquos motus omnino carentes libertate ſeu deliberatione, intellectus, & illos nõ eſſe peccata, vt diximus tract. 3. qui eſt de voluntario, & inuolũtario diſp. 1. ſect. 11. & docet Almain. 3. mora. c. 24. Cordub. lib. 1. q. 23. dub. 7. & dub. 9. propr. 3. Angeſt. in moralib. ca. 3. §. 8. & c. 6. §. 6. dub. 2. Azor, to. 1. lib. 4. c. 21. q. 5. imo Scotus. 3. d. 15. q. 1. a. 1. prope finem ponit aliquos motus complacentiæ, & diſplicentiæ non liberos in voluntate propter connexionem quam habet cum appetitu ſenſitiuo. Prob. quid enim prohibet à voluntate, vt natura eſt, reſultare deſideriũ vindictæ propria auctoritate, à quo actu non poſſit ſe continere voluntas propter vehemẽtiá mali habitus, vel paſsiones exiſtẽtes in appetitu ſenſitiuo, & impfectionẽ cognitionis. Conf. quia in amentib. & pueris, & dormientib. & ebrijs dátur aliqui actus volũtatis, & intellectus, vt conſtat ex impfectis quibuſdam eorũ diſcurſib. & ex locutione, & in illis nulla eſt libertas, vel malitia: ergo ſimiliter in adulto, ſano, ſobrio, & vigilante, ꝓpter tenuẽ obiecti cognitionem, & alias cauſas præſertim in illis, qui tardiori ſunt ingenio, ideoque non poſſunt recte, & facile diſcurrere, maxime in tẽpore breui. Qua in re aduerte. 1. non omnes voluntatis motus circa illicita, qui licet in ſe nõ ſint liberi; tñ magno volũtatis conatu aut diligentia præueniri, & impediri potuerunt, eſſe peccata, quia non tenetur homo ad ſummá, ſed tantũ ad mediocrẽ diligentiá, & nõ admodũ incõmodá propter hos motus vitandos, quáuis pro rei grauitate ad. maiorẽ, vel minorẽ teneatur. ¶2. Aduerte cũ Almaino ſupr. cõtra Lichetũ, volũtatẽ in ordine ad hos motus nõ ſe habere mere paſsiue, ſed actiue, quia ſunt actus vitales, & naturaliter nõ poſſunt fieri ſine cõcurſu potentiæ agẽtis. ¶3. Hos motus eſſe peccata cõmiſsionis ſicut de motibus appetitus ſenſitiui dixi dub. præced. Motus tñ volũtaris, qui ſunt in ſe liberi, nõ participãt malitiá ab omiſsione reprimendi illos, quia cũ ꝑ ſe ſint liberi, ꝑ ſe, & indepẽdenter à tali omiſsione ſunt mali, & malitia eorum, & omiſsionis qñ nõ eſt ꝑ ſe volita, cenſetur prorſus eadẽ, quia omiſsio illa eſt neceſſario cõnexa cum motu, & ad illum ſequitur ſicut ad albedinem ſequitur carentia nigredinis. ¶4. Licet aliqui nullos ponãt motus primos in ratione ſeu volũtate, vt Alex. ſup. Hẽric. quodli. 6. q. 32. in princip. Gab. q. 78. in cano. litt. N. & Gerſon appellet. 2. primos eos, qui in ratione ſine deliberatione fiunt. Alphab. 23. lit. H. tamen alij, omnes motus non liberos voluntatis, quos iam diximus eſſe ponendos, appelant primos, vt Angeſt. ſupra & alii, & ſic loquemur, maxime cum etiam ſine vlla paſſione præuia poſſint dari motus omnino naturales, ſeu non liberi in voluntate, quidquid alij contrarium dicant.

SECTIO. III.

An motus appetitus ſenſitiui in obiecta prohibita ſub mortali, ſint peccata mortalia abſq. formali, & directo cõsẽſui voluntatis in illos, & abſque periculo probabili conſentiendi directe in illos, vel in illorum obiecta.

QVIDAM ſine vna limitatione dicunt, ſi homo poſſit comode vitare illos motus, id vero negligat, peccare mortaliter, etiam ſi nullũ habeat conſenſum formalem, & directum in illos, nullumque periculum conſentiendo in illos, vel eorum obiecta, tribuitur Medinæ. q. 74. art. 5. & 6. Sed male, ille enim aperte cum Caiet. ait tantum eſſẽ veniale, ſi ideo non reprimat hos motus, quia ob ſecuritatẽ non cõſentiendi, quam habet, contemnit illos Magis videtur hæc ſent. Petri Ledeſm. 2. p. ſum. c. 27. initio. Zumelis ar. 4. dubio. 1. diſp. 2. concl. 2. Valentiæ diſp. 6. q. 4. puncto. 3. Azor to. 1. lib. 4. c. 21. q. 5. & c. 6. q. 5. Sayri lib. 8. c. 7. n. 3. male pro ſe citantis *D.* Tho. Bo. Alenſem, Rich. & Ptrum de Soto lect. 9. de peccatis. Magis enim ſunt pro. 2. ſent. vt videbimus. Hanc ſententiá indicat Viguer. c. 3. §. 5. verſ. 5. ibi, eſt peccatum mortale, maxime propter periculum. Vazquez diſp. 108. c. 2. addens pleriſq. recentioribus oppoſitam Caietani ſententiam non videri probabilem, citansque per ſe D. Thom. ar. 6. in corp. & ad. 3. Vbi tribuit peccatum voluntati, vel imperanti, vel non reprimenti illicitas paſſiones, & Marſilium. q. 14. ar. 2. docentem, omnem motum eiuſmodi, qui eſt in poteſtate voluntatis, eſſe peccatum, ſed modo non diſputamus an ſit peccatum, ſed an ſit mortale. Citat etiam pro ſe Bonau. 2. d. 24. p. 2. Tex. n. 50. & 51. & ar. q. 2. quibus tamen 24 *1. Opinio.*

locis

Digitized by Google

locis expreſſe docet eſſe mortale ratione periculi, non vero per ſe, vnde ar.3.q.2.ad.1. docet, in ſenſualitate non poſſe eſſe peccatum mortale, (ſcilicet per ſe, & ſecluſo periculo) niſi ratione mouente & imperante, ſed veniale tantum. Similiter Antoninus.2.p.tit.5.c.1. §.5. cum Petto de Tarantaſia.2. d. 24. dicens eſſe mortale, non reprimere delectionem, addit, poſt ſufficientem deliberationem, & animaduerſionem periculi. Vnde Bonau. Anton. & Taran. magis ſunt pro.2. ſententia. Hanc tamen ſententiam videtur tenere Ouandus. 2. d.24. Henric. quodlib.6.q.32. propoſit.7. Emanuel Sa verbo peccatum nu.1. dicens. delectari in peccato mortali cogitato, conſenſu tacito ſi plene aduertas, mortale eſt. Sed ſtatim ait. Aiuunt vero quidam, cum quis plene aduertit, malam eſſe cogitationem & periculoſam, negligitque reprimere, cenſendum eſſe tacitum quendam conſenſum, & hunc modum dicendi non reprobat, vnde ſentire videtur, ſi non aduertatur periculum, non eſſe cõſenſum tacitum ſufficientem ad peccatum mortale, quæ eſt. 2. opinio, quam referremus. Fauet Almain.3. moral.c.24. quem male quidam in contrarium citant. Suadetur.1. hæc opinio, quia homo tenetur, & poteſt hos motus reprimere: ergo peccat non reprimendo, hoc autem peccatum nõ eſt veniale ex indeliberatione, vt ſupponimus, neque ex leuitate materiæ, quando motus iſti verſantur circa materiam grauem: ergo eſt peccatum mortale: alias abſque mortali poſſet quis diu manere ſcienter in delectatione venerea, non reprimendo illam. Secundo conſenſus formalis, & virtualis pares fere ſunt, ſed conſenſus formalis in delectationem carnis eſſet peccatum mortale: ergo & interpretatiuus, ſcilicet voluntarie non reprimere.

25 Secunda ſententia eſt, per ſe loquendo, & ſecluſo periculo, non eſſe peccatum mortale etiam cum plena aduertentia mere negatiue ſe habere circa hos motus, ſeu non reprimere illos. Hanc ſetentiam Azor to.1. lib.4.c.21.q.5. & Herrera infra, tribuunt Conrado hac.q.74. ar.4. Hanc etiam opinionem tenet Angles.2. d.37.q.5. difficul.2. concl.2. & difficul. 3. con.1. eandẽ tenet Tolet. in ſum. lib.5.c.14. vbi poſtquam num.2. dixit, quando voluntas poteſt & tenetur prohibere, & remouere delectationem, & id non facit, peccare mortaliter. Addit.n.3. aduerte autem, quod non ſemper eſt delectatio motoſa, cum nõ prohibetur, licet poſsit prohiberi, ſed cum non prohibetur ob ipſam delectarionem, quia homo vult delectari: ſed velle delectari, ſeu intendere delectationem eſt actus poſitiuus: ergo ſentit Toletus, ſecluſo actu poſitiuo voluntatis & periculis extrinſecis, non poſſe eſſe mortale in ſenſualitate, & Philiarcus to.1. part.2. ſummæ lib.4.c.18. aperte cum Caiet. docet, veniale tantum eſſe non expellere delectationem, eo quod contemnitur, licet ſit mortale non expellere eá, quia placet. Clare hoc tenet Caietanus hac.q.74 ar.3. dicens, ſolum eſſe imperfectá obligationem reprimendi hos motus, & ideo tantum eſſe veniale, ſcilicet per ſe illos non reprimere: & Tomo.1. opuſculo. 22. de pollutione orta ex auditione confeſſionũ air, *delectationem ſine conſenſu* (ſcilicet formali) *tantum eſſe peccatum veniale*, quod clarius docet in ſumma verbo delectatio. verſ. magna tamen, Armill. eodem verbo.n.2. & verbo cogitario num.3. Angelus cogitatio num. 2. Alcocer.c.5. ſummæ concl.11. Adrianus. q.4. vel 5. de Euchariſtia, quæ incipit, quia dictum eſt Herrera 2. ſent. diſp.33. de peccat.q.7. concl.2. Medin.q.74.a.5.& 6. docum.5. Nauarr. c.11.n. 9. verſ.11 prrticula.4.& cap.16.num.9. particula 5. viderur D.Tho. hac.q.94.ar.3.& 4. dicentis, in ſenſualitate poſſe eſſe peccatum veniale, non autem mortale, quod intellige, ita vt in ſenſualitate ſecluſo conſenſu poſitiuo voluntatis, & ſecluſo periculo, non poſsit eſſe peccatum mortale. ſed veniale tantum, quod etiam docet D.Tho. quodlib.4. art.21. & 22. de malo.q.7.ar.6.ad.7. et de veritate.q.15. ar.4. ad 2. et maxime ad.1. et quæſt.25.ar.5. et 2.d.24. q. 3.ar.2. Vincentius in ſpeculo lib.3. par.2. diſt.3. a.4. Bonau.2.d.24.par.2.a.3.q.2. *D*uran. q.5.a.2. Carthuſi.q.3. ex Tarantaſia. Ægidius.2.p. diſt. q.1.ar.2. et 3. Alenſis.2. par.q.68. membro.4. Altiſiod. lib.2. tract.28.c.2. q.3. incidente, Magiſter, et alij inferius citandi. Nec poteſt dici, quando D.Tho. vel alij dicunt, in ſenſualitate ſecluſo conſenſu rationis, et voluntatis, non eſſe peccatum mortale, loqui de conſenſu formali, vel interpretatiuo, non de formali tantum, ſic enim non recte dicerent veniale eſſe in ſenſualitate ſine conſenſu rationis et voluntatis, nam ad peccatum veniale etiá requiritur conſenſus formalis, vel interpretatiuus voluntatis, vt ſectione. 1. contra Caietanum oſtendimus. Si dicas ad mortale requiri conſenſum formalem, vel interpretatiuum præſentem: ad veniale autem ſufficere præteritum, ſcilicet non remouere cauſam delectationis futuræ. Contra quia ſi non remouere cauſam delectationis futuræ, vel talem delectationem non impedire, non eſt mortale, ſed veniale tantum, cur erit mortale non impedire delectationem præſentem, quam homo aduertit, iam eſſe, vel in ſurgere? Intendũt ergo D.Tho. et cæteri auctores citati, quádo nullus eſt conſenſus poſitiuus in voluntate, delectationem non eſſe peccatum mortale. Nec valet quod dicunt Dur.2.d.24.q.5. Medi. et alij hac.q.74.a.4. Cordub. lib.1.q.23. ſenſua-

litatem non eſſe appetitum ſenſitiuum, vtcumque ſed quatenus præuenit plenam, ſeu perfectam deliberationem rationis, et ita docere D. Thomam, et alios in ſenſualitate non poſſe eſſe pecccatum mortale, ad hoc enim plena deliberatio requiritˊ, hoc enim merito reijcit Azor to.1.lib.4.c.21.q 5.& alij, quia ſecundum D.Thom.3 par.q.18.ar.2.& 1.par.q.81. ar.1.in Chriſto fuit ſenſualitas, in quo tamen appetitus ſenſitiuus, non præcurrebat plenã deliberationem rationis, item quia D. Tho. & alij veteres Scholaſtici non dicunt, in ſenſualitate ſecundum ſe, non poſſe eſſe mortale, quia ſenſualitas ſignificat appetitum, vt agit ante plenam deliberationem rationis, ſed quia mortale auertit de *Deo*, & ideo nõ poteſt eſſe in appetitu ſenſitiuo ſecundum ſe, quia ſolius rationis eſt in finem dirigire. vel ab eo abducere. Item S. Thom. & alij in ſenſualitate, vt ſubeſt conſenſui rationis, & voluntatis, ponunt peccatum mortale: ergo, nõ intelligũt nomine ſenſualitatis, appetitũ vt præuenit plenam delibetationem rationis, ſed præciſo conſeoſu formali & poſitiuo rationis. Alias expoſitiones D. Tho. & veterum reperies apud Azor ſupra, quæ minime ſatisfaciunt, vt intuenti patebit. Vnde dicendum eſt, plane D.Th. & veteres Scholaſticos voluiſſe, in ſenſualitate ſecluſo conſenſu poſitiuo, & formali voluntatis, vel periculo conſintiendi poſitiue in opus, vel delectationẽ, aut alio ſimili periculo, nullum eſſe peccatũ mortale. Quod etiam ſentit Lyra in id Matt. 5.qui viderit mulierem, &c. Et idem intendit *D.*Thom.hac q.74.ar.8 ad 2. dicens, delectationẽ de fornicatione ex genere ſuo eſſe peccatũ mortale, ſed quod ante conſenſum (ſcilicet formalem) ſit peccatum veniale tantum, hoc eſſe per accidens propter imperfectionẽ actus, ſcilicet, quia actus de ſe eſt inefficax, & non accedit ei conſenſus formalis.

26 *1.Ratio.* Prima ratio aſſignari videtur à D. Thom. 2.d.41.quæſt.2.ar.1.ad.5.& Caiet.hic ar.3. quia voluntas in hos motus non habet plenum dominium, licet enim poſſit impedire ſingulos, non tamen omnes collectiue, ſed hæc ratio difficilis eſt, nam ſi hunc motum poteſt ſimpliciter et facile impedire, hic erit plene liber: ergo præciſe defectu libertatis non excuſabitur à mortali. Vnde Caietanus reddit

2.Ratio. Secundam rationem, ad quam prima poteſt reduci, ſcilicet, quia cum impoſſibile ſit hos omnes motus collectiue vitare, vnoque impedito neceſſe ſit alium inſurgere, imo et ſinguli ſæpe ſint difficiles vitatu, non eſt credibile Deum et naturam ad eorum euitationẽ ſub peccato mortali obligaſſe per ſe loquendo, et ſane duriſſima eſſet hæc obligatio; nã teneremur ſemper ſub mortali omnia cauere ex quibus præuidemus, vel debemus præuidere, ſuſcitandos eſſe eos motus, &c. niſi ea ſint neceſſaria, aut valde vtilia: videmus autem, nec ſanctiſsimos viros tantam diligentiam adhibere ſolitos: ergo ſignum eſt per ſe loquendo non eſſe peccatum ſaltem mortale non reprimere hos motus. Confir. nam Vazquez diſput. 108. c.3. ait, veniale tantum eſſe dare ſcienter, ſine intentione libidinis cauſam his motibus, verbo aſpectu, vel lectione, &c. Neque obſtat (inquit) quod voluntarium in cauſa ſufficit ad mortale, vt ad homicidium, &c. nam ob infirmitatem naturæ, & ſummam facilitatem, qua hi motus oriuntur, maiorem libertatem requirunt ex natura rei, & ſi conſurgant ex cauſa honeſta, ait, neque ad veniale imputari, non enim ob hos motus ortos ex infirmitate, reliquenda ſunt opera bona, alias vix poſſemus ſine veniali vacare bonis operibus erga fratres. Hęc autem falſa eſſent, ſi per ſe loquendo teneremur ſub mortali hos motus reprimere.

Tertia ratio inſinuatur à D. Tho.ar.3. ad.3. 27 *3.Ratio.* vbi dicit: quando non operatur id, quod eſt principale in homine, ſcilicet ratio & voluntas, opus non eſt perfecte humanum, & per conſequens non poteſt perfecte eſſe virtutis, vel peccati, ſed aliquid imperfectum in tali genere, ideo motus ſenſualitatis, qui præuenit rationẽ, ideſt, verum & formalem conſenſum voluntatis, tantum eſt peccatum veniale, quod eſt quid imperfectum in genere peccati.

Quarta ratio eſt D.Tho. q.74.a.4. & alibi, *4.Ratio.* & aliorum communiter, quia inordinatio non corrumpens principium vitæ ſpiritualis, non cauſat mortem ſpiritualem, ſed huiuſmodi eſt inordinatio ſenſualitatis, quia ordinare aliquid in finẽ, qui eſt principiũ vitę ſpiritualis, pertinet ad rationem, non ad ſenſualitatẽ. Quæ ratio ſane eſt intellectu difficilis; dici enim poſſet: inordinationẽ ſenſualitatis corrumpere ipſam rationẽ & voluntatem, quã interpretatiue conſentit, & ideo eſſe lethalem, licet ratio & voluntas non conſentiat formaliter & explicite. Forte D.Thom. & alij huius rationis auctores nitendunt, inordinationem, quæ eſt in ſenſualitate cum ſolo implicito & interpretatiuo conſenſu rationis, & voluntatis, non poſſe eſſe magni momenti ſecundum ſe, & ſecluſis periculis aliarum rerum, & ideo non poſſe corrumpere rationem & voluntatem, nec deſtruere ordinem ad finem, aut reddere hominem eo indignũ & ideo in ſenſualitate ſine conſenſu formali rationis, & ſine illis periculis mortale eſſe non poſſe, quod magis explicabit ratio ſequens, idem ſentit Sotus.4.d.12.q.1.a.7. concl. 1. ſolum dicens eſſe veniale, non reprimere

motus

motus ſenſualitatis, niſi ceruatur periculum. Idem ſentiunt Antonin. Tarant. & Bonau. vt in.1.ſententia notauimus. Imo addit Bonau. etiam ſi ſit periculum, non eſſe certum, quod ſit peccatum, omnino mortale non reprimere delectationem, quod verum eſt ſi periculũ non eſſet notabile ſeu magnum.

28 *5.Ratio.* Quinta ratio, quia nõ tenemur ſaltim ſub mortali impedire actus internos, niſi ob externos à quibus ſuam trahunt malitiam, ſed ſecluſo periculo cõſenſus in opus externum, vel in ipſam delectationem, aut alio ſimili periculo, motus appetitus ſenſitiui ſunt nullius momenti in ordine ad actus externos, nullá enim efficacitatem in illos habent, ſiquidem appetitus ſenſitiuus in homine ſine poſitiuo conſenſu voluntatis, non poteſt membra mouere, & delectatio, ac ſimplex amor ſiue appetitus ſenſitiui, ſiue voluntatis non ſunt affectus efficaces: ergo non tenemur ſaltem ſub mortali, & per ſe loquendo hos motus impedire. Conf. quia alias quando ad ieiunium, vel abſtinentiam omnis, vel certi cibi tenemur, tenebimur etiam famem, ſeu appetitum eius medicina aliqua, vel diſtractione, vel alio medio accomodato ſedare. Similiterque appetitum quietis, quando tenemur laborare, & coniugatus cupiditatem vxoris, quando ob ſalutem, votum, aut aliam rationem tenetur ad vxorem non accedere, quæ, & ſimilia abſurda ſunt.

29. *6.Prob. ab authoritate* 6. Prob. nam præter citatos ſentẽtiam hanc tenent Graffis lib.2.c.78.n.8.& 10.cum Sylueſtro, verbo delectatio.q.1.particula.4.docens, nõ peccare mortaliter qui tam tepide reſiſtit tentationi, vt.2.& 3.aut pluries regrediatur ad pulſandam mentẽ, ſecluſo periculo cõſenſus in opus, vel delectationem, pro que opinione Sylueſter citat D.Thom.de verit.q.15. artic.4. ad.10.Bonauenturam, Tarantaſiam, & Verbecium, & clare noſtram ſententiam tenet Sotus.4.d.12.q.1.artic.7.pauló ante 2. concluſionem, vbi ait. *Quandoque huiuſmodi cogitationes ex concupiſcentia oriuntur, & delectationẽ gignunt. Et tunc ſi adſit conſenſus, vel in opere, vel in tali cogitatione erit peccatum mortale. Sin minus, erit veniale. Intellige niſi homo ſentiat periculum, & minime eas reprimat; tunc enim eſt delectatio moroſa, vt.1.2.q.74.a.6.& 8.docet D.Tho.* Ioannes Baptiſta Corradus in ſumma.q.50.Cordub. lib.2.q.22. dub.10. §. 2. opinio, & dub.11.Eman. verbo luxuria, c.194 concl. 1. Vega verbo delectatio caſu.1.& 2.Lopez.1.par.inſtr.c.1.verſi.5.modo, & cap.74 §.penultimo, & cap. 75. §.imo, & §. ad ſententiam Medinæ. Imo ipſe Med.q.74.c.6.col.5.6.& 7.docum.7.cum Cai. ſentit, vt diximus, Adrian.q.4.ſeu.5.de Euchar. quæ incipit. Quia dictum eſt.§.pro reſponſione verſic. & circa hoc aduerte, Ledeſma.1.4.q.21.ar.7.concluſ.9. Marſil.2.q.16.a.1.ad.1.rationem. Conrc. q.74.ar.6.not.3.4.& 5.& ſic intellige, quod de conſenſu interpretatiuo dicit art.5.ad.2.& ar.4.not.3. Idẽ tenet ex noſtris. P. Didacus Ruiz qui Cordubæ id docuit in materia de peccatis anno.1597.& hoc eſſe probabiliſſimum expreſſe ait, Thomas Sanchez tomo.3.de matrimonio lib.9.diſp.45.n.25.quod ſumitur ex Mathia Eliſio.2. d.42.c. 4. vbi explicans conſenſum interpretatiuum in delectationem, qui eſt peccatum mortale, ait, eſſe cum aduertimus in quo periculo verſemur, & quam graui malo diſcrimen impendeat, idem tenet Sylueſt.verbo delect.q.1.num.2.verſi.quartum in fine tribuens D.Thomæ, Bonauent. Tarantaſiæ, & Veruecio. Idem tenet Anton. Maurus in ſumma Corona.c.1.n.26 §.de duob.in prin. & in fine. Sebaſtianus Medicis in ſumma peccatorum, p.2.c.21.ibi.ſi autem poſitiue conſentit, &c. vbi quando eſt plene aduertentia, ſed non eſt periculum, petit conſenſum poſitiuũ, vt ſit peccatum m. citat multos, & inter eos Rayn.verſic.delectatio.c.9. Tabienna verbo cogitatio.num.6.cum Tarantaſia.2. d.24. Bonau ſupra, Roſella verbo delectatio initio citante etiam Bonau. Richar.2.d.24.ar.4 q.1. Pelacius eadem d. diſp.2.concl.6.& 7. Angeſtus. c.6.moralium.§.5.citarut etiã de libero arb. c.6.concluſ.4 corol.1. Lyra in id Matth.5. qui viderit mulierem, &c. Magiſter.2.d.24.litt. H. Hiſpal. Capreolus ſup. Antonin.2.p.tit.5.c.1. §.4.& 5.qui adducit Greg. Epiſt.ad Auguſtin. Anglorum Epiſcopum reſponſione.11. relata. ca. penſandum.d.6.vbi Gregorius ait, *cum ratio delectari cœperit, tum peccatum incipit naſci, ſi autem etiam ad conſenſum,* (ſcilicet formalem) *ex deliberatione deſcendit, tum peccatum dicitur perfici,* ideſt, fieri mortale: quod clarius docet 4.mor. capit.7.alias.21.dicens, *ſicut enim in nobis culpa* (ideſt venialis) *eſt, cum carnaliter mens in delectationem rapitur, ſed tantum delectationi ſua per ſpiritum reluctatur, ita grauioris, & plena nequitia eſt* (ideſt mortale) *ad peccati illecebram, non ſolum delectatione pertrahi, ſed etiam conſenſu famulari.* Idem ſentit Hier. Matth 5 dicens, inter paſſionem & propaſſionem hoc intereſt, quod paſſio reputatur in vitium (ſcilicet mortale) propaſſio verò, licet vitij culpam habeat, tamen non tenetur in crimine (ideſt non eſt peccatum mortale) & addit, ergo qui viderit mulierem, & anima eius fuerit titillata, hic propaſſione percuſſus eſt. Si vero conſenſerit (ſcilicet formaliter) & de cogitatione affectum fecerit, iuxta id Pſalm.72. *tranſierunt in affectum cordis*, de propaſſione tranſiuit ad paſſionem. Idem colligitur ex Auguſt.1.de ſerm. Domini cap.23. vbi docet, in ſugeſtione, & delectatione ante conſenſum (ſcilicet formalem) non eſſe peccatum plenum & magnum, ſecus poſito

poſito

poſito conſenſu. Idem docet.12. Trinit.c.12.cuius verba expendemus ſectione ſequenti fauet etiam loco citato à D.Tho.artic.4. Argu. ſed contra Clarius idē docet Richar. Victor. 2.par.Cant.c.25 dicens, ſi delectationi cogitationis de mortali conſentias, etiam ſi actum cōmittere nolis, peccas mortaliter, prætertim ſi in tali delectatione moram trahas diu, poſt quam ratio deprehendit, & placeat, ſi enim durauerit delectatio, ratione non conſentiēte, vel illam non aduertente mortalis, non dicetur, ſic quandoque longior mora venialis eſt, breuior mortalis, dum aduertitur, & non ei reſiſtitur, ſed conſentitur, & infra, ſi non conſentit (ſcilicet formaliter) delectationi, vt ei contingat, peccatum.v.eſt &c.& Petrus Cunerus lib.de peccato orig. c.9.n.9. explicās id Iacobi.1. Vnuſquiſq. tentatur, &c.ait, hæc doctrina Apoſtolica nihil agnoſcit peccati, dū ſolummodo tentamur, ſed tum demum, qn̄ nonnullam homo concipit voluptatem, & morari ſinit quam ſtatim abijcere deberet, tum veniale peccatū vult Apoſtolus agnoſci, mortale vero, quando pleno conſenſu malū approbat. Hæc & alia quæ ad defenſionem huius ſententiæ in hac ſect. dicta ſunt & dicentur, non aſſerendo, ſed diſputando dicta ſiot iudicium enim de veritate, vel probabilitate, alijs integrum relinquo vſque ad.2.2. q. 154. Vbi Deo dante mentem meam omnino aperiam.

30. ¶ Aliqui tamen propter aliqua ex argumētis propoſitis videntur ſentire, nullā eſſe obligationem, etiam ſub veniali, ſecluſo periculo ad reprimendos hos motus, quod docent Alenſ.2 p.q.108 alias 125.memb.7 Bonauent. 2 d.24.par.2.ar.2 q.2 Idem docuiſſe plerosque Theologos, & inter eos Victoriam, refert Zumel ar.8.diſp.2. vbi pro hac ſententia male citat Sotum.4.d.12.q.1.a.7. ante 2. concluſionē, nam expreſſe dicit, eſſe veniale eos non reprimere, ſed bene Adrian.q.4.de Euchariſtia, & Nauarr.c.11.ſupra: ait enim, non eſſe peccatū ſaltem mortale, nō reprimere hos motus, eodem modo loquitur Graffis illo n.3. quod cōfirmat Zumel.1. quia nullum extat præceptū impediendi hos motus, & ſane illud præceptum, non concupiſces, non refertur ad carnem, quæ non eſt libera, nec capax præcepti, ſed ad animam: ergo intelligitur de concupiſcētia volūtatis, & licet intelligatur d̄ cōcupiſcentia carnis, ſenſus erit, vt non quærantur iſtæ concupiſcentiæ, nec cum periculo permittantur. Secundo confirmat, quia iſti motus ex ſe ſunt naturales: & innoxij: ergo non tenemur poſitiue illos repellere.3. Quia non habent per ſe malitiam obiectiuam: ergo nō eſt peccatum per ſe illos permittere, antecedens probatur, quia non nocent operāti, nec Deo, nec proximo, omne autē peccatum eſt contra operantē, vel contra proximum, vel Deū. Huic ſententiæ fauet Caieta. & Armilla ſupra, nam qn̄ non eſt notabile periculum conſenſus poſitiui, ideo dicunt, motū ſenſualitatis eſſe peccatum. v. quia ſine cauſa ſuſcipitur aliquale periculum: ergo ſecundū illos per ſe loquendo, & ſecluſo omni periculo, nullū eſſet peccatū. Medi.etiam ar.6.documēto.5.pag.276.con.1.ait, quibuſdā non probari, quod dixit Caiet. teneri hominem, qn̄ aduertit, reprimere concupiſcentiam, quia nulla in quiūt eſt, authoritas ſcripturæ, ad id probādū, & D.Thom.de veritate. q.15.art.4.ad.10.videtur, totam malitiam non reprimendi reducere ad periculū, vt & Maior.2.d.24.q.vn.fine, & Angelt.ſup.idē videtur tenere Eman.illa cō.3. dicens, *no experimentando en ſi peligro alguno, menos ay que eſcrupulear: porque ſegun Caietano ſeguido de muchos, no eſtà uno obligado, ceſſando el peligro de conſentimiento, repeler los mouimientos ſenſuales, hallando difficultad en los reprimir*, (& infra,) *ſino ay conſentimiento, o peligro, no ay pecado.* Verba Emanuelis vſurpauit, Vega verbo delectatio caſu.1 & 2. Item Lopez. 1. p. inſtru.c. 75.§.ad ſentētiam, approbare videtur opinionem Caietani, cui plerique (inquit) conſentiunt, quod non tenetur quis ceſſante periculo conſenſus moleſtas commotiones carnis repellere, ſed poterit pati, quando difficiles ſibi ſunt ad repellendum; dum caueat ſibi ne ex earum complacentia velit eas in ſe permittere, ſecus ſi quia ſecurus eſt à ruina, eas propulſare negligit, &c. ſimilia dicit §. hic perſpicuum fauet etiam Tabienna ſupra dicens, qn̄ ratio deliberat, delectationē eſſe repudiandā, & per voluntatem repellit, nunquam dicitur cōſentire explicite, nec implicite, alia autem quæ poſſunt fieri ad expulſionem, ſcilicet ſurgere à lecto, verberare ſe, orare, ieiunare, alio cogitationē diuertere, cauſam remouere, &c. omnia videntur eſſe de bene eſſe, ſcilicet ſecluſo periculo. Sentit ergo ſecluſo periculo nullam eſſe obligationem repellendi motum appetitus, niſi ſolo volūtatis imperio. Qua in re non loquitur conſequenter, nam ſi non tenetur ad alia media etiā facilia, nec ad impetium. Fauet etiā Toletus lib.5.c.14.verſ. 5. vbi docere videtur delectationē, non eſſe moroſam ſecluſo periculo, niſi ſit intenta, ac proinde, neque eſſe peccatum. Quamuis ex antecedentibus inferri poteſt, illum loqui de delectatione moroſa, quæ ſit peccatū mortale, ſed de hac re, vide non nulla alia ſectione.9. vbi dicam, ſaltem veniale eſſe non reprimere hos motus, cum commode reprimi poſſunt.

Conueniunt tamen merito fere omnes, licitum eſſe iuſtis de cauſis nō reprimere concupiſcentiam, Toletus ibi, Valentia diſput.6. 31.

quæſt.4.

quæſt. 4. punct. 4. Medina hic art. 5. & 6. Zum. ar. 3. d. 2. & latius ar. 8. d. 1. poſt 3. concl. Adrianus. q. 4. de Eucharistia, Cord. lib. 1. q. 23. dub. 11. Lopez. 1. p. inſtr. c. 2, verſ. 5. modo, Caietanus verbo delectatio. §. circa moras, & tomo. 1. opuſculo. 22. idem ait de pollutione, vt & Medina, & Zumel ſupra, Philiarcus to. 1 par. 2. li. 4. c. 18. & omnes cenſent ſtudium rerum venerarum ad contiones & lectiones, auditioneſque confeſſionis iuſtam cauſam eſſe permittendi hos motus Toletus, & Adrianus finem pugnandi, vicendi tentationes. Nauarr. c. 11. num. 9. & 10. Graffis lib. 2. c. 76. num. 2. 4. & 5. Lopez & alij impedire vehementiorem tentationem, ſolet enim cura expellendi aliquã cogitationem eam magis infigere. Vazquez d. 108. cap. 3. cenſet, nullum motum inſurgentem ex cauſa honeſta imputari (vt ſupra) vide Ioan. Baptiſtam Corradum in ſumma quæſt. 50. Alcocer cap. 5. ſummę. Quod vero ait Almainus. 3. moral. c. 24. eſſe peccatum veniale non compeſcere hos motus, etiam quando eſt valde difficile, merito reijcit Medina, quia non tenemur cum magna difficultate implere alia præcepta grauiora, vt præceptum miſſæ currendo, velociſſime, vel eũdo in nimis diſtantem locum: ergo nec præceptum reprimendi hos motus, alias tenemur verberari, & abſtinere à cœna, &c. Male etiam Caietan. verbo delectatio, ait, quando maxima eſt negligentia reprimendi delectationes, eſſe mortale, cum enim non teneamur per ſe ſub mortali eas reprimere, nulla negligentia reprimẽdi erit mortalis, ſecluſo periculo.

32 *Ad. 1. arg. 1. opinionis.* Ad primum. 1. opinio. R. hominem, vel nõ teneri per ſe loquendo, hos motus reprimere cum ſint inefficaces, & innoxij, vel ſolũ teneri ſub veniali nam licet illos procurare ſit materia grauis (vt ſectione ſequenti) tamen non impedire videtur leuis, etiam cum ipſi verſantur circa materiam grauem, ſic diſp. pręcedenti diximus eſſe mortale procurare pollutionem, veniale autem, vel nullum eã nõ impedire, ſic etiam multi ex voto, iuramẽto, &c. tenentur ſub mortali non procurare dignitates, quas tamen licite poſſunt acceptare, neque ex eo quod non teneamur per ſe ſub mortali reprimere hos motus, ſequitur, poſſe nos diu ſcienter manere ſine mortali in delectatione venerea, quia moraliter non poteſt diu delectatio venerea manere ſine intentione libidinis, vel periculo conſenſus.

33 *Ad. 2. arg.* Ad. 2. R. conſenſum formalem & virtualem habentes idem obiectum fere eſſe pares in malitia, ideo ſicut eſt mortale, velle formaliter omittere miſſam, ita velle id virtualiter, & ſicut non eſt mortale per ſe loquendo, non reprimere hos motus, ita neque velle formaliter eos non reprimere, ſecus vero eos vel le, quia iſte conſenſus formalis, non habet idem obiectum immediatum cum illo interpretatiuo, ſic velle occidere hominẽ eſt peccatum mortale contra iuſtitiam, ſed non paſcere illum in extrema neceſſitate, aliquando eſt licitum, aliquando peccatum veniale contra miſericordiam, aliquando. m. contra eandem virtutem, aliquando vero eſt mortale cõtra iuſtitiam, itaque non ſemper conſenſus virtualis alienæ mortis æquiualet, nec fere æquiualet formali.

Sed an quando quis tenetur hos motus reprimere, & non facit peccet peccato omiſſionis Bonauen. 2. d. 24. parte. 2. ar. 5. quæſt. 1. Scot. d. 42. q. 3. ad. 1. Almai. 3. moralium. c. 24. Henri. quodlib. 6. q. 32. affirmant. Medina autem, & Caiet. ar. 3. Z. m. ar. 4. dub. 2. Cord. lib. 1. q. 23. dub. 5. dicunt eſſe peccatum commiſſionis, ſed dico motus ipſos eſſe peccata commiſſionis, negligentiam vero reprimendi illos, & ipſam non repreſſionem eſſe peccatum omiſſionis, eandemque eſſe vtriuſque peccati malitiam. De hoc vide dicta ad calcem ſectionis. 2. 34 *Quæſtio.*

Ex dictis patet intelligentia D. Thomę ar. 3. & 4. dicentis, in ſenſualitate poſſe eſſe veniale, & non mortale, recte enim explicat Conr. ar. 4. vt per ſe loquendo in appetitu ſenſitiuo ſine conſenſu formali voluntatis poſſit eſſe veniale, & non mortale, quam expoſitionem male impugnant Caietanus ar. 4. & quidam alij recentiores, motus membrorum poſſunt eſſe peccata mortalia ſine conſenſu formali voluntatis, vt in muliere permittente ſe agnoſci: ergo & motus appetitus ſenſitiui, ſed negatur conſequentia, quia permiſſio violationis eſt valde noxia in ordine ad educationem prolis, &c. ideo eſt prohibita ſub mortali, licet ex graui cauſa ſit licita, at permittere motus appetitus ſenſitiui ſecluſo periculo cõſenſus formalis, nullam habet grauitatem. Hinc ſoluitur argumentum Caiet. ar. 4. quia eiuſdem rationis eſt mouere, & non mouere, quando oportet: ſed mouere appetitum eſt mortale: ergo & non reprimere. Reſpon. maiorem eſſe interdum obligationem non mouendi ad vnum, quam mouendi ad aliud, ſic maior eſt obligatio non excitandi os motus, quam reprimendi. Secunda expoſitio eſt, vt nomine ſenſualitatis intelligat D Tho. appetitum ſenſitiuum, vt antecedit plenam deliberationem, in quo ſtatu eſt incapax peccati mortalis, ita exponit Medina, cum Dur. 2. d. 24. q. 5. ſed non eſſe ad mentem D. Thom. recte probat Vaz. diſp. 104. c. 3. at cap. 5. aliã adhibet expoſitionẽ, quæ aliquibus videtur aliena à mẽte D. Th. in qua aliqua dicit eſſe falſa, ſcilicet malitiam formalem eſſe in actibus externis, & non in actibus elicitis voluntatis, & contra 35 *Corol.*

contra D. Thom. ſupponit, gratiam nō diſtingui realiter à charitate & eſſe ſubiectiue in voluntate. Vnde male etiam impugnat Rich. 2. d. 24. art. 4. q. 1. aſſerentem, in appetitu ſenſitiuo non eſſe formaliter malitiam mortalem aut venialem, ſed in ſola voluntate, quod veriſſimum & cōmune eſt: de quibus ſatis.

SECTIO. IIII.

An conſenſus formalis in delectationem de opere mortali, ſine conſenſu in ipſum opus ſit p. m. per ſe loquendo.

36 Supponimus primo non eſſe mortale conſentire in delectationē de opere veniali vt de aſpectu faciei pulchræ fœminæ. 2. non eſſe mortale per ſe conſentire in delectationem de ipſa cogitatione rei turpis, quoniam cogitatio de ſe non eſt mortalis, imo eſt bona & ideo eſt in Deo. ¶3. Conſenſum in delectationem congreſſus cum muliere, quæ reuera non eſt propria, eſſe peccatū aliquod, quia ipſa delectatio eſt mala, cum non ſit de obiecto bono, ſed malo. Dices obiectum illud eſt congreſſus cum fœmina abſtrahendo à bono vel malo congreſſu, ſeu à matrimoniali & nō matrimoniali: nō enim delectatur homo de congreſſu cum illa fœmina, vt eſt aliena, vel non propia. Contra quia licet non delectetur homo de obiecto, vt eſt malum, tamē delectatur de obiecto, quod reuera eſt malum, & ſub ratione fundante malitiam, & licet eſſet indifferens, tamen actus eſſet malus quia otioſus. Dices rurſum. Delectari de bono opere cogitato ſine voluntate exequendi illud, nō eſt meritorium: ergo nec delectari de malo opere ſine propoſito illud exequendi eſt malum & demeritorium. Poſſet negari antecedens: ſed D. Thom. de verit. q. 15. a. 4. ad. 13. illo conceſſo negat conſequentiam, quia bonum ex integra cauſa, malum ex particulari defectu ſecundum Dion. ca. 4. diui. nom. Quidquid dicatur de merito, credo delectationem de bono opere, etiam ſine propoſito vllo illud faciendi eſſe bonam, quia non eſt mala, & nullus actus humanus eſt indifferens in indiuiduo. His ſuppoſitis ſolū eſt quæſtio, vtrum cōſenſus in delectationē de opere mortali ſit peccatum mortale.

37 *1. Opinio.* 1. Opinio, & cōmunis fere omniū eſt affirmatiua, quā tñ ſatis durā appellat *D.* Th. opuſcul. 64. de puritate cōſcientiæ, c. de mora. qui etiā, c. de cogitationib. aliquantulū fauet oppoſitæ ſententiæ dicēs, nō eſſe neceſſarium in cōfeſſione exprimere cogitationes turpes, niſi qñ habitæ ſunt cū periculo conſentiendi in opus: ergo tenet, cōſēſū, vel piculū cōſentiēdi in delectationē nō eſſe peccatum mortale, ſaltē certū: nam ſi certū eſt eſſe peccatū m. obligatio erit exprimēdi illud in cōfeſſione. Deinde D. Th. hic, a. 8. & de verit. q. 15. a. 4. refert opinionē antiquorū quorūdā qui dixerūt cōſēſū in delectationē operis mortalis nō eſſe per ſe peccatū m. & eam nō appellat improbabilē. Imo illā ex parte amplectitur. Rich. 2. d. 24. a. 4. licet enim q. 1. dicat, cōſenſum in delectationē operis mortalis, eſſe peccatū m. tñ q. 4. in corp. & ad primū. 2. loco poſitū ait, cōſenſum formalē in talē delectationē ſolū eſſe p. m. qñ volūtas in cōplacētia illius delectationis tandiu moratur, vt per illā moroſitatē æqualiter deordinetur anima, ac ſi ſtatim volūtas expſſe cōſenſiſſet in opus, quia tāta negligētia tunc æquiualet expreſſo conſenſui in opus, vnde eſt cōſēſus virtualis in illud. Et abſolute cōſenſum in delectationē nō eſſe per ſe p. m. docuere nonnulli, vt refert Corduba lib. 1. q. 23. dub. 11. §. igitur, vbi putat eſſe ſententiā Aug. quam non ſolū cēſet probabilē, ſed etiā in eam manifeſte inclinat: nā poſtquā quæſiuit, an cōſēſus in delectationē operis mortalis ſit p. m. ſine cōſēſu in opꝰ, opinionē affirmātē ait, eſſe tutiorē & cōmuniter teneri a DD. & videri loqui de ijs, quæ vt plurimū cōtingūt, quia ſcilicet, ſæpe in talibus delectationibꝰ deliberatis interuenit cōſenſus, vel periculū conſentiēdi in opus, ideo generaliter doceri putat ibi, eſſe p. m. opinionem autem negantem ait velle aliter contingere poſſe, quia ſcilicet talis conſenſus, non eſt de ſe, & ſemper mortalis, ſed quando adeſt conſenſus in opus vel imminet probabiliter periculum peccati mortalis, & ita ait, forte conciliari opiniones.

Secundam opinionem tribuit Martino de Magiſtris tract. de temper. q. 3. de luxuria ad 17. Multi etiam, vt Caiet. 2. 2. q. 154. ar. 4. dub. 2. eandem opinionem Martino tribuunt. Sed Azor to. 1. lib. 4. c. 6. q. 1 ait Martin. ibi docere, delectationem moroſam eſſe peccatum: non tamen eſſe facile condemnandum, qui cogitatione mala delectatur. Et Vazquez diſput. 109. cap. 2. & Zumel ar. 8. diſput. 3. dicunt, Martinum non ita aperte docuiſſe: ſolum enim dixit, delectationem ortam ex memoria tactuum, & oſculorum libidinoſorum non eſſe mortalē: quod non eſt mirum, cum teneat, tactus, & oſcula libidinoſa non eſſe peccata mortalia, de delectatione autem orta ex fornicatione cogitata forte aliter doceret. Sed exiſtimo de hac idem ſentire, tum quia indiſtincte loquitur de delectatione orta ex cogitatione venereorum, tum quia probat, oſcula, & tactus libidinoſos non eſſe peccata mortalia, quia non ſunt prohibita per ſe, nec ratione delectationis venereæ, quæ nullibi eſt prohibita per ſe: ergo niſi ordinētur ad opus vel afferant eius periculū, nō ſunt p. m. & eodē tract. q. de pollut. poſt probationes. 4. concluſionis 38

Digitized by Google

cluſionis ait, non eſſe facile condemnandos, qui delectantur moroſa cogitatione turpiũ, etiam cum intentione habendi pollutionem in ſomnijs, modo non conſentiant in fornicationem. Subiungit tamen, id ſe relinquere ſtudioſis examinandum, & eadem quæſtione ait, forte non eſſe mortale, velle cogitare de aliqua muliere intentione recipiendi delectationem de ipſa, imo neque intentione patiẽdi pollutionem: in ſomnijs fertur etiã Victoriã dixiſſe, opinionem illam eſſe probabilẽ, ex antiquis aliqui illam docuerunt, vt cõſtat apud D. Thom. ſupra. Bonau. Alex & alios citandos & illis temporibus fuiſſe probabilem opinionẽ, liquet ex modo, quo illã reijciunt Doctores præſertim Bonauent. 2. d. 24. artic. 2. quæſt. 2. vbi poſt medium ait, oppoſitũ illius non eſſe certum. Et Medina hac quæſt. 74. ar. 6. docum. 5. ait, quidam exiſtimant, non eſſe indubitatum, nec ſufficienter probari conſenſum in delectationem eſſe peccatum mortale, imo ex Iacobi. 1. *concupiſcentia cum conceperit, &c.* videtur oppoſitum ſequi, nam ibi dicitur *peccatũ, cum conſummatum fuerit &c.* Vnde videtur, prius quã conſummetur, nõ eſſe peccatum: clarum autem eſt, peccatum non conſummari, niſi opere, vel cõſenſu in opus: ergo antea non erat mortale, & Auguſt. videtur reponere conſenſum in delectationem inter peccata venialia. 12. Trini. capit. 12. quia dicit oportere pro illo veniam petere, pectus tundere, & dicere dimitte nobis debita noſtra, quæ ſunt remedia peccatorum venialium: ergo &c. item Auguſt. ibi dicit conſenſum in delectationem pertinere ad rationẽ inferiorem, ſi autem eſſet peccatum mortale pertineret ad rationẽ ſuperiorem: ergo & ſane, ſi delectatio de ſe eſſet mortalis teneretur homo ſemper eam reprimere, neq. excuſaretur ob officium, vel opus honeſtum &c. hæc Medina qui addit Adrianum quæſt. 4. de Eucharistia, ſeu potius. 5. quæ incipit, quia dictũ eſt, ponere quinque argumenta ad probandum, conſenſum in delectationem non eſſe de ſe mortalem, ſed tandem tenere eſſe. m. Adrian. tamen ſatis ibi ſe explicat dicens, conſentire in delectationem appetitus ſenſitiui, vt in medium ad habendam liberam complacentiam in opere prohibito, eſſe peccatum mortale, quia talis complacentia libera eſt mortalis, ſed conſentire in delectationem huiuſmodi ſiſtendo in ea, non poſſe contingere ſine mortali ob periculum conſentiendi in opus vel habendi de eo liberam complacentiam: conſentire autem in talem delectationem, vt in materiam exercendæ virtutis & merendi reſiſtendo illi, non eſſe per ſe peccatum mortale, ſed quid honeſtum, niſi ex circunſtantijs vitietur. Vult ergo conſenſum in delectationem mali operis ſecluſo periculo, & alijs circunſtantijs non eſſe peccatum mortale, & interdum eſſe bonum, quod clarius docet eadẽ quæſt. 5. per hæc dico. Verſic. ad rationes, quæ probant, &c.

Pro ſententia: ergo aſſerente, conſenſum in delectationem operis mortalis non eſſe de 39
ſe mortalem, ommiſſis nonnullis argumentis Adriani, & Cordubæ. Arguitur. 1. quia actus interior non prohibetur, ſaltim grauiter, *1. Argum. pro prima opinione.*
niſi, vt cauſa exterioris, ſed ille conſenſus ſecluſo periculo conſentiendi in opus non eſt cauſa operis: ergo non eſt prohibitus ſub mortali. ¶2. Nihil eſt grauiter prohibitum lege naturali, niſi, quia grauiter lædit bonum operãtis, vel Dei, vel proximi, ſed talis conſenſus, non ita lædit: ergo. ¶3. Alias qui vellet fornicari. 4. peccata committeret, primum conſenſus in concupiſcentiam appetitus ſenſitiuĩ. Secũdum conſenſus in delectationem eiuſdẽ appetitus. Tertium conſenſus in delectationem voluntatis. Quartum in fornicationem: conſequens autem videtur abſurdũ ergo. ¶4. Non tenemur ſub mortali repellere delectationẽ (vt ſupra) ergo neq. abſtinere à cõſenſu in illã quia procurare delectationem, & non impedire illam parum videtur in malitia diſtare. ¶5. Si cõſenſus in delectationem rei venereæ, cogitatæ eſſe de ſe eſt. m. idem erit de delectatione cuiuſcunque operis mortalis cogitati, ſiue ſit prohibitum iure naturali, ſiue poſitiuo diuino, vel humano: conſequens eſt durũ, & contra multos: ergo. ¶6. gaudere de præterita delectatione, vt fuit materia virtutis & meriti, non eſt peccatum: ergo neque illam deſiderare & procurarẽ, par enim ratio eſt. ¶7 Conſentire in triſtitiam de rebus præceptis, quia ex ſe ſunt noxiæ in ordine ad ſalutẽ, honores, diuitias &c. non eſt mortale: ergo nec delectari de rebus prohibitis, non quia ſunt prohibitę, ſed quia conducunt ad ſalutẽ, honores &c. eadem enim ratio eſt. ¶8. Quia conſentire in has delectationes contra nullũ præceptum videtur, ſaltem grauiter obligans. ¶9. Quia Auguſt, cui maxime aduerſarij nitũtur, videtur huius ſententię: nam. 12. Trin. c. 12 ait, conſenſum in opus pertinere ad rationẽ ſuperiorem; conſenſum vero in delectationẽ ad rationem inferiorem: quod docuiſſe videtur, quia conſenſus in delectationem eſt modicum peccatum, ideo pertinet ad inferius tribunal: quod magis explicat, dicens, cõſenſum in delectationem longe minus eſſe peccatum, quam ſi opere ſtatuatur implendum, & ideo de talibus cogitationibus veniam eſſe petendam ac pectus percutiendum, atque dicendũ, dimitte nobis debita noſtra, quibus verbis ſignificat, eiuſmodi conſenſum eſſe peccatũ veniale. Nec valet, quod dicunt D. Th. ar. 8 ad 6.

Margin notes: *2. Argum.* (beside ¶2), *3. Argum.* (beside ¶3), 4, 5, 6, 7, 8, 9 (beside ¶4–¶9).

& alij etiam pro mortali orationem dominicam eſſe dicendam,pectus que percutiẽdum: nam ſi Auguſt. vellet talem conſenſum eſſe mort. nõ poneret,vt ſufficiens remedium ad eius remiſſionem directe orationem dominicam &c.nec conſtitueret diſcrimen inter cõſenſum in opus,& in delectationem , ſed pro vtroque poneret eadem remedia : indicat ergo conſenſum in delectationem eſſe tantum peccatum veniale,vt ſerm. 44. de verbis domini ſecundum Ioan. dicens,primo eſt quaſi titillatio delectationis in corde.Secundo cõſenſio . Tertio factum . Quarto conſuetudo: ſunt enim qui res illicitas obuias cogitationibus ſuis prorſus ita abijciunt,vt nec delectentur:ſunt qui delectantur, & non conſentiunt non dum perfecta mors eſt,ſed quodãmodo inchoata:delectationi conſenſus accedit,iam eſt illa damnatio &c.vbi plane loquitur de conſenſu in delectationem, nam poſt cõſenſũ ponit factũ ergo ſentit ante cõſenſũ nõ eſſe perfectã damnationem , & 1.de ſerm. domini in monte cap. 23.conſiderandum eſt, inquit,quod non omnis qui concupierit , ſed omnis,qui viderit ad cõcupiſcẽdũ idest , hoc fine & animo attenderit, vt eam concupiſcat quod iam nõ eſt titillari delectatione,ſed plane conſentire libidini ita vt non refrænetur illicitus appetitus,ſed ſi facultas data fuerit, facietur,nam tribus impletur peccatum, ſuggeſtione,delectatione & cõſenſu,& infra appellat magnum peccatum,& plenum delectationi conſentire, ſcilicet conſenſu in opus vſque ad quem nullum graue peccatum agnoſcit:loqui vero de conſenſu in opus,patet, ex illis verbis,ſi facultas data fuerit, facietur, & quia poſt conſenſum nullum gradum peccati ponit,niſi opus , vnde primo de nuptijs c.23.concupiſcentia non eſt peccatũ , ſcilicet mortale,quando ad illicita opera nõ conſentitur atque vt ea perpetrentur,à regina mẽte membra non dantur,vt ſi non fit,quod ſcriptum eſt,non concupiſces;fiat ſaltem quod alibi legitur,poſt concupiſcentias tuas non eas eccleſiaſt.18,Vnde Paul.Rom. 6. non ait,non ſit,ſed *non regnet peccatum in veſtro mortali corpore ad obediendum deſiderijs eius &c.* quod teſtimonium Aug.adducit Corduba ſupra Fauent duo loca Gregorij citata ſect. 3.quibus docet, delectationem abſque conſenſu, ſcilicet, in opus,non eſſe peccatum mortale,loqui enim de conſenſu in opus,patet legenti.Eadem videtur ſententia Hieronymi in id,Math.5.qui viderit &c.nam inter titillationem,quam cẽſet eſſe tantum peccatũ veniale & opus,nullũ ponit actum,qui ſit peccatum mortale, niſi affectum cordis de quo Pſal.72.tranſierunt in affectum cordis,cui inquit,non voluntas peccandi deeſt,ſed occaſio:ergo loquitur de affectu operis , & eodem loco videtur dictum Chriſti explicare de concupiſcentia efficaci voluntatis dicens,quoties concupiſcimus, toties fornicamur,quia ſcilicet voluntas pro facto reputatur:quod verum non eſt de delectatione,nam ſecundum omnes longe maius peccatum eſt fornicari,quam de fornicatione cogitata delectari,& in regula Monachorũ c.de caſtitate in fine,cogitationes,& delectationes ſolum hortatur caueri ratione periculi conſentiendi in opus . Propter primum teſtimonium hanc ſententiam tribuit Hieronymo Corduba,idẽ tribuit Lyræ ſuper eundẽ locum Mathei dicenti:aſpectus peccatum nõdum eſt ex eo fit in appetitũ concupiſcentia, quæ nullum adhuc peccatũ eſt, ſi autem illa concupiſcentia tenetur per delectationem moroſam abſque conſenſu (ſcilicet in opus) Ven.eſt,ſed ſi conſenſus fuerit eſt m. . Hieronimum & Lyram,ſequitur Ianſenius cap.40. concord.

10.Pro eadem ſententia eſt,quia non ſunt 41
multiplicanda peccata ſine magnis fundamẽtis,vt in hac materia multiplicatur teſte Maiori:ſed oppoſita ſententia nulla habet magna fundamenta , vt patebit ex ſolutionibus: ergo.Minor probatur nam aduerſarij primo pro ſe adducunt Chryſoſtomum ho. 17. in Math.Vbi explicans id cap.5.qui viderit mulierem &c.diſtinguit concupiſcere ad adulterandum & videre ad concupiſcendum , quæ duo non poſſunt diſtingui niſi primum pertineat ad cõſenſum operis. Secundum vero ad cõſenſũ delectationis: ergo vterque eſt mortalis §2.Hilariũ can.4. in Matheum vbi eundem locum explicans,ait, iam in euangelio adulterio motus tantũ oculi incidentis æquatur & cum fornicationis opere punitur illecebroſa vitijs tranſcurrẽtis affecti. §3.Iſid.2.de ſummo bono cap.39.vbi ait,nõ ſolum de cõmiſſa fornicatione peccatum regnat in homine,ſed ſi adhuc delectet , atque animum teneat refertur cap.non ſolum. 32. quæſt. 7. §4. Gloſſam in id.Iob pepigi fœdus quod explicat de conſenſu in fornicationẽ &c.§5.Greg. 21.moral.cap.3. vbi eundem locum tractans dicit,aliud eſſe,quod animus,patitur de tẽtatione carnis:aliud vero cum per conſenſum delectationis obligatur & addit, mentem nequaquam cogitatio immunda inquinat,cum pulſat,ſed cum hanc ſibi per delectationem ſubiugat. Quæ verba habet etiam Bernar. de interiori domo cap.40.Fauet etiam capit. 15. Propterea Grego.dictum putat a Iob pepigi fœdus cum oculis meis,vt ne cogitarem quidem de virgine,& 1.Cor.10.tentatio vos non apprehendat,niſi humana , videlicet quæ eſt ſine vllo cõſenſu in opus vel in delectationẽ. §6.Adducũt Greg.prima parte Paſtoralis c.11. relatum

10.argu. ex ſolutione argumentorũ aduerſariis.

relatum cap hinc etenim 49.d. § ponderoſus vbi allegorice explicans, qui nam prohibeatur Deo panes offerre, inter alios numerat, qui delectationibus turpibus delectatur, etiã ſi opus non committant. § 7. Aug. 12. Trinit. c. 12. cuius teſtimonium clariſſimũ putat Vazq. & pro ſe afferunt D. Thom. & fere cæteri, vbi Aug. ait, pro conſenſu in delectationẽ damnandum eſſe totũ hominem, niſi per Chriſti gratiam remittatur: ergo putat, eſſe peccatum mortale.

42. Afferuntur etiam rationes: prima D. Tho. D. Antonini & aliorum eſt, quia per affectũ conformari peccato mortali mortale eſt, ſed conſentire in delectationem peccati mortalis eſt per affectum conformari peccato mortali: ergo eſt mortale. 2 Quorundam eſt, quia delectatio eſt conſummatio operis, vt ait, D. Thom. q. 23. art. 3. quia ratione q. 24. art. 1. ait, malam eſſe, quæ eſt de opere malo; bonam, quæ de bono: ergo quæ eſt de mortali, erit mortalis. 3 Vazq. ſi virgo aliqua coacta violaretur, & abſque efficaci volontate actus in eo delectaretur interius, peccaret mortaliter: ergo eodem modo ſi poſtea ex memoria illius caperet delectationem. Confirmat, quia ſi quis delectaretur de fornicatione præterita, abſque dubio in omni ſententiã peccaret mortaliter, & colligitur ex illo lætantur cum male fecerint &c. ergo ſimiliter ſi delectatur de actu turpi apprehẽſo. Quarta eiuſdem eſt, quia delectatio venerea eſt contra caſtitatem & prohibita ſub mortali extra coniugium: ergo licet bonum habeat obiectum eſt peccatũ mortale. 5. Aliorum eſt quia delectatio eſt quies in bono amato, vt ait D. Tho. q. 34. art. 1. ergo niſi ametur fornicatio, non delectabit appetitum, amor autem fornicationis eſt peccatum mortale: ergo delectatio illa non erit ſine peccato mortali. Conf. ex Ariſt. 10. Ethic. cap. 3. 4. & 5. dicente, delectationes differre in bonitate & malitia ſecundum operationes: ergo quæ eſt de operatione mortali, erit mortalis. Confirm. 2. quia valde inordinatum videtur, vt notat D. Thom. de verit. quæſt. 15. artic. 4. vt voluntas velit appetitum amare fornicationem, & in illa requieſcere: ergo conſenſus voluntatis in delectationem de fornicatione eſt peccatum mortale.

43 Sed ad primum teſtimonium reſponderi poſſet, Chryſoſt. diſtinguere voluiſſe videre ad concupiſcendum & concupiſcere ad adulterandum: vt 1. ſit videre mulierem, vt ſi placuerit, concupiſcatur; concupiſcere vero ad adulterandum eſt habere iam propoſitum efficax habendi rem cum illa. Ad ſecundum teſtimonium dici poſſet, Hilarium non loqui de delectatione: nã illa non eſt æqualis adulterio, præſertim in opinione Vazq. Azor, Sayri, & Leſſij putantium, non contrahere malitiam iniuſtitiæ: quæ tamen eſt in adulterio.

Ad tertium teſtimonium dici poſſet, Iſidorum ſolum velle quod peccatum regnat cum delectat: quia in delectatione volũtaria per ſe eſt peccatum. v. & cõmuniter etiam. m. ratione conſenſus, vel periculi conſenſus in opus, vel delectare ibi idem eſt quod velle efficaciter, vt cum dicit placet, vel delectat legere. Ad quartum teſtimonium Reſpondetur gloſ. ordina. nihil de delectatione dicere: interlinealem vero dum intelligit Iob de conſenſu in delectationem non dicit, eſſe mortalem de ſe & ſecluſo periculo conſentiendi in opus. Ad quintum teſtimonium dici poſſet. Gregor. ſolum velle cogitationem medijs delectationibus apprehenſis, vel exercitis animam ſubijcere peccato mortali, vel veniali; licet conſenſus in delectationẽ non ſit de ſe peccatum mort. Eodem modo explicari poſſunt Hugo. 1. animæ capit. 5 & lib. 3. cap. 16. & 23. Caſſian. 6. de inſtit. capit. 13. & 19 Bernar. de interiori dom. capit. 15. & 40. Vnde Zumel fatetur, aliquos ſanctos ſolum damnare has delectationes, vt m. ob conſenſum, vel periculum conſenſus in opus, de quo videtur intelligi id Math. 5. *qui viderit ad concupiſcendum*. Nam Iudæi, contra quos agebat, arbitrabantur conſenſum in opus non eſſe pecatum, vt ex Ioſeph. 12. antiquit. capit. 13. probat Abulen. Math. 5 quæſt. 176. Saluier. tom. 5. tracta. 38. Ad ſextum teſtimonium reſpon. venialia etiam impedire à panum oblatione: peccat enim, & aliquo fructu ſacramẽti priuatur, qui cũ cogitationib⁹, vel delectationibus venialibus cõmunicat. Vel vult Greg. delectationẽ de cogitatione, vel de re cogitata ſæpe eſſe mortalẽ ratione periculi. Ad ſeptimum teſtimonium reſpondent Cordub. & Adrian. loqui de damnatione ad pœnam purgatorij: ad quam propter conſenſum in delectationem damnatur totus homo ſecundum Auguſtinum, id eſt ratio ſuperior & inferior.

Ad 1. rat. dici poſſet, maiorem eſſe veram de affectu efficaci; non de inefficaci, qualis eſt delectatio; alias conſenſus in delectationem de quocunque mort. etiam contrario ſoli iuri poſitiuo, eſſet mort. quod negant multi ipſi a, ideo ratio illa à Vazq. reijcitur.

Ad 2. rat. dici poſſet delectationem, quæ ſumitur de opere exercito, eſſe eius conſummationem non vero, quæ eſt de opere ſolum apprehenſo: & hanc non eſſe mort. niſi ratione periculi conſenſus in opus.

Ad 3. rationem forte quis diceret, illã virginem, ſi debite reſiſtat, & careat abſoluto & conditionali conſenſu, & periculo conſentiendi in opus, licet delectetur ſimpliciter

inefficaci affectu de opere: non peccare mortal. Ad confirmationem aliquis diceret, delectationem ſimplicem de opere malo præterito, non ob eius malitiam, ſed ob aliquam commoditatem tantum eſſe venial. per ſe loquendo, ſicut in multis prohibitis iure naturæ, & in omnibus prohibitis iure poſitiuo putat Vazq.

Ad quartam rationem diceret aduerſarius delectationem de opere mort. venereo eſſe quidem per ſe contra temperantiam: ſed leuiter ob inefficaciam ipſius in ordine ad op⁹. licet in ordine ad affectum efficacem ſit materia grauis. Vt magna ſumma pecuniæ eſt materia grauis in ordine ad furtum; leuis tamen in ordine ad prodigalitatem.

Ad quintam rationem diceret aduerſarius ad delectationem ſufficere amorem inefficacem ſeu ſimplicis cõplacẽtiæ, & hanc nõ eſſe mortal. ex genere quamuis verſetur circa mortale peccatum. Ad primam confirmationem diceret licet delectationes differant in malitia ſecundum operationem tñ minorem eſſe earum malitiam, & ſic nihil prohibere quominus delectatio de mortali ſit ex ſuo genere venial. Ad ſecundam auté confirmationem id enim eſſe valde inordinatum cum delectatio, & amor ſimplicis complacẽtiæ ſint actus inefficaces.

44. Sed vt a 10. argumento ſecundæ opinionis ordiamur cætera. 9. in ſequentib. ſectio. ſoluturi ſane ſecunda ſententia teſtimonijs, & rationibus primæ opinionis à nobis tenendæ non plane ſatis facit. Nam ab ea teſtimonia PP. parum ſincere & ſuauiter; imo etiam cũ magna violentia explicantur. In primo enim teſtimon. ſi Chryſoſtom. vellet videre ad concupiſcendum eſſe videre mulierem vt ſi placuerit appetatur iam id erit concupiſcere illam ad adulterandam ſub conditione quod placeat, & ſic Chryſoſt. non recte diſtinguere illa duo membra. In ſecundo vero teſtimonio plane Hilarius per illecebroſam affectionem intelligere videtur delectationem moroſam, quæ æqualis eſt adulterio non ſimpliciter, ſed proportionaliter, quia contrahit ſpeciem malitiæ ex omni malitia adulterij licet non in eadẽ ſpecie vel gradu, quo actus interior efficax, qui in hoc maximè ab actu inefficaci & delectatione diſtinguitur, quod omnino obiecto adæquetur illiq. ſimpliciter commenſuretur in malitia vel bonitate. In tertio teſtimonio cum Iſidorus ait peccatum regnare cum delectat, plane ſignificat, delectationem proprie ſumptam ex genere ſuo eſſe peccatum mortale, quia peccatum ratione delectationis venialis non dicitur proprie regnare in homine. In quarto teſtimon. cum gloſ. interlin. exponat Iob de delectatione, abſque dubio ſignificat conſenſum in illam eſſe peccatum mort. hoc enim timens Iob ſubiunxit: *Quam enim partem haberet in me Deus deſuper &c.* Vrget etiam quod in quinto teſtimonio ait Gregor. animam per conſenſum delectationis obligari & per delectationem inquinari: nam peccatum veniale ſecundum quid tantum obligat & inquinat animam. Quomodo etiam intelligitur Bernard. de inter. dom. cap. 15. & 40. In 6. teſtimonio plane Greg. vult, delectationes turpes eſſe peccata mortalia cum ſolum ſit prohibitum ſumere Euchariſtiam habentibus conſcientiam peccati mortalis, vt conſtat ex tractatu de ſacramento Euchariſtię vbi manifeſte oſtenditur peccatum veniale non impedire dignam ſimpliciter Euchariſtiæ receptionem. In 7. teſtimonio cũ Aug. ſimpliciter dicat damnari totum hominem propter conſenſum in delectatione ſatis indicat illum ex ſe eſſe mortalem: nam propter veniale non damnatur ſimpliciter homo. Chriſtus etiam cum ait, *qui viderit mulierem ad concupiſcendum &c.* Aperte ſignificat quemcunque motum concupiſcentiæ erga adulterium ſi fiat cum plena deliberatione ſaltem formali, eſſe quoddam adulterium ac proinde peccatum mortale, quemadmodum ipſum adulteriũ, a quo ſaltem ſpecificatur aliquo modo interior ille actus, & deliberata delectatio.

Et licet 1. 2. 4. & quinta ratio non multum vrgeant: tamen ſatisfaciunt & 3. cum ſua cõfir. valde premit quia non tuto concederetur delectationem formaliter & plene deliberatam de opere mortali præſenti vel præterito non eſſe per ſe peccatum mortale: vnde in illo caſu de virgine renitente &c. talem delectationem eſſe peccatum mortale docet Graff. lib. 2. cap. 78. num. 1.

Retinenda eſt igitur tamquam certa prima ſententia aſſerens, conſenſum in delectatione de opere mortali ex genere ſuo eſſe p. m. quá non ſolũ amplectimur propter argumenta iam poſita & alia multa efficaciſſima, 45
quæ partim ſubijciemus & partim legi poſſunt in doctoribus adducendis, ſed etiá quia cõmunis eſt omniũ Doctorũ D. Tho. q. 74. ar. 6. in fine & art. 8. in corp. & de veritate q. 15. ar. 4. & opuſc. 64. de puritate cõſciẽtiæ cap. de mora. & diſt. 39. q. 1. ar. 2. ad primum & in id Matth. 5. qui viderit mulierem. Magiſt. 2. diſtinct. 24. vbi Albertus artic. 12. & 13. Durandus prop. 7. Durandus quæſtione ſexta, numero quinto. Carthuſian. quæſtione ſexta. Scotus diſtinct. 42. §. ſequitur. 2. Bonauent. diſtinct. 24. part. 2. artic. 2. quæſt. 2. & dub. 4. litt. numer. 50. & locis citatis ſect. 1. Richard. artic. 4. quæſt. 4. in corpore, & ad 2.

Carth.

Carth. quæſtione. 6. colum. 9. Ægid. parte. 2. diſtinctionis quæſt. 2. art. 2. Durand. quæſt. 6. Gab. quæſtione. vnica in fine. Friburgus lib. 3. ſummæ tit. 34. quæſt. 271. Gerſon Alph. 29. lit. 1. ſub titulo, quando luxuria ſit peccatum mortale & alphab. 38. littera. D. tribuitur Adriano q. 4. vel. 5. de Euch. ſed ſuperius retuli, quid ille ſentiat. Hanc vero opinionem tenet Mathias Eliſius. 2. d. 42. c. 3. & . 4. Abulen. Math. 5. quæſt. 197. Gab. 4. d. 15. quæſt. 13. art. 3. dub. 3. Altiſiodo. lib. 2. tract. 28. c. 4. q. 2. Alenſ. 2. p. q. 108. alias. 125. memb. 11. & q. 116. alias. 135. memb. 2. Caiet. Conrad. Medi. & alij hic art. 6. & . 8. vbi Zumel diſp. 3. Vaz. diſp. 109. c. 3. Tabien. Roſel. Tolet. Vega, Emau, Lopez, Ioan. Bap. Corrad. Cunerus, Rich. de S Vict. Pala. Maior Taran. Angeſt. Sot. Graſſis Azor. Leſſius, Herr. Medicis locis citatis ſectione præced. Petr. de Soto lect. 9. dē peccatis Ant. cū Præpoſitino. 2 p. tit 5. c. 1. §. 6. Medin. de reſtit. q. 22. §. demus iam, Sa Verbo luxuria numero. 13. & verbo peccatum nu. 1. Salmeron ſupra, Carth. in id Math. 5. qui viderit mulierem, & . 3. ſummæ Theologicæ, ar. 210. Henr. quodl. 6. q. 32. Caie. to. 1. op. 14. q. 1. & . 2. & . 2. 2. q. 154. a. 4. & in ſum. verbo delectatio, vbi Armill. num. 2. Syl. q. 2. partic. 4. Angelus cogitatio nu. 2. Viguer. c. 3. §. 5. verſ. 4. Sotus d. 12. q. 1. a. 7. concl. 1: Ledeſ. 1. p. 4. q. 21. a. 7. con. 9. Nauar. c. 11. nū. 9. & c. 16. nu. 9. Med. 1. ſum. ca. 17. Alcocer cap. 5. conc. 12. & . c. 6. doct 4. & . ca. 20. Vincen. in ſpeculo lib. 3. p. 2. . diſt. 3. a. 8. Aliqui hanc ſententiam certā putant, vt Valen. diſp. 6. q. 4. pun. 3. verſ. 3. & Petrus de Soto ſupra, & Zumel illa diſp. 3. vbi ait, oppoſitum non ſolū non eſſe probabile, ſed neque ferēdum, cum ſit contra communem ſenſum DD. & periculoſa incommoda afferat, dat enim occaſionē lebidini. Fundamentū eſſe poteſt, quia ſicut fornicatio generaliter eſt prohibita ſub mortali iure naturali eo quod perſe loquendo infert prauam educationē prolis, ita iure naturali videtur generaliter prohibitus ſub mortali cōſenſus in delectationem, maxime ſiſtendo in ipſa, tum quia perſe loquendo affert periculum conſenſus in opus, vt notat D. Th. de verit. q. 15 a. 4. (qui enim affectus eſt ad delectationem de opere apprehenſo, facile eā ordinabit ad delectationem cōiunctā cum opere exercito, & ad ipſum opus) tum quia aduerſatur matrimonio: multi enim delectationibus cogitationum contenti, de matrimonio non curarent, ſi conſenſus in tales delectationes eſſet licitus, vel tantū venialis. Qua etiam ratione cōſenſus formalis in pollutionem eſt peccatū mortale. Accedit quod quidam affectus inefficaces videntur de ſe peccata mortalia, quando fiunt cum formali conſenſu, vt lætari de malo proximi & triſtari de bono illius; lætari de peccatis, vt ſunt cōtra legem & offenſæ Dei &c. ergo idē pōt affirmari de delectatione venerea: licet in ſe ſit affectus inefficax. Fauent etiam rationes adductæ pro comuni ſentētia, quarum aliquibus nō plene ſatisfactum videtur. Ad ea vero, quæ pro contraria ſententia adducta ſunt, ex ſequentibus patebit, vnū tñ hic aduerte, multos ſentire eodem præcepto, quo prohibetur fornicatio, prohiberi propoſitum & delectationem de fornicatione & ſic in ſimilibus. Nauar. c. 16. nu. 2. afferens loca aliqua D. Tho. quibus adde de veri. q. 15. a. 4. ad. 9. alij vero putant delectationem de fornicatione, imo & de actu venereo honeſto apprehenſo eſſe prohibitā ſpeciali præcepto & ideo viduas peccare mortaliter, ſi delectētur de actibus honeſte exercitis cum maritis, de quo poſtea.

SECTIO. V.

Utrum conſentire formaliter in delectationē de quocunq. opere. m. ſit mortale, an vero tradita doctrina reſtringenda ſit ad ſolam delectationem veneream aut ſimiles alias.

COmunis ſententia eſt traditā doctrinā locum habere etiā in homicidio, furto & alijs peccatis, tenēt quidā recentiores, videtur D. Th. hic ar. 8. nā licet in corpore ſolū loquatur de delectatione venerea: eius tñ ratio militat in quacunq. delectatione de opere mortali, ſcilicet, quia cōformari per affectū mortali mortale eſt, vnde ad. 5. ait, delectationē de homicidio eſſe mortalē & . 2. d 39. q. 1. a. 2. ad. 1. & op. 64. & de virt. q. 15. a. 4. in fine corporis & ad. 4. ait, doctrinā traditā habere locū in homicidio & alijs peccatis, & eodē a. 4. ad. 9. ait eodē pręcepto quo prohibetur homicidiū cōſequēter prohiberi delectationē de homicidio cogitato, & Ant. 2. p. tit. 5. c. 1. §. 5. idē ait in homicidio, furto & alijs & Syluester verbo delectatio initio & nu. 2. vbi Caie. §. Rurſum ex parte Armilla nu. 2. & verbo cogitatio nu. 4. Petrus de Soto, lect. 9. de peccatis, Toletus lib. 5. c. 14. Alcocer c. 6 2. Lopez prima parte cap. 2. & . ca. 75. § adde Graſſis. 2. p. capit. 78. nu. 6. Valentia diſput. 6. q. 4. puncto. 4. ad finem Nauar. cap. 11. numero 9. & . 11. & capit. 16. num. 2. Viguerius capit. 3 §. 5. ver. 5. Durand. Rich. Gerſon & alij citati ſectione præcedenti, Bonauent. 2. d. 24. p. 2 dub. 4. litt. num. 53. Scotus d. 42. q. 1. §. ſequitur, ſecundum, Caiet. q. 74. a. 8. Conrad. ibi. Zumel ibi. diſput. 3. Sa verbo peccatum numero primo. Angelus cogitatio numero. 2. Adrian. quæſtio. 4. vel. 5 de euchariſtia quæ incipit, quia dictum eſt, Mathias Eliſius. 3. d. 42. cap. 3. 46 *Communis ſentent.*

hi enim generaliter docent,cõſenſum in de-
lectationem de mortali eſſe.m.Med. Codice
de reſtitutione quæſt.21.§.mihi tamen, qui lo
quitur de malo,ſiue ex obiecto,ſiue ex circũ-
ſtantijs,ſiue ſit prohibitum iure naturali ſiue
poſitiuo, quod etiam tenet Valentia ſupra.
Notant tamen aliqui aliquam peculiarẽ tur-
pitudinem eſſe in delectatione moroſa luxu-
riæ quæ non eſt in alijs,videlicet, quia illam
comitatur commotio ſeminis & ſpirituum
vitalium ſubſeruientium generationi, vnde
eſt veluti inchoata executio pollutionis,
vel coitus. Item in luxuria ſæpe delectatio
nem,quæ non eſt mortalis,exiſtimari morta-
lem,in alijs vero peccatis nõ exiſtimari mor
talem,quę mortalis eſt,quia communiter ho
mines nõ ſuſpicantur delectationis culpam,
niſi in materia luxurię,in qua eſt frequentior
vt ait,Caiet.q.74.a.8 ad.5.& Bonau.illo nu.53.
Deinde in varijs vitijs exempla ponunt cum
delectari cogitando tuum inimicũ quaſi cõ-
tumelijs à te,vel à tuis famulis,amicis,vel cõ-
ſanguineis affectum.Quando delectaris legẽ
do iniuſta bella vera, vel ficta & delectaris
non ob artificium ſolum,ſed ob mala crude-
liter,vel iniuſte illata alijs:ſic enim Aug. vt
immanẽ crudelitatam vituperat voluptatem
videndi ſpectacula gladiatorum.6.cõfeſs.c.8.
cui atrocitati perſimilis eſt, qua delectantur
illi,quibus agitationes taurorum frigidæ vi-
dentur & inſulſæ,niſi humano ſanguine con-
diantur,de quo vide Ioan.Gutierrez in quæ-
ſtionib.canonicis ca.7. ſimile peccatũ eſt de-
trahentes audire cum gaudio de infamia prò
ximorum,& ſicut delectatio de mortali eſt
mortalis,ita de veniali venialis.Itaq.conſen-
ſus in delectationẽ non ſolum eſt peccatum
mortale in materia luxuriæ,ſed etiam in alijs
operibus,ita tenet etiã Her.2.diſp.33.q.11.

47 *Aliarum ſent.prob.1.* Sunt tamen qui excepiant prohibita iure
poſitiuo Vaz.diſp.110.cum Roſel.verbo luxu
ria.§ 2.quem refert & ſequitur Gabr.4.d.15.q.
13.art.3.dub.3.idem tenet Cordu.li.2.quæſt.30.
dubio. 1. Leſſius. 4.de virtutib.capit.3.dub.15.
& Ledeſ.1.4.q.21.art.7. qui adducit Adrianum
quam exceptionem probat Gab.alias qui vi-
det præsbyterum omittere officium, vel ali-
quem non ieiunare die præcepti, ſi his de-
lectetur,peccabit mortaliter.¶2.Probat Vaz.
2.Prob. quia quis audeat damnare eum peccati m.
qui videns ægrum carnibus veſci in quadra-
geſima,delectetur,ac ſi re vera ipſe illas co-
mederet,aut ſi alium videret arma defferre,
&c in quibus exemplis,& alijs mortale pone
re eſſet ridiculũ,imo periculoſum,quia mul-
3.Prob. tis poſset eſſe ocaſio ruinæ grauis.¶3.Alij pro
bant, quia prohibita ſolo iure poſitiuo non
ſunt mala ſecundum ſe:ergo licebit delecta-
ri de illis apprehenſis,ſecundũ ſe & quaſi nõ
eſſent prohibita, qua ratione Cord.& Ledeſ.
affirmant,licitũ eſſe delectari de opere præte
rito contrario ſoli legi poſitiuæ, quando per
ignorantiam inuincibilem factũ eſt,non tñ ſi
opus eſt prohibitũ iure neturali. ¶4.Probat *4.Prob.*
Ledeſma,quia nullus legiſlator intendit, ſua
lege obligare ſubditos,vt non delectentur de
oppoſito apprehenſo,ſed tantum ab illis exi-
git,vt legem non violent, nec velint violare
nimis enim durum eſſet tales delectationes
in vniuerſum prohibere.

5. Probat Vazq quia delectatio non capit 48
maliciã ex malitia operis externi,circa quod
verſatur,ſed ex contrarietate ad aliquam vir *5.Prob.*
tutem,delectationes autẽ de prohibitis ſolo
iure poſitiuo nulli contrariantur virtuti: er-
go nõ ſunt peccata mortalia. Qua etiam ra-
tione probat d.111. non omnem conſenſum
indelectationẽ operis mort.contrarij iuri na *Idem tenet*
turali eſſe m. pro quo notat malitiam actus *Azor to.1.*
externi deriuari in voluntatem efficacẽ,quia *li.4.c.6 q1.*
eſt eius cauſa;non vero in ſimplicem cõpla-
centiã,vel delectationẽ, quia non eſt cauſa,
vnde ſi ſimplex complacentia.vel delectatio
eſt mala,non ex malitia operis, ſed aliunde
habet ſuã malitiã;licet enim ſecularis ſi ſta-
tuat copulã habere cum vxore, quã vult du-
cere, ſuppoſito,quod eam ducat: non peccat,
ſecus vero ſi delectetur in copula habenda
cum futura vxore:idem de vidua reſpectu ac-
tus præteriti cũ marito,contrà vero delectari
de cõtingentibus in bello iniuſto, vel duello
non eſt mortale:ergò delectatio non ſemper
habet malitiã deriuatã à malitia operis ſicut
voluntas efficax,quod probat.

2.Ex Adriano quæſt.4.ſeu potius.5. de Eu- 49
chariſtia quæ incipit, quia dictum eſt.§. his
præmiſſis vbi ait,illicitum eſſe velle efficaci-
ter pollutionem in ſomnijs; non vero de illa
delectari,vt conducit ad vitandã moleſtiam
tentationis &c.& velle mortẽ alicuius:nõta-
men de ea delectari, quatenus ei, qui in gra-
tia creditur deceſiſſe,abſtulit periculum pec-
cati,& velle furtum non tamen delectari de
illo,vt affert domino rei ocaſionem auaritiæ,
& aliorum peccatorum: ergo malitia operis
non ita deriuatur in delectationẽ ſicut in vo-
luntatem efficacẽ.¶3.Probat,quia ſiquis qua-
cunque ratione velit efficaciter non audire
miſſam,quando tenetur, peccat mortaliter;
ſecus vero ſi diſpliceret ei auditio miſſæ ſim-
plici diſplicẽtia,triſtaretúrq. de auditione ob
laborẽ annexum. Idẽ eſt de diſplicẽtia eorũ,
quæ iure naturali facere quis tenetur, quate-
nus habent annexum laborem, vel aliquod
incommodum, vt ſi diſplicat erogatio pecu-
niæ,quando ex præcepto naturali eroganda
eſt,vel mors,quando pro Chriſto ſubeunda:
ergo aliquando opus externum tribuit ma
litiam

Digitized by Google

litiam efficaci voluntati & non ſimplici affectui complacentiæ, vel diſplicentiæ triſtitiæ vel delectationi.

50 4. Probat quia voluntas efficax eſt mala, licet non feratur formaliter & explicite in malum: non vero ſimplex volontas: ergo non eodem modo deriuatur malitia in voluntatem efficacem & ſimplicem ab opere externo. Hoc ſuppoſito ſtatuit duas regulas prima non omnis delectatio ſumpta de opere mortali eſt mort. licet enim quæ capitur de opere mortali, vt eſt mort. & contrarium præcepto mortalis ſit, ſæpe tamen quando ſumitur de tali materialiter ſumpto mort. non erit, vt in prohibitis iure tantum poſitiuo, & in homicidio furto, & alijs, cum quis de illis delectetur ob aliquam vtilitatem ex ipſis reſultantem: non enim delectatio eſt mala ob malitiam obiecti, ſed ſi aliquando eſt mala, eſt ob aliam rationem, quæ cum non inueniatur in prædictis, delectari de illis non erit malum. ¶2. Regula illa delectatio eſt mortalis, quæ de ſe habet notabilem deformitatem contra aliquam virtutem, ſiue obiectum eius ſit malum, ſiue non: vt cum quis delectatur de propria excellentia apprehendens ſe eſſe æqualem Deo, nam hæc delectatio habet notabilem deformitatem contra humilitatem: ſimiliter cum quis delectatur de peccato, vt eſt offenſa Dei vel damnum proximi: nam hæc delectatio habet notabilem deformitatem contra charitatem Dei, vel proximi: ſimiliter delectari de peccato, vt eſt contra legem naturalem, vel poſitiuam, notabiliter pugnat cum virtute obedientiæ & delectari de malo proximi, quia bonum eius diminuit bonum proprium (quod eſt peccatum inuidiæ) notabiliter eſt contra humilitatem & delectari de tormentis, vel vulneribus excedentibus modũ punitionis pertinet ad crudelitatem oppoſitam clementiæ iuxta D. Th. a.2. quæſtione.159. & delectatio venerea notabiliter eſt contra caſtitatem, cuius eſt moderari delectationes venereas etiam interiores etiam circa obiecta, quæ licite fieri & appeti efficaciter poſſunt. Et ſicut ponit Vazquez aliquas delectationes de malo materialiter ſumpto, quæ non ſunt peccata, ſaltim mortalia: ita ponit aliquas diſplicentias & triſtitias de bono etiam debito ex præcepto graui, quæ non ſunt peccata, ſaltim mortalia, licet alias concedat eſſe mort. vt contriſtari de bono Dei, vel proximi, quod eſt contra charitatem & beneficentiam, & de bono alieno vt proprium minuit, quod eſt contra humilitatẽ & de obediẽtia & ſubiectione, ad ſuperiorem, quod eſt contra virtutem obedientiæ. Similiter poſſet dici, eſſe mort. triſtari de carentia actuum venereorum, vt ſic, quia eſt contra caſtitatem. Idem tenet Azor to. 1. li. 4. cap. 6. quæſt. 1.

Vt autẽ hæc melius intelligantur Dico. 1. 51 forte aliqua delectatio licet ſit de obiecto *1. Concluſio* apprehenſo ſecundum rationem boni moralis, mortalis eſt, vt infra ſectione. 30. Dico. 2. omnis conſenſus in delectationem quę eſt *2. Conclu.* de proprio opere mortali, vt mortale eſt, ſeu contra legem in materia graui, vel vt offenſa Dei aut proximi, mortalis eſt: quia directe eſt contra obedientiam, vel charitatem in re graui & in hoc ſenſu vera eſt opinio comunis docens ſine vlla exceptione, conſenſum in delectationem de opere mortali eſſe mort. in quo ſenſu Vazquez amplectitur comunem opinionẽ. Neque obſtat, quod delectatio ſit affectus inefficax, quia ſecundum ſe delectatio de malo alieno, vt ſic, eſt graue malum alterius, quando procedit ex conſenſu formali: ſicut delectari de bono ipſius ex electione cẽſetur magnum eius bonum. Similiter lætari de violatione legis, vt ſic, quando procedit ex conſeoſu formali, eſt cõtemptus legiſlatoris & grauis eius iniuria: ſicut lætari de implicatione legis, vt ſic, eſt magnus honor ipſius.

Dico tertio, conſenſus formalis in delectationem veneream de opere mortali eſt *3. Conclu.* mort. licet ea delectatio non ſit de mortali, vt mortale, ſed vt eſt quoddam bonum delectabile ratio eſt, quia talis conſenſus ex natura rei & per ſe loquendo inducit periculum conſentiendi in opus & derogat matrimonio (vt ſupra) ideoque grauiter aduerſatur tempetantiæ & caſtitati. Similiter ſentio, cõſenſum formalem in triſtitiam veneream, ſcilicet de carentia actuum venereorum, vt ſic, eſſe mortalem. Nam per ſe loquendo infert periculum conſentiendi in opus & derogat matrimonio.

Dico. 4. conſenſus formalis in delectationem de malis alienis, & triſtitia de bo- *4. Concl.* nis alienis quatenus malum inimici reputatur bonum proprium, & bonum eius malum proprium, eſt mortalis ex genere; quia eſt contra charitatem, & talem delectationẽ eſſe mortalem certum putat Vazquez diſputatione. 109. capi. 3. vide Adrianum ſupra: ſimiliter lætari de vulneribus aliorum, licet iuſte illatis, mortale eſt, quia cenſetur magnum malum alterius: ſicut miſereri cenſetur magnum alterius bonum. Et ſicut hoc pertinet ad miſericordiam, ita illud directe aduerſatur miſericordiæ.

Dico. 5. conſenſus in delectationem de ma- *5. Conclu.* lo alterius, quatenus per ſe cõducit ad meam ſingularitatem in bono aliquo & conſenſus in triſtitiam de bono alterius, quatenus minuit meam ſingularitatatem eſt peccatum

mortale contra humilitatem, quætere ſingularitatem in bonis, quæ comunia eſſe cōmode poſſunt, videtur alienum ab humilitate, aut certe eſt cōtra charitatem, lætari vero de apprehenſa æqualitate cum rege, vel etiam cum Deo non exiſtimo eſſe cōtra humilitatem, modo non afficiatur quis ad tollendam Deo vel Regi ſuam potaſtatem, aut perfectionem, licet quidam putent eam delectationem eſſe contra humilitatem & in ea ſitum fuiſſe peccatum Angelorum, ſed probabilius cenſeo, fuiſſe appetitum efficacē cōditionatum, quo Angelus voluit ſe eſſe Deū, ſi eſſet poſſibile detracto Deo, vel voluntatem efficacem imperandi alijs Angelis cōtra diuinam ordinationem. de quo alibi.

52 *6. Concluſio* Dico. 6. extra hos dictos caſus conſenſus in delectationem, vel triſtitiam non videtur per ſe mort. ſiue reſpiciat peccatum, vel malum proprium, ſiue alienum: ita Vazquez ſupra, ponens primo exemplum in delectationibus de peccatis, quæ ſunt contra ſolum ius poſitiuum: de his enim ſine mortali lætari poſſumus, non vt ſunt contra præceptum, vel rationem, vel Deum, vel proximum, ſed vt habent aliquam commoditatem aut vtilitatem, vt patet in exemplis poſitis pro exceptione facta ad comunem opinionem, idem patet in exemplis poſitis a Valentia ſupra, cōcedit enim religioſum, ſi animo concipiat & cogitet ſe aliquo in loco, vbi facultatem non habet concionandi, & miniſtrandi ſacramenta, & de his miniſterijs lætetur ob laudē vel fructum, non peccat mortaliter, quia nō lætatur de re illicita vt ſic, ſed qua ratione affert fructum laudem &c Idem eadem ratione docet de religioſo qui lætatur in diſtributione eleemoſynæ apprehenſa, quaſi fieret ſua authoritate, quod opus in eo eſſet mortale, ſed non lætatur de eo, vt ſic; ideo in ea delectatione non peccat mortaliter. Idem eſt, de eo qui eſt indignus regno, vel Pontificatu, aut habet votum non accipiendi illud, lætatur tamen in acceptatione apprehenſa, non vt illicita, ſed vt honorifica. Idem eſt ſi quis lætetur de fornicatione, non quidem da delectatione venerea, ſed capiendo voluptatē de fornicatione, vt fuit cauſa, vel occaſio ſuſcipiendi liberos, vel habendi honores diuitias &c Similiter non eſt mortale lætari de furto, vel homicidio ob aliquam vtilitatem reſultantem inde vt ait, Vazquez diſputatione. 111. contra Nauar. capit. 5. num. 1. cap. 21. numero. 46. Graffis lib. 2. capit. 78. numer. 6. & 7. aliosque aſſerentes licitum quidem eſſe lætari de vtilitate ſecuta ex homicidio, furto &c non vero de ipſo homicidio, vel furto, vt fuit cauſa talis vtilitatis, ſed hoc eſſe mortale, quod merito reijcit Vazquez, quia

Vide Azor to. 1. li. 4. c. 6 q. 1. Leſſiū li. 4. c. 3 dubio. 15. Her. 2. diſp. 33. quæſt. 1.

hæc duo vnum, & idem reputantur, ac proinde ſicut vnum eſt licitum, ita & alterum confirmat Vazquez nam pij & docti delectantur in bello iniuſto, duello & agitatione illicita taurorum, ſed hoc parum vrget. Reſponderi enim poteſt ex Caiet. Armilla Petro de Soto & alijs, illos non delectari de malis operibus, nec de necibus. Sed de eorum aſpectu, viſione & cogitatione, vel de modo pugnandi, de ordine caſtrorum, ſtratagematis, induſtria, & rerum nouitate, quod ſecundum hos DD. non eſt de ſe peccatum mortale, licet interdum ratione alicuius circunſtantiæ ſit mortale, & ratione vanæ curioſitatis ſit interdum veniale, verum eſt tamen quod affirmat Vazquez, licitum eſſe de his ludis & rebus prohibitis delectari quatenus afferunt aliquam vtilitatem, quod tenet etiam Gabr. ſupra in ſecunda ſolutione argumenti facti, ad probandum ſpectantes huiuſmodi ludos peccare mortaliter. ¶1. Enim Reſpondet cum Roſella delectari de rebus prohibitis iure poſitiuo non eſſe mortale. ¶2. Delectari de illis non vt ſunt prohibita, ſed alia ratione non eſſe mortale. ¶3. Eos qui vident ludos prohibitos non delectari de ipſis, ſed ipſorum cognitione, vel peccantium, vel modi peccandi, quæ cognitio interdum eſt meritoria, vt cum habet bonum finem, ſcilicet, vt peccatum caueatur, vel arguatur, interdum vero venialis, vt cum ſit ex vanitate & tunc delectatio de illa tantum erit venialis.

Nequa obſtat Antoninus ſecunda parte, titulo 3. capit. 7. §. 5. dicens, peccare mortaliter eos qui voluntarie vident ludos prohibitos, vel in quibus repræſentantur valde turpia, quia nil aliud eſt quam delectari turpibus & ſęuis, & quia periculo tentationis ſe exponunt. Nam vel intelligit de delectatione efficaci, vel de turpibus & ſęuis, vt ſic & ideo Syluester verbo ludus quæſtione. 8. ait, mortale eſſe hæc videre, ſi ad ſit complacentia, quod ſtatim explicat addens, volendo tale quid fieri, & verbo curioſitas. quæſtione. 3. particula. 3. dicit eſſe mortale, ſi placuerit mihi peccatum alterius, puta quia volo id fieri, vt videam. Idem Graffis libro ſecundo capit. 121. numero. 15. ſic intellige Angelum verbo ludus numero. 6. vbi ait, ſi ludus. m. placet deliberate, eſt mort. vnde Nider in ſumma p. 9. capit. 4. littera. H. ait, delectationem de homicidio quæ pertinet ad iraſcibilem eſſe mort. non vero quæ ad concupiſcibilem, vt refert Vazquez diſp. 111. capit. 2. hinc etiam Armil. verbo ludus quæſtione. 11. ait, eſſe mortale videre ludos mortales, quando complacent, non ſolū quoad actum, ſed etiā quoad deformitatem. 53

Conſentiunt

conſentiunt Vega in ſumma verbo curioſitas
Nauar.cap.20.num.14.Ioan.Baptiſta Corrad.
in ſumma quæſt.195.poſt medium,Sa verbo lu
dus num.4.Sententiæ etiam noſtræ ſuffragã-
tur qui dicunt,non eſſe mortale delectari de
pollutione habita in ſomnijs, ob ſanitatem,
vel mitigationem tentationis: aperte vero re
fragantur qui hoc etiam mortale exiſtimat,
quos referemus ſect.7. Aduerte hîc,non ſolũ
lætitiam de alienis malis,& triſtitiam de alie
nis bonis eſſe peccatum mortale cum mate-
ria eſt grauis,ſed etiam ſpem de ipſorum ma-
lis & metum de bonis:nam ſpes formaliter,
vel virtute includit deſiderium eius,quod ſpe
ratur,& metus odium & deteſtationem eius,
quod timetur, velle autem mala alterius &
nolle bona illius ex genere ſuo mortale pec-
catum eſt.

SECTIO. VI.

An delectationes venereæ de obiectis prohibitis ſumant ſpeciem ab ipſis, vel eorum circunſtantijs

54 RESP. has delectationes non ha-
bere eamdem omnino ſpeciem
malitiæ quam habent earũ obie
cta,ſed eamdẽ proportionaliter,
ita vt quæ verſantur circa obiecta diuerſa in
malitia ſubſtantiali,differant interſe ſubſtã-
tialiter in propria malitia.Quo ſenſu verum
eſt quod D.Th.2.d.39.q.1.a.2.ad.1. & Syluester
verbo delectatio initio Tabiena verbo luxu-
rioſus q.8.Ant.2.p.tit.5.c.1.§.6.Nau. c.16.n.9.&
c.6.n.8.alias.7.Sa verbo luxuria n.13. dicũt,nõ
ſolum voluntatem efficacem,ſed etiam dele
ctationem veneream eſſe eiuſdem ſpeciei cũ
opere,circa quod verſatur, & ſic intelligitur
Leſſius li.4.de virt.c 3.dub.15.n.122.dicens,de-
lectationẽ ortã ex cogitatione fornicationis
pertinere ad ſpeciem fornicationis,& quæ ex
cogitatione peccati contra naturã,ad ſpeciẽ
peccati contra naturam ; quæ ex imaginaria
occiſione inimici,ad ſpeciem homicidij, quæ
ex Phantaſia indebitę excellentiæ, ad ſpeciẽ
ſuperbiæ;& ſic de cæteris:quia delectatio ſe-
quitur complacentiam operis,& eſt eiuſdem
moris cum illo: complacentia autem operis
pertinet ad ſpeciem operis:ergo etiam dele-
ctatio ad illã ſpeciem pertinebit.Quod enim
ſimpliciter non ſit eiusdem ſpeciei in malitia
delectatio,& opus,patet, quia delectatio &
voluntas efficax differunt interſe ſpecie quã-
tum ad malitiã, eo ꝙ modo longe diuerſo &
inæquali in malitia attingũt obiectũ:ergo nõ
ſunt ſimpliciter eiuſdẽ ſpei cum ipſo opere:
nam quæ differunt interſe ſpecie,nõ poſſunt
eſſe eiusdem ſpeciei cum tertio:conſtat autẽ
voluntatem efficacem & opus eſſe eiuſdem
ſpeciei:ergo delectatio & opus nõ ſunt eiuſ-
dem ſpei ſimpliciter, ſed tantum proportio-
naliter,niſi ſermo ſit de delectatione operis,
quod factũ iudicatur. Hæc enim omnino vi-
detur eiuſdem malitiæ cum opere: illa vero
eiuſdem malitiæ tantum proportionaliter.Et
in hoc ſenſu verum eſt,quod ait Vaz.diſp.112. 55 *Opinio Vazq.*
c.2.delectationem non eſſe eiuſdem ſpeciei
moralis cum opere, ſed plus intẽdit, ſ. nullã
capere ſpeciem malitiæ ab opere neque ab
eius circunſtantijs,licet eam capiat voluntas
efficax;itaque docet,omnes delectationes de
fornicatione eſſe eiuſdẽ ſpeciei interſe, quia
licet voluntas efficax habeat malitiam deri-
uatam ab opere ac proinde eiuſdem ſpei cum
opere;tamen delectatio non habet malitiam
ab opere deriuatam,ſed eam ſumit ex oppo-
ſitione ad caſtitatem:quæ oppoſitio eadẽ eſt,
ſiue delectatio ſit cum ſoluta,ſiue coniugata,
rapta,votum caſtitatis habẽte, cõſanguinea,
&c.ſiue opus ſit naturale, ſiue contra naturã:
quia caſtitas eodem modo debet moderari,
& reprimere delectationes internas & exter
nas:ergo Cõfirmat,quia vt cõtingere poteſt,
in opere non venereo eſſe malitiam, & non
in delectatione de ipſo;ita contingere poteſt
vt opus venereũ habeat duas vel tres,aut plu-
res malitias:cum tñ vnica ſit in delectatione,
eo quod opponitur vni tantum virtuti, vt cũ
quis interius delectatur in acceſſu ad raptã,
nõ delectatur de iniuſtitia raptus, licet interẽ
dũ delectatur de ſubtili modo rapiẽdi (quod
Caiet.& alij putant,non eſſe mortale) ſed de
fornicatione:& ideo non peccat contra iuſti
tiam,ſed contra caſtitatem : licet ſi lætaretur
de raptu,vt ſic,peccaret mortaliter contra iu
ſtitiã.Similiter delectatio de inceſtu, non vt
talis eſt,ſolam habet malitiã cõtra caſtitatẽ:
quia delectari de re prohibita ſolo iure poſi-
tiuo(vt eſt prohibitus inceſtus cũ affine præ-
ter primum gradum lineæ rectæ & cum con-
ſanguinea præter primũ gradũ lineæ tranſuer
ſæ & omnes gradus lineæ rectæ)non eſt mor
talis:idem eſt de gradibus prohibitis iure na-
turæ.Nã ibi nulla interuenit iniuria,vel irre-
uerentia,ſicut etiam in delectatione homici
dij,vel furti nulla eſt iniuſtitia,ſi non lætetur
homo de ipſa iniuria. Idẽque eſt de delecta-
tione venerea cum vxore aliena:nõ enim eſt
contra iuſtitiam,quæ non prohibet delecta-
tiones de opere iniuſto materialiter ſumpto,
quãdo oriuntur ex illo,vt afferẽte aliquã vti-
litatẽ.Alioqui eſſet iniuſtitia delectari aliquẽ
de poſſeſſione rei alienæ, etiam ſi cogitet
de ea, vt propria:ſecus in eo, qui delecta-
tur de verbis contumelioſis, quæ potuit di-
cere: peccat enim mortaliter, ſi lætetur de
illis non vt facetiæ ſunt, vel aliquam vtili-

 tatem

tatem afferunt,ſed vt cõtumelioſa ſunt.Item delectari in fornicatione cum habente votũ caſtitatis non eſt contra religionem: quia religio non moderatur has delectationes, vt ſi quis delectaretur in extractione alicuius de loco ſacro,nõ vt fieret iniuria loco ſacro, ſed vt poſſet ea vti,non peccaret contra religionem loci.Similiter ſi quis ſolum vouiſſet nõ fornicari externe licet voluntas efficax fornicandi eſſet contra votum,quia malitia operis externi in voluntatem efficacem neceſſario deriuatur:tamen delectatio non eſſet contra votum.ex oppoſito fundamento:ſecus vero ſi vouit caſtitatem abſolute:nam eo voto comprehenditur continentia ab omni delectatione venerea & ſimiliter ſub contractu matrimonij.licet hoc non ſit ad modum certum. Hæc Vazquez.

56 Hanc opinionem quantum ad id,quod aſſerit delectationem non ſumere vllam ſpeciem ex malis circunſtantijs fornicationis, aliqui damnarunt, vt omnino improbabilẽ: ſed temere & ſine fundamento; nam procul dubio non ſolum eſt ſubtilis:ſed etiam valde probabilis,eamque tenet expreſſe Azor to. 1. lib.4.cap.6.quæſt.3.& Sayr.lib.8 capit.7. num. 19.&.20.& vt probabile refert Sa verbo luxuria numero.13. & hanc ſententiã ſibi ſemper viſam eſſe valde probabilẽ ait Leſſius li.4 de virt.c.3.dub.15.num.123. quam his rationibus confirmat.1.quia delectatio de fornicatione cum nupta,non verſatur circa illud obiectum,vt eſt iniurioſum alteri(nõ enim delectatur, quod perſona ſit iuncta matrimonio,aut quod marito fiat iniuria) ſed ſolum quatenus eſt delectabile ſecundum tactum; nimirum,quia mulier pulchra:ergo non cõtrahit deformitatẽ ab illa circunſtantia.Conſeq.patet,quia in illa delectatione neque expreſſe,neque interpretatiue approbatur iniuria in maritum:cum nullo modo conſentiatur in opus externum,vt re ipſa exequẽdum, quo ſolo iniuria irrogatur. Idem videtur dicẽdum,ſi perſona ſit affinis,vel religioſa:præſcinditur enim ab hac circunſtantia, nec ea quicquam confert ad illam delectationem. ¶2.Qui videt inimicum ſuum male tractari, & vulnerari in loco ſacto, & delectatur illa inimici calamitate abſque conſideratione loci ſacri,peccat ſolum peccato odij inimici,& non ſacrilegij,quamuis ſacrilegium ſit circunſtantia obiecti:ergo ſimiliter qui delectatur circa vxorem alterius,peccat ſolum peccato luxuriæ,non autem iniuſtitiæ.

3. Qui delectatur verbis contumelioſis in alterum dictis,non vt cõtumeliæ ſunt: ſed vt facetiæ,non peccat cõtra iuſtitiam: Similiter ſi illa verba ſint impura,& ex illis voluptatẽ capiat,vt impura ſunt,non vt contumelioſa, vel detractoria:ergo ſimiliter qui cogitatione,vel narratione adulterij delectatur, nõ vt eſt adulterium;ſed præciſe,vt eſt opus libidinoſum,non peccabit contra iuſtitiam, ſicut adulter,ſed ſolum contra caſtitatem. Simile argumentum fieri poteſt de eo,qui videt, perſonam ſacram fornicantem eoq. aſpectu delectatur.¶4.Ideo conſenſus in executionem operis,ſiue efficax ſit ſiue inefficax per modũ deſiderij,contrahit duplicem operis malitiã; quia in executione neutra poteſt ab altera ſeparari:vnde qui vult executionem, conſentit in vtrãq.in executione neceſſario cõiũctã. At hæc ratio non habet locum, quãdo quis cõſentit in delectationem:facile enim mens poteſt diuerſas illas rationes(v.g.luxuriæ & iniuriæ,delectabilis ſecũdum tactum,& iniurioſi in proximum)in opere diſtinguere, & alterã ſine altera ſibi proponere,& circa eam abſq. vllo affectu ad alteram, per complacentiam & delectationem verſari. ¶5.Hanc ſententiã docet.Angel.v.luxuria nu. 2. quamuis ibi etiã amplius videatur velle,nimirum conſenſum in opus in omni luxuria naturali eſſe eiuſdẽ ſpeciei.Itaque propter hæc ſententiam Vaz. maxime probabilem iudicat leſſius. Subiungit autem.

Verum quia altera eſt magis recepta & fere cõmunis Doct. ac proinde tutior in praxi, mihi quoque placet,maxime quia huiuſmodi delectationibus moroſis deliti, plerumq. etiam optant operis executionem, & ſolum abſtinent ob periculum infamiæ,vel alterius incommodi.Itaq.in confeſſione talium delectationum explicanda eſt etiam conditio perſonæ,quæ animo fuit propoſita:v.g an fuerit coniugata, conſanguinea, affinis religioſa. Quæ ſententia confirmari poteſt ex D.Chryſoſto.ho.17.in Math.vbi inſinuat, *eum, qui ad hoc aſpicit mulierem, vt oblectet aſpectum,iam in corde eſſe mechatum* Sic enim illa verba, *qui viderit mulierem,&c.* interpretatur,& hoc modo intellecta illa communiori ſententia, argumenta contra illam,vim non habent. In his vltimis verbis Leonat. indicat delectationẽ moroſam non ſecundum ſe,ſed ſecundum voluntatem efficacem adiunctam contrahere malitiam iniuſtitiæ irreligionis, vel ſimiles fornicationi adiunctas: & ſic reuera videtur tenere ſententiam Vazquez quam expreſſius etiam docuerat li.2.c.10.dub.1.in fine ſeu n.8. & iam dixi nũ eſſe improbabilem.Si quis vero ſententiam meam ſcire cupit. 57

Primũ exiſtimo delectationẽ venereã de actu naturali differre ſpecie ſubſtãtiali in genere luxuriæ à delectatione venerea de actu cõtra naturã,quia delectationes diſtinguũtur ſpecie morali ex obiectis vt delectatio de iniuſtitia formali à delectatione d inobediẽtia 58

formali

Digitized by Google

fotmali: & delectatio de fornicatione a delectatione de homicidio, teſte Sylu. verb. luxur. nu. 1. intra genus autem luxuriæ dantur obiecta ſpecie diuerſa vt fornicatio, pollutio ſodomia, &c. ergo, & ipſæ delectationes differunt ſpecie ſubſtantiali, ſicut & voluntates efficaces, ita ſentit Leſſius lib. 4. de virt. cap. 3. dub. 15. n. 122.

2. Concl. Deinde exiſtimo quando opus venereum habet aliquam ſpeciem malitiæ ex circunſtantia, nõ ſolum deriuari in voluntatem efficacem, ſed proportionaliter etiam in delectationem, ita vt delectari de acceſſu apprehenſo ad monialem, coniugatam, conſanguineam, &c. præter malitiam luxuriæ habeat aliam malitiã ſpecie diſtinctã cõtra iuſtitiã, religionem, vel pietatem (ſi vt vult Leſs. n. 20. Vazquez illo cap. 2. & d. 53. cap. 6. cum Caiet. inceſtus aduerſatur pietati.) Hæc eſt communis opinio, quæ propterea etiam docet in delectationibus etiam venereis circunſtantias aliquas obiecti eſſe neceſſario confitendas, quia mutant ſpeciem, vt in voluntate efficaci, Petrus Ledeſma. 2. par. ſummæ, tract. 27. de abſtinentia, ca. 17. diffic. 1. dicens eſſe communem ſententiam Thomiſtarum, & aliorum. Caieta. 2. 2. q. 154. ar. 4. et ar. 11. dub. 2. Nauarr. c. 16. num. 9. Margarita confeſs. ad finem. 6. præcepti. Anton. 2. p. tit. 5. cap. 1. §. 6. Tabiena verbo, oſculum, & verbo luxurioſus num. ſeu quæſt. 8. Armilla verbo luxuria num. 5. & verbo inceſtus num. 1. Abulen. Math. 5. q. 197. Medina. 1. ſummæ cap. 18. in 6. præcepto, & c. 14. §. 18. & lib. 2. c. 8 & cõmuniter recẽtiores idẽ videntur ſentire Sot. 4. d. 18. q. 2. a. 4. poſt 7. concl. Graff. lib. 1. c. 29. n. 32. Herr. 2. diſp. 33. q. 14. Prob. 1. quia in tactibus, & in oſculis libidinoſis circunſtantiæ coniugij, & ſimiles variãt ſpeciẽ: ergo, & in delectationibus moroſis: par enim ratio eſt. ¶2. Quia in delectatione de morte proximi, quod ſit pater, aut benefactor in ſignis, variat ſpeciem, & eſt neceſſario confitendum, vt circunſtantia trahens actum ad ſpeciem impietatis, vel ingratitudinis: ergo ſimiliter in delectatione venerea, &c. ¶3. Quia delectatio venerea eſt contra caſtitatẽ, tum quoniam aduerſatur matrimonio, tum quoniam ex natura rei affert periculum conſentiendi inopus, ſed huiuſmodi periculum capit ſpeciem à circunſtantij, vt & voluntas efficax: ergo & ipſa delectatio. Sicut ergo cõſenſus inopus capit ſpeciem accidentalem à coniugio, vt contra Angelum verbo luxuria num. 2. dicunt Vazq. illo cap. 2. & Margarita ſupra, & Medin. 1. ſummæ, cap. 9. initio Sylue. luxuria, q. 2 & 3. dicens opinionẽ Angeli ſtultã eſſe, Azor, & Leſſius ſupr. & cæteri omnes: ita & delectatio ipſa, vt docet Alcocer ca. 20. Nauar. Petrus Ledeſ. imo Sayr. nu. 20. & alij, idemque eſt de alijs circunſtantijs variantibus ſpeciem in opere. Conf. 1. nam delectatio capit ſpeciem ab obiecto, ſed obiectum habet malitiam inceſtus, vel iniuſtitiæ, vel alterius circunſtantiæ: ergo & delectatio ipſa. Confirm. 2. nam delectatio de fornicatione præterita cum coniugata habet malitiam proportionalem adulterio vel adulterij: ergo idem eſt de delectatione fornicationis apprehenſæ cum coniugata, vnde Chryſoſto. (vt Vazquez diſput. 109. cap. 3. legit) hom. 17. in Matth. Alienam vxorem voluptate palpaſti, hoc ſine dubio adulterium reputatur quia ſcilicet habet ſimilitudinem cum adulterio exercito, & ex apprehenſo, ſpecialem malitiam contrahit. Quamuis non puto legendum, voluptate, ſed voluntate. Aduerte autem etiam in priori opinione, fatendum eſſe cum Azor illa, quæſt. 3. ſi quis delectatur de acceſſu ad aliquã quia eſt nupta, vel cõſanguinea, affinis, Deo ſacra, inde cõtrahi ſpecialem malitiam iniuſtitiæ, inceſtus, ſacrilegij idem indicat Vazq. & Leſſius ſupra.

59 Quæſt. 9. An vero in delectatione moroſa circunſtantia virginitatis fœminæ variet ſpeciem, ſitque neceſſario confitenda. Nauarro cap. 6. num. 8. Petrus Ledeſma part. 1. ſummæ cap. 19. de pœnitentia, & parte. 2. tract. 27. de abſtinẽtia c. 17. diffic. 1. Medi. 1. ſummæ c. 9. initio Lopez. 1. par. inſtr. c. 29. putant Sotum. 4. d. 18. q. 2. 4. aſſeruiſſe, in opere variare ſpeciem, & eſſe neceſſario confitendam non vero in voluntate efficaci, ac proinde nec in delectatione: attameo vt notat Vazquez, d. 112. c. 1. id non aſſeruit Sotus: ſed neque in opere variare ſpeciem, ideo non eſſe neceſſario confitendam, quod verum putat Vazquez, & ſignificat Baptiſta Cotradus, qu. 47. idem tenet Leſſius. 2. de virtutib. c. 10. dub. 1. tribuens Soto ſupra, & Petro Nauarræ. 2. de reſtit. ca. 3. num. 433. quos etiam citat, & ſequitur Suarez. 3. p. to. 4. diſp. 22. ſect. 4. n. 3. Oppoſitum tamen docet D. Th. & Caietan. 2. 2. qu. 154. ar. 6. Lopez illo cap. 29. & c. 73. Valentia. 2. 2. diſpot. 9. q. 3. punct. 3. Bañes. 2. 2. q. 64. ar. 5. in fine. Nauarr. cap. 16. nu. 2. Llamas. 2. p. Methodi capt. 3. §. 6. Ledeſma in ſumma, cap. 19. de pœnitentia vbi etiam ait, in voluntate efficaci confitendam eſſe hanc circunſtantiam, vt & Lopez illo c. 19. & in cõſenſu, & delectatione, & idem tenet Nauarr. Margarita, & Alcocer ſupra, Medin. illo, c. 9. initio, & cap. 14. §. 18. & lib. 2. cap. 8. Ego exiſtimo ſi fœmina ſponte conſentiat, illi non irrogari iniuriam, ac proinde ſtuprum non habere ſpeciem iniuſtitiæ contra illam, quia ſcienti & volenti non fit iniuria: ſi tamen inde futurum eſt, vt puella magna damnã patiatur, erit contra charitatem ipſius, & ita communiter contingit. Imo etiam cum non

Digitized by Google

eſt ſub cura parentum violatio eius communiter eſt contra charitatem ipſorum, quia infamiam patiuntur, & cõſequenter magno mærore afficiuntur, & à fortiori quando eſt ſub eorum cura, quia coguntur augere doté, vel alia damna pati in facultatibus propter filiæ violationem. Imo probabile iudico, ſiue ipſa ſit ſub cura parentum, ſiue non, ius habere parentes, vt non violetur, cui iuri nec ipſi cedere valide poſſint, ſicut nec maritus poteſt cedere iuri, quod habet vt vxor alteri nõ commiſceatur: ſicut ergo adulter, & adultera etiam conſentienti vero iniuriam irrogãt. ita puella, & eius ſtrupator videntur parentibus etiam conſentientibus iniuriam per ſtuprum irrogare, ſed de hoc alibi.

An vero ſpecies delectationis varietur ſi quis de virgine aut coniugata cogiter, non vt tales ſunt, ſed ſolum vt fœminæ. Opinionem negantem refert Sa, ſupra: quam nec approbat nec reprobat: ego autem veram exiſtimo, quando inculpate non cogitat quis de circunſtantia fœminæ, nec videt, forte illi obiecto annexam eſſe talem circũſtantiam, vel ſolum ſibi proponit fœminam in communi: quando autem cognoſcitur circunſtãtia, cenſeo variare ſpeciem: idque vult D.Th. & alij citati initio dicentes delectationem eſſe eiuſdem ſpeciei cum opere, quomodo loquitur etiam Lopez. 1. p. c. 74. fine.

60. Quæſtio. An vero delectatio moroſa ſit lethalis culpa aut venialis pro varietate materiæ grauis, vel leuis. Azor tom. 1. lib. 4. capit. 6. quæſtio. 2. refert quoſdam aſſerentes, deformitatem delectationis moroſæ nequaquam reſpondere magnitudini vel exiguitati materiæ, pro qua ſententia citatur Ledeſma, 1. p. 4. q. 21. a. 7. in fine, & Cord. lib. 2. q. 30. dub. 1. quatenus affirmant, delectationem de obiecto, quod malum non fuit, quia excuſauit illud ebrietas, ignorantia, violentia, vel quid aliud, malam eſſe poſſe: pro eadem ſententia citatur Vazq. diſpu. 110. c. 2. & diſp. 111. ca. 3. vbi diſcrimen conſtituit inter delectationẽ moroſam, & voluntatem faciẽdi opus; nám hæc turpitudinem habet à ſuo obiecto, & externo opere, quia in eo conſummatur: eſt enim voluntas perueniendi ad opus: at moroſa delectatio cum non ſit voluntas complendi opus finitur per ſe, & conſummatur in ipſa voluntate, & per ſe hábet malitiam non deſumptam ab obiecto: vnde poteſt eſſe mala etiá ſi obiectum bonum ſit: vt ſi quis delectetur de copula habenda cum futura vxore. Sed credo, non eſſe mentem horum vel aliorum auctorum, delectationem, ſi malum obiectũ habeat, ab illo nòn ſumere malitiam certæ ſpeciei, vel gradus pro qualitate & grauitate vel leuitate obiecti: hoc enim inopinabile eſſet, & aduerſus omnes Theologos, ex quibus Azor ſupra refert, & ſequitur Durand. Richard. Caiet. Anton. Gabr. Angel. Syluest. Armill. Nauar. qui delectationis moroſę grauitatem vel leuitatem ex materia magna vel parua æſtimant, vt ſi materia ſit leuis delectatio ſit venialis, ſi vero grauis, lethalis, & ijdem ac cæteri Theologi præſertim Azor ſupra q. 3. & Leſſius lib. 4. c. 3. dub. 15. nu. 122. diſtinguunt ſpecie delectationes moroſas ex obiectis ſic enim aliam ſpeciem malitiæ habet delectatio de fornicatione, aljam de coitu ſodomitico, aliam de beſtiali, aliá de pollutione, aliam de malo Dei, aliam de malo proximo, àliam de iniuria rerum ſacrarum, &c. Quamuis enim delectatio moroſa interius conſummetur ad hunc ſenſum, quòd totam ſuam malitiam interius habere poteſt, (in quo conuenit cum voluntate ipſius operis) & ad hunc ſenſum, quòd de ratione propriç malitiæ eſt attingere obiectũ ſub aliqua ſpeciali ratione, vt delectari de venereis, vel de malo proximi, vt ſic (in quo diſſert à voluntate operis) tamen, vt notat Azor ſupra q. 2. cum habeat ſuum obiectum malum, poſitis alijs requiſitis, non poteſt non accipere malitiam ab obiectò, quæ ipſi obiecto ſit cõmenſurata, ſeu proportionata in ſpecie, & gradu. Solum ergo exiſtimo auctores illos voluiſſe, non ſemper malitiam delectationis pendere à malitia obiecti, quæ in ipſo ſit, fuerit vel futura ſit in exercitio, nam de actibus præſentibus vel præcedentibus excuſatis à malitia per ignorantiam, vel impotentiam poteſt eſſe mala delectatio, imo fortaſſis de bonis, vt inferius tractabimus, in quo euentu, licet obiecta illa non ſint mala formaliter, ſunt tamẽ mala obiectiue, id eſt ſunt mala, vt de illis oblectemur.

SECTIO. VII.

Quando delectari de cogitatione, & non de re mala cogitata ſit peccatum mortale? & quomodo diſcernemus, an delectatio ſit de cogitatione, an vero de re cogitata?

SVPPONIMVS, delectationẽ de cogitatione ipſa non eſſe de ſe malam, ſed quandoq. eſſe venialem ſi cogitatio ſit otioſa, aut curioſa, quandoq. honeſtam vt ſi cogitatio finem honeſtum habeat. D. Tho. hac qu. 74. ar. 8. de verit. q. 15. ar. 4. 2. d. 30. quæſ. 1. ar. 2. ad. 1. Adria. q. 4. aut. 5. de euchar. quç incipit, quia dictum eſt. §. circa hæc aduerte, Anton. 2. par. tit. 5. 61.

Digitized by Google

tit.5.cap.1.§.5.Vincent.in Speculo, lib.3.par.2. diſt.8.Duran.2.d.24.q.6.nu.5.Ouand.ibi prop. 7.Sa,verbo peccatum, nu.1. Emanuel Rodriguez verbo luxuria.c.194. nu.1. Petrus de Soto lect.9. de peccatis ſub finem Scot. 2. d. 41. q.1.§. ſequitur ſecundum Gabr.4.d.15. q.13. ar. 3.dub.3. Gerſon.Alphab.29.prope finem, ver. ſi vero,Angel.verbo cogitatio nu.3. Armilla nu.3. & verbo delectatio nu. 2. vbi Alphonſ. Vega,caſu.1.Caieta.verſic.Rurſus,Syluester, q.2. dicto.3.Tabien.nu.3.& 4:Viguer. c.3. §.5. fol.37 Medina hac q.74.ar.6.& ar.8.vbi Conrad. Caiet.& alij,vt Zumel diſput. 3. & diſpu. 4.dub.4.Valentia,diſp.6.q.4.puncto.3. Lopez 1.p.inſtructor.conſcientiæ,cad.2.§.tandem,& c.74.in fine.Sa in ſumma verb. peccatum nu. 1.Alcocer,c.6.doctri.4.fol.24.Angeſtus,ca. 6. moral.§.5. Cordub.lib.1.qu.23.dub.11. initio. Phi liarc.de offic.ſacerd.p.2.lib.4.ca.18. Sayr. lib. 8. c.7.nu.11. Azor tom.1.lib.4.c.6. &lib. 1. cap 6.q.4.(dicens, in hoc omnes conuenire) Herrera.2.diſp.33.q.11.notab.4. & con. 3. Leſſius lib.4.c.3.dub.15. n.108.

62 Patet,quia delectatio ſequitur ſimplicem amorem illius rei, in qua delectamur, ſed amor cogitationis rei, quantumcunq. malæ non eſt malus,ſi non propterea amatur cogitatio,quia amatur res cogitata:ergo tunc nõ erit mala delectatio cogitationis. Conf.quia Deus ſemper cognoſcit res malas, & delectatur de tali cogitatione,& nos honeſte cogitamus de peccatis,vt illa in confeſſione explicemus,vt ſciamus & doceamus eorum naturas,& proprietates &c. Item,quia delectatio conſequens bonam operationem bona eſt.1. ethic.c.3.& 5.& lib.10.ca.4. Cogitatio autem de rebus malis per ſe eſt bona, & intellectũ perficit:ergo.&c. Per accidens tamen ratione periculi cogitatio,& delectatio de illa poterunt eſſe malæ,etiam lethaliter, vt aduertunt D.Tho.Angel.Sylueſt.& alij ſupra.

63 Solum eſt difficultas, quibus indicijs diſcernemus vtrum delectatio ſit de cogitatione, an vero de re cogitata. Primum ſignum eſt ex D.Tho. & Conrad. art.8. & Duran. ſupra, ſi quis non reflectatur ſupra cogitationem,&non cogitet ſe cogitare,non delectatur de cogitatione,ſed de re cogitata,quia de incognito non poſſumus delectari, nec tamẽ quoties quis cogitat de ſua cogitatione, de illa delectatur,& quamuis de illa delectetur poteſt ſimul delectari de re cogitata. Secundum ſignum,& indicium euidens, quod delectatio ſit de re cogitata ſtatuitur à nonnullis. Commotio, & alteratio corporis, quia æſtimatiua non poteſt reflecti incognitionem,& licet reflecteretur,non delectaretur appetitus de illa ſaltem cum ea commotione corporis.Sed hoc ſignum incertum puto,quia ex ſola cogitatione obiecti turpis poteſt corporis commotio oriri ſine vlla delectatione de tali obiecto, vt etiam ad cogitationes aliquas laxatur venter, ſimileſq. aliæ commotiones corporis fiũt propter ſympathiam.Tertium ſignum eſt affectus cogitantis rem turpem,vt notauit D.Thom. Syluest.Angel.Herrera,Caiet.Petrus de Soto,& alij citati:nam ſi ex honeſto motiuo cogitat de re turpi, vt docendi, audiendi confeſſiones,curandi,&c.ſignum eſt delectari de ſola cogitatione,& quamuis in appetitu ſenſitiuo oriatur delectatio de re cogitata, ſignum eſt non approbari à ratione, ſed tantum permitti ob aliquod maius bonum, quamuis contingere poterit delectationem eſſe de cogitatione ob bonum finem, & ſimul ob malum,vel ſimul etiam eſſe de re cogitata:vnde prædictum indicium non eſt euidens.

SECTIO. VIII.

An ſit peccatum mortale delectari de aliquo mirabili, vel artificioſo modo alicuius peccati, vt de arte rapiendi aut decipiendi, etc.

RESPOND. affirmatiue Anton. 2.p.tit.3.c.7.§ 5.Gab.4. d.15.q.13. ar. 3.dub.3. Caieta.verbo delectatio. Armilla ibi n.2.Angel. cogitatio, in fine.Syluester,Ludus, quæſt. 8.& curioſitas,q.3.partic.3.Herrer.2.diſp.33.q 11. not. 5.& q.12. Azor to.1.lib.4.c.6. q.1. Pet.de Soto lect. 9.de peccatis ſub finem, Cordub. lib.1.qu.13. dub.11.Medina,& Zumel, hîc art.8. Valent. diſp.6.q.4.puncto.3.& eſt receptum ab omnibus viris doctis,& pijs, quibus ſine vlla formidine peccati narrare,vel audire placet,mirabiles artes fallendi aut vindicandi, quia tunc obiectum delectationis eſt bonum,ſcilicet ars,ingeniũ, fortitudo, inopinatus euẽtus,vel potius horum cognitio, aut manifeſtatio:ergo delectatio eſt bona.Limitant hoc nonnulli ad eum modum peccandi,qui ex ſe eſt indifferens, vt reperiatur in re bona vel mala;huiuſmodi eſt ars, aut velocitas præocupandi,aut interficiendi inimicum, quæ poteſt iuſte & iniuſte contingere,ſi tamen modus ille ſit proprius & determinatus ad opus illicitum, inquiunt nõ licere delectari de tali modo,quia eſt malus, vt pote determinatus ad malum,ſed non video,qui ſit talis modus,nec cur ſi eſt determinatus ad malum,& non poſſit reperiri in actu bono,ideo ſit malus,& licet ſit malus poteſt eſſe licita eius cogitatio,quatenus eſt de re mirabili,& ſingu- 64

lari

Digitized by Google

lati cogitatio etiam de illo, vt affert cognitionem excellentem, vel aliam vtilitatem, licita eſſe poteſt. Solũ eſt difficultas ſicut in dubio præcedenti, quibus ſignis depræhendemus quando delectatio eſt de re mala qñ vero de eius artificio. ¶1. Eſt niſi cogites de artificio non delectaris de illo: ſed de malo ope-
65 re. Secundũ nonnullis eſt, cõmotio, & alteratio corporis indicat appetitum ſenſitiuum delectari de re cognita. Sed hoc indicium fallax eſt, nam corpus ob ſympathiam ſine delectatione ex ſola cogitatione alicuius rei alterari poteſt. Tertium ſignum eſt ſi aliarũ rerum artificium te non delectat, non delectaris de artificio, ſed de re ipſa, ex Syluest. delectatio nu. 7. Caieta. p. 2. Armill. nu. 2. Hoc indicio conuincuntur plurimi conſentire in delectationem rerum turpium ſub prætextu artificioſi carminis, vel ſuauis muſicæ, qui tamen carmina iudicio ſapientium & bonorum magis artificioſa, & elegantia rei piæ, vel indifferentis audire aut legere recuſant aut ſaltem minori auiditate legunt vel audiunt, quamuis male affectis minus lepida, & artificioſa videantur. Simili iudicio depræhendimus, aliquos decipi latenti delectatione carnis, qui frequentius, & libentius loquũtur de occultis partibus corporis, de ægritudinibus, medicinis, veſtibus, & alijs ad eas pertinentibus, quarum memoria erũpit in riſus incompoſitos teſtes alicuius delectationis latentis. Similis peccati arguuntur, qui metaphoris rerum turpium gaudent, quaſi artificioſe loquantur, & qui facile multa detorquent ad turpes ſenſus, & celebraut minus conſiderate dicta ſub ſpecie oſtentandi acumen ingenij, & loquentis impetitiam, qui potius gaudent rebus turpibus cogitatis. In his ſæpe eſt peccatum veniale, & non mortale, quia obiectum non eſt adeo obſcænum, vt ſufficiat ad mortale, vel quia ignorantia aut inaduertentia excuſat, vel quia conſenſus in delectationem non eſt formalis, & poſitiuus, ſæpe tamẽ interuenit peccatum mortale. Amatorem caſtitatis decet nullum præbere ſignum læti, aut commoti animi, ſed ſerenitatem vultus, & grauitatem ſeruare cum hos ſermones vel inuitus audit, vel iuxta de cauſa profert. De his loqui debet, ac ſi de ædificanda domo, vel ligno dolando loqueretur, vt monet Gerſon ſupra.

SECTIO. IX.

An peccet mortaliter, qui per voluntatem non reſpuit, & repudiat delectationem de re turpi, quãuis eam poſitiue non amplectatur.

De hac re dixi late ſectione. 3. ſed hîc non nulla adijciam. Primo, ergo dico, licet aliqui ibi citati ſentiant, nullum eſſe peccatum talem delectationem non reſpuere, tamen dicendum eſt, eſſe peccatum ſaltem veniale non reſpuere expellere, & reijcere illam, cũ id commode fieri poteſt: vt minimum enim hoc intendit Auguſt. 12. ciuit. c. 12. dicens: *Nec ſane, cum ſola cogitatione mens oblectatur illicitis, non quidem decernens, eſſe facienda tenens tamen, & voluens libenter, quæ ſtatim, vt attigerunt animum, reſpui debuerunt, negandum non eſt, eſſe peccatum, ſed longe minus, quam ſi et opere ſtatuatur implendum, & ideo de talibus quoq. cogitationibus venia petenda eſt, &c.* Idem ſumitur ex D. Tho. hac quæſ. 74. ar. 6. in corpore, & ad 3. Abulen. Math 4. q. 75. Llamas. 3. p. Methodi, ca. 8. §. 23. Vincent. in ſpeculo lib. 3. par. 2. diſp. 3. ar. 6. & 8. Ioanne Friburgo in ſumma confeſſorum lib. 3. tit. 34. qu. 271. Soto. 4. d. 12. q. 1. ar. 7. conc. 1. Vbi expreſſe docet, eſſe veniale non reprimere delectationem, quando nulla eſt iuſta cauſa permittẽdi illam. Probatur, quia ſine cauſa habere delectationem de obiecto malo, malum eſt, ſiue conſenſus in eam delectatio nem ſit formalis, ſiue interpretatiuus. Qualis eſt illam aduertere, & non reprimere cum poſſis. An vero tunc delectatio, vel motus inordinatus appetitus ſenſitiui à voluntate permiſſus, ſit peccatum commiſſionis: ſæpe diximus eſſe peccatum commiſſionis, vt etiam cum Henri. & alijs docet Azor lib. 4. cap. 5. q. 3. contra Scotum & Almai. dicentes, eſſe peccatum omiſsionis. Q. autem. 4. recte etiam Azor docet in voluntate poſſe dari motus quoſdam omnino indeliberatos, & alios ſemiplene tantum deliberatos. Male autem auctor compend. Theol. lib. 3. c. 28. dixit primũ motum generatiuæ ſemper eſſe peccatum, niſi matrimonio excuſetur. 66 1. Concl.

Dico. 2. multi docẽt (quos modo nec reijcimus nec probamus) non eſſe mortale, non reprimere talem cogitationem ſeu delectationem, etiam ſi commode poſſis, & cum plena aduertentia non reprimas, modo non videas alterius maioris mali eſſe periculum, hoc late vidimus illa ſectione. 3. idemq. videtur tenere Victor. in manuſcrip. q. 74. a. 4. (vt refert Herrera. 2. diſp. 33. q 5.) nec plane aduerſatur Azor lib. cit. c. 6. qu. 5. quamuis enim dicat, eſſe peccatum non repellere delectationem, quando nulla eſt iuſta cauſa permittendi illam: tamen non dicit, id eſſe mortale. Nec obſtat Auguſt. 12. Trini. capit. 12. dicens, *Si delectationibus illicitis, à quibus continuò ſe deberet auertere cogitatio, libenter paſcatur, homo, dãnabitur:* Nam vel loquitur de damnatione ad pœnam temporalem vel de delectationibus, quibus 67

quibus mens formaliter, expreſſe, & explicite cōſentit, vt indicat verbum, *libenter*, vel qñ inminet, vel cernitur periculum conſentiendi formaliter in opus, vel in ipſam delectationem.

Neq. itē obſtat Magiſter. 2. d. 24. in illis ver
68. bis, *Quia tunc vir non ſicut debuit, mulierem cohibuit, vnde poteſt dici, conſenſiſſe.* Nam ibi Magiſter loquitur de ratione ſuperiori, & inferiori, & docet, cōſenſum formalem rationis inferioris in delectationem eſſe peccatū mortale, & referri in rationē ſuperiorem, quia non ſicut debuit, cohibuit inferiorem: præſens autem quæſtio eſt, quando nullus eſt cō ſenſus formalis in ratione ſeu voluntate. Vnde etiam non obſtāt Altiſiod. 2. ſummæ tract. 28. c. 4. q. 2. Alens. 2. p. q. 125. memb. 11. Alb. apud Carthuſ. 2. d. 24. q. 6. colum. 9. Richar. a. 4. q. 4. Ægid. 2. p. d. q. 2. a. 2. Gabr. q. vnica in fine. Omnes enim loquuntur, vt magiſter de conſenſu formali in delectationem, quem dicunt eſſe peccatum mortale, ſecus conſenſum interpretatiuum, vel delectationem, vt ei ſubeſt. Obſtat tamen aliqua ex parte Caiet. verbo delectatio. §. vltimo, vbi poſtquam dixit, negligentiam reprimendi delectationem ſi non proueniat ex complacentia illius non eſſe peccatum mortale: addit, niſi negligētia, vel exorbitatio fuerit tanta, vt quaſi ideo neglexerit vt delectetur, quamuis ſubiūgar, in bene habituatis raro vel nunquam reperiri tantam negligentiam, quæ peccatum mortale ſit.

69. Pro concluſione autem aduerte, duplici-
ter hominem poſſe non repellere ſeu repudiare, & reſpuere delectationem, quam ſibi ineſſe plene animaduertit. Primo, quidem habendo diſplicentiam aliquam illius in voluntate, licet non apponantur media neceſſaria, & ſufficientia ad eius expulſionem. §2. Nullam habendo diſplicentiam in voluntate, nec apponendo dicta media. In primo euētu negligentiam non eſſe mortalem, modo abſit periculum conſenſus formalis, vel pollutionis, probatur, quia licet ad voluntatem pertineat gubernare appetitum ſenſitiuum, nihilominus non videtur tam ſtricte obligari, vt ſit mortale peccatum, nō refrænare motum inordinatum, qui tamen voluntati diſplicet, & nullum inducit periculum graue conſenſus poſitiui, vel pollutionis. Aliquando etiā laudabile erit refrænare illum, quia non poteſt fieri ſine conatu nimis fatigante aut ſomnum neceſſarium impediente, & Azor ſupra ait, ſi quis fatigetur & laboret in ea delectatione repellenda: & nihilominus eam permanere videat, non peccat illam amplius reprimendam, & propulſandam non curans: ſimiliter, ſi quis expertus ſit delectationem eo magis roborari, & inualeſcere quo magis ei obnititur & obſiſtit, & aliquando eam minui ex parte, vel ex toto deficere, cum negligitur, non peccabit lethaliter ipſam negligendo, & nihil aut minimum de ea laborando; modo nō præbeat ei aſſenſum. Hæc Azor: infra etiam videbimus, non eſſe mortale non fugere aliquas cauſas pollutionis, & delectationis: ſed interdum laudabile: interdum vero peccatum veniale. Si vero mihi diſplicet delectatio appetitus, licet non expellam cogitationem, ex qua oritur, nec aſſumam cogitationem paſſionis Chriſti, aut aliam ſimilem, non peccabo mortaliter, optimum tamen erit diuertere cogitationem à rebus turpibus ad alia, præſertim diuina quia iſte eſt optimus modus vincendi tentationes carnis, vt docet D. Tho. 2. 2. q. 35. art. 1. ad. 4. Gerſon. 2. p. Alphabeto. 37. littera D. & G. tractat. de pollut. diurna, Sotus. 4. d. 17. q. 2. art. 6. in fi. Nauarr. c. 11. n. 9.

In. 2. autem euentu negligentiam repellē- 70.
di delectationes non eſſe mortalem, apparet, quia non tanti refert eas reprimere, vt ad id ſub mortali teneamur, non enim ſunt efficaces affectus, ſed inefficaces appetitus ſenſitiui, aut etiam voluntatis, & ſatis proſpectum eſt proli, & bono matrimonij, ſi voluntas ſibi temperet à conſenſu in opus, & periculo procurandi eiuſmodi delectationes, etiam ſi illi poſitiue non diſpliceant, nec eas reijciat: cōmuniter tamen, niſi homo diſplicentiam habeat erga eiuſmodi delectationes, & curet illas reijcere, erit in magno periculo conſentiendi in opus, vel in ipſas delectationes poſitiue, & ratione illius peccabit mortaliter, & hoc voluiſſe videtur Medina, qu. 74. ar. 6. documēto. 5. dicens, quando animus eſt dubius inter complacentiam, & diſplicentiam, & inter reſiſtentiam, & conſenſum, peccare mortaliter, quia tunc imminet graue periculum conſenſus.

Dices interpretatiuum conſenſum æqui- 71.
ualere formali: ergo ſi formalis conſenſus in delectationem eſt peccatum mortale, etiam interpretatiuus, qui eſt non expellere delectationem, quando teneor, & poſſum. Reſpond. quando æqualis obligatio eſt non permittendi, & non procurandi; iſti conſenſus ſunt æquales in malitia. & ſi vnus mortalis eſt, alter etiam eſt mortalis: non tamen eſt eadem obligatio non procurandi, & non admittendi ſeu permittendi delectationes rerum turpium, & ideo conſenſus formalis poteſt eſſe mortalis conſenſu interpretatiuo exiſtente veniali. Sic poſſet aliquis magis obligari ad non procurandam dignitatem, vel aliquid aliud, quam ad illud reijciendum, ſic etiam tenemur homo ex iuſtitia non oc-

cidere

Digitized by Google

cide:e proximũ:non tamen paſcere, etiam ſi
extreme indigeat. Quare ſi ille moriatur,
quia illum non pauit, mors eius interpretati-
ue volita minus ei imputabitur, quam ſi eſ-
ſet volita formaliter, & procurata. Fœmina
tenetur ſub mortali reſiſtere poſitiue, conan-
ti turpiter illam cognoſcere, ne ſequatur dã-
num prolis, ſi ſic fornicari liceat, non tamen
tenetur ſub mortali poſitiue reſiſtere delec-
tationi, quando non imminet graue alterius
mali periculum. ¶Illud vero præceptum, nõ
concupiſces, quatenus ſub mortali obligat,
ad concupiſcentiam efficacem voluntatis re
ferri debet, non ad concupiſcentiam appe-
titus ſenſitiui, nec ad delectationes ipſius, vel
voluntatis non procuratas. Tenemur quidẽ
ſub mortali reprimere motum manus, vel
corporis, qui eſſet maxime noxius proximo:
non vero delectationes, quæ neq. nobis, neq.
alijs ſunt grauiter noxiæ: ſed tantum leuiter
propter nonnullam turpitudinem, quæ eſt
ſine cauſa admittere in nobis motus inefficа
72 ces in praua obiecta.

3. Concluſ. Tertio Dico, peccatum mortale eſſe im-
minente graui ſeu proximo periculo conſen
tiendi poſitiue in opus, vel delectationem,
non expellere illam: peccatum enim morta
le eſt exponere ſe graui proximo, & commo
de vitabili periculo peccandi mortaliter. Ita
docent omnes citati hic, & ſectione. 3. probo
nam, qui amat periculum, peribit in illo. Ec-
cleſ. 3. Secus ſi eſſet leue, aut remotum, aut
non vitabile commode, vt colligitur ex Au-
guſt. c. ſatisfactio de pœnit d. 3. vbi clarius
gloſſa, & ex Gregor. hom. 24. & refertur cap.
negotium de pœnit. d. 5. & docet Angel. ver-
bo concubinarius, Syluester ibi, & confeſsio.
1 q. 25. & communiter Doctores agentes de
pœnitentia. Medin. tractat. 1. de pœnitentia,
q. 9. col. 5. Adrianus quodlib. 1. ar. 1. ad. 5. Caiet.
& Armilla verbo periculum, Soto. 5. iuſtit. q.
1. ar. 6. concl. 1. & d. 12. q. 1. ar. 4. Caſtro, de iuſta
hæretic. punitione, c. 17. col. 9. Nauarr. in ſum-
ma, c. 4. & 5. & dicto c. negotium, n. 8. Cordub.
in ſumma, quæſt. 4. notab. 2. Et probatur, quia
officium mercatoris, iudicis, aduocati, & ſi-
milia ſunt periculoſa, tamen non propterea
erit mortale, ea ſuſcipere, quia periculum eſt
paruum, remotum, aut non cõmode vitabile:
maiora enim damna ſequerẽtur in republi-
ca, ſi nullus auderet hæc officia ſuſcipere.

73 An vero teneamur ſub mortali occurrere
his delectationibus, vel cogitationibus tur-
pibus, quando imminet ex illis periculum
pollutionis, ſicut docet Sylueſter delectatio.
n. 2. particula. 4. Caietan. verbo pollutio, &
multi alij, dicemus ſectione. 16. & 17. ſed non
eſt mihi certum, quod aliqui dicunt, & alij
reijciunt, mortale eſſe non expellere eiuſ-
modi delectationes, ſi immineat periculum
diſtillationis, aut vehementis commotionis
corporis: nullum enim fundamentum ſuffi-
ciens eſſe videtur ad aſſerendum eſſe obliga-
tionem ſub mortali ad remouendas cauſas
diſtillationis, vel commotionis vehementis.
Placet autem, quod ait Sylueſter modo cita-
tus, mortale eſſe tepide reſiſtere delectatio-
nibus, imminente periculo conſenſus mor-
talis in opus vel in delectationem.

De periculo autem moroſę delectationis, 74
vel concupiſcentiæ cauendo, nota ſequentia
Auguſt. to. 9. tractatu de honeſtate mulierũ
in fine ait, quomodo ſi aliquis carbones ap-
prehendat, ſi cito proiecerit, nihil ei nocebũt
ſi vero diutius tenere voluerit, ſine vulnere
abire non poteſt, ita ſi concupiſcentiam in
corde libere morari permiſerit, excutere à ſe
ſine animæ plaga non poterit. Idem Bernar.
in meditation. c. 14. Caſſian. lib. 6. de ſpiritu lu
xuriæ ait, caue caput ſerpentis, id eſt, initium
cogitationis, ne ſi caput introiret cor noſ-
trum per negligentiam noſtram, reliquum
corpus eius in opus, vel delectationẽ inique
labatur in mentem. Idem fere Greg. in id. 1.
Reg. 12. & non relinquerẽtur duo pariter, & 21.
Moral. c. 7. prope finem. Bonau. 2. d. 34. in ex-
poſitione litteræ. Ex dictis patet interdum
ob periculum conſenſus in opus, vel in de-
lectationem peccata mortalia eſſe aliquas
colloquutiones, aſpectus, & tactus, etiam alio
qui non mortales, vt qui ſunt inter viros &
fœminas: de quorum periculo Auguſt. tract.
illo de honeſtate mulierum tom. 9. & ſermo.
2. de caſtitate coniugali, qui eſt. 243. Cypria.
epiſt. ad Pomponium de virginib. Baſil. in cõ-
ſtit. monaſtic. c. 4: Gregor. 21. Moral. ca. 2. Caſ-
ſian. lib. 6. de ſpiritu luxuriæ D. Tho. op. 64. ca.
22. optime explicans, quibus gradibus perue-
niatur ad turpiſſimas illuſiones dæmonis ex
familiaritate virorum cum mulieribus, præ-
ſertim ſub prætextu deuotionis, quamuis ex
ſtylo illud opus magis videatur Bonauentu.
Idem Anton. 3. p. tit. 16. cap. 1 §. 10. & interpre-
tes in id. Iob. 31. pepigi fœdus cũ oculis meis,
& in id eccle. 9. propter ſpeciẽ mulieris mul-
ti perierunt, & ex hoc concupiſcientia quaſi
ignis exardeſcet, & in id Math. 5. qui viderit
mulierem ad cõcupiſcendum, & in id, ſi ocu-
lus tuus ſcandalizat te, vbi præſertim vide
Chryſoſtom. & Bonauen. in vita ſancti Fran-
ciſci, c. 5. Deinde vt intelligas, quæ cauſæ ho-
rum motuum vitandæ ſint, ne ipſi inſurgant
aut maneant vide Sayrum lib. 8. cap. 7. num. 4
vbi docet, non eſſe obligationem ob id relin
quendi, quę magnam habent honeſtatem, ne
ceſſitatem, vel vtilitatem. Item non eſſe obli
gationem ſub. m. ad relinquẽdum politicas,
& communes conuerſationes, & aſpectus,
etiam

Digitized by Google

etiam curioſos,lectionem librorum vtilium,
vel iucandorum,qui ex profeſſo de turpibus
non tractant. vt non tenetur mulier non exi-
re domo aut non ſe ornare, ne ab alio inho-
neſte concuſpicatur. Durum enim eſſet ad
hæc ſub.m.omittenda obligare, ne hi motus
inſurgant,vel maneant.Imo ne nimius quis
putaretur in vitanda honeſta conuerſatione,
vel aſpectu,poſſet licite,vt ait Vazq.ab his nō
abſtinere,ſed ſi magnum eſſet in his pericu-
lum pollutionis,vel conſenſus in delectatio-
nem moroſam, teneremur ſub. m. ea relin-
quere.Eſt tamen ſecundum Sayrūm obliga-
tio ſub.m.ad remouendum colloquia, lectio
nes,& cogitationes non neceſſarias, nec ad-
modum vtiles de rebus turpibus, ne inferant
hos motus, vel delectationes.quod tātum eſt
verum in opinione aſſerentium,conſenſum
interpretatiuum ſeu negatiuum in hos mo-
tus,ſine vllo alio periculo eſſe mortalē, quæ
opinio dubia eſt, & contra multos vt ſect.3.
vidimus.

SECTIO. X.

Quibus indicijs colligemus, delectationem fuiſſe moroſam, & mortalem.

75 PRIMO, qui non plene aduer-
1. Concl. tit delectationem, licet integro
diē in ea duret,non peccat mor-
taliter Caiet.verbo delectatio. §.
ex parte vero, Armilla delectatio initio Ger-
ſon Alphab.37.litt.D.Nauarr.cap.11.n.9. ex c.
ſed penſandum eſt.d.6. Medin.quæſt.74.ar.6.
Herrera.2.diſp.33.q.5.

2. Idem eſt,ſi non aduerteret periculum,
76. & malitiam delectationis. Licet autē cogi-
2. Concluſ. tatio,& delectatio diu durauerit poſt talem
aduertentiam,non inde colligitur eſſe pec-
tum mortale,quia poſt durare poſt debitam
diſplicentiam,& reſiſtentiam, Caietan. ver-
bo delectatio.§ inter,Medi.hac.q.74.art.8.ad
fin.Quia vero quidam citius animaduertunt
periculum,quam alij,in quibuſdam breuius
tempus ſufficit ad peccatum mortale moro-
ſæ delectationis,quam in alijs. Bonanen.2.d.
24.in expoſitione litteræ nu.52.& delectatio-
nes ſic moroſæ frequenter ſolis contingunt
tepidis,& male aſſuetis,vt bene Antoni. 2. p.
tit.5.c.1.§.5.Caietan. verbo delectatio,in fine.
Medi. q.74. ar.8.ad finem.

77 3.Delectari de obiecto cognito,vt malum
eſt, non vero,vt eſt.m. vel veniale. Solum eſt
3. ven. Cord.lib.1.q 23.dub.9. ad finem cum An
geſt.in moralib.c.6.ſed intellige niſi dubitās
an ſit.m. exponat,ſe ſcienter periculo pecca-
to mortalis,& ſic peccet mortaliter,vt tenet
Herre.2.diſpu.33.q. 12. ¶4. Delectari de furto 4.
apprehenſo,non vt proximo noxium:ſed ob
aliquam propriam, vel alienam commodita
tem mort.cenſet Herre.ibi.ſed iam ſect.5. cū
Vazq.& alijs diximus id per ſe non eſſe lethа
le. ¶5 Quod ibidem ait Herrera,delectari de 5.
furto,vt eſt contra legem,habere duas mali-
tias morales,nempe iniuſtitiæ,& inobedien-
tiæ,non placet:quia ſolū eſt iniuſtitia, per ſe
loquendo,quando eſt de furto,vt nocet pro-
ximo.¶6.Quod Herrera ibidem ait,delectari 6.
de eſu carnium tempore prohibito, de ludo
prohibito ſub. m. de bello iniuſto ex vtraq.
parte, de duello, de torneamētis periculoſis,
de cōgreſſu piculoſo cum tauro,vel alia fera
illicitū eſſe : verū generaliter nō eſt,ſed cum
gaudeo de his actionibus,vt ſunt violationes
legum,vel noxis aut iniurioſæ proximis:iux-
ta dicta ſect. 5. Bene autem concedit ibi cum
Caiet.verb.delectatio,non eſſe per ſe.m.dele
ctari de tragœdijs, & alijs repræſentationi-
bus,quæ per ſe non ſunt peccata mortalia.

SECTIO. XI.

An procurare pollutionem,præſertim delectationis gratia,ſemper ſit peccatum mortale.

RESPON.peccatum mortale eſt
procurare pollutionem non ſo-
lum quādo procuratur cauſa de-
lectationis ſed etiam, quando
propter finem aliâs honeſtum,vt propter ſa-
nitatem,vel ad ſedendas tētationes, ſiue per
media alias licita,vt per cibum, & potum,ſi-
ue per illicita, vt per turpes delectationes
&c.Et ſiue procuretur, vt eueniat in ſomno,
ſiue vt in vigilia.Palud.4.d.9.q.3.ar.1. conclu-
ſio.1.Antonin.2.p.tit.6.c. 5. & ex Archid.Bap-
tiſta ſeu Roſella,& alijs.Adrian.q.4. ſeu.5. de
euchariſtia. §. his præmiſſis, Syluester verbo
pollutio,vbi Angel.nu.2. Tabien.verbo com
municate,num.44. Gerſon.2. part.tractat.de
pollutione diurna.concl.11.Alphab.37.litt.H.
Nauarr.2 de reſtit.c.3. nu. 140. Sebaſti. Medi.
in ſum.peccatorū,p.2.tit. 8. c.36.alios referēs,
Leſſi.4.de virt. cap.3. dub. 14. Margarita con-
feſſorum in 6.præcepto.fol.90. Thomas San-
chez.9.de matrimon.diſp. 17. nu.13. & 16. Va-
lentia.2.2.diſput.9.q.3.puncto.3.agens de pec-
cato contra naturam,Llamas.3.parte.Metho
di.c.8. à §.20.& 23. Mathias Eliſius.2. d.42.ca.
3.& omnes.Prob.1.ex ſcript.Coloſſ.3. *Mortifi-
cate membra veſtra,quæ ſunt ſuper terram, fornica-
tionem immunditiam, &c.* Vbi nomine inmun-
ditiæ intelligi pollutionē ait Caſſian.coll 12.
ca.2.

cap. 2. vt & Leuit. 22. *Anima, quæ comederit de carnibus ſacrificij ſalutaris, in qua eſt immunditia, peribit coram domino.* Idem nomine pollutionis dicitur Leuit. 7. c. autem. 3. illius collationis probat Caſſianus hanc inmunditiam, & pollutionē expellere à regno Dei, ex Eph. 5. *Fornicatio, & omnis immunditia nec nominetur in vobis, &c. Illud autem ſcitote, quoniam omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod eſt idolorū ſeruitus, non habet hæreditatem in regno Chriſti & Dei*, & 1. Cor. 10. *Nolite errare, neq; fornicarij nec idolis ſeruientes, nec adulteri, neq; molles, &c regnū Dei poſſidebunt.* Vbi per molles Chryſoſtom. & alij Græci, & D Tho. intelligunt eos, qui muliebria patiuntur, quibus reſpondent maſculorum concubitores. Sed Anſelmus, & Lyra eos, qui ſe polluunt: & eſt probabilis explicatio ſecundum Leſſium ſupra: quia hoc peccatum eſt ſignum peculiare mollitiei animi. Vnde omnes fere Doctores ſcholaſtici, dum diſputant de matrimonio aut luxuria, nomine mollitiei intelligunt pollutionem, & Caſſian illo cap. 3. per molles videtur intelliger eos, qui ſe polluūt, & collatione. 22. ca. 15. nomine inmunditiæ. Leuit. 22. & Deuteronom. 23. pollutionem intelligit. Dicitur autem ad Galat. 5. *Manifeſta ſunt opera carnis, quæ ſunt fornicatio, immūditia, &c Quæ prædico vobis, ſicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non conſequentur.* Vbi & Epheſ. 5. Anſelm. nomine inmunditiæ pollutionem intelligit. Saltem hoc nomine omnes anonymæ libidines ſignificantur, vt notat Leſſius dub. 8. & 14. ex Hieronym. Galat. 5. Ergo pollutio eſt peccatum mortale: nam hoc ſolum excludit à regno Dei vnde Geneſ. 38 de Onā filio Iudæ dicitur: *Introiens ad vxorē fratris ſui, ſemē fundebat in terrā ne filij fratris nomine naſcerētur, & ideo percuſſit eū Dñs, eo q̄ rē deteſtabilē faceret.* Et q̄ paulò ante dixerat ſcriptura, *fratrē eī Her fuiſſe nequā in conſpectu dñi, ideo, ab eo occiſū eſſe*, ſecundum traditionem Hebræorum, quā plerique noſtrorum etiam ſequuntur, ita intelligitur vt Her perdite adamauerit Thamar ob inſignem eius pulchritudinem, & cū ſciret per grauidationes, & partus defloreſcere decorem & venuſtatem muliebrem, in cōgrediendo cum Thamar effundebat ſemen extra vas illius, ne grauidari poſſet. Ita docēt Pererius, Geneſ. 38. diſput. 2. Caieta. eod. cap. vnde Caſſian. collatio. 8. cap. 11. ait, peccatum vtriuſq; fratris fuiſſe, quod ſemen extra vas funderent, de quo peccato interpretatur loca citata Epheſ. 5. & Coloſſ. 3.

80 2. Probant ratione D. Tho. 2 2. q. 153. art. 3. ad. 1. & q. 154. art. 11 & 12. & de malo, q. 15. art. 1. ad. 4. Leſſius, & alij multi ſupra, quia iſte eſt abuſus inſtrumenti, & ſeminis ordinati à natura ad generationem. Sed vnde hic abuſus

Probat. 2.

lethalem contrahit grauitatem? Dicunt aliqui, quia fit ſeminis diſpendium, at fieri poteſt diſpendium ſeminis ita vt generationi non ſeruiat, etiā cū laude. Vt patet in ijs, qui caſtitatem colūt, vel etiam profitentur. Exiſtimo grauitatem ex eo ſumere, quod valde aduerſetur matrimonio, & naturali multiplicationi humani generis: ſi enim eo modo capere delectationem liceret, multi à congreſſu mulierum extra matrimonium, & in matrimonio abſtinerent, contenti effuſione ſeminis extra vas, præſertim oſculando, & tangendo mulieres, ſeipſum, vel alios viros. ¶ Ob hanc igitur rationem ſicut nulli licet priuata auctoritate vindictam ſumere de alio, ſed tantum auctoritate iudicis, quia ad vitanda incommoda hunc modū natura præſcripſit: ita nemini licet extra vas naturale fundere ſemē, quia ad vitāda incōmoda hoc quoq; ſtrictiſſime natura præcepit, ita vt ſicut nullum ob finem, nullamq; neceſſitatem licitum eſt fornicari, ita nec ſemen extra vas fundere. ¶ Conſonant, quæ circa obſeruantiam voti caſtitatis dicunt D. Thom. 2. 2. quæſt. 88. art. 11. ad 3. Antonin. 2. part. tit. 11. ca. 2. §. 9. prope finem. Durand. 4. d. 38. q. 2. fine, Sotus. 7. de iuſtitia. q. 4 ar. 2. Ioann. Medi. Codice de ieiunio, in fine, Michael Medi. 4. de continentia, controuerſia. 4. a. c. 20. Ledeſm. 1. 4. q. 17. a. 6. prope finem, nempe ob nullam neceſſitatem corporis licitum eſſe coitum habentibus votum caſtitatis. Idem eſt de non coniugatis, nunquam enim poſſunt licite coire, ergo ſimiliter nunquam homini licebat pollutionem procurare.

Si obijcias, quoniam ad tuendam vitam licitum eſt manum, teſticulos, aut quoduis aliud mēbrum ſibi amputare: ergo & ſe polluere. De hac obiectione vide Leſſium illo dubio. 14. ¶ Quidam reſpondent non eſſe ſimile, quia cum cætera membra ad ipſius indiuidui bonum, & incolumitatem natura deſtinarit, adminiſtrationem ipſorum indiuiduo conceſſit, vt ipſa amputare poſſet, non libere tanquam ſi dominus eſſet, ſed vbi neceſſitas ac ipſius incolumitas id poſtularet, more legitimi ac fidelis adminiſtratoris: ſeminis autem, vt pote à natura inſtituti, nō ad ipſius indiuidui bonum, ſed ad ſpeciei conſeruationem medio coniugali congreſſu, nullatenus dominium, aut adminiſtratio, ipſi homini conceſſa ſunt, ac ſubinde eius effuſionem extra coniugalem copulam in nullo euentu procurare poterit. 81

Obiectio.

Solutio quorundam.

Hanc reſponſionem confutat Thomas Sanchez illo nu. 16. Primo, quia generationi deſeruire cum propriæ ſalutis notabili detrimēto, ne dum cum vitæ periculo, nemo obligatur, etiam altero coniuge ſuum debitum

peten-

Digitized by Google

petente, vt tractat idem eodem lib.diſput.24. n.2. non ergo ne fruſtretur generatio aſtringitur homo ad ſemen retinendum cum vitæ iactura. ¶2. Quia nemo negabit, fas eſſe ſitipum accipere ſemen reſoluentem in ſanguinem, aliumve humorem alijs vijs expurgandum ne æger omni medio ad ſalutem corporis tuendã deſtituatur. At generationi æquæ obſtatur ac nocetur reſoluendo, ac expellendo ſemen. Accedit licere ob indiuidui bonũ amputare ſibi teſticulos generationi neceſſarios: à fortiori ergo licebit ad vitam tuendam ſemen effundere, quamuis aliquo modo generatio impediatur; maxime cum amiſſa vita generandi poteſtas prorſus ſit peritura: effuſo autem aliquo ſemine poteſt manere ſufficiens ſemen ad generationem prolis ſuo tẽpore, & multi non poſſint generare potentia phyſica propter ſterilitatem, vel morali propter ſtatũ religionis, vel ſacri ordinis. ¶3. Quia magis accedit generationi perfectæ fœtus nondum animatus, quàm ſemen. Cum tamẽ expulſio illius licite procurari poſſit, cum ad ſalutem matris neceſſe ſit, vt probat Sanchez eod.lib.diſput.20.num.9. Confir. quia ſemen eſt pars ipſius indiuidui, ſicut fœtus eſt pars ventris, atque adeo non eſt cur negetur adminiſtratio illius, ſicut huius conceditur ob bonum totius. ¶4 Quia quod ipſa natura diſponẽte naturaliter efficitur, ſi ratione fiat nullus eſt abuſus: motus enim ille naturalis auctori naturæ tribuitur, ſed non obſtante generationis damno natura ſæpe, vt ſe exoneret, ſemen expellit; licebit ergo ipſam medicamentis ad id iuuare. Confir. quia fas eſt iudici latronem ſuſpendenti opem ferre, idque curare, eo quod actio illa ſuſpendendi licita ſit: cur ergo actionem virtutis ſemen nociuum expellentis, quæ naturalis, ac proinde bona eſt, adiuuare medicinis nefas erit.

83 *Vera ſolut.* Vnde Tho. Sanchez aliam rationem reddit, cur in nullo euentu liceat ſeminis effuſionem procurare, quia adeo vehemens in ſeminis effuſione delectatio eſt, vt illam teſte Abulen. Math.5.q.184. ad.1. homines tanquam ſummum bonum perſequantur: ideo natura in omni euentu eius adminiſtrationem denegauit: ea enim aliquando conceſſa, homo affectu libidinis excæcatus, facile ſibi perſuaderet, in multis alijs euentibus licitam eſſe: indeque fornicationes, adulteria aliaq. innumera luxuriæ vitia aduerſus commune bonum pullularent, ideoq. natura etiam in caſu neceſſitatis ad vitam indiuidui hanc adminiſtrationem ipſi denegauit. Sed non video, quomodo ex licentia effundendi ſemen extra vas propter aliquas neceſſitates: fornicationes, adulteria, & alia vitia ſequerentur: niſi forte dicas, quia homines ea delectatione contenti, matrimonia non contraherent, ſed cœlibes manerent atque adeo expoſiti illorum vitionum periculo. Sed ſatis magnum incommodum eſſet, quod homines ſæpe matrimonia contemnerent, eo quod ſæpe ſine illo poſſent maximis illis delectationib. frui: ex eo autem, quod liceat propter vitam amputare ſibi aliquod membrum, non ſequuntur incommoda, quia dolor ingens, & damnum eiuſdem, & maximum, quod in tali amputatione cernitur efficit ne ad alios caſus facultas illa temere extendatur.

Vnde qui dixerunt, ad tuendam vitam licitum aliquando eſſe ſe polluere, male audiunt apud Theologos imo, & apud medicos timoratos: inter quos Ludouicus Mercatus libro quodam ex profeſſo oſtendit, pollutionem voluntariam nunquam eſſe ad ſalutem neceſſariam: nam reſolutio ſeminis, & purgatio lethalis humoris aliter fieri poteſt, & licet non poſſet, tamen adhuc non eſſet licitum pollutionem procurare, vt recte Valent. & alij ſupra. ¶Sed deterius dixerunt quidam noſtri temporis hæretici, non eſſe maius peccatum ſemen extra vas effundere, quã alia extrementa nares emungendo effundere, & Hamerus Geneſ.38. fol.222. refert Ponticum quendam, qui hoc vitio laborabat illudque leue, & contemnendum putabat à Martiali alioqui turpiſſimo lib.9. epigrammatum ſic reprehenſum. Hoc nihil eſſe putas, ſcelus eſt mihi crede, ſed ingens. Quãtum vix animo cõcipis ipſe tuo, &c. Refert etiam Hamerus, Diogenem Cynicum hoc vitio laboraſſe, & doctrinam ſceleratiorem apud Lucia. dediſſe græcis verbis ibi relatis, quib⁹ hæc latina reſpondẽt. Palam fac ea, quæ alias non audeat clam, & dic ea in venereis, quæ ſunt valde ridicula. Et Naclãth. in id Epheſ.5. *Fornicatio autem, & omnis immunditia:* ait, de fornicatione conſtat, quod gentibus non credebatur peccatum. Vnde neceſſarium fuit, vt cõſtitueretur in Concil. Hieroſoly. gentibus abſtinendum à fornicatione ſimiliter, & immũditia, qua quis fœdat ſe, non ſolum non habebatur peccatum, ſed ad exonerandam naturam à præcipuis eorum magiſtris perſuaſum referunt, vide Contra. Cinglium in locis cap.104. & 105. & Altiſiodo.3.ſumm. tracta.7. ca.4. qui tamen lib.2. tracta.28. cap.2. quæſt.3. incidenti indicare videtur, licitum eſſe medicinis procurare pollutionem, & alios prauos motus corporis, vel appetitus, ob idque reprehenditur à Corduben. lib.1. quæſt.23. dub.14. ſed melius Thom. Sanchez, ſupra nu.16. alijque interpretantur Altiſiodoren. vt ſolum velit, licitum eſſe medicinis auferre impedimenta virtutis generatiuæ, & ſeminis expulſoriæ, licet inde præter intentionem pol-

lurio ſequatur, quod verum eſſe docet idem eodem lib.diſp.45.n.10.

85. Sed addit diſput.17.n.17. non licere cooperati ad ſeminis iam è lumbis deciſi effuſionem,quamuis retentio ſaluti corporis graue detrimentum allatura ſit,quia id vere eſſet ſeminis adminiſtratio,& fluxus illius procuratio.Sed certe ſemen alumbis deciſum retineri non poteſt,niſi via manibus obſtruatur,vel aliud in via ſit impedimentum. Vnde finita deciſione,& delectatione illa, quando nullũ eſt impedimentum,curare vt effundatur, ſuperuacaneum eſt, cum ex ſe ablato impedimento ſtatim fluat. Fatetur tamen idem Auctor,& merito, licitum eſſe, ſemen è lumbis iam deciſum non retinere, & vbi pollutio eſt in naturali fluxu, in ſomnoque cæpit, illam non impedire ob morbi periculum ceſſante periculo conſenſus in peccatum mortale, vt docet Gerſon,tract. de pollut.diurna alphab. 38.littera.L.prop.12.Sotus.4.diſt.12. quæſtio.1. art.7.colum.5.verſ.vnde ad argum. Curd.lib. 1.quæſtio.23. in fine Ludouic. Lopez. 1.par.inſtruct. cap. 74. §. accedit ad hoc Emanuel Sa verbo luxuria, verſ. cœptam in ſomno. Vega 2.tomo ſummæ c. 67. caſu.1. Nauarr. c.16. nu. 8. dicens, eſſe comunem Theologorum. 4. d. 9. & Turrecre. c.ſed penſandum. diſt. 6. art. 5. idem tenet Sa,luxuria.nu.11. Graff. 2. deciſionum cap.87.nu.14. quia id non eſt procurare, ſed pati emiſſionem ſeminis, quæ non impeditur à patiente,ne humor ille corruptus noceat,qui iam eſt generationi ineptus, & quia non tenetur impedire,imo expediet tũc nullo tactu pudendorum ad retentionem vti,ſed ſigno crucis ſe munire,& attente, ac feruenter orare, ne permitat lapſum,in conſenſum poſitum illius delectationis. Tho. Sanchez ſupr. cum Gerſone. illo alphab.38. littera G. propt.8.addit Thomas Sãchez, idem eſſe vbi pollutio cœpit culpa patientis, quia eadem aſt ratio,imo ſi in ipſo fluxu præteritæ culpæ eum pœniteat,non erit peccatum,quia pœnitentia reuocauit,& interrupit præteritam voluntatem. Aduerte autem,quamuis non ſit licitum procurare pollutionem, tamen licitum eſſe ſummere medicamenta aliqua, quæ vel eius generationem aut copiam impediãt, vel ipſius reſolutionem in vapores, vel halitus caoſent.Sic etiam Leſſi.illo dub.14.ait. Et ſi forte ſemen in illo caſu detrahi poſſet medicamento cathartico(ſi tamẽ eo modo, quo bilis,pituita,melancholia abſq. libidinis ſenſu ſubduci poteſt,quod ego non puto) tamen non poteſt pelli eo actu,& impetu,quem natura fecit illi propriũ.Deinde quãuis licitum ſit petere à iudice,vt Reum iuxta allegata, & ꝓbata morte cõdẽnet, & à Deo vt per mortẽ eripiat hominem à periculo peccãdi, & alijs damnis,tñ non eſſe licitum procurare,vt virtus expoltrix ſeminis ſuum munus exerceat, non vt aliqui dicunt,quia virtus expultrix cũ ſit agens naturale,neceſſitatur,nõ vero Deus, neq. iudex,qui ſunt agẽtia libera,ſed quia facultas procurandi pollutionẽ quocunq. fine valde noceret matrimonio, & generationi.

SECTIO. XII.

An procurare magnã & notabilẽ commotionem ſpirituum, vitaliũ ſubſeruientium generationi,& mẽbrorum, aut ſeminis,ſit pecc.mortale.

RESP. Tho.Sanchez illa diſp.17.n. 86
18.& alij eſſe peccatum.m. etiam ſi fiat per media alias venialia, imo, & licita, vt per lenocinia verborum non turpiũ,per indicia amoris, vel p tactũ manus:Probãt,quia talis commotio, & alteratio eſt inchoata quædã pollutio, & eſſentialiter ordinatur ad perfectã ſeminationẽ,& notabilius conducit ad illã quam tactus verendorum, qui tñ propterea ſunt peccata mortalia.Sed alia ratio eſſe poteſt,quia facultas habendi has delectationes etiam derogaret matrimonio, & generationi prolis:homines enim contenti his delectationibus à copula matrimoniali, imo & alia quauis abſtinerent,item quia delectationes iſtæ per ſe inducunt periculum conſentiendi in opus prohibitum,vel delectationem de illo.

SECTIO. XIII.

An ſit peccatum mortale procurare diſtillationem?

PRO quo aduerte ex genitalib.profluere quendã humorẽ ſemini ſi- 87
milẽ in colore, verũ magis liquidũ tenuẽ,fluidũ,& aqueũ,minuſq. mordacem,qui cũ minori corporis motu, & delectatione effunditur,& in minori quantitati,& copia, aliquandoq. in perceptibiliter, & ſine carnis aut imaginatiuæ motu, vel delectatione D.Tho.opuſ.64. c. de fluxu libidinis.Gerſon.2.p. tract.de poll. diurna prop. 4. alphab.38.littera E.Caiet.to.1.op.22.de pollutione exauditu cõfeſſionũ.q.vnic.art.2.§.animaduerte tñ,in fine,Marg. cõfeſſ.qq.moralibus,fol.156.Th.Sanch.to.3.đ matri.lib.9. diſp. 45.nu.2.Llamas.3.par.methodi.c.8.§.23. ¶Iam ad dubium.R. mortale peccatũ eſſe notabilẽ diſtillationem procurare,ita Thom. Sanchez lib.illo 9.diſput.17.n.8. Llamas ſupra, & alij id probantes, quia talis diſtillatio eſt per ſe con-

Digitized by Google

coniuncta cum notabili commotione ſpirituum vitalium feruientium generationi, & membrorum,& dicta inchoata ſeminatione, & eſt effectus illius ſolius:non poteſt autem amari,& procurari effectus,quin ametur, & procuretur cauſa per ſe,& vnica illius. Secus, inquiunt,eſt quando leuis diſtillatio procuraretur leuiſque ſpirituum commotio:excuſaretur enim à mortali eam procuraos, ratione paruitatis materiæ, ceſſante omnino pollutionis periculo.Conf.quia diſtillatio illa procurata non cōtingit ſine delectatione aliqualiter venerea, quæ ſi licite poſſet procurari multum derogaretur matrimonio,& generationi,quia copula carnalis minus amaretur, & procuraretur,cum abſque illa liceret delectationes aliquas venereas habere nullam afferentes incommoditatem ,& nullam habentes difficultatem. Addunt Caie.Margarit. confeſſ. vt refert Sanchez illa diſp.45.n.2.non eſſe magis curādum de hac diſtillatione, niſi ipſam carnis rebellio comitaretur, quam de ſudore.

SECTIO. XIIII.

An procurare pollutionem etiam in fœmina ſit peccatum mortale.

88 VIDETVR non eſſe.m.quia ſemen fœminæ non eſt neceſſariū ad generationem.R.tamen,etiā in fœmina eſſe peccatum mortale:ita omnes docent,& rationē reddit Tho. Sanchez illa diſp.17.quia illius ſemen à natura ordinatum eſt ad generationē vel tanquā neceſſarium iuxta vnā opinionem, vel tāquā vtiliſsimum,quia natura ſemen,& tantam in eius effuſione delectationem non fruſtra inſtituit.Deſeruit ergo ſaltem,vt fœtus ſit pulchrior,& melior,vel vt vulua ſemine fœminæ irritata virile ſemen auidius ſuſcipiat. Sed potiſsima ratio eſt,quia facultas fruendi tanta delectatione quoties liberet,abſq.congreſſu viri,deſiderium viri valde minueret,& ſic multū derogaretur generationi,& matrimonio.An vero ſemen fœminæ conducat per ſe generationi diſputat Caiet.2.2.q.154.a.12.Fœminas autem ſæpe intra ſe tāum ſemen fundere teſtimonio ipſarum,& Ariſt.1.de hiſtor. animalium,c.3.cōpertum eſt. Et concurſum ſimultaneum vtriuſq. ſeminis neceſſarium eſſe ad generationem docent Galen.4 de vſu partium.c.7.Petrus Math. lib. de ſemine , fol. 59.§.intercedere.Et ſaltem vbi vir prius ſeminat,quam fœmina, impediri generationem, tradunt Auicēna,lib.3.Fen.21.de mēbris generationis.c.7.de ſterilitate verſ. error autē accidens eſt,vbi Iacobus de Partibus,& Gentilis de fulgineo , idem Nicolaus Florentinus ſuper ſer.6.c.13.quare conſultum erit , vt tardior coniux ante congreſſum tactibus venerem excitet,vt ſimul cum alio ſeminet. Caie. 2.2.q.154.ar.11.ad finem,dub.5.Tabien.verbo luxurioſus,q.6.§.7. Thom. Sanchez illa diſp. 17.num.8.

SECTIO. XV.

Vtrum quando ſemen eſt corruptum, & ex eius retentione patitur mulier grauia accidentia, licitum ſit ad eius expulſionem conari.

PRæmittendū eſt enim cum Galeno.6. de locis patientibus capit. 5. & Valles ibi in additionibus ſuper.§. cogitāti mihi, Albertino Bottooo de morbis mulierib. cap. 43. paulo poſt principiū,& cap.48.& Vega.3. de arte medendi.c.9.ex vitiato ſemine prouenire accidentia valde venenoſa in fœminis, eaſque pati ſymptomata medicamētumque adhibendum eſſe confricationib. partiū occultarum muliebrium,& intromiſſione: digitorum vſque ad os vteri,quo virtus expulſiua prouocetur,ſemenque illud expellatur.Morbus hic etiā in viris reperitur, vt docent Gal. & Valles ibi, Alber.Botton.illo lib.1.c.41. qui etiam c.43.aduertit hæc ſymptomata aliquādo prouenire ex ſeminis qualitate , quod ita alteratur, vt in pernicioſam ac venenoſam qualitatem degeneret:aliqñ vero ex quantitate ſeminis retenti plus iuſto abundaotis.In quæſt. ergo propoſita Valles ſupra ait , minime licere Chriſtianis ea medicamēta adhibere,quo ſemen illud expellatur,ſed Tho. Sanchez lib.9.de matrim.diſp.17.nu.19.to.3. ait,id verū eſſe vbi ſemen in ſola qualitate peccat, quia tunc eſt verū ſemen ac prolificū, cuius effuſio in nullo euentu curari poteſt,niſi cum coniuge,ſi autē ſemen in qualitate peccet,eo quod corruptū ſit in venenoſamq. qualitatem tranſierit,tunc licitū eſt eius expulſionē dictis confricationibus, alijſque medicamentis moliri,nec curandum eſt,inquit,ſi obiter: & præter intentionem ſequatur pariter ſeminis veri emiſſio,itaq. ſenſerunt viri doctiſſimi ſocietatis Ieſu de hac re conſulti. Probat.1. quia medicamenta illa nullatenus tēdūt ad veri ſeminis effuſionē, ſed corrupti, & quod iam in aliam venenoſam qualitatem degenerauit , aliqualis autem veri ſeminis omiſſio per accidens,& præter intentionem

 ſequitur

ſequitur ex re neceſſaria ad ſalutem corporis: ergo ſicut licet medicamentis ſubuenire naturæ, vt prauæ aliæ, & nocentes qualitates depellantur, eſto inde per accidens pollutio ſequatur, ita licebit, vt ſemen, quod iam non verum ſemen, ſed virus eſt, depellat, naturam adiuuare. Confirm. quia licitum eſt verenda refricare ad ſedandum pruritum, eaque Chirurgis oſtendere, vt morbo medeantur, vel vt incidant, aperiantque, vbi fœmina eſt arcta, eſto inde præter intentionem pollutio ſequatur, eo quod datur opera rei licitæ, & neceſſariæ (vt eodem lib. diſputat. 45. num. 9. probat Sanchez) cur ergo non licebit illam prauam qualitatem, in quam ſemen tranſijt, expellere, eſto per accidens ſequatur pollutio eo vel maxime, quod in hoc caſu procul abeſt quod uis conſenſus periculum, ac delectationis: quoniam fœmina ſymptoma illud patiens, tunc temporis eſt ſenſus ac mentis impos. Quod ſi dubium eſſet, an ſemen in quantitate, an vero in qualitate peccaret: credit Sanchez, non licere, ſi dubium tale eſſet, vt medici docti neutri parti acquieſcerēt, tunc enim ſemen eſt in poſſeſſione, quod verum aptúq. generationi ſit cum hæc qualitas ſuapte natura illi in ſit. Si vero probabiliter opinarentur, illud in qualitate peccare, quamuis cum alterius partis formidine, id licere nam opinionem probabilem amplecti tutum eſt.

90 Sed reſolutio iſta non caret difficultate, nam ſemen eunuchorum non eſt prolificum imo neque verum: conari tamen ad eius expulſionem nunquam eſt licitum: idem eſt de alijs ſeminibus de quibus longa multōrum experientia aut firmiſsima ratione conſtaret, non eſſe polifica, aut non eſſe vera ſemina, ſed corrupta, non tamen noxia. Item nō poſſumus conari ad expellendum humorem illum, quem diximus diſtillatione emitti, quādo non poteſt expelli ſine delectatione venerea, quamuis longe minor ſit quam quæ ſit in emiſsione ſeminis etiam corrupti: ergo multo minus conari licet ad emiſsionem ſeminis corrupti quando cum delectatione emittendum eſt: ratio enim hic eſt eadem, quia huius delectationis licita fruitione negligentur per ſe loquendo generationes, & matrimonia. Adde, quamuis ſemen ſit corruptum ſecundum qualitatem, non ſequi, vt ſit corruptum ſecundum ſubſtantiam, & fere nunquam id ſciri poteſt: ergo ſi illicitum eſt illud emittere, quando dubium eſt, an ſit ſemen verum, raro aut nunquam licebit illud mittere. Adde etiam, parum referre, quod viri docti iudicent, vel non iudicent probabiliter pro altera parte, aut quod vtriuſque partis aſſenſum retineāt: ergo ſi licitum eſt ſemen emittere iudicando tantum probabiliter eſſe corruptum etiam licebit ſuſpendendo iudicium vtriuſque partis, vel contrarium iudicando, quia ſemper res eſt dubia, animuſque formidoloſus, ſiue aſſenſum præbeat in hanc, ſiue in illam partem, ſiue in neutram, vt in ſimilibus dixi tractat. de conſcientia, & ibidem docui, in dubio quocunque meliorem eſſe conditionem poſsidētis ſuam libertatem, & ideo niſi poſſet commode abſtinere, licite efficere poſſe actum, de quo dubitat an ſit vel non ſit prohibitus. Non ergo in dubio de corruptione ſeminis iudicandum pro ſemine, ita ſe habendo, quaſi certum eſſet eſſe incorruptum, ſed pro homine, cenſendo ita operari poſſe ac ſi certus eſſet de corruptione ſeminis ſecūdum ſubſtantiam: vnde qui probabile putaret, licitum eſſe ſemen ſecundum ſubſtātiam corruptum, cum venerea voluptate emittere, taleque ſemen eſſe ſic corruptum: licite poſſet in eo dubio ſemen cum voluptate illa emittere. Mihi vero magis placet, illicitum eſſe ſemen quantumcunq. corruptum cum venerea voluptate emittere, etiam ſi de corruptione certitudo eſſet.

SECTIO. XVI.

Utrum circunſtantia coniugij in polluente ſe voluntarie, det actui nouam ſpeciem mortalem neceſſario in confeſsione explicandam?

ALIQVI affirmatiue reſpondent: 91
ſed rationem non aſsignant, vt debent; ſaneque res eſt difficilis: nam coniugium ſolum dat luxuriæ ſpeciem iniuſtitiæ: quod autē vir ſe polluat, non videtur iniuria vxoris. Si ei quoties illa petit iuſte, debitum reddit, & nullam aliā cognoſcere vult, nec periculo eam cognoſcendi, aut in eam conſentiendi ſe exponit. Reſponderi tñ pōt, pollutionem per ſe, & ex natura ſua eſſe periculoſam in ordine ad duo, quæ maritus debet de iuſtitia vxori; alterum eſt, debitum ei reddere, alterum eſt ad aliam non accedere: & ideo coniugium pollutioni dare ſpeciem iniuſtitiæ neceſſario confitendam. Quod ſupponit Llamas. 3 p. methodi. c. 8 §. 20. Id vero certum eſt: quod ibidem, & §. 23. docet, in religioſo, vel habente ſacrum ordinem hanc circunſtantiam perſonæ polluentis ſe eſſe neceſſario confitendam, quia aggrauat notabiliter pollutionem, & dat nouam ſpeciem malitiæ: nempe contra religionem ratione voti caſtitatis: idemq. eſſet in habente ſimplex caſtita. votum.

SECT.

Digitized by Google

SECTIO. XVII.

An ſit peccatum mortale dare cauſam pollutioni non intendendo illam, ſed alium bonum finem, vel actum, ex quo ceruitur proceſſura.

100 SVPPonimus, vt pollutio ſequens
præter intentionē, imputetur, de
1.Concl. bere eſſe aliquo modo præuiſam
in cauſa, vt probat Leſſi. lib.4. c.
3.dub.14. ¶Dico primo, ſecluſo graui pericu-
lo cōſentiendi in p. m. vel delectationem il-
lius, nullum peccatum eſt dare cauſam pollu
tionē, quando res illa, quæ cauſa eſt, requiri-
tur, vel eſt valde vtilis ſpirituali vel tempora
li ſaluti propriæ aut alienæ, aut aliam vtilita-
tem habet, modo non ſit in ſe intēta aut vo-
lita ipſa pollutio, ſed illa vtilitas. Itaq. licitū
eſt ſtudere huiuſmodi rebus ad docendū.l.ad
cōfeſſiōes audiēdas, & audire cōfeſſiones etiá
fœminarū, concionari, exercere officiū Chi-
rurgi, aut Medici, videre & alloqui fœminas
ſumere cibos calidos, aut medicinas, equi-
tare, dormire reſupinū, quamuis credatur fo
re, vt ex illis cauſis ſequatur pollutio. Idem à
fortiorī dicendum de delectatione, & diſtil-
latione, quāuis non ſit licitum vti rebus, quæ
nullam aliá habeant vtilitatem, niſi pollutio
nem inferre. Hanc cōcluſ. docet Aug.12. Ge-
neſ. ad lit. cap.15. to.3. & D.Tho.2.2. qu.154. ar.
5. & 3.p.q.80.a.7. Autoni.2.p.tit.6.c.5. & 3.p.tit.
13.c.6.§.10. Gerſon tract. de pollut. diurna in fi
ne. Alph 38. lit.1. prop.12. Henriq lib.11. de ma-
tri c.17.§ 6. Adrian. in 4.q.4. de Euch §. his præ
miſsis cū Palud. Archid. & Roſella, Turrecr.
c. quia vero d.6.a.1. Caiet. to.1. op.22. de pollu-
tione cōtingēte ex confeſs. q. vnic. a.1. & 2. &
in ſum. verb. delectatio p.3. Soto.4.d.12.q.1.ar.
7. Herter.2. diſp.33.q.16. Gab. lect.10. in canon.
lit. H Leſs ſup. Syl ueſt. verb. pollutio vbi Ar-
mil. n.1. Nauar. c.11.n.9. & c.16.n.7. Hiſpan. n.6.
Ledeſ.1.4.q.21.a.7. dub.7. & vlt. Cord. lib. 2. q.
31. col. penul. Llamas.3.p. methodi, cap.8. §. 23.
Abulē. Math.5.q 246. & 247. Tabie. cogitatio.
q 6.n.7. in fine Margarita cōfeſſorū qq. mora
lib. fol.156. Niena. ſum. tit.101 Med.1. ſum. c.14.
§.18. & 1.2.q.74.a.6. dub. ſpeciali đ hac re Vaz.
diſp.115.c.3.n.8. Valent.2.2. diſp.9. q.3. punct.3.
§ cum autem cauſa Nauarra.2. de reſtit. ca.3.
dub.2.n.131. Ludou. Lopez.1.p. inſtructorij. ca.
73.§. penul. & vltim. Eman to.1. ſumm. c. 211.n.
1. Graff.1.p. deciſionum lib.2.c.87. in fine. Ema
nuel Sa verbo luxuria verſ. pollutio inuolū-
taria n.8. Vega tom.2. ſuæ ſummæ ca. 67. caſu
1. Philiarchus to. 1. ſummæ part.2. lib. 4. ca.18.
in fine, Thomas Sanchez to.3. de matri. lib.9.
diſp 45. nu.4. Zamel hac quæſt.74. art.8. diſp.1.
ante.4. concl. & diſp.2. concl.5. & diſpu.4. ante
dubium primum Toletus Valent. & alij cō-
muniter, qui idem dicunt de delectatione, vt
ſect.3. ante ſolutionē argumētorū retulimus.
Probatur quia effectus non intentus, nec 101
volitus in ſe, non eſt voluntarius moraliter &
imputabiliter, niſi teneamur illum vitare &
remouere cauſam vt vitetur, vt colligitur ex
D.Th.q.6.a.3. ſed nullus tenetur euitare pollu
tionē in ſimilibus euentibus, nec cauſas remo
uere, ne ſequatur pollutio, alioqui ceſſarent
innumeræ actiones valde neceſſariæ Reip. &
inijcerētur omnibus plurimi laquei ſine vlla
neceſſitate: ergo illa non imputatur ad cul-
pam Conf.1. quia ille potius patitur pollutio
nem, quā agat, vt dum ex infirmitate naturæ
procedit teſtatur Greg. c. teſtamentum diſt. 6.
Conf.2. quia non imputantur ius ſuū proſe-
quenti effectus per accidens ac præter inten-
tionē ſubſecuti, ſed homo habet ius ad prædi
ctas actiones: ergo non imputatur ei pollutio
quæ per accidens ſequitur ex ipſis. Conf. ex
D.Th.2.2.q.88.a.4.ad.2. vbi ait, non eſſe omit-
tēdas actiones vtiles propter damna, quæ per
accidens ex illis ſequi poſſunt: alioqui ab om
nibus bonis ceſſandū eſſet. Vnde Eccl. 11. qui
obſeruat ventū, non ſeminat.
Primo tamen obſeruo ex Caieta. opus cit. 102
Armill. pollutio nu.3. Medin.1.2.q. hac.74.a.6. Not.1.
verſ.2. notādū Zumel ead.q.a.8. diſp.4. ante du
bium, 1. dicto.2. Valent.2.2. diſp.9.q.3. pun. 3. §.
porro ad incurrendū Tho. Sanchez. tom.3. de
matr. lib.9. diſp. 45.n.3. Llamas illo.§.23. nihil
referre, vtrū pollutio, vel delectatio credatur
futura in ſomno, vel invigilia, dummodo illa
non ſit intēta vt finis nec volita, vt mediū, in
illis.n. euentibus ſiue in ſomno ſiue inuigilia
cōtingat, nō erit culpabilis, in alijs autē ſiue in
ſomno, ſiue inuigilia cōtingat, rationē culpæ
habere poterit. Sin iliter nihil refert, quod
delectatio, vel pollutio cōtingat, qñ fit actio,
a qua cauſatur, vel poſtea, vt docent citati præ
ſertim Caiet. Gerſ. Adrian. Armill. & Nauar.
ſup. quāuis quia qñ fit actio, ve ſallē invigilia,
propinquius eſt periculū cōſēſus formalis in
pollutionē, maior ſit adhibenda cura vitandi
cauſá 2. Obſeruādū eſt, ſi diſtillatio cōtingat, 103
vt aliquādo cōtingit, ſine vlla rebellione car Not.2.
nis, nihil eſſe curādū de illa, vt tenet D.T. op.
64.c. de fluxu libidinis Caie. Llamas & Gerſō
ſup. Tho. Sanchez & Margarita cōfeſſorū cita
ti ſect..2. in fine. 3. Obſerua in illis euētibus ſa 104
lutare conſiliū eſſe non cogitare neq. timere Not.3.
motus carnis, quantū fieri poſſit, nā vt timens
lapſū ex loco edito & lubrico, facilius labitur:
quia imaginatio ipſa turbat & facit caſum in
corpore ꝓprio: ita in pollutione & diſtillatio
ne cōtingit, nā hi effectꝰ maxime imaginatio
nē ſequuntur: ita Gerſon & Caie. ſupra & alij

Digitized by Google

& omnes dum agunt de interrogandis pœnitentibus in hac materia, comendát maxime breuitatem, & verborum decentiam, quæ cũ claritate neceſſaria ſeruari potuerit: præterea ſerenitaté vultus & grauitatem paternam omni familiaritate, & mutuo aſpectu vitato præſertim in confeſſionibus fœminarum, vt confeſſarijs Societatis Ieſu præſcribit regula. 15. & 16. Quarto, obſerua cóclusionem eſſe veram, licet cauſa in qua pollutio præuidetur ſit illicita ratione circunſtantiæ extrinſecæ: vt ſi quis confeſſiones audiat ob inanem gloriam, vel cibos ſuæ ſuſtentationi proportionatos, violando tñ præceptum ieiunij, vel iuſtitiæ probat Tho. Sanchez ſup. n. 5. quia illa circunſtátia nihil in pollutioné influit: ergo nó facit, vt imputetur pollutio, quæ alioqui nó imputaretur, & quia dána nó imputátur ius ſuũ proſequenti, licet aliunde peccet, vt patet in iudice puniente ob iram, vel inanem gloriá.

105 2. Con. Dico. 2. qui expertus eſt ſæpe in ſimilibus occaſionibus ſe lapſum fuiſſe in conſenſum peccati m. aut ex alijs coniecturis colligit, imminere ſibi graue periculum talis conſenſus, tenetur abſtinere à prædictis actionibus, quãuis alias licitis, & vtilibus, ita docet Caie. Sot. Adrian. Naua. Tabien. Graffi, Margarita confeſſorum, Lopez, Leſſius, Sa. & alij, quos citat, & ſequitur Sanchez illa diſp. 45. n. 6. probátes ex Eccleſ. 3. *Qui amat, periculum, peribit in illo.* Obſeruant tñ aliqui, datis tribus æqualibus periculis peccandi mortaliter, contingere poſſe, vt vnum tenearis fugere ſub mortali, aliud ſub veniali tantũ; aliud vero licite poſſis non fugere, idq. propter ſolam materiæ qualitatem, neceſſitaté, vel vtilitaté illius rei, cui eſt annexum tale periculum v.g. ſi vrgeat extrema, aut grauiſsima neceſſitas curandi fœminam, vel audiendi eius confeſsionem, non erit peccatũ mortale, neq. veniale curare, neq. audire illá, etiá ſi grauiſsimũ periculũ conſenſus inde immineat, præſertim cum teneatis & poſsis nó obſtáte tali periculo conſenſum vitare & oratione, vel pœnitentia extenuare periculũ, at vero, ſine tali neceſsitate erit peccatum m. Similiter contingeret, aliquem domi habere tá vehementé occaſioné pecccandi, vt neganda ſit illi abſolutio, niſi velit domo a gredi, aut talé occaſionem excludere, qñ cómode poteſt, & nihilominus ſi prudenter timeat graue ſcandalũ, graué ve infamiá, vel iacturam rei familiaris, aut cómodæ habitationis & victus, arbitrio prudentis confeſſarij cóputata grauitate damni cum periculo, non debet compelli, vt domo exeat, vel occaſioné expellat, & ſimiliter in alijs euentibus, ita docet Tho. Sanchez illo. nu. 6. & colligit ex D. Th. 2. 2. q. 10. a. 9. vbi dicit, infirmis interdicendam infidelium cómunicationem, niſi vrgeat neceſsitas, & Caie. & Armil. verb. periculum, peccatum eſſe exponere ſe periculo, niſi vrgéte neceſsitate Nauar. c. 3. n. 5 lit. E. & n. 14. & 15. & in in ſumma Hiſpan. add. ad eundem. n. 15. & Cordub. in ſumm. q. 4. fol. 20. & 29. dicentibus, abſolui poſſe eum, qui eſt in occaſione propinqua, ſi neceſsitas vrget in illa eſſe, & Caſt. 2. de iuſt. hæret. pun. c. 17. col. 9. in fine, & ſequenti, vbi ait, tentationibus fidei vexatos legentes hæreticorum libros excuſari à periculo lapſus, cui ſe exponunt, ſi ex cauſa neceſſaria id efficiant. Adde Sotum. 5. iuſ. q. 10. ar. 6. conclu. 2. vbi ait, licitum & laudabile eſſe exponere ſe periculo pro conuertendis perditis mulieribus, vel infidelibus.

Prob. 1. quia licet ille, qui amat periculũ, in illo peniturus ſit Eccl. 3. nihilominus, qui neceſsitate cótta ſuá voluntaté conijcitur in periculum, nó amat illud, ideoq. magis debet à Deo ſperare auxilium, quo extenuetur periculum, & ſic reſpectu illius minus iá periculum eſt, vt indicat Aug 16 ciuit. c. 19. & 22. contra Fauſtum. c. 25. & 26. dum ait, qui nó peccauet periculũ, quod p eccauere póſt, potius tétat Deum, quam ſperet in eo, & Baſil. de conſtit. monaſ. c. 4. bellũ. inquit, quod præter voluntatem incidit nobis, excipere fortaſſe neceſſariũ ſit, ipſum vero ſibi voluntatie create ſummæ dementiæ eſt. 106 Prob. 1.

2. Prob. quia licet non ſperaretur maius auxilium *Dei* in tali periculo, adhuc neceſsitas minuit, & quandoque aufert omnino obligationem vitandi periculum, id qua præſertim cum poſt illud periculum maneat in poteſtate hominis non peccare, & poſt peccatũ detur pœnitétiæ locus. § 3. Probatur, quia bella, lites, lectiones librorũ hæreticorũ ſibi non prohibitorum licitæ ſunt, quando iuſta & vrgens cauſa adeſt, etiam ſi graue periculũ animarũ inducant, ſic etiam licitũ eſt, vbi vrget neceſsitas, verſari inter infideles in munere legati, et exploratoris, quod tñ vix vacat magno periculo vide Lucium in ſumma circa. 6. præceptum notab. 9. vbi dicit, id quod ex Nauarr. et Cordub. tetulimus. 107 Prob. 2.

Ex dictis deducitur primo, expertum ſe pollui ex æquitatione abſque conſenſus periculo, non teneri ab ea deſiſtere, et pedeſtrem incedere: quia eſt res vtilis, et non eſt cauſa per ſe, et ſuaptæ natura pollutionis. Nauarr. c. 16. Hiſp. n. 6. Latine. n. 7. Vazq. hic diſp. 13. n. 8. Lopez. 2. p. inſtru. c. 76. de Euchar. § ſequitur etiam corolarie, Emanuel Rodriguez tom. 2. c. 211. n. 1. Vega to. 2. c. 67. caſu. 1. Armill. pollutio. n. 1. Thomas Sanchez de matri. to. 3. lib. 9. diſp. 45. n. 7. 108 1. Corol.

2. Deducitur, pollutionem præter intentionem ſubſequutam ex tactu licito neceſſario, ceſſante conſenſus periculo, non eſſe peccatum 2. Corol.

catum, vt ex amplexu iuſta patriæ conſuetudinē neceſſario ad notā inurbanitatis vitandā. Tho. Sanchez ſupr. n. 8.

109 *3 Corol. Opi. Sāctij.* Qui etiam n. 9. deducit cum nōnullis Tertio licitum eſſe ſentientib. magnum pruritū in partibus verendis, illas refricate, vt pruritum ſedet, quāuis periculum videat eſſe pollutionis, modo non adſit conſentiendi periculū, nam iuſtitia & neceſsitas cauſæ excuſat, nam pruritus ille multum moleſtiæ, & doloris affert, & difficilimū, aut etiam moraliter impoſsibile eſt à refricatione abſtinere, & quia mulier nupta patiens verendorum arctitudinem, ſi fieri poteſt copulæ apta per inciſionē, tenetur illā pati à Chirurgis iuxta c. fraternitatis de frigidis & maleficiatis, q̄ magis ad pollutionē excitat, & quia ſimiliter licent aſpectus, & tactus illarū partium, vt matrona iurare poſsit, num à viro cognita ſit. c. propoſuiſti de prob. c. nec aliqua. 27. q. 1. quæ omnia ad pollutionē prouocant. Deniq. quia nemo dānaret mundantē verenda à lanugine, ſanguineve menſtruo, ne pruritum, aut fœtorē patiatur, quamuis inde præter intētionē ſubſecutura videret pollutio: ergo ſimiliter in caſu noſtro. Refert tñ idē Sāctius eodē *Sen. Aucto.* n. 9. de hac re magnā fuiſſe inter doctos controuerſiā, & aliquos nō licere cōtēdiſſe, quorū ſentētiā veram puto. Si pruritus ille p actionē veneream nempe per alium pruritum, ſeu cōmotionem ſpirituum ſubſeruientiū generationi pellendus eſſet, quia actio venerea non ordinata ad generationem, ſemper eſt illicita, ſi in ſe eſt volita & procurata; ſecus ſi aliter pellendus eſſet, ſic Ludouic. Legion. Gaſpar Torres, Deza, Franciſ. Gomez Magiſter Ioan. Auila, Mich. de Arce, Henriq. & alij Hiſpani docti ſubſcripſerūt, fœminā, quæ ex morbo intra vas magnū pruritū ſentit ſi tāgat ſe ſine periculo cōſenſus, non peccare. m.

110 *4. Corol.* 4. Idem Sanchez. n. 10. infert licitum eſſe virtutis generatiuæ obſtacula remouere medicinis naturalib. minime tendentib. ad verū ſemen expellendū, ſed ad remouendos humores corruptos, licet inde præter intentionem, & abſq. cōſenſus periculo euentura pollutio ſit, quia ſalus virtutis generatiuę pertinet ad naturæ integritatem, nec minus bona eſt, quā ſanitas aliarū virium, nec mediū illud ordinatur ad pollutionem. Hoc quidem verum eſt qn̄ humor ille non eadem delectatione, qua verum ſemen expellēdus eſſet aut expulſio hæc non intenderetur, ſed aliud ex quo ipſa ſequeretur, & in hoc ſenſu vera eſt doctrina Altiſſiod. 2. ſumm. tract. 28. cap. 2. q. 2. incidenti, quem male reijcit Cord. lib. 1. q. 23. dub. 4. vt diximus ſectio. 10. circa finem. Conari autem ad expulſionem ſeminis corrupti illicitum eſſe diximus, quæſt. 4.

SECTIO. XVIII.

An ſit peccatum mortale dare cauſam pollutioni per rem alias illicitam.

111 *1. Opin.* IN hac re variæ ſunt ſententiæ. 1. ſententia ait, ſecluſa neceſsitate, vel vtilitate dare cauſam pollutionis etiā per res alioqui licitas & honeſtas peccatū m. eſſe Medi. q. 74. art. 6. ad. 3. & 4. Zumel. a. 8. diſp. 4. ante dubium primū ad. 1. arg. & ad. 1 confir. Valen. 2. 2. diſp. 9. q. 3. puncto. 3. §. itaq. duo requirūtur, & §. ſunt autem, & §. itaque ad cognoſcēdū. Eman. Rod. to. 1. c. 209. alias 211. n. 1. ad medium, & in fine, inde inferens, falſam eſſe illā regulam ſi cauſa non eſt mortalis, pollutio non eſt mortalis Nauarr. 2. de reſtit. cap. 1. dub. 5. nu. 39. alias, 40. & 44. & c. 3. diffic. 2. de induccēte occidenti, n. 131. §. mihi videtur, vbi docet, peccate mortaliter, qui nimio potu, equitatione, aut ſomno non neceſſarijs, neq. vtilib. quamuis ex ſe licitis dat cauſam pollutioni: fauet Sotus. 4. d. 12. q. 1. a. 7. verſic. ex his autem colligito, Cord. lib. 2. q. 3. col. penul. §. 55 p̄batur & Graff. 1. parte deciſio. lib. 2. c. 87. n. 13 dicentes, non peccare mortaliter eum, qui reſupinus dormit, aut iuſtam refectionem ſumit, ſi non poteſt aliter cōmode dormire, aut à cęna abſtinere, quomodo etiam loquitur Nauar. c. 16. n. 6. 7. & 10. ſed hi non negāt, alias cauſas præter neceſſarias, & vtiles excipiendas eſſe, imo alias excipiunt, vt videbimus.

112 Hæc ſententia ſuadetur primo, quia mortale eſt ſibi graue dānum abſq. cauſa ſufficiēti inferre, ſed pollui eſt damnum corporis, & animæ, quia pollutio corpus fœdat, animū turbat, & ad conſenſum in pollutionē ipſam trahere conatur: ergo. Maior patet in eo, qui ſine cauſa manum, vel aliud membrum ſibi abſcindit, vel dormit cum periculo fornicationis, vel homicidij in ſomno euenturi ¶ 2. Quia ſine cauſa ſufficienti exponere ſe periculo pollutionis eſt culpa aliqua cōtra caſtitatē, ſed non eſt leuis, cū materia nō ſit leuis, nec deliberatio impfecta: ergo eſt culpa grauis & mortalis. ¶ 3. Quia qui vult cauſam, vult effectū. l. 1. §. 1. ff. ſi vſus fruct⁹ petatur; ergo volens cauſam, in qua pollutionē præuidet, vult ipſam pollutionem: ergo peccat mortaliter. ¶ 4. Quia in alijs præceptis non excuſamur a mortali, niſi ex cauſa neceſſaria, vel valde vtili: ergo neq. in præcepto vitandi pollutionē, ſeu non dandi cauſam illius.

Secunda ſententia dantē operam rei illicitæ etiam veniali, teneri ſub mortali ab 113 *2. Opin.* ea abſtinere, ne ſequatur pollutio: faciunt pro hac ſentētia Sotus, & Cordub. ſup. Lopez

Digitized by Google

2.par.inſtructor. ca 76. de Euchar. §. ſequitur etiam corolarie, quatenus dicunt, pollutionē nocturnam tunc eſſe peccatū quando eſt volita virtualiter in cauſa vitioſa, vt cogitatione turpi, crapula, crapulæ ingluuie, &c. Sed magis fauet Armilla vero pollutio, n.1. vniuerſaliter damnans eum, qui eſt cauſa pollutionis dando operam rei illicitæ.

Suadetur, quia nulla eſt tunc iuſta cauſa excuſans à mortali: ergo pollutio illa mortalis eſt, vt Henr. lib.5 de pœniten. cap.5. nu.5. in commento littera.Z. in fine ait, peccatum de ſe veniale, poſſe fieri mortales ratione homicidij in eo præuiti.

114. 3.Opinio. 3.Sententia eſt, qñ cauſa eſt venialis pollutionē eſſe venialē, qñ vero cauſa eſt mortalis, pollutionē eſſe mortalem, Medi.1.ſum.ca.14. §.18. Sa ver. luxuria, n.9. Vega to.2.c.67. verbo pollutio caſu.1 Lopez.1.p.inſtr.cap.73. in fine Eman. Rodrig. to.1.c.209. aliàs.111.n.1. Caieta. to.1.op.22.q.vnic.dub.2. & 2.2.q.68.a 8. col.2. paulo ante §.& cōfirmatur. fauent D.Tho.2.2.q.154.a.5.& Turrecre.c.non eſt.d.6.n.2. qui culpam pollutionis iuxta culpā cauſæ metiuntur: quo etiā modo loquuntur Angelus verb. pollutio initio. Sotus. 4. d.12.q.1. a.7. paulo poſt initiū, & Sylueſt. verbo pollutio in fine ait, pollutionē, quæ procuratur aut venit cū peccato m. mortalē eſſe & idē eſſe iudicandū de ea, quæ ex nimio cibo aut potu procedit, & Ledeſ.1.4.q.21. art.7. ſtatim in principio ſeu in expoſitione litteræ prop.10. ait quoties cauſa pollutionis eſt mortalis, ipſā eſſe mortalē, & dub.1. in fine, explicandā eſſe neceſſario in confeſſione pollutionē procedentē ex nimio cibo aut potu lethali, & ita ſentit eſſe mortalē in genere luxuriæ: nam malitia contra abſtinentiam non cōmunicatur pollutioni. Idem tenet Barth Ledeſ. diff.24. de Euch. docēs, talē eſſe pollutionem, qualis eſt cauſa, eſſeque.p.an. qñ prouenit ex cogitatione moroſa deliberata, vel ebrietate, vel crapula: idē docet Alex. in ſuo Enchir. 2.p. tract. de luxuria. §. ſi propter crapulā, qñ procedit ex crapula mortali. Referuntur etiā pro hac ſentētiā D.Tho.3.p.q.80.a.7. Adria.q.6. de euchar. quæ incipit, reſtat iā videre an propter corporalem immunditiā.§.ad rationes, Anton.3. p.tit.13.c.6.§.10. citans Paluda. Rich. & alios, quiā omnes dicunt, eū, qui ex mortali crapula pollutionē paſſus fuit, debere à perceptione Euchar. abſtinere, pollutionē noturnā ex mortali crapula procedentē eſſe mortalem, & impedire ſumptionē Euchar. quāuis exponi poſſunt, vt nō pollutio, ſed cauſa illius impediat ſumptionem Euchar. vt exponit Tho. Sanch. to.3. de matri. lib.9. diſput.45.n.13. in fine, & alij nonnulli.

115. 4.Opinio Auctoris. Concl. 4.Sententia eſt Thō. Sanchez diſp. 41 nu̅ citata.n.14.& ſeqq. Leſſij.4. de virt.c.3.dub.14. nu.99.& ſeqq & quorundā aliorū patrū noſtræ ſocietatis, quorū opinio mihi placet iuxta quā dico.1. qñ cauſa pollutionis non pertinet p ſe, & immediate ad vitiū luxuriæ, nec habet illud p obiecto, quāuis in ſuo genere ſit peccatū veniale, vt gula leuis, nō eſt p.m. ſcienter dare illam cauſam pollutionis, modo pollutio non intēdatur, & abſit graue periculum conſentiendi formaliter in pollutionem: ita tenet Leſſius illo: numer.99. & Sanchez n.16.17.& 18.& colligitur ex Gregor. poſt lib.12. regiſtri indict.7 ad.11. interrogationem Auguſtini Epiſcopi, Anglorū, refertur.c. teſtamentum.§. ſed eſt.d.6. vbi id docet Gloſſ. verbo reatum. D.Tho.3 p q.80.ar.7. tenent Tolet. lib.5.c.13. Antonin.2. p.tit. 6.c.5. & 3.p.tit.13. c.6.§.10. Turrecrem.c. quia vero ar.1.& c.non eſt eſt ar.1.d.6. Angel verbo pollutio.n.2.& 3. Sylueſt. eodem verbo prope finem, & verbo virginitas. q.4. Tabien. verbo communicare.q.35.n.41.q.38.num.44. in fine. cum Roſella eod. verbo.nu.5. Gerſon.2.parte tract. de pollutione diurna prop.1. alphab.38. littera, E. Herrera.2. diſp.33.q.16. Caieta. verb. pollutio ad finem, & tomo.1. op.22. Soto. 4. diſt,12.quæſt.1.ar.7. concluſ.1. col. 2. Nauarr. c.16 n.6.7.& 8. Martin. Ledeſm.1.p.4.q.21. ar.7. Richard.4.d.9.ar,2.q.3. Medin.1.ſum. ca.14.§.18. Zumel hac q.74.ar.8. diſp.4. Vaz. eodē art. diſp.115.c.3.n.9. Lopez 1.p. inſtructor. ca.74. §. *addimus, non eſſe*. Llamas.3. p. methodi.c.8.§.23. præſertim verſ. *imo addimus*, & verſ. *Sed remanēt dubia duo.* Nieua in ſum. tit.70. Philiarch. to.1.p.2.lib.4.c.18 Henriq lib.8. qui eſt de Euchar.c.51.n.2.& lib.11. qui eſt de matr.c.16.à n. 6. Sua.3.p.q.80.a.7. paulo poſt princ. Adr.q.5.d Euch quæ incipit, *quia dictū eſt q in ſeminijs.§. his præmiſſis.* Notat autē Leſſius. Quāuis aliqui ex his DD. requirant, vt dubium ſit an ille effectus ſequetur, an non, vt Ang. Syl. Tolet. Alij tñ id nō requirūt, vnde Lop. ſupponit illū ſolitū ex tali cauſa ſequi, idem indicat Nauar.& merito. Nā ſi eſſ.m. cū eſt valde pbabile ſecuturū, etiā qñ eſt dubiū: vt in periculo homicidij adulterij &c. quia ſicut nō licet ſe exponere pіculo manifeſto ita nec dubio.

Probatur, quia durum valde eſſet imponere grauem obligationem peculiarem vitandi omnes cauſas illicitas, ex quibus pollutio veriſimiliter euentura creditur, vnde oportet ab hac graui obligatione excludere omnes, quæ in ſe ſolum ſunt veniales, & raro, ac valde per accidēs inferre ſolēt huiuſmodi effectum, vt ſunt exceſſus veniales in quantitate, aut qualitate cibi, vel potus & ſimiles. Confir. quia in cibo & potu ſemper modum tenere, & nunquam delinquere difficillimum eſt, vt docet Auguſtinus 12. confeſſ. cap.31. 116.

non

Digitized by Google

non eſt autem aliquis obligandus ſub motta-
li ad rem difficillimam, vt vitet pollutionem;
maxime cum ad bona matrimonij & genera
tionis ſatis ſit eſſe obligationem grauem nõ
procurãdi illam, nec admittendi cauſas, quæ
directius & efficacius in pollutionem influãt:
ergo non eſt ponenda grauis obligatio non
peccandi venialiter in cibo, & potu, ne inde
ſequatur pollutio conf. 2. quia appoſitum in
multis innumeros ſcrupulos gigneret, qui ſæ-
pe pollutionem patiuntur; & facile dubita-
rent, an aliqua ratione in cibo, vel potu ex-
ceſſiſſent. Conf etiam cum Leſſio, quia hic
effectus, ex ipſa natura tanquam ex cauſa ſuf-
ficienti poteſt prouenire, & ſuas habet vtili-
tates, ob quas eſt à natura inſtitutus, & nõ eſt
graue incommodum permittere illum: ergo
non eſt graue peccatum, ponere cauſas quæ
præter intẽtionem & per accidens ipſum in-
ferant: ſecus in homicidio, vel adulterio. Itẽ
ſi ad vitandam pollutionem eſſet obligatio
ſub.m. cauendi illa peccata: ergo & cauendi
honeſta, opera non neceſſaria.

Dico. 2. etiam ſi gula, vel aliud peccatum
117 nõ pertinens ad vitium luxuriæ, mortale ſit,
2. Concl. non propterea pollutio ex eo ſequens, in eo
que præuiſa, mortalis erit. Hæc concluſio
eiſdem fere rationibus probatur, quibus præ-
cedens & aſſeritur à Thom. Sanchez diſp. cit.
num. 17. Suarez & Vazquez ſupra, & alijs Pa-
tribus Societatis. Idemq. colligi poteſt ex Phi
liarc. Leſſio, Ilamas, Nieua & alijs citatis con
cloſione præced. quamuis ergo inebrietate,
vel eſu aut potu mortali præuiſa ſit pollutio,
non imputabitur ipſa ad peccatum mortale,
nec quando homo dat eam cauſam, peccabit
mortaliter contra caſtitatem, ſed contra ab-
ſtinentiam, vel ſobrietatem, aliam ve virtu-
tem. Imo vt recte notat Sanchez, nume. 18. &
21. quamuis gula eſſet mortalis ex circunſtan-
tia luxuriæ, nimirum, quia eſſet ordinata ad
fornicationem, ob quam ſumeretur cibi ca-
lidi, non ideo pollutio eſſet mortalis, quia fi-
nis ille nihil in eam influit. Eſt Caie. 2. 2. q. 154
art. 5 paulo ante. 8. in reſponſione ad. 5. & idẽ
eſt, cum quis peccaret mortaliter in cibo, vel
potu, eo quod ſe exponeret periculo conſen-
tiendi formaliter in pollutionem, ſi enim po
ſtea non conſentiret formaliter in illam, nec
procuraret illam, quamuis ſequeretur, nõ eſ-
ſet peccatum mortale. Addit merito Leſſius
teneri nos ſub veniali illas cauſas vitare, imo
etiam opera honeſta non neceſſaria, nec val-
de vtilia, ne ſequatur pollutio. Quia etſi ille
effectus nõ ſit ita per ſe malus vt adulterium,
homicidium, furtum; tamen habet indecen-
tiam & mentem ad malum allicit: ergo ne
ſequatur, tenemur, ſi cõmode poſſumus, cau-
ſam omittere, vel differre: quod confirmatur
conſenſu & vſu omnium caſtitatem aman-
tium, qui ſemper ab eo multum abhorrent,
vide con. 4.

3 Dico pollutio, quæ ſequitur ex quibuſdã 118
cauſis venialibus in genere luxuriæ, ſiue illæ 3. Conclu.
ſint veniales ex imperfecta deliberatione, ſi-
ue ex paruitate materiæ, non eſt mortalis.
Oppoſitum eſt probabile, quod tenere vide-
tur Vazquez, & Suarez ſupra: ſed hoc tenet
Sanchez diſp. illa. 45. num. 19. & 25. & alij ex
noſtris. Exemplum prioris partis eſt, ſi pollu-
tio ſequatur ex delectatione moroſa de ope-
re mortali, quæ tamen delectatio ſit tantum
venialis ob imperfectam deliberationem: in
quo caſu res eſt euidens, & à nemine negabi
tur, quia ſicut cauſa excuſatur à mortali ob
imperfectam deliberationem, ita & euentus
pollutionis in cauſa illa præuiſus, & ita docet
Abulen. Matth. 5. q. 247. verſi. *de tertio p.uet*, &
verſi. *aliter poteſt dici*, Turrẽ. c. non eſt d. 6. nu. 4.
Antonin. 2. p. tit. 6. c. 5. §. quantum ad cauſam
verſi. ſecunda cauſa, Ang. verbo pollutio in
fine. Sylueſt. in fine ibid. & verbo virginitas.
quæſt. 4.

Exemplum poſterioris partis, ſi ex tactu le
ui manus, viſu, verbis, lectione aliquantulum
libidinoſis, & venialiter turpibus ſequatur
pollutio non erit mortalis, licet nulla neceſ-
ſitas inuitet ad hæc; ſed ſola curioſitas, animi
leuitas, aut libido: quia obligatio remouendi,
aut non ponendi cauſas pollutionis tenuis
eſt, & ideo poſitio, aut non remotio talium
cauſarum facile poteſt honeſtari: ergo non
eſt credibile, in ordine ad cauſas veniales &
leues pollutionis, etiam intra genus luxuriæ
contentas, obligationem eſſe ſub mortali; ma
xime cum leuiter concurrant ad pollutio-
nem, & ſit valde difficile vitare omnes illas,
nec res ſit tanti momenti in ordine ad bona
generationis & matrimonij vt oporteat in
ea ſtatui obligationem grauem, & ſub morta
li, & ſic expreſſe tenet Caiet. 2. 2. q. 64 a. 8. col 3
paulo ante. §. & confirmatur, vbi dicit, pollu-
tionem nocturnam procedentem ex ſola de-
lectatione veniali, eſſe venialem tantum, idẽ
tenet Henriq. libr. 11. de matrimonio capit. 16.
numero. 6. Vazquez diſp. 115. cap. 3. num. 9. An-
gelus verb. pollutio n. 3. Emanuel Sa verb. lu-
xuria, nu. 9. verſ. ſi pollutionis, dicentes, pol-
lutionem non intentam, ſed præuiſam in
aſpectu curioſo fœmine, vel lectione turpi, nõ
eſſe mortalem & Henriq. 8. lib. qui eſt de eu-
chariſt. capit. 51. nume. 2. adhoc, vt pollutio ſit
mortalis, exigit, cauſam incitantem eſſe mor
talem, & in tertia opinione multos retuli-
mus aſſerentes, quando cauſa eſt venialis, pol
lutionem tantum eſſe venialem, quod in hoc
euentu verum eſt, licet non in omnibus.

Concluſio vera eſt, etiam ſi res illæ leu-

turpes ex fine habendi copulam,vel tactus in pudendis,eſſent peccata mortalia,quia ratione illius finis non incitant notabiliter ad pollutionem,ideo licet ſint mortalia peccata luxuriæ:non tamẽ ſunt mortalia peccata mollitiei,ſeu pollutionis:ita Sanchez illa diſpu.45. num.18.&.21.quod etiam aduertimus præcedenti concluſione.

119 *4 Concl.* 4.Dico temere dare cauſam venialem pollutionis ſemper ad minus eſt veniale in genere luxuriæ,ſeu mollitiei.Ita Leſſius illo dub.8 num.100.vt notaui ante 3.conc.Sanchez ſup. num.22.& alijs iunioribus,& de pollutione ſequuta ex crapula fatentur.Greg. c. teſtamentum d.6.& ibi gloſſ. verb. Reatum, Gerſon.2. p.tract.de pollutione diurna prop. 1. Alphab. 38.lit.E.Carthuſ.3.ſummæ art.210.D.Tho.3. p. q.80.a.7 Sotus d.12.q.1.art.7. Rich.4.d.9.art.2. quæſt.3.de ſecuta vero ex aſpectu, lectione, vel delectatione leuiter turpi,Sa verbo luxuria verſ.*ſi pollutionis num.9.*

Imo recte Sanchez eodem numero. 22. & Leſſius ſupra dicunt,quando pollutio præuidetur in cauſis ex ſe licitis non neceſſarijs neque vtilibus, ſemper eſſe aliquod peccatum ſaltem veniale,contra caſtitatem,quia ex caſtitate omnes cauſas pollutionis tenemur vitare,ſi commode poſſumus & ſic intelligitur Toletus lib.5.cap.13.dicens,peccatum eſſe nõ remouere cauſam pollutionis,quæ mala eſt, vel ſine incommodo remoueri poteſt.

120 *5.Concl.* Dico.5. quando actiones libidinoſæ , ſeu pertinentes ad genus luxuriæ ex ſe habent notabiliter mouere ad pollutionem,ſeu influere in illam & abſque neceſſitate,vel vtilitate exercentur, pollutio in illis præuiſa,etiam ſi non ſit intenta,imputatur ad culpam mortalem mollitiei,vt quando aſpectus , cogitatio, delectatio,lectio,locutio,vel tactus eſt valde turpis ita Leſſius illo num. 100. Sanchez illá diſp. 45. nu. 16.23 & alijs Caiet. verb.pollutio ad finem Nieua in ſumma a tit. 70. Hierony. Llamas.3.p.methodi ca.8.§.23. Philiarch. Sot. Rich.D.Thom.& alij citati pro prima concl, & Henriq.11.de de matrim.cap.16. numero.6. Cutiel in.6.præcepto agens de peccato contra naturam:imo in hoc omnes videntur cõuenire & probatur,quia homo tenetur ſub mortali vitare aliquas cauſas pollutionis , & non alias,vt patet ex præcedetibus: ergo & iſtas Conſ. quia iſtæ valde & notabiliter & quaſi per ſe & directe influunt in pollutionẽ & frequentiſſime illam inferunt : ergo ſunt grauiter & ſub mortali prohibitæ,quia ſic expedit ad bona matrimonij & generationis quæ contemnerentur, ſi abſque mortali , adhibendo eiuſmodi cauſas , poſſet delectatio pollutionis obtineri:quę magna eſt,nullas quæ adiunctas habet incommoditates, ſicut copula matrimonialis aut fornicaria habere ſolet & iuxta hæc bene Nauar. capit. 25. numero .28. peccatum mortale putat aſpicere verenda , vel alias partes illis proximas cum periculo pollutionis vnde quod ait , D. Thom. 2. 2. quæſtione.154. articul. 5. pollutioné, quæ oritur ex cogitatione & delectatione turpi, eſſe culpabilẽ , intelligo de culpa mortali Quãdo vero in eiuſmodi cauſis pollutio nec certo , nec probabiliter præuiſa eſt , etiã ſi ſequatur præter intentionem: tamen non erit mortalis , nec cauſa ratione illius & in genere molliciei & peccati cõtra naturam erit mortalis,eſto in ſe eſſet mortalis conſenſus plene deliberatus in delectationem de fornicatione,ita Sanchez num. 13. Angel verb. pollutio num. 2. & alij & patet, quia effectus non intenti, nec euidenter aut probabiliter præuiſi in cauſa,nõ imputantur ad culpam mortalem,niſi ex notabili negligentia proueniat,præuiſos nõ fuiſſe. Imo interdum illa pollutio ad nullam culpam imputabiliter,vt quãdo moraliter erat certum, non euenturam.

Herrera.2. diſpu. 33.q. 16.Medicis in ſum. peccaterũ c. 36 citans alios

Sed nota vt pollutio præuiſa in actu turpi ſit peccatũ.m.nõ opus eſſe vt ipſe actus turpis præciſo pollutionis periculo ſit peccatũ mortale nam aſpectus,cogitationes imo & tactus rerum turpium ſecluſo periculo pollutionis aut alio ſimili nõ ſunt peccata mortalia imo nec venialia etiam inter eos,qui nec coniuges,nec ſponſi ſunt , modo nõ ſint libidinoſi tamen ſi abſque vlla neceſſitate vel vtilitate fiant cum periculo pollutionis,peccata ſunt mortalia & pollutio inde proueniens,mortalis eſt imo & tactus libidinoſi,qui inter coniuges ſunt ex ſe liciti , ſi fiant cum periculo graui pollutionis ſunt peccata mortalia , vt docent cõmuniter Doctores & patebit initio ſectionis ſequentis . Veracrucius tertia parte ſpeculi coniug. ſimiliter multi dicunt, optare pollutionem in ſomno propter ſanitatem ex ſe eſſe licitum , tamen ſi fiat cum periculo pollutionis eſſe mortale, idemque eſt. de cogitatione , vel delectatione , quam habent coniuges de actu matrimonij præterito,vel futuro . Quare non placet , quod dicit Sanchez diſputatione citat. numero. 24. &. 26.& alij nonnulli iuniores, inter eos, qui nec ſunt coniuges,nec ſponſi ad inuicem nullum actum habere malitiam mortalem , eo quod ſit pollutionis præuiſæ & non intentæ cauſa,niſi ſecluſo pollutionis periculo eſſet mortalis contra ſextũ decalogi præceptum , quia ſoli (inquiunt)tales actus ſunt notabilis cauſa pollutionis.Aduertere iſti debuiſſent, act⁹ alioqui licitos aut veniales,ſi abſq. neceſſitate fiant, poſſe notabiliter cauſare pollutionẽ,vt fact⁹ 121 *Nota.*

Ghirurgi

Chirurgi non libidinoſus, ſed ad medẽdum fœminæ habitus quæ tamẽ ſibi mederi commode poſſet, ex ſe non eſt mortalis, tamen ex periculo pollutionis mortalis erit: idem erit in aſpectu verendarum partium non libidinoſo, ſed curioſo. Et ipſe Sanchez numero.25. aliud exẽplum ponit, quo ſuam ſententiam limitat. Habeat aliquis veneream aliquã delectationem, circa quam voluntas mere negatiue ſe habeat, nec reſpuendo, nec admittendo illam, talis ſi periculum pollutionis nõ videat, non peccabit mortaliter, ſed tantum venialiter, at ſi videat periculum pollutionis peccabit mortaliter, & idem erit ſecundum Syluestrum, vero delectatio quæſt.1. partic.4. ſi tepide reſiſtat videns tale periculum: ergo cauſa, quæ in ſe non eſt mortalis, poteſt inter omnino ſolutos reddi mortalis ex periculo pollutionis.

122 *Corol.* Ex dictis tamen recte Sanchez num. 26. & alij ex noſtris inferunt, vt ſit pecatum mortale cauſam dare pollutionis, parum referre, quòd res, quæ eſt cauſa pollutionis ſit ex ſe licita, aut peccatum in genere luxuriæ, aut in alio: nam quamuis cauſa aliqua ſit licita, vt tactus & aſpectus verendorum inter coniuges, ſi tamen non ſit aliquando neceſſaria, mortale erit illam ponere cum notabili periculo pollutionis: gula vero & ebrietas etiã ſi ex ſe, ſint illicitę mortaliter, aut venialiter: tamen pollutionẽ, quę ab ipſis procedit & in ipſis cernitur, non efficiunt mortalẽ. Bene etiam n.27. infert Sanchez in quo ſenſu vera ſit illa regula, quam relati in 3 ſententia tradidere: quando cauſa eſt mortalis, pollutio eſt mortalis. Eſt enim vera quando cauſa eſt mortalis in genere luxuriæ: talis enim ex ſe notabiliter influit in pollutionem; ideo eam tenemur vitare ſub mortali. Similiter regula illa, quam tradidere Nauarr. Valentia, Medi. Emanuel Rodrig. Zumel, & alij opin. 1. citati etiam ſi cauſa ſit licita: ſi tamen non eſt aliquo modo neceſſaria, pollutio eſt mortalis: vera eſt quando cauſa eſt de genere luxuriæ, & notabiliter influens in pollutionẽ. Vnde Auctores illarum ſententiarum nec ſibi nec nobis omnino aduerſãtur, quãuis ex parte cõtra aliquos illorũ ſenſerimus. Quod autem num.28. tractat Sanchez; quando pollutio in cauſa imputata fuit ad culpã mortalem vel venialem, poſtea cum fit, eſſe vere in ſe culpam, licet non cum noua malitia, tractauimus diſp.2. ſectio.9. Quod vero idẽ Sanchez tractat. nu.29. ſi pollutio ſequatur poſt pœnitentiã & reuocationem cauſæ datæ, nõ eſſe peccatum, docuimus late tract.7. de bonitate, & malitia human. actuum diſp. 6. ſect. 8. & ibidẽ ad.3. docuimus quod: Sanchez ſup. n.30. confitendũ eſſe pollutionẽ docuit quando vere ante reuocationem cauſæ ſecuta eſt, & in cauſa imputata fuit ad mortale. Quod vero tractat cõtra Marſil. n.31. nos docuimus tract.7. diſp.6. ſectio.9. in princip.

123 *6.Conclu.* Dico.6. quoties eſt peccatum mortale non remouere cauſas pollutionis, vt quando notabiliter influunt, & ſunt in genere luxuriæ, etiam erit mortale non remouere cauſas notabilis diſtillationis, vel motionis ſpirituum ſubſeruientiũ generationi, ita Sanchez ſupra 32.n. & alij ex noſtris id probantes, quia hęc diſtillatio & commotio ſpirituum eſt notabiliter turpis, & quaſi inchoata pollutio.

Excipiunt Sanchez numero vltimo ſeu 43. & alij coniugatos, quia non eſt graue damnum generationis, ſi hi, qui ſunt interſe coniugati, per tactus aſpectus, verba turpia, delectationemq. veneream ex copula cogitata prouenientem dent cauſam deſtillationi aut commotioni notabili ſpirituum ſub ſeruientium generationi. Aduerte autem, cõcluſionem hanc non eſſe certam, nam Medina. 1. ſummæ.c.14.§.18. & Lopez.1. p. inſtructor. ca. 73. in fin. docent, quando ex turpi, vel in cauta conuerſatione cum fœmina ſequitur diſtillatio, & non aliud, non eſſe peccatũ mortale. Sed Llamas.3. p. Methodi. c.8. §. 23. plane docet deſtillationem, quæ procedit ex cauſa mortali, eſſe mortalem, quæ ex veniali, venialem, quod tamen non eſt generaliter verum in pollutione: ergo nec in diſtillatione, quæ minus vitanda eſt.

124 *7.Concl.* Dico.7. ſi quis voluntarie polluatur cogitans de coniugata, contrahet malitiam, adulterij, ſi de virgine ſtupri, & ſic de alijs ſecundum Emanuel Rod. to.1. ſummæ ca.193. alias 209. vel 211. num. 4. Vegam verbo pollutio caſu primo & comunem ſed intelligendum eſt. ratione conſenſus in opus vel in delectationẽ, vt exponit Caiet. 2.2. q.154. a.11. Nauar. cap.16. num.7. Toletus lib.5. c.13.

SECTIO. XIX.

An tactus & ſimilia inter coniugato ſint illicita, quando pollutioni periculum afferunt.

125 *1.Concl.* DIco primo tactus inter coniuges cum periculo pollutionis mortales ſunt Sotus 4. d.31. quæſt. vnica in fin. Palud. quæſt.3. art.2. num.17 Ouand. quæſt. vnica prop. 3. Anton. 3. parte. tit.1. cap.20. § 6. Herrera.2. diſput.33. quæſt. 16. Angel vero debitum num. 26. vbi Syluester quæſt.7. Armil. numer.8. & verb. impudicitia num.3. Caiet. verb. matr. cap. vltim. §. vltm. & verb. interrogationes circa. 6. præceptũ Med. 1. ſum.

Digitized by Google

1.ſum.cap.14.§.18.&.16.§.13.&.1.2.q. 74. artic.6. Zumel art.8.diſp.4. Roſella verb.debitum n. 12. Victor.in ſumma.q.274.de matrim.Nauar. c.16.n.42.Ledeſma.2.p.4.q.51.in fine, ſeu ar.6. prop.8.Margarita confeſſorum in. 6. præcep. fol.88.Alexan.in ſuo Enchirid.par.2. præcepto.6.vbi de debito coniugal.§.ſi ex talibus Angles. q.5. de matr m.in fine,Barth.Ledeſ.diff. 28. de matrimonio in fine, Henriq. lib.11. de matrim.c.16.n.6.Veracrucius.3.p.ſpeculi coniugatorum ar.11.in fine. Hieronymus Llamas.3.p.Method.c.8.§ 23.Emanuel tom.1.ſummæ.c.193. alias 209. vel 211. num.1. Viuald.in Candelabro.p.1.de matr.nu.206.Philiar. to.1. p.2.lib.4.c.19.paulo poſt principium,Sa,verbo Luxuria.§.oſcula,& tactus,Graffis.1.p. deciſionum.c.82.nu.21.& c.74. in fine. Thomas Sanchez tom.3.de matrim.lib.9.diſp.45. num. 34. qui recte ait,neminem aduerſari, itemq. hoc verum eſſe,ſiue pollutio ſequatur,ſiue non,vt dicunt Caieta. verb.debitum.c. vltim. Armi. num.8. & Bartholo. Ledeſma ſupra, ſiue tactus ſint impudici,ſiue non:quamuis enim aliqui de tactibus impudicis loquantur, vt Sotus,Nauarr.Alex. Philiar. tamen non faciũt vim in hoc quod ſint impudici,vnde Caieta. Medin.& Graff. nunc de tactibus impudicis, nunc de omnibus loquuntur, & ratio in omnibus eadem eſt,quia mortale eſt abſque neceſſitate dare cauſam pollutioni, etiam alioqui licitam,quæ per ſe,& notabiliter ſit cauſa pollutionis, vt ſectione præcedenti dicebamus.

126 Hanc concluſionem limitat Thomas Sanchez loco cit.nu.35. dicens, in reddente non ſunt mortales hi tactus,ſed liciti, quãuis adſit periculum pollutionis in alterutro coniuge; modo in reddente non ſit periculum conſentiendi poſitiue in pollutionem illam. Hanc limitationem ait à nemine explicari, ſed ni fallatur,non eſſe contra aliquem ex citatis.Eam probat, quia reddens dat operam rei licitæ,ad quam obligatur ex iure alterius, item quia hi tactus exerciti cum periculo pollutionis,culpa vacant, vbi adeſt cauſa vrgens,at ſatis vrgens cauſa eſt alterum coniugem hos tactus exigere:ergo. Sed addit Sanchez: hoc tamen temperarem, niſi tactus tales ſint, itaque ad pollutionem tendant, vt ſint quaſi pollutio inchoata, & coniuges in loco exiſtant,in quo copulam habere nequeant præciſo pollutionis periculo, vt ſi vir à fœmina petat, vt eius virilia attrahat, moueatq.aut velit in vxoris vas man' intromittere,ibique perſiſtere quaſi copulam exercendo,vtens digitis iſtar mẽbri virilis,quia eiuſmodi tactus ſunt,quaſi incohata pollutio, & via proxima ad ipſam, quando ad propinquã copulam non diſponunt,ſed in eo loco exercentur,vbi non eſt opportunitas copulæ habendæ.Et hoc videtur ſentire Nauar. in ſum. c.16.num.42.vbi poſtquam initio dixerat,tactus inter coniuges cum periculo pollutionis eſſe mortales,in fine ait, ſimiliter peccare mortaliter coniugem non facientem, ſed cõſentientem. Hæc Thom. Sanchez. Cæterum aduerte,vnũ coniugem non habere ius vt ab altero tangatur,niſi quando id fuerit neceſſarium ad habendam copulam, item nullum habere ius tãgendi cũ periculo pollutionis proprię,vel alterius,vnde ſiue tactus ſint in verendis, ſiue in alijs partibus peccat mortaliter, niſi alia cauſa præter petitionem debiti excuſaret, & hoc credo voluiſſe Nauarrum in verbis citatis, & alios communiter, cum non adhibeant talem limitationem, nec video quoad hoc vllam rationem diſcriminis inter tactus illos verendorum, & alios: ſicut ergo tactus verendorum cum tali periculo ſunt illiciti,ita etiam reliqui:ſi tamen ſubeſſet alia cauſa,nimirum,quia vir, niſi fœmina tangeret,vel tangi ſe permitteret,verbo, vel opere iniuriam aliquam illi irrogaret, vel magnam iram,odium ve in eam conciperet, licite poſſet permittere ſe tangi,vel etiam tãgere virum,licet cerneret in ſe, vel ipſo eſſe pollutionis periculum,quia iam habet cauſam ſufficientem patiendi,vel efficiendi rem alias licitam non obſtante illo periculo.

127 2.Concl. Dico.2.in coniuge petente non ſunt mortales tactus cum periculo pollutionis in ſe, vel in altero ſi ex vrgenti cauſa exercentur; quia tunc cauſa ipſa excuſat iuxta dicta ſectione præcedenti,ita Sanchez illa diſputat. 45.n.36.cauſa autem vrgens & iuſta, ſecundũ ipſum nu.38.eſt, vt inter coniuges mutuus amor indicetur,ac foueatur: magna enim auſteritas eſſet,& valde minueretur amor,ſi quoties imminet pollutionis periculum, ab his tactibus deberent abſtinere.Confir.quia amplexus inter ſororem,& fratrem peregere venientem, aut redeuntem ad indicandum,& fouendum amorem, & ne auſteri, & inurbani videantur,liciti ſunt non obſtante eiuſmodi periculo:ergo & inter coniuges, maxime, quod vbi non eos incitat nimius libidinis ardor,ſed voluntas mutui amoris fouendi, non influunt notabiliter in coniugatis ad pollutionem, quamuis in omnino ſolutis, quibus copula eſt interdicta, influerent, quia magis nitimur in vetita.Sed ſi nec iſta, nec alia neceſſitas vrgeret, crederem,tactus inter coniuges cum periculo pollutionis illicitos eſſe,eo quod licentia ſit fouendi delectationẽ, quæ eſt in ſeminis emiſſione, ab officio matrimonij auocaret.

128 3.Concl. Dico.3.tactus quo coniux ſe ipſum,ſine neceſſitate tangit cum periculo pollutionis, eſt

Digitized by Google

eſt peccatũ mortale. Sanchez ill diſp.45.n.39. vbi tamen,& diſp.44.num.16. docet, ſecluſo eo periculo non eſſe peccatum mortale, ſed veniale, quod coniugatus libidinis, ſeu voluptatis cauſa ſeipſum tangat: idem tenẽt quidã alij ex noſtris: cum hac tamẽ limitatione, niſi tactus ex natura ſua accommodatus ſit vt homo in ſeipſo quantum poſſit, effingat coitum: nam talis tactus eſſet mortalis contra naturam; licet tunc non eſſet periculum pollutionis. Ratio Sãchez eſt, quia cũ tactus ille ſuapte natura indifferens ſit ad copulam cõiugalem & ad illicitam, poſſit que ad vnam vel alteram referri, nec ex intentione tangẽtis ſe, à ſua natura & ab hoc ordine diſtrahatur, vt ad copullã illicitam ordinetur, non eſt cur de culpa lethali damnandus ſit: ſicut nec moroſa delectatio copulæ cum coniuge abſente, eſt culpa mortalis, eoquod referri poteſt ſuapte natura ad copulam coniugalem, licet actu non dirigatur. Nec poteſt dici, eum tactum non eſſe actum coniugis, quia nõ habetur cum coniuge, quoniam vt actus coniugis ſit, non opus eſt cum coniuge fieri, ſed ſatis eſt, vt ad actũ matrimonialẽ præſentis cõiugij ſuapte natura ordinari poſsit, nec ab hoc ſcopo ex intentione operãtis aberret. Fauere putat ſibi Palud. 4. d.31.q.3.a.2.nu.17.& Ludouicum lopez.1.parte inſtructorij cap. 87. in fine, dicentes, tunc tactum eſſe mortalẽ quando adeſt pollutionis periculum, atque ita videntur ſentire, ſecluſo eo periculo non eſſe mortalem.

Alij tamen qui mihi magis probãtur, ſen-
129 tiunt, lethalẽ culpã eſſe: id in primis vidẽrut tenere nõ ſolum Anton. Sylueſter, Margarita confeſs.& omnes alij, qui generatim docẽt, tactus coniugum non ordinatos ad copulam lethales eſſe: ſed expreſſe Armilla verbo impudicitia nu.3. Vazq.1.2.q.74.a.8.diſp.130.nu.4 Probatur quia ſi abſque mortali licẽret hanc voluptatem quærere, tactus & copula coniugalis facile contemneretur, quod eſt cõtra bona matrimonij. Deinde, quia tactus, qui nec fiunt cum coniuge, nec ad finẽ coniugij referuntur, reuera nõ ſunt coniugales: nam fiunt à coniugato, ac ſi coniugatus non eſſet, ſed ſolutus: ergo ſunt mortales, non minus quam ſi eſſent in ſolutis Et alioqui nõ eſſent mortales in coniugato, quamuis de aliena vxore cogitaret, modo nõ ordinaret illos ad concubitum cum illa: quamuis mortaliter peccaret in affectu, vel delectatione moroſa habente illã pro obiecto: quod videtur abſurdũ & alioqui coniuges poſſent ſeorſum tãgere ſe ipſos fingendo coitum, quod eſt abſurdius. Nulla autem inter hos euentus eſt ſufficiens ratio diſcriminis. Addit bene Vaz. tunc tactus non eſſe mortales, quãdo fiẽrẽt abſente vxore tactione, ſeu intentione coeundi cum illa, quæ proxime ventura ſperaretur: imo ſi ad generationem referantur, non eſſe peccata venialia quod etiam approbat Sanchez illo num. 16.

Dico 4. tactus pudendorum cum pollutio- 130
nis in ſe vel in altero cõiuge periculo, niſi in 4.Concl.
eo loco ſint, vbi adueniente periculo poſſint coniuges copula vti vt pollutionẽ vitent, ſemper mortales eſſe Tho. Sanchez, illa diſp.45. n.37. cũ relatis cõcl.1. patet quia hi tactus neq. ad mutuum amorẽ indicandum neq. ad aliũ honeſtum finẽ neceſſarij ſunt, & aliunde notabiliter excitant ex natura ſua ad pollutionem: ergo ſub mortali vitandi ſunt, ne pollutio ſequatur. Dico 5 an coniugatũ ſe tangere
vt citius quã fœmina ſemen effundat, ſit mor 5.Concl.
tale, & quid quando extracto membro virili, fœminaque, viro ſeminante, non dum ſeminaret, ſe tangit vt ſeminet, dicendum eſt cum Sanchez, lib.9. de matr. diſp.17. nu.10. &.12.

SECTIO. XX.

Vtrum tactus inter omnino ſolutos id eſt, qui inter ſe non ſunt coniuges, nec ſponſi, ſint peccata mortalia.

Dico primo tactus quarumlibet 131
partium corporis etiã inter virũ 1.Concl.
& mulierẽ omnino ſolutos, poſſunt eſſe liciti, vt ſi fiãt cauſa medicandi, vel alio neceſſario iuſto, vel honeſto fine & titulo ita Nauar c. ſi cui de pœnit. d.1. num.13. ſupplem.4.d.31.q.vni.a.3 dub 2. Leſſius 4. de virt.c.3.dub.8.num.60. Tho. Sanchez de matr.tit.3.li.9.diſp.47.n.20. Vnde oſcula atq. amplexus ex beneuolentia & amicitia honeſta habitos ſecundum Patriæ conſuetudinem culpa vacare, docet D.Th.1 2.q.154.a.4.& Feliſius in.6 præcepto decalogi § de tactibus & oſculis impudici referens exemplum Amphilochij. 9. tripart. capit. 25. Sanchez ſup. nu.3. aſſerens cum Nauar. ſup.nu. 15. & Eman. to.1. ſum.c.203.nu.2 id verũ eſſe, etiã ſi præter intẽtionẽ motus ſenſualitatis inordinatus & delectatio venerea inſurgant, quod verũ eſt ſi tactus ſint neceſſarij, vel valde vtiles ad fouendã, conciliandam vel augendam beneuolentiã & amicitiã honeſtã. vnde in Concilio Vienẽ. ſub Clem.5.& refertur clemẽtia ad noſtrum dehæret damnatur error Begardorum & Beguinarum dicentium, oſcula inter virũ & fœminam ſemper eſſe mortalẽ; cõgreſſum vero licitum & Lucæ 7. *oſculũ mihi non dediſti hæc autem &c.* & Iacob Geneſ. 29. adaquato grege Rachelis, oſculatus eſt eam: nec aliquis ſanctus illud oſculũ reprehẽdit Ro. 16.1. Cor. 16.2. Cor.13.1. Theſ.5.1. Petr.5. ſalutate inuicem in

Digitized by Google

in oſculo ſanct.olim Romanæ hoſpites conſanguineos & amicos oſculabantur de cuius initio Plutarc.lib.de claris mulierib. cap.1.& nunc etiã fœminæ gallæ ſic hoſpites recipiũt & in ſocietate noſtra amplexu hoſpites recipiuntur Carthuſiani morientes fratres oſculãtur.Hiero.epiſt. 24.inter epiſtolas Aug. ait, mihi omnis occaſio gratiſſima eſt per quam ſcribo veſtræ Reuerentiæ teſtẽ inuocans Deũ quod ſi poſſ.t fieri,aſſumptis alis colũbæ, veſtris amplexibus implicarer. De oſculo vero ſancto vide Ignatium epiſ. ad Antiochenos & ep.ad Turſenſes & dicebatur ſanctum ad differentiam oſculi,quo gentiles vtebantur,quoties obuijerant alijs,quã cõſuetudinem, vt permoleſtam & faſtidioſam Tiberius lege prohibuit,vt refert Suetonius in Tiberio c.34.ſed plus lege valuit inolitus vſus vt ex Martial.li.7.&.11.probat Baronius to.1.anno Chriſti 45 pag.335.vbi late agit d oſculo pacis & dilectionis, ꝙ in miſſa cum pax tecũ dabatur cum Clem.Alexand.3.Pedagogi,Iuſtin. epiſt. ad Antonin. imperat Athenagora oratione ad Chryſoſt.Tertu.lib.de oratione Cyril. Catechef.5.Chryſoſt.ho. 30.in.2.Corinth. 13 Auguſt ſermone.83.de diuerſis & ait, quod viri viros, fœminæ fœminas tãtum oſculabãtur.

132 2.Concl. Dico.2 tactus inter ſolutos ordinati ad copulam,ſeu delectationem copulæ habendam vt media ad finẽ, peccata mortalia ſunt,quia malitia finis communicatur electioni & executioni mediorum.Hæc eſt certa & omnium ſpeciatim traditur à Sanchez ſupra, nume.4. Leſſio num.57.ſed quid ſi fiant ob ſolam curioſitatem?ſicut enim curioſitas viſu,ita tactu & cæteris ſenſibus exerceri poteſt. Leſſius illo dub.8.num.62.recte ait. Aduerte tamen, ſecundum quoſdam, ſi talis contactus non fiat cauſa voluptatis carnalis,ſed ſolius curioſitatis,per ſe non eſſe peccatum mortiferum; præſertim ſi periculũ pollutionis abſit: quia tunc ſub alia ratione magis ſpirituali & eleuata apprehenditur:quę tantam vim ad naturam concitandam non habet:& affectus non quærit in eo voluptatem carnalem:ſed curioſæ cognitionis.Videntur id inſinuare doctores,cum dicunt,illa eſſe peccata mortifera, ſi cauſa voluptatis fiant, quam reſtrictionem non adderent,ſi idem putarent cauſa curioſitatis.Verum talis curioſitas eſt periculoſa,vnde non ſolum,vt peccatum veniale; ſed etiã ob periculum mortalis cauenda.Hæc Leſſius ſed quid ſit non aſſumantur,vt media ad copulam,vel delectationem copulæ habendã, ſed ob delectationem,quæ præciſe ex illis ſumi poteſt?quidam dicunt, non eſſe peccata mortalia,pro quo citantur Martinus de Magiſtris quæſt. 25. de temperantia ſeu.3. de luxuria Gab.lect.74.in Canonem littera. E. Vmbertus in expoſitione regulæ Auguſtini, Iauellus lib.de Philoſophia Chriſtiana. 2. par. tract.7.c. de impudicitia nume.10. & quidam Neotherici,vt refert Tabien verbo,cogitatio quæſt.8.& quoſdam Hiſpanos ita ſenſiſſe refer Nauar.ca.ſi cui de pæniten.d.1.numero.19. & hanc opinionem probabilem exiſtimaſſe Sotum.4.d.34.q.1.artic.2.ad finem verſ.*ex quo ſit*,cenſet Thom.Sanchez diſput.cit.num.6.& Petrus Nauarra.2.de reſtitutione cap.4.num. 316.&.317.quia ſolum dicit,*tactus,oſcula & amplexus libidinoſos eſſe peccata mortalia, niſi inter coniuges,vt verior habet opinio*. Vbi ſolũ opinionem oppoſitam veriorem appellans,hanc videtur probabilem exiſtimare.Sed forte Sotus ſolum appellauit veriorem opinionem eam, quæ ait, hos tactus inter coniuges non eſſe peccata mortalia quia probabile eſt etiam inter coniuges eſſe peccata mortalia.niſi ad copulam referantur. Deinde Nauarra ait,hanc opinionem quod tactus libidinoſi non ſint de ſe peccata mortalia videri D. Thom. ad Eph.5.nam ibi ait D.Tho. *eſſe mortalia peccata in quantum ordinantur ad peccatũ mortale*.Deinde Sanchez illo num.6.ait huius ſententiæ videri plures alios,vt Antoninum 3.p.tit.16.ca. 1.§ 10.notab primo,ait enim,tactus,cum fuerint ex libidine & amore carnalis luxuriæ eſſe mortales,& Nider in ſumma præcepto. 6. ca.2.ad finem verſ.2.principaliter,vbi ait,eſſe lethales cum ſunt libidinoſi, & ea intẽtione fiunt,vt in ſe vel in muliere excitetur concupiſcentia & Margarita confeſs. præcepto 6.ad finem fol.90.ait enim,*ſi tetigit verenda alterius,ſi permiſit ſua tangi ex libidine, ſi oſculatus eſt,vel tetigit aliquem ex laſciuia,mortale:quæ tunc eſt,quando fit,vt ſequatur pollutio, vel cum periculo pollutionis*,Viguerinin.c.7 §.5.verſ.7.ad finẽ, quoniam dicit,eſſe mortalia ob intentionem corruptam,ſicut & aſpectus iuxta id Math. 5. *qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt in corde ſuo*, & Emanuelem tomo.1.ſummæ capit.203.num.2. quoniam ait, oſcula tunc eſſe mortalia, quando diriguntur ad actum carnalem.vel libidinoſum: ſed magis huic ſententiæ fauet Carthuſ.in ſum, fidei lib.3.artic.210.dicens, cum non tantum conſenſus in fornicationem,ſed etiam in ipſam delectationem ſit culpa mortalis, hinc tactus & oſcula ſunt culpæ mortales,quando propter delectationem huiusmodi fiunt, ſic enim non aliter libidinoſa vocantur. Leſſius etiam illo dub. 8. poſtquam argumenta pro hac ſententia poſuit,ſubiungit. Hæc ſententia videri poſſit alicui probabilis,& ſpeculatiue vera,vnde in eam valde inclinat Nauar. c.ſi cui de de pænit.d.1.in fine. Eamque tenet Mart.de Magiſtris,& aliqui recentiores. Quibus

Digitized by Google

bus idem videtur de viſu, eoquod hic ſenſus ſit magis ſpiritualis, nec ita moueat aut alteret naturam ad carnalia, vt contactus turpis. Verum communior ſententia eſt, in iſtis eſſe peccatum mortiferum, quæ & mihi probatur; tum quia communior; tum quia tutius eſt vt omnia iſta quam maxime vitentur; tum quia ſæpe eſt periculum vlteriores conſenſus, vel moroſę delectationis, vel etiam pollutionis ratione temperamenti, aut peculiaris diſpoſitionis corporis: quam ob cauſam expedit, in huiuſmodi non eſſe laxum. Vnde etiam inter ſponſos cenſeo plane diſſuadenda, ſi cauſa voluptatis fiant, itàque ſententiã illam practice probabilem nõ dixerim. Hæc Leſſius, quibus indicat, opinionem eſſe ſpeculatiue probabilem; quanuis ratione periculi communiter adiuncti, in praxi exercenda nõ ſit.

133 *1. Arg. huius ſentẽtiæ* Pro hac ſententia arguitur primo ex Paulo ad Eph. 5. vbi poſtquam dixerat, cauendam eſſe fornicationem, auaritiam, & turpidinẽ: ſubdit: *omnis fornicator, aut immundus, aut auarus non habet hæreditatem in Rego Chriſti*, vbi dum ſignificauit cætera eſſe lethalia, dicens, ea à Chriſti Regno excludere, ſubtieuit turpidinẽ: ergo cenſuit, non eſſe peccatũ lethale. Nomine autem turpidinis amplexus, & oſcula turpia comprehendiſſe, teſtatur Gloſ. interli. ibidem: ergo exiſtimauit, oſcula, & amplexus turpes de ſe non eſſe peccata mortalia. Vnde D. Thom. eodem loco ſolum ait, eſſe peccata mortalia, in quantum ordinantur ad peccatum mortale, & 2.2. q. 154. art. 4. in fine corp. *tunc amplexus & oſcula appellat libidinoſa & dicit*: eſſe mortalia, cum ad delectationem copulæ experiendam referuntur, & de verita. q. 15. art. 4. ait, *ſimiliter concedimus, conſenſum in delectationẽ fornicationis, vel alterius mortalis eſſe mortalem: ex quo ſequitur quòd quidquid homo agit ex conſenſu talis delectationis, ad hoc vt huiuſmodi delectationem nutriatur, aut teneat, ſicut ſunt turpes tactus, aut libidinoſa oſcula, aut aliquid huiuſmodi totum eſt mortale*, & de malo q. 15. ar. 2. ad. 18. (qui locus à Sanchez, diſp. cit. numer. 7. in contrarium citãtur) ait, *tactus amplexus & oſcula, in quantum ordinantur ad actum fornicationis, conſequuntur conſenſum in fornicationem: in quantum autem ordinantur ad ſolam delectationẽ, conſequuntur conſenſum in delectationem, qui eſt peccatum mortale, & ideo, vtroque modo ſunt peccata mortalia, quia cum huiuſmodi non ſint ſecundum ſpeciem ſuam peccata mortalia, ſicut fornicatio & adulterium: ſed ſolum ſecundum, quod ordinantur ad aliud, ideſt ad conſenſus prædictos. Ideo Apoſtolus non reiterauit de turpitudine, & ſcurrilitate, ſed ſolum de illis, quæ ſunt ſecundum ſe peccata mortalia.* Hæc D. Thom. videtur ergo aperte ſentire, tactus non eſſe mortales niſi ratione conſenus in copulam, vel delectationem de copula & eodem modo loquitur Gloſ. Clem. ad noſtrum dehętet. verbo. ſeptimo & Petrus Ledeſma. 2. p. ſumm. tract. 27. cap 9. & potiſſime Sebaſtian. Medicis in ſumma peccatorum cap. 28. ait enim. *Conſenſus in delectationem de fornicatione & multo magis de alijs luxuriæ ſpeciebus eſt peccatum mortale, & ideo cum oſcula, & amplexus huiuſmodi propter delectationem huiuſmodi fiant: conſequens eſt, quod ſint peccata mortalia, & ſic ſolum dicuntur libidinoſa.*

2. Quia iſti tãctus etiam ſi fiant ob delectationem ex ipſis præciſe reſultantem, non nocent notabiliter generationi, aut educationi prolis, aut alijs bonis matrimonij, cum ea delectatio modica ſit & ideo nõ impediret cõtractum, vel vſum matrimonij, etiamſi non eſſet ſub mortali prohibita: cur ergo dicemus in illis eſſe malitiam mortalem, certe tota eorum materia leuis eſſe videtur, & ita ex genere ſuo tantum videntur peccata venialia luxuriæ. Confirm. quia in alijs peccatorum generibus dãtur peccata leuia ratione materiæ: ergo & in genere luxurię: tactus autem huiuſmodi videntur habere materiam leuẽ: ergo ſolum ſunt peccata venialia. § 3. Quia delectatio ſumit ſuam malitiam ab obiecto vt patet, 1. Ethicorum: ergo delectatio de tactu, ſi mala eſt, ſummit malitiam ab ipſo tactu: tactus autem ſecundum ſe conſideratus, non eſt malus mortaliter: ergo nec delectatio de tactu ipſo: ergo etiam ſi tactus fiat ad capiendam delectationem de ipſo, non erit peccatũ mortale. Maxime cum remote tantum & tenuiter videatur diſponere ad concubitum, vel ſeminationem: præter tactum in verendis, qui ad ſeminationem proxime & vehementer diſponit, atque excitat. Vnde illi tactus ſponſis de futuro conceduntur, vt ſect. 26. videbimus: qui tamen non poſſunt licite copulari. 134 *2. Argum.*

Dico tamen. 3 tactus omnes ſi ſint laſciui, venerei, & libidinoſi, ex genere ſuo ſunt peccata mortalia, ita D. Tho. Carthuſ. Emanuel, Sotus Margarita confeſſorum Antonin. Viguerius in fauorem ſententiæ relatæ adducti Sanchez illa diſp. 46. num. 7. Sa verb. luxuria num. 14. verſ. oſculá Palud. 4. d. 31. quæſt. 3 art. 2. num. 17. concl. 6. in fine ſupplem. q. vnic. artic. 3. dub. 2. Vincent. in ſpeculo tomo. 3. lib. 3. diſt. 2. p. 9. ver. circa tertium Clemens Monilianus Cardinalis aræ Coeli lib. de differentijs peccatorum cap. 20. cum Vlrico dicens, eſſe de fide, vt & Antoninus 2. par. tit. 5. cap. 1. § 9 Gerſon 2. par. opus tripertito de pręceptis decalogi cap. 13. Alphab 30. & 31. in fine, & reg. moralibus cap. de luxuria Alphab. 24. littera. Y. & Alphab. 29. littera. L Caietan. 2.2. q. 154. artic. 4 dub. 1. & in opuſculis tomo. 1. tract. 14. de delectatione 135 *3. Concl.*

Digitized by Google

lectatione moroſa dub.3.& ſumma verbo delectatio.§.ſecundum, an delectatio in fine & verbo impudicitia & verbo oſculum Roſel. verbo delectatio numero.3.Tabien.verbo cogitatio quæſtione.8.numero.9. ad finem, dicens, eſſe de fide & verbo delectatio quæſt. penultima & verbo oſculum numero vnico ad medium Armil.verbo impudicitia num. 1.& verbo oſculum numero.1. Nauarrus cap. ſi cui de pænitentia d.1.num.9.&.15.& in ſumma.cap.16.numero.11.&.13.& cap.14.numero 35.littera.L.Angles in. 4. quæſtione.8. de impedimentis matrim.artic. 1. dubio. 9. concl.1. Corduba in ſumma quæſtione.2.puncto.4. & quæſtione. 190. & ſuper Sotum de ſecreto membro.2.quæſtione.2.circa.2. cõcluſionem vbi oppoſitum appellar erroneum Nieua ſumma titul.87. Hieronymus de Zenetinis tract.de foro concientiæ & contentioſo numero.139.habetur tom.3.tractatuum parte. 2. Nider ſumma præcepto.9.cap.4.duplici pag. ante finem verſ.4.etiam hic prohibetur, Alcocer ſumma capit. 20. fol.71. pag. 2. § *mirar mugeres*, Pedraza præcepto. 6.§. 1. 5. & 20. Ioannes de Burgo in pupilla oculi parte. 10.cap.4.Ioannes de Friburgo in ſumma cõfeſſorum lib.3.tit.4.quæſtione.272. Medina.c. ſummæ cap.14.§.18.&.1.2.quæſtione.74. artic. 8.dub.5 Vazquez diſput.109.num.5. Valentia 2.2.diſp.9.quæſt.3.puncto.3. ad finem. §. ſi autem huiuſmodi tactus Nauarra dicens, oppoſitum eſſe falſum & forte temerarium. 2. de reſt.cap.4.dub.9.de detractoribus num. 131.& 132.alias,317.318.Ioã. Heſſels expoſitione decalogi præcepto.6.cap.14.duplici pag. ante finẽ Philiarchus to. 1. parte. 2. lib.4. cap. 18. dub.3. Bartho.Ledeſma difficult.28. de matrimonio fine & dub.12. de pœnitentia in interrogationibus circa. 6. præceptum Petrus Ledeſma 2.parte ſummę tract.27.de abſtinentia cap. 9. poſt tertiam concluſionem, Lucius circa.6. præceptum notab. 5. in fine Sotus de ſigillo membro. 2. quæſt. 2. concluſione. 2. Syluest. verb.delectatio, quæſt.2. & ſequẽtibus Angelus luxuria.§.vltimo Balthanas in ſumma fol. 59.Caſtro verbo coitus hæreſi.3. Carthuſ. 3. ſummæ artic.210.Auctor compend.Theolog. (ſiue ſit Tatan.ſiue Ægid.ſiue Hugo de Argẽtina)lib.3.cap. 28.Azor tomo.1.lib.4.cap. 6. q. 11.Sayr.lib.8.cap.6.numero.1. Ioannes Baptiſta Corradus in ſumma. q. 143. Sotus. 4. d. 29. quæſtione.2.artic.1.Eliſius in.6. præcepto decalogi.§.de tactibus & oſculis, Graff.1. parte deciſionum lib.2.cap.75.nu.10.Gloſſ.Clem.finali verbo ſeptimo de hęreticis & ibi Panor. ad finem, Card eodem verb.7.ſtatim in principio, Imola ibi numero.17.Bonifacius num.88. & Paulus ibi, Albericus in ſuo dictionario verbo luxuria.Verſicul.luxuria ęſt multiplex Turrecrem.cap.hoſpitiolum artic.2. numero 6.diſtinctione.30. Aluarus Pelagius. 2.de plãctu Eccleſiæ arti.52.in ſeptimo errore Beguardorum. Vide que ex iuriſperitis refert Couar. 2.par.de ſponſalibus cap.7.§.6.num.3.& Perez tom.3.lib.8.ordinamenti titu. 15.l.2. Leſſium, & Medicis locis citatis.

Probatur.1.ex Paulo ad Epheſ.5.vbi nume- 136
ratis fornicatione, turpitudine & immun- *Prob.1.*
ditia, immundos excludit à Regno Dei. Vbi Lyra ait nomine immunditiæ claudi omnia ad luxuriam pertinentia, & Galat.5.*manifeſta ſunt opera carnis, immunditia impudicitia &c. qui talia agunt, Regnum Dei non poſsidebunt.* Vbi Lyra ſub nomine impudicitiæ, aſpectus & tactus turpes putat comprehendi, quod autem excluſio à Regno Dei ſignificet culpã lethalem, & feratur in omnia enumerata, videntur dicere Auguſt.1. rene. Chryſoſto. Athan. ſeu Theophylactus ibi, & nota ex Leſſio, ſupra, numero.61.in græco non haberi impudicitiam, ſed nominibus græcis, pro quibus interpres vertit immunditiam, & luxuriam, cõprehendi impudicitiam, vt & nomine acathatſiæ, ſeu immunditiæ Galat.5.& cum dicitur.2.Corinth.12.*vt lugeam multos, qui non egerunt pænitentiam ſuper immunditia, fornicatione, & impudicitia*, vbi exponit D.Thom.2. 2. q. 154. artic. 1. ad. 5.ideſt. ſuper oſculis, & tactibus.

2.Probatur ex Ambroſ. in id Pauli.1. The- 137
ſalon.5.*ſalutate fratres in oſculo ſancto*, ait. *Sancta* *Prob. 2.*
oſcula ſunt in ſalutatione Chriſtiana, cætera carnalia ſunt, quia quidquid ſine Chriſto fit, carnale eſt: ac per hoc mortale, & Cyprian. lib.1.epiſt.9.alias. 11. vel.62.ad Pomponium, de virginibus, & refertur cap.nec aliqua.27.quæſtione.1.ait, *certe ipſe concubitus: ipſe complexus, ipſa confabulatio, & oſculatio &c. quantum dedecoris & criminis, confitetur*, vide etiã Gloſſ.in verb.turpitudo Ephe. 5.Baſil.tract.de vera virginitat.qui ait, *ex oſculo diffundi venenum per totum corpus, & tactum, vt ſenſum omnium perniciosiſſimum, & leniſsime blãdientem, ſenſusq. reliquos in ſuas illecebras pellicientem, immaculatum, quam maxima poterit cura, ſeruandum eſſe à virgine,*

3.Probant aliqui, quia amplexus & oſcula
venerea ſuapte natura & intrinſece ordinan- 138
tur ad copulam, vnde & columbæ, & alia bru- *Prob.3.*
ta prædictis tactibus vtũtur, dum ſe ad coitũ præparant, naturaque in eis voluptatem veluti in coitu appoſuit, & inſtat illius immutant & delectant corpus: ergo participant malitiam copulæ. Confirm. quia hi tactus multo viciniores ſunt copulæ, quã delectatio moroſa ipſius copulæ cogitata: ſed hæc eſt mortalis: ergo & tactus. Confirm. 2. Quia oſculum, vt eſt delectabile carni, natura ſua eſt ſignum copulæ, vel inſtantis, vel futuræ, vt etiam

Digitized by Google

etiam ex vſu animantium conſtat: ſicut enim oſculum amicitiæ,ſignum eſt vnionis animorum; ita carnale, coniunctionis corporum: explicatur enim hoc ſigno interior affectus, & prius fit quodammodo in ſigno, quod poſtea implendum eſt in opere. Itaque in eo contineri videtur tacitus quidam conſenſus in copulam.

128 Prob.4. Quarto quia amplexus & oſcula ſuapte natura proxima ſubſeruiunt copulæ, & notabiliter excitant membrorum, & ſpirituum generationi miniſtrantium commotionem: quare ſunt veluti inchoatio copulæ carnalis. & inter certas perſonas adulterij pars, vt cum Tullio, & Andrea de Iſernia tradit Gregor.Lopez.l.1.verbo, conſejar, titulo.14. part. 2. & multi non improbabiliter exiſtimant, ſufficere, vt legatum relictum vxori caſte viuenti deperdatur, vt refert Sanchez libro.7.de matrimonio diſput. 91. num.38. & his adeo annexum eſſe ſolet adulterium, vt ex illis probetur, vt docet ex Baldo, & alijs multis Maſcardus de probationibus concluſione.64.à num.1. vſque ad.5. Confir.quia materia non debet omnino cenſeri remota,quæ tantam vim ad libidinis ignem excitandum, & ſpermatiſmum ciendum habet.

Quinto probatur, quia interdicta re aliqua,cenſentur interdicta omnia, per quæ ad eam deuenitur.l.oratio.ff.de ſponſalibus: ſed per hæc ad fornicationem peruenitur: ergo interdicta grauiter fornicatione hæc etiam grauiter interdicta cenſentur:ergo ſunt mortalia ex genere ſuo.

Sexto minus eſt libidinoſe videre, quam libidinoſe oſculari:illud eſt mortale Mathæi. 5. *Qui viderit mulierem ad concupiſcendam eam, iam mœchatus eſt in corde ſuo*:ergo & hoc. Aliqua ex his non multum cogunt: ſed res erit clara ex ſequentibus.

139 Tota difficultas eſt, quid intelligatur per tactus libidinoſos. Aliqui, inter quos videtur eſſe Caietan.2.2.quæſtione.154. artic. 4. & in ſumma. verbo impudicitia, & Armil. ibi num.1.& Leſſius illo dubio.8. dicunt, eſſe illos,qui propter delectationem ex ipſis tactibus prouenientem quæruntur. Sic enim ait Leſſius num.58. ſed difficultas eſt de oſculo quatenus ipſum per ſe eſt actus delectabilis carni, & remote diſponens ad ſeminationem, vtrum ſi quis hac ratione illo vtatur, non intendens vlteriorem voluptatem, quá quæ præciſe ex ipſo oſculo naſcitur, peccet mortifere, ſepoſito periculo pollutionis, & vlterioris conſenſus? & poſtea definit,oſculum eiuſmodi eſſe libidinoſum, & ex genere ſuo peccatum mortale. Et Caietan. 2.2. loco cit.ait,ſciendum quòd oſcula,tactus & amplexus quatenus delectabilia, quædam ſecundum ſenſum tactus ſunt, ſecundum naturam ſuam actus circumſtantes coitum, &c. Vnde colligit eſſe libidinoſos, & ex ſe illicitos, niſi inter coniuges.& verbo impudicitia ait, impudicitia, qua homo actibus, tactibus,oſculis, ſeu amplexibus vacat libidinoſe (hoc eſt delectationis ſenſibilis,quæ ibi ſentitur,cauſa) etiam ſi nullum intendatur aliud opus, peccatum eſt,& Armilla eod. verbo. num.11. impudicitia vitium eſt, quando quis vacat actibus,tactibus,oſculis, & amplexibus libidinoſe, hoc eſt,cauſa delectationis ſenſibilis, quæ ibi ſentitur, etiam ſi nullum aliud opus intendat.& ſi fiat à non coniugibus mortale eſt,&c.Sed ſciendum eſt ex tactibus, & oſculis duplicem delectationem conſequi poſſe;altera eſt, quæ ſemper coniuncta eſt cum ipſis tactibus,quia naturaliter & proxime ex ipſis tactibus reſultat,etiam ſi propter beneuolentiam & amicitiam ſanctam, aut propter neceſſitatem fiant; delectatur enim naturaliter & neceſſario appetitus ſenſitiuus in perceptione rei conuenientis, propter temperiem primarum qualitatem, vel propter mollitiem & ſuauitatem quandam,vel propter ipſam cognitionem externam:quam percipit ſenſus internus, & de qua, vt obiecto, delectatur appetitus. Et de hac cenſent quidam, etiam ſi quæratur in tactibus, non ideo dici libidinoſos,aut venereos,nec eſſe peccata mortalia. Suaderique poteſt primo, quia id videntur docere auctores omnes pro prima opinione relati,& D.Thom. Medices atque alij locis citatis in primo argumento illius opinionis, & Azor tomo.1. lib.4.capite. 6. quæſtione. 11. qui ait tactus illos, qui fiunt propter delectationem, quę in illis partibus eſſe ſolet eſſe libidinoſos, & peccata mortalia: indeciſum tamen relinquit, an verum ſit quod ait Caietan.tactus,qui in alijs partibus fiunt præciſe propter delectationem ex illis reſultantem,ſint peccata mortalia. & Sanchez illa diſputat. 46.num.5.& 20.dicens, *delectationem, quæ placet tactus aut viſus proprij corporis, vel alieni ob ſolam proportionem, vel connaturalitatem cum organo tactus, aut viſus,non eſſe libidinoſam,ſicuti tactus rei blandæ, & viſus rei pulchræ naturaliter delectant organa viſus, & tactus:ſumpſit ex Tabien.verb.cogitatio.quaſt.8. nu.9. col.vlt.* Fauent etiam Leſſius, Caietan. & Armilla ſupra,quatenus ſolum dicunt, hos tactus eſſe mortales,quando fiunt propter delectationem de ſe ordinatam ad copulam;talis enim non eſt prædicta, ſed alia quæ continet commotionem ſpirituum, & membrorum ſubſeruientium generationi. Fauet etiam Petrus ledeſma.2 parte ſummæ tractat.

Digitized by Google

27.cap.9. concluſ.4 dicens, oſcula & tactus, niſi ordinentur ad actum carnalem non eſſe ex ſe peccata mortalia.

140 2. Quia delectatio venerea vehemens, ſeu maxima eſt,& magnã vim habet ad libidinis ignẽ accẽdẽdũ,& ciẽdũ ſpermatiſmũ, vt ait, Leſſi.ſup.& cõmuniter fit ꝑpter reſolutionẽ ſeminis:hæc autẽ tenuiſſima eſt,nec tãtã vim habet ad eiuſmodi effectus cauſandos:nã hãc delectationẽ habet quiſq. quoties tangit propriã manũ,vel pectus etiã neceſſitatis gratia, & ſimilis eſt delectationi, quæ percipitur de tactu roſarũ, florũ herbarũ, ſerici,& ſimiliũ: quã cõſtat nõ eſſe maximã,ſed modicã,& modicã habere vim ad tales effectus.Adde quod hæc delectatio ad curioſitatẽ reduci videtur, cũ pro obiecto præcipue habeat cognitionẽ. Leſſius autẽ cũ alijs ſupra ſentit,vt retulimus, tactũ,q fit præciſe ex curioſitate, nõ eſſe mortalẽ per ſe:ergo nec tactus ordinatus ad prædictã delectationẽ erit per ſe peccatũ mortale.

Tertio quia delectatio non eſt mortalis, niſi obiectum eius ſit mortale,ſed perceptio illius ſuauis temperamenti, aut proportionati tangibilis non eſt mortalis: ergo delectatio,quæ de illa tanquam de obiecto percipitur, non eſt mortalis. Confirm. Nam, ſi dicas, tactum eſſe mortalem, quia delectatio hæc,quæ in eo quæritur, eſt mortalis; & hanc delectationem eſſe mortalem, quia eſt de tactu mortali, manifeſte petitis principium: ergo tactus non eſt mortalis propter hanc delectationem, ſed propter aliam delectationem, vel rem,quæ in eo intenditur, per ipſum quæritur, aut ex ipſo ſequitur,quæ ſub mortali peccato vitanda eſt.

Quarto tangere alias res molles, ſuaues, & temperatas propter delectationem inde naturaliter ſemper reſultantem non eſt mortale: ergo nec tangere carnes ꝓprias,vel alienas,viriles,vel fæmineas ſecluſo alio fine,vel periculo; ſecus ob delectationem ortam ex commotione ſpirituum, quæ interdum comitatur huiuſmodi tactus: nam delectationem hanc extra matrimonium quærere ſemper eſt mortale peccatum.

141 Quinto quærere delectationem guſtus propter ſe non eſt mortale (quidquid dicat Armilla,verbo immunditia) aut viſus auditus &c.Ergo nec ſenſus tactus par enim ratio eſſe videtur de omnibus his ſenſibus.Cõf. quia delectatio de cogitatione fornicationis & non de ipſa fornicatione cogitata,non eſt p.m.etiam ſi propter ſe quæratur:ergo nec delectatio de perceptione obiecti per ſenſum tactus:patet cõſequẽtia,quia delectatio de cogitatione fornicationis eſt delectatio de cogitatione obiecti per ſe mali:delectatio vero de cogitatione rei ſuauis per tactũ,nõ eſt delectatio de cogitatione obiecti per ſe mali, ſed indifferentis:ergo ſi illa põt intẽdi, ſine. m.p. à fortiore hęc.¶6.Tactus vel oſcula libidinoſa dicũtur à delectatione, quę quæri ſolet ab hominibus laſciuis,& fornicarijs, vel etiã cõiugatis:ſed hi non ſolent quærere huiuſmodi delectationẽ,cũ hanc nõ ſolũ in tactibus propriarũ manuũ,& pedũ vel pectoris,ſed etiam florũ & veſtiũ poſſent inuenire:ergo tactus libidinoſi non ab hac dicuntur.Nec mirũ,cum hæc delectatio nõ ſit magis venerea; quã tactus florũ vel ſerici,aut purpuræ,&c.Confi.2. quia delectatio venerea maior eſt, qñ res pulchriores tanguntur,pręſertim in partibus occultis, hæc autẽ delectatio in tactu rerũ deformiũ,vel partiũ externarũ æqualis,aut maior eſſe põt:ergo non eſt hæc,quæ tactus reddit libidinoſos aut mortales.

Alia eſt delectatio,quę conſequitur hos tactus remote,& quaſi per accidens,vel nõ ſemper;ſed aliquando; & hæc delectatio eſt,quæ eſt in effuſione ſeminis intra vel extra vas,& in diſtillatione & in cõmotione mẽbrorũ, & ſpirituũ ſubſeruientiũ generationi? Ab hac delectatione tactus & oſcula libidinoſa dicuntur,ſicut etiam aſpectus, vt poſtea dicemus,& ita videtur dicere Corr. in ſumma. q. 143.dicens,libidinoſum eſſe,qui excitat delectationẽ in parte ſenſitiua.Hęc nũc dicta ſunt ex mente aliorũ, nã ego modo nihil definire volo, ſed proponere rationes huius ſententiæ, vt docti de ea iudicent quorũ iudicio me ſubijciam.Nunc ſolum aſſero.

In his caſibus tactus dici libidinoſos.1.ſi aſſumantur ad cauſandã pollutionẽ,vel diſtilationẽ,vel motũ ſpirituũ,& mẽbrorũ deſeruiẽtiũ generationi.Sãchez diſp.46. citata,n.5.Tabien.illo.n.9. ſecũdo,ſi ſumantur ad generandã, fouendã,augendã,cõſeruandã,vel nutriẽdã in ſe,vel alijs turpẽ & inhoneſtã amicitiã; ac proinde ad habẽdã copulã per amicitiã ſic cõtractã:cũ.n.ſigna amicitię turpis talia interdũ ſint,vt ex circũſtãtijs appareat eſſe veluti ſolicitationẽ ad illã,& ad copulam; conſtat,aſſumi poſſe propter iſtos fines.¶3. Qñ licet nõ intẽdãtur pollutio,diſtilatio, cõmotio ſpirituũ,& mẽbrorũ genitaliũ,amicitia turpis,vel fornicatio,homo tñ ſine cauſa ſufficiẽti exponit ſe,vel aliũ per huiuſmudi tactus periculo pollutionis,fornicationis,&c.¶4.Fortaſſe,cũ quis delectatur de tactibus & oſculis non ob ſuauitatẽ tãgibilis: ſed quia ſunt via ad alias delectationes ſuperiꝰ dictas,& lętatur homo. ꝙ ſit in via,licet nolit vlterius progredi.5.Qñ tactus iſti fiũt ad exercitãdã,vel cõſeruãdã delectationem de fornicatione, vel pollutione cogitata:ex quo conſtat falſo Ledeſmam 2.p. ſummæ tractatu.27.cap.9.dixiſſe,oſcula non eſſe libidinoſa,niſi ex prauo fine: nam etiam 142 Sentent. au ctoris.

ex

Digitized by Google

143 *Queſtio.* ex prauo euentu præuiſo,& non intento libidinoſa eſſe poſſunt. An vero etiam ſint dicendi tactus libidinoſi,ac proinde ex genere ſuo mortales,illi,qui præciſe aſſumuntur propter delectationem naturaliter,neceſſario, & proxime ex illis reſultantem,& fundatam,ſolum in ſuauitate naturali obiecti tangibilis: vt cũ quis tangit roſam,ſericum, vel aliquid eiuſmodi blandum,& ſuaue : an vero tales tactus ſecluſo omni periculo fornicationis, pollutionis, deſtilationis, aut ſimilium,ex ſolo fine illius delectationis per ſe, & ex genere ſuo ſint libidinoſi,& peccata mortalia,dicam 2.2.q.154.de luxuria,vbi re maturius conſiderata,& aliorum ſuffragijs auditis ſententiam meam plene profetam. Interim tamen duo non duxi prætermittenda. Primum eſt, raro eiuſmodi tactus fieri inter homines ſolo illiº delectationis affectu:quoniam ſi ſola delectatio de ſuauitate illa tangibilis quæreretur, non tam in partibus humani corporis, quam in alijs rebus quæreretur, quæ tactui ſuauiores ſunt,& ſine vllo incommodo tangi aſsiduè poſſunt. Secundũ eſt,nunc mihi omnino dicendũ videri,tactus eo ſolo fine factos in partibus verendis,vel prope illas,ex genere ſuo eſſe libidinoſos,ac proinde ex genere ſuo eſſe peccata mortalia. Quod videntur ſentire Caiet.verbo impudicitia & Armilla ibi. nu.1.abſolute docẽtes,tactus libidinoſos eſſe, qui gratia ſenſibilis delectationis fiunt;atque tactus libidinoſos ex genere ſuo eſſe lethalia peccata. Quod probo quia delectatio illa in illis partibus ex natura rei, & per ſe loquẽdo, excitare aliã ſolet,quæ de motu membrorum vel ſpirituum ſubſeruientiũ generationi, vel ſeminis ſumitur ,ergo pro eadem moraliter computatur,ac proinde,ſicut in tactibus intẽdere hanc ſecũdã delectationẽ eſt genere ſuo libidinoſum,& p. m. ita de illa priori dicẽdũ eſt.Conf.nã fornicatio ex genere ſuo eſt p.m. propter damnũ prolis cõmuniter,& per ſe adiunctũ,licet interdũ nõ ſequatur nec immineat:ergo ſimiliter licet ſecunda illa delectatio interdũ primã non cõſequatur, nec illius periculũ habeat,erit nihilominus p.m quia per ſe & ex natura ſua,& communiter illam infert,& affectus vnius affectum alterius,etiã cum homo putat,nullũ eſſe illis conſecutionis periculum.Vnde etiam conſtat,ſi primam delectationẽ à mortali ex genere excuſemus, ad magna luxuriæ peccata viam ſterni, aditumq. aperiri,propterea que dicendum eſſe, tactus illos in illis partibus præciſe aſſumptos ob delectationem illam, eſſe ex genere ſuo libidinoſos,& lethales.

144 *Ad 1. arg. 1. ſent.* Ad. 1. argum primæ ſententiæ aſſerentis, tactus libidinoſos ex genere ſuo non eſſe peccata mortalia R.cum D.Th.2.2.q.154.a.4.ad.1. Caiet.ibi dub.1.§ ad.1.dicitur,& Sanchez illa diſp.46.nu.2.turpitudinẽ ab Apoſtolo ibi non repeti;quia tactus & oſcula, vt ſunt peccata mortalia,reducuntur ad fornicationẽ & immunditiam,quæ a Paulo repetuntur.

Ad.2.R iam dictũ eſſe à nobis,diuerſa eſſe genera tactuũ libidinoſorum,& vnde quilibet eorũ habeat vt ex genere ſuo lethale peccatum ſit. *Ad.2.*

Ad.3.R.quanuis tactus humanarũ partiũ ex ſe non ſit malus,nec prohibitus, quin potius ſæpe ſine peccato mortali,aut veniali,imo & honeſtè,ac meritoriæ fieri poſsit,& tunc delectatio de illo non ſit mala,nec prohibita:tamen illam Intendere ſemper eſt prohibitum: nam coniugati in tactibus honeſtis delectationem intendentes,peccant venialiter. Eſt etiã ſolutis prohibitũ ex ſuo genere grauiter, ne libidinoſe ſe tangant.Quod autẽ ſit libidinoſe ſe tangere,iam expoſuimus. *Ad.3.*

Ad maiorẽ huius rei declarationẽ adde nõ nulla.Primũ eſt,amplexus,oſcula,& tactus libidinoſos inter perſonas eiuſdẽ ſexus præſertim ſi in pudẽdis fiãt,eſſe grauia peccata:quia ex affectu grauis peccati fiunt vel periculum eius inducũt. Imo quidã dicũt, eſſe grauiora peccata,quã ſi inter perſonas diuerſi ſexus fierẽt,vt Gerſon.2.p.opuſc.tripertito de præcep. tis decalogi.c.13.Alphab.30.ſeu.31.in fine. Nie oa in ſum.tit.81.Ciruelo In.6.præcep §.de pec catu cõtra naturã,Graff.1.p.deciſionũ,lib. 2.c. 75 n.10 Sanchez lib 9.de matrim.diſp. 46.n.8. &.12.Et inter viros verũ interdũ etiã ob ſodomiæ periculum:& etiam inter fœminas;quia in illis prouenire ſolet ex maiori fornicationis affectu;& quia res eſt minus naturalis,ſeu minus ſm inclinationẽ naturalẽ,& maius habet cõtinuationis periculũ eo quòd perſonæ eiuſdẽ ſexus liberius inter ſe cõuerſari poſsũt. 145 *Additio. 1*

Sm eſt,amplexus,tactus,& oſcula,quæ ſolũ fiũt ex ioco,curioſitate,leuitate,aut vanitate, & nõ habẽt periculũ fornicationis,pollutionis,aut ſimilia iam dicta,nõ eſſe peccata mortalia. Armil.verbo impudicitia,Caie. ibi,&.2. 2.q.154.a.4 §.in reſpõſione ad ĩm.Sayrus lib.8. c 6.n.1.in fine,Graff.i.lo.nu.10. Nauar.in ſum. Hiſpan.c 19.n.11.& in latina.c.14.n.42 alias.31. lit. L. verſ.19. & c.ſi cui,de pœnit.d.1.n. 11. Sanchez ſup.n.10.ad.dens cũ Greg.l.1.tit.14. partita 2.verbo confeſiar,peiora eſſe amplexus ,& oſcula,quã tactũ mamillarũ,& cum Nauarro, illo verſ.19.excipiendos tactus inter virom & fœminã in verendis vel partibus vicinis . Et quidẽ in his conſtat maius eſſe periculum, & nõ ſolere fieri ſine ſiniſtra intentione fornicationis , aut alio prauo affectu:quapropter hi ioci quàm diligẽtiſſime cauendi ſunt;quia in res ſerias traſire ſolẽt.Imo veriſimile eſt io cos iſtos ex genere ſuo eſſe lethalia peccata: 146 *Addit.2.*

Digitized by Google

quia motaliter & perſe ac communiter loquendo,& ex natura rei annexum habent periculū;ergo ex genere ſoo ſunt peccata mortalia, ſicutpaulo ante diximus de tactibus, qui in his partibus ob delectationem,quæ de ſuauitate tangibilis ſumitur inter virum & fœminam fiunt. Eodem modo, cum dicunt Antonin.2.p.tit.5.c.1.§ 9. Roſell.delectatio.n. 3. Syl.q.4 & alij,peccatum mortale eſſe,ſi mulier ſicà viro ſe tangi permittat,ita intelligendum videtur vt talis permiſsio ex genere ſuo ſit peccatum mortale propter periculū,quod ex natura rei,perſe,& communiter adiunctū habet,licet aliquando ſeu in aliquo raro caſu non interueniat. Concedit tamen Sanchez num.11.ſi ex quadam leuitate & ioco perſonæ eiuſdem ſexus in verendis ſe tangant vt poeris,& natantibus euenire ſolet,non eſſe peccatum mortale:& num.14.ait,non eſſe peccatum mortale propria verenda tangere ex curioſitate,aut leuitate,aut gratia manus calefaciendi Et num.16.ait,tactus leues, vt manū fœminæ,pedem,vel brachium premere,digitos intorquere,non eſſe communiter peccata mortalia;ſed venialia : quia communiter ex leuitate quadam,iocoque.& non ex libidine procedunt,nec habent illud periculum, quod annexum eſt tactibus, qui inter virum & fœminam in verendis vel partibus vicinis fiunt. Sic tenet Caie.2.2.q. 154. a. 4. circa ad.1. immediate ante vltl. dub. & in ſum. verbo chorea in fine,vbi Arm.num.2. Tabie. verbo, oſculum num.vnico, Nauar.in ſum.lati. c.14. num.42.verſ.19. An vero,ſi hi tactus ſint libidinoſi,paruitas materiæ excuſet eos à mortali dicam ſect.ſeq.

147 Tertium, non eſſe peccatum mortale & ſæpe nec veniale exoſculari magna cum ſuauitate & affectu molles infantiū carnes: quia id non ex praua intentione,nec cum periculo fieri ſolet:ſed ſine periculo ex amore honeſto,teneto & ſuaui & naturali infantis pulch.i. Alias innumeri parētes & nutrices damnarentur. Ita cum Nauar.in ſum.Hiſp.cap.16. num.11.docet Sanchez ſupra num. 23. Sic etiā ſine peccato mortali fieri ſolet vt patet potius oſculetur filiam quam filium, & filiam pulchram,quam deformem & frater ſororē &c.quia naturaliter eſt maior amicitia etiam honeſta erga ſexum aut perſonam pulchriorem. Ita nonnulli recentiores docti.

Additio.3.

148 Quartum eſt,non eſſe mortale ſecundum aliquos ex curioſitate tangere & confricare brutorum genitalia,modo abſit affectus beſtialis,& periculum pollutionis propriæ, vel alterius praui affectus & ſimilium. Imo Sanchez ſupra num.15.ait, communiter non eſſe mortale obſcœnas brutorum partes confricare;quia inde non excitatur tam vehemens delectatio,ſed potius modica quædam, & ſolum ex curioſitate fit: & quamuis confricans intenderet,vt brutum ſemen expelleret, ex curioſitate illud videndi, non eſſet mortale: quia non eſt mortale impedire bruti generationem,aut efficere vt abortiatur, ſicut nec ipſum necare. Sed credo,in hac re communiter eſſe magnum periculum pollutionis, vel inordinati alicuius affectus,fruſtraque conari hominem vt ſic brutum ſemen expellat; naturale enim eſt in ſolo coito ſemen effundere. Obſcœna ſunt hæc fateor:ſed omnia munda mundis,& in omni materia ſacerdotes & Theologi debent diſcernere inter lepram & lepram,& ſcire quod nam ſit peccatum mortale;quod veniale &c. Debent hæc doceri fideles,vt non ſolum ſciant reprobare malum,& eligere bonum: ſed etiam magis deteſtari,& cauere,quod deterius eſt.

Additio.4.

SECTIO. XXI.

Vtrum ex leuitate materiæ contingat tactus libidinoſos à mortali excuſari.

HIC duæ ſunt ſententiæ.1. affirm. quam tenent Armil.verbo,impudicitia n.1.in fine. Nauar.c. ſi cui, de pœnit.d.1.n.vlt. Sotus Libello de doctri.Chriſti.fol. 26. vt refert Sanchez.9. de matrim.diſp.46.n.9. Idē indicant Leſsius.4. de viti.c.3.dub.8. n.58.&.59. Sayrus lib.8.c.6. n. 1. Suaderi ſolet: quia cur in cæteris peccatis dabitur paruitas materiæ non vero in peccato aliquo luxuriæ? 148 *1. Sentent.*

2. Sententia aſſerit, in tactibus libidinoſis non dari peccatum veniale ex leuitate materiæ. Hanc inſinuat Caie.2 2.q.154.a.4 §.in reſponſione ad.1.immediate ante vltimum dubium,vbi habet. *Habet queque ex his, quòd tactus qui in choreis leuitatis cauſa fiunt,vt cum innuenis digitos mulieris non ſua intorquet,& huiuſmodi, cum non delectationis illius,quæ ex tactu eſt, quam diximus ex libidine appeti,cauſa fiunt,non ſunt peccata mortalia.* Vbi à contrario ſenſu ſignificat. Caie.quòd ſi libidinis cauſa fierēt,eſſent mortalia peccata. Idē eodē modo loquens innuit Tabien.verbo oſculū,poſt mediū,dicens. *De tactibus qui fiūt in choreis cauſa leuitatis dū intorquēt digitos mulieris vel aliquid eiuſmodi,ſi non fiāt ex delectatione ā qua dictū eſt,nō sūt mortalia.* Hoc dutū putāt aliqui recētiores vnde aiunt, *Manū fœminę,pedē.l.brachiū præmere vellicare digitos in torquere & ſimilia,licet libidinoſe fiant, non eſſe peccata mortalia:quia etiā cū ex libidine fiūt,ſunt leuiter turpes,eoquod delectatio venerea quā cauſāt et ob quam* 149 *2. Sentent.*

ob quã intẽditur, modica eſt. Vide Sanch. ſup. n. 17. Huic. 2. opinio. fauet Sebaſtia. Medicis in ſumma de peccatis tit. 8. de luxur. q. 8. vbi ait, contactus manuũ vel aliatum partium corporis eſſe peccata mort. qñ fiunt ex libidine extra matrimonium: & Naua. c. 14. n. 31. lit. L. abſolute aſſerens, mortale eſſe ſerio tangere hubera fœminæ: ſecus ſi iocoſe.

1. *Concluſ.* Hæ opiniones nõ poſſunt modo ad vnguẽ examinari vſque ad. 2. 2. q. 154. interim tamen Dico tria. Primum eſt. Si tactus ſunt libidinoſi eo quòd ab operante ipſo referuntur ad finem mortalẽ, puta fornicationẽ, pollutionẽ propriam vel alienã, vel ſimilia, ſemper ſunt mortales. vt ait Sanchez ſup. nu. 9. Naua. c. 14. n. 42. verſ. 16. Vega in ſum. verbo. Bayle. n. 2. & Armil. verbo chorea n. 2. & Caiet. ibi: & patet, quia finis mortalis quamcunq. medij electionem mortalem reddit.

2. *Concluſ.* Dico. 2. etiam eſſe peccata mortalia, ſi ex natura rei habent graue periculum, licet hîc & nunc illud non habeant, vt cum fiunt in venereodis vel prope illa ex affectu delectationis carnalis. Sicut enim fornicatio non excuſatur à mortali ex eo quòd hîc, & nunc non habeat aduinctum graue periculum male educandi prolem: ita nec tactus, qui ſunt libidinoſi, & peccata mortalia ex genere, eo quòd ex natura rei & per ſe loquendo ſolent habere graue periculum adiunctum non excuſantur à mortali, etiam ſi nunc illud non habeãt.

3. *Concluſ.* Dico. 3. licet ratione materiæ luxuriæ ſecundum ſe tactus aliqui libidinoſi leues non eſſent, tamen in periculo & cauſa ipſorum poteſt contingere leuitas ratione cuius ſolum ſint peccata venialia. Vt licet in iuramẽto aſſertorio nunquam detur peccatum veniale ex leuitate materiæ: bene tamen ex leuitate periculi iurandi quod reipſa falſum ſit. Probatur con. Nam exponere ſe ſine cauſa leui, & modico periculo fornicationis, pollutionis &c. ſolum eſt peccatum veniale. Item nõ vitare aliquam cauſam pollutionis, quam ſolum tenetur quis vitare ſub veniali ſolum eſt peccatum veniale. Vnde Sa, verbo luxuria. n. 9. ait. *Si pollutionis non voluntaria cauſa quæ vitari debuit, eſt peccatum veniale ſolum, vt aſpectus curioſus fœminæ aut lectio turpis; & ipſa ſolum venialis eſt, etiam ſi quis prauiderit, inde ſecuturam, ſed contra voluntatem.* Idem docent Sotus. 4. d. 12. q. 1 a. 7. & Ledeſma 2. p. 4. q. 21. a. 7. cætera quæ ad plenam quæſtionis reſolutionem pertinent alibi Deo dante dicentur.

SECTIO. XXII. An in his tactibus circunſtantiæ perſonarum agentium & patientium, & loci ſacri varient ſpeciem, & ſint neceſſario confitendæ ſicut in copula ipſa.

Ad hoc communiter & bene Reſpondetur, circunſtantias perſonarum eſſe explicandas, vt in copula, vt ſi tangens, vel tactus ſit coniugatus religioſus, conſanguineus, affinis, &c. Quoniam illæ circunſtantiæ ita dant peculiarem malitiæ ſpeciẽ tactibus ſicut copulæ. Abulen. Matth. 5. q. 197. Lucius in ſum. circa ſextũ præceptum notabil. 11. poſt medium Caiet. 2. 2. q. 154. a. 4. dub. 1. §. ad euidentiam horũ, & in ſumma verbo impudicitia, vbi Armill. n. 1. Tabiẽ. verbo oſcula n. vnic. paulò poſt mediũ Corradus in ſum. q. 143. Lucius præcepto. 6. notabil. 4. Cordu. in ſum. q. 2. punct. 4. & q. 190. Nauarra, 2. de reſtitut. c. 4. dub. 5. de detractorib. n. 183. alias. 318. Barth. Ledeſ. diff. 28 de matrim. fine. Alcocer in ſum. c. 20. fol. 74. pag. 1. §. *eſtas circunſtantias.* Margarita confeſſorum præcepto. 6. fine. Ioannes Heſſels in expoſitione decalogi præcepto 6. c. 14. ad finẽ. Sanch. 9. de matrim. diſp. 46. n. 18. qui n. 19 hinc infert, non eſſe audiendos quoſdã Neothericos, qui dicunt, nullum actũ luxurioſum cõiugis, in quo non ſit ſeminis effuſſio, pertinere ad ſpeciem adulterij, nec habere circunſtantiam matrimonij, nec exprimendã in confeſſione, vt ſi vir ſolutus abutatur ſodomitice muliere, vel viro cõiugato, nõ tenentur iſti patientes, qui ſemen non effuderunt, ſed receperunt ſodomitice, explicare circunſtantiã coniugij, quia coniugati ſolum obligantur de iuſtitia ratione matrimonij ad reddendum debitum cõiugibus, & non ad effundendum ſemen, quod eſt obligatum generationi, & non abutendum vaſe ad eam ordinato. Hos impugnat Sanchez, tũ quia aduerſantur auctorib. citatis, tum quia matrimonij contractus integrũ dominiũ corporis tradit, obligatq. ad abſtinendũ ab omni actu venereo, cũ alio, vt docet Vazquez. 1. 2. q. 74. a. 8. diſput. 112. in fine, quamuis dicat, hoc non eſſe admodum ſibi certum, quod ait, Sanchez non obſtare, quia Vazquez ibi hoc dicit, eo quod cenſet, in delectatione moroſa circunſtantiam matrimonij, non dare ſpeciẽ malitiæ, ac proinde non eſſe neceſſario confitendum, quod Sanchez non putat verum. 150. *Concluſ.*

Sicut autem matrimonium ſpecialem obligationem addit abſtinendi ab omni actu venereo cum non coniuge, ita conſanguinitas ab omni actu venereo cum affine, & conſanguineo, ſimiliter virginitas ſpecialem obligationem addit abſtinendi ab omni actu venereo.

Et hoc certius eſt in voto caſtitatis, & idẽ in loco ſacro cenſeo, vnde Lucius in ſumma notabil. 5. in fine, circa. 6. præceptum aduertit, non ſolum copulam carnalem in templo eſſe ſacrilegium, ſed etiam tactus libidinoſos, qui ſunt peccata mortalia.

SECTIO. XXIII.

An aſpectus turpes, ſeu libidinoſi ſint peccata mortalia inter perſonas omnino ſolutas.

151. 1. Opinio. IN hac re ſunt variæ opiniones: prima, eſt hos aſpectus eſſe peccata mortalia, ſicuti, & tactus libidinoſi Gloſſ. clem. ad noſtrũ de hæreticis verbo, ſeptimo, & ibi Panor. ad finem. Card. eodẽ verb. in princip. Imol. n. 17. Albericus in ſuo dictionario verb. luxuria eſt multiplex, Hieronym. de Zenetinis tractatu de foro conſcientiæ, & contentioſo n. 139 habetur tom. 3. tractatuum part. 2. Abul. Matth 5. q. 197. Antonin. 3. p. tit. 16. cap. 1. §. 10. notab. 1. Tabien. delectatio quæſt. penultima. q. 4. Gerſon. 2. p. in regulis moralibus. cap. de luxuria alphab. 24 litera Y. Supplem. 4. diſt. 1. quæſtio. vnica art. 2. dub 2. Tabien. cogitatio quæſt. 8. num 9. Armill. impudicitia num. 1. Nauar. cap. ſi cui de pœnit. d. 1. nu 9. Graffis. 1. part. deciſionum lib. 2 cap. 75. num. 10 & cap. 78. num. 16. Ioannes Heſſels in expoſitione decalogi præcepto 6. cap. 14. ad finem. Fatetur autem Nauar. viſum eſſe minus periculo libidinis expoſitum, quam tactum, atque ex pluribus cauſis poſſe eſſe licitum, aut venialem, quam tactum.

152. Hæc opinio ſuadetur ex Matth. 5. *Qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt in corde ſuo*, vbi viſus libidinoſus tanquam mœchia damnatur, quod etiam ſignificat Auguſt. ſerm. 3. de communi vita clericorum, & epiſt. 109. ad monachos & refertur. cap. nec ſolo. 32. quæſt. 5. ibi, *nec ſolo tactu, ſed aſpectu appetitur, & appetit fœmina*. 2. Petri. 2. de Loth dicitur, *aſpectu, & auditu iuſtus erat*, ad differentiarum aliorum, qui aſpectu & auditu libidinoſo erant peccatores, vt illi ſenes, de quibus dicitur Danielis. 13. iuſſiſſe, vt diſco opериretur Suſanna, *vt vel ſic ſatiarentur decore illius*. Sic Baſil. lib de virginit. ait, *tactu viſum etiam in ſuas illecebras pellicit: tactis enim luminum radijs, veluti quibuſdam incorporeis manibus, quem cumque voluerit eminus tangit homo, & quæ corporeis manibus attingere non poteſt, oculorum iactibus pariter eos complectitur.*

153. Sanchez. 9. de matrimonio diſput. 46. nu. 22. licet prædictam opinionem putet probabilem, magis approbat aliam, quæ diſcrimen ponit inter viſum, & tactum, quod hic ſuapte natura ordinetur ad concubitum, ac proinde conſenſus in delectationem ipſius ſit quædam copulæ inchoatio, & conſenſus in delectationem copulæ, & peccatum lethale: illæ vero non ordinetur, ita ad venerea, & proinde eius delectatio, non ſit communiter venerea, nec peccatum mortale, niſi aſpiciens ordinet viſionem ad alium malum finem. Præterea, quia delectatio ex aſpectu conſurgens, non eſt tanta, nec ita apetitum ſenſitiuum excitat, vt non poſſimus dicere, aſpectum libidinoſum ex paruitate materiæ a peccato lethali excuſari, & ideo Caietan. verbo impudicitia, & verbo delectatio punct. 2. & tom. 1. opuſc. 14. de delectatione moroſa dubio. 3. Nauarr. cap. 16. numero 11. & 23. & cap. ſi cui de pœnitent. diſtinctio. 1. numer. 7. & Armil. verbo impudicitia, & verbo curioſitas. Alcocer capit. 54. Medina. 1. 2. quæſtione. 74. articul. 8. dubio. 5. Philiarch. tom. 1. p. 2 lib. 4. cap. 18. dubio. 3. Alcocer. cap. 20. fol. 71. pagina. 2 §. *mirar mugeres*, Leſſius 4. de virtut. cap. 3. dubio. 8. numero. 59. dicunt, tactus delectationis gratia habitos, per ſe eſſe peccata mortalia, non vero aſpectus. Idem innuit auctor Compend. Theolog. ſiue is ſit Taranta. ſiue alius libro. 3. capit. 28. vbi ait, *Bene dicitur, ad concupiſcendum eam: quia ſi aliquis videret mulierem pulchram, & vlterius non procederet, vel nullum peccatum eſſet, vel ſolum peccatum curioſitatis.* Azor tomo. 1. lib. 4. capit. 6. quæſtione. 12. ait. *Si ſola capiatur delectatio ſenſus ex aſpectu, auditione, narratione, vel lectione rerum turpium citra periculum alterius peccati non erit lethalis culpa, ſed venialis.* Quod *ex Caietan. aliiſque colligitur.* Idem tenet Sayr. lib. 8. c. 7. dub. vltimo, & cap. 6. num. 3. Henriq. lib. 11. c. 17. § 6.

Excipit Sanchez numero. 23. aſpectus valde turpes: nam ſi abſque vrgenti neceſſitate 154.
vir aſpiciat verenda fœminæ, vel è contra mortale erit, quamuis non ex libidine fiat, ſed ex indiſcretione, aut curioſitate, valde enim honeſtati aduerſatur adeo, vt primi parentes, cum eſſent vinculo coniugij inter ſe coniuncti, nihilominus erubuerint videntes ſe nudos, & ideo fecerant ſibi perizomata Geneſis. 3. Id eſt cingulum, & velamen pudendorum, vt indicant Auguſtin. 11. Geneſ. ad lit. cap. 32. tom. 3. Gregor. 26. moral. cap. 12. in fine, & lib. 32. cap. 12. Ambroſ. lib. de paradiſo cap. 13 Lyra Geneſ. 3. deinde quia aſpectus talis eſt vigentiſſimus luxuriæ ſtimulus & grauiſſimum periculum adducit, quod lapſus Dauid 2. Regum. 11. recte ponderatus à Gloſſa. ibi, & Auguſt. tractatu de honeſtate mulier. cap. 10. & Pſalm. 50. abunde demonſtrat, ita ſentiunt Antonin. cum Archid. 2. parte titulo. 5. cap. 1. §. 7. Roſell. delectatio nu. 5. Syluest. quæſt. 6. loquentes, quando non ex libidine, ſed ex indiſcretione vir efficit, vt mulier verberanda coram ipſo expolietur, vel cõtra, & Sylu. ait, non improbás,

idem

idem videri ſentire Antoninum, quando id fieret ſolum ex curioſitate, & Nauarr. cap. 14. num. 36. alias 31. littera D. verſic. 5. ait, eſſe peccatum mortale ſine cauſa ita oſtendere ſe nudos, vt pudenda interluceant, quia dant occaſionem peccandi mortaliter ſumpſit ex Caietan. 2.2. quæſt. 169. artic. 2. ad. 1. dub. & num. 42. alias 31. littera, L. verſic. 19. putat mortale eſſe verenda mulieris aſpicere etiam ioci cauſa.

155 1. Concl. Dico tamen primo, quando omnibus penſatis fuerit graue periculum, aſpectus non neceſſarius, ſiue verendorum propriorum, ſiue alienorum, ſiue eiuſdem, ſiue diuerſi ſexus, ſiue aliarum partium corporis peccatum mortale erit. Hæc concluſio clara eſt, & in ea conueniunt omnes: ſecus ſi neceſſitas vrgeret ad ſubeundum tale periculum, vt ſupra diximus tractantes, quando exponete ſe periculo conſentiendi in pollutionem peccatum mortale ſit. De hoc periculo Auguſtin. tomo. 9. tractatu de honeſt. mulier. c. 1. & 4. Gregor. et alij in id Iob. 31. pepigi fœdus cum oculis meis: alij in id Eccl. 9. propter ſpeciem mulieris multi perierunt, Baſilius de conſtit. monaſtic. cap. 4. Franciſcus in ſua vita cap. 5. D. Thom. apud Suriũ in eius vita mẽſe Martio, et ſer. de abdicatione HugoGratianopolitanũ apudGuidõ. Carmelitanũ, & hoc periculum eſt frequens, cum vir verenda fœminę, aut alias eius occultas partes, aut totum corpus nudum videt, aut fœmina viri: in qua tamen minus ſolet eſſe periculum, quia fœminæ ſunt frigidiores, & viri partes minus occultari ſolent, & ideo quando diſcooperiuntur, minus immutant. Similiter non ſolet nimium vna fœmina ex alterius aſpectu immutari, nec vnus vir ex aſpectu alterius, imo ſi aſpectus perſonæ diuerſi ſexus breuiſſimus ſit, parum commouere ſolet, vt ait Sanchez num. 24. recte addens, idem periculum ceſſare ſolere ratione ætatis puerilis, aut ſenilis, aut frigidiſſimæ complexionis, & num. 25. ait, idem aut maius periculum eſſe, quando verenda alterius ſub velo valde tenui, & quaſi diaphano, aut perſpicuo viderentur, vt ait Nauarr. illo verſic. 5. & Caietan. 2.2. quæſt. 169. artic. 2. ad. 1. dub. & Armilla verbo ornatus numero. 1. dicto. 4. Merito etiam idem Sanchez numero. 26. ſentit, communiter non eſſe mortale viro inſpicere brachia, vel pectora nuda fœminarum. Quoniam hæ partes ſæpe videntur nudæ, & ideo parum mouent ad libidinem, vt nec pedes virorum, aut fœminarum pauperum vbi conſuetudo eſt, vt nudis pedibus fœminæ incedant, vel in flumine pannos lauent, imo vbi viri & fœminæ nudi communiter incedunt, aſpectus nudi corporis non plus mouere ſolet, quam apud nos aſpectus faciei, vnde Caietan. 2. 2. quæſtione. 169. artic. 2. dubio. 1. §. ad obiectionem, & in ſumma verbo ornatus, vbi Armill. num. 1. Nauarr. in ſumma Hiſpan. cap. 23. num. 23. & in latina numero. 19. excuſant à peccato ſaltem mortali fœminas, quæ nudis pectoribus incedunt, quamuis Petrus Ledeſm. 2. parte ſummæ in fine putat, non excuſari à veniali, & harum partium aſpectus mortales non eſſe, videntur tenere Nauarr. in ſumma latina. cap. 3. numero. 5. littera M. & in Hiſpana. cap. 28. Add. ad cap. 3. nu. 1. § et lat. 14. Cordub. in ſumma quæſtione. 4. corol. 7. docet enim, mortale non eſſe de ſe videre crura fœminarum in fluuio lauantium, vel pectora, quod intelligit Sanchez, quamuis ex eo aſpectu delectatio aliqua conſurgat: leuis enim eſt ceſſante alio periculo, & mala intentione, ſic etiam numero. 27. docet non eſſe communiter mortale inter perſonas eiuſdem ſexus ſe nudas aſpicere, vt contigit, quando ſimul natant, vel verenda aſpicere, quia inter eas non ſolet eſſe graue periculum, ita etiam Nauar. cap. 3. num. 5. & Corduba ſupra, & num. 29. recte ait, ratione periculi eſſe mortale aſpicere viri cum fœmina concubitum, quod etiam ait Margarita conſſorum in. 6. præcepto fol. 90. idem videtur dicere Armill. ver. impudicitia nume. 2. cum Syluest. & Tabien. ſecus brutorum, vt ſubdit Sanchez num. 3. quia hic minus ad luxuriam prouocare ſolet, licet interdum maxime prouocet: ſimiliter propria verenda, aut ſe nudum aſpicere communiter non eſt mortale, quia vacat hoc periculo, vt ait Sanchez, num. 28. decet tamen caſtitatis amatorem, etiam cum ſolus eſt, & in obſcuro loco, nuditatem vitare, ne ſe nudum videat, aut cogitet in cuius virtutis commendationem miraculum editum refert Sozomenus in triparti. c. 11.

Dico 2. ceſſante periculo pollutionis, grauis commotionis genitalium, vel ſpirituum generationi ſeruientium, conſenſus in delectationem de opere mortali, vel in ipſum mortale opus fornicationis, vel ſodomiæ, vel alterius huiuſmodi, & ceſſante praua intentione libidinis, non erit mortale verenda propria, vel alterius etiam diuerſi ſexus, ac proinde, nec alias partes aſpicere ex curioſitate, ioco, vanitate, leuitate, indiſcretione, aut alia ex cauſa. Antonin. 2 parte titu. 5. cap. 1 § 7. Gerſon tractatu de pollutione diurna alphabet. 37. littera D. Gabri. lectio. 74. in Canon littera E, & alij citati pro prima opinione, & fauet. 2. diſt. 24. art. 2. quæſt. 2. col. vltim. 156 2. Concl.

Mm 4 patet

patet quia illis ſecluſis nec aſpectus eſt libidinoſus, nec quicquam habet, vnde grauiter malus ſit, niſi forte ratione ſcandali, vt cum alij viderent epiſcopum, vel religioſum aſpicere verenda fœminæ, vel alterius viri abſq. neceſſitate: præſumerent enim non temere alij, in tali religioſo, vel epiſcopo eſſe affectum libidinis; vnde ſcandalum paterentur: hæc omnia ſunt demente Sanchez numeris citatis, licet aliqua minus exprimat.

157. 3. Concluſ. Dico.3. ſi quis aſpiciat ea, quæ diximus, gratia delectationis, quæ immediate ex aſpectu percipitur, nimirum, quia obiectum ob pulchritudinem ſuam, vel nouitatem delectat, non eſt peccatum mortale: ſed veniale ſecundum multos: nam teuera illa delectatio non eſt venerea, ſicut nec ſecūdum aliquos, quæ immediate conſurgit ex tactu carnis, vt eſt blanda, ſuauis, & proportionata tactui: & Caietan. Armill. & alij id concedunt in aſpectu, qui tamen id negarunt in actu, vt ſuperius vidimus, pro hac concluſione eſt Clem. Molinianus Cardin. Aræ cœli. lib. de different. peccatorum. c. 10. docens, non eſſe mortale curioſe aſpicere fœminas cum quadam ſenſuali complacentia de eatum pulchritudine.

4. Concluſ. Dico.4. Si quis aſpiceret mulierem, vt delectaretur in copula cogitata ipſius, mortaliter peccaret, Caieta. & Armill. verbo impudicitia, & cæteri omnes, quia finis eſt mortalis.

5. Concluſ. Dico.5. ſi quis aſpiceret, vt in ſuo corpore diſtillationem grauem, vel magnam commotionem ſpirituum ſubſeruientium generationi excitaret, etiam ſi nullam aliam intentionem prauam, nullumq. aliud periculum haberet, peccaret mortaliter, quia illas intēdere eſſet mortale: ergo, & media ad illos eligere, ſecus ſi leuis aliqua diſtillatio vel commotio ſpirituum intenderetur, quia tunc ex leuitate materiæ peccatum in genere luxuriæ veniale eſſet: idem eſſet quando temere, & ſine cauſa ſufficienti exponeret ſe periculo leuis diſtillationis vel commotionis.

6. Concluſ. Dico.6. ſi quis contra voluntatem alterius detegat partes, quas ille ob verecundiam, vel honeſtatem merito occultat, iniuriam illi irrogat, quia ius habet occultandi verenda, & alias partes: idem eſt, ſi per rimulas conſulto, & ex induſtria ipſum ſpectet in cubiculo nudum. Vnde Noe ægre tulit, quod à filijs nudus conſpiceretur.

158. Ad. 1. argu. Vnde ad primum argumentum. 1. opinionis dico, potius eſſe pro nobis, nam aſpicere ad concupiſcendum eam, prauam intentionem fornicationis deſignat, ſic enim explicat Hugo Card. ſi aſpiceret, vt eam concupiſcat, & ſi facultas detur, in ea ſatietur, & Glo. ordi. ad concupiſcendum, vt tranſeat in affectum cordis, vt facere diſponat, vbi non deeſt voluntas, ſed occaſio, & Abul. ad concupiſcendum, ideſt, qui voluerit videre ſolum, vt concupiſcat, vel ad hanc intentionem, vt concupiſcat, ſicut in quibuſdam, qui ideò videre volunt pulchritudinem fœminarum, vt delectentur, & per hoc ad cōcupiſcentiam magis moueantur, vnde Gregor. xi. mor. c. 9. & refertur. c. qui viderit. 32. q. 5. aperte veritas oſtendit; quia etiam ſolo viſu cum turpiter, vel innupta concupiſcitur, adulterium perpetratur. Adde, quod ſicut tactus ſolent ſignificare amorē, ita & aſpectus, & ideò aſſummi ad alliciendas fœminas, quod ratione praui finis eſt peccatum mortale: ſecluſis tamen prauis intentionibus & periculis dictis, non eſt mortale aſpicere, etiam ob delectationem, quæ immediate, & per ſe ex aſpectu rei pulchræ conſurgit.

Ad. 2. arg. Ad. 2. arg Reſpōdetur, illa teſtimonia Aug. & Scripturæ de aſpectibus vere libidinoſis: aſpectus tn̄ nō eſſe libidinoſos, niſi in caſibus dictis, & ſic intelligi poſſunt auctores opin.

Rogas an in aſpectibus quando vere ſunt notabiliter libidinoſi, confitendæ ſint circumſtantiæ perſonarum, vt in copula. R. affirmāter cum Ioanne Heſſels in expoſitione decalogi, Sanchez illa diſp. 46. n. 4. quia aſpectus non ſunt libidinoſi notabiliter, niſi propter conſenſum, vel periculum peccati mortalis in conſenſu autem & periculo confitendæ ſunt illæ circunſtantiæ: ergo & in aſpectibus, vt etiam de tactibus diximus. 159

SECTIO. XXIIII.

An in ſolutis verba turpia dicere vel audire peccatum mortale ſit.

QVidam mortale putant delectari in turpium locutione, vt Gerſon 2. parte in regul. moralibus. cap. de luxuria alphab. 24. littera Y Antonin. 2. par. tit. 5. c. 1. §. 8. adducens Cyprianum lib. de virginitate, Friburg. in ſumma confeſſorum lib. 3. tit. 34. q. 272. cum Vlricō affirmās id eſſe de fide. Magarita confeſſorum in. 6. præcepto fol. 90. Angel. verb. luxuria num. 2. Tabien. cogit. q. 8. num. 9. Armill. impudicitia. num. 1. Nauarr. c. 16. num. 14. Graff 1. p. deciſionum, lib. 2. c. 78. nu. 12. & c. 75. num. 8. Ioannes Heſſels in exp. decalogi præceptō. 6. c. 14. ad finem, ſupplēm. 4. d. 31. q. vni. ar. 3. dub. 2. idem de delectatione turpium canticorum Nauarr. Anton. Graffis, & de delectatione turpiū motuum & geſtorum Gerſon, ſupplēm. & Graff. & Marga- 160. 1. Opin.

& Margarita confeſſorum,& de horum audi tione,& aſpectu cum voluptate Anton. Nauarr.Ioannes Heſſels, & Graffis.

161 *Opin. au- ctoris. 1.Con.* Prima concluſio, aliquando eſt licitum, verba res turpes ſignificantia,proferre,ſcribe re, audire: quoniam hoc non eſt intrinſece malum,ſicut nec cogitare, & intelligere turpia ſæpe enim neceſſarium,aut valde vtile eſt exprimere res turpes,quas concepimus,vt cōfitendo peccata noſtra,vel reprehendendo aliena,vel diſcendo,aut docendo vocũ ſignificationes,vt ſcripturæ,vel alij libri intelligantur,item quando id eſt neceſſarium ad medicinam dandam,vel recipiendam,ad iuſtitiam adminiſtrandam, &c. Concluſio eſt certa & omnium,ſpeciatim Sanchez. 9 de matrimo. diſput.46. & idem eſt de nutibus & geſtibus, quādo neceſſarij ſunt ad eiuſmodi,vt in mutis,vel alijs,qui non poſſunt aliter ſua peccata confiteri, vel turpia, vbi opus eſt, exprimere.

162 *2. Concl.* 2. Concluſio,turpia loqui vel nutibus, aut geſtibus exprimere ex ſcurrilitate, vanitate, vel leuitate.vel ad oſtentationē ingenij,ſcientiæ,vel eloquentiæ, aut ad delectandum curioſum auditorem, aut ad alium ſimilem finem,qui non ſit peccatum mortale,aut delectari de tali locutione in ordine ad prædictos fines,licet ſit peccatum veniale, non tamen eſt mortale per ſe,& ſecluſo ſcandalo,& periculo, idemque eſt de auditione rerum turpium ex curioſitate,vel ne inferam moleſtiā dicenti,ſed potius illi placeam,attentum auditorem me præbendo,& ob alios ſimiles fines,ita ſentiunt Caiet. 2.2. quæſt.148. ar.6. in fine,& quæſt.168.ar.3.dub.1.& 2.Philiarch.to. 1.par.2.lib.4.c.18.dub.3. Alcocer.cap.10. fol.71. pag.2.§ mirar mugeres. Antonin.2.par. titu.5. c.1.§.8.Nauarr.in ſumma. c.16. num.11. & cap. 14.nu.42. alias 31. verſ.18.littera Y, & D.Graff. 1.p.deciſionum lib.2.c.75.nu.9. Sanchez diſp. cit.num.35.Cordub.in ſumma.q.5.corol.2. Alcocer in ſumma.c.20.Armill. verbo impudi- tia.Azor to.1.lib.4.c.6.q.12.Sayr. lib.8.c.6. n.2.

Patet,quia in illis euentibus nulla apparet grauis inordinatio,vnde Paul.epheſ.5.de turpitudine,ſtulti loquio,& ſcurrilitate non dixit à Regno Dei excludere,ſicut dixit de alijs vitijs:*ſed ad rem non pertinere*: hoc eſt eſſe alie- na à ſanctis,& venialia grauia intra latitudinem venialium.Nomine autem ſtultiloquij Chryſoſt.Athanaſ.& alij turpia, ſeu blanda, & amatoria verba intelligunt:ergo non ſunt mortalia,quamuis D.Thom.2.2.q.154.ar.4.ad 1.dicat,tria illa non fuiſſe repetita, non quia non ſint mortalia, ſed quia non ſunt mortalia,niſi ſecundum quod ordinantur ad prærentia,& nomine turpitudinis intelligit oſcula,& tactus,& ſcurrilitatem ait à nonnullis dici curialitatem,ab alijs iocularitatem.

3. Concluſio ratione ſcandali, vel periculi proprij,vel alieni ſæpe erit mortale, hęc audire,aut dicere:nam vt ait Athan. aut Theophilat.in locum.Pauli ad epheſ.citatum:præbent verba ad res ipſas ingreſſum,idem Chryſ. ibi hom.16.& Baſilius de legendis libris gentiliū pag.2.prauis aſſueſcere ſermonibus via eſt ad rem ipſam & Paul.1.Corinth. 15. corrumpunt bonos mores colloquia praua,& Auguſt.1.cōfeſſio.c.16.& Ariſto.7.polit.c vltimo tradunt, ex turpiter dicere ſequi ſæpe turpiter facere, vide Lucium in ſumma præcepto. 6. not.12. 163 *3.Conclu.*

Concluſio eſt certa,clara,& communis,Nauarr.in ſumma latin.c.23.num.123. & in Hiſp. num.131.Antonin.ſupra Lucius in 6.mandato notab.12.Sanchez diſp.citata num.36. qui etiā num.37. hinc deducit, ſecluſo periculo proprio,vel alieno,& praua intentione luxuriæ,non eſſe mortale dicere verba amatoria Hiſpane,requiabros,ex ioco,ſcurrilitate, vel vanitate ad conciliandam aliquam beneuolentiam,gratiam, ſeu amorem non turpem. Idem docent Nauarr.c.14.numero.42.alias.31. verſi.18 littera I.Corduba in ſumma. q.5.corol.2.idem eſt de auditione ob eoſdem,vel ſimiles fines ſecundum Sanchez illo num. 37. & quamuis in carmine ſæpe non delectent res turpes, ſed numerus & muſica:eſſe tamen ſolet magnum periculum,quia dulcedo muſicæ delectationem veneream excitat, maxime ſi fœmina canit,quod optime exaggerat Aug.lib.de ſingularit.clericorum, qui etiam habetur inter opera Cypri.vide quæ ex ſentētia erhnicorum adducit Mendoza quodlib. 9.Scholaſtico à num.16.Aduertit etiam Sanchez ſupra num. 39. etiam ſi loquens peccet mortaliter,poſſe audientem, nō peccare mortaliter:quamuis rideat & lætitiam oſtendat: poteſt enim audire,ne de inurbanitate, ruſticitate,hypocriſi,vel ſcrupulis notetur; & iocoſis conuitijs exprobretur: & gaudium oſtēdere,& habere de artificioſo, lepido, & faceto dicendi modo. Addit Sanchez nu. 38.cum Nauarr.c.23.num.12.& in Hiſpan.nu.15. lethale eſſe gloriam,& laudem de lethali admittere; ſed hoc eſt intelligendum. Si dogma doctrinam contra bonos mores ipſe approbaret,aut de ipſis rebus peſſimis lætaretur, vel factis,vel cogitatis:& in eodem ſenſu iactare ſe de peccato mortali,vt de homicidio, vel fornicatione eſt peccatum mortale, & ſimiliter alium commendare,vt fortem, quod ſe vindicauerit; filium quod fœminam obtinuerit Angel.verb.iactantia num.2. vbi Syl. Armi.et Caiet.qui idem docet.2.2. q.112. ar. 2. col.2.Margarita confeſſ.in.6.præcepto fo. 90. Viguer.c.5.§.13. verſi.3. Nauarr. c. 16. num. 14. Alcocer.c.20.fol.74.Med.in ſummæ. c.14. §.35. vnde

Digitized by Google

vnde Pſal.51.quid glorиatis in malitia &c.Pro uerbiorum.2. lætautur cum malefecerint & exultant in rebus peſſimis & ſimiliter peccatum mortale eſt alium vituperare,quod prætermiſerit occaſionem ſe vindicandi,vel infelicem illum vocare,quod nõ ſit nactus fæminam:idem autem eſt iactare ſe de vero & de falſo crimine:propterea iactantiam falſi criminis & verecundiam,metumque,ne exiſtimaretur inocens.accuſat merito Aug.2. confeſſionem,cap.3.Peccat etiam mortaliter qui audit laudãtem crimina & ea ſuſcipit,vt laude digna:non tamen eſt mortale laudare robur, artem,vel induſtriam, quæ in patratione criminis enituit.

164 4.Concl. 4.Concluſio delectari in rebus notabiliter turpibus dictis,vel auditis, vel per geſtus & notus expreſſis mortale eſt:id intendunt Auctores ante primam cõcluſionẽ citati, & Th. Sanchez num.39.nec alij aduerſantur: patet, quia delectatio moroſa de peccato mortali mortalis eſt. Vnde bene Leſſius libr.4.capit.3. dub 8.num.63.*Si turpiloquium fiat animo ſe oblectandi rebus ipſis narratis,& imaginationi obiectis tanquam præſentibus eſt peccatum mortiferum,ſicut & ipſa delectatio moroſa,cuius cauſa fit.Similiter ſi animo excitandi ſe,vel alios ad turpia,vel cum periculo in illa conſentiendi,etiamſi animus iſte deſit. Si vero ſolum fiat ob voluptatẽ,quæ præciſe ex ipſa narratione capitur,abſque vlteriori intentione,eſt peccatum veniale,vt docet Tolet.li.5.c.14.&c.* Et auctor compend.Theol.capit.28.ſolum ait, *cum quis mulierem precatur,vel ob libidinem habet cum ea familiaria colloquia,eſt m.*

165 2.Corol. Ex dictis patet primo,quomodo intelligẽdus ſit D.Tho.2.2.q.168. a.5. dicens,interdum inludo excedi regulam rationis ex ipſa ſpecie actionũ,quæ aſſumuntur inludo vt quando quis cauſa ludi vtitur turpibus verbis vel factis,vel etiam ijs, quæ vergunt in proximi nocumentum,quæ de ſe ſunt peccata mortalia & ſic exceſſus inludo eſt peccatum mortale. falſo ergo diximus verba turpia de ſe & ex ſpecie ſua non eſſe mortalia peccata R. non eſſe ſenſum D.Tho.quod verba turpia ſecundum ſpeciem ſuam ſubſtantialem ſint peccata mortalia,ſed ex ſpecie accidentali,quatenus grauiter prouocant ad mortale & ideo ſunt in graue detrimentum animæ:ita Caiet. ibi,licet minus clare & Sanchez ſupra nu.39.

3.Corol. 2. Patet quid dicendum de locutione,vel auditione turpium in comædijs, nam ex parte loquentium repręſentãtiũ,vel componentiũ comædias fere ſemper interuenit peccatum mortale:nam ſine neceſſitate,vel magna vtilitate exponũt multos periculo peccati mortalis. Anton.2.parte tit.3.cap.7.§.5. Angel verbo Ludus num.3.Sylueſt. q. 5. Alcocer lib. de Ludo cap.54.Mendoça quæſt.9.Scholaſt.§.10. & 11. Sanchez ſupra num. 42. qui merito approbare videtur,quod ait Mendoça, id verũ eſſe,licet componens,vel repræſentans,ruinã proximi non intendat:ſatis enim eſt præbere ſufficientem occaſionem ruinæ: merito etiã approbat,quod ait Antonin.1.part.titu.1.cap.1.§. 8. facientem cantilenas plenas laſciuijs, peccare moraliter.Et ſane quod Ethnicorum comædiæ conſequebantur olim propoſitis Deorum ſceleribus,vt illa non exiſtimarentur eſſe hominibus indigna, id hodie conſequuntur Hiſtriones propoſitis exemplis Regum,& magnatum, quibus populo omnem peccandi pudorem detergant, vnde Auguſt. tract.100.in Ioannẽ donare res ſuas Hiſtrionibus vitium eſt inane, non virtus, idem ait in id Pſal.102. faciens miſericordias Dominus. & quantum ſit periculi,& peccati in audiendis comædijs,vide Cypria. lib.1.alias. 2. part. Epiſt.2.Chryſoſt.homil.69.in Matth.& 55. in Ioannẽ,apud Mendoçam.q.9.Scholaſ.fine,vide etiam Auguſt.3.confeſſorum.c.2.Ariſto. 7. ethic.c.vltimo Riberam Micheç.1.à num.60. & generatim de ſpectaculis Chryſoſt.homil. 1.quod periculoſum adire ſpectacula, Cypri. lib.de ſpectulis,Baſil.ſerm·de ebrietate, & luxur.Aug.1.ciuitat.c.32.& lib.2.c.8.11.13.& 14.& Pſal.119. Tertul. lib. de ſpectaculis, quorum verba refert Mendoça ſupra, qui.vero audiunt comædiam,non ſentientes in ſe hoc periculum,non peccant mortaliter. Sed quid ſi ſint clerici R.non peccare mortaliter ceſſante ſcandalo,quod Sanchez ſupra numero. 41. putat, modo non eſſe:quia frequentiſsimum eſt clericos comædijs intereſſe, ſed alia ratio eſt,quia non ob id ſæculares ad peccata mortalia mouentur,eodem enim modo audirent comædias, licet clerici abeſſent,& cum eodẽ detrimento, ſi quod patiuntur. Nec obſtat prohibitio.c.clerici.2.de vita & honeſtat.clericorum,et c.non oportet.2. de conſecratione.d.5.et cap.propterea.d.51. Gratian. d.48.in principio,quia ſecundum Innocen. dicto. c. clerici,eſt tantum de honeſtate,vel quod verius credit Sanchez cum Caieta.verb.clericorum peccata ad finem,non obligat ſub mortali ceſſante ſcandalo et contemptu. Deinde contraria conſuetudine videtur derogatũ:in Eccleſiaſticis tamẽ res eſt periculoſior, quia non poſſunt affectus comædijs excitatos ad honeſtum matrimonij vſum dirigere. Turpes autem comædias et ſaltationes,et ludos ſimiles in Eccleſia fieri deterius eſt propter ius naturæ,et præceptum Innocencij cap. cum decorem de vita et honeſtate clericorũ, cui aſtipulatur cap.decet.§.ceſſent de immunitat.Eccleſ.et Decretum Trident. ſeſſ.22. de vitandis in miſſa, et Conci. Nanetenſe cap. nullus.44.d.vide Caiet. 2.2.q.168.ar.3. dub.3.

Google

Sylu.ludus n.2.qui citat.Angelum,Nauarr.c.19.nu.3.& de oratione.c.5.num.25. Medina.1.ſumm.c.14.§.18.Lopez.1.par.inſtruct.c.181. ad finem.Saudoual de officio Eccleſiaſt.c.8.& 9. imo Triden. ſupra prohibet in Eccleſia ſonos organorum, in quibus laſciuum, aut impurum aliquid miſcetur, de quo vide.Caiet.2.2.q.91.art.2.Lop.1.p.inſtruct.conſcien. c.181. verſus finem.

166 3.Corol. 3.Patet,ſcribentes,aut interpretãtes libros turpes plenos laſciuijs,valdeque ad venerem prouocantibus,peccare mortaliter, quia temere exponunt animas periculo, vnde Aug.1.confeſſor.cap.16. acriter obiurgat præceptores Grãmaticæ, quod exponant turpes libros,vide Simancas in Catholic. inſtit. c.38. Riberam Micheæ.1.à nu.60. Corolarium vero docet Caſt,2.de iuſt.hæret.pun.c.15.in princip.& Sanchez ſupra num.43.idem merito dicit num.44.de pingentibus turpia, vt Adonidem,aut Venerem detectis,vel tenui velo opertis pudẽdis,idem de ſtatuarijs, qui ſtatuas turpes fingunt:de turpibus autem ſimulacris & libris,vide Ariſt.7.ethic.c.vltimo.

4.Corol. 4. Patet,quamuis legere libros tractantes de obſcœnis amoribus,ob ſolam vanam curioſitatem,vel artificij delectationem,ſolum ſit veniale peccatum,tamen ſi fiat ad capiendam delectationem in rebus ipſis venereis lectis & cogitatis peccatum mortale eſſe, vt cũ Ioan.Heſſels in 6.præcep.c.11.docet Sãch. ſup. n.45.Na.c.16 n.14.Graf.1.p.decif.li.1.c. 8.n.52.

167. Queſtio. Si quæras,an quando turpia dicere,vel audire eſt peccatum mortale luxuriæ,fatendæ ſint circunſtantiæ perſonarum R.affirmatiue ob eandem rationem,qua id diximus in tactibus & aſpectibus libidinoſis, & ita tenet Heſſels illo. c. 11. proxime citato, & Sanchez illa diſp.46.num.46.

Denique quantum periculi ſit in cõtubernio,familiaritate, & munuſculis fœminarũ, licet abſint verba turpia,vide Hierony.Epiſt.2.ad Nepotianum.Hinc Eccleſiaſtici. 42. omni homini noli intendere in ſpeciem, & in medio mulierum noli commorari. de veſtimentis enim procedit tinea & à muliere iniquitas viri.melior eſt iniquitas viri, quã mulier benefaciẽs,ideſt meli⁹ eſt quàm cõtubernium fœminæ,quæ te blanditijs & officijs alliciat.Præcipue contra verba obſcœna & turpes aſpectus vide Auguſt.ſerm.63.de tempore Ambroſ.lib.de Ioſeph.c.5.Prima adulterij tela ſunt oculorũ,ſecunda verborũ.Lucæ. 6. ex abundantia cordis os loquitur.Coloſ.3. deponite turpem ſermonẽ de ore veſtro.1.Thim.5. loquentes,quæ non oportet Auguſt.ſerm.219. de tempore.Hoc Admoneo, fratres, vt cantica turpia & luxurioſa caſtrati, & honeſtati inimica,familiæ veſtræ non proferant, quia non eſt veſtrum,vt ex illo ore vbi Euchariſtia Chriſti ingreditur,canticum luxurioſum, & amatorium proferatur.Chryſoſt.homil.6. in Geneſ.qui frequentant ſpectacula, vt oculos paſcant illicitis conſpectibus, profecto inde adulteri recedunt,vide eundem homil. 8. de pœnit.& Threu.3.oculi me depredati ſunt animam meam,& Ierem.7.intrauit mors per feneſtras tuas,quæ & alia adducit Feliſius in decalogo præcepto.6.§.de impudicis aſpectibus, & obſcœnis colloquijs.

SECTIO. XXV.

Quid iuris de tactibus,aſpectibus aut verbis inter coniugatos.

168. 1. Concluſ. DICO primo, quñ tactus non quæruntur propter voluptatem, ſed ad præparandum ſe ad copulam culpa vacant,quia licitum eſt ad actum licitum iuuare naturam. Palud.4.d.31.q.3.ar.2.num.17.concl.6,Maior.q.vnica,argu.contra.6.concluſ.Supplem q.vnica,ar.3. dub.2.Sotus.q.vnic.ar.4.fine.Antoni.3.p.tit.1.cap.2.§.6.Sylueſt.debitum,q.7.num.9.vbi Roſell.n.11.Armiel.n.8.Caiet.verb.matrimonium.c.vltimo.§.vltimo.Victor.in ſumm.q.255.alias 274.de matrim.Graff.1.p.deciſionum lib.2.c.82.nu.2.Petrus Ledeſm.de matrim. quæſt.49.ar.6.fine Sanchez.9.de matrim. diſp.44. nu.8. vide etiam Syluest.delectatio.qu.4. vbi citat Archidiaconum.

2. Concluſ. Dico ſecundo, idem eſt ſi coniux his tactibus vtatur ad ſe dandam carnis tentationẽ, vitandamque fornicationem in ſe,vel in ſocio Palud.Anton.Sylu.Roſell. Sanchez ſupr.

3. Concluſ. Dico tertio,ſi tactus referantur ad delec-lectationem copulæ ſunt culpæ veniales, ſicut & copula propter voluptatem exercita aut volita.Palud.Anton.Sylu.Sot.Petrus Ledeſ.ſupr.Sanchez ſup.n.9.& diſp.11. n.4.Vnde decipitur lex.9.tit. 2.par. 4. dicens, ſi vir vtatur calidis.vel alia huiuſmodi faciat, vt venerem prouocet,peccatum eſſe mortale, quod tenuit etiam Hugot.contra quem. Vide Abulẽ. Math.5.q.135.littera.H. gloſſam. c.vir cum propria.37.q.4.& c.quidquid.32 q.2. & Greg. Lopez in dictam legem partita.4.

4. Concluſ. Dico quarto, ſi in oſculis amplexibus, & ſimilibus tactibus nullus alius finis intendatur,quam mutui amoris indicia præbere, vt amor foueatur,conſeruetur vel augeatur,liciti ſunt,quia finis eſt bonus, & media licita imo ad id à natura inſtituta, Sot. Petr.Ledeſ. Graff.quos citat,& ſequitur Sanchez, ſupra n. 10.Idem Sayr.lib.8.c.6.n.1.

Dico.5.

Concluſ. Dico.5.hi tactus inter coniuges præciſe voliti propter voluptetem,quæ per ſe,proxime, & immediate ex ipſis conſurgit,nimirũ propter ſuauitatem, & proportionem tangibilis, non ſunt peccata mortalie,quia ſuperius diximus, forte nec inter ſolutos peccata mortalia eſſe:quia non videntur venerei, nec libidinoſi.

69 2. Concluſ. Dico.6.etiamſi ſint voliti ob aliam voluptatem veneream captandam, abſque animo perueniendi ad copulam, vt ſi fiant propter delectationem,quæ eſt in ſpirituum commotione(quam inferunt ſæpe hi tactus)non erũt peccate mortalia:hæc concluſio,vel etiá præcedens videtur contra multos aſſerentes,huiuſmodi tectus ob volupeatem aſſumptos, ſine animo perueniendi ed copulam mortales eſſe Anton.ſupra Syl ueſt.debitum.q.7.& verbo delectatio.q.2.n.3.Cotredus in ſumma. q. 50. & fuſius.q.143. citansCotonem confeſſorum verbo luxuria, idem tenet Margarita cõfeſſorum præcepto.6.fol.88.caſu.7. Humada. l.2.tit.1.part.1 gloſ.2.num.18.Sanchez ſupra.n.11.Syl ueſt.idem tribuit Paludano:ſed immerito,quia Palud.ſolum loquitur, quando eſt periculum pollutionis,in quo caſu Nauarr.cap. 16. num.42. verſ.18.Caieta. verbo matrimonialis vſus Henriq.11.de metrimonio. c. 17.§. 6.Sotus,& Victor.ſupra Angel.Armi.Tabien. Viueld.& alij infra,& cõmunis opinio, quá ſecuti ſumus ſectione.18. docet,eſſe letheles, certé Palud.obſcure loquitur, ait enim eſſe mortale,ſi homo in talibus præparatorijs propter ſe delectetur,vt ſi pollutio ſequetur:forte eſt legendum,vel ſi pollutio ſequetur, & ſic ſenſus erit,quem tribuit ei Syl ueſt.& quádo ectus inter coniuges ſunt nimis impudici, & enormes,eſſe peccate mortalie docet Alex. in ſuo Encherid. præcepto.6. vbi detactibus impudicis.§.ſi in proprie.

Noſtram tamen concluſionem docet Roſella debitum.n.12. Angel.n.26. Armill. nu.8. & verbo impudicitia.n.3.Caiet.2.2.q. 154. art. 4.§. in reſponſione ad.2. & in ſumme verbo impudicitia,& verbo matrimonium.c.vltim. §.vltimo.Abulen.Matth.5.q.197.Victoria Sotus,& Graff.ſupre Medina.5.de ſecrorum hominum contin.c.7.Barth.Ledeſme de metrimo.difficultate.28.fine Vazq.1.2. diſp.115. nu. 3.& 4.Nieua in ſumma tit.87. & 90. Emanuel tom.1.ſummæ.c.249. nu.9. Viuald. in Candelab.de matrimonio nu.260.Martin.Ledeſma. 2.par.4.q.51 ar.6.prop.8.Ouand.4.d.31.q. vnic. prop.3.Angles.q.5.de matrimo.quæ eſt de ei⁹ bonis,in fine.Sayrus lib.8. c.6. nu.1. Medina.1. ſummę.c.14.§.18.Sa,verbo luxuria §.oſcula & tactus,Senchez illa diſp.44.nu.12. Antonin.2. par.tit.5.c.1.§.6.Lopez Nauarr.& alij, qui tenent tactus libidinoſos, etiam inter ſponſos de futuro,non eſſe mortales, vt videbimus ſectione ſeq.

Probatur quia ſicut matrimonium excuſat à peccato mortali quærere propriam delectatiooem copulæ, ita & elias delectationes venereas,quæ ab vſu coniugis ſumuntur, excepta delectatione pollutionis, quæ ſi licite inter coniuges eſſet, multum derogaretur vſui copulæ & generationi,quia ea voluptas ingens, & incommodis vacat & ea conceſſa negligeretur copula ab his,qui filios nutrire, collocare commode nõ poſſunt.Confir.quia delectatio moroſa de actu coniugali,etiam ſi propter ſe quæratur,non eſt peccatum mortale:ergo nec delectatio de tactibus propter ſe expetita. Conf.etiam,quia metrimonium ordinatur in remediũ concupicentiæ tam copulæ quã tactuum, & in ſolatium quoddam humanæ vitæ, quod quidem ex his tactibus præcipitur:ergo inter coniuges nõ ſunt mortales. 170

Idem dicendum eſt de aſpectibus,verbis, ſeu colloquijs rerum venerearum inter coniuges:non etim ſunt peccata mortalia etiam ſi ob delectationem copulæ,vel aliam quærátur,modo abſit affectus,vel periculũ pollutionis,licet ſint venialia,ſi ob delectationem fiant.Sanchez ſupra,num.13.

Sed quid de tectu,quo coniux membrum virile in os fœminæ,aut in vas præpoſterum intromittit, vel in ſuperficie illius vaſis tangit ſine animo ibi conſummádi:vide Sanchez diſp.17.nu.4. &.5. De tectibus autem in loco publico,ſeu coram elijs diſp.5.num.2.in loco autem ſacro,num.15.& ſeqq.

Quid autem iuris,ſi coniux tágat ſeipſum ob captandam voluptatem veneream,quæ in ſolutis eſſet mortale peccatum,dixi ſupra ſect. 19.concluſione.3.& dicam ſect.30.poſt.2.con. Deinde,quando dubium eſt de aliquo impedimento,ob quod non licet petere debitum, ſed tantum reddere,non erit licitum,niſi in gratiam alterius coniugis expreſſe,vel tacite petentis,ipſum tangere libidinoſe in verendis,vel alijs partibus vicinis,imo in nullis, vt ait Sanchez,diſput.illa 44.num.24. quidquid alij dicant in hoc.2.caſu.Probetur,quia illud eſſet petere debitum, & ſine cauſa exponeret ſe homo periculo faciendi rem prohibitam.Hoc intellige niſi,illi eſto nõ eſſent coniuges,eſſent tamen ſponſi: tunc enim idé eſſet de illis,quod de ſponſis dicemus ſectione ſequenti: tactus tamen ad ſignificandam, augendam,vel confirmandam amicitiam aſſumpti,liciti eſſent ceſſante omni alio periculo. 171

Quando vero matrimonium eſt certum, ſed quia mutuo conſenſu votum caſtitatis emiſere,vel alter legitime profeſſus eſt, vel 172

ſacros

Digitized by Google

ſacros ordines ſuſcepit,debent à copula abſtinere, dicũt aliqui illicitos mortaliter eſſe tactus libidinoſos in verendis aut partib.viciniſ nõ vero in alijs,ſed hoc falſũ eſt, quia votũ caſtitatis omnẽ venereã delectationẽ excludit,& ita tenet Sanch.q.de matri.diſp.44. n.25.ſi tñ ſolum vouiſſent, nõ petere copulã, tactus licerent, ſicut antea ſecluſo periculo conſenſus in copulam, vt ibidem dicit Sanchez.n.26.vt ſi copula eſſet ſolũ illicita propter notabile periculum aborſus, vel ſalutis, tactus eſſent liciti, ſicut antea,quia illo periculo vacarent ſimiliter in loco publico illicita eſſet copula, non tamen tactus aliqui venerei:ſimiliter ſi matrimonio cõtracto ſuperueniat impotentia, quamuis copula eſſet impoſſibilis phyſice: tamen tactus eſſent liciti.Sanchez eadem diſp.44.num.21.& 22.qui idem ait num.23. quando propter affinitatem,vel cognationem ſuperuenientem matrimonio,alter, vel vterque coniux non poteſt licite petere copulã:poterit enim tactus libidinoſos habere,quod latius docet diſput. 30.num. 10. Vnde falſum eſt, quod ait Abul. Matth.5.quæſt.197.tactus inter coniuges eſſe mortales, quoties copula mortalis eſſet. Eo tempore quo ſponſa de præſenti licite poteſt negare copulam non erit iniuſtum eam inuitam tangere, quia hoc cõtra nullum ius eſt,imo ſi ſponſus petat,debet ipſa illum tangere,quia hoc contra nullum ius eſt. An vero ſponſis de futuro quibus non licet copula liceant venerei tactus dicam ſtatim.

SECTIO XXVI.

Vtrum tactus inter ſponſos de futuro ſint liciti.

173 *1. Opinio.* PARTEM negantem docet Palud.4.d 31.q.3.n.17.ſupplem. q. 3. a.vnico,dub.2. & clarius Caieta. verbo impudicitia,& verbo oſculum,Sotus.4.d.34.q.1.ar.2. ad finem, verſic. ex quo fit,Angles,q.8.de matrim.quæ eſt de impedimentis art.5.dub.9. concl.1. & clariſſime Pedraza præcepto. 6. n. ſeu.§. 5. Corradus in ſumma,quæſt.143. & aliqui recentiores docti. Henriq.autem.11 de matrim.c.19.§.4. non dicit,olim fuiſſe licitos,& modo non , ſed modo non eſſe permittendos à parentib ſpeciali ratione nempe,quia eſt periculũ copulæ,qua modo ſponſalia non tranſeunt in matrimonium,vt olim Hæc opinio ſuadetur,quia nõ apparet, vnde nã ſponſi de futuro ius habeãt ad tactus venereos ſine mortali habendos, ſeu vnde in illis à mortali excuſentur.

174 *2. Opi. Authoris.* ¶Probabilius tamen eſt hos tactus inter ſponſos, etiam ſi venerei , & libidinoſi ſint, mortales nõ eſſe ſi abſit periculũ cõſenſus in copulam, vel pollutionem, vel pollutionis ipſius:quoniam ſicut matrimonium excuſat à mortali copulam delectationis cauſa habitam:ita & ſponſalia,quæ ſunt inchoatio matrimonij excuſat tactum libidinis cauſa habitum,qui eſt quaſi inchoato copulæ, & expedit hanc licentiam ſponſis de futuro concedere,vt ſic inter eos amor foueatur & matrimonij cupiditas vbi guſtatã delectationẽ perficere poſſint abſq. mortali peccato.Cõfirmatur, quia ad excuſandas actiones minus venereas contractus minus perfectus,ſcilicet ſponſalium, ſufficere debet. Ita tenere videntur Caiet. 2.2.quæſt.154. ar. 4. §. in reſponſione ad.2. & verbo ſponſalia , ſed forte non loquitur de oſculis amplexibus,& tactibus libidinoſis , clarius hoc docet Tabien. verbo oſculum,& verbo cogitatio, nu. vltimo. Armil. impudicitia,num.2. Nauarr.cap. 14. nu.18.§.9. & cap.16. nu.12.& 13. Leſſius lib. 4.ca.3.dub.8.n.58.& 59.cum Caiet.ſup. & Toleto.lib.5.ca 14.Sayr.lib.8.c.6.n.1.& ca.7.dub. vlt,nu.32.Medina. 1.ſumma ca.14 § 18. Lopez 1. part.inſtruct. cap. 54.§. peccant parentes,& ca.75.Lucius in ſumma præcepto.6. not.4. in fine,Petrus Ledeſma.q.43.de matrimon.ar.1. dub.vltimo,Aretin.conſ.142.nu.8.Menoch.3. de præſumptionib.præſumptione.1.n.16.Vera crucius appen.ad ar.19.de cõditionib. matrimoni.§.hanc opinionẽ.Valen.2.2.diſpu.9.q.3. puncto.5. ad finem.Sa verbo luxuria num.14. §.oſcula,& tactus,Philiarch.to.1.p.2.lib.4.ca. 18.dub.3.Barthol.Ledeſm.difficult.14. de matrim.ad finem. Sanchez.5. de matrim. diſp.5. quæſt.7.n.38.& lib.9.diſp.46.nu.48.& ſequentib.& illam limitationem, niſi ſit periculum pollutionis,&c.ponunt Nauar.Lopez, Vale. Philiar. Sa,Medi.Graſſis,Lucius.Sayr. & alij.

Pro hac opinione aliqui citant Sotum. 4. d 29.q.2.ar.1.ad finem verſiculo, *hoc tamen addiderim*,& Gutierrez. 1. quæſtionum canonicarum,c.22.n.17.in fine,vbi dicunt,ijs, qui cõtraxerunt ſponſalia ſub conditione,ſi Pontifex diſpenſauerit,non licere amplexus,& oſcula,quæ alias licent ſponſis de præſenti, vbi per ſponſos de præſenti non intelligunt, eos qui matrimonium contraxerunt: rem enim vanã dixiſſent:ſed eos, qui abſoluta ſponſalia contraxerunt. Sed cum Sotus paulo poſt nempe diſtin. 34.vt diximus,doceat priorem ſententiam,non eſt credendum hanc diſ. 29. docuiſſe : præſertim contra comunem modum loquendi vocando ſponſos de præſenti , eos,qui matrimonium nondum contraxerunt. 175

Aliqui etiã pro hac opinione citãt Sylueſ. matrimo.5.quæſt.8.quia ait, amplexus, oſcula, & alia huiuſmodi alicubi ſolere exhiberi ſpon-

Digitized by Google

quia moraliter & perſe ac communiter loquendo, & ex natura rei annexum habent periculū; ergo ex genere ſuo ſunt peccata mortalia, ſicut paulo ante diximus de tactibus, qui in his partibus ob delectationem, quæ de ſuauitate tangibilis ſumitur inter virum & fœminam fiunt. Eodem modo, cum dicunt Antonin.2.p.tit.5.c.1.§ 9. Roſell. delectatio.n. 3. Syl.q.4 & alij, peccatum mortale eſſe, ſi mulier ſicà viro ſe tangi permittat, ita intelligendum videtur vt talis permiſsio ex genere ſuo ſit peccatum mortale propter periculū, quod ex natura rei, perſe, & communiter adiunctū habet, licet aliquando ſeu in aliquo raro caſu non interueniat. Concedit tamen Sanchez num.11. ſi ex quadam leuitate & ioco perſonæ eiuſdem ſexus in verendis ſe tangant vt pueris, & nat antibus euenire ſolet, non eſſe peccatum mortale: & num.14. ait, non eſſe peccatum mortale propria verenda tangere ex curioſitate, aut leuitate, aut gratia manus calefaciendi Et num.16. ait, tactus leues, vt manū fœminæ, pedem, vel brachium premere, digitos intorquere, non eſſe communiter peccata mortalia; ſed venialia: quia communiter ex leuitate quadam, iocoque. & non ex libidine procedunt, nec habent illud periculum, quod annexum eſt tactibus, qui inter virum & fœminam in verendis vel partibus vicinis fiunt. Sic tenet Caie.2.2.q. 154. a. 4. circa ad.2. immediate ante vlti. dub. & in ſum. verbo chorea in fine, vbi Arm.num.2. Tabie. verbo, oſculum num. vnico, Nauat. in ſum. lati. c.14. num.42. verſ.19. An vero, ſi hi tactus ſint libidinoſi, paruitas materiæ excuſet eos à mortali dicam ſect.ſeq.

147 Tertium, non eſſe peccatum mortale & ſæpe nec veniale exoſculari magna cum ſuauitate & affectu molles infantiū carnes: quia id non ex praua intentione, nec cum periculo fieri ſolet: ſed ſine periculo ex amore honeſto, tenero & ſuaui & naturali infantis pulchri. Alias innumeri parētes & nutrices damnarentur. Ita com Nauat. in ſum. Hiſp. cap.16. num.11. docet Sanchez ſupra num. 23. Sic etiā ſine peccato mortali fieri ſolet vt pater potius oſculetur filiam quam filium, & filiam pulchram, quam deformem & frater ſororē &c. quia naturaliter eſt maior amicitia etiam honeſta erga ſexum aut perſonam pulchriorem. Ita nonnulli recentiores docti.

Additio.3.

148 Quartum eſt, non eſſe mortale ſecundum aliquos ex curioſitate tangere & confricare brutorum genitalia, modo abſit affectus beſtialis, & periculum pollutionis propriæ, vel alterius praui affectus & ſimilium. Imo Sanchez ſupra num.15. ait, communiter non eſſe mortale obſcœnas brutorum partes confricare; quia inde non excitatur tam vehemens delectatio, ſed potius modica quædam, & ſolum ex curioſitate fit: & quanuis confricans intenderet, vt brutum ſemen expelleret, ex curioſitate illud videndi, non eſſet mortale: quia non eſt mortale impedire bruti generationem, aut efficere vt abortiatur, ſicut nec ipſum necare. Sed credo, in hac re communiter eſſe magnum periculum pollutionis, vel inordinati alicuius affectus, fruſtraque conari hominem vt ſic brutum ſemen expellat; naturale enim eſt in ſolo coitu ſemen effundere. Obſcœna ſunt hæc fateor: ſed omnia munda mundis, & in omni materia ſacerdotes & Theologi debent diſcernere inter lepram & lepram, & ſcire quod nam ſit peccatum mortale; quod veniale &c. Debent hæc doceri fideles, vt non ſolum ſciant reprobare malum, & eligere bonum: ſed etiam magis deteſtari, & cauere, quod deterius eſt.

Additio.4.

SECTIO. XXI.

Vtrum ex leuitate materiæ contingat tactus libidinoſos à mortali excuſari.

HIC duæ ſunt ſententiæ. 1. affirm. quam tenent Armil. verbo, impudicitia n.1. in fine. Nauat. c. ſi cui, de pænit.d.1.n.vlt. Sotus Libello de doctri. Chriſti. fol. 26. vt refert Sanchez. 9. de matrim. diſp.46.n.9. Idē indicant Leſsius.4. de virt.c.3.dub.8.n.58.&.59. Sayros lib.8.c.6.n. 1. Suaderi ſolet: quia cur in cæteris peccatis dabitur paruitas materiæ non vero in peccato aliquo luxuriæ? 148

1. Sentent.

2. Sententia aſſerit, in tactibus libidinoſis non dari peccatum veniale ex leuitate materiæ. Hanc inſinuat Caie.2 2.q.154.a.4 §. in reſponſione ad.2. immediate ante vltimum dubium, vbi habet. *Habes quoque ex his, quòd tactus qui in choreis leuitatis cauſa fiunt, vt cum iuuenis digitos mulieris non ſuæ intorquet, & huiuſmodi, cum non delectationis illius quæ ex tactu eſt, quam diximus ex libidine appeti, cauſa fiunt, non ſunt peccata mortalia.* Vbi à contrario ſenſu ſignificat. Caie. quòd ſi libidinis cauſa fierēt, eſſent mortalia peccata. Idē eodē modo loquens innuit Tabien. verbo oſculū, poſt mediū, dicens. *De tactibus qui fiūt in choreis cauſa leuitatis dū intorquēt digitos mulieris vel aliquid eiuſmodi, ſi non fiāt ex delectatione ꝙ qua dictū eſt, nō sūt mortalia.* Hoc durū putāt aliqui recētiores vnde aiunt, *Manū fœminæ, pedē. l. brachiū præmere vellicare digitos in torquere & ſimilia, licet libidinoſe fiant, non eſſe peccata mortalia: quia etiā cū ex libidine fiūt, ſunt leuiter turpes, eoquod delectatio venerea quā cauſāt et ob quam* 149

2. Sentent.

ob quã intẽditur, modica eſt. Vide Sanch. ſup. n. 17. Huic 2. opinioni fauet Sebaſtia. Medicis in ſumma de peccatis tit. 8. de luxur. q. 8. vbi ait, contactus manuũ vel aliarum partium corporis eſſe peccata mort. qñ fiunt ex libidine extra matrimonium: & Naua. c. 14. n. 31. lit. L. abſolute aſſerens, mortale eſſe ſerio tangere hubera fœminæ: ſecus ſi iocoſe.

Hæ opiniones nõ poſſunt modo ad vnguẽ
1. Concluſ. examinari vſque ad 2. 2. q. 154. interim tamen Dico tria. Primum eſt. Si tactus ſunt libidinoſi eo quòd ab operante ipſo referuntur ad finem mortalẽ, puta fornicationẽ, pollutionẽ propriam vel alienã, vel ſimilia, ſemper ſunt mortales. vt ait Sanchez ſup. nu. 9. Naua. c. 14. n. 42. verſ. 16. Vega in ſum. verbo. Bayle. n. 2. & Armil. verbo chorea n. 2. & Caiet. ibi: & patet, quia finis mortalis quamcunq. medij electionem mortalem reddit.

2. Concluſ. Dico. 2. etiam eſſe peccata mortalia, ſi ex natura rei habent graue periculum, licet hîc & nunc illud non habeant, vt cum fiunt in verendis vel prope illa ex affectu delectationis carnalis. Sicut enim fornicatio non excuſatur à mortali ex eo quòd hîc, & nunc non habeat adiunctum graue periculum male educandi prolem: ita nec tactus, qui ſunt libidinoſi, & peccata mortalia ex genere, eo quòd ex natura rei & per ſe loquendo ſolent habere graue periculum adiunctum non excuſantur à mortali, etiam ſi nunc illud non habeãt.

3. Concluſ. Dico. 3. licet ratione materiæ luxuriæ ſecundum ſe tactus aliqui libidinoſi leues non eſſent. tamen in periculo & cauſa ipſorum poteſt contingere leuitas ratione cuius ſolum ſint peccata venialia. Vt licet in iuramẽto aſſertorio nunquam detur peccatum veniale ex leuitate materiæ: bene tamen ex leuitate periculi iurandi quod reipſa falſum ſit. Probatur con. Nam exponere ſe ſine cauſa leui, & modico periculo fornicationis, pollutionis &c. ſolum eſt peccatum veniale. Item nõ vitare aliquam cauſam pollutionis, quam ſolum tenetur quis vitare ſub veniali ſolum eſt peccatum veniale. Vnde Sa, verbo luxuria. n. 9. ait. *Si pollutionis non voluntariæ cauſa quã vitari debuit, eſt peccatum veniale ſolum, vt aſpectus curioſus fœminæ aut lectio turpis, & ipſa ſolum venialis eſt, etiam ſi quis præuiderit, inde ſecuturam, ſed contra voluntatem.* Idem docent Sotus. 4. d. 12. q. 1 a. 7. & Ledeſma 2. p. 4. q. 21. a. 7. cætera quæ ad plenam quæſtionis reſolutionem pertinent alibi Deo dante dicentur.

SECTIO. XXII. An in his tactibus circunſtantiæ perſonarum agentium & patientium, & loci ſacri varient ſpeciem. & ſint neceſſario confitendæ, ſicut in copula ipſa.

AD hoc communiter & bene Reſ- 150.
pondetur, circunſtantias perſona- Concluſ.
rum eſſe explicandas, vt in copula, vt ſi tangens, vel tactus ſit coniugatus religioſus, conſanguineus, affinis, &c. Quoniam illæ circunſtantiæ ita dant peculiarem malitiæ ſpeciẽ tactibus ſicut copulæ. Abulen. Matth. 5. q. 197. Lucius in ſum. circa textũ præceptum notabil. 11. poſt medium Caiet. 2. 2. q. 154. a. 4. dub. 1. §. ad euidentiam horũ, & in ſumma verbo impudicitia, vbi Armill. n. 1. Tabiẽ. verbo oſcula n. vnic. paulò poſt mediũ Corradus in ſum. q. 143. Lucius præcepto. 6. notabil. 4. Cordu. in ſum. q. 2. punct. 4. & q. 190. Nauarra. 2. de reſtitur. c. 4. dub. 5. de detractorib. n. 183. alias. 318. Barth. Ledeſ. diff. 28 de matrim. fine. Alcocer in ſum. c. 20. fol. 74. pag. 1. §. *eſtas circunſtantias.* Margarita confeſſorum præcepto. 6. fine. Ioannes Heſſels in expoſitione decalogi præcepto 6. c. 14. ad finẽ. Sanch. 9. de matrim. diſp. 46. n. 18. qui n. 19 hinc infert, non eſſe audiendos quoſdã Neothericos, qui dicunt, nullum actũ luxurioſum cõiugis, in quo non ſit ſeminis effuſſio, pertinere ad ſpeciem adulterij, nec habere circunſtantiam matrimonij, nec exprimendã in confeſſione, vt ſi vir ſolutus abutatur ſodomitice muliere, vel viro cõiugato, nõ tenentur iſti patientes, qui ſemen non effuderunt, ſed receperunt ſodomitice, explicare circunſtantiã coniugij. quia coniugati ſolum obligantur de iuſtitia ratione matrimonij ad reddendum debitum cõiugibus, & non ad effundendum ſemen, quod eſt obligatum generationi, & non abutendum vaſe ad eam ordinato. Hos impugnat Sanchez, tũ quia aduerſantur auctorib. citatis, tum quia matrimonij contractus integrũ dominiũ corporis tradit, obligatq. ad abſtinendũ ab omni actu venereo, cũ alio, vt docet Vazquez. 1. 2. q. 74. a. 8. diſput. 112. in fine, quamuis dicat, hoc non eſſe admodum ſibi certum, quod ait, Sanchez non obſtare, quia Vazquez ibi hoc dicit, eo quod cenſet, in delectatione moroſa circunſtantiam matrimonij, non dare ſpeciẽ malitiæ, ac proinde non eſſe neceſſario confitendum, quod Sanchez non putat verum.

Sicut autem matrimonium ſpecialem obligationem addit abſtinendi ab omni actu venereo cum non coniuge, ita conſanguinitas ab omni actu venereo cum affine, & conſanguineo, ſimiliter virginitas ſpecialem obligationem addit abſtinendi ab omni actu venereo.

Et hoc certius eſt in voto caſtitatis, & idẽ in loco ſacro cenſeo, vnde Lucius in ſumma notabil. 5. in fine, circa. 6. præceptum aduertit, non ſolum copulam carnalem in templo eſſe ſacrilegium, ſed etiam tactus libidinoſos, qui ſunt peccata mortalia.

SECTIO. XXIII.

An aſpectus turpes, ſeu libidinoſi ſint peccata mortalia inter perſonas omnino ſolutas.

151. *1. Opinio.* IN hac re ſunt variæ opiniones: prima, eſt hos aſpectus eſſe pec. mortalia, ſicuti, & tactus libidinoſi Gloſſ. clem. ad noſtrũ de hæreticis verbo, ſeptimo, & ibi Panor. ad finem. Card. eodẽ verb. in princip. Imol. n. 17. Albericus in ſuo dictionario verb. luxuria eſt multiplex. Hieronym. de Zenetinis tractatu de foro conſcientiæ, & contentioſo n. 139 habetur tom. 3. tractatuum part. 2. Abul. Matth 5. q. 197. Antonin. 3. p. tit. 16. cap. 1. §. 10. notab. 1. Tabien. delectatio quæſt. penultima. q. 4. Gerſon. 2. p. in regulis moralibus. cap. de luxuria alphab. a4 littera Y. Supplem. 4. diſt. 1. quæſtio. vnica art. 2. dub 2. Tabien. cogitatio quæſt. 8. num 9. Armill. impudicitia num. 1. Nauar. cap. ſi cui de pœnit. d. 1. nu 9. Graffis. 1. part. deciſionum lib. 2 cap. 75. num. 10 & cap. 78. num. 16. Ioannes Heſſels in expoſitione decalogi præcepto 6. cap. 14. ad finem. Fatetur autem Nauar. viſum eſſe minus periculu libidinis expoſitum, quam tactum, atque ex pluribus cauſis poſſe eſſe licitum, aut venialem, quam tactum.

152. Hæc opinio ſuadetur ex Matth. 5. *Qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt in corde ſuo*, vbi viſus libidinoſus tanquam mæchia damnatur, quod etiam ſignificat Auguſt. ſerm. 3. de communi vita clericorum, & epiſt. 109. ad monachos & refertur. cap. nec ſolo. 32. quæſt. 5. ibi, *nec ſolo tactu, ſed aſpectu appetitur, & appetit fœmina*. 2. Petri. 2. de Loth dicitur, *aſpectu, & auditu iuſtus erat*, ad differentiam aliorum, qui aſpectu & auditu libidinoſo erant peccatores, vt illi ſenes, de quibus dicitur Danielis. 13. iuſſiſſe, vt diſco operiretur Suſanna, *vt vel ſic ſatiarentur decore illius*. Sic Baſil. lib de virginit. ait, *tactu viſum etiam in ſuas illecebras pellicit: actis enim luminum radiis, veluti quibuſdam incorporeis manibus, quem cumque voluerit eminus tangit homo, & quæ corporeis manibus attingere non poteſt, oculorum iactibus pathicos complectitur.*

153. Sanchez. 9. de matrimonio diſput. 46. nu. 22. licet prædictam opinionem putet probabilem, magis approbat aliam, quæ diſcrimen ponit inter viſum, & tactum, quod hic ſuapte natura ordinetur ad concubitum, ac proinde conſenſus in delectationem ipſius ſit quædam copulæ inchoatio, & conſenſus in delectationem copulæ, & peccatum lethale: illæ vero non ordinetur, ita ad venerea, & proinde eius delectatio, non ſit communiter venerea, nec peccatum mortale, niſi aſpiciens ordinet viſionem ad alium malum finem. Præterea, quia delectatio ex aſpectu conſurgens, non eſt tanta, nec ita apetitum ſenſitiuum excitat, vt non poſſimus dicere, aſpectum libidinoſum ex paruitate materiæ a peccato lethali excuſari, & ideo Caietan. verbo impudicitia, & verbo delectatio punct. 2. & tom. 1. opuſc. 14. de delectatione morosa dubio. 3. Nauarr. cap. 16. numero 11. & 23. & cap. ſi cui de pœnitent. diſtinctio. 1. numer. 7. & Armil. verbo impudicitia, & verbo curioſitas. Alcocer capit. 54. Medina. 1. 2. quæſtione. 74. articul. 8. dubio. 5. Philiarch. tom. 1. p. 2 lib. 4. cap. 18. dubio. 3. Alcocer. cap. 20. fol. 71. pagina. 2 §. *morar mugeres*, Leſſius 4. de virtut. cap. 3. dubiu. 8. numero. 59. dicunt, tactus delectationis gratia habitos, per ſe eſſe peccata mortalia, non vero aſpectus. Idem innuit auctor Compend Theolog. ſiue is ſit Tarantaſ. ſiue alius libro. 3. capit. 28. vbi ait, *Bene dicitur, ad concupiſcendum eam: quia ſi aliquis videret mulierem pulchram, & vlterius non procederet, vel nullum peccatum eſſet, vel ſolum peccatum curioſitatis.* Azor tomo. 1. lib. 4. capit. 6. quæſtione. 12. art. *Si ſola capiatur delectatio ſenſus ex aſpectu, auditione, narratione, vel lectione rerum turpium extra periculum alterius peccati non erit lethalis culpa, ſed venialis. Quod ex Caietan. aliiſque colligitur.* Idem tenet Sayr. lib. 8. c. 7. dub. vltimo, & cap. 6. num. 3. Henriq. lib. 11. c. 17. § 6.

Excipit Sanchez numero. 23. aſpectus valde turpes: nam ſi abſque vrgenti neceſſitate vir aſpiciat verenda fœminæ, vel è contra mortale erit, quamuis non ex libidine fiat, ſed ex indiſcretione, aut curioſitate, valde enim honeſtati aduerſatur adeo, vt primi parentes, cum eſſent vinculo coniugii inter ſe coniuncti, nihilominus erubuerint videntes ſe nudos, & ideo fecerunt ſibi perizomata Geneſis. 3. Id eſt cingulum, & velamen pudendorum, vt indicaut Auguſtin. 11. Geneſ. ad lit. cap. 32. tom. 3. Gregor. 26. moral. cap. 12. in fine, & lib. 32. cap. 12. Ambroſ. lib. de paradiſo cap. 13 Lyra Geneſ. 3. deinde quia aſpectus talis eſt vrgentiſſimus luxuriæ ſtimulus & grauiſſimum periculum adducit, quod lapſus David. 2. Regum. 11. recte ponderatus à Gloſſa, ibi, & Auguſt. tractatu de honeſtate mulier. cap. 10. & Pſalm. 50. abunde demonſtrat, ita ſentiunt Antonin. cum Archid. 2. parte titulo. 5. cap. 1. §. 7. Roſell. delectatio nu. 5. Syluest. quæſt. 6. loquentes, quando non ex libidine, ſed ex indiſcretione vir efficit, vt mulier verberanda coram ipſo expolietur, vel cõtra, & Sylu. ait, non improbãs, 154.

idem

idem videri ſentire Antoninum, quando id fieret ſolum ex curioſitate, & Nauarr. cap.14. num. 36. alias 31. littera D. verſic. 5. ait, eſſe peccatum mortale ſine cauſa ita oſtendere ſe nudos, vt pudenda inter luceant, quia dant occaſionem peccandi mortaliter ſumpſit ex Caietan. 2.2. quæſt. 169. artic.2. ad.1. dub. & num. 42. alias 31. littera, I. verſic. 19. putat mortale eſſe verenda mulieris aſpicere etiam ioci cauſa.

155 1.Concl. Dico tamen primo, quando omnibus penſatis fuerit graue periculum, aſpectus non neceſſarius, ſiue verendorum propriorum, ſiue alienorum, ſiue eiuſdem, ſiue diuerſi ſexus, ſiue aliarum partium corporis peccatum mortale erit. Hæc concluſio clara eſt, & in ea conueniunt omnes: ſecus ſi neceſſitas vrgeret ad ſubeundum tale periculum, vt ſupra diximus tractantes, quando exponere ſe periculo conſentiendi in pollutionem peccatum mortale ſit. De hoc periculo Auguſtin. tomo.9. tractatu de honeſt. mulier. c.1. & 4. Gregor. et alij in id Iob. 31. pepigi fœdus cum oculis meis: alij in id Eccl. 9. propter ſpeciem mulieris multi perierunt, Baſilius de conſtit. monaſtic. cap. 4. Franciſcus in ſua vita cap.5. D. Thom. apud Satiũ in eius vita mẽſe Martio, et ſer. de abdicatione HugoGratianopolitanũ apudGuidõ. Carmelitanũ, & hoc periculum eſt frequens, cum vir verenda fœminę, aut alias eius occultas partes, aut totum corpus nudum videt, aut fœmina viri; in qua tamen minus ſolet eſſe periculum, quia fœminæ ſunt frigidiores, & viri partes minus occultari ſolent, & ideo quando diſcooperiuntur, minus immutant. Similiter non ſolet nimium vna fœmina ex alterius aſpectu immutari, nec vnus vir ex aſpectu alterius, imo ſi aſpectus perſonæ diuerſi ſexus breuiſſimus ſit, parum commouere ſolet, vt ait Sanchez num. 24. recte addens, idem periculum ceſſare ſolere ratione ætatis puerilis, aut ſenilis, aut frigidiſſimæ complexionis, & num. 25. ait, idem aut maius periculum eſſe, quando verenda alterius ſub velo valde tenui, & quaſi diaphano, aut perſpicuo viderentur, vt ait Nauarr. illo verſic. 5. & Caietan. 2.2. quæſt. 169. artic.2. ad.1, dub. & Armilla verbo ornatus numero.1. dicto.4. Merito etiam idem Sanchez numero.26. ſentit, communiter non eſſe mortale viro inſpicere brachia, vel pectora nuda fœminarum. Quoniam hæ partes ſæpe videntur nudæ, & ideo parum mouent ad libidinem, vt nec pedes virorum, aut fœminarum pauperum vbi conſuetudo eſt, vt nudis pedibus fœminæ incedant, vel in flumine pannos lauent, imo vbi viri & fœminæ nudi communiter incedunt, aſpectus nudi corporis non plus mouere ſolet, quam apud nos aſpectus faciei, vnde Caietan. 2.2. quæſtione. 169. artic.2. dubio.1. §. ad obiectionem, & in ſumma verbo ornatus, vbi Armill. num.1. Nauarr. in ſumma Hiſpan. cap.23. num. 23. & in latina numero. 19. excuſant à peccato ſaltem mortali fœminas, quæ nudis pectoribus incedunt, quamuis Petrus Ledeſm. 2. parte ſummmæ in fine putat, non excuſari à veniali, & harum partium aſpectus mortales non eſſe, videntur tenere Nauarr. in ſumma latina. cap. 3. numero. 5. littera M. & in Hiſpana. cap. 28. Add. ad cap.3. nu.15 et lat.14. Cordub. in ſumma quæſtione.4. corol.7. docet enim, mortale non eſſe de ſe videre crura fœminarum in fluuio lauantium, vel pectora, quod intelligit Sanchez, quamuis ex eo aſpectu delectatio aliqua conſurgat: leuis enim eſt ceſſante alio periculo, & mala intentione, ſic etiam numero.27. docet non eſſe communiter mortale inter perſonas eiuſdem ſexus ſe nudas aſpicere, vt contigit, quando ſimul natant, vel verenda aſpicere, quia inter eas non ſolet eſſe graue periculum, ita etiam Nauar. cap.3. num.5. & Corduba ſupra, & num. 29. recte ait, ratione periculi eſſe mortale aſpicere viri cum fœmina concubitum, quod etiam ait Margarita conſſorum in. 6. præcepto fol. 90. idem videtur dicere Armill. ver. impudicitia nume.1. cum Syluest. & Tabien. ſecus brutorum, vt ſubdit Sanchez num. 3. quia hic minus ad luxuriam prouocare ſolet, licet interdum maxime prouocet: ſimiliter propria verenda, aut ſe nudum aſpicere communiter non eſt mortale, quia vacat hoc periculo, vt ait Sanchez, num. 28. decet tamen caſtitatis amatorem, etiam cum ſolus eſt, & in obſcuro loco, nuditatem vitare, ne ſe nudum videat, aut cogitet in cuius virtutis commendationem miraculum editum refert Sozomenus in triparti. c.11.

Dico 2. ceſſante periculo pollutionis, grauis commotionis genitalium, vel ſpirituum generationi ſeruientium, conſenſus in delectationem de opere mortali, vel in ipſum mortale opus fornicationis, vel ſodomiæ, vel alterius huiuſmodi, & ceſſante praua intentione libidinis, non erit mortale verenda propria, vel alterius etiam diuerſi ſexus, ac proinde, nec alias partes aſpicere ex curioſitate, ioco, vanitate, leuitate, indiſcretione, aut alia ex cauſa. Antonin. 2 parte titu. 5. cap. 157. Gerſon tractatu de pollutione diurna alphabet.37. littera D. Gabri. lectio.74. in Canon littera E, & alij citati pro prima opinione, & fauet. 2. diſt.24. art.2. quæſt.2. col. vltim. 156 2.Concl.

patet quia illis ſecluſis nec aſpectus eſt libidinoſus,nec quicquam habet,vnde grauiter malus ſit,niſi forte ratione ſcandali, vt cum alij viderent epiſcopum,vel religioſum aſpicere verenda fœminæ,vel alterius viri abſq. neceſſitate :præſumerent enim non temere alij,in tali religioſo, vel epiſcopo eſſe affectum libidinis: vnde ſcandalum paterentur: hæc omnia ſunt demente Sanchez numeris citatis;licet aliqua minus exprimat.

157. 3. Concluſ. Dicò.3.ſi quis aſpiciat ea,quæ diximus,gratia delectationis, quæ immediate ex aſpectu percipitur,nimirum, quia obiectum ob pulchritudinem ſuam, vel nouitatem delectat, non eſt peccatum mortale : ſed veniale ſecundum multos:nam reuera illa delectatio non eſt venerea,ſicut nec ſecũdum aliquos, quæ immediate conſurgit ex tactu carnis, vt eſt blanda,ſuauis, & proportionata tactui:& Caietan. Armill. & alij id concedunt in aſpectu,qui tamen id negarunt in actu. vt ſuperius vidimus,pro hac concluſione eſt Clem. Molinianus Cardin. Aræ cœli. lib. de different.peccatorum.c.20.docens,non eſſe mortale curioſe aſpicere fœminas cum quadam ſenſuali complacentia de earum pulchritudine.

4. Concluſ. Dico.4. Si quis aſpiceret mulierem,vt delectaretur in copula cogitata ipſius,mortaliter peccaret, Caieta. & Armill.verbo impudicitia,& cæteri omnes, quia finis eſt mortalis.

5. Concluſ. Dico.5.ſi quis aſpiceret, vt in ſuo corpore diſtillationem grauem,vel magnam commotionem ſpirituum ſubſeruientium generationi excitaret,etiam ſi nullam aliam intentionem prauam,nullumq. aliud periculum haberet,peccaret mortaliter,quia illas intẽdere eſſet mortale:ergo,& media ad illos eligere, ſecus ſi leuis aliqua diſtillatio vel commotio ſpirituum intenderetur,quia tunc ex leuitate materiæ peccatum in genere luxuriæ veniale eſſet:idem eſſet quando temere,& ſine cauſa ſufficienti exponeret ſe periculu leuis diſtillationis vel commotionis.

6. Concluſ. Dico.6. ſi quis contra voluntatem alterius detegat partes,quas ille ob verecundiam,vel honeſtatem merito occultat,iniuriam illi irrogat, quia ius habet occultandi verenda, & alias partes: idem eſt, ſi per rimulas conſulto,& ex induſtria ipſum ſpectet in cubiculo nudum. Vnde Noe ægre tulit,quod à filijs nudus conſpiceretur.

158. Ad.1.argu. Vnde ad primum argumentum. 1. opinionis dico,potius eſſe pro nobis, nam aſpicere ad concupiſcendum eam, prauam intentionem fornicationis deſignat,ſic enim explicat Hugo Card.ſi aſpiceret, vt eam concupiſcat, & ſi facultas detur,in ea ſatietur,& Glo.ordi. ad concupiſcendum, vt tranſeat in affectum cordis, vt facere diſponat,vbi non deeſt voluntas,ſed occaſio,& Abul. ad concupiſcendum,ideſt,qui voluerit videre ſolum,vt concupiſcat,vel ad hanc intentionem, vt concupiſcat,ſicut in quibuſdam,qui ideò videre volunt pulchritudinem fœminarum,vt delectẽtur,& per hoc ad cõcupiſcentiam magis moueantur,vnde Gregor.21.mor.c.9. & refertur. c.qui viderit.32. q.5. aperte veritas oſtendit; quia etiam ſolo viſu cum turpiter, vel innupta concupiſcitur,adulterium perpetratur. Adde,quod ſicut tactus ſolent ſignificare amorẽ, ita & aſpectus,& ideò aſſummi ad alliciendas fœminas, quod ratione praui finis eſt peccatum mortale: ſecluſis tamen prauis intentionibus & periculis dictis,non eſt mortale aſpicere,etiam ob delectationem,quæ immediatè,& per ſe ex aſpectu rei pulchræ conſurgit.

Ad.2.arg Reſpõdetur,illa teſtimonia Aug. & Scripturæ de aſpectibus vere libidinoſis: aſpectus tñ nõ eſſe libidinoſos,niſi in ca[illegible]bus dictis,& ſic intelligi [illegible] ſant auctores op[illegible]. Ad.2.arg.

Rogas an in aſpectibus quando vere ſunt notabiliter libidinoſi,confitendæ ſint [illegible] ſtantiæ perſonarum, [illegible] in copula. R. affirmatiter cum Ioanne Heſſels in expoſitione decalogi,Sanchez illa diſp.46.nr.3. quia aſpectus non ſunt libidinoſi notabiliter niſi propter conſenſum,vel periculum peccati mortalis in conſenſu autem, & periculo confitendæ ſunt illæ circunſtantiæ:ergo & in aſpectibus, vt etiam de tactibus diximus. 159

SECTIO.XXIIII.

An in ſolutis verba turpia dicere vel audire peccatum mortale ſit.

QVidam mortale putant delectari in turpium locutione, vt Gerſon 160.
2.parte in regul.moralibus.cap.de 1. Opin.
luxuria alphab.24.littera Y Antonin.2.par. tit.5.c.1. §.8. adducens Cyprianum lib.de virginitate,Friburg' in ſumma confeſſorum lib.3.tit.34.q.272.cum Vlricò affirmàs id eſſe de fide. Magarita confeſſorum in. 6. præcepto fol.90.Angel.verb. luxuria num.2. Tabien.cogit.q.8. num.9. Armill. impudititia. num.1.Nauarr.c.16.num.14.Graff 1.p. deciſionum, lib.2.c.78.nu.12.& c.75. num.8.Ioannes Heſſels in exp.decalogi præceptò.6.c.14.ad finem,ſupplem.4.d.31.q.vni.ar.3.dub.2. idem de delectatione turpium canticorum Nauarr. Anton.Graffis,& de delectatione turpiũ motuum & geſtorum Gerſon,ſupplem.& Graff. & Marga-

& Margarita confeſſorum, & de horum auditione, & aſpectu cum voluptate Anton. Nauarr. Ioannes Heſſels, & Graffis.

161 Opin. auctoris. 1. Con. Prima concluſio, aliquando eſt licitum, verba res turpes ſignificantia, proferre, ſcribere, audire: quoniam hoc non eſt intrinſece malum, ſicut nec cogitare, & intelligere turpia ſæpe enim neceſſarium, aut valde vtile eſt exprimere res turpes, quas concepimus, vt cõfitendo peccata noſtra, vel reprehendendo aliena, vel diſcendo, aut docendo vocũ ſignificationes, vt ſcripturæ, vel alij libri intelligantur, item quando id eſt neceſſarium ad medicinam dandam, vel recipiendam, ad iuſtitiam adminiſtrandam, &c. Concluſio eſt certa & omnium, ſpeciatim Sanchez. 9 de matrimo. diſput.46. & idem eſt de nutibus & geſtibus, quãdo neceſſarij ſunt ad eiuſmodi, vt in mutis, vel alijs, qui non poſſunt aliter ſua peccata confiteri, vel turpia, vbi opus eſt, exprimere.

162 2. Concl. 2. Concluſio, turpia loqui vel nutibus, aut geſtibus exprimere ex ſcurrilitate, vanitate, vel leuitate, vel ad oſtentationẽ ingenij, ſcientiæ, vel eloquentiæ, aut ad delectandum curioſum auditorem, aut ad alium ſimilem finem, qui non ſit peccatum mortale, aut delectari de tali locutione in ordine ad prædictos fines, licet ſit peccatum veniale, non tamen eſt mortale per ſe, & ſecluſo ſcandaló, & periculo, idemque eſt de auditione rerum turpium ex curioſitate, vel ne inferam moleſtiã dicenti, ſed potius illi placeam, attentum auditorem me præbendo, & ob alios ſimiles fines, ita ſentiunt Caiet. 2.2. quæſt.148. ar.6. in fine, & quæſt.168. ar.3. dub.1. & 2. Philiarch. to. 1. par.2. lib.4. c.18. dub.3. Alcocer. cap.20. fol.71. pag.2. § mirar mugeres. Antonin. 2. par. titu.5. c.1. §.8. Nauarr. in ſumma. c.16. num.11. & cap. 14. nu.42. alias 31. verſ.18. littera Y, & D. Graff. 1. p. deciſionum lib.2. c.75. nu.9. Sanchez diſp. cit. num.35. Cordub. in ſumma. q.5. corol.2. Alcocer in ſumma. c.20. Armill. verbo impudicitia. Azor to.1. lib.4. c.6. q.12. Sayr. lib.8. c.6. n.2.

Patet, quia in illis euentibus nulla apparet grauis inordinatio, vnde Paul. epheſ.5. de turpitudine, ſtulti loquio, & ſcurrilitate non dixit à Regno Dei excludere, ſicut dixit de alijs vitijs: *ſed ad rem non pertinere*: hoc eſt eſſe aliena à ſanctis, & venialia grauia intra latitudinem venialium. Nomine autem ſtultiloquij Chryſoſt. Athanaſ. & alij turpia, ſeu blanda, & amatoria verba intelligunt: ergo non ſunt mortalia, quamuis D. Thom. 2.2. q.154. ar.4. ad 1. dicat, tria illa non fuiſſe repetita, non quia non ſint mortalia, ſed quia non ſunt mortalia, niſi ſecundum quod ordinantur ad præcedentia, & nomine turpitudinis intelligit oſcula, & tactus, & ſcurrilitatem ait à nonnullis dici curialitatem, ab alijs iocularitatem.

3. Concluſio ratione ſcandali, vel periculi proprij, vel alieni ſæpe erit mortale, hęc audire, aut dicere: nam vt ait Athan. aut Theophilact. in locum. Pauli ad epheſ. citatum: præbent verba ad res ipſas ingreſſum, idem Chryſ. ibi hom.16. & Baſilius de legendis libris gentiliũ pag.2. prauis aſſueſcere ſermonibus via eſt ad rem ipſam & Paul.1. Corinth. 15. corrumpunt bonos mores colloquia praua, & Auguſt.1. cõfeſſio. c.16. & Ariſto.7. polit. c. vltimo tradunt, ex turpiter dicere ſequi ſæpe turpiter facere, vide Lucium in ſumma præcepto. 6. not.12. 163 3. Conclu.

Concluſio eſt certa, clara, & communis, Nauarr. in ſumma latin. c.23. num.123. & in Hiſp. num.131. Antonin. ſupra Lucius in 6. mandato notab.12. Sanchez diſp. citata num. 36. qui etiã num. 37. hinc deducit, ſecluſo periculo proprio, vel alieno, & praua intentione luxuriç, non eſſe mortale dicere verba amatoria Hiſpane, requiabros, ex ioco, ſcurrilitate, vel vanitate ad conciliandam aliquam beneuolentiam, gratiam, ſeu amorem non turpem. Idem docent Nauarr. c.14. numero 42. alias 31. verſi.18 littera I. Corduba in ſumma. q.5. corol.2. idem eſt de auditione ob eoſdem, vel ſimiles fines ſecundum Sanchez illo num. 37. & quamuis in carmine ſæpe non delectent res turpes, ſed numerus & muſica: eſſe tamen ſolet magnum periculum, quia dulcedo muſicæ delectationem veneream excitat, maxime ſi fœmina canit, quod optime exaggerat Aug. lib. de ſingularit. clericorum, qui etiam habetur inter opera Cypri. vide quæ ex ſentẽtia ethnicorum adducit Mendoza quodlib. 9. Scholaſtico à num.16. Aduertit etiam Sanchez ſupra num. 39. etiam ſi loquens peccet mortaliter, poſſe audientem, nõ peccare mortaliter: quamuis rideat & lætitiam oſtendat: poteſt enim audire, ne de inurbanitate, ruſticitate, hypocriſi, vel ſcrupulis notetur; & iocoſis conuitijs exprobretur: & gaudium oſtẽdere, & habere de artificioſo, lepido; & faceto dicendi modo: Addit Sanchez nu. 38. cum Nauarr. c.23. num.12. & in Hiſpan. nu.15. lethale eſſe gloriam, & laudem de lethali admittere, ſed hoc eſt intelligendum. Si dogma doctrinam contra bonos mores ipſe approbaret, aut de ipſis rebus peſſimis lætaretur, vel factis, vel cogitatis: & in eodem ſenſu iactare ſe de peccato mortali, vt de homicidio, vel fornicatione eſt peccatum mortale, & ſimiliter alium commendare, vt fortem, quod ſe vindicauerit; filium quod fœminam obtinuerit Angel. verb. iactantia num.2. vbi Syl. Armi. et Caiet. qui idem docet 2.2. q.112. ar. 2. col.2. Margarita confeſſ. in 6. præcepto fo. 90. Viguer c.5. §.13. verſi.3. Nauarr. c. 16. num. 14. Alcocer. c.20. fol.74. Med. i ſummæ. c.14. §.35. vnde

Digitized by Google

vnde Pſal.51.quid glorîaris in malitia &c.Pro uerbiorum.2.lætantur cum malefecerint & exultant in rebus peſſimis & ſimiliter peccatum mortale eſt alium vituperare,quod prætermiſerit occaſionem ſe vindicandi,vel infelicem illum vocare,quod nõ ſit nactus fœminam:idem autem eſt iactare ſe de vero & de falſo crimine;propterea iactantiam falſi criminis & verecundiam,metumque,ne exiſtimaretur inocens,accuſat merito Aug.2. confeſſionem,cap.3.Peccat etiam mortaliter qui audit laudãtem crimina & ea ſuſcipit,vt laude digna:non tamen eſt mortale laudare robur,artem,vel induſtriam,quæ in patratione criminis enituit.

164 4.Concl. 4.Concluſio delectari in rebus notabiliter turpibus dictis,vel auditis, vel per geſtus & notus expreſſis mortale eſt:id intendunt Auctores ante primam cõcluſionẽ citati, & Th. Sanchez num.39.nec alij aduerſantur: patet, quia delectatio moroſa de peccato mortali mortalis eſt.Vnde bene Leſſius libr.4.capit.3. dub.8.num.63.*Si turpiloquium fiat animo ſe oblectandi rebus ipſis narratis,& imaginationi obiectis tanquam præſentibus eſt peccatum mortiferum,ſicut & ipſa delectatio moroſa,cuius cauſa ſit.Similiter ſi animo excitandi ſe,vel alios ad turpia,vel cum periculo in illa conſentiendi,etiamſi animus ille deſit. Si vero ſolum fiat ob voluptatẽ,quæ præciſe ex ipſa narratione capitur,abſque vlteriori intentione,eſt peccatum veniale,vt docet Tolet.li.5.c.14.&c.* Et auctor compend.Theol.capit.28.ſolum ait, *cum quis mulierem precatur,vel ob libidinem habet cum ea familiaria colloquia,eſt.m.*

165 2.Corol. Ex dictis patet primo,quomodo intelligẽdus ſit D.Tho.2.2.q.168. a.3. dicens,interdum inludo excedi regulam rationis ex ipſa ſpecie actionũ,quæ aſſumuntur inludo vt quando quis cauſa ludi vtitur turpibus verbis vel factis,vel etiam ijs, quæ vergunt in proximi nocumentum,quæ de ſe ſunt peccata mortalia & ſic exceſſus inludo eſt peccatum mortale. falſo ergo diximus verba turpia de ſe & ex ſpecie ſua non eſſe mortalia peccata R. non eſſe ſenſum D.Tho.quod verba turpia ſecundum ſpeciem ſuam ſubſtantialem ſint peccata mortalia,ſed ex ſpecie accidentali,quatenus grauiter prouocant ad mortale & ideo ſunt in graue detrimentum animæ:ita Caiet. ibi,licet minus clare & Sanchez ſupra nu. 39.

3.Corol. 2. Patet quid dicendum de locutione,vel auditione turpium in comœdijs, nam ex parte loquentium repræſentãtiũ,vel componentiũ comœdias fere ſemper interuenit peccatum mortale:nam ſine neceſſitate,vel magna vtilitate exponũt multos periculo peccati mortalis.Anton.2.parte tit.3.cap.7.§.3. Angel verbo Ludus num.3.Sylueſt. q. 3. Alcocet lib. de Ludo cap.54.Mendoça quæſt.9.Scholaſt.§.to. & 11. Sanchez ſupra num. 42. qui merito approbare videtur,quod ait Mendoça, id verũ eſſe,licet componens,vel repræſentans,ruinã proximi non intendat:ſatis enim eſt præbere ſufficientem occaſionem ruinæ: merito etiã approbat,quod ait Antonin.2.part.titu.1.cap. 1.§. 8. facientem cantilenas plenas laſciuijs, peccare mortaliter.Et ſane quod Ethnicorum comœdiæ conſequebantur olim propoſitis Deorum ſceleribus,vt illa non exiſtimarentur eſſe hominibus indigna, id hodie conſequuntur Hiſtriones propoſitis exemplis Regum,& magnatum, quibus populo omnem peccandi pudorem detergant, vnde Auguſt. tract.100.in Ioannẽ donare res ſuas Hiſtrionibus vitium eſt inane, non virtus, idem ait in id Pſal.102. faciens miſericordias Dominus, & quantum ſit periculi,& peccati in audiendis comœdijs,vide Cypria. lib.1.alias. 2. part. Epiſt.2.Chryſoſt.homil.69.in Matth.& 55. in Ioannẽ,apud Mendoçam.q.9.Scholaſ.fine,vide etiam Auguſt.3.confeſſorum.c 2.Ariſto. 7. ethic.c.vltimo Riberam Micheç.1.à num. 60. & generatim de ſpectaculis Chryſoſt.homil. 1.quod periculoſum adire ſpectacula, Cypri. lib.de ſpectulis,Baſil.ſerm de ebrietate, & luxur.Aug.1.ciuitat.c.31.& lib.2.c.8.11.13.& 14.& Pſal. 119. Tertul. lib. de ſpectaculis, quorum verba refert Mendoça ſupra, qui vero audiunt comœdiam,non peccant mortaliter. Sed quid ſi ſint clerici R.non peccare mortaliter ceſſante ſcandalo,quod Sanchez ſupra numero. 41. putat, modo non eſſe:quia frequentiſsimum eſt clericos comœdijs intereſſe, ſed alia ratio eſt,quia non ob id ſæculares ad peccata mortalia mouentur,eodem enim modo audirent comœdias, licet clerici abeſſent,& cum eodẽ detrimento , ſi quod patiuntur. Nec obſtat prohibitio.c.clerici.1.de vita & honeſtat.clericorum,et c.non oportet.2.de conſecratione.d.5.et cap.propterea.d.51. Gratian. d.48.in principio,quia ſecundum Innocen. dicto. c. clerici,eſt tantum de honeſtate,vel quod verius credit Sanchez cum Caieta.verb.clericorum peccata ad finem,non obligat ſub mortali ceſſante ſcandalo et contemptu. Deinde contraria conſuetudine videtur derogatũ:in Eccleſiaſticis tamẽ res eſt periculoſior, quia non poſſunt affectus comœdijs excitatos ad honeſtum matrimonij vſum dirigere. Turpes autem comœdias et ſaltationes,et ludos ſimiles in Eccleſia fieri deterius eſt propter ius naturæ,et præceptum Innocencij cap. cum decorem de vita et honeſtate clericorũ, curaſtipulatur cap.decet.§.ceſſent de immunitat.Eccleſ.et Decretum Trident. ſeſſ.22. de vitandis in miſſa, et Conci. Nanetenſe cap. nullus.44.d.vide Caiet. 2.2.q. 168.ar. 3. dub.3.

Sylu.ludus n.2.qui citat.Angelum,Nauarr.c. 19.nu.3.& de oratione.c.5. num.25. Medina. 1. ſumm.c.14.§.18.Lopez.1.par.inſtruct.c.181. ad finem.Sandoual de officio Eccleſiaſt.c.8.& 9. imo Triden. ſupra prohibet in Eccleſia ſonos organorum, in quibus laſciuum. aut impurum aliquid miſcetur, de quo vide.Caiet. 2.2.q.91.art.2.Lop.1.p.inſtruct.conſcien. c.181. verſus finem.

166 3. Corol. 3.Patet,ſcribentes,aut interpretātes libros turpes plenos laſciuijs,valdeque ad venerem prouocantibus,peccare mortaliter, quia temere exponunt animas periculo, vnde Aug. 1.confeſſor.cap. 16. acriter obiurgat præceptores Grāmaticæ, quod exponant turpes libros,vide Simancas in Catholic. inſtit. c.38. Riberam Micheæ.1.à nu. 60. Corolarium vero docet Caſt,2.de iuſt.hæret.pun.c.15.in princip.& Sanchez ſupra num.43.idem merito dicit num.44.de pingentibus turpia, vt Adonidem,aut Venerem detectis,vel tenui velo opertis pudēdis,idem de ſtatuarijs, qui ſtatuas turpes fingunt:de turpibus autem ſimulacris & libris,vide Ariſt.7.ethic.c.vltimo.

4. Corol. 4. Patet,quamuis legere libros tractantes de obſcœnis amoribus,ob ſolam vanam curioſitatem,vel artificij delectationem,ſolum ſit veniale peccatum,tamen ſi fiat ad capiendam delectationem in rebus ipſis venereis lectis & cogitatis peccatum mortale eſſe, vt cū Ioan.Heſſels in 6.præcep.c.11.docet Sāch. ſup. n.45 Na.c.16.n.14.Graf.1.p.deciſ. li.1.c.78.n.52.

167. Quæſtio. Si quæras,an quando turpia dicere,vel audire eſt peccatum mortale luxuriæ,fatendæ ſint circunſtantiæ perſonarum R.affirmatiue ob eandem rationem,qua id diximus in tactibus & aſpectibus libidinoſis, & ita tenet Heſſels illo. c. 11. proxime citato, & Sanchez illa diſp.46.num.46.

Denique quantum periculi ſit in cōtubernio,familiaritate, & munuſculis fœminarū, licet abſint verba turpia,vide Hierony.Epiſt. 2.ad Nepotianum.Hinc Eccleſiaſtici. 42. omni homini noli intendere in ſpeciem, & in medio mulierum noli commorari: de veſtimentis enim procedit tinea & à muliere iniquitas viri,melior eſt iniquitas viri, quā mulier benefaciēs,ideſt meli⁹ eſt quàm cōtubernium fœminæ,quæ te blanditijs & officijs alliciat,Præcipue contra verba obſcœna & turpes aſpectus vide Auguſt.ſerm.63.de tempore Ambroſ.lib.de Ioſeph.c.5.Prima adulterij tela ſunt oculorū,ſecunda verborū.Lucæ. 6. ex abundantia cordis os loquitur.Coloſ.3. deponite turpem ſermonē de ore veſtro.1.Thim.5. loquentes,quæ non oportet Auguſt.ſerm.219. de tempore.Hoc Admoneo, fratres, vt cantica turpia & luxurioſa caſtitati, & honeſtati inimica,familiæ veſtræ non proferant, quia non eſt veſtrum,vt ex illo ore vbi Euchariſtia Chriſti ingreditur,canticum luxurioſum, & amatorium proferatur.Chryſoſt.homil.6. in Geneſ.qui frequentant ſpectacula, vt oculos paſcant illicitis conſpectibus,profecto inde adulteri recedunt,vide eundem homil. 8. de pœnit.& Thren.3.oculi me depredati ſunt animam meam,& Ierem.7.intrauit mors per feneſtras tuas,quæ & alia adducit Feliſius in decalogo præcepto.6.§,de impudicis aſpectibus, & obſcœnis colloquijs.

SECTIO. XXV.

Quid iuris de tactibus,aſpectibus aut verbis inter coniugatos.

168. 1. Concluſ. DICO primo, qn̄ tactus non quæruntur propter voluptatem, ſed ad præparandum ſe ad copulam culpa vacant,quia licitum eſt ad actum licitum iuuare naturam. Palud.4.d.31. q.3.ar.2.num.17.concl.6,Maior.q.vnica,argu. contra.6.concluſ.Supplem q.vnica,ar.3. dub. 2.Sotus.q.vnic.ar.4.fine.Antoni.3.p.tit.1. cap. 2.§.6.Syluest.debitum,q.7.num.9.vbi Roſell. n.11.Armiel.n.8.Caiet.verb.matrimonium.c. vltimo.§.vltimo.Victor.in ſumm.q.255. alias 274.de matrim.Graff.1.p.deciſionum lib. 2. c. 82.nu.2.Petrus Ledeſm.de matrim. quæſt.49. ar.6.fine Sanchez.9.de matrim. diſp.44. nu.8. vide etiam Syluest.delectatio.qu.4. vbi citat Archidiaconum.

2. Concluſ. Dico ſecundo, idem eſt ſi coniux his tactibus vtatur ad ſe dandam carnis tentationē, vitandamque fornicationem in ſe,vel in ſocio Palud.Anton.Sylu.Roſell. Sanchez ſupr.

3. Concluſ. Dico tertio,ſi tactus referantur ad delectationem copulæ ſunt culpæ veniales, ſicut & copula propter voluptatem exercita aut volita.Palud.Anton.Sylu.Sot.Petrus Ledeſ.ſupr.Sanchez ſup,n.9.& diſp.11. n.4.Vnde decipitur lex.9.tit. 2.par. 4. dicens, ſi vir vtatur calidis,vel alia huiuſmodi faciat, vt venerem prouocet,peccatum eſſe mortale, quod tenuit etiam Hugot.contra quem. Vide Abulē. Math.5.q.135.littera.H. gloſſam. c.vir cum propria.37.q.4.& c.quidquid.32 q.2. & Greg. Lopez in dictam legem partita.4.

4. Concluſ. Dico quarto, ſi in oſculis amplexibus, & ſimilibus tactibus nullus alius finis intendatur,quam mutui amoris indicia præbere, vt amor foueatur,conſeruetur vel augeatur,liciti ſunt,quia finis eſt bonus, & media licita imo ad id à natura inſtituta, Sot. Petr.Ledeſ. Graff. quos citat,& ſequitur Sanchez, ſupra n. 10.Idem Sayr.lib.8.c.6.n.1.

Dico.5.

Digitized by Google

Concluſ. Dico.5.hi tactus inter coniuges præciſe voliti propter voluptatem,quæ per ſe,proxime, & immediate ex ipſis conſurgit,nimirũ propter ſuauitatem, & proportionem tangibilis, non ſunt peccata mortalia,quia ſuperius diximus, forte nec inter ſolutos peccata mortalia eſſe:quia non videntur venerei, nec libidinoſi.

69 2. Concluſ. Dico.6.etiamſi ſint voliti ob aliam voluptatem veneream captandam, abſque animo perueniendi ad copulam, vt ſi fiant propter delectationem,quæ eſt in ſpirituum commotione(quam inferunt ſæpe hi tactus)non erũt peccata mortalia:hæc concluſio,vel etiã præcedens videtur contra multos aſſerentes,huiuſmodi tactus ob voluptatem aſſumptos, ſine animo perueniendi ad copulam mortales eſſe Anton.ſupra Syueſt.debitum.q.7.& verbo delectatio.q.2.n.3.Corradus in ſumma. q. 50. & fuſius.q.143. citansCoronam confeſſorum verbo luxuria. idem tenet Margarita cõfeſſorum præcepto.6.fol.88. caſu.7. Humada. l.2.tit.1.part.1 gloſ.2.num.18.Sanchez ſupra.n. 11.Syueſt.idem tribuit Paludano:ſed immerito,qoia Palud.ſolum loquitur, quando eſt periculum pollutionis,in quo caſu Nauarr.cap. 16. num.42. verſ.18.Caieta. verbo matrimonialis vſus Henriq.11.de matrimonio. c. 17.§. 6.Sotus,& Victor.ſupra Angel.Armi.Tabien. Viuald.& alij infra,& cõmunis opinio, quã ſecuti ſumus ſectione.18. docet,eſſe lethales, certe Palud. obſcure loquitur, ait enim eſſe mortale,ſi homo in talibus præparatorijs propter ſe delectetur,vt ſi pollutio ſequatur:forte eſt legendum,vel ſi pollutio ſequatur, & ſic ſenſus erit,quem tribuit ei Syueſt.& quãdo actus inter coniuges ſunt nimis impudici, & enormes,eſſe peccata mortalia docet Alex. in ſuo Encherid. præcepto.6. vbi de tactibus impudicis.§.ſi in propria.

Noſtram tamen concluſionem docet Roſella debitum.n.12. Angel.n. 26. Armill. nu.8. & verbo impudicitia.n.3.Caiet.2.2.q. 154. art. 4. §. in reſponſione ad. 2. & in ſumma verbo impudicitia,& verbo matrimonium.c.vltim. §.vltimo.Abulen.Matth.5.q.197.Victoria Sotus,& Graff.ſupra Medina.5.de ſacrorum hominum contin.c.7.Barth.Ledeſma de matrimo.difficultate.28.fine Vazq.1.2. diſp.115. nu. 3.& 4.Nieua in ſumma tit.87. & 90. Emanuel tom.1.ſummæ.c.249. nu.9. Viuald. in Candelab.de matrimonio nu.260.Martin.Ledeſma. 2.par.4.q.51.ar.6.prop.8.Ouand.4.d.31.q. vnic. prop.3.Angles.q.5.de matrimo.quæ eſt de eiꝰ bonis,in fine.Sayrus lib.8. c.6. nu.1. Medina.1. ſummæ.c.14.§ 18.Sa,verbo luxuria §.oſcula & tactus,Sanchez illa diſp.44.nu.12. Antonin.2. par.tit 5.c.1.§.6.Lopez Nauarr.& alij, qui tenent tactus libidinoſos, etiam inter ſponſos de futuro,non eſſe mortales, vt videbimus ſectione ſeq.

170 Probatur quia ſicut matrimonium excuſat à peccato mortali quærere propriam delectationem copulæ, ita & alias delectationes venereas,quæ ab vſu coniugis ſumuntur, excepta delectatione pollutionis, quæ ſi licita inter coniuges eſſet, multum derogaretur vſui copulæ & generationi,quia ea voluptas ingens, & incommodis vacat & ea conceſſa negligeretur copula ab his,qui filios nutrire, collocare commode nõ poſſunt.Confir.quia delectatio moroſa de actu coniugali,etiam ſi propterſe quæratur,non eſt peccatum mortale:ergo nec delectatio de tactibus propterſe expetita. Conf.etiam,quia matrimonium ordinatur in remediũ concupicentiæ tam copulæ quã tactuum, & in ſolatium quoddam humanæ vitæ, quod quidem ex his tactibus præcipitur:ergo inter coniuges nõ ſunt mortales.

Idem dicendum eſt de aſpectibus,verbis, ſeu colloquijs rerum venerearum inter coniuges:non etim ſunt peccata mortalia etiam ſi ob delectationem copulæ,vel aliam quærãtur,modo abſit affectus,vel periculũ pollutionis,licet ſint venialia,ſi ob delectationem fiant.Sanchez ſupra,num.13.

Sed quid de tactu,quo coniux membrum virile in os fœminæ,aut in vas præpoſterum intromittit, vel in ſuperficie illius vaſis tangit ſine animo ibi conſummãdi?vide Sanchez diſp.17.nu.4. &. 5. De tactibus autem in loco publico,ſeu coram alijs diſp.5.num.2.in loco autem ſacro,num.15.& ſeqq.

171 Quid autem iuris, ſi coniux tãgat ſeipſum ob captandam voluptatem veneream,quæ in ſolutis eſſet mortale peccatum,dixi late ſect. 19.concluſione.3.& dicam ſect.30.poſt.2.con. Deinde,quando dubium eſt de aliquo impedimento,ob quod non licet petere debitum, ſed tantum reddere,non erit licitum,niſi in gratiam alterius coniugis expreſſe,vel tacite petentis,ipſum tangere libidinoſe in verendis,vel alijs partibus vicinis,imo in nullis, vt ait Sanchez,diſput.illa.44.num.24. quidquid alij dicant in hoc.2.caſu.Probatur,qoia illud eſſet petere debitum, & ſine cauſa exponeret ſe homo periculo faciendi rem prohibitam.Hoc intellige niſi,illi eſto nõ eſſent coniuges,eſſent tamen ſponſi: tunc enim idẽ eſſet de illis,quod de ſponſis dicemus ſectione ſequenti: tactus tamen ad ſignificandam, augendam,vel confirmandam amicitiam aſſumpti,liciti eſſent ceſſante omni alio periculo.

172 Quando vero matrimonium eſt certum, ſed quia mutuo conſenſu votum caſtitatis emiſere,vel alter legitime profeſſus eſt, vel

ſacros

Digitized by Google

ſacros ordines ſuſcepit, debent à copula abſtinere, dicũt aliqui illicitos mortaliter eſſe tactus libidinoſos in verendis aut partib. viciniſ nõ vero in alijs, ſed hoc falsũ eſt, quia votũ caſtitatis omnẽ venereã delectationẽ excludit, & ita tenet Sanch. q. de matri. diſp. 44. n. 25. ſi tñ ſolum vouiſſent, nõ petere copulã, tactus licerent, ſicut antea ſecluſo periculo conſenſus in copulam, vt ibidem dicit Sanchez. n. 26. vt ſi copula eſſet ſolũ illicita propter notabile periculum aborſus, vel ſalutis, tactus eſſent liciti, ſicut antea, quia illo periculo vacarent ſimiliter in loco publico illicita eſſet copula, non tamen tactus aliqui venerei: ſimiliter ſi matrimonio cõtracto ſuperueniat impotentia, quamuis copula eſſet impoſſibilis phyſice: tamen tactus eſſent liciti. Sanchez eadem diſp. 44. num. 21. & 22. qui idem ait num. 23. quando propter affinitatem, vel cognationem ſuperuenientem matrimonio, alter, vel vterque coniux non poteſt licite petere copulã: poterit enim tactus libidinoſos habere, quod latius docet diſput. 30 num. 10. Vnde falſum eſt, quod ait Abul. Matth. 5. quæſt. 197. tactus inter coniuges eſſe mortales, quoties copula mortalis eſſet. Eo tempore quo ſponſa de præſenti licite poteſt negare copulam non erit iniuſtum eam inuitam tangere, quia hoc cõtra nullum ius eſt, imo ſi ſponſus petat, debet ipſa illum tangere, quia hoc contra nullum ius eſt. An vero ſponſis de futuro quibus non licet copula liceant venerei tactus dicam ſtatim.

SECTIO. XXVI.

Vtrum tactus inter ſponſos de futuro ſint liciti.

173 *1. Opinio.* PARTEM negantem docet Palud. 4. d 31. q. 3. n. 17. ſupplem. q. 3. a. vnico, dub. 2. & clarius Caieta. verbo impudicitia, & verbo oſculum, Sotus. 4. d. 34. q. 1. ar. 2. ad finem, verſic. ex quo fit, Angles, q. 8. de matrim. quæ eſt de impedimentis art. 5. dub. 9. concl. 1. & clariſſime Pedraza præcepto. 6. n. ſeu. §. 5. Corradus in ſumma, quæſ. 143. & aliqui recentiores docti. Henriq. autem. 11 de matrim. c. 19. §. 4. non dicit, olim fuiſſe licitos, & modo non, ſed modo non eſſe permittendos à parentib ſpeciali ratione nempe, quia eſt periculũ copulæ. qua modo ſponſalia non tranſeunt in matrimonium, vt olim Hæc opinio ſuadetur, quia nõ apparet, vnde nã ſponſi de futuro ius habeãt ad tactus venereos ſine mortali habendos, ſeu vnde in illis à mortali excuſentur.

174 *2. Opi. Authoris.* ¶ Probabilius tamen eſt hos tactus inter ſponſos, etiam ſi venerei, & libidinoſi ſint, mortales nõ eſſe ſi abſit periculũ cõſenſus in copulam, vel pollutionem, vel pollutionis ipſius; quoniam ſicut matrimonium excuſat à mortali copulam delectationis cauſa habitam: ita & ſponſalia, quæ ſunt inchoatio matrimonij excuſat tactum libidinis cauſa habitum, qui eſt quaſi inchoato copulæ, & expedit hanc licentiam ſponſis de futuro concedere, vt ſic inter eos amor foueatur & matrimonij cupiditas vbi guſtatã delectationẽ perficere poſſint abſq. mortali peccato. Cõfirmatur, quia ad excuſandas actiones minus venereas contractus minus perfectus, ſcilicet ſponſalium, ſufficere debet. Ita tenere videntur Caiet. 2. 2. quæſt. 154. ar. 4. §. in reſponſione ad. 2. & verbo ſponſalia, ſed forte non loquitur de oſculis amplexibus, & tactibus libidinoſis, clarius hoc docet Tabien. verbo oſculum, & verbo cogitatio, nu. vltimo. Armil. impudicitia, num. 2. Nauarr. cap. 14. nu. 18. §. 9. & cap. 16. nu. 12. & 13. Leſſius lib. 4. ca. 3. dub. 8. n. 58. & 59. cum Caiet. ſup. & Toleto. lib. 5. ca 14. Sayr. lib. 8. c. 6. n. 1. & ca. 7. dub. vlt, nu, 32. Medina. 1. ſumma ca. 14 § 18. Lopez 1. part. inſtruct. cap. 54. §. peccant parentes, & ca. 75. Lucius in ſumma præcepto. 6. not. 4. in fine, Petrus Ledeſma. q. 43. de matrimon. ar. 1. dub. vltimo, Aretin. conſ. 142. nu. 8. Menoch. 3. de præſumptionib. prę́ſumptione. 1. n. 16. Veracrucius appen. ad ar. 19. de cõditionib. matrimoni. §. hanc opinionẽ. Valen. 2. 2. diſpu. 9. q. 3. puncto. 3. ad finem. Sa verbo luxuria num. 14. §. oſcula, & tactus, Philiarch. to. 1. p. 2. lib. 4. ca. 18. dub. 3. Barthol. Ledeſm. difficult. 14. de matrim. ad finem. Sanchez. 5. de matrim. diſp. 5. quæſt. 7. n. 38. & lib. 9. diſp. 46. nu. 48. & ſequentib & illam limitationem, niſi ſit periculum pollutionis, &c. ponunt Nauar. Lopez, Vale. Philiar. Sa, Medi. Graffis, Lucius. Sayr. & alij.

Pro hac opinione aliqui citant Sotum. 4.
d 29. q. 2. ar. 1. ad finem verſiculo, *hoc tamen ad-* 175
diderim, & Gutierrez. 1. quæſtionum canonicarum, c. 22. n. 17. in fine, vbi dicunt, ijs, qui cõtraxerunt ſponſalia ſub conditione, ſi Pontifex diſpenſauerit, non licere amplexus, & oſcula, quæ alias licent ſponſis de præſenti, vbi per ſponſos de præſenti non intelligunt, eos qui matrimonium contraxerunt: rem enim vanã dixiſſent: ſed eos, qui abſoluta ſponſalia contraxerunt. Sed cum Sotus paulo poſt nempe diſtin. 34. vt diximus, doceat priorem ſententiam, non eſt credendum hanc. diſ. 29. docuiſſe: præſertim contra comunem modum loquendi vocando ſponſos de præſenti, eos, qui matrimonium nondum contraxerunt.

Aliqui etiã pro hac opinione citãt Syluеſ. matrimo. 5. quæſt. 8. quia ait, amplexus, oſcula, & alia huiuſmodi alicubi ſolere exhiberi ſpon-

Digitized by Google

ſponſis de futuro, ſed loquitur de tactib. non libidinoſis, nam libidinoſos etiam in coniugibus putat eſſe lethales, niſi referantur ad copulam, vt vidimus ſectione præcedenti. Sic etiam male citatur Angel. matrim. 3. impedimento. 16. §. 9. tantum enim dicit quod Sylueſt. illa. q. 8.

176. Addendum eſt primò, amplexus & oſcula, aliosque ſimiles tactus ſi inter ſponſos de futuro fiant ad extendendum, fouendum, nutriendum, vel augendum affectum beneuolentiæ, licitos eſſe, & culpa omni etiam veniali vacare, quia ſponſalibus, & bono illo fine cohoneſtantur. Sanchez illa diſp. 46. nu. 51. cum Caietano, Bartholomeo, & Petro Ledeſma, Aretino, Nauarro, Menochio, Medi. Valent. Philiarco, Lopez, & alijs: Quod verū eſt, etiā ſi diſtillatio, vel cōmotio ſpirituum ſubſeruientium generationi ſequatur: imo ſi magna eſſet neceſſitas, vel vtilitas habendi hos tactus, non eſſet peccatum illos exercere cū periculo pollutionis præuiſo, vt inter coniuges ſuperius diximus agentes de cauſis pollutionis: quòd licite admitti poſſunt: communiter tamen minor eſt neceſſitas inter ſponſos de futuro, quam inter cōiuges, vt ait Sanchez nu. 50. ſed in partibus verendis aut valde vicinis tactus inter iſtos eſſent peccata, ſicut inter omnino ſolutos: quia cum copula cōputantur, Caiet. Lopez, Graff. Bartholom. Petrus Ledeſ. & Sayr. locis cit. Nauar. c. 16. n. 13. & c. 14. n. 18 inde inferens, eſſe mortalia: quia ſecundum D. Tho. 2. 2. q. 154. a. 4. inter omnino ſolutos mortales eſſent: quod approbat Sanchez, nu. 52. quamuis Caietan. verbo ſponſalitia, videatur dicere, ſolum eſſe mortales, quando inter coniuges eſſent mortales. Hin infertur, non eſſe permittendum, vt ſponſi de futuro ſoli ſint: tum ob periculum horum actuum; tum ob periculum copulæ aut pollutionis Nauarr. ca. 14. nu. 18. § 9. cap. 16. num. 12. Lopez. 1. p. inſtruct. cap. 14 §. peccant parentes, Graff. ſupr. Sanchez, num. 3. Valent. & alij.

177. Addendum eſt. 2. ſimiliter ſponſis de futuro liciti ſunt aſpectus, & colloquia mutua de rebus venereis Nauar. c. 16. n. 12. Graff. ſupra Sanchez, nu. 54. Nauarr. addit. licitum eſſe frui voluptate, quę inde naſcitur, ſecluſo periculo pollutionis, & conſenſus in copulā. Explicat Sanchez licere, id eſt excuſari à mortali: itemq. ſi adſit finis honeſtus etiam à veniali: nam ſi voluptas ſit finis, etiam inter cōiuges venialia peccata ſunt. Excipit Sāchez aſpectus verendorum, ſicut excepimus tactus, ſed non eſt eadem ratio, quia tactus verendorū libidinoſi maiorem habent affinitatē cū copula, quā aſpectus libidinoſi earū partiū. ¶ Addendum eſt. 3. ſi ſponſalia ſunt cōditionata, & conditio nō dū eſt impleta, tactus libidinoſi ſunt peccata ſicut inter omnino ſolutos: de qua re agit Sanchez lib. 5. diſp. 5. n. 38. 39. & 40. idem eſt ſi promiſſio matrimonij non ſuit mutua. ¶ Addendum eſt. 4. ſponſam de futuro non teneri de iuſtitia ad permittēdum tactus ſponſi, nec ad tangendum illum cum ipſe id poſcit, quia ſua promiſſione ſolum obligauit ſe ad cōtrahendū ſuo tēpore matrimonium: aliunde autē ſponſus nullum iuſtitiæ ius habet in illam.

SECTIO. XXVII.

Vtrum ſit peccatum mortale velle aliquid malum ſub conditione auferente eius malitiam.

178. *Concluſ.* EXEMPLVM ſit an liceat velle acceſſum ad aliquā ſub conditione, quod eſſet propria vxor, R. licere ſublato periculo alterius mali. Palud. 4. d. 9. q. 3. ar. 1. Caiet. to. 1. op. 14. de delectatione moroſa dub. 1. & verbo delectatio pat. 2. §. 2. Armill. delectatio num. 4. Adrian. quodlib. 10. arti. 2. prope. initium. 2. Argu. Gabriel. 4. d. 15. qu. 13. ar. 3. dub. 3. Gerſon 2. p. in regulis moralib. alpha. 24. littera. G. in fine. Sa verb. peccatū. n. 2. Valen. diſp. 6. qu. 4. punct. 4. Lopez. 1. p. inſtruct. c. 2. verſic. ſextus modus. Vega verb. delectatio, caſu. 1. Eman. Rodrig. verb. luxuria. c. 194. n. 2. Sayr. lib. 8. ca. 7. dub. 1. Nauar. c. 16. nu. 9. fine Medina. 1. ſum. c. 17. & 1. 2. q. 74. ar. 8. dub. 4. vbi Zumel poſt. 4. diſp. dub. 1. Cordub. lib. 1. q. 23. dub. 13. fine. Pater, quia obiectū illius actus bonū eſt, cū conditio auferat turpitudinē, & aliæ circunſtantiæ poſſunt eſſe bonæ: ergo. Cōfirmatur, quia licitū eſt velle indui, & vti alienis veſtib. ſub conditione, quod eſſent ſuæ: ergo & vxore aliena, ſeu non propria, ſub cōditione, quòd propria eſſet. Idē eſt de voluntate occidendi latronē ſub cōditione, quod eſſe Iudex, &c. & de voluntate edendi carnes hodie, niſi eſſet prohibitū, & in alijs multis. Hanc ſententiā tenet Vaz. diſp. 114. c. 2. ſuppoſito quod detur actus cōditionati in volūtate, quos tū negat, ſed nos to. 1 late oſtēdimus, cōcedi debere: eandē tenet Azor to. 1. lib. 4. c. 6. q. 10. in rebus prohibitis iure poſitiuo, licet neget in prohibitis iure naturæ, citans Adrianum quodlib. 10. a. 2. lit. K. & R.

179. Male autem dicit Gerſon ſatis eſſe apponere condition em habitualiter, niſi per particulam, habitualiter, intelligat virtualiter: erit autem virtualis appoſitio conditionis, ſiquis abſolute velit ſequenti tempore accedere

dete ad aliquam modo licito, nempe præmittendo matrimonium: quod ideo vult contrahere, vt acceſſus ad illam licitus ſit: & ſicut licitum eſt velle copulam ſub illa conditione, ita & delectationem annexam copulæ, ſub eadem tamen conditione, vt notat Caietan. illo opuſculo.14.dub.1, ſed appetere delectationem propter ſe ipſam peccatum erit veniale, & in ijs, qui non poſſunt, vel nolunt contrahere cum aliqua matrimonium, iſti actus conditionales ſæpe erunt ocioſi, vel periculoſi, vt notat Petrus de Soto lect.9. de peccatis, & interdum id habebunt ineuitabiliter, immutabiliter, & indiſpenſabiliter.

180 Imo addunt aliqui quando obiectum amatum eſt intrinſece malum, & in nullo euentu poteſt honeſtari, actus conditionatos ſi liceret, ſi eſſet bonum, &c. non eſſe licitos, vt odio haberem Deum, deſtruerem illum, mentiter, docerem hæreſim, ſi liceret, ita Adrian. quodlib.10. atticulo ſecundo præſertim, concluſione.1. & eius Corolario: ſed hæc limitatio falſa eſt, quoniam licet obiecto illi ſit intrinſeca malitia, tamen affectus meus non fertur in illud ſecundum totum quod eſt ei intrinſecum, ſed ſeparando malitiam in apprehenſione mea, & in meo affectu: ergo non eſt vnde meus affectus malitiam contrahat, ſicut ergo hic conceptus eſt verus, ſi petrus non eſſet rationalis, non eſſet homo, quamuis conditio ſit impoſsibilis, & repugnans eſſentiæ hominis, ita iſte affectus eſt bonus, ſi non eſſet peccatum mentirer ad ſaluandum hominem, licet impoſſibilis ſit conditio, & repugnans eſſentiæ mendacij: quia non præciſe tantum, ſed negatiue ſeparando prius malitiam ab obiecto, non abſolute, ſed conditionaliter, & ſub illa conditione diligo obiectum. Confirmatur, quoniam licet obiectum aliquod ſit eſſentialiter, aut intrinſece bonum, vt non offendere Deum, nō repugnare rationi, tñ iſte actus eſt malus ſi eſſet malum, Deum non offendere, & non repugnare rationi, illud facerem: ergo etiam circa obiectum eſſentialiter malum poteſt haberi actus bonus, qui feratur in illud obiectum ſub conditione, quod non eſſet malum. Merito ergo Vazquez ſupra, ait, ſi quis haberet illum affectum conditionatum, quia videt, ſe ob ſuam fragilitatem ſæpius peccare, non fore mortale. Itē, illum affectum non poſſe procedere ex diſplicentia virtutis: quia virtus, vt ſic, nulli poteſt diſplicere, & ita non eſſe iniuriam virtutis.

Aduerte autem deſideria illa de copula ſub conditione matrimonij, poſſe eſſe peccata mortalia ratione periculi conſenſus abſoluti, vt notant Gerſon, Cordub a ſupra & alij. Item quamuis ex Azor ex Adriano cenſeat, illicitum eſſe deſiderare, vt furtum & ſimilia non eſſent prohibita iure naturæ: quia eſt deſiderare, vt inuertantur rerum naturæ: tamen non video cur ſit illicitū vel ſaltem mortale deſiderare, vt ſi commode fieri poſſet, non eſſet illa natura rei; licitum namque eſt violanter applicato ad ignem deſiderare, vt non combureret, nec id eſſet ipſi naturale, ſi abſq. incommodo id poſſet fieri.

SECTIO. XXVIII.

Vtrum liceat delectari de obiecto malo ſub conditione auferente eius malitiam, vt de concubitu cum aliqua, ſi eſſet propria.

PRIMA opinio, & communis eſt eſſe peccatum mortale de his obiectis delectari Duran.2.diſtin.24. quæſtione.6. in fine. Caietan. Medina, Emanuel, & Armilla locis citatis ſectione præcedenti in principio. Zumel. q.74. artic.8. poſt diſput.4. dubio.1. Valen. diſput.6. quæſtione.4. puncto.4. Vega verbo delectatio, caſu.2. Lopez. 1. part. inſtructor. cap. 75. Graffis. 1. part. deciſio. lib.2. cap. 78. num.8. Nauarr. cap.16. num.9. verſic.6. Vazquez diſp. 114. cap.2. & diſp.116. Sayr. lib.8. cap.7. dubio. 10. citans etiam Nauarr. cap. ſi cui de pœnit. d.1. & Philiarchum de offic. ſacerdot. part.2. lib. 4. cap.18. Ioannes Baptiſta Corradus, in ſumma, quæſt. 50. dicens, ſi quis cogitat de aliqua muliere ſi eſſet ſua, & ſecum coiret, vel eam amplexaretur, &c. delectationem eſſe illicitam, præſertim circa perſonas inhabiles ad matrimonium: fauet D. Tho. quæſt. 24. ar.4. ad.4. 181 1. Opinio.

Alij dicunt, peccatum mortale eſſe delectari de re, quæ ex natura rei eſt mala, & naturali iure eſt prohibita, vt de fornicatione; verum non eſſe peccatum mortale delectari de re, quæ iure tantum poſitiuo prohibetur, vt de ludo talorum, aut de comedendis carnibus in die veneris, vel quadrageſimæ. Sylueſt. verbo ludus, quæſtione. 8. Baptiſta, ſeu Roſella ibi. §.2. quem refert, & ſequitur. Gabriel.4. diſtin.15. quæſtione. 13. articulo.3. dubio.3. Ledeſma.1.4. quæſtione.21. articulo.7. dubio.5. Azor. tomo 1. lib. 4. capite. 6. quæſtione.10. citans Adrian. quodlib.10. ar.2. 182 2. Opin.

Sed

Sed Azor ſibi eſſe contrarium ait Sayr.ſupra, quia eod. c.q.6. confutauerat diſtinctionem illam de prohibitis iure naturali aut poſitiuo. Sed certe Azor.q.6. in alio caſu loquitur. His conſonant Gerſon 1.parte in regulis moralibus circa finem. Alphab. 24. littera G. in fine Cordub.lib.1.q.23.dub.12. & dub. 13. in fine,& licet Ioan Med.de reſtit.q.21. dicat, eſſe mortale delectari de eſu carnis cogitato in die quadrageſimę.forte intelligit,ſi nõ apponatur conditio auferens malitiam, ſeu prohibitionem.

183 *Fundamentum. 1. opinionis refellitur.* Prioris ſententiæ fundamentum eſt : quia licet deſideriũ poſſit eſſe conditionale (quod licet neget Vazq.ſupra, eſt tamen communis ſententia, vt notat Herrera infra eãdem ſequẽs) delectatio tamen ſemper eſt abſoluta, eo quod eſt de re iam habita in re, vel in apprehenſione: ita Vazq. Valent. Caietan. Nauar. & alij: ſed hanc rationem reijciunt nonnulli recentiores, quia ad delectationem ſufficit conſecutio boni cognita, ſeu apprehenſa ex D.Tho.q.32.a.1.& 3. ſed obiectum poteſt eſſe cognitum & apprehenſum ſub conditione auferente eius malitiam moralem, remanente naturali: ergo vt ſic poteſt delectare, & ſic delectatio erit de conditionato obiecto, ac proinde conditionata: ſicut & propoſitum. Confir.1. cur enim dabile eſt propoſitum conditionatum non vero delectatio conditionata? Confirm.2. quia experimur, nos aliquando gaudere de obiectis conditionatis, vt de eo quod ſtatueremus, ſi eſſemus Reges, vel Pontifices.

184 *3.Opinio. Prima eius concluſio.* Vnde dicunt hi iuniores. 1. non eſt peccatum mortale habere in voluntate delectationes de obiectis conditionatis, quæ licite deſiderantur ſub conditione: intelligunt ſecluſo periculo pollutionis, vel conſenſus in copulam, aut alio ſimili.

Probant, quia huiuſmodi delectationes conditionatæ non continent maiorem malitiam, quam deſideria conditionata, ſed hæc poſſunt eſſe licita: ergo & illæ poſſunt eſſe licitæ. Confirmatur primo, quia in omni bono; quod licet amare, licet quieſcere, ſi ſit poſſeſſum, vel apprehendatur vt poſſeſſum, ſed obiecta illa conditionata licite amantur: ergo in illis apprehenſis, vt poſſeſſis licite quieſcimus ſeu gaudemus, & lætamur. Confirmatur. 2. quia non peccat mortaliter Laicus, ſi delectetur de ordinibus quos cõferret ſi eſſet epiſcopus, & de legibus ferendis ſi eſſet Rex: ergo nec ſolutus ſi delectetur de copula, quam haberet ſi eſſet coniugatus. Confirmatur. 1. quia licitum eſt gaudere de iniurijs illatis Chriſto, & martyribus quatenus ex illis reſultauit noſtra ſalus: ergo ſimiliter eſt licitum gaudere de copula apprehenſa ſub conditione, quod eſſet licita, & vt licita.

Secundo dicunt, peccatum mortale eſt velle in appetitu ſenſitiuo præſentẽ delectationem ſenſibilem de obiectis illis ſub conditione auferente malitiam. Putant hoc ſolum voluiſſe auctores primæ opinionis, & magis ex primi à Corduba, & Gerſone pro ſecunda opinione citatis, quantum ad obiecta iure naturæ prohibita, & ita prędictos Auctores non aduerſari 1. opinioni. 185 *2.Concl. eiuſdem opinionis.*

Probant primo quia delectatio, quæ in appetitu ſenſitiuo reſultat ex concubitu cogitato, prouenit præſertim ex vehementi commotione ſpirituum vitalium ſubſeruientium generationi, & ſemini, quare eſt, ſicut de coitu inchoato præſenti: ergo eſt peccatum mortale, ſicut delectari de copula, quando eſt præſens.

Secundo quia actiones appetitus ſenſitiui non ſunt conditionales, nam imaginatiua, & æſtimatiua non poſſunt apponere conditiones, quia in conditionibus reperitur affirmatio & negatio, & illatio: ſenſus autem interni non affirmant negant, aut inferunt.

Tertio, quia licet daremus, aliquos actus conditionales in appetitu ſenſitiuo, tamen de concubitu cogitato ſub conditione, quod liceat nullus talis eſſe poſſet, quia de illa conditione non curat appetitus ſenſitiuus, cum ſolũ moueatur à bono ſenſibili, ſeu corporeo, vt ſic & ita delectatur de coitu independenter ab eius honeſtate, & à matrimonio illum honeſtante.

Hanc opinionem ſequitur Thomas Sanchez tom. 3. de matrimonio lib. 9. diſput. 14. n.22. ait enim, ſoluto fas eſt voluntate concipere delectationem, aut gaudium de acceſſu ad mulierem, ſi eſſet ſua: non vero in appetitu ſenſitiuo, quia delectatio in hoc conſurgens oritur ex commotione ſpirituum vitalium ſubſeruientium generationi, vnde eſt quaſi inchoatio coitus, qui illicitus eſt, & quia delectatio appetitus ſenſitiui non fertur in obiectum ſub conditione, ſed abſolute quod bene explicat Caietan. tomo.1. tractatu de delectatione moroſa dubio primo, idem Sanchez diſput.47. quæ eſt vltima nu.4. & 5. nam nu.4. docet, peccatum lethale eſſe captare delectationem appetitus ſenſitiui non dum coniugatos de copula futura tempore matrimonij cogitata, quoniam ille actus appetitus ſenſitiui ſemper fertur in copulam præſentem, vt præſentem, cum præſenti commotione, ad illamque ordinatur, & eſt quædam illius inchoatio: at copula præſens ſolis 186.

Digitized by Google

ſolis cõiugatis licita eſt. Confirm. quia ſicut
externa delectatio venerea ſecluſo præſenti
matrimonio eſt mortalis ita interna , quæ
eiuſdẽ rationis eſt;nec eius malitia aut boni-
tas æſtimãda ſunt ex copula præterita aut fu-
tura,ſed ex præſenti ad quam tẽdit,& ita (in-
quit) docet Nauar.in ſumma latina, c. 16. n.9.
& Hiſpana nu.10.& c.ſi cui de pœnit.d.1. nu.1.
Graff.1.p.deciſionũ lib.2.c.78. n. 9. Ludouicus
Lopez 1.p.inſtruct.c.75.§.ſed maius dubiũ &
ſequentib.Eman.to.1 c.212.n.3.Vega to.1.c. 81.
caſu.2.vbi dicunt,eſſe mortale delectari d co-
pula cogitata,quando erit matrimoniũ & in
ipſis ſponſis de futuro tenent expreſſe Cord.
lib 1.q.23.dub.13. Vazquez.12.diſp.114.nu.3. &
ſequentibus.Sed de ſponſis dicetur ſect.ſeq.

Numero autẽ.5.ait Sanchez,à fortiori eſſe
187 mortale,delectari appetitu ſenſitiuo de copu
la cogitata ſub conditione ſi eſſet matrimo-
nium,propter rationes nu. 4.allatas, & quia
quãuis conſenſus,& deſideriũ ferantur in ac-
tum ſub conditione, ac proinde licitũ ſit in
eum actum cõſentire,illũque deſiderare ſub
conditione matrimonij:at delectatio illa præ
ſens appetitus ſenſitiui,nõ poteſt ferri in ac-
tum.ſub conditione,ſed in actum præſentem
& vt talẽ apprehẽſum.Citat pro ſe Caie. to.1.
op.14.de delectatione moroſa,dub.1.& in ſu-
ma verbo delectatio.§ 2.an delectatio,vbi Ar
mil nu.4.Nauar.Graff.Eman.Cordu.nu.4.ci-
tati Nider in ſumma præcepto.9.ca. 4.dub.4.
Nieua.ſum.tit.105.Medi 1.2.q.74.a.8.dub.4.&
ibi Zumel diſp.4.dub.1.Valen.diſp.6.q.4 pun.
4. Philiarc to.1.p.2 li.4.c.18.hæc Sanchez qui
nõ dicit expreſſe:ſatis tamen inſinuat , in vo-
luntate poſſe dari delectationes conditiona-
tas de illis obiectis & eſſe licitas:tãtum enim
negat in appetitu ſenſitiuo delectationes cõ-
ditionatas,ideoque damnat omnes delecta-
tiones appetitus circa talia obiecta.

188 Alij abſolutẽ dixerunt eiuſmodi delecta-
4.Opin. tiones non eſſe lethales,cum ſint de obiecto
cõditionato cũ cõditione iuſtificante ipſam;
ſed pro hac ſentẽtia nullus in particulari pro
fertur auctor,cui tñ fauet Henr.dicens. Si ſa
cerdos,vel religioſus in deſiderio, vel delec-
tatione cõditionali moueatur ex affectu ad li
bidinem apprehẽſam talis actus eſt mortalis,
ſecus ſi ex aliquo honeſto fine,vt habẽdi pro
lem itaq.cenſet,nullũ eſſe conſtituẽdum hac
in parte diſcrimẽ inter deſiderium & delecta
tionẽ,cũ hæc etiã poſſit eſſe conditionata.

Dico tamen primo non ſolum in appetitu
189 intellectiuo:ſed etiam in ſenſitiuo dari poſſe
5.Opin. delectationes aliquas cõditionatas, probatur
Auctoris. primo,quia nõ eſt maior ratio de appetitu in
1.Conclu. tellectiuo quã de ſenſitiuo:nam etiã imagina
tio,vel eſtimatiua poteſt apprehẽdere & præ
ſentare obiectũ ſub conditione,nec enim ad
hoc requiritur illatio, diſcurſus, affirmatio
aut negatio:ſed ſatis eſt ſimplex apprehenſio
poteſt eum imaginatio,vel æſtimatiua appre
hendere aliquid mali in obiecto ſine aliqua
conditione,quod nõ apprehẽdat cum aliqua
cõditione,& ideo appetitus poterit lætari de
illo cum tali conditione & non cũ alia, præ-
ſertim ſequendo in hac re voluntatẽ,quæ per
ſympathiã vel per imperiũ poteſt trahere ap
petitũ ad actus ſimiles ſuis: ergo in appetitu
ſenſitiuo poſſunt dari delectationes conditio
natæ,ſeu reſtrictæ ad obiecta.cum talibus cõ-
ditionibus videlicet matrimonij,vel alterius
ſimilis,quæ conferat malitiã obiecti.Confir-
matur nam canis capit panẽ oblatũ vno mo-
do & non alio:ergo ſimiliter appetitus ſenſi-
tiuus in nobis poteſt lætari de re ſub vna cõ-
conditione,& nõ ſub alia. Conf.2. quia bruta
geſtu indicant,ſe cibum aliquem appetere:tñ
cõtinentur metu faſtis: habent ergo ſua deſi-
deria cõditionata,ac proinde cur non delec-
tationes conditionatas? §2. Probatur, quia
in appetitu ſenſus ſunt deſideria conditiona-
ta de copula cũ aliqua, ſi eſſet vxor &c. ergo
etiã poſſunt dari delectationes conditionatæ,
cõſequẽtia patet,quia ſicut in voluntate pro-
bant aduerſarij delectationos conditionatas,
quia in ea dantur deſideria conditionata : ita
debet colligi in appetitu ſenſus. Antecedens
vero probatur: alioqui in coniugatis omnia
deſideria appetitus ſenſitiui de copula erunt
mala,quia ſunt abſoluta de re prohibita & te
neretur voluntas illa omnia reprimere ſaltẽ
ſub peccato veniali,quod tñ eſt falſum:q ſã-
nis aliqui conſequenter dicant, omnẽ actum
appetitus ſenſitiui circa copulã eſſe mortalẽ,
ſiue ſit amor,ſiue ſpes vel deſiderium & ſimi-
liter omne odiũ,fugã,timorẽ & triſtitiã de ca
rentia copulæ.

Dico.2.probabile eſſe,quod eiuſmodi dele 190
ctationes conditionatæ de obiectis cõſidera-
tis ſub conditione auferente malitiã, ſunt li- *2.Concl.*
citæ vel ſaltem non ſunt mortales, etiam ſi
ſint in appetitu ſenſitiuo : probatur primo,
quia feruntur in obiecta bona,ſeu licita: qua
le autem eſt obiectum,talis eſt delectatio,vt
ait Ariſtot.1 ethicorum : quia non eſt maior
ratio de delectationibus conditionatis volũ-
tatis,quã appetitus ſenſitiui,vt poſſint ſic eſſe
licitæ,vel immunes à culpa mortali imo mi-
nor,quia voluntas magis tenetur verſari cir-
ca bona obiecta, quam appetitus ſenſitiuus.
§3.quia multi Doctores abſolute affirmãt,lici
tũ eſſe,vel ſaltẽ immune à mortali ſponſis &
alijs delectari de copula matrimonij quã cre
dũt & ſperãt,ſe habituros,ſub cõditione matri
monij,q credũt & ſperãt ſe cõtracturos,vt vi
debimus ſect.ſeq & alij ide abſtineri de illis,qui
bus nulla eſt volũtas,aut [illegible] matr. vt refert
Nu Cord.l.

Corduba.lib.1.q.23.dub.13.& vtrūq. cenſet probabile ipſe Corduba:nam oppoſitum ſolum appellat tutius,& forte verius, quamuis Zumel dicat tales delectationes eſſe veniales, eo quod ſunt otioſæ, & abſque neceſſitate, vel pietate habentur,qui ſic poſſet etiam dicere,deſideria conditionata eſſe venialia:ſed neutrū ea ratione conuincitur:quia actus tēdentes in obiecta honeſta non ſunt otioſi & vani,ſed honeſti & boni moraliter. Confirmatur ex Doctoribus aſſerentibus, huiuſmodi delectationes conditionatas vacare culpa mortali,cum non ex libidinis affectu procedunt,ſed ex alia iuſta cauſa,vt ex amore ſobolis habendæ: refert id Zumel ſupra, & ex eo Sanchez,ſi autem ſic non ſunt mortales,videtur,nec veniales eſſe;cū materiale & formale obiectū habeant honeſtum,quamuis ſi propter ſe apetantur,ſint veniales:ſicut etiam in coniugatis veniale eſt propter ipſas expetere delectationes venereas,vel alias,ſaltē ſenſibiles, 4.Prob.quia delectationes etiam ſenſitiuæ de alijs obiectis,malis quidē, ſed ſub cōditione auferente malitiam ſunt licitæ: ergo etiā de copula cogitata, mala quidē, ſed ſub cōditione matrimonij auferente copulæ malitiam: par enim ratio eſſe videtur. Antecedens docent multi,vt vidimus in delectationibus de rebus prohibitis tantum iure poſitiuo,eadem autem ratio eſt de prohibitis iure naturali & in voluntate id concedunt multi: eadem autem eſt ratio in appetitu ſenſitiuo: ergo.Conf.1.quia appetitus ſenſitiuus Chriſti licet deſiderabat vitam & fugam mortis ſub cōditione,quod non eſſet prohibita & licite letabatur de tali fuga cogitata ſub illa cōditione eſſe,liciteque recuſabat mortē & de illa triſtabatur ſub conditione, quod non eſſet præceptum acceptandi mortem: ergo ſimiliter licitū eſt gaudere de copula cogitata ſub cōditione, quod nō eſſet prohibita vel quod eſſet matrimonialis. Antecedens docet Suar. 3.p.tom.1.diſp.34.ſect.2.§.dices ergo,vbi ait,in apetitu ſenſitiuo hominis & bruti eſſe actus condicionatos virtute, licet non formaliter, ſic in Chriſto licite deſideraſſe fugā & euitationē mortis ſub cōditione,q nō eſſet prohibita.Conf.2.nam cōiugatus licite delectatur de copula mala præhabita,ſub conditione tn̄ auferente malitiā,vt ſi non fuiſſet habita in eccleſia in publico,cū ſcādalo, tēpore menſtrui &c.ergo ſimiliter licitū eſt delectari de copula cū aliqua ſub cōditione,q eſſet vaor.

191 Dico.3.tutius & forte probabilius eſt, omnes has delectationes venereas, ſi habētur cū conſenſu formali in ipſas eſſe peccata mortalia,ſi vero cum conſenſu interpretatiuo,ſaltē venialia,ſicut ſuperius dictū eſt de delectationibus abſolutis. Ratio eſt,quia omnes delectationes venereæ tam cōditionatæ quā abſolute videntur prohibitæ non coniugatis,& hoc in fauorem matrimonij & bonorū ipſius: ſi enim hæ delectationes licerent non coniugatis,facile contemneretur ſtatus & vſus matrimonij,& eadem ratione coniugati non poſſunt licite capere delectationē,niſi de ſuis cōiugibus,itaq.quāuis in alijs verū ſit, actus qui verſantur circa obiecta bona,bonos eſſe: hic tamē fallit,quia ipſæ delectationes propterea prohibentur à natura & nō propter ſua obiecta, quæ licita ſunt. Confirmatur.nam copula in cōmuni non eſt mala: tn̄ ſi quis illā appeteret vel lętaretur de illa abſtrahendo à matrimoniali,peccaret,ac ſi nō matrimonialē appeteret,vel de nō matrimoniali lętaretur:ergo ſimiliter quamuis delectationes de copula ſub conditione matrimonij habeant bonum obiectū,poſſunt eſſe prohibitæ & malę Itaque ſicut ſolū matrimoniū honeſtat copulam, vt docent doctores cū Magiſtro.4.d.31.ita & delectationes venereas. Cōfirmatur ſecūdo; nā quāuis licitū ſit lætari de alijs malis propter aliquod bonū,& cōmodū ipſorū præſcindēdo à malitia,vt in Chriſto de euitatione mortis præciſe vt erat cōmoda & conueniens naturæ,præſcindēdo à prohibitione:& in nobis de occiſione hoſtis,nō vt fuit in vindictā, ſed vt attulit hereditatē,vel intulit alia cōmoda, & vitauit incōmoda aliqua:tn̄ non eſt licitū lætari de copula non matrimoniali exercita, vel cogitata cum præciſione à cōditione matrimonij:ergo aliquid ſpeciale habent circa hoc delectationes venereæ:ſimiliter ergo dici poteſt,eſſe ſpeciale in illis,vt etiā ſi ſint de obiectis cū cōditione cū qua delectamur de illis,tn̄ ipſæ ſint illicitæ,niſi ſint in cōiugatis, vel ſaltem in viduis & habeant pro obiecto pręſentes,vel defunctos coniuges.

4.Concl.

Dico.4.Saltē conſenſus in delectationē de notabili diſtillatione, vel notabili cōmotione mēbrorū & ſpirituū ſubſeruientium generationi,eſt lethalis in nō cōiugato, quia eſt de obiecto pręſenti malo & prohibito illi ſub mortali,imo & cōiugato,vt dixi ſectione.18. niſi quādo licitæ copulæ poteſt deſeruire & propter hunc finē aſſumitur, & forte id intenderunt non nulli,qui dixerunt,delectationes partis ſenſitiuæ exurgentes in cogitatione copulæ quaſi eſſet matrimonialis, eſſe peccata mortalia, quia ſunt de obiecto præſenti:hoc enim verū nō eſt,niſi ſint de diſtillatione, vel cōmotione præfata,quā nō ſolum procurare, ſed ſine cauſa permittere mortale eſt,vt ſuperius diximus. 192

3.Conclu.

Sect.29.Vtrum ſponſo liceat delectari de actu matrimonij futuro.

Suppo-

Digitized by Google

193 SVpponimus, vt certum & commune, licere ſponſo conſentire in actum matrimonij futurum cum cõiuge, nimirum conſenſu, & deſiderio cõditionato, modo, vt appetit vel ſperat, cum illa matrimonium prius contrahatur, ita Adrianus, Corduba, Veracruz, & alij referendi, & patet ex ſect. 26. ſolum dubitamus modo de delectatione in copula illa matrimoniali cogitata, deſiderata, & ſperata: & hoc, ſecluſo periculo pollutiōis, vel conſenſus in copulam illicitam.

1. Opinio abſolute ait delectationem eiuſmodi eſſe licitam videtur Adriani. q.4. de Euchariſtia, & expreſſe Med. cum Victo. q.74. ar. 8. dub.3 Zum. eodem ar. diſp 4. dub.3. quidam Neotherſci, vt refert Cord. li.1. q.23. dub. 13. id cenſens probabile, quia tamẽ dicit, oppoſitũ eſſe tutius & forte verius. Hãc opinionem tenet etiam Valentia diſp.6. q.4. puncto.4.

Suadetur, quia coniugato licitum eſt delectari de copula matrimoniali futura, eo quod obiectum eſt licitum: ergo & ſponſo, quia etiam obiectum eſt licitum. 2. Opinio abſolute ait, illicitas & mortales eſſe huiuſmodi de-
194 lectationes, quam opinionem nonnulli tribuunt Cord. lib.1. q.23. dub.13. Veracrucio in ſpeculo. p.1. a.20. Pedrazæ in ſumma præcepto 6. n.5. Hæc videtur opinio Azoris to.1. li.4. c.6. q 7. licet interdum inſinuet ſequentẽ opinionem. 3. Opinio diſtinguit de delectationibus voluntatis & appetitus ſenſitiui priores cenſet, eſſe illicitas circa copulam ſperatam tempore matrimonij: poſteriores vero non. Ita quidam recentiores, quos videtur ſecutus Sanchez citatus ſectione præcedenti ante cõcluſionem noſtram, qui pro.2. p. nimium delectationes ſenſitiuas circa talia obiecta eſſe ſponſis prohibitas ſub mortali, refert Nauarr. Graff. Lop. Eman. Vegam, Cord. & Vazq. Hæc opinio probabilis eſt, ſi nomine delectationis ſenſitiuæ intelligatur cõmotio quædam libidinoſa corporis, quæ ſit obiectum ſenſus & appetitus ſenſitiui: in hanc enim poſitiue conſenti e, peccatũ m. apparet etiam in ſponſis de futuro. Addunt recẽtiores, ſicut ſponſis de futuro illicita ſunt oſcula, amplexus, & ſimiles tactus venerei cum ſuis ſponſis, ita & commotiones ſenſibiles, quæ ex cogitatis oſculis, amplexibus, alijſque ſimilibus tactibus venereis reſultant: ſed non ex alijs tactibus. inſuper ſponſos minus rigide obligari ad repellendas cogitationes circa futuram vxorem, quã ſi nõ eſſent deſponſati: omnes tñ actus appetitus ſenſitiui circa copulã futurã tẽpore matrimonij eſſe illicitos, quia omnes ſunt abſoluti. [illegible] iã ſect. præceden. expoſuimus, quid de delectatione circa copulã ſperatã tẽpore matrimonij in ſponſis vel alijs dicendum ſit. Et mihi placet Leſſi. li.4. c.3. dub.15. dicens, ſponſos de futuro non poſſe ſe oblectare imaginatione copulæ futuræ, eam tanquam præſentẽ fingẽdo, quia in hoc ſtatu copula eſt illicita, ſi tñ copulam ſolum apprehendant vt futurã, poſſe de illa gaudere: hoc enim nihil aliud eſt, quã gaudere de ſpe, & expectatione boni futuri: quæ ſpes modo præſens eſt, & per ſe licita. De delectatione autem in tactibus licitis dicimus, licitã eſſe ſponſis, ſicut liciti ſunt ipſi tactus, quod diximus ſect. præced. & tenet Azor illa. q.7. tñ ſicut ſecum omnes tactus venerei ſunt illiciti; ita illicitæ ſunt delectationes de tactibus ſecum habitis in re, vel in apprehenſione. Inſinuat etiã Leſſi. cõmotionẽ corporis libidinoſam illicitam illis eſſe, & lethalem: ac proinde etiam conſenſum in delectationem de illa eſſe lethalem.

SECTIO. XXX.

Verum ſit mortale viduis vel coniugatis conſentire in delectationẽ de actu matrimonij præterito & coniugatis de actu futuro.

IN viduis aliqui iuniores dicunt nõ eſſe p.m. delectari de actu matrim. præterito. Caie. to.1. tract.14. de delectatione moroſa dub.2. & 1. 2. q. 74. a 8. ad 4. & in ſum. verb. delectatio. §.2. an delectatio, vbi Roſell. n.3. Armil. nu.3. Angel. verbo cogitatio. n.3. Tabie. q.7. n.8. Vigue. c.5. §. 5. verſ.5. fine. Magar. confeſſor. tract. de luxuria fol.110. Pedraza in ſum. præcep.9. § *en todos los mandamientos*, in fine, Nieua ſum. tit. 105. Valentia 1.2. diput.6. quæſtione.4. puncto.4. & 3. referẽs Victor. Zum. diſp.4. dub.3. Sa verb. luxuria. n.13. Palac.2. d.24. diſp.2. in fine. Palud. 4. d.9 q 3. a 1. con.1. n.9. citatur Antonin.2. p. tit. 5. c.1. § 6. ſed ſolum videtur loqui de coniugatis. Med.1. ſum. c.14. §.38. & 1.2. q.74. a.8. dub. 2. Tabie. verb. luxurioſus. n.9. verſ.8. Philiarc. de offic. ſacerd. p.2. li.4. c.18. ſi credimus Sayro in ſ[illegible] Richar. apud Sylu & Armil. ſupra, Corra. in ſum. q.90. Vega verb. delectatio caſu.2. Eman. verb. luxuria. c.194. n.3. Luci. in ſum. circa.6. præcep. notab.4. in fine. Herre. diſp.33. q. 13. [illegible] Pet. de Sot. lect.9. de peccatis. Alij vero ei tribuunt oppoſitum, ſed neutrum docet; dicit eſſe illicitum & non explicat, ſit nem. quãuis inſinuet, tantum eſſe veniale. 196 1. Opin.

Suadẽt. 1. quia actus præteritus fuit licitus. ẽ actu autẽ licito licitũ eſt delectari. 2. quia cõiugium præſens excuſat à mortali delectationem de actu præſenti: ergo & præteritum de actu præterito. 3. quia licitum eſt ratificare actũ præteritũ: ergo & delectari de illo. 4. quia vt notat Cai. & Val. differẽtia præſentis, præteriti

& ſi tuti, non variat rationem bonitatis, aut malitiæ moralis, ſed licitum eſt coniungi delectari de actu præſenti; ergo & poſtea, etiam diſſoluto matrimonio, de actu præterito. 5. Nam Iudex etiam functus officio ſuo, poteſt licitè capere voluptatem de præterito actu iuſtitiæ vindicatiuæ: ergo etiam vidua de actu coniugali, qui fuit etiam iuſtitiæ, maxime, qñ reddebat debitum. Ratio eſt Valẽtiæ, quæ ſalrem probat de actu iſto, vt iuſtus fuit, licitè gaudere poſſe, quod forte non negarent aduerſarij, ſed de actu præterito, vt venereo.

197 *2. Opinio.* Alij putant eiuſmodi delectationes eſſe illicitas Vazq. diſp. 111. & 113. ſed præcipue 114. c. 2. nu. 3. & ſequent Sayr. lib. 8. c. 7. dub 9. citans pro ſe, ſed male Petrum de Soto ſupra, aliqui etiam citant Lopez. 1. part. inſtructorij. cap. 75. §. hinc perſpicuum, Tolet. lib. 5. c. 14. Graff. 1. p. deciſionum lib. 2. c. 78. n. 9. qui male pro ſe citat Nauarrum. Ait tamen Lopez, non eſſe peccatum m. permittere eiuſmodi delectationes ſecluſo periculo conſentiendi in opus, vel in illas. Deinde Sayrus citat Lopez pro ſententia aſſerente, licitum eſſe viduæ delectari de actu præterito, vt præterito, & ſponſis de futuro vt futuro, non autem de præterito vel futuro, quaſi præſenti. Pro quo citat Ang. cogitatio n. 2. Tab. n. 8. §. 7. Nauarr. c. 16. nu. 10. ver. 7. & c. ſi cui de pœnit. d. 1. n. 2. & Ioan. Bene dictum. lib. 2. de peccatis. c. 9. §. 1. n. 86. Sa verbo luxuria. Azot. to. 1. lib. 4. c. 6. q 6. & 7. Cordub. lib. 1. q. 23. dub. 12.

198 *3. Opinio.* Alij autem dicunt delectationes voluntatis de illis actibus, non eſſe peccata mortalia, ſecus delectationes appetitus ſenſitiui. Ita tenent aliqui recentiores, quos ſequitur Sanchez lib. 9. de matrimonio diſp. 47. n. 7. docẽs, eiuſmodi delectationes venereas, ſi ſint in appetitu ſenſitiuo læthaliter admitti, & pro hac parte præter Lopez, Vazq. Petrum de Soto, & Graffis citantur Nauarr. c. ſi cui de pœniten. d. 1. n. 2. & ſequentibus, & in ſumma. c. 16. n. 10. Cordub. lib. 1. q. 23. dub. 12. & 13. Philiarch. tom. 1. p. 2. lib. 4 c. 18. Emanuel Rodriguez. 1. tomo. ſummæ editione. 2. c. 212. n. 3. Vega to. 1. c. 81. caſu. 2. in. 2. editione: pro eadem alij citant Sylu. delectatio. q. 2. & 3. n 4. Tabien. cogitatio. q. 3. docent tamen Syluest. Nauarr. & Corduba, delectationes huiuſmodi in voluntate non eſſe peccata. Sanchez ſuam ſententiam probari putat argumentis, quibus probauerat, delectationes ſponſorum de actu futuro matrimonij eſſe peccata mortalia, ſi in appetitu ſenſitiuo ſint alij vero recentiores probant: quia appetitus ſenſitiuus non poteſt ferri in præteritũ, vt ſic, & ideo in cõiugatis omnis actus appetitus ſenſitiui circa venerea eſt malũ, quia omnis reſpicit illa, vt præſentia: nullus autem actus circa rem veneream, vt præſentem eſt bonus niſi in coniugatis.

199 *4. Opinio auctoris. 1. Concl.* Sed mihi placet ſententia Leſſij li. 4. c. 3. n. 120. Viduam non poſſe delectari de actu coniugij præterito, ſi illum tanquam præſentem, & nunc exercitum per imaginationem conſtituat: quia actus & commotio libidinoſa corporis in eo ſtatu non ſunt illi conceſſa, ſecus ſi ſolum gaudeat de illo tanquam de re præterita: nam de præterito non ficto vt præſenti, ſolum poteſt gaudere, ratione alicuius effectus conſecuti, vt cognitionis, experientiæ, famæ, honoris, vel ſimilis rei ſecundũ Leſſium. Sed licet de præterita copula, vel delectatione ſecundum ſe gaudere poſſet, & gauderet, nõ eſſet mortale. Vnde dico primo, *1. Concl.* ſi adſit pollutionis periculum, has delectationes, tã inuiduis, quã in cõiugatis peccata mortalia eſſe, ita Caie, Palac. Sylu. Nauarr. Cord. Vigue. Lopez, Margarita, Ange E nan. Corra. Vega, Vaz. Val. Herie. Caie. Armẽ. Med. Zum. Sanch. & alij locis citatis; tenemur enim ſub mortali alias & ſimiles pollutionis cauſas euitare, vt in ſuperioribus vidimus, & quod dictum eſt de periculo pollutionis, merito dicunt multi ex iſtis de periculo conſentiendi in opus mortale, vel delectationẽ illius, quia iſti conſenſus ſunt peccata mortalia.

Sed quid ſi tantũ ſit periculũ alicuius motus obſcœni mẽbrorũ genitalium, vel alicuius titillationis, aut deſtillationis, in qua nõ ſemẽ ſed humor alius efundendus ſit? Vaz. diſp. 113. in caſu perſonæ coniugatæ, ait, ſi vero non ſit pollutio, nec periculũ illius, quãuis ſit cõmotio in mẽbris, ſine tactu aliquo, vel irritatione, nõ erit mortale, ſecus ſi tactibus libidinẽ aliquis in mẽbris procuraret, quia priori illo modo alteratio ſequitur naturaliter ex cogitatione licita, aut nõ mortali cũ cõiugeat prouocare naturam tactibus nec eſt actus coniugalis, cum non fiat cum coniuge, ſed ex ea abſente, nec ex actu coniugali exercito, vel cogitato ortum habet, nec ad finem coniugij ordinatur, vt ſupponimus reduci non poterit ad cõiugium, vt à mortali excuſetur. Certe ſi coniuges mutuam ex tactibus caperẽt voluptatẽ, etiam extra copulam, non eſſet mortale, at priuatim aliquem ad venerem ſe prouocare mortale eſt, ſi tñ id fieret etiam abſente c... iuge intentione coeundi cum illa, quã ſtatim ſperat habere præſentẽ, nõ eſſet mortale, imo ſi id ad finẽ generationis fieret, nõ eſſet veniale, hęc Vazq. quibus conſonant, quæ diximus ſect. 18. de coniuge tangente ſe veneree in ordine ad copulã. Quamuis quidã putant, etiam in coniugibus delectationes de copula, & tactibus licitis præteritis mortales eſſe, qn adeſt periculum taliũ motuum, & alterationum corporalium, quod putant ſentire Caieta. op. citato. q. 2. Sed male, quia ille ſolum loquitur

de

de motibus appetitus ſenſitiui in peccatū m. & vult huiuſmodi delectationes de obiectis licitis eſſe peccata mortalia, quando habent periculum conſentiendi in motus, concupiſcentias, & delectationes circa obiecta illicita, & ita illum explicat Valent. ſupra dicens, frequenter tamen erit mortale ratione periculi pollutionis, aut alicuius cōcupiſcentiæ, aut delectationis de actu venereo cogitato, qui ſit quidē ſimilis præterito coniugali: ſed tamen illicitus, quoniā cum alia perſona in particulari, aut in communi cogitata; non autem cum coniuge cogitationi repræſentato.

200 *2.Concl.* Dico.2. Si in coniugatis & viduis licitū eſt vel non mortale capere delectationem de copula præterita licita in memoriā reducta, per voluntatem; etiam erit licitum capere voluptatem de illa per appetitū ſenſitiuum & merito Vazq. ait, in hac re nullam eſſe rationē diſtinguendi inter delectationes voluntatis, & appetitus ſenſitiui: nam etiam apetitus ſenſitiuus poteſt delectari de præterito, vt ſic; quia memoria ſenſitiua pręterita repręſentat de quo vide quæ in tract. de paſſionibus dicta ſunt. Adde, neminem ſcire poſſe, an delectetur voluntate vel appetitu ſenſitiuo, & ſic res eſſet plena ſcrupulis. Addit etiam Vazq. numquam de tactu venereo poſſe eſſe delectationem in voluntate, quin ſit in appetitu ſenſitiuo, vel ecōtra & licet de alijs poſſit eſſe in voluntate & non in appetitu ſenſitiuo: tamen de nullo poteſt eſſe in appetitu ſenſitiuo, quin ſit in voluntate. Sed credo de qualibet re eſſe poſſe delectationem in appetitu ſenſitiuo & non in volūtate & econtra, quia poſſunt eſſe cauſæ, vel impedimenta ſufficiētia in vna potentia, & non in alia; neque ſemper ad ſimilem actum eliciēdū appetitus neceſſitat voluntatem, nec ecōtra. Addo etiam, male Cordub. profe citaſſe Caietanum illa quæſt.2. & Gerſonem Aphabi.24. litt. G. iam enim Caietanum explicuimus Gerſon vero ſolū ait, nullum deſideriū rei illicitæ ſub cōditione, quod eſſet licita, eſſe perſe mortale: per accidens tamen propter appetitus ſenſualis commotionem nimiam: quæ ſcienter dimittitur inualeſcere, ex talis deſiderij continuatione libera poſſe eſſe mortale: nam qui amat periculum peribit in illo. Quamuis forte Nauar. Cordub. & Sylu. cum dicunt delectationem appetitus ſenſitiui eſſe mortalem in viduis, & in coniugatis, non intellexerunt de vera delectatione actus præteriti, ſed præſentis, vel de obiecto delectationis ſenſibilis, quod eſt motus mēbrorū obſcęnus, vel alius effectus ſenſibilis præſens, qui ad præſentiam delectationis de actu præterito inſurgere & delectare ſolet: & ideo vocatur delectatio. Et conſenſus in illum, vel in verā delectationē de illo ſecūdum iſtos eſt mortalis, nam actus appetitus ſenſitiui circa obiectum præteritū nō eſt cur damnetur approbata delectatione venerea voluntatis circa idem obiectum, vnde Palac. ſupra expreſſe ait, delectationē ſenſualem de copula licita pręterita licitam eſſe & clarius Zumel illo dub.3. & Herre. ſupra. Itē alij nō diſtinguunt inter delectationes appetitus ſenſitiui & volūtatis, ſed qui dānant delectationē appetit⁹ ſenſitiui, vt mortalē, nō vero delectationē volūtatis, illo modo exponi debent: & hoc eſt ꝙ ait, Corr. illa q 50. ſi in vidua, dū maritū præſentē cogitat ſecū coeuntem, ſenſuales motus inſurgant, proculdubio mortaliter peccat: manifeſtum eſt, quia tunc delectatio eſt de præſenti nō de præterito: idem ſentit Lopez illo cap.75. mortale cenſens recordari mariti cōſentiendo in delectationem præſentem: ſecus permittendo illam abſq. periculo pollutionis. &c. & idem in viduis & coniugatis, ſentire videtur Armilla verbo delectatio, nu.3. Angel. etiam ſupra ait, non eſſe p. m. ſi vidua delectetur de copula, non vt præſenti, ſed vt præterita cū ſuo viro. Et Azor to.1. lib.4. c.6. ait, ſi coitum cogitet tāquam præſentem, & conſentiat in delectationē de ipſo vt præſente, peccare m. idem ait, ſi ex cogitatione actus præteriti conſurgat delectatio in appetitu, vel ſenſu, & eam ratam habeat. Secus ſi ſolum habeat gratum, & acceptum actum coniugalem priſtinum. Idem ait in coniugatis. q.8. ad hoc multos alios ex Sayro retulimus opin.2. Adde etiam in cōſenſu horum motum corporalium, poſſe contingere veniale ex leuitate materiæ, vt ait Armin. verbo impudicitia, n.1. in fine Nauar. ca. ſi cui de pœniten. d.1. in fine.

201 *3.Concl.* Dico.3. mihi probabilius eſt, viduis eſſe licitas delectationes de actu coniugali pręterito, propter rationes primæ opinionis: quæ tamen ſic eſt temperanda, & limitanda, vt quāuis non ſit mortale delectari de actu præterito, vt præterito; tamen mortale ſit conſentire formaliter in delectationem de actu honeſto ficto & apprehenſo ſine vlla apparentia præteritionis, vel fututitionis eius: ita ſentit Palac ſupra, dum ait, culpandam eſſe voluptatem quæ capitur de aliqua, quaſi eſſet vxor, quia eſt de actu coniugali, non vero ſed ficto, & alioqui multi his hypotheſibus & fictionibus vterentur; vt ſuis amoribus blandirentur, quando alias concupitis frui non datur, & Sa verbo luxuria nu.13. dicens, *non licet nec viduis nec vxori viro abſente delectari carnaliter copulam cogitādo cum viro ſuo quaſi præſens eſſet*, idē de viduis docet Margarita confeſſorum. Syl. Angel. Lopez Corrad. Valē. Medi. Roſel. Tabie. Armil. ſupra, & idem de illis ſentit Zum. illo dub.3. quāuis de cōiugatis aliter ſēſit addens,

certiſſimum eſt, nõ eſſe mortalem delectationem illã, quam alter coniugum percipit de actu cogitato, vt præſenti in abſentia alterius quia propter abſentiam vnius coniugis alter non amittit dominij rationem cuius poteſt velle copulã cũ ipſo, ſed hæc ratio nõ vrget, quia aliud eſt, velle copulã, aliud vero delectari de copula omnino ficta Corduba illo dub. 12. probabile putat, etiã dormente Richardi & Anton. & aliorum antiquorum, viduas, & abſentibus viris coniugatas, non peccare mortaliter, ſi delectentur cum viris imaginãdo illos, ac ſi nunc cũ illis commiſcerentur, quãuis ipſe teneat eſſe mortale, quia iſta delectatio & concupiſcentia ſenſualis non excuſatur à culpa, ſicut nec tactus impudici, niſi quatenus ordinantur ad actum matrimonialem: nam eo ordine ſecluſo manent in ſuã deformitate; ſed actus matrimonialis eſt tunc coniugatis & viduis impoſſibilis: ergò tunc delectatio illa eſt culpabilis in illis ſicut in alijs. Sed hæc ratio infirma eſt: quia iuxta veriorem & communiorem opinionem tactus libidinoſi coniugum ad inuicem ſine vllo ordine ad copulam, vacant culpa mortali; ſecus illi quos ſecũ quisque habet. Omiſſa hac ratione, placet mihi, delectationes illas viduarum, vel etiam coniugatarũ de actibus fictis cum maritis ſuis eſſe peccata mortalia, ſi formaliter conſentiant in illas, quia ſi non eſſet mortale ſic delectari cum cõiugibus veris: ergo nec cum fictis, & idem eſſet in omni alio perſonarũ genere etiã in religioſis, quod eſt magnum oſtium aperiri libidini, & valde nocere ſtatui & vſui matrimonij, cum ſit facile fingere, & in fictis cõtinuo delectari abſq. ſtatu & vſu matrimonij, & ideo facile homines à ſtatu & vſu matrimonij abſtinerent cũ magno detrimento generis humani, imo & periculo cõſentiendi in praua opera: nam tales delectationes, etiam cum non fuerit putatum, inferant conſenſum. Fatetur etiã Caiet. Medi. Valent. & Zumel, prædictas viduarum delectationes non vacare culpa veniali, quia videtur querioſa; & inutiles; cum nulla pietas, vel neceſſitas ad illas captãdas inducat. Adde tunc quamuis diceremus delectationes cõditionatas in non coniugato de copula cũ aliqua, ſi eſſet vxor, vel quã vult aut ſperat habere vxorẽ, eſſet illicita; nihilominus defendi poſſe delectationes viduarum de actibus præteritis honeſtis cũ viro habitis licitas eſſe quia matrimonium, quod præceſſit, licet iam non ſit videtur illas honeſtare, ita, vt natura tales delectationes nõ prohibuerit in viduis ſecus in viris, vel fœminis, quę nunquam cõiugatæ fuerunt. Dico tamen. 4. valde probabi-
4 Concluſ. le eſt, tales delectationes, etiã ſi ſint de obiectis honeſtis, eſſe viduis perſe prohibitas ſicut ſuperius dicebamus, eſſe valde probabile in ſponſis, & alijs nunquam cõiugatis: fere enim eadem eſt ratio.

Dico. 5. quidquid ſit de his, tamẽ abſolute 202
affirmandum eſt, coniugatæ licitum eſſe lætari de copula habita cũ marito. Videtur cõ- 5. Conclu.
tra Toletum lib. 5. c. 14. vbi ait, delectationem Contra quos
moroſam de actu licito præterito eſſe p. m. auctores eſſe
quia illa delectatio non eſt licita niſi dum fit videantur.
actus: aliqui etiã putant eſſe cõtra Petrum de Soto lect. 9. de peccatis, vbi ait, *viduæ & coniugatæ in abſentia viri licitum eſt cogitare de actibus matrimonij, nec dubium eſt ſancte viduam gaudere de generatione filiorum & alijs ad matrimonium pertinentibus: tamen in cogitationibus carnalibus delectari extra licitos ipſos actus manifeſta eſt delectationem quærere vbi nõ licet, nec enim licet extra actus ipſos matrimonij*. Sed auctor iſte nõ explicat, an tale peccatũ ſit mortale Lopez tñ prima par. inſtructorij c. 75. videtur ſentire, etiam in cõiugata eſſe mortale quærere, vel intẽdere delectationes de copula habita cum viro: ſecus permittere ſecluſo periculo conſentiendi in copulam illicitam, vel in illas delectationes. Sed forte intelligit de delectatione, quæ non habuit copulã præteritã pro obiecto, ſed quæ procedit ex cogitatione illius obiecti, nã ex cogitatione ſequitur alteratio in corpore, vt titillatio, vel deſtillatio, de quã lætari cõiugatam formaliter conſentiendo in delectationem mortale putat Lopez, & eodẽ modo poteſt intelligi Syl. verbo delectatio quæſt. 2. n. 3. mortale putãs delectari moroſe in parte ſenſitiua de congreſſu licito cogitato, niſi delectatio illa ad congreſſum ipſũ ordinetur, ſicut de tactibus ſentit, ſi non ſint ordinati ad copulam, eſſe mortales, licet inter cõiuges ſint. Sed delectationẽ in voluntate excuſat a peccato & eodem modo loquitur Nauar. cap. 16. n. 1. & Cardub. lib. 2. q. 23. dub. 12. & 13. Azor etiã
illa q. 8. ait, peccare m. ſi delectetur de coitu, 203
vt præſẽti: ſecus, vt præterito, vel futuro, quod Auctores
etiam ait, Sa v. luxuria nu. 13. Sayr. infra, hanc pro conclu.
2. opin. tribuit Ioan. Benedic. in ſũ. de peccat. c. 9. §. 1. nu. 89. Sed noſtrã concluſionẽ abſolute docent Palac. 2. d. 24. diſp. 2. in fine Vaz. diſp. 111 & latius atque expreſſius diſp. 113 a nu. 2 Caie. to. 1. op. 14. q. 2. & 1. 2. q. 74. a. 8. ad 4 & in ſumma verbo delectatio. §. 3. eſt. Armil. nu. 4. Vega cã ſu. 2. Emanuel cap. 194. nu. 3. ſeu ca. 212 nu. vlti. Sa eodem verbo nu. 13. verſ. delectatio de peccato Viguer. c. 3. §. 5. ver. 5. Herrera. 2 diſp. 33. q. 14. Leſſius lib. 4. c. 3 nu. 121. Sayr. lib. 8. c. 7. dub. 8. nu. 21. tribuens Petro de Soto ſupra, & Philiar. de offic. ſacerd. p. 2. li. 4. ca. 18. Med. in ſum. c. 14. §. 38. & hic. ar. 8. dub. 1. vbi Zumel diſp. 4. dub. 3. qui duo referunt Victoriã: fauent etiã D. Th. & Conrad. eodem art. ad 4. Palud. 4. d. 9. q. 3. a. 1. nu. 7. pro quo. nu. 6. refert Martinum de magiſtris. Conſentiunt Gerſon. 2. p. trac. de pollutione

tione di .ina not.7.alpha.38.lit.D.Ant.2.p.tit.
5.c 1.§.5.& 9.6.in fine,Roſel. verb. delectatio
nu 3.Tabien verbo cogitatio in fine & verb.
luxuriotus q.8.§.9.Nieua tit.101.ad finē Archi.
apud Syl.delectatio q.2.Sanchez late li. 9. de
matr.diſp.44. à nu.3.& ſignificat D.Th.de ma
lo q.15.a.2.ad.17.& Nau. & Cord. idē dicūt ſi-
ue delectatio ſit đ copula habita ſiue đ habēda

Probant Leſſius Vaz. & alij ex Chryſ. ho.
204 17.in Matth.vbi explicans id cap 5. *qui viderit*
mulierem &c. ait,*ſicut eſt temere iraſci,ſic eſt teme-*
re videre,ſi id ad libidinem facies:ſi enim viſu videre,
atque ex viſu capere voluptatem, reſpice propriam
coniugem,& illius vſque amore perfruere:hoc enim
nulla lex prohibet omnino,ſi vero alterius venuſtatē
penitus intuebere, etiam tuam iniuria afficis à qua
in aliam oculos auertis,& iſtam etiam,quam intue-
ris,neſ.iro illam tangens:ſi enim non illā attrectaſti
manu,ſed oculis tantum:at voluntate palpaſti. Vaz.
legit voluptate palpaſti , ſed ego cum Leſſio
legi,volūtate,quia voluptate potius dicimur
tangi,quam tangere.Deinde,ſi legendum eſ-
ſet,*voluptate*, non eſſet in rigore verum dictū
Chryſoſtomi:nam voluptas cum aliena con-
iuge non æqui pollet adulterio,ſed voluntas,
& Chryſoſt.ſolum videtur intendere,aſpice-
re vxorem alienam ad capiendum ex eius aſ-
pectu voluptatem,eſſe mortale propter peri-
culum,cui homo temere ſe exponit conſen-
tiendi in opus:ſed delectari velle in aſpectu
propriæ vxoris nullum eſſe peccatum,ſi recto
fine fiat,quia nulla lege prohibetur , nec ad-
ducit periculum conſentiendi in copulā illi-
citam.¶2.Probatur,quia ſi delectari in coniu
ge abſente eſſet mortale,maxime quia nō or
dinatur ad copulam:ſed hæc ratio eſt nulla,
alias oſcula & tactus libidinoſi inter coniu-
ges ſine animo habēdi copulā eſſent peccata
mortalia:ergo.¶3 Quia matrimonium hone-
ſtat delectationes venereas,quæ ſūt inter cō-
iuges.Aduerte autem,hanc cōcluſionem in-
telligi etiam de delectatione in parte ſenſiti-
ua, vt tenent Vazq. Sanchez Palac. Zumel
Herrera & Sayr. ſupra alijque cōmuniter &
patet,quia vt oſtendimus,nulla eſt ratio diſ-
criminis, quoad hoc inter delectationē ſēſiti
ui appetitus & intellectui.

Notat autem Sayr.ſi nullum ſit periculum
pollutionis,quanuis ſit periculum alteratio-
nis in pudendis , nō eſſe lethale:notat etiā cū
Vaz.tactibus impudicis irritare naturā in ab-
ſentia coniugis lethale eſſe,etiam ſine pericu
lo pollutionis,& cū memoria coniugis: quia
iſte nō eſt actus cōiugalis, cū nō fiat cū coniu
ge, nec ortū habeat ex cogitatione cōiugalis
205 actus, vide dicta ſect.19.con.3.Sed hic ſunt aliā
1 .Difficul. quę difficultates.1 eſt,an cōiugatis liceat dele
ctari de copula pręterita,vel futura, quaſi præ
ſenti.1.ſent.aſſerit,nō eſſe culpā lethalē, quia
cōſenſus in delectationē nō pōt eſſe grauior
culpa,quā actus,de quo capitur, teſte Aug.12.
Trin.c.12.to.3.& cōſtat,nam delectatio ſumit
ſuā bonitatē.l.malitiā ab operatione, de qua
ſumitur,vt docet Ariſt.10.eth.c 4.&.5. ſed co-
pula præſens eſt licita inter cōiuges: ergo &
delectatio, de qualibet copula,quāuis appre-
hēdatur,vt præſens,erit licita niſi careat,debi
to fine:in quo euētu erit tātū venialis , ita te-
net Sanchez ſup.& nōnulli recētiores citātes
pro ſe multos,qui tñ ſolū dicūt,nō eſſe mor-
tale, aut eſſe licitū cōiugatis delectari đ copu
la præterita: nō tñ addūt poſſe delectari đ illa
apprehēſa quaſi eſſet præſens:fauent Vazq.&
Sayr. nā in cōiugatis nullā delectationē copu
læ honeſtæ cogitatæ putant mortalē & Cord.
li.1.c.23.dub.12.hanc ſent. tribuit Rich.& Ant.
& eā putat ꝓbabilē. Sed oppoſitā cēſeo ꝓba 206
biliorē,quā teneat Cord.ibi Nau.c.16.n.10. &
c.ſi cui de pœnit.d.1.n.6.Sa & Eman.locis cita.
cō.5.Vega to.1.c.81.caſu.2.in fine & à fortiori
oēs qui dicūt, eſſe.m.cōiugatæ delectari đ co
pula matrimoniali præterita.Prob.quia de ſi-
milibus idē eſt ius,& iudiciū.l.illud.ff.ad legē
aquiliā c.2.de translatione epiſc.vbi gloſ.ver
bo,idē iuris,adducit alios textus cōcordātes,
ſed in viduis eſſet lethale delectari de copula
præterita, quaſi tunc eſſet præſens:eadē autē
quoad hoc eſt ratio đ cōiugatis,quia cōiugiū
nō honeſtat actiones fictas,ſed veras habitas
vel habēdas:ergo idē de cōiugatis dicēdū eſt,
& ita de vtriſq.dixim⁹ con.3.idēq tenet Azor
to.1.li.4.c.6.q 8.eſſe.m.cōiugatis delectari de
copula pręterita.l.futura,ſi fingatur,vt pręſēs,
quāuis de ea cōcepta tātū,vt præterita,vel fu-
tura gaudere liceat.

Bene autē Sanchez illa diſp.44.n.4.cū Vaz.
diſp.113.n.4.ait,delectationē cōiugatæ de co-
pula præterita matrimoniali,nō eſſe lethalē,
licet inde cōſurgeret membri pudendi com-
motio & alteratio abſq.pollutionis periculo,
quia matrimoniū ſicut excuſat delectationē
copulæ præteritæ , ita & commotionem illā,
quę naturaliter ex tali delectatione cōſurgit:
ſi tñ ea delectatio ꝓpter ſe quæratur,pecca-
bit cōiux venialiter, quia eius actus caret de-
bito ſeu honeſto fine. Sanchez, n.5. cū Palud.
4.d.9.q.3.a.1.n.7. Caiet. Medi. Zum. & Vazq.

2 Difficultas eſt, an poſſit fieri ſine p.m.vt 207
vidua vel cōiugata delectetur deliberate de 2. Difficul.
copula cū viro,abſtrahendo à ꝓprio vel alie-
no.R.communiter eſſe impoſſibile, quia ſta-
tim ſe offert copulā eſſe grauiter malā,niſi ſit
cū ꝓprio:ex ignorātia tñ.l.inaduertentia poſ
ſet talis delectatio ſine peccato , præſertim
morali haberi : pōt enim quis apprehēdere co
pulā cū aliqua fuiſſe honeſtā præſcindendo
ab hoc,ꝙ ipſa ſit.l.fuerit vxor ipſius, aut nō:ſi
cut pōt aliquis apprehēdere licitā fuiſſe eleo
moſinā abſtrahendo ab hoc ꝙ data fuerit ex
ꝓprijs.l.ex alienis,cū volūtate dñi.l.ſine illa.

208 3. Difficultas, vtrum ſit licitū cōiugatæ, vel coniugato gaudere de actu matrimonij, qui fuit illicitus ab extrinſeco, vt ſi copula habita fuit cū periculo proprio prolis, vel matris, quę erat partui vicina, vel fuit in loco ſacro, aut publico &c. aut poſtquā habuit rē cū cōſanguinea vxoris, aut poſt votū non petendi, aut poſt votum ſimplex caſtitatis emiſſum ante contractum matrimonij.

3. Difficul.

1. Opinio.

Quidam recentiores dicunt primo, in omnibus his caſibus præter duos vltimos licitū eſt coniugatis gaudere de copula matrimoniali præterita, quia extrinſecum fuit illi copulæ, q; eſſet mortalis & de ijs quæ tātū ſunt mala extrinſece licitum eſt gaudere, vt de eſu carniū, qui præceſſit tempore quadrageſimæ, quatenus fuit commodus naturæ, ſed hæc ratio nulla eſt, quia etiam de ijs, quę ſunt mala intrinſece, licitum eſt gaudere ratione alicuius boni effectus. Melius ergo probatur, quia illa copula non fuit contra caſtitatē, ſed contra charitatē, pietatem, religionem: coniugi autem licitum eſt capere voluptatem veneream de actu, qui nō fuerit contra caſtitatem: modo non delectetur de illo, vt fuit contra virtutem ſed quia fuit de ſe honeſtus, vel quia fuit vtilis. Quod ſi delectetur de illo, vt habuit annexam delectationem, peccabit venialiter, non tamē mortaliter.

209 2. Dicunt licitum eſſe gaudere de actu venereo cogitato & non exercito cum coniuge, ſi gaudeat eo tempore, quo non eſſet licitum habere rem cum illo propter circunſtantiam loci, vel periculi, &c. hos refert & ſequitur, Sāchez. 9. de matr. diſp. 44. n. 20. & 21. probans, quia matrimonium honeſtat, vel excuſat a mortali delectationes venereas de obiectis cogitatis ſecūdū ſe licitis, nō habētes periculū aliquod, ſed iā diximꝰ probabilius eſſe peccare mortaliter, ſi gaudeat de actibꝰ fictis etiā tempore quo liceret illos habere, imo & lætari de actibus honeſtis præcedentibus quaſi modo haberentur. Vnde à fortiori ſequitur p.m. eſſe habenti votum non petendi, vel habenti votū ſimplex caſtitatis ante matrimonium, gaudere de petitione ficta, quaſi haberetur tēpore matrimonij, quanuis prædicti recentiores dicunt, etiā in his caſibus gaudere de fictis his copulis non eſſe p.m. licet ſit veniale contra votum caſtitatis, quia in coniugato habere eiuſmodi delectationem de copula, quæ ſecundum ſe non eſt ei mala leue quid eſt: ergo ſolum frangit votum in leui, & ſic ſolum peccat venialiter, ſicut etiā amplexando, vel oſculādo libidinoſe vxorē non petentē ſolum peccaret venialiter contra votum, ſed credo eſſe p.m. nam etiā in illo materia eſt grauis & alioqui eſt non ſolū contra votum, vt ipſi fatentur, ſed etiā contra caſtitatem, quæ vt diximus, nō permittit etiā coniugato gaudere de actibus venereis fictis quantumuis fingātur cum conditione honeſtāte, & ſimiliter cēſeo in habentibus votum caſtitatis ante contractum matrimonij mortale eſſe oſculari, vel complexari venereè vxorem, bene ergo Sanchez. 9. de matrimonio diſput. 44. nu. 25. & 26. docet quando quis poſt votum caſtitatis contraxit matrimonium, vel poſt matrimonium vouit non habere delectationes tactus, vel oſcula libidinoſa, peccatum eſſe mortale contra votum, quia materia eſt grauis, vt in primo euentu docet Vaz. 2. 2. diſp. 112. n. 10. ſecus in habēte ſolum votum nō petendi, hoc enim intelligitur de copula, nō de alijs: licitum etiam eſt coniugato, qui iam eſt religioſus, vel ſacris initiatus, gaudere de actibus, quos habuit cū coniuge: nam per votum caſtitatis vouet quidem non exercere ſimiles actus: nō tamen vouet, non delectari de præteritis, & ſimiliter credo, quod ſi coniugato licitum alioqui eſſet gaudere de actibus honeſtis fictis, etiam ſi ante matrimonium emiſiſſet votum ſimplex caſtitatis, tamen habendo tales delectationes, illud non violaret; ſed ſuppoſitio eſt falſa: ſimiliter, ſi coniugato illicitum ſit reddere quia iam eſt religioſus, vel ſacris initiatus, gaudere de ficta petitione erit peccatum, nō ſolum contra votum, ſed etiam contra caſtitatem: nō vero gaudere de redditionibus honeſtis, quas habuit ante religionem, vel ſacrū ordinē. Similiter, ſi impotētia coeūdi ſuperuenit matrimonio contracto, illicitum eſt gaudere de copulis fictis, quicquid dicat Sanchez ſupra, num. 22. ſecus de veris. Similiter, quando concubitus eſt interdictus ratione alicuius pręcepti Eccleſiæ, vt ſi coniux contraxit affinitatē, cognationē ve cum altero cōiuge, ratione cuius arcetur à debiti petitione, peccatum eſt delectari in copula ficta, quidquid dicat Sanchez, n. 23. ſecus autē in vera præcedenti honeſta, imo etiam vera pręcedēti prohibita, modo ſit habita tēpore illius matrimonij & delectetur de illa vt mala, ſed alia ratione.

3. Dicunt illi recentiores, ſi alicui nō liceat petere debitum propter dubiū de valore matrimonij contracti mala fide, non erit illi licitum delectari de actu matrimonij cogitato, quia vt eſt dubium, an actus matrimonij liceat in eo caſu, ita dubium eſt, an delectatio de illo cogitato liceat, & aliunde non præponderat ius poſſeſſionis iuſtæ, ſicut nec ad debiti petitionem. Si vero interroges, quid ſi propter conſcientiam dubiam non liceat petere: liceat tamen reddere, vt quando bona fide cōtractum fuit matrimonium, & poſtea dubium ortum fuit: reſpondent non licere lætari de redditione cogitata eodem modo, 210

quo-

Digitized by Google

qro non liceret delectari de actu matrimo-
nij antequam contrahatur,quia ſicut non li-
cet deſpóſatis delectari de futuro actu, quaſi
præſenti , eo quod nondum adeſt conditio
excuſans actum à malitia intrinſeca, ita in di
cto caſu nõ licet delectari de redditione an-
quam ſit petitio,quia non dum poſita eſt in
re conditio excuſans actum à malitia intrin-
ſeca,de qua dubitatur, vtrum ſublata ſit per
matrimonium. Cõfirmatur,quia huic homi
ni prohibitum eſt quidquid ad luxuriam per
tinet,præter quam,quod neceſſarium eſt ad
ſatisfaciendũ alterius coniugis petitioni. To-
tam hanc doctrinam amplectitur Sanchez
ſupra num.24.ſi ſermo ſit de delectatione ſen
ſitiua: ſi vero ſit ſermo de delectatione volũ-
tatis tenet licitam eſſe in actu illo cogitato:
ſicut ſoluto licet delectari volũtate de acceſ-
ſu ad mulierem, ſi eſſet ſua;nõ tamen in appe
titu ſenſitiuo.

211 Dicẽdũ tñ eſt ſi redditiones licitæ & hone
Opinio authoris. ſtæ ſint fictæ , mortale eſſe de illis gaudere,
quia etiam in matrimonio certo eſſet morta
les,ſi tñ vere præceſſerũt delectationes erunt
licitę, ſi inuiduis delectationes de actib⁹ ho-
neſtis,qui vere præceſſerunt, aſſerãtur licitæ,
quia æque honeſtat delectationes de actibus
iuſtis præſens matrimonium dubium bona
fide contractum,ſicut certum præteritum , ſi
vero illæ delectationes viduarum aſſerantur
illicitæ;idẽ debet d his delectationib⁹ præſen
tis matrimonij dubij dici: quia ex matrimo-
nio dubio p̃ſenti nõ magis honeſtari poſſunt
quam ex certo præterito , deinde ſi poſt du-
bium illud certum ſit,validum fuiſſe matri-
monium,licitum erit de iuſtis redditionibus
eo tempore habitis delectari,imo & de peti-
tionibus & actionibus,quæ malæ fuerunt:nõ
quidem,vt male fuerunt ab extrinſeco pro-
pter dubium,ſed vt erant ſecundum ſe bonæ
& honeſtæ,vel vtiles,ſi vero vt delectabiles,
tantum erit peccatum veniale , quia amare
delectationem etiam licitam propter ſe pec-
catum veniale eſt.

SECTIO. XXXI.

Utrum ſit peccatum mortale delecta-ri de coitu aliorum.

212 AFfirmat Gerſon.2. parte Alphab.
29.littera. I.cuius ſententia certa
eſt & vniuerſaliter vera, quando
aliquis delectatur de alterius cõ-
cubitu illicito,qua parte illicitus eſt , ſiue ſit
fornicatio,ſiue adulterium , ſiue alius quili-
bet:ſicut etiam eſt gaudere,quod alter detra-
hat,vel iniuriam inferat, imo quanuis actus
excuſetur à culpa propter defectum liberta-
tis:ſi tamen ex ſe turpis eſt , mortale peccatũ
erit ſecũdum multos delectari in illo cogita
to,ſicut peccatum mortale eſt delectari in co
pula amentium,& à fortiori illos coniunge-
re,vt docent Sotus.4.d.34.q.1.art. 4. Ledeſma
2.4.q.60.art.3.& variabitur ſpecies huius pec
cati, ſi amentes erant conſanguinei , affi-
nes &c.

Sed hic nota Herrerã.2. diſput.32.quæſt. 17.
docere,non ſolum eſſe.m.delectari de aliorũ 213
actibus,quando ſunt in eis peccata;ſed etiam
quãdo eſſent peccata,niſi excuſati eſſent per
ignorantiam:non autem quando in ſomno
vel amẽtia facti ſunt,niſi damnũ tertij, aut pe
riculum aliquod interueniat. Vnde ponit has
concluſiones.1.delectatio de actibus, qui ſe-
cundum ſe ſunt peccata mortalia,ſed excuſa
ti fuere ignorãtia,eſt peccatum.mortale, ſi-
ue actus illi ſint proprij,ſiue alieni : quia ob-
iecta illa communicant malitiam delectan-
ti ſe ſcienter,licet non operantibus ea igno-
ranter,vt ſi ego ſciens, aliquid eſſe malum,
illud conſulerem alteri inuincibiliter igno-
ranti: ego contraherem malitiam quam ipſe
contraheret,ſi operaretur ſcienter. Hæc con-
cluſio vera eſt ſi delectarer de illis actibus, vt
ſunt contra legem;tunc enim ego contrahe-
rem malitiam mortalem , ſiue eiuſdem ſpe-
ciei cum ea,quam alius contraheret,ſi ſcien-
ter operaretur,ſiue alia,contra obedientiam,
vel iuſtitiam legalem iuxta ea,quæ diximus
diſp.præced.agentes de ſpecie ſcãdali. Alia ta
men ratione lætari liceret (aut ſaltem nõ eſ
ſet mortale) de illis peccatis ignorantia excu
ſatis,vt ſectione ſequenti docebimus 2 Con-
cluſ.Herreræ eſt. Non licet delectari in con-
iunctione carnali amentium:patet , quia cõ-
iunctio illa inducit periculum propriæ libi-
dinis,& iniuriam prolis:ergo ſicut non licet
illos carnaliter coniungere :ita neque de il-
lorum coniunctione lætari. 3. Si nullum eſ-
ſet damnum prolis , nec aliorum periculum
in ea coniuctione, non eſſet. m. de illa læta-
ri:eſſet enim ſicut lætari de viſione,vel ima-
ginatione coniunctionis duorum brutorum:
quia inſanis non eſt poſita lex magis quam
brutis. Sicut ergo lætari de illa coniunctio-
ne brutorum non eſſet peccatum ſaltem.m.
ſed veniale ex vana curioſitate:ita de illa cõ-
iunctione amentium. Secus de ignorantibus;
nam his lex impoſita eſt,licet ab eius imple-
tione ob ignorantiam excuſentur. Idẽ eadem
ratione dicit de dormientibus ſeu ſomnian-
tibus. Oppoſitum eius tenet Cordub.lib 2.q.
30.in fine:quia tales actus omnibus homini-
bus ſunt prohibiti,licet in quibuſdam excu-
ſentur furia amentia ſomno,vel violentia: in
alijs vero ignorantia;amentesq.legem habet

in

in actu primo,licet non in actu.2. ſicut ignorantes, vel non aduertentes:& facere vt alij in materia graui legem violent, etiam cum conditione excuſante, mortale eſt, & ſimiliter delectari talibus eorum operationib. vt docet Adrian.quodlib.10.ar.2. propoſ.2.in fine. Quæ doctrina vera eſt loquendo de delectatione horum actuum, vt ſunt materialiter contra legem: ſecus ob alios fines bonos & honeſtos, vel non mortales, vt de proprijs actibus ſimiliter excuſatis dicemus ſect. ſeq.

214. At vero ſi quis delectaretur de actu matrimoniali exercendo ab alijs, quidã diſtinguunt,nã per voluntatẽ complacere, & gaudere de tali actu alterius, vt alterius eſt, non deſiderando ſibi eius vxorem,putãt,non eſſe peccatum mortale, ſed veniale, quia actus periculoſus, & ocioſus eſt. At vero appetitu ſenſitiuo delectari in tali cogitatione putãt eſſe mortale, quia appetitus ſenſitiuus non delectatur de concubitu, vt ab alio homine exercito,ſed vt à ſe exercendo, & ad illum ordinatur delectatio, & continet præſentẽ commotionem ſeminis, vnde inferunt,eſſe mortale ex genere ex profeſſo & accurate inſpicere coeuntia animalia cum notabili delectatione, & cõmotione appetitus: hoc enim non contingit, niſi, quia illa viſione fouetur,& augetur delectatio de coitu cogitato quaſi exercendo a ſe,nam quidquid homo agit ad nutriendam talem delectationẽ eſt peccatum.m. vt ait D.Tho.de verit. q. 15.
215. a.4. in fine corporis. ¶ Sed iã ſuperius diximus in ſimilib. friuolã eſſe diſtinctionem d̃ delectatione voluntatis, & appetitus ſenſitiui, ſicut ergo eſt per ſe licita delectatio voluntatis de his ita, & appetitus ſenſitiui:nec dubiũ eſt, quin appetitus ſenſitiuus de actu alieno,vt bonus alteri, vel proprio ſubiecto eſt,delectari poſſit, ſicut & triſtari de malo alterius,maxime ex imperio volũtatis. Si vero quis lætaretur de actu alieno ad excitandum in ſe obſcœnos motus,titillationes, vel diſtillationes, aut pollutiones, aut ſimiles actus prauos,clarũ eſt peccare grauiter: imo etiã ſi cum eo periculo delectetur de actu alieno, vel ipſum aſpiciat, aut cogitet.

SECTIO. XXXII.

Vtrũ liceat delectari de pollutione, quæ euenit ſine peccato, vel deſiderare, vt ſic eueniat eadem quæſtio eſt de homicidio,ſic facto vel faciendo.

216 VT ſi quis in ſomno, ebrietate, amentia, &c.vel per ignorantiã inculpabilẽ commiſit homicidiũ,vel fornicationem, vel habuit pollutionem. ¶ Prima opinio negat licere: ſuadetur, quia non licet ſcienter illud facere: ergo nec ſcienter deſiderare, nec de illo delectari: nam cauſa,quæ excuſat opus, non interuenit, vt excuſet delectationem, vel deſiderium, ita Sotus. diſt. 4. 12. quæſtio. 1.a.7.col.6.qui pro ſe refert Paluda.4.d.9. q. 3. §.& dicendum eſt verius, ſed Palud. magis inclinat in cõtrariã ſententiam,quia illam ſcribit.2. loco,quamuis Leſſius ait,Paludanũ ſentire,licitũ eſſe gaudiũ: ſed illicitũ deſideriũ: hanc vero tenet Ledeſ.1.p.4.q.21.art.7. dub.6. Valen.2.2.diſp. 9. in fine.Medi. hac quæſ.74. ar.6.in fine.Medin.hac q.74.ar.6. in fine cum Victo.Zumel.2.8.diſp.4.dub.1.2.& 4. dicto.1. quamuis dicto.3.dicat, oppoſitũ non eſſe omnino improbabile.Lopez.1.p.inſtructor.c.74 Emanuel verbo luxuria,c.193. n. 3. Alph. Vega verbo pollutio,caſu primo.Pro hac ſententia.Cord.infra citat Vegam de iuſtific.& aliqui citant Caieta.2.2.q.154.a.5.ſed Nauar. infra eum citat pro ſequenti. Hãc tenet Adria. quodlib.10.a.2.prop.2.& 3.Medicis in ſumm. pecc.p.2.tit.8.c.36.Azor tom.1.lib.4. c.26.q.9. omnes illi,vel exprimũt,vel ſatis innuũt,eiuſmodi delectationẽ fore p.m. ſi homo in illã formaliter, & expreſſe conſentiat.

2.Et probabilior opinio eſt,propter ſanitatẽ,vel mitigandã tentationẽ,vel ob aliũ bo- 217
nũ finem licitũ eſſe delectari de tali pollutione,quæ ſine peccato euenit,& illam deſiderare,Palud.4.d.9.q.3.ar.1.concl.1. fine. D. Th. q.vnic.a.4.q.1.ad.5.Gabr.lect.10. in canon lit. I.Graff.1.p.deciſio.lib.2.c.87.n.12.& 14. Toler. lib.5.c.13.Sa verbo luxuria, n.12. Vazq.diſpu. 115.c.2.Margarita confeſſorũ fol.90. ad finem 6.præcepti. Adrian. q. 4. de Eucha.§.his præmiſſis,licet in quodlib.aliter ſenſerit. Alenſ. 2.p.q.105.vel 106.alias 122.memb.10.§. 4. Antoni.2.p.tit 6.ca.5.fine Sylu. verbo pollutio,vbi Ange.n.2. Armil.n.3.&verb.cõmunio.n.5.Nauar.c.16.n.7.Caiet.2.2.q.154.a.5.Llamas 3. par. methodi.c.8.§.13.merito dicens,eſſe commune,& eſſe bona.Turrec.c. non eſt d 6.in ſumma.a.2.& 3.Gerſon tractat.d pollutione diurna con.11.Alphabet.38.litera H.Roſell.verbo pollutio. Piſana verbo communicare nu.5. Tabien.n.44.Corona.c.1.nu. 64. Leſſius.4.de virt. cap.3.dub.14.

Quod valde probabile putant Medina,Zu- 218
mel,Lopez,Vega,& Eman.in pollutione, & in pollutione hanc opinionẽ tenet Cord.lib. 2.q.30.quæ eſt vltima:negat vero in homicidio,& fornicatione contingentib.in ſomno, vel ignorantia excuſante: ſed certe eadẽ videtur ratio:& diſcrimen,quod aſſignat, non ſatisfacit, quãuis Cordubã ſequat Herrer. 2. diſp.16.& 17.quantũ ad hoc quod delectari d pollutione in ſomno,nõ ſit.m.ſec'd peccatis excu-

Digitized by Google

excuſatis per ignorantiam: diſcrepat tñ ab eo quantum ad facta in ſomno, & amentia: cenſet enim non eſſe. m. de illis delectari: aſſignans differentiam, quæ mihi non placet. De qua dixi ſect. præced. bene ergo Leſſius licitum putat eſſe deſiderare ob bonũ finem, vt tyrannus pereat manu furioſi, vt matrimonium inter duos principes inculpate, & inualide cõtrahatur: quorum alterum furia: alterum ignorantia excuſatur.

218. Probatur concl. quia Sotus, Ledeſma, Cordub. & omnes docent, licitum eſſe delectari de bonis effectibus talis pollutionis, & ſimilium operum, & illos ſimplici affectu amare & deſiderare, vt eueniant, modo culpa abſit: ergo etiam eſt licitum delectari de ipſis operibus, quatenus inferunt tales effectus, quia hæc duo pro eodem reputantur: & ita poſt alios tenet Leſſius ſupra, ſimile ponẽs in gaudio de morte alicuius propter Remp. quam turbabat: imo talis delectatio eſſet licita, licet talia opera fuiſſent peccata, vt ſectione. 5. diximus: ergo à fortiori, quando non fuerunt peccata. Confirmatur, quia eccleſia gaudet de peccato Adæ, vt fuit cauſa aduentus Chriſti, & ait, o fœlix culpa, &c. Imo, & Deus ſimplici delectatione gaudet de peccatis non vt peccata ſunt, ſed propter bona, quæ ex illis elicit, vt quod ſint martyres, &c.

219 Hanc doctrinam aliqui limitant ad delectationem voluntatis: ſed ſine fundamento: quia, vt ſuperius diximus, eadem eſt ratio de vtraque in alijs caſibus, & idem eſt in hoc: quamuis ſi homo videat in voluntate, vel appetitu ſenſitiuo inſurgere delectationem de pollutione ſecundum quod delectabat corpus, & in talem præſentem delectationem cõſentiat conſenſu plene libero, mortaliter peccabit, vt notant Nauarr. ſupra n. 8. Palud. Cordub. Leſſius, Adrian. idemque eſt de fornicatione in ſomno, vt fuit venerea, vel attulit damnum proli, & de homicidio in furia, vel ſomno, vt nocuit proximo: ſic poteſt accommodari, quod Gerſon, & Adrian. adducunt ex Auguſtino cã. vnum horarium. 25. d. *Nihil eſſe adeo veniale, quod non fiat mortale dũ placet* Similiter ſi inſurgere videat motus obſcœnos membrorum, diſtillationes, & titillationes ſeu commotiones ſpirituum ſubſeruientium generationem, & adhuc perſiſtat in tali delectatione, ſeu libere ipſam continuet, aut non interrũpat, mortaliter peccabit, & ſimiliter, ſi conſentiat formaliter in delectatione, diſtillatione, vel titillatione, ſeu motibus obſcænis. Si autem voluntas, vel appetitus ſenſitiuus delectaretur de pollutione præterita vel futura tranquillo, & ſereno corpore, vt delectatur de vomitu aut potione, quia ſanitatem attulit, vel afferet, nihil peccati eſt: quia delectatio non eſt de pollutione, vt venerea, ſed vt ſalubri: modo non animaduertat, periculum eſſe pollutionis, vel alterius mali, ſi vero delectatio ſit de pollutione non vt venerea, nec vt ſalubri, ſed ob finem aliquem venialiter malum, vel indifferentem, erit venialiter mala.

Ad fundamentum primæ opinionis neg. conſequentia cum Caietan. Nauarr. Vazq & alijs: nam ſacerdos poteſt deſiderare vt Reus interficiatur à Iudice: non tamen poteſt illud facere nec procurare, ſaltem forenſi modo, maxime ſi fecit votum nullatenus id procurandi, vt qui fecit votum non procurãdi dignitatem, peccat mortaliter procurãdo illam, non tamen deſiderando, & licitum eſt deſiderare mortem alicuius, vt à peccato ceſſet, non tamẽ procurare illam, & Gerſon Alpha. 24. littera. G. ait, dolere de bono alicuius, vt ſic, eſſe mortale, ſed dolere de illo propter bonum commune, cui eſt contrarium, eſſe actũ virtutis. Et licet in illo deſiderio vel delectatione pollutionis non excuſet carentia libertatis, vt in ipſa pollutione: eſt tamen alia ratio excuſans, tales affectus eſſe inefficaces, & innoxios, & habere optimã vel indifferentia, vel non mortalia motiua. Concedant tamen Nauar. c. 16. n. 8. Palud. Anton. Herrera, Adria. & alij cõmuniter, delectationem de tali pollutione ſecũdum ſe, vel vt venerea, eſſe mortalem; ſimiliterque de fornicatione in ſomnijs, vt fuit venerea. vel attulit damnum proli, & de homicidio in ſomno, vt fuit damnũ proximi, & ſic de alijs: quod tenent omnes auctores primæ opinionis. 220. *Ad funda. 1. Opinio.*

Docent etiam Paluda. Antonin. Cordub. Vazq ſupra Herrer. Nauarr. & alij ob nullũ finem licitum eſſe procurare, vt pollutio, fornicatio, homicidium, & ſimilia in ſomno eueniant, aut præcipere, aut ſuadere actum alioqui malum ebrio, vel ignorãti, quia ignorantia, vel bona fides vnius alteri non ſuffragatur. Nec eſt verum, quod quidquid licet deſiderare, liceat procurare, vt contra Barth. Medi. ſupr. docet Herrera ex Soto. 1. iuſt. qu. 12. ar. 1. verſus finem, & Nauar. cap. 16. nu. 7. ratione. 6. licitum enim eſt deſiderare aborſum ob ſalutem fœtus; & vt alter faciat minus malum: tamen non licet hæc procurare. Imo ſacerdos non poteſt procurare, vt iudices interficiant malefactores: quod tamen licite deſiderat. 222.

Concedunt etiam Palud. Llamas, Gerſon, Herrer. Graff. & fere omnes alij Soto, peccatum mortale eſſe cum periculo pollutionis delectationes, vel deſideria illa habere. Cur autem teneamur ſub mortali has cauſas pollutionis vitare, aliquas vero alias non, dictũ eſt late ſectione. 17. 18. & 19.

Et

Digitized by Google

Et minus periculum pollutionis eſt, cum quis deſiderat alteri pollutionem, vt medic' ægroto, quam cum deſiderat eam ſibi: vt bene Nauarr. illo. n.7. Cord. illa. q.30. §. ad ſecundā rationem: periculoſius item eſt ob ſanitatem deſiderare pollutionem in ſomnijs, quam de illa gaudere, quia deſiderium cauſare illam poteſt: gaudium non. Hinc infertur, primo ſi quando Iacob cognouit Lyam propter errorem perſonæ non fuit matrimonium, ſed ſimplex fornicatio excuſata per ignorantiam inuencibilem, & poſtea gauiſus eſt de fornicatione illa non vt venerea, ſed ob prolem ſuſceptam, vel aliam cauſam honeſtam tale gaudium fuiſſe licitum, ſimiliter fœmina, quæ vi oppreſſa eſt, poſſet licite gaudere de copula præterita, & deſiderare aliam ſimilem ſine ſuo conſenſu contingentem, propter prolem ſuſceptam, vel ſuſcipiendam, idem eſt de gaudio iniuſtæ ſententiæ prolatæ per errorem inuincibilem, non quatenus nocuit vni proximo, ſed quia profuit alteri, idemque eſt in omnibus alijs afferentibus aliquam commoditatē alicui: ſecus in odio Dei, vel blaſphemia dicta in ſomnijs, vel furia, quæ nullam commoditatem afferre ſolent. Secundo infertur rectiſſimum eſſe deſiderare communiter ne pollutiones in ſomnijs eueniant, quia ſolent inde pericula prouenire, vnde Eccleſia petit: procul recedant ſomnia, &c. ne polluātur corpora: vide & Caſſianum collatione. 6. cap.20.22.& 23.

SECTIO. XXXIII.

Vtrum liceat optare cogitationes delectationes turpes, pollutiones, tentationes, & ſimilia euenire contra voluntatem, vt præbeant occaſionem meriti dum illis reſiſtitur.

222\. Carthuſ. 2.d.21.q.3. fine, ait, non ſolum perfectis, ſed etiam proficientibus eſſe appetendas, non vt à dæmone ordinantur ad malum, ſed vt poſſint eſſe materia meriti, ſauet id Iacobi 1. omne gaudium exiſtimate fratres, cum in varias tentationes incideritis, & idem: beatus vir, qui ſuffert tentationem quoniam, cum probatus fuit accipiet coronam vitæ, & Pſal. 25. proba me Domine, & tenta me, & 1. Corin. 10. faciet cum tentatione prouentum, & Tobiæ.12. quoniam acceptus eras Deo, neceſſe fuit vt tentatio probaret te, & quod Abrahā & alios Deus ob eorum, & aliorum vtilitatem ſuamque gloriam tentauit, & intercæli eos dignos ſe, & Aug.14. ciui. ca. 9. ait, iuſtos cupere aut metuere tentari prout ſe humilitas eorum aut infirmitas habuerit, & multi ſancti prouocauerunt dæmones ad certamen, vt Antonius, Pachonius, & Hilarion, & quod vtiles ſunt tentationes carnis nequis inficiatur ſuperbia, ne otio torpeat, vt ad Deum confugiat, feruentes oret, & expertus melius alijs, & ſibi conſulat. vnde eccleſiaſ.34. qui non eſt tentatus, quid ſcit de quo optime Gregor. 2. moralium, ca.36. Chryſoſt. in id.2. Corin.12. ne magnitudo reuellationem extollat me datus eſt mihi ſtimulus carnis, Caſſian. colla. 12. cap.5. Thomas de Kempis.1. de imitatione Chriſti, ca.12.& 13. deinde Dominicus, Franciſcus, & alij, non ſolum martyrium, ſed eius occaſionē deſiderarunt: ergo propter multas tentationum vtilitates licitum erit eas deſiderare.

223 Dico.1. communiter non ſunt deſiderande abſolute tentationes D.Thom. 2. d.21. q.1. ar.3. Ægid. q. 1. ar.1.5. Bonauen. ait eſſe, probabile d.23. ar.1. q.3. probatur, quia communiter habēt magnum periculum vnde potius ſunt fugiendæ, ſicut venenum, & ſicut prudens Dux timet bella Reip. periculoſa: quamuis in eis ſuam fidem, & fortitudinem poſſit oſtendere. Confirmatur, quia tentationes carnis adeo ſunt periculoſæ, vt Magiſt. 2. d.21 §. porro ſciendum, & D.Tho. ibi ar.2. & 3. p. quæſt. 41. a.1. ad.3. dicant, nunquam eſſe ſine peccato, & ideo Durand. 2. d.21. qu.2. ait, abſolute non eſſe optandas huiuſmodi tentationes, etiam in ordine ad victoriam: idem Carthuſ. ibi. q. 3. & probabile ait, Bonau. ſupra vide Richard. 2. d.21. q.2. a.3.& d.24. a.4. qu.1. D.Tho. 3. p. q.41. ar.2. ad.3. 1. Concl.

224 Dico.2. optari tentationes poſſunt conditionaliter, ſcilicet ſi vincendæ ſint, & ſi abſq. peccato proprio, vel alieno venire poſſint & propter bonos fines, & ſine voluntate, & periculo excitandi tentationes per tale deſiderium: non enim eſt licitum cauſare in ſe tentationes carnis, nec aliquid facere in quo præuideant, niſi ſit neceſſarium aut valde vtile. Hanc concluſ. probant allata in principio & Carthuſ. fauet etiam Adrian. q.4. de Eucha. §. reſpondeo, vbi docet, licitū eſſe non expellere delectationes carnis propter victoriā, cū ſpe illios per auxilium Dei obtinendæ. 2 Concl.

Dico.3. aliqua tentatio poſſet abſolute appeti, quia non continet peccatum, nec eius periculū graue, aut notabile in tali ſi ſic ex experto iam de victoria per auxilium Dei, vt tētatio Dei inducentis aliquam infirmitatem propter bonum tentati: nunquam enim ad malum tentat, iuxta id Iacobi, Deus autem neminē tentat. 3. Concluſ.

Sect.

SECTIO. XXXIIII.

Vtrum fœmina, quæ ſentit ſe libidinoſe tangi à viro, teneatur reſiſtere.

225 1. Concl. DICO primo, peccat mortaliter fœmina, quæ gaudet ſe inuitam ab alio tangi tactu, qui ſit peccatum mortale, non ſolum ſi alterius peccatum illi placeat, ſed etiam ſi diſpliceat, & ſolum placeat venerea delectatio, titillatio, vel commotio ſpirituum & membrorum ſeruientium generationi: patet ex ſuperioribus. Conſentit Herrera. 2. diſp. 33. qu. 17. nur. 4. cum Sylueſt. v. delectatio. q. 4.

2. Concl. Dico. 2. fœmina, quæ ſcit ſe tangi libidinoſe, ſi commode poteſt, debet ſub mortali reſiſtere Antoni. 2. p. tit. 5. c. 1. §. 9. & Archi. Syluesſ. delectatio q. 4. Caier. 2. 2. quæſt. 154. a. 4. prope finem, Petr. Ledeſm. in ſumm. p. 2. tract. 27. de de abſtinentia. c. 9. poſt 3. concluſionem Roſell. verb. delectatio. n. 3. Armill. impudicitia nu. 2. Gerſon. 2. p. opuſc. impertito. 1. p. c. 3. fine. Alphab. 31. fine Margarita confeſſorum ad finem. 6. præcepti, fol. 90. Medina hac q. 74. ar. 8. Lopez. 1. p. Inſtruct. c. 75. Herrera ſupra.

Probatur primo, quia digni ſunt morte, non ſolum, qui talia agunt, ſed etiam qui cōſentiunt facienti. Ro. 1. & fœmina in eo caſu ſi non reſiſtat, non ſolum cōſentit, ſed etiam cooperatur exhibendo materiam, quam ſubtrahere tenetur: tenetur autem lege charitatis ad vitandum peccatum proximi quantum poſſit commode, & lege temperātiæ, ne ipſa afficiatur delectatione venerea, & ne cum ipſa exerceatur ab alio vnde cōmuniter peccabit mortaliter ſi actus ſint aperte libidinoſi, vt pudendorum, aut fœmorum; aut oſcula furtiua. Caiet. & Ledeſm. ſupra, & alij, quia in hoc caſu non excuſat dubium de libidine, nec ſcandalum, quia magis ſcandalizabuntur qui viderint tactus, & non reſiſtentiam, & cōmuniter nulla alia in eo euentu eſt cauſa excuſans, & adeo pudendi tactus eſſe poſſent, vt permiſſio non poſſet excuſari per infamiā aggreſſoris, quæ ſequeretur ex reſiſtētia: (ſæpe enim non poſſunt fœminæ reſiſtere niſi aliquo motu, quo aggreſſio alijs innoteſcat) nā vt excuſetur fœmina à permiſsione enormium tactuum, requiritur magna infamia aggreſſoris, vt ſi agreſſor eſſet Epiſcopus aut alius eccleſiaſticus. vel religioſus boni nominis: laicis autem hæc modicam vel nullam infamiam afferūt. Fauet quod Deut. 22. rea cenſetur fornicationis virgo, quæ in ciuitate oppreſſa nō clamauit, vide Nauar. & Sotū infra.

Sed vt hæc magis exponantur dico. 3. ſi tac- 226
3. Concl. tus tales ſint, & in talibus circumſtantijs, vt poſsint licite fieri veluti oſcula, & amplexus inter conſanguineos præſertim in profectione, & reditu, vel manum porrigere, aut ſimiles ſecundum conſuetudinem patriæ, tunc non erit peccatum mortale tactus non repellere quandiu non conſtat virum mala intentione tangere, quamuis ſit ſufficiens ratio dubitandi de illius mala intentione Sylueſt. & Medina ſupra, & Armil. verbo oſculum, quia in dubio non debet præſumere contra proximum, & licet præſumptio ſit probabilis ſpeculatiue, non debet ſe illi conformare in praxi, ne pudore afficiat virum forte bona intentione procedentem, & preterea fœmina cooperatur actu exteriori de ſe licito, & qui, vt procedit ab ipſa, honeſtus eſt, & ſic non peccat: niſi permittendo tactus illos, de quibus dubitat, ſint ne libidinoſi, exponat ſe periculo conſentiendi in aliquod peccatum: tunc enim peccaret, vt ait Ledeſma ſupra.

Dico. 4. ſi cōſtat predictos tactus fieri mala 227
4. Concl. intētione repellēdi ſunt, ſi repelli poſsūt: ſine ſcādalo tñ, & alijs incōmodis Syl. Armi. Med. Caiet. Ledeſ. & alij quia præpōderat ſpiritualis vita proximi ſcandalizandi, aut eius, aut fœminæ fama, quæ interdum ex reſiſtentia amittitur: putant enim ſpectatores, aliquam dediſſe ocaſionem erga illū virum, vel alios, vt impudice, vel libidinoſe tangeretur: quia alioqui non auſus fuiſſet vir ſic illā tangere. Cum tanto igitur detimento ſuo vel viri, vel aliorum nō tenetur peccatum eius exterius, quod nulli alteri nocet, impedire, & multo minus, ſi inde timerentur rixę inter illum virum & alios puta maritum Patrem, vel fratrē fœminæ: imo Caieta. videtur tenere, etiam ſi abſque ſcandalo, aut alijs incommodis reſiſtere poſſet, nō teneri quod mihi non placet. Sed credo ſi ille ægre laturus eſſet reſiſtentiā, & ob id priuaturum illam magnis commodis tēporalibus, ne illa amittat poſſe tactus illos permittere: ſecus ſi tactus eſſent valde turpes, & nulla vel modica ſpes magnorum bonorū, ſi tangi ſe permittat: quamuis minime cooperando aut efficiendo, aut aliquid in pretium ſuæ permiſſionis accipiendo, vel acceptādo, ſed mere paſſiue ſe habēdo. Iuxta hęc intelligo Leſſium lib. 4. c. 3. dub. 8. num. 64. Vbi ait, ſi contactus ſit exterius honeſtus, & iuxta receptum patriæ morem fiat, vt cum in aduentu, vel receſſu amicorum oſculum figitur, nō tenetur alteram refugere, etiamſi impurū eius animum nouerit, vt recte Caietan. hoc loco quia hic actus per ſe eſt licitus &c. Quod generaliter verum eſt quoties illa iuſtam cauſam habet non detrectandi, qualis in propoſito eſt patriæ conſuetudo, amicitia, vel conſan-

Digitized by Google

ſanguinitas. Hac tamen intellige, quantum eſt lege virtutis temperantiæ: nam lege charitatis, ne videlicet alter peccet, tenetur tales contactus quantum poſſit, declinare. Similia dicit Sayr.lib.8.c.9.n.1.in fine.

228 Vnde dico.5. fœmina per ſe loquendo tenetur clamare, aut per vim reſiſtere, aut qua-
5.Concl. uis alia ratione cōmoda. Caiet. Gerſon & Ledeſ.ſupra, & Nau.c.16.n.13. Soti vero indulgentia.5.iuſt.q.1.ar.5. ad.3. nimia nonnullis videtur, quam examinare non eſt præſentis inſtituti, iuxta quam ſumma Corona ca. 1. nu. 64. §.hinc ſequitur, ait, *Mulierem inuitam violatam ſentiendo delectationem venerea non peccare, quãuis non vociferetur, aut aliquo modo ſe defendat ob verecundiam, dum modo non ſe accommodet aut componat, & animo non conſentiat*. Vide Sanchez lib.2.de matr.diſp.39.q.2.nu.13. vbi citat alios pro ſentẽtia Soti. Sed magis, & ad maiorem reſiſtentiam tenetur fœmina cui imminet periculum proximum conſentiendi in aliquod peccatum mortale delectationis, deſiderij, vel pollutionis, & quanto tactus fuerint magis impudici, maior eſt obligatio reſiſtendi maiuſque habet ius ſe defendendi cum infamia, vel damno aggreſſoris: quem licite poteſt occidere, ſi non poteſt aliter ſuam integritatem & honorem tueri. Quamuis nõ teneatur illum occidere, ſi tamen aliquãdo prudenter timeretur infamia fœminæ ex clamore, vel alia reſiſtentia, vel timeretur aliquo nota, ratione cuius difficilius eſſet matrimonio collocari, vel graues inimicitiæ familiarium; non teneretur fœmina ſe defendere.

Dico.6. peccatum mortale eſſe delectari de cogitatis aſpectibus, & tactibus venereis, quos exercere eſſet mortale, quamuis deſit propoſitum exercendi illos Caiet. verb.delectatio parte.2.§.4.eſt, Armil.ibi, nu.3. Syluest. quæſt.5. Nauarr.c.16.n.11. & aperte colligitur ex ſuperius dictis de delectatione moroſa.

SECTIO. XXXV.

Adduntur aliqua pro tota diſput.

230 PRO complemento huius diſp. Ad-
Additio.1. denda ſint nonnulla.1. circa ſect. 3. nu.24. & ſequentib. licet multi ibi citati, & Lucius in 6. præcepto notab. 4 Herrera.2 diſp.33.q.11.& 12, teneant, delectationem moroſam de quocunque mortali etiam ſi ſit prohibitum iure poſitiuo, eſſe. m. quacũq. ratione de illo delectemur: quod Leſſius lib. 4. ca. 3. dub.15. fatetur in omnibus prohibitis iure naturæ, licet non in prohibitis ſolo iure poſitiuo: tamen verius eſt, quod ibidem cum Vazq. docuimus, & tenet Azor to.1.lib.4.cap.6. delectari de morali propter alias rationes, ſeu bonos effectus, nõ eſſe mortale.

2. Delectationes moroſas de fornicatione ſumere ſpeciem neceſſario confitendam, ex eo quod mulier, ſit nupta, Deo ſacra conſanguinea &c. præter citatos nu.58 tenet Card. Arx cœli lib.de peccator.differentijs cap. 20. & ſupponit Sotus.4.d.18.q.2.a.4.poſt.7.con.§. *quando vero*.

3. Quod diximus numer.59. circunſtantiam virginitatis fœminæ addere ſpeciem malitiæ neceſſario confitendam, docet etiam Raym. in ſum.tract.4.de pœnit.cap.2.agens de confeſs.circunſtantiarum, & Sebaſt. Medicis in ſum.peccat.p.2.tit.8.de luxuria cap.32. Herre. de peccatis diſp.32 q.14.

4. Quod dixi num.60. delectationem moroſam de peccato.m.eſſe.m.de veniali venialem tenet D.Thom.art.8.&.2.d. 24 q. 3.art.4. 4.
Medina hic artic.6.Graff.lib. 2. ca.78.Syluest. delectatio quæſt.1.& alij ſummiſtæ eod.v.Angeſt.c.6.mor. commento.5. Leſſius. 4. de virt. cap.3 dub.15. Et delectationem moroſam, etiã in materia graui, defectu deliberationis interdum eſſe peccatum, v.tãtum; interdum vero nullum, docet Tolet.lib.5.ca.14. Lopez.1. par. inſtruct.cap.75 Medina hic artic. 6. &.1.ſum. cap.17. Vega, delectatio, caſu.1. Eman.luxuria, cap.194.num.1. Cordub.lib.1.quæſt. 23. Corra. quæſt.50, Graff.lib.2.cap.78.num.2.ex cap. ſed penſandum, d.6. Petr.de Soto lect.9.de peccatis. D.Thom.art.3.ad.2.& 3. Alex 2.p.quæſt.108 m.21. Vazquez.diſp.107.cum Caieta. & Arm. vbi late & bene tractat qualis deliberatio requiratur, vt delectatio ſit venialis, vel mortalis, de quo etiam Zumel artic.8 diſp.1. Medin. art.6 docum.6. & recte Vazquez docet in ſemiebrijs, & ſemidormientibus eſſe ſufficientẽ deliberationem ad.v.& non ad.m. quod etiã docent Sa verbo luxuria nu.10. Nauarr. prælud.9.num.10.& cap.16.num.8. Valen.2.2.diſp. 9.quæſt.3.puncto.3.§. *Dixi autem*. Sylu. verbo pollutio. Lopez.1.p cap.74.§. *ims*, Emanuel.v. luxuriæ cap.193.num. 2. Vega pollutio.caſu.1. Maior.3.d.37.quæſt.14.col.vlt. Et quod ait Zumel art.8.diſp 1.poſt.4.con.cõtra Angeſt. Vict. & Cordub.eum, qui plene aduertit, eſſe peccatum; ſed non aduertit eſſe.m.peccare. m. ſolũ eſt verum ſi videat; fortaſſe materiam eſſe grauem: quia tunc peccabit. m. ratione periculi, cui ſcienter ſe exponit. Vide Leſſium lib 4.ca. 3.dub.14.

5. Delectationẽ nõ de opere cogitato. m. ſed præciſe de cogitatione, nõ eſſe. m. præter citatos nu.61. tenet Card. Arx cœli lib.de peccat.differentij c.20. quod vero dicitur M[illegible] 15. de corde exeunt cogitationes malæ & [illegible] Sapien. 1. peruerſæ cogitationes ſeparant

Deo

Deo, & ſimilia, quæ dicit Ioann. Climac. gradu. 15. intelligenda ſunt ratione periculi, &c. & ſic tantum verum eſt, quod ait Viguerius, cap. 3. §. 5. verſic. 5. conſenſum verum, vel interpretatiuum in cogitationem practicā rei turpis, eſſe mort. Lætatur autem de cogitatione, vel cognitione, qui lætatur de ſubtilibus inuentionib. & exquiſitis modis peccandi proprijs vel alienis, ideo non peccat mortaliter per ſe loquendo Caiet. Armil. Angel. Medin.
6 Valentia. & alij. ¶ 6. Quod dixere Alex. & alij
Circa n. 66 cit. ſect. 3. & 9. nos non teneri ad reprimendos primos motus in. p. m. ne inſurgant, ſed tantū ne conſenſum voluntatis eliciant, tenet etiā dictus Card. lib. de præceptis. c. 34. n. 20. Quod vero in illis ſectionibus, multis tribuimus, ſecluſo formali conſenſu voluntatis, & vlterior periculo non eſſe. m. hos motus permittere indicat Lucius in. 5. præcep. not. 4. ¶ In voluntate dari motus aliquos nullo modo, vel imperfecte deliberatos. Med. a 6. in fine. Alm. 3. mor. c. 24. & de delectationibus idem videtur dicere Scotus. 2. d. 42. q. 3. ad. 1. quæ loca male conciliat Ouand. 2. d. 24. prop. 7. vbi etiam probabile putat, quod dixere Scot. & Roſer. ſcilicet appetitum ſenſitiuum, & voluntatem mere paſſiue concurrere ad delectationem, quod late reiecimus to. 1. tract. de beat. & tractat. de paſſio. ¶ 7. Circa ſect. 21. adde, veniale Circa ſect. 21.
ex leuitate materiæ dari in materia luxuriæ, docet Nauar. c. ſi cui de pœnit. d. 1. in fine Armil. verb. impudicitia.

QVÆSTIO. LXXV. DE CAVSIS PECCATORVM IN GENERALI.

Art. 1. *Vtrum peccatum habeat cauſam.*
Art. 2. *Vtrum habeat cauſam interiorem.*
Art. 3. *Vtrum habeat cauſam exteriorem.*
Art. 4. *Vtrum peccatum ſit cauſa peccati.*

DISPVT. VII. DE CAVSIS PECCATORVM.

De hac re præter D. Thom. & eius interpretes hîc videre licet eoſdem. 1. p. q. 48. & 49. D. Thomam ibi, & de malo. q. 3. Alenſem. 2. p. q. 94. Bonauent. Durañ. & alios Scholaſticos. 2. d. 6. 7. 34. & 36. Scotum, diſt. 37. Angles, d. 34. & ſequentibus. q. 6. Herreram tom. de peccatis, diſp. 34. Sayr. lib. 4. cap. 22. Medicis. 1. p. ſummæ de peccatis cap. 23. Vincent. lib. 3. Speculi. moral. p. 2. diſt. 4.

SECTIO. I.

Vtrum peccatum pro formali habeat aliquam cauſam.

1 RESP. peccatum habet aliquam cauſam. Hanc probat D. Tho. hac. q. 75. art. 1. ex Iob. 5. *Nihil in terra ſine cauſa fit.* Quæ probatio nō nullis diſplicet: quia ſenſus illorum verborum eſt, nihil mali in terra euenire, niſi pro culpa, vt conſtat ex contextu illius, cap. & præcedentis. ¶ 2. Quia illa verba ſunt Eliphaz, & non Iobi, & nullam auctoritatem habent, præſertim cum ad falſi confirmationem adducantur. ¶ 3. Quia reſpondebit aliquis malum non eſſe aliquid: ſed nihil pro formali, in illis autem verbis ſermonem eſſe de aliquo ſeu de re poſitiua, proinde non eſſe ſermonem de pecca-

peccato ſaltem formaliter ſumpto. Vnde efficacius probatur concluſ. quia omne quod incipit eſſe, ſeu nunc eſt, & prius non erat, habet cauſam, per quam reducatur de potentia ad actum, ſed peccatum incipit eſſe: ergo: &c. Et ad hanc fere rationem reuocantur aliæ, quibus vtitur D. Tho. 3. contra gen. c. 13. Conf. alia ratione D. Tho. illo. art. 1. & 1. p. q. 46. art. 1. quia ſi loquamur de peccato pro materiali, conſtat, ſæpe eſſe quid poſitiuum realiter diſtinctum à Deo, & ſic habere cauſam efficientem nempe Deũ, à quo omnia pendent in fieri, & conſeruari. Si vero pro formali, ſic etiam neceſſe eſt cauſam habere, quia formale peccati eſt priuatio alicuius perfectionis debitæ, ſeu conuenientis diſpoſitionis: nihil autem priuatur perfectione ſibi debita, ad quam habet naturalem propenſionem, niſi aliquid ſit, quod impediat, nempe inclinatio ad bona ſenſibilia, quæ auocat à legis obſeruatione, ſicut grauitas recta via duceret graue ad centrum, & potentia progreſſiua recte moueret, niſi impediretur. Conf. 2. nam de ratione peccati eſt eſſe liberum per modum effectus: ergo habet cauſam liberã, à qua proficiſcatur, & ita peccatum habere cauſam, docẽt omnes Scholaſt. 2. d. 34. & alibi. Quod vero ait Dion. c. 4. di. no. par. 4. peccatũ nõ habere cauſã: explicat D. Th. q. 75. a. 1. peccatũ nõ habere cauſam per ſe, ſed per accidens, quia videlicet malitia peccati nec eſt per ſe intenta, nec per ſe fit, ſed conſequitur ad actum poſitiuum.

SECTIO. II.

Quæ genera cauſarum habeat peccatum.

2. 1. PRIMO habet cauſam materialẽ ſeu materiã in qua: nã eſt in voluntate, vel alia potentia, vt vidimus quæſt. 74. materiã etiam ex qua, quæ eſt actus poſitiuus, ex quo, & malitia conflatur peccatum.

2. Hinc. 2. habet cauſam formalem, nempe priuatione, in qua, vt vidimus quæſt. 71. conſiſtit formale peccati. Sed non habet formam poſitiuam, nec quæ ſit perfectio: cum eius forma ſit priuatio perfectionis, quo ſenſu dixere D. Tho. 1. par. quæſt. 49. ar. 1. & Durand. 2. diſt. 34. quæſt. 3. mali nullam eſſe cauſam formalẽ; cum ſit priuatio ſpeciei ſeu formæ. Simili ratione dicunt, non habere cauſam finalem,

3. quia eſt priuatio ordinis ad debitum finem. Habet tamen tertio cauſam finalem, quia nemo peccat peccato commiſsionis per actum voluntatis poſitiuum, niſi intendat aliquem finem.

4.Peccatum habet cauſam efficientẽ quodammodo nẽpe, quæ vere & poſitiue influat in materiale, vnde ſequitur malitia ipſa, & hæc eſt cauſa efficiens phyſica: interdum etiã habet cauſam efficientem moralem: qualis eſt conſulens, præcipiens, &c. 4.

5.Habet cauſam exemplarem, quando exẽplo vnius alius peccat. 5.

6.Habet cauſam diſpoſitiuam, quæ reducitur ad materialem, quia veniale diſponit ad mortale, & vnum mortale ad aliud, & paſsio cauſat diſpoſitiue aut per ſympathiam peccatum in voluntate. 6.

7. Ignorantia eſt cauſa peccati quaſi remouens ſcientiam, quæ peccatum impediret. 7.

SECTIO. III.

Vtrum peccati cauſa ſit aliquod ſummum malum.

MANICHÆI exiſtimarũt vnum eſſe ſummum malum à quo omnia mala profluxerint, ſicut vnum eſt ſummũ bonum à quo omnia bona. Inſuper in homine eſſe duas animas aliam à malo Deo, maliſq. ſemper inhiãtem aliam à bono Deo, & boni ſtudioſam: referunt Auguſt. lib. de hæreſib. in 46. 2. ciuit. ca. 7. lib. 12. ca. 2. lib. de duabus animabus, & 5. confeſſion. c. 12. Iſidorus. 1. ſenten. de ſummo bono cap. 11. Chryſoſto. hom. 9. in ſymbolum. Epiphan. hæreſ. 37. Nazianz. oratione in ſanctum lauacrum, ad finem. Ambr. 1. Hexamer. cap. 8. Euſeb. 7. hiſtor. c. 27. Caſtro. verbo peccatum hæreſi. 1. verbo malum hæreſi. 2. Bellar. tom. 3. controuer. 2. lib 5. ca. 2. Prateol. lib. 10. verbo Manichæi hæreſi. 12. & lib. 1. verb. Albigenſes. c. 23. hæreſi. 1. 3 *Error Manichæorum*

Fundamenta horũ fuere. Primũ, quia contrariorum cõtrariæ ſunt cauſæ: ergo, vt boni cuiuſq. cauſa eſt ſummum bonum, ita mali cuiuſq. cauſa erit ſummum malum. §2. Quia omne tale per accidens, aut per participationem, reducitur ad tale per ſe, aut per eſſentiã. Sed aliqua ſunt mala per accidens ſeu per participationem: ergo reducũtur ad malum per ſe, & per eſſentiam, quod eſt primum, purum, & ſummum malum. §3. Quia ſi vnum contrariorum eſt in rerum natura, eſt etiam aliud. 2. cœli tex. 18. ſed ſummum bonum eſt in rerum natura: ergo & ſummum malum, quod erit cauſa omnium malorum. Sed 1. illud deliriũ, & monſtrum duarum animarum bene refellitur ab Auguſt. lib. de duab. animab. Bonau. 2. d. 34. ar. 1. quæſt. 1. 4 *1. Fund.* 2. 3. *Auctor.*

1. Ratio, quia ſi ea anima, quæ bona eſt, poteſt appetere malum fruſtra ponitur alia ani- 5. *1. Concl.*

anima mala, quæ malum appetat. Si vero anima bona non poteſt malum appetere, neceſſario erit bona, & neceſſario ſaluabitur, quod eſt abſurdũ. Similiter ſi anima mala pōt bene appetere, ſuperfluit alia bona, ſi vero non poteſt bonum appetere: ergo neceſſario peccat, ſaltem quoad ſpecificationem, quod eſt abſurdum. Maxime cum impoſſibile ſit dari animam, quæ poſſit abſtinere à malo & non poſſit facere bonum.

Secunda ratio, Auguſt. eſt quia Manichæi cum omnibus concedunt, bonum eſſe pœnitere de peccato, ſed eadem anima debet pœnitere, quæ peccauit: ergo eadem anima poteſt velle & facere malum & bonum.

Tertia ratio, quia vt idem intellectus eſt, qui verum & falſum aſſenſum habet: ita & eadem voluntas, quæ bonum & malum vult, ac proinde eadem anima. Confirmatur, quia omnis voluntas, vt & intellectus eſt potentia vniuerſalis, quæ tendere poteſt in omne bonum, & in omne malum repræſentatum ſub ratione boni. Confirmatur præterea, quia malum, vt malum, nequit appeti: potentia autem quæ poteſt in malum ſub ratione boni, cur non poterit in bonum, quod careat ratione mali?

Quarta ratio, quia omnis anima eſt producta à Deo bono: ergo nulla eſt eſſentialiter mala, alioqui eius peccata reducerentur in Deum, qui ſolam potentiam & inclinationẽ peccandi ei dederit.

Quinta ratio eſt, quia vnum compoſitum vnam tantum formam ſubſtantialem habere debet.

6 2. Con. 2. Nullum eſt .1. malum improductũ, à quo omnia mala originem ducant. Oſtendunt D. Tho. 1. p. q. 49. a. 3. & 3. contra gen. c. 15. Scholaſtici cõmuniter. 2. d. 34. vbi Bon. q. 1. a. 1. Ægid. q. 2. a. 1. Alij. 2. d. 1. vbi plures citat Carthuſ. q. 1.

1. ratio, quia primum principium malorum deberet eſſe ſimpliciter, imo & pure malum per eſſentiam ſuam, ſicut primum principiũ bonorum eſt ſimpliciter & pure bonum per eſſentiam ſuam: implicat autem aliquod ens ſimpliciter, aut pure malum per eſſentiam: nam omne ens eſt bonum, vt probatur. 1. p. q. 6. a. 4. & in Methaphy. & præſertim hoc eſt verum de ente incauſato, & improducto.

Conf. 1. quia ſi illud totaliter malum, non eſſet ens, eo quod omne ens eſt bonum, & ideo Ariſtot. 4. ethic. ait, ſi malum integrum ſit, ſeipſum deſtruet: nihil ergo poteſt eſſe totaliter & omni ex parte malum. Conf. 2. quia illud eſſet per ſe, & intelligeret eſſe autem per ſe, & intelligere eſt bonum: ergo illud ens eſſet bonum in ſe, omne autem quod in ſe eſt bonum, pōt eſſe bonum alijs: ergo illud ens non eſſet præciſe cauſa omnium malorũ.

2. Ratio, quia ſummum bonum eſt cauſa omnis boni: ergo, & omnis entis, cum omne ens ſit aliquo modo bonum: ergo eſt cauſa illius entis, quod ais, eſſe cauſam omnium malorum, & ita tale ens non poteſt eſſe primum principium illorum. Tertia ratio, quia nihil reſpiciens ad malum operatur: ergo, quod cauſat malum, intendit aliquod bonum, ac proinde eſt aliqualiter bonum, & nõ pure malum. ¶ Quarta ratio, quia omne malum cauſatum habet aliquid boni: ergo eius primum principium debet eſſe ſaltem aliqualiter bonum, & non ſumme ac pure malum. Dices: bonum habet à ſummo bono, & malum à ſumme malo. Contra, quia cum malitia conſequatur ad bonitatem, ſummum bonum, quod dat bonitatem v. g. igni cauſato calorem, dabit, & malitiam, quæ eſt deſtruere frigiditatem, & cum non poſſit deſtrui frigiditas ſine poſitione caloris; primum principium malorum, & independens ab alio in productione malorum, producet etiam bonum, ſine quo nequit produci malum. Confirma. quia vt poſtea oſtendemus, mali cauſa bonum eſt. Item quia nihil eſt, quod præciſe poſſit cauſare priuationem: ergo quod eſt cauſa alicuius mali (quod in priuatione conſiſtit) etiam eſt cauſa alicuius boni, & ſic non eſt purum malum. Vide alias rationes. 3. contra gentes, cap. 15. vide etiam, cap. 18. vbi probat, malum non poſſe eſſe cauſam niſi per accidens, & ratione alicuius boni adiuncti: ergo purum malum non poteſt eſſe primum principium.

Ad. 1. fundamen. Reſpond. contrariorum non ſemper eſſe contrarias cauſas, nam cauſæ liberæ, & interdum non liberæ contraria efficere poſſunt, & ſaltem omnia contraria ſunt ab eodem principio primo, quia habent aliquid boni, ratione cuius procedere debent à primo & ſummo bono. vt attigit D. Tho. 1. p. q. 49. a. 3. ad. 1.

Ad 2. Reſpon. in bonis omne quod eſt tale per accidens, reduci ad tale per ſe: non vero in malis, quia omnia reducuntur in ſuam cauſam: mali autem cauſa bonum eſt. Deinde vt ait D. Thom. 1. part. quæſt. 49. art. 3. ad. 4. nihil eſt malum proprie per participationem, ſed per priuationem, quæ ab eo eſt, quod contrariam formam inducit, id vero non poteſt eſſe pure malum: ergo nullum malum eſt à pure malo.

Ad. 3. Reſpond. bonum & malum formaliter loquendo nõ opponi contrarie, ſed priuatiue, & ſummo bono nihil eſſe cõtrarium etiam late dictum, ita vt ſit deſtructiuum illius, vel alicuius perfectionis, quia non poteſt eſſe aut perfectionem aliam amittere. Sic fere Reſpondet D. Thom. illo. ar. 3. ad. 2.

Digitized by Google

SECTIO. IIII.

V. peccati cauſa ſit aliquod bonum.

7 Matt.7. PRO parte neg. arg. 1. quia arbor bona non poteſt malus fructus facere. 2. Quia nihil eſt cauſa ſui oppoſiti, bonum autem peccato apponitur: ergo. 3. Quia peccatum procedit à cauſa, vt eſt deficiens: vt ſic autem eſt mala: ergo per ſe & formaliter non procedit à bono, ſed à malo.

R. peccatum & omne malum cauſari ab aliquo bono. Dion. c. 4. diuin. no. D. Th. ibi lectio. 16. verſus medium et lect. 22. Aug. 1. cōtra Iulian. cap 9. to. 7. Alenſ. 2. p. q 70. memb. 3 a. 1. 3. & 6. D. Tho. hac q. 75 art. 1. & 1. par. q. 49. ar. 1. contra gent. c. 19. Magiſter. & alij 2. d. 34. vbi Bon a. 1. q. 1. 2. & 3. Rich. q. 3. Scotus, & Gab. q. 1. Dur q. 3. Ægid. q 2 a. 2. Capreol. q. 2. Argentina. q. 1. art. 2.

Probatur quia malum formaliter conſiſtit in priuatione: priuatio autem raro fit, niſi à ponente formam cōtrariam, vel aliquod impedimentum poſitiuum. Dico, raro, quia interdū poteſt per ſe fieri, vt cum Deus deſtruit vnam rem nullam aliam producēdo, & cum pura omiſsio fit à voluntate. Quomodocumque autem fiat priuatio, ſiue per ſe, ſiue per accidens, ſemper fit ab aliquo bono. nam etiam voluntas pure omittens, bona eſt, & cum pure ommittit, ab operatione retrahitur vi alicuius boni ſibi repræſentati, quod etiam dicitur cauſare illam omiſſionem, quādo autem actio eſt poſitiua, vt communiter in peccato interuenit, clarum eſt cauſari a bono, quia cauſatur a fine, qua ratione Dion. ſupra, & D. Thom. illa lect. 22. verſic. odium omnium malorum, docent malum cauſari à bono, ſcilicet ſaltem apparenti. Materialiter etiam malum cauſatur à bono, quia priuatio eſt in aliquo ſubiecto, quod eſt materialis cauſa ipſius.

Ad. 1. arg R. ex Aug. 1. contra Iulian. cap. vlti. quem ſequitur *D*. Th. 1. p. q. 49. a. 1. ad. 1. ſenſum Chriſti eſſe ex bonis habitibus præſertim infuſis, & ex bonis actibus internis non prodire malos actus externos: ſecus ex volūtate, quæ ſecundū naturā ſuam bona eſt. In idē fere redit explicatio Aug. 4. cōtra Iulian. c. 3. & lib. de gratia Chriſti. c. 18. & 19. & 2. de actis cum Fælici Manichæo. c. 4. Chryſoſto. hom. 18. imperfecti. Vide Bellar. to. 3 cōtrouer. 3. generali. p. 1. principali lib. 5. c. 10. Si argumēteris, quia cauſa debet eſſe ſimilis effectui: bonū autē nō eſt ſimile malo: ergo nō pōt eſſe illius cauſa. R. cum D. Th. hac. q. 75. a. 1. ad. 3. bonū nō eſſe cauſam mali, vt bonū eſt, ſed quatenus imperfectū & deficiens eſt à ſummo bono, vt poſtea dicetur, & ita eſt aliquomodo ſimile malo. Ad. 2. R. ex D. Tho. 1. p. a. cit. ad. 2. peccatum nō opponi directe bono à quo cauſatur, ſcilicet voluntati, ſed conuenienti diſpoſitioni ipſius. Ad. 3. dico. 1. bonum, vt bonum reduplicatiue non eſſe cauſam mali, vt ait Durand. 2. d. 34. q. 3. initio. nam bonitas nō dicit ordinē actiuitatis ad effectum, ſed conuenientiæ ad ſubiectū; quāuis ſpecificatiuo bonū, in quantū bonū, eſt cauſa actus cui eſt adiuncta malitia, quæ per accidens, & præter intentionem cauſatur à bono deficienti & imperfecto.

SECTIO. V.

V. voluntas creata ſit cauſa peccati.

ALbanenſes vt refert Prateolus lib. 1. c. 22. verbo Albanenſes hæreſi. 10. dixerūt, peccatū non proficiſci à libero arb. imo nullum eſſe lib. arb. & Mahumetus, vt refert Sanderus. 7. de viſibili monarch. c. 125. aſſeruit *D*eum in hominibus eſſe auctorē omnium malorum operum. Cōtra quem errorē agit Aug. toto opere de lib. arb. 2. de Eccleſ. dogm. & lib. contra Fortunatū Manichæum. Grego 3. mor. c. 20. Vnde ad propoſitam. q. cum Catholicis omnibus. R. affirmatiue, & eſt de fide, docet Damaſcenus 2. fid. c. 21. Aug. lib. de duab. animab. c. 10. & 11. & 1. retract. c. 9. & 3. de lib arb. c. 17. Ireneus teſte Euſeb. lib 5. hiſt. c. 19. librum ſcripſit cōtra Florin. de monarchia, quòd Deus non ſit auctor & fabricator mali: facit Hieron. tract. de filio prodigo. Cuius verba refert Magiſter. 2. d. 7. ex arbitrij libertate colligens, quamlibet creaturā intellectualem peccare poſſe, & voluntatē creatā eſſe bonam ab intrinſeco, quāuis peccare poſſit. tractat Diony c. 4. di. no. & explicat D. Th. ibi lect. 22. Baſil. ho. 9. q̄ Deus non ſit auctor malorum, & colligitur ex Paulo. Ro. 7. vbi ex inſita complacentia legis probat, noſtram voluntatem eſſe bonam, quāuis peccare poſsit, in illis præſertim verbis, *non quod volo bonum, ſed quod odi malum facio, condelector legi Dei ſecundum interiorem hominem, &c.* Ita intelligunt Chryſoſto. & Ambr. ibi. Concluſio traditur à D. Th. hac. q. 75. a. 1. & 2. Alen. 2. p. q. 100. memb. 3. art. 5. Magiſtro. & alijs. 2. d. 34. Patet, quia de ratione peccati eſt eſſe actum voluntarium & liberum: ergo debet eſſe à voluntate & lib. arb. & obſerua cum Dion. ſupra, volūtatē eſſe cauſam per accidēs reſpectu malitiæ: malitia enim eſt præter intētionē volūtatis, quia nemo reſpiciens ad malū, operatur, vnde Dion. ait, malū eſſe præter viā, præter intentionē, præter naturā, præter cauſam, 8

præ-

Digitized by Google

pręter principiũ, præter definitionem. Vide D.Th.ſuper Dion lect.22.Bonau.3.diſt.24. ar. 2.q.3. Quamuis autẽ peccatũ cauſetur à volũtate, quæ eſt intrinſeca, tñ non ſemper peccat vel quia libere abſtinet, vel quia interdũ de eſt cognitio & libertas requiſita ad peccatũ, de quo vide D.Tho.hac.q.a 2.ad.1.& licet voluntas habeat inclinationẽ ad bonũ honeſtũ, & hac rõe peccatũ ſit contra eius inclinationẽ, tñ quia etiam habet inclinationem ad bona ſenſibilia, põt peccare, & hoc eſt pars quædã libertatis, excludens tum aliã pretioſiorẽ, & maiorẽ libertatem, quæ eſt liberam eſſe à peccato, vnde in Deo & beatis eſt perfecta libertas, tñ non eſt põa peccandi, & ideo Anſel.lib.de libero arb. dixit poſſe peccare nec eſſe libertatem, nec partẽ libertatis. De quo vide Ægid.2.d.44.q.1.a.1.§.propter primũ. Vbi etiam aduertit, licet in bonis actus ſit perfectior potentia, tñ in malis põam eſſe meliorẽ actu, vt poſſe peccare, quã peccare, quia poſſe peccare inuoluit libertatẽ ad peccandũ, quæ maius bonũ eſt, quã ſit in ipſo peccato. Vſus bon⁹ talis põæ eſt libere abſtinere à peccato, abuſus vero ſeu malus vſus peccare. Quare autẽ, licet voluntas peccãs ſit à Deo, tñ eius peccatũ nõ tribuatur Deo, videbimus infra. Hinc patet.1.põam peccandi eſſe à Deo. DD.2.d.44. vbi D.Th.& Ægid.q.1.a.1.Bon.a.1.q.1. Richar. Scot.Gab.Dur.& Capreo.q.1.Albert.2.p.ſum. memb.penul. Aug.1.retract c.8. quia voluntas ſeu liber.arb.quod eſt põa peccãdi, eſt a Deo.

2.Patet, quid dicendũ ſit ad illã. q. vtrum põa peccandi ſit põa, & poſſe peccare ſit poſſe, in qua nonnihil deſsident Alber.2.p. ſum. tract.14.q.141.m.1. Altiſiod.lib.2. tract.26.q.2. § item arguitur contra dictũ Aug. Sot.2.d.44. q.vni. Ægid.q 1.a.1. Dico ergo põam peccandi põam aliqualẽ eſſe, quia eſt vis faciendi actũ, cui ſit annexa malitia. ſeu priuatio obediẽtię, & conformitatis ad legẽ ſeu regulam, & non eſt ſicut põa moriendi, quæ nõ eſt actiua, ſed paſsiua, ſed eſt ſicut põa occidendi ſe, vel naturali actione humorũ & partiũ corporis, vel voluntate, & ſicut põa non re, ſed rõe diuerſa agendi & non agendi. Sed hæc põa habet infirmitatẽ & impotentiã adiunctã, nimirum quod homo non poſsit obtinere aliqua bona niſi peccet, ſi enim omnia bona ſine peccato obtinere poſſet, non peccaret, quia nihil eam moneret ad peccandũ, & ideo Deus & beati peccarẽ non poſſunt. Et ſicut eſt de fide liber. arb.in bonis concurrere actiue Triden.ſeſſ.6. Can.4.ita & in malis. An vero actus malus habeat rationẽ peccati, vt actio, vel vt paſſio. Copioſe tractant Bon.2.d.35.a.1,q.2.& Rich. ibidẽ, qui dicunt, actũ volũtatis, ſub rõe actionis habere proprie rõem culpæ, & in quantũ paſſio eſt, magis accedere ad rõem pœnæ. Probatur, quã priuatio obedientiæ, in qua formaliter conſiſtit peccatũ conſequitur ad hoc, quod eſt agere cõtra obedientiã, ſiue hoc ſit per actũ receptũ in volũtate, vt neceſſe eſt, quia voluntas nõ põt extra ſe immediate agere, ſiue in aliquo alio. Conf. nam obligatio magis eſt ad agendum vel omittendũ: ergo & culpa magis conſiſtit in actione, vel omiſſione, quã in paſſione. Conf. etiã quia malitia proxime fundatur in actu, vt liber eſt, ſed actus nõ eſt liber primario, niſi vt actio, põa enim non eſt libera primario, vt paſſiua, ſed vt actiua: ergo actus magis eſt peccatum, vt actio, quam vt paſſio.

SECTIO. VI.

An volũtas vt eſt imperfecta & deficiens, ſit cauſa peccati.

Reſp.affirmãter ex Dion.c.4.di.no. 6
D.Th.ibi lect.22.Nyſſeno ho.8.in Eccleſ.Damaſ.4.fidei.c.21.Aug.12, ciuit.c.7.& in Enchir.c.23.D.Tho. hac.q 75.a.1.& 2.& 1.p.q.49.a.1.ad.3.&.q.63.a. 1.Alex.2.p.q 100.memb 3.a.1.3.& 6.Albert.2.p. tract.24 q.141 a.1.cõmuniter DD.cum Magiſ. 2.d.34.vbi Bon.a 1.q 2.Dur.q.3.Ægid.q.2. ar. 2. in dubio lit.Carth.q.vni,& apud illum Vdalrich. Petrus de Tarantaſ. & alij. Scot. diſt. 37. col.9.§.quantum ad primum dico quod.

Probãt aliqui, quia peccatũ formaliter eſt priuatio & defectus: ergo volũtas, vt deficiẽs, vel defectuoſa, eſt cauſa peccati, ſic enim erit effectus proportionatus & ſimilis ſuæ cauſæ, ſic claudicatio tribuitur tibiæ, vt infirmæ & defectuoſæ. Conf. quia defectus in actione, vt notat D.Th.1 p.q.49.ar.1. vel prouenit ex reſiſtẽtia materiæ, vel ex imperfecta virtute agẽtis, hic non prouenit ex reſiſtentia materiæ, ſeu voluntatis, nam apta eſt ad ſuſcipiendum actum bonum: ergo eſt ex defectu virtutis agentis. Sed quis eſt iſte defectus voluntatis, ex quo prouenit defectus in actione, ſeu poſſe deficere & peccare?

Dico.1.poſſe peccare prouenit voluntati, ſeu creaturæ intellectuali ex eo quod ſit creata ex nihilo. Aug.12.ciuit.c.7.& alijs locis apud Alenſem.2.par.q 100.memb 3. Gregor. 5. moral. capite. 28.in id, qui ſeruiunt ei, non ſunt ſtabiles, & clarius libro.25 capite.4.colligens ex illo. 1. Timot. 6. qui ſolus habet immortalitatem. Damaſcen. 2. fidei. capite. 27.licet minus expreſſe. Fulgent.de fide ad Petrum cap.3. qui habetur inter opera Aug.to.3. Fauet etiam eodem lib. cap.23. colligitur ex Hierony.tractatu de filio prodigo, cuius verba refert Magiſter.2.diſt.7.cap.2.& Anſelmo. 2. cur Deus homo cap.10. ad finem. Fauet etiam Dionyſ.cap.9.diuin.nomi.vbi D.Thom.

lectione.22.& 2. diſt.23. quæſt.1.art.1. & 1.parte quæſt.63.ar.1. vbi Caieta.ferrar.3.contra gent. cap.10.verſus finem. Alenſ. Bonauent. Scot. Ægid.& alij Scholaſtici locis initio ſectionis citatis.Ratio huius eſt,quoniã eo ipſo, quod aliqua voluntas, vel natura eſt creata habet hanc imperfectionem,quod nec eſt ſua regula,nec neceſſariò,connaturaliterque illi ſubijcitur, & ideo pōt à ſua regula declinare & peccare,quam rationem attigit D.Thom.1.p. quæſt.49.ar.1.ad.3.& hac quæſt.75.ar.1.ad.1.& 3.& a.4.Caiet.ar.1.Ferrar.3.contra gen.cap.10. ad finem,& D.Thom.eodem.c.Bonauen.2.d. 34.ar.1.quæſt.1.Scot.d.37.columna.9. §. quantum ad primum dico quod.Et eodem ſpectat quod creatura eo ipſo quod creatura eſt,non habet connaturaliter videre Deum,ac proinde neque neceſſario quoad exercitium, vel ſpecificationē ipſum diligere & conformari eius voluntati,& bonum honeſtum amare, non enim tam plene cognoſcit Deum,& bonum honeſtum, vt neceſſario ab illo rapiatur.& ita poteſt peccare.Hoc confirmat Scotus 2.diſt.23.quæſt.vnica.§. dico igitur, quia voluntas,quæ non eſt plene ſatiata perfecta poſſeſſione totius boni,poteſt appetere bona aliqua contra rationem & præceptum Dei: ſed omnis voluntas creata relicta ſuæ naturæ,non eſt plene ſatiata poſſeſſione Dei:ergo poteſt Deum offendere. Idem confirmat D. Thom.3.contra gen.c.109. quia quælibet res ſuæ naturæ relicta, poteſt ſe ſuper omnia diligere propter magnam inclinationem, quam habet ad bonum proprium:ergo niſi ſit Deus poterit peccare, quia ſolus Deus amando ſe ſuper omnia non peccat,cum is amor illi ſit debitus.Vnde rectè D.Thom.1.par.q.63. art.1. Medina hac.q.75.ar.1.ad finem. Doctores.2.d. 23.& alibi docent,impeccabilitatē nulli creaturæ eſſe poſſe connaturalem.Idem de illa & de viſione Dei,& alijs multis oſtendimus tractatu de beatitudine. Quare autem voluntas actu peccet, nulla ratio eſt adæquata, quia omnibus poſitis ante quam peccet, poteſt non peccare: inadæquata autem eſt eius libertas,quia eſt requiſita ad peccandum actu,ſed non ſufficiens.

SECTIO. VII.

An peccatum habeat aliquam cauſam exteriorem.

10 Reſpon.cum D.Thom. & alijs ar.1. his concluſionibus. 1. nulla cauſa extrinſeca poteſt effectiue influere in voluntatem noſtram vel actum,vel aliquid excitās ad actum.Prob. quia ſolus Deus poteſt immediate in voluntatem influere.vt vidimus tractatu,4.de motiuo voluntatis,ſed Deus non poteſt mouere ad peccatum:ergo nulla cauſa extrinſeca poteſt mouere ad peccatum influendo immediate in voluntatem.Secunda concluſio aliquid exterius poteſt eſſe cauſa peccati per modum obiecti motiui,ſeu finis,qui vel male appetatur vel occaſio ſit reuocans mentem à conſideratione altioris boni, qua voluntas frænaretur à peccato:aut per modum proponentis: quomodo dæmones & mali homines ſunt cauſæ peccatorum,præcepto conſilio,vel exemplo. Tertia concluſio, nulla cauſa extrinſeca neceſſitat ad peccatum, quia cauſæ extrinſecæ, de quibus dictum eſt mouere ad peccatum, minorem habent vim,quam voluntas, quæ quidem omnibus poteſt reſiſtere, & ſi non poſſet,non peccaret.quia de ratione peccati eſt libertas, ſed quia tales cauſæ minuunt libertatem,minuunt etiam peccatum, & eo magis quo vehementiores,vt docet D. Tho. hac.q.75.ar.3.ad.3.conſonat.q.77.ar.6.ad.1. & Bon.2.d.34.in expoſitione litteræ.nu.2. Quomodo autem diabolus ſit cauſa peccati dicetur cū D.Th.q 80. Quomodo autē intelligatur,quod ait D.Th.hac.q.75.a.3.Res externæ nō mouent neceſſario appetitū,niſi forte aliquomodo diſpoſitū vide Vaz.& Zum.eod.ar.

SECTIO. VIII.

Vtrum vnum peccatum ſit cauſa alterius.

Reſp.affirmanter cū D.Th.hac.q.75. a.4.Duran.2.d.36.q.1. Ægid.q.2.a.1. 11
Carth.q.1.cū Tarant. & alijs,& ſumitur ex Eccl.3. *peccator adijciet ad peccandum.*& docet Greg.ho.11. in Euang. poſt mediū,& 25.moral.c.13.ante mediū, cōſtat exēplis Saulis,Dauidis,Salomonis,& aliorū,& q. 84.explicatur in particulari,quæ peccata vim habent impellendi ad alia,& ſuppoſito,quod homo velit manere in peccato, ſæpe eſt perplexus & neceſſario incurrit aliud, vt parochus volens manere in peccato,ſiue adminiſtret,ſiue nō adminiſtret Sacramenta,peccat. vt notat Herre.de pecc.diſp.34.in fine,& q.87. art.2.explicabitur quomodo vnū peccatū inferat aliud tanquā pœnā.Solū aduerte,peccatum ratione malitiæ nō cauſare peccatū, nec quippiā aliud effectiue,nec finaliter,quia malitia eſt priuatio perfectionis,priuatio autem perfectionis non pōt eſſe efficiens nec finis, meritorie tñ rōe malitiæ cauſat aliud peccatū,quia meritorie infert deſtructione gratiæ, & remouet peculiaria auxilia Dei,quibus vitetur peccatū. Ratione autē poſitiui vnus actus malus poteſt eſſe cauſa alterius, ſecūdum quatuor genera cauſarum, efficiens quidem erit vel directe, & per ſe ac immediate influendo,vt praua intentio efficit prauam electionem, vel remouendo prohibens videlicet virtutes naturales contrarias,vel mediate vide-

Digitized by Google

videlicet producendo malum habitum incli nantem ad ſimiles actus malos, materialis autem, vel quaſi materiales ſicut auaritia miniſtrat materiam alijs peccatis & gula libidini, finalis autem vt qui occidit, vel mentitur ob inanẽ gloriam, & tũc etiam erit aliquomodo cauſa formalis, quia finis in mo ralibus eſt ſicut forma & ſpecies. Addit Ægidius, vnum peccatum eſſe alterius formam, quia illud extrinſece complet, ſicut charitas complementum eſt, & forma virtutum.

Obſerua, etiam vnum peccatum, ſi duret poſſe aliud neceſſario adducere, vt conſcientia vincibiliter & culpabiliter errans, quòd peccabis niſi falſum iures, ſi permanet, neceſſitat ad peccatum, quia tũc ſiue iures falſum, ſiue non iures, peccabis. Similiter ex ſuppoſitione quòd nolis odium deponere, ſiue communices, ſiue non communices tempore Paſchæ peccabis.

Denique non ſolum peccata peccatorum cauſæ ſunt, ſed interdum virtutes, ſic enim ex iuſtitia crudelitas: ex zelo ira, ex manſuetudine torpor per incuriam proficiſcũtur, de quo Gregor. 31 moral. cap. 31. id tamen per accidẽs contingit, quia dum finis honeſtus intenditur, media praua aſſumuntur, vel modus non ſeruatur, & ad extremum vitioſum declinatur propter affinitatem, quam habet cum virtute.

QVÆSTIO. LXXVI. DE IGNORANTIA.

Art. 1. *Vtrum ignorantia poſſit eſſe cauſa peccati.*

Ar. 2. *Vtrum ignorantia ſit peccatum.*

Art. 3. *Vtrum ignorantia excuſet ex toto à peccato.*

Art. 4. *Vtrum ignorantia diminuat peccatum.*

DISPVTATIO VIII. DE IGNORANTIA, QVOMODO SIT CAVSA PECCATI.

DE hac re præter interpretes D. Thom. hac quæſt. 76. & Vazquez diſp. 117. tractant Vincent. lib. 3. ſpeculi moral. par. 2. diſt. 5. Sebaſti. Medices in ſumm. de peccatis titulo. 5. quæſtio. 33. & ſequentibus. Sayr. lib. 2. Theſauri. cap. 7. Azor lib. 1. cap. 12. & ſequentibus. Herrera tomo de peccat. diſput. 35. Gerſon. 2. par. tract. de reg. mor. & in compendio Theolog. tractatu de conſcientia Alenſ. 2. part. quæſt. 146. & 155. D. Thom. quæſt. 6. articulo 8. vbi interpretes, & nos multa diximus tractatu. 3. diſput. 4. per totam. Scholaſtici. 2. diſt. in 22. vbi Scot. Argen. Richar. Durand. Gabr. Angles, & alij Bonauent. ibi. ar. 2. & diſt. 43. in expoſ. lit. Cordaba toto lib. 2. Syluest. & alij ſummiſtæ verbo, ignorantia, Canoniſtæ in decreto. diſt. 38. Almain. 1. moral. ca. 4. & 5. Angeſt. in moral. cap. 6. Adrian. quodlib. 4. Caſtro. 2. de lege pœnali. cap. 14. Nauarr. cap 23. num. 45. & 46. Petrus de Soto lectione. 2 de peccatis.

Omittimus autem multas diuiſiones ignorantiæ, de quibus Medina, & Zumel in præfat. quæſt. 76. Vazquez diſput. 117. Herrera diſput. 25. de peccat. quæſt. 1. Corduba lib 2. quæſt. 1. Caſtro illo. cap. 14. Azor lib. 2. c. 12. quæſt. 1. & 2. Sayr. lib. 2. cap. 9. num. 1. & ſeqq. & alij ſupra, & nos tractatu. 3. diſput. 4.

Digitized by Google

SECTIO. I.

Vtrum ignorantia ſit cauſa peccati.

1. D. Tho. hac q.76. art.1. Reſp. aſſir. cuius concluſio certa eſt ex Num.15. *Si anima neſciens peccauerit, offeret capram anniculam pro peccato ſuo, & deprecabitur pro ea ſacerdos, quod in ſcia peccauerit coram Domino.* Iſai. 5. *Propterea captiuus ductus eſt populus meus: quia non habuerunt ſcientiam.* & Paulus 1. Corinth. 2. *Si cognouiſſent, nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent.* Eccleſiaſtici 23. *Ne adcreſcant ignorantiæ meæ, & multiplicentur delicta mea.* Quo loci vt explicat Ianſen. nō tam vult ſapiens, ignorantias eſſe peccata, quam peccatorum cauſas. Et Epheſ. 4. *Alienati a vita Dei per ignorantiam, quæ eſt in illis.* Vide etiam Leuit. 4. & 5. & 22. 2. Machab. 11. & Act. 3. Auguſtin. de natu. & grat. cap. 63. 3. de liber. arbitr. cap. 18. Plato lib. 34. Dialogo. 9. de legibus longe à princ. Ariſtot. 3. Ethic. cap. 1. Schol. 2. diſt. 22. vbi Durand. quæſt. 3. Bonauen. artic. 2. quæſt. 1. Gabr. 2. Ægid. 2. art. 3. Alen. 2. par. quæſt. 129. Antonin. 1. part. tit. 6. cap. 1. §. 1. Adrian. quodlib. 4. Cordub. lib. 2. quæſt. 7. Syluest. ignorantia, num. 7. Medicis ſupra, quæſt. 36. Docet autem D. Tho. ignorantiam eſſe cauſam per accidens, quaſi remouendo prohibens, nimirum, quia tollit ſcientiam, quæ ſi adeſſet, peccatum impediret. Hęc ignorantia vocatur antecedens, quia antecedit peccatum, vt cauſa effectum. Idem docet Caietan. Conrad. Medina, Vazquez, Valentia, & alij eodem artic. Almain. 1. moral. cap. 4. Cordub. lib. 2. quæſt. 1. Vincent. in Specul. morali, par. 2. diſt. 5. Herret. diſp. 35. quæſt. 2. & 3. Sayr. lib. 2. cap. 9. num. 4. Sylu. Medicis. ſup. & omnes. Res videtur nota ex terminis, & colligitur ex 1. Corinth. 2. ſup.

Vnde male Angles. 2. diſtinct. 22. quæſt. 2. art. 2. docet, ignorantiam affectatam eſſe per ſe cauſam peccati, quia eſt per ſe intenta. Nam licet remotio impedimenti ſit per ſe intenta; non ideo eſt cauſa per ſe deſcenſus grauis. Adde tamen, ignorantiam prauæ diſpoſitionis ſeu errorem interdum eſſe cauſam peccati, nō ſolum remouendo prohibens, ſed etiam proponendo falſo aliquod bonum, quod per ſe moueat operantem. Male etiam quoſdam dicere ignorantiam, quæ non eſt aliquo modo conſequens, ſeu voluntaria, nō poſſe eſſe cauſam peccati. Nam ignorans mere naturaliter quod iſte ſit eius pater, poteſt ex ea ignorātia committere peccatum homicidij, licet non parricidij.

Dubium tamen eſt, an doctrina D. Thom. 2
vera ſit tam de ignorantia vincibili, quam de *Dub.*
inuincibili, Medina, & Zumel dicunt, iuxta *1. Opinio.*
D.Thom. & veritatem ſolam ignorantiam vincibilem eſſe proprie cauſam peccati: nam inuincibilis, cum à peccato excuſet, non eſt cauſa peccati pro formali, ſed tantum pro materiali: in quo euentu actus nō eſt peccatū pro hac opinione citant Adrianum quodlib. 4 artic. 2. aſſerentem, ignorantiam inuincibilem non eſſe cauſam peccati, eandemque o- *2. Opinio.*
pinionem tenet Caſtro. 2. de lege. cap. 14. ante. 2. con. Herte. diſpot. 35. de pecc. q. 2. Valentia quæſt. 6. puncto. 1. Caietan. vero, et Contra. dicunt, etiam ignorantiam inuincibilem iuxta veritatem, et D.Thom. eſſe abſolute cauſam peccati, licet explicent, eſſe tantum cauſam peccati pro materiali, et ſecundum poſitiuum, vtramque opinionem et explicationem probabilem putat Vazquez.

Dicendum tamen eſt, ignorantiam inuin- 3
cibilem interdum eſſe cauſam peccati, etiam *Opinio au-*
pro formali, ac proinde proprie, non enim *ctoris.*
omnis ignorantia inuincibilis excuſat omnino à peccato, ſed ea, per quam penitus ignoratur malitia obiecti et circunſtantiæ: ſi ergo ignorantia inuincibilis fuerit circa aliquid aliud à malitia obiecti, modo ſit oppoſita ſcientiæ, quæ ſi adeſſet, impediret actum circa tale obiectum, ac proinde eius malitiam, talis ignorantia dicetur cauſa peccati, etiam pro formali, ac proprie. Eſt exemplum manifeſtum in eo, qui ſcit, malum eſſe occidere hominem aliquem, et tamen volt illum occidere, quia inuincibiliter ignorat, eſſe patrem, amicum, etc. illa ignorantia inuincibilis non excuſat illum ab homicidio, eſtque vera cauſa illius: ergo eſt cauſa peccati pro formali. Vnde D. Thom. et Vincen. optime ſine diſtinctione de ignorantia vincibili, aut inuincibili, docuere, poſſe eſſe cauſam peccati.

SECTIO. II.

Vtrum ignorantia ſecundum ſe ſit proprie & in rigore peccatum.

IGnorantiam eſſe peccatum, patet 4
Pſalm. 24. *delicta iuuentutis meæ &* 4. *Opinio.*
ignorantias meas ne memineris. 1. Co.
14. *ſi quis ignorat, ignorabitur.* Iſa. 28. ab illis verbis. *Verū hi quoq. pre vino neſcierūt.* Hoc ſuppoſito in quo omnes cōueniūt, vt ait Azor

to. 1.

Digitized by Google

com.1.lib.2.cap.12.quæſtione.3.& videre licet in Ariſtote.3. ethico. cap.1. Alb.2. part.ſum Theolog.tractatu.14. quæſt. 88. Alenſ.2.parte quæſt.129.memb.1.Bonau.& Richar.2.diſt.22. quæſt. 2.Duran.quæſt.3.Catt.vnica.Aug.c fin. diſt.37.textib.& DD. c. Appoſtolicæ de cleri. excom. cap. 2. de conſtit. in.6. l. culpæ lat.e. ff. de verbororum ſignificatione , & alijs. Vazquez diſput.118. duas refort opiniones 1. eſt aſſerentium,ignoraotiam aliquando ſecundum ſe eſſe peccatum,& non ſolum ratione negligentiæ,hanc tribuit Alenſi.2.p. q.112. membro.1.corpore,& ad tertium. Bonauent. 2.d.22.art.2. quæſt.2.corpore , & ad 1.2.& 3.D. Thom. eadem d. quæſt.2. ar.1. Alberto. art.7. Richard.ar.2.q.2.Marſilio.2.quæſt.25.ar.2 concluſ.1.& ſeqq.Almai.1.moral.cap.4.vel 5. Caſtro.2.de lege.c.14. Gerſ. alphab.31. littera. D. & alijs Eandem ſententiam tenent Medina, & Zumel.quæſt.76. art.2. Palac.2.diſt.22.diſp. 1.concluſ.12.Valen.hic diſput.6.quæſt.6. pun. 2.putans,eſſe D.Tho.artic.2.abſolute aſſerentis,ignorantiam interdum eſſe peccatum: & licet dicat D.Tho.eſſe peccatum ratione negligentiæ,non obſtat,quo minus in ſe ſit peccatum,ſicut actus exterior eſt peccatum in ſe, licet ratione interioris. Oppoſitam opinionem vocat ineptam Carthuſ.2.d.22.q.vn.col.. 4.hanc etiam tenet Angles.2.d.22.q.2.a.2.diffic.2.quam omnibus fere citatis tribuit Sayr infra.

2. Opinio. 2 Opinio,quam ſequitur Vazq.ibi , & diſput.124.in fine,eſt,ignorantiam non eſſe peccatum ſecundum ſe,ſed ſecundum negligentiam addiſcendi,hanc tribuit D.Tho. hic art. 2.corpore,& argumenta.Caier.& Conrad. eodem art.Sylueſt.ignorantia.q.3.§.8. Cordubæ lib.2.q.6.conc.2.Carth.2.ſummæ tractatu 29. cap.1.q.2.Hanc tenet Sayr.lib.2.c.9.n.12. præter relatos citans Tabien.verb. ignorant. n.3. eandem tenet Vincen.in ſpec.mor. lib.3. par. 2.d.5.Medicis.ſum.de pecca.p.2.tit.5.c.37. & à quibuſdam pro eadem citatur Adria. quodlib.4.ar.2.ante.§. ad videndum.D. Thom.2.2. quæſt.53.art.2.ad.2.& a.4. Alexan.2. p. quæſt. 129. memb.1. Antonin. 1. par. titu. 6. cap.1. §.1. Couarru.reg.poſſeſſor.par.2.§.7.n.7.& Maior. 2. diſtin. 22. quæſtione. 2. imo aliqui citant Bonauen.Richard.& Almain. ſupra , & Caſtrum illo cap. 14. verſic. ignorantia ſolum facti. Aitque Vazquez vtramque opinionem agere de ignorentia , quæ eſt priuatio ſcientiæ habitualis,quæ ſola eſt proprie ignorantia,nam priuatio ſcientiæ actualis non dicitur proprie ignorantia;ſed inconſideratio,& hanc omnes conueniunt eſſe peccatum ſecundum ſe,ſicut homicicidium , vel omiſsio facti,idemque putat ſentire omnes de hæreſi,quæ eſt error ſeu ignorantia prauæ diſpoſitionis.Ait etiam Vazquez,D.Thomam retractaſſe hic priorem opinionem, quam ſecundo ſententiarum tenuerat.

Dico primo , non eſt improbabile ignorantiam habitualem eſſe proprie & ſecundum ſe peccatum actuale,quemadmodum **6** *1.Concl.* omiſsio facti & homicidium,quia carentia eius,quod debemus habere,eſt proprie peccatum actuale;ſed ignorantia habitualis eſt carentia ſcientiæ habitualis,quam ex præcepto debemus habere:ergo eſt peccatum actuale, ſecus eſt de priuatione gratiæ habitualis,quia nullum eſt præceptum habendi gratiam habitualem : ſed præparandi ſe aliquando ad illam & non efficiendi pecata , quibus deſtruitur:alias nemo poſſet committere vnum tantum peccatum,quia quocunque peccato violaretur conſequenter præceptum habendi gratiam.Et ſic forte intellexerunt authores primæ opinionis,quam in hoc ſenſu defendit Medina hîc artic.2. dub.2.in fine,& iuxta eam negandum eſt,quod communiter dicitur , non dari præcepta de habitibus, ſi vniuerſaliter intelligitur nam:de habitibus, qui à noſtris actibus pendent in fieri,& conſeruari habendis , vel non habendis præceptum eſſe poteſt ſatis enim eſt aliquid eſſe liberũ in cauſa,vt ſub præcepto cadere poſſit,alias de actibus imperatis voluntatis quæ ſolum ſunt liberi in cauſa,nullum eſſet præceptum.Neque valer argumentum Durandi, ſcilicet, ſi ignorantia ſecundum ſe eſſet peccatum : ergo peccatum eſſet in homine iuſto quia in eo manet ignorantia . Non enim quælibet ignorantia eſt peccatum , ſed pro eo tempore,quo quis tenetur & poteſt ſcientiam habere,ſeu acquirere , vel conſeruare, vt patet ex D.Tho.art.2.ad.5. Armilla ignorantia num.1.5.&.6. Vega caſu.3.in fine. Syl. q.3. Maior.ſupra,ſic Vazq. Sayr.& Vale. Durandi rationem reijciunt.

Dico Secundo probabilius eſt , ignorantiam habitualem non eſſe peccatum proprie , & ſecundum ſe , ſicut homicidium, **7** *2. Concl.* vel omiſsio facti : ſed improprie & figurate , ſicut mors quia eſt effectus peccati homicidij ; & concupiſcentia naturalis , quia à peccato eſt , & ad peccatum inclinat: ita Vazquez cum Conrad. & Durando ſupra. (qui expreſsius id docent) & alijs authoribus ſecundæ opinionis , id quoque defendit Herrera 2.diſputatio. 35. quæſtione. 4. Sayra ſupra , Medina hîc art. 2. & Zumel ibi diſp. 1. concluſione. 6. quamuis , quia hanc ſententiam tantum appellat probabilem,oppoſitam probabilem quoque eſſe tenet . Hæc vero videtur D. Thom. hac quæſtione. 76. artic.2.ad.1.& de malo queſt.3.art.7.& Prob. à Vazquez Conrad.Durand.Zumel Herre.&

Digitized by Google

Medin. quia præcepta non dantur de habitibus alijs: ergo nec de habitu ſcientiæ, cum eadem ſit ratio de omnibus: nam cum habitus non ſint in poteſtate noſtra, niſi medijs actibus, nec quærantur, aut fugiátur propter ſe, ſed propter actus, non oportet præcipi, vel prohiberi, niſi in actibus, quibus comparantur, vel conſeruantur: ergo neque habitus, neque eorum priuationes habent ſecundum ſe, & proprie rationem boni vel mali moralis. Vnde dici ſolet, habitibus formaliter nec meremur, nec demeremur, & D. Th. 1. parte, q. 48. ar. 5. corp. & ar. 6. ad. 2. docet, peccatum ſeu malum culpæ ad operationem pertinere, quod etiam colligitur ex illa definitione Aug. 22. contra Fauſtum cap. 27. tradita à D. Thom. q. 71. art. 6. peccatum eſt dictum, vel factum, vel concupitum, &c. idemque docet D. Thom. quæſt. 21. art. 2. & quæſt. 71. art. 6. ad ſecundum, & de malo. quæſt. 2. ar. 2. & alibi, & admonuimus cum Vazquez, Valentia, & Bellarmin. initio ſecundæ diſput. & ideo D. Thom. hac quæſtio. 76. articul. 2. corpore, & ad argumenta contendit ignorantiam, non eſſe peccatum, niſi ratione negligentiæ, ſeu defectus conſeruandi, & comparandi illam: & loqui de habituali, conſtat; quia ignorantiam comparat cum carentia gratiæ habitualis, aitque, neutram eſſe peccatum ſecundum ſe, ſed ratione negligentiæ præparandi ſe ad gratiam, vel acquirendi ſcientiam, & ſane ſcientia actualis non dicitur proprie acquiri, ſed habitualis: cum ergo D. Thom. expreſſe loquatur de ſcientia, quæ acquiritur, vt patet ad primum, ſecundum, & quintum ignorantiam ſcientiæ habituali oppoſitã vult non eſſe peccatũ ſecundũ ſe, vnde ad tertium fatetur, inconſiderationem eſſe peccatum ſecundum ſe; non vero ignorantiam: loquitur ergo de ignorantia habituali, & de malo, quæſt. 2. art. 7. ait, ignorantiam eorum, quæ quis tenetur ſcire, ſi conſideretur ſecundum ſe, non habere rationem culpæ actualis, ſicut nec priuatio gratiæ, quia malum culpæ eſt priuatio ordinis in actu: ſi vero conſideretur in ſua cauſa, quæ eſt non applicare animum ad ſciendum, eſſe culpam, & ibidem ad primum ait, priuatio ſcientiæ, & gratiæ habent rationem culpæ ſecundum quod accipiuntur ſimul cum ſua cauſa, quæ pertinet ad genus actus: non agere enim, & agere ad idem genus pertinent, ſecundum regulam Auguſtini inductam. Idem repetit ad
8 vndecimum.

3. Concluſ. Dico tertio, nihil exiſtens in intellectu eſt peccatum ſeu malum formali malitia intrinſeca denominatione, ſed extrinſeca tantum ſumpta à malitia formali exiſtente in volũtate, & ita ignorãtia nõ eſt peccatũ niſi ratione negligentiæ, ſiue ſermo ſit de ignorantia habituali, ſiue de actuali, oppoſitum videntur tenere aliqui, dicẽtes, malitiam primario cõuenire actibus, & omiſſionibus externis, quos reijciendos, vel interpretandos eſſe docuimus late tract. 7. Concluſionem autem noſtrã, tenet Azor to. 1. li. 1. c. 12. q. 4. tribuẽs Alex. Bonau. Rich. Ægid. Duran. Marſil. Gab. Imo. D. Thom. & Caiet. quos aliqui iuniores excipiunt: qui tamen excipiendi non ſunt: nam quando aſſerunt, bonitatem & malitiam primarie eſſe in actu externo, indeque in internum deriuari; ſolum intendunt, bonitatem & malitiam obiectiuã primario eſſe in actu externo: de formali autem potius ſentiunt; primario eſſe in voluntate. Ita tenent Medina, & Zumel hic, idemque vult Caiet. dicens, ignorantiam non eſſe peccatum, niſi ratione negligentiæ voluntatis; quia nil poteſt eſſe peccatum, niſi vt ſubeſt voluntati, & opponitur alicui virtuti morali: & ideo peccatum ignorantiæ ait eſſe contra curioſitatem, cuius materiam non eſſe ſciẽtiam habitualem, ſed ſtudium ſciendi, docet 2. 2. q. 167. a. 1. illiq. opponi curioſitatem per exceſſum, vt docet D. Tho. ibi, quia cognitio non eſt de ſe mala, ſed vt nimia: negligentia vero ſciendi, ait, opponitur ſtudioſitati per defectũ. Quæ omnia veriſſima ſunt. Et ad hanc virtutem elicitiue pertinere puto piam affectionem ad credendam: imperatiue autem ipſum actum fidei, & media ad illam habendam; aduerſari autem illi hæreſim, & voluntatem habendi aſſenſum, qui ſit hæreticus, & carentiam debiti aſſenſus, voluntatemque carendi illo, vt in materia de fide dicemus. Quod autem diximus modo, ignorantiã eſſe peccatum formaliter ratione negligentiæ, ſumitur ex Aug. 3. de lib. arb. c. 24. dicẽte, non tibi imputatur ad culpã, quòd inuitus ignoras: ſed quòd negligis quærere quod ignoras: & ex Amb. in id Luc. 12. *ſeruus ſciens voluntatem, &c.* vbi ait, qui cũ poſſent ſcire, ſi vellent, ſtudiũ adhibere nolunt, non neſcientes; ſed contemptores iudicabuntur. Idem fere Theod. ibi. & gloſ. in id Rom. 1. *ſcimus, quoniam iudicium eſt Dei,* ait, ignorãtia in ijs, qui intelligere noluerunt, peccatum eſt.

Dico. 4. malitia obiectiua, quæ interuenit 9.
in peccato ignorãtiæ, per ſe & primario inuenitur in carentia comparationis, vel conſeruationis ſcientiæ, quia talis carentia eſt, quæ primo & per ſe prohibetur. Secundario autẽ inuenitur in carentia ſtudij, & aliorum, quæ ad comparandam, & conſeruandam ſcientiã conducere poſſunt, quia omiſſiones iſtæ ſecundario prohibentur, eo quòd illis fit, vt ſcientia, vel non comparetur, vel non conſeruetur. Hanc con. tenet etiam Azor ſupra, & Herrera merito docens, per hanc, & 3. concl. *4. Concluſ.*

con-

Caſtro. 2. de lege pœn. c. 14.

conciliari omnes opiniones. Nam de ignorantia & negligentia loquendum, ſicut de actu externo & interno: actus autem internus & externus vnum, & idem peccatum cēſentur, & externus de ſe eſt malus obiectiue, formaliter autem ſolum eſt malus ratione interni. Sic ignorantia de ſe, ideſt independenter à negligentia voluntatis, eſt mala obiectiue; formaliter autem non niſi ratione negligentiæ, & idem cum illa peccatum cenſetur.

Itaque ignorantia, vel inconſideratio eorum, quæ ſcire & conſiderare tenemur, in ſe eſt peccatum, & mala: non tamen eſt peccatum nec formaliter mala, niſi ratione negligentiæ ex qua habet vt ſit voluntaria, & libera. Sed de malitia obiectiua ipſius eſt alia quæſtio: an ignorātia ſic mala ſeu prohibita ſit ratione ſui, & per ſe, an vero in ordine ad ea quæ agenda ſunt. Et in hoc videntur eſſe diuerſæ opiniones. Nam Altiſiod. Ægid. & alij docent, non eſſe malam obiectiue ſeu prohibitam, niſi ratione agendorum, vel credendorum aut fugiendorum. Ideo enim præcepto tenemur aliqua ſcire ſeu addiſcere, vt ea credamus, faciamus, vel fugiamus: & eadem ratione prohibemur illa ignorare. Alij vero dicunt, aliqua eſſe, quæ ſcire tenemur, & ignorare prohibemur, per ſe & ſine habitudine, aut ordine ad facienda, credenda, vel fugienda: quæ opiniones ſect. ſeq. examinabuntur. Hic vero ſolum aduerte cum Azor ſup. q. 4. cum dicimus, ignorantiam ſolum eſſe peccatum ratione negligentiæ, intelligendum eſſe, niſi ignorantia ipſa ſit poſitiue volita, ſeu directe voluntaria: tunc enim proprie nō eſt mala ratione negligentiæ, ſed ratione voluntatis poſitiuæ & directæ: quæ tamen virtute, æquiualēter, & eminenter eſt negligentia. 2. aduerte, Herreram. 2. d. 35. q. 4. & 5, & alios Scotiſtas, quia cum Scoto ſentiunt, actum externum addere aliquid malitiæ interno, conſequenter dicunt, ignorantiam, quæ eſt ſicut actus externus, addere aliquid malitiæ ad negligentiam, quæ eſt ſicut actus interior voluntatis. Illud tamen fundamentum tract. 7. reiectum eſt. 3 Aduerte in membris non eſſe peccatum tanquam in elicientibus & ſuſcipientibus illud per eandem potentiam: ſecus in intellectu & hoc diſcrimen intendit D. Tho. q. 74. ar. 2. ad. 3. conueniunt tamen quatenus in vtriſque eſt peccatum ſola denominatione extrinſeca, ſic intellige, quod eodem art. & 5. docet D. Thom. peccatum eſſe poſſe in ratione, & alijs potentijs ſubiectis voluntati.

SECTIO. III.

An ignorantia ſit ſpeciale peccatum,

11 *Opinio Vazq. & Azoris.* VAzq. diſp. 119. c. 2 & 3. & diſput. 124. in fine, ait primo, ignorantiá practicam, ſeu rerum agendarum, nō eſſe ſpeciale peccatum diſtinctum ab ipſo opere, etiam ratione negligentiæ et deſidiæ, in addiſcendo; alioqui grauius peccaret, qui ex ignorantia occidit hominem, quā qui ſcienter: nā hic ſolū peccat vnico peccato contra iuſtitiam; ille vero inſuper peccat contra ſtudioſitatem; eſſentque hæc duo peccata in confeſsione explicanda; quia quodlibet eſt graue. Secundo ait, ignorantiam ſpeculatiuam, qualis eſt decalogi et aliarum rerū, à quibus pendent actiones noſtræ, vt ignorare, an homicidium ſit licitum, vel illitum; an quod apparet, ſit fera, vel homo, non eſſe diſtinctum peccatum ab ipſo opere, ſcilicet homicidij; alioquin amplius peccaret, ignoranter, quā ſcienter peccans: quod tamen eſt falſum. Vnde Altiſiod. lib. 2. tract. 29. c. 1. de hac ignorantia loquens, ait, non eſſe peccatum, et ad. 4. aſſignat rationem; quia ſcire ſecundum ſe non eſt opus virtutis, ſed antecedit virtutem et ita ait, nullum teneri ſcire, niſi propter operationem. Tertio ait, ſi ſermō ſit de ignoratione eorum, quæ ita in ſpeculatione ſunt, vt ad operationem nullo modo referantur, vt ſunt myſteria fidei; dupliciter contingere peccatum ſpeciale. 1. errore voluntario 2. negligentia ſciendi myſteria: quæ duo non ſunt peccata moris, quatenus opponuntur fidei intellectuali, ſed quatenus illa eſt materia affectus moraliter boni, qui duplex eſt; alter ſciendi, quæ ſunt myſteria noſtræ religionis; alter credendi illis, quando proponuntur. Cōtra primum affectum eſt nolle diſcere myſteria fidei, contra ſecundum vero nolle ea tenere, qui affectus ad quam moralem virtutem pertineant, et cōtrarij ad quod vitium, non explicat Vazquez, ſed in alium locum reſeruat credit vero. Quarto, materiam ſtudioſitatis eſſe ſcientiam aliarum rerum, quæ ad ſpeculationem ſolum pertinent, quatenus eadem cognitio conueniens eſt homini ſm̄ rectam rationē. Contra quam virtutem multis modis peccatur, vt oſtendit D. Thom. 2. 2. q. 167. ar. 1. ſiue per exceſſum, ſciendo pluſquam oportet, habita ratione ſtatus et profeſſionis cuiuſque: quod pertinet ad vitium curioſitatis. Siue per defectū, quod pertinet ad vitium negligentiæ, vt docet D. Thō. 2. 2. q. 166. ar. 2. arg. 3. et eius ſolutione. Eandem doctrinam tradit Azor tomo. 1. lib. 1. c. 12. q. 3. et 5. Herrera 2. diſp. 35. q. 7.

12 *Auctor.* In qua opinione illud, quod affirmat, non omne peccatum ignorantiæ aduerſari ſtudioſitati, nec omnem ſcientiam honeſtam pertinere ad ſtudioſitatem veriſimum eſt, quia licet ſtudioſitas verſari poſſit circa materias

omnium virtutum, vt docet Herrera ſupra,
imo & D.Thom.2.2.q.166.ar.2.ad 1.tamen ſi-
ne exercitio ſtudioſitatis poſſunt fieri hone-
ſtæ actiones cum ſcientia & cognitione ad il
las requiſita:& ignorantia rerum,quas præci
ſe ſcire tenemur, ne hic & nunc exponamus
nos periculo violandi alia pręcepta, non eſt
vere & proprie contra ſtudioſitatem.alioqui
haberet duplicem malitiam;alteram contra
ſtudioſitatem;alteram contra aliam virtutē:
quod non ſolum negant Vazq.Azor, & Her-
rera ſupra,ſed etiam Caiet.& Medin.ar.2.Va
len.diſ.6.q.6.pun.2.Altiſiod.Alexan.& Ægid.
cit.ſect.2.Ouand.2.d.22.prop.9.ad.1.Cord.lib.
2.q.6.nec oppoſitum dicunt Gab. & Almain.
vt notat Vazq.diſp.119.c.1.quamuis id illis tri
buat Cordub.late autem omnis ignorantia,
culpabilis eſt contra ſtudioſitatem, quia ſal
tem eſt contra obligationem alicuius virtu-
tis in materia ſtudioſitatis. Sic ſaluar poteſt,
quod dicunt Caiet.Medina,Zumel, Cordub.
Leſſius & nonnulli alij,ignorantiam agendo
rum aduerſari ſtudioſitati.

13 Adde fieri poſſe,vt quis vere peccet ex ig-
norantia, tamen ignorantia ipſa peccatum
non ſit,vt ſi occidat hominem putans eſſe fe-
ram,ignorantia non eſt peccatum,ſed peccat
homo,quia mittit ſagittam non prius exami
nãdo,an mittatur in hominem, vel in feram,
idem eſt in multis alijs euentis,interdum ve-
ro peccat quis ignorando,non quia ſimplici-
ter teneatur ſcire,ſed quia tenetur ex ſuppo-
ſitione,quodvult opus,vel munus aliquod e-
xercere vt medici, iudicis, aduocati, &c. in
quo euentu ignorantia non eſt diſtinctum
peccatum ab opere, quod per ignorantiam
fit, ſecus quando etiam ſi nullum adſit peri-
culum probabile male operandi, ignorat
quis quod ſcire tenetur,tunc enim ignoran-
tia per ſe eſt prohibita,& ita conſtituit pecca
tum diſtinctum ab opere malo, quod poſtea
per ignorantiam fit,vt recte docent Vazq. &
Azor ſupra, & fortaſſis non eſt contra Alti-
ſiod.Alenſ.& Ægid.ſolum enim videntur vel
le,nos nullum habere præceptum ſciendi,ni-
ſi in ordine ad agenda,fugienda, vel creden-
da.Quod verum eſt:ſed cum tenemur aliqua
ſcire abſque probabili periculo agendi con-
tra præcepta fidei,vel agendorũ, ignorantia
eſt ſpeciale peccatum contrarium directe ſtu
dioſitati. Quando vero tantum tenemur ra-
tione inſtantis periculi violandi talia præcep
ta, ignorantia agendorum non eſt ſpeciale
peccatum directe oppoſitum ſtudioſitati,niſi
præcepta ſint credendi:tunc enim etiam ig-
norantia eſt peccatum ſpeciale contrarium
ſtudioſitati, ſicut & ipſum non credere, ſeu
credere contrarium: quia exponere ſe pericu
lo non credendi,& non credere,eandem ma-
litiam moralem habent,ſed ſemper ignoran-
tia & negligentia ſciendi idem peccatũ ſunt.
Vnde recte Valen.diſp.6.q.6 puncto 2 *ignorã-
tia*,inquit, *& negligentia non ſunt duo peccata,ſed
vnum, ſicut actus interior & exterior: quin etiam
cum ignorantia eſt facti,quod non tenetur quis abſo-
lute ſcire, non efficit cum negligentia peccatum di-
ſtinctum à peccato, quod ex ignorantia committitur,
quia non tenetur quis abſolute ſcire factum contin-
gens:ſed tantum per accidens,ne in ipſo actu peccet:
quando vero eſt iuris,vel facti,quod quis tenetur ab
ſolute ſcire;peccatum eſt per ſe diſtinctum ab opere:
quod peccatum fit,cum quis habens occaſionem ac-
quirendi ſcientiam,& negligit, quamquam ſi tan-
tum ad factum,vel officium aliquod ſcire quis debe-
ret ſcientiam iuris, vt iuriſperitus: ignorantia non
eſſet diſtinctum peccatum ab eo, quod ex illa com-
mittitur;quia non tenetur ſcire abſolute,ſed ſuppoſi-
to,quod velit munus illud exercere.* Hęc Valentia.

Adde 2.verum non eſſe quod affirmat Cai. 14
a.2.præter negligentiã ſciẽdi oppoſitam ſtu-
dioſitati dari aliud vitium negligentiæ oppo
ſitum prudentiæ,quatenus præceptiua eſt, li-
cet enim D.Th.2.2.q.54.a.2. & q 167.a.2.3.4.&
5. quẽ ſequitur Medicis in ſum.de peccat.p.2.
tit.5.c.30.dicat, prudentiæ opponi in genere
imprudentiam,in ſpecie vero præcipitationẽ
contra debitum conſilium;inconſiderantiam
contra debitum iudicium,negligentiam con
tra debitum imperium: tamen vitia hæc, vt
notat Vazq.c.2.non ſunt in ſe moralia, ſeu e-
lectiua,vel ad appetitum ſpectantia,ſed intel
lectualia:nam prudentia non eſt virtus mora
lis & electiua ſecundum ſe;ſed intellectualis.
ſicut ars,vt docet Ariſt.6.ethic.c.2.& 3.D. Th.
1.2.q.68.ar.2.corpore,& ad argu.& ar.4.& 2.2.
q.4.ar.8.appellat tamen eam ducem virtutũ
moralium: quo ſenſu Bernar.ſerm.49.in cant.
de prudentia ait, *eſt ergo diſcretio non tam virtus
quã quadam moderatrix & auriga virtutum ordi
natrixque affectuum, & morum doctrix*, virtuti
autem intellectuali non opponitur peculia-
re peccatum moris;alioqui arti etiam oppo-
neretur.Negligentia vero ſciẽdi,quæ eſt pec-
catum morale ſtudioſitati,quæ eſt virtus mo
ralis,opponitur, & ignorantia rerum fidei,
quæ ſpeciale peccatum eſt, opponitur affec-
tui ſciendi rerum fidei,qui inſtar ſtudioſitatis eſt
ſecundum Vazquez in mea autem opinio-
ne vera ſtudioſitas. At affectus circa finem,
qui mouet prudentiam ad conſultandum,iu-
dicandum de medijs,& imperandum illa, nõ
eſt alicuius virtutis peculiaris: ſed iuxta va-
rias materias ex varijs virtutib⁹ procedit;ideo
que imprudenter iudicare,conſultare,vel im
perare, ſecundum Vazquez non eſt contra
aliquam peculiarem virtutem moralem, ſed
contra varias virtutes iuxta materias occur-
rentes, & hæc doctrina in rigore vera eſt:
quod

quod vero communiter dicitur, eſſe contra ſtudioſitatē, explicari debet, vt ſit cōtra illā id eſt cōtra id, quod illa debuiſſet ex obligatiōe aliarū virtutū per ſe ipſam præſtare, nec imprudētia ſecūdum ſe, quatenus opponitur intellectuali virtuti prudentiæ, aſt; ſpeciale peccatatum moris, hæc enim imprudentia eſt ratio communis, quæ ſub ſe habet varios defectus intellectuales iam dictos.

15 Pro maiori autem ſuperiorum intelligentia aduertendum maxime eſt, non ſolum Aléſem, Altiſiod. & Ægid. citatos ſect. præced. Sed etiam Sayr. lib 2. c. 9. nu. 31. cum Angle. 2. d. 22. q 2. ar. 2. diffi 1. indicare, nullam eſſe obligationem ſciendi articulos fidei, & decalogum, & alia quæ ad ſtatum cuiuſque communitar pertinent, niſi eam, quæ naturaliter oritur ex præceptis credendi, & decalogi, & pertinentium ad cuiuſque ſtatum; ac proinde cū moraliter nullum eſſet periculum violandi talia præcepta, nullam foar peccatum ignorare fidei articulos, vel præcepta ſupradicta. Ego tamen exiſtimo, etiamſi nullum eſſet hic & nunc tale periculum violandi præcepta fidei, vel decalogi vel pertinentium communiter ad cuiuſque ſtatum: propter periculum generale, quod imminere ſolet, eſſe ſpecialem obligationem ſtudioſitatis (& fortaſſe etiam religionis) addiſcendi præcipua capita ſeu articulos fidei, & præcipua præcepta diuina, ſcilicet decalogi, & præcipua præcepta generalia Eccleſiæ; præcipua, ſeu ordinaria præcepta ad cuiuſque ſtatum ſpectantia, quià ex ſe, etiam ſecluſo omni præcepto poſitiuo, videtur valde indecorum contra ſtudioſitatem vel etiam religionem, hæc ignorare. Fortaſſe ita ſenſere Angles, & Sayr. ſupra, quatenus dicunt, ignorantiam illam eſſe peccatum ſecundum ſe, etiam ſi nullum aliud inde peccatum ſequatur, idem poteſt colligi ex D. Th. hac. q. 76. a. 2. & interpretibus ibi, & ex Vincētio & Medicis ſuperius citatis, & ex Theologis in materia de fide. 2. 2. quæſtione. 2. articulo. 5. & ſequentibus, & 3. diſtinct. 25. & in ſummis verbo fides, & verbo ignorantia, & alibi differentibus de obligatione ſciendi articulos fidei, ſed expreſſius id docent Zumel, Vazquez, & Valen. ſupra, & Herrera, qui tamen obſcure loquitur illa, q. 7. nam con. 7. & 8. ponit ignorantiam aliquam prohibitam ſpeciali præcepto, quam ait eſſe ſpeciale peccatum diſtinctum à peccato, cuius eſt cauſa, quodque eſt contra præceptum credendi vel operādi, & indicat, tale ſpeciale p. eſſe mortale, & contra ſtudioſitatem. Sed concluſ. 5. ait. Probabiliter dici poteſt in tali ignorantia (ſcilicet eorum, quæ quis tenetur credere) reperiri peccatum veniale cōtra virtutem ſtudioſitatis, diſtinctum ab eo, quod cōmittitur exponendo ſe periculo errandi in fide, vel non habendi aſſenſum fidei; quem habere tenetur. Quidquid autem ille ſentiat: ego ſentio tale peccatum eſſe m. tum quia videtur habere notabilem deformitatem: tum quia ita videntur ſentire auctores citati Imo forte id intendunt Caiet. Zumel, Medi. Cord. Leſſi. & alij, dum dicunt, ignorantiam eorum, quæ ſcire tenemur, aduerſari ſtudioſitati. Aduerte etiam ſicut ſtudioſitas inclinat ad credendum, quando oportet ita contra illam eſſe habere aſſenſum contrarium fidei, vel non habere aſſenſum conformem, cū deberet habere, vt tract. de fide latius dicetur.

SECTIO. IIII.

Vtrum inter fideles & infideles poſsit eſſe ignorantia inuincibilis non ſolum facti, ſed etiam iuris humani & diuini, etiam naturalis & myſteriorum fidei, & quid requiratur, vt ignorantia ſit inuincibilis.

De hac re late Vazquez diſput. 120. 16
vſque ad 124 Zumel hac quæſt. ar. 2. diſput. 3. vſque ad 6. Medina eodem artic. Valentia diſput. 6. quæſ. 6. puncto 1. & 2. 2. diſput. 1. quæſtione. 10. puncto. 1 D. Thom. Aragon, Valentia, Bañas, & alij. 2 2. quæſtione. 10. artic. 1. Vega, & Armill. verbo ignorantia, Eman. tomo. 1. cap. 118. verbo fee. Lopez. 1. parte inſtructorij cap. 3. Angl. 2. diſt. 22. quæſtione. 2. artic. 1. difficult. 2. & ſequentibus. Tabienna verbo infidelitas, Azor tomo 1. lib. 1. cap. 13. Sayr. lib. 2. cap. 9. num. 12. & ſequentibus, & alij multi, qui à prædictis citantur, & omnes fere conueniunt, etiam de illis omnibus poſſe dari in fidelibus, & non fidelibus ignorantiam inuincibilem; etiamque de medijs neceſſarijs ad ſalutem: quod veriſſimum puto, & à prædictis ratẽ probatur.

Vnde breuiter me expediam, & 1. dicam 17
de ignorantia iuris naturalis. 2. de ignorantia *1. Difficult.*
iuris diuini poſitiui, & myſteriorum fidei in infidelibus. 3. in fidelibus. 4. de ignorantia iuris humani 5. de ignorantia facti. Quoad. 1. de ignorantia iuris naturalis. Alenſ. 2. parte quæſtione. 153. quæ eſt de peccato ex ignorantia. memb. 3. Durand. 3. diſtin. 25. quæſtione. 1. ad. 1. Gratian. cap. turbatur. 1. quæſt. 4. Caſtro. 2. de lege pœnali. cap. 14. citatur Gerſon alphab. 61. lit. K.

Digitized by Google

lit. K. Hugo de S. Victore. 2. de Sacram. par. 6. cap. 5. tomo. 3. Gabr. 2. diſt. 22. quæſt. 1. art. 3. dub. 1. Adrian. quodlib. 2. fine argumentis. quæſt. 1. ad. 2. & quodlib. 4. at. 1. pun. 3. Quod incipit ad videndũ lit. G. Altiſio. 3. ſum. tract. 3. c. 2. q. 3. in 1. q. aut dubio incidenti (Cæterum hi non loquuntur generatim de omni iure diuino naturali,) docuere iuris naturalis ignorãtiam inuincibilem dari non poſſe. Fauet Gloſſa. d. 38. in ſum. & 1. q. 4. c. fin. dicens, huiuſmodi ignorantiam neminem à peccato defendere, & c. ignoran. de reg. iur. in. 6. dicitur, ignorantiã facti, non autem iuris excuſare, & Ariſtote. 3. ethic. c. 1. ait, propter ignorantiam vniuerſalem homines reprehendi, quod D. Thom. & Donatus Acciaiolus interpretantur, quando quis exiſtimat propoſitionem vniuerſalem vt abſtinendum eſt à fornicatione, vel adulterio eſſe falſam: ergo circa fornicationem vel adulterium non poteſt dari ignorantia inuincibilis: ac proinde nec circa alia, quæ ſunt iuris naturalis. Item D. Tho. q. 94. art. 6. ait, circa concluſiones propinquas principijs per ſe notis agibilium poſſe dari ignorantiã propter prauas conſuetudines & corruptos mores, ſed ignorantia orta ex prauis moribus eſt vincibilis & culpabilis: ergo circa eiuſmo di concluſiones non poterit dari ignorantia inuincibilis.

18 Sed dicendum eſt cum Corduba lib. 2. q. 4. con. 1 Azor. tom. lib. 1. c. 1e q. 1. Vazq. diſput. 122. c. 2 Valen. diſp. 6. quæſt. 6. puncto. 1. Corol. 7. Medin. q. 76. art. 2. dub. 3. & 4. Zumel eod. art. diſp. 4. Syl ueſt. verbo, lex, not. 3. di &o. 4. Sot. in id Rom. 7. ego autem aliquando viuebam, ſine lege Henric. quodlib. 4. q. 33. Conr. de contract. q. 100. con. 2. Angles. 2. d 22. ar. 2. diffic. 4. Sayro lib. 2. c. 9. n. 16. Adrian. quodlib. 1. art. 3. ad. 3. & locis citatis, & quodlib. 4. ar. 3. ſunt obijciat aliquis. Herrera. 2. diſput 35. quæſt. 10. & 11. & alijs communiter, dari poſſe ignorantiam inuincibilem iuris naturalis. Quamuis enim in eo aliqua ſint principia ita nota vt circa illa error eſſe non poſsit teſte D. Thom. quæſtione. 94. articulo. 6. idemque eſt de aliquibus concluſionibus, quæ proxime & facillime deducuntur ex principijs notiſſimis, tamen circa alias remotiores, obſcuriores, vel difficiliores, quæ maiori indigent diſcurſu, quem non omnes habent, errari facile poteſt, maxime ſi non poſſint deduci per euidenté conſequentiã, ſed probabiliter tm, vel ad id inuent deprauati aliorum mores, & exempla, atque ſophiſmata, & vehementes affectus & paſsiones propriæ, aut etiã habitus mali, qui licet culpabiliter comparentur: tamen poſtquam ſunt ſic comparati, ſine noua ſubiecti culpa hominem excæcant, qui effectus cum in cauſa à multis non ſit vllo modo præuiſus, nec præuideri debuerit, & potuerit, nõ reddit ignorãtiã culpabilẽ, etiamſi ſit poſitiua. Et facilius poteſt dari ignorantia inuincibilis negatiua, quia facilius eſt ignorari, an q bonũ eſt, bonũ ſit, quã iudicare id eſſe malum. Vtraque ergo ignorantia, & negationis, & prauæ diſpoſitionis ſeu poſitiua, poteſt eſſe inuincibilis, præſertim in aliqua particulari tenuis diſcurſus, vel pro breui tempore: generaliter enim in aliqua prouincia, vel ciuitate diu ignorari inculpate concluſiones euidenter deducibiles ex principijs naturæ difficillimum eſt. Quare cum gentiles etiam philoſophi traditi dicantur in reprobum ſen ſum Roman. 1. & apud Germanos licitum iu dicabatur furtum teſte Iulio Ceſare. 6. de bello gallico, & apud Lacedæmones adulterum, vt refert Plutar. in vita Lycurgi, & ſic de ſimilibus apud Bardeſanem, & Euſeb. 6. præpar. capit. 8. credendum eſt, vel non omnes in ijs erraſſe, vel in multis eorum ignorantiam fuiſſe culpabilem. Sicut Roman. 1. de illis, quĩ cũ facile poſſent & deberẽt, non cognouerũt Deum ex creaturis, dicitur, *fuiſſe inexcuſabiles*. Cæterum apud gentiles etiam ſapientes & apud Chriſtianos fuiſſe aliquas ignorantias inuincibiles in iure naturæ, conſtat: nam Caſsian. collat. 17. cap. 17. vſque ad. 21. Origen. 6. ſtrom. Plato. 3. de Rep. & alij plures, quos referant tract. de fide & quos ſecuti ſunt Martin. de Magiſt. quæſt. 5. de Martyrio, & Marulus lib. 4. dictorum factorũmque memorab. ca. 4. inculpate ſenſere mendacium aliquando licere, & matrimonium ratũ ex cauſa eſſe diſſolubile, videtur inuincibiliter exiſtimaſſe Rodericus de Viuar cognomento Cid cũ filias ſuas viuentibus maritis, alijs tradidit, nec ab alijs Hiſpanis legitur reprehenſus, vt notant Vazquez & Herrera. Cicero etiam. 1. de offic. cap. de iuſtitia vindictam propria authoritate ſumere licitum putauit. Alij de vſuris idem cenſuerunt, & de alijs multis, quæ vere ſunt contra ius naturæ.

Ad locum Ariſtot. Reſpon. 1. Vazquez ſi ſequamur expoſitionem D. Thom. & Donati, Ariſtotel. voluiſſe ignorantiam propoſitionis vniuerſalis ſiue ſit iuris poſitiui, ſiue natu ralis, ſæpe eſſe culpabilem, ideo reprehendi: non tamen docuiſſe, ſemper eſſe culpabilẽ. 19
Eodem modo Reſpon. Herrera præter quam quod vult Ariſtot. loqui de ſolo iure naturæ, vt patet ex ſubiectis ab eo exemplis. 2. Reſp. Vazquez iuxta Euſtratium, Ariſtotel. velle, peccantem recte noſſe in vniuerſali, fornicationem v. g. eſſe malam, nec circa hoc laborare errore práctico aut inconſideratione, hoc enim maxime reprehenderetur; ſed in particulari errare practice, ſeu imperfecte conſiderare propter vim paſſionis quid ſibi expe-

expediat, & ideo eſſe venia, & miſeratione dignum. Ad locum D.Thom. ex quæſtio. 94. ar.6. patet, potius eſſe pro nobis: nam illa ignorantia concluſionum proximarum principijs, licet ex peccato interdum proceſſerit, inculpabilis eſſe poteſt. & à fortiori ignorantia concluſionum remotiorum, & quæ vix aut nullo modo poſſunt euidenter deduci ex principijs per ſe notis. Id vero Rom.2. gentes, quæ legem non habent, naturaliter, quæ legis ſunt faciunt, & Pſalm.4. Signatum eſt ſuper nos, &c. ad ſummum probat, aliquas veritates practicas lumine naturæ cognoſci: quo non obſtante multæ poſſunt inuincibiliter ignorari. Vide alia, ſi placet, apud citatos.

20 Quoad. 2. de iure diuino poſitiuo, & de

2. Difficul. myſterijs fidei: referuntur multi aſſerentes in infidelibus non poſſe dari ignorantiam inuincibilem de his; quoniam ſi homo faciat, quod in ſe eſt, illuminabitur interius, vel exterius à Deo. Alen. 2. par. quæſt.112.m.8. caſu. 1.& quæſt. 153. m. 3. Altiſiod.3. ſummæ tract. 3.capit.2.in quæſtio. vtrum fidei poſſit ſubeſſe falſum. Alb. 2. diſtinct. 22. artic. 10. Gabri. quæſtio.2.articul.3. dub.1. Gerſon alphab. 61. lit.K. & alphab. 62.lit.I. Bonauen. 3. diſtin.25. artic. 1. quæſt.2. ad vltim. & quæſt.3. ad penul. D.Tho. quodl.3. artic.10. Pariſien. tractat. de legibus, cap. 21. Adrian. & Hugo locis citat. Sed iſti non loquuntur generaliter de omnibus myſterijs diuinis, nec de omni tempore, tantum contendunt, neceſſaria ad ſalutem non poſſe toto vitæ tempore, vel diu inuincibiliter ignorari: quia facienti, quod in ſe eſt, Deus non denegat gratiam. Conſentit Cordub. 2. quæſt. 4. docens, neceſſaria ad ſalutem non poſſe inuincibiliter ignorari, ſecus vero alia myſteria fidei, & præcepta diuina poſitiua. Sed quia in his multæ tangūtur controuerſiæ pertinētes ad materiam de gratia, & de fide, quæ in illis diſcutiendæ ſunt. Dico breuiter, in infidelibus poſſe dari ignorantiam inuincibilem omnium, vel aliquorum myſteriorum fidei, & iuris diuini poſitiui. ita docet D. Thom. 3.part. quæſtio.69.artic.4. ad.2. & Fuſius 2.2.quæſt.10. artic.1. Aragon, Bañes, & alij ibi. Durand.3. diſtinc. 25. quæſt. 1. ad. 1. Almain 1. moral. cap. 4 prop. 2. Armac. quem refert, & ſequitur Vega. 6. in Trid. cap. 18. Petrus de Soto, lectio.2. de peccatis. Victoria, relectio. de In[...], concl. 1. & ſequentibus Conrad. de contract. quæſt.1[...]. argumen.4. contra.1. concl. Caſtro.2. de lege pœn. cap. 14. § *Quarto modo ignorantia*, in fine. Angles. 2. diſt.22. quæſtio. 2. artic. 2 difficul. 3. Medina hac. quæſtio.76. artic.2.dub.4.con. 4. Zumel. eod artic. Valentia, diſput. 6. quæſt. 6. punct.1. Corol. 3. & 2. 2. diſp.1. quæſtio. 10. puncto.1. Vazquez hic diſput.120. Azor tom.1. lib.1. cap.13. quæſtione.2. Sayr. lib.2. cap.9. nu. 12. & ſequentibus. Herrera.2. diſput.35. quæſt. 8. & omnes recentiores, ſumitur ex auctore lib. qq. no. & vet. teſt. apud Auguſt. quæſt. 67. dicente, ille ignorans poteſt excuſari à pœna qui à quo diſceret, non inuenit, & ex ipſo Auguſt. tractatu.89. in Ioan. epiſt.105. & de nat. gratia. c.2.4.& 8. quæ teſtimonia poſt alios afferunt Vazq. & Sayr.

21 Ratio aperta eſt, quia ignorantia culpabilis eſt, quam quis debita diligentia non ſtuduit expellere, teſte Auguſt.3. de liber. arbitr. capite.22. talem autem habent & habuerunt multi infideles; nam illis ſine culpa ipſorum non ſunt conuenienter propoſita myſteria fidei etiam neceſſaria ad ſalutem, ita vt illa ſtatim credere & poſsint & debeant. Ad hoc facit id Ioan.15. *Si non veniſſem & locutus eis fuiſſem, peccatum non haberent*, (ſcilicet infidelitatis) *nunc autem excuſationem non habent de peccato ſuo.*, & Roman. 10. *Quomodo credent ei, quem non audierunt, quomodo autem audient ſine prædicante.* Nec valet dicere, culpa ſua non eſſe illis ita prædicata hæc myſteria, vt tenerentur ſtatim ea credere. quia ſi feciſſent quod in ſe erat (vel viribus naturæ, vt quidam volunt, vel gratiæ, quæ ſemper illis præſto fuit, vt volunt Vazquez, Sayr. & alij, vel viribus, quæ habuerunt ſiue naturæ ſiue gratiæ, vt alij exponunt) Deus per ſe, vel Angelum, vel hominem ea illis conuenienter propoſuiſſet. Hoc enim incertum eſt, quia multi putāt, talē legem non eſſe, ſed Deum ita ſaluti hominum prouidiſſe, vt cuique adſint conuenienti tempore neceſſaria ad ſalutem, niſi natura impediat. vt in paruulis, qui neceſsitate naturæ in vteris maternis defuncti ſunt, vel aliqua culpa aut ignorantia, aut impotentia aliorum, qui neſcierunt, nequiuerunt, aut noluerunt eis applicare remedia: qua ratione multis non eſt ita prædicatum Euangelium, vt illud credere teneantur.

22 Et licet illud axioma verum eſſet, tamen facere quod in ſe eſt. intelligitur, aliquo certo tempore, maiori vel minori pro qualitate negotij, & alijs circunſtantijs: ergo ante quam tempus illud abſoluatur, poterit in eis dari ignorantia inuincibilis eorum, quæ ad ſalutem neceſſaria ſunt, & poſtea etiam aliorum, quæ non ſunt ſic neceſſaria neceſſitate medij. Imo etiam qui non fecerent, quod in ipſis erat, potuere laborare ignorantia inuincibili, quia non tenebantur recte viuere, vt illuminarentur, ſed ob alias rationes, & eſto tenerentur etiam ob hanc rationem, id potuerunt inuincibiliter ignorare, imo & nos id ſic ignoramus: ergo etiam illorum myſteriorum potuerunt habere ignorantiam inuinci-

uincibilem. Per quod patet ad fundament. contrarium. An vero facienti, quod in ſe Deus conferat gratiam auxilij ad habendos actus neceſſarios ad ſalutem, & quomodo id intelligatur: & an cuilibet adſint ſemper gratia auxilij & cætera neceſſaria ad ſalutem, tracta. de gratia & de fide dicemus. Quod attigit Herrera ſupra, ad 2. in fine huius tractatus elucidabitur. Objicies id Romanorum. 10 *in omnem terram exiuit ſonus eorum*, ſcilicet Apoſtolorum: ergo deinceps nullus potuit inuincibiliter ignorare myſteria fidei. Reſp. cum Sayro ſupra ex Auguſtin. id eſſe prophetice dictum, quia paulatim erat euangelium in toto orbe prædicandum: interim autem multi, quibus non fuit prædicatum, ſaltem quoad omnia myſteria, ita vt omnia credere poſſent & tenerentur, laborarunt ignorãtia inuincili, & poſtea alij, quibus nec Apoſtoli, nec eorũ ſucceſſores, aut alij myſteria ſic propoſuerunt: & licet forte in orbe toto tunc cognito prædicatum fuerit euangelium tempore Apoſtolorum: aliquibus tamen perſonis non omnia myſteria ita propoſita fuerunt, vt ipſi ad credendum aſtringerentur: & in aliquibus locis obliuione poſtea deleta fuere.

Quoad. 3. de ignorantia myſteriorum fi-
23 dei inter fideles, conſtat aliqua ita eſſe ſin-
3. Difficul. gulis aut fere ſingulis propoſita, vt ea inculpate ignorare nequeant: ſecusq. in alijs accidere: de quo quoniam res perſpicua eſt, vide Vazquez diſputatione. 121. Sayr. libr. 2. capit. 9. numero. 15. Azotem libr. 1. capit. 13. quæſtio. 2. Herrer. 2. diſputatione. 35. quæſt. 8. & 9. qui alios referunt.

4. Difficul. Quoad. 4. de ignorantia iures humani, res eſt clariſſima dari poſſe eius ignorantiam inuincibilem, vnde in ea re non eſt immorandum. Vide Vazquez diſputatione. 123. tomo 1. libr. 1. cap. 13. quæſtione. 3. vbi bene explicat iura, & doctores qui contrarium dicere videntur. Vide etiam Sayrum, illo cap. 9. numero. 20. Angles. 2. d. 22. quęſtione. 2. art. 2. diffic. 5. Herrer. illa diſputatione. 35. quæſtio. 9. & 13. Cordub. lib. 2. quæſtione. 6. à §. dictum eſt, & quæſtione. 4. concluſ. 4. & 5.

5. Difficul. Quoad. 5. cũ late clarius ſit dari poſſe ignorãtiã inuincibilẽ facti, ſatis erit legere Vazq. diſput. 124. & Sayr. ſupra numero. 21. & 22 Herrera. 2. diſput. 35. quæſtione. 14.

6. Difficul. Solum ſupereſt difficultas, quando ignorantia vel obliuio cenſenda ſit inuin[illegible], & quibus regulis generalibus de hac re iudicium ferri poterit. De hoc late tractat Vazquez diſput. 123. & diſput. 124. capit. 2. & Sayr. illo capit. 9. numero. 7. & ſequentibus & numero. 22.

1. Regula. Has regulas breuiter accipite. 1. quando homo habebat firmum propoſitum formale vel virtuale ſatisfaciendi ſuæ obligationi in genere, vel circa aliquam materiam, in qua fuit ignorantia, vel obliuio, ſignum eſt, ignorantiam, vel obliuionem fuiſſe inculpabilem, vt ſi quis voluntatem habebat ſatisfaciẽdi ſuæ obligationi circa auditionem confeſſionum, et non interrogauit ex ignorantia, vel obliuione de aliqua circunſtantia, vel non iniũxit reſtitutionem, indicium eſt, fuiſſe ignorantiam, vel obliuionem inculpabilem. Corduba libro. 2. quæſtione. 17. Caietan. 1. 2. quæſt. 6. artic. 8. & in ſumma verbo, inconſideratio. Prob. quia cum illo propoſito non poteſt ſtare negligentia ſciendi & conſiderandi, quod in illa materia neceſſarium iudicetur: inconſideratio autem & ignorantiã ſolum eſt culpabilis ratione negligentiæ.

2. Regula ſi inchoans aliquod opus animaduertat periculum faciendi aliquid prohibitum: quia dubitat an liceat necne, & non curet de inquirenda veritate. Hic ſi ita operetur, peccat ex ignorantia culpabili. Idem eſt ſi videat periculum inferendi damni, & non curet de remedio. Nauarra. 2. de reſtit. cap. 1. à num. 62. & alij communiter: ſecus ſi nullo modo dubitet. Sayr. libr. 2. cap. 11. num. 11. Valentia diſput. 6. q. quæſt. 6. puncto. 1. Angles. 2. diſtin. 22. quæſt. 2. artic. 2. difficul. 3. Victor. relect. venien. ad vſ. rationis. par. 1 num. 20. 21. & ſequentibus. Herrera 2. diſput. 35. quęſt. 8. 13. & 14. ex qua regula colligi videtur Abimelech non peccaſſe mortaliter aſſumendo Saram in vxorem: quia non videtur habuiſſe rationem dubitandi, quòd eſſet vxor Abrahæ, vt contra Lyram Geneſ. 20. & Theodor. quæſt. 62. in Geneſ. docent Vazquez diſput. 124. cap. 4. Sayr. lib. 2. cap. 9. numero. 21. Adrian. quodlib. 4. artic. 1. in fine, littera. Q. Corduba lib. 2. quæſtione. 22. ad ſecundum. Herrera. 2. diſput. 35. quæſtione. 14. Corolario. 3. Rupert. 6. Trin. cap. 15. Auguſt. 3. contra Iulian. cap. 10. Chryſoſtom. homilia. 45. in Geneſ. D. Tho. et Oleaſt. Geneſ. 2. Q. ii probant ex ipſa Script. et reſpõdent ad contraria fund. 2. Regu.

3. Regula ſi alicui occurrit dubium, an liceat aliquod opus, quod iam aggreditur, vel cito aggreſſurus eſt, et non proponat adhibere diligentiam debitã, vt veritatem inueniat, ignorantia erit culpabilis. 3. Regu.

4. Regula, nullam legem, quæ non obligat ſub mortali, tenetur homo ſub mortali ſcire, ſecus ſi obliget ad mortale, et ad eius officium pertineat; ſi vero pertineat ad aliorum officia, non tenetur illam ſcire, nec omnes tenentur ſcire leges generales Eccleſiaſticas, vel ciuiles; ſed ſatis multis eſt ſcire principales, et inquirere à ſapientibus, quando aliquid agendum occurrit, de quo dubitat, an ſit 4. Regu.

Digitized by Google

ſit contra legem de his late Herrer. diſpu. illa. 35. quæſt. 13. vbi ſpeciatim trectet de ſcientia, quam deber hebere confeſſarius, iudex & edvocatus: quod pertinet ad elias meterias. Quod vero idem dicit, quæſt. 14. concl. 3. ſufficere rationes probabiles, quod non ſequetur damnum ex ſuo ectu, vt licite illum faciat non eſt generetim verum, nam eliquando requiritur certitudo, vt quendo eſt periculum occidendi alterum.

5. Regula. 5. Regula. Obliuio, vel inconſideratio, ſæpius eſt inculpebilis, quem ignorentia habitualis: quia ſæpius eſt naturalis, & inuoluntaria: & in homine docto rarò ignorantia in rebus cleris eſt inculpabilis, ſæpe autem eſt inconſiderantie, & ineduertentia inculpabilis, & ſupponimus, id quod clarum eſt, obliuionem, & inconſiderationem poſſe eſſe inculpebilem, vt late tractat Herrer. diſputa. 35. quæſt. 15.

6. Regul. 6. Regula, non omnis ignorantia, quæ procedit ex culpa, culpabilis eſt, vt ſi culpa non ſit contre præceptum ſciendi, ſed contre aliud. v.g. ſi in die feſto eſſuiſſes ſacro in Eccleſia, vt tenebaris, audiuiſſes præceptum nouum epiſcopi: illud ignoras inculpate, licet ignorantia proceſſerit ex culpa: quie omiſſio ſacri non fuit culpa cõtra præceptum ſciendi, ſed contra præceptum miſſæ.

Valen. diſp. 6. pun. 1. corol. 4. Sayr. lib. 2. c. 9. n. 23.

7. Regul. 7. Non oportet edhibere omnem diligentiam phyſice aut moraliter poſſibilem, vt ignorantia ſit inculpebilis; ſed ſecundum rei, & dubij grauitatem. Colligitur ex. l. regula. ff. de iuris, & facti ignoran. & l. latæ culpæ ff. de verbor. ſignific. Docent Medina, quæſt. 76. artic. 2. dub. 4. concl. 3. & dub. vltim. Zumel, alij eodem ar. Angles. 2. ſentent. diſtinct. 22. trectat. de ignoran. quæſt. 2. difficult. 1. concl. 3. nót. 3. Valentia hic diſput. 6. quæſt. 6. puncto. 1. corol. 1. Sayrus lib. 2. capit. 9. num 64. Petrus Sotus, lect. 2. de peccet. circa medium.

8. Regul. 8. Regula. In dubijs non ſufficit recurrere ad Deum per orationem, quamuis hoc maxime iuuare poſſit; ſed oporter vti alijs medijs, conſulendo lumen rationis propriæ, adhibendo eliorum conſilium, & in greuioribus dubijs recurrendo ed ſerdotes, ſeu prælatos, vt præceptum fuit Deuteron. 17. 2. Paralipom. 19. Ezech. 54. Si neglectis his medijs ad Deum ſolum recurramus, ipſum tentabimus, vt bene Auguſt. cap. quæritur. 22. quæſt. 2. & non facimus, quod debemus ad veritatem inueniendem, vt eit Cordub. lib. 2. q. 2. con. 1. Si omnib. medijs ſumptis, res edhuc maneat dubia, quid egendum, diximus late tracta. 8. qui eſt de conſcientia.

Vtrum vero præter humanas diligẽtias, te-
25. neamur in dubijs orare, pœnitere, & alia pia
7. Difficul. opera facere, quib. à *Deo* lumen impetremus ad aſſequendam veritatem, tractatur præcipue à DD. circa impetrandam veræ fidei cognitionem; ſed eadem eſt difficultes de alijs agibilibus. *1. Opinio.*

Altiſiod. 3. p. ſummæ tract. 3. ce. 2. quæſt. 3. Pariſien. de legib. cap. 21. Alen. 2. p. q. 129. m. 8. & q. 69. alias. 61. m. 5. a. 3. ad. 6. §. 1. Bonen. 2 d. 39. art. 1. q. 3. in fine Gebr. 2. d. 22. q. 2. art. 3 dub. 1. & lect. 59. in canon. litt. P. Adrian. quodlib. 2. q. 1. fine argumentis & quodlib. 4. ert. 1. litt. D. Caſtro. 2. de lege cep. 14. §. quarto modo, putant eſſe pręceptum in dubijs de rebus fidei recurrendi ad Deum per orationem vel etiam alia pia opera, quia omnia media, quæ commode adhiberi poſſunt, ahibende ſunt; hoc autem commode adhiberi poteſt: ergo.

2. Sententia eſt, non eſſe præceptum adhibendi hoc medium: ita Victo. relect. 1. de indis con. 1. num. 32. & 33. Vega. 6. in Trid. cap. 18. Pet. de Soto lect. 2. de peccatis Med. hac q. 76. ert. 2. concl. 5. Zumel ibidem diſp. 3. Vazquez diſp. 120 ce. 3. (vbi idem tribuit Conra. quæſt. vlti. de contract.) & cap. 5. Sayr. lib. 2. capit. 11. num 8. Angles in florib. 2. d. 22. tract. dę ignor. quæſt. 2. art. 1. diffic. 3. in fine. Licet Medi. Zum. & Sayr. tandem ſuam ſententiam moderentur & in re ſequentem teneant. *2. Opin.*

3. Sententia eſt Cordub. lib 2. q. 2. conc. 2. in 26
eiuſmodi dubijs de neceſſarijs ad ſalutem debere hominem inquirere veritatem diligenter, vt poteſt, per ſe ipſum & per alios, quos viderit ad id idoneos, ſi ſe æſtimat ad id non ſufficere: quod ſi viderit, ad id non ſufficere induſtriam humanam debere ad orationem recurrere cum recta diſpoſitione ad impetrãdam ſofficientem notitiam veritatis, quam ſententiam ſequitur Herrer. 2. diſp 35. quæſt. 8. not. 3 & nonnulli alij recentiores, vt refert, Vaz, diſp. 120. c. 3. nu. 6. quæ & mihi probatur. *3. Opin.*

Vnde dico. 1 communiter ad intelligendã veritetem circa credende, vel agenda, nõ eſt præceptum orandi, quia vel homo non dubitat de credendis, vel agendis, vel ſunt alia media ſufficiẽtia ad intelligẽdã veritatem certo, vel probabiliter, vel poteſt empiecti tutiorẽ partem relicta alie minus tute, vt ſi quidem dicant, aliquid eſſe neceſſario credẽdum, vel agendum neceſſitate medij, vel præcepti, alij vero, nõ eſſe neceſſariũ, ſatisfaciet illud credendo, vel faciendo; quia hæc pars eſt tutior. Conf. quia communiter ad intelligendam veritatem, ſaltem probabiliter, ſatis erit conſulere, doctos & peritos, & quiſque poteſt in praxi ſequi opinionem, quæ omnibus penſetis ſit probabilis: ergo non erit neceſſaria oracio. Conf. quie Doctores definiunt controuerſias pro tota Eccleſie: vt cõmuniter fideles vtantur eorum opinionibus: Eccleſie vero vniuerſaliter petit doceri: ergo communiter *1. Concluſio*

non

Digitized by Google

non erit neceſſarium, vt priuati petant, ſe doceri. Alioqui Mercator, Iudex, Aduocatus, & alij tenerétur orare, quoties aliquid facturi ſunt, de quo ſunt opiniones, an liceat, nec ne.

27 *2.Concl.* Dico.2, ſi vtraque pars ſit periculoſa, quia videlicet vna dicit, neceſſario aliquid eſſe credendum vel agendum, & damnat oppoſitum ſentientes; alia vero dicit, neceſſario eſſe credendum, vel faciendum contrarium & damnat aliter docentes. Itaque nulla eſt ſententia, quæ omnium iudicio ſit probabilis, nullumque medium in praxi, quod ab omnibus approbetur: & nulla induſtria humana poſsit huius rei haberi certitudo, tenetur homo Deum orare. Ita affirmat.1. & 3. ſententia, & forte id non negaret.2. Imo id expreſſe concedit Medin. poſt illam. 5. concluſ. dicens. *Sed hoc eſt verum in communibus negotijs: at in re grauiſsima, ex qua animæ ſalus dependet, ſi homo non habeat ad manum magiſtros tenetur orare, vt plane aſſerit Auguſtin. lib. de vtil. credendi, & lib. contra Epiſto. fundamenti. Itaque ſi hæreticus Lutheranus incipit dubitare de hæreſi, quam ſequitur & non habet ad manum magiſtros & prædicatores, tenetur Deum orare: non tamen ſe ad gratiam præparare.* Hactenus Medina, quem ſequitur Sayr. num. citat. in fine.

28 *Caſtro. v. oratio. hæreſ.3. Eccleſ. 18. Matth. 7. Ioã. 6. et 16. Coloſ. 4. 1. Theſſal. 4.* Probatur quia aliquando (népe in neceſſitate) tenemur orare, vt docent D. Thom. Aragon, Valentia, & alij. 2,2. quæſtione. 83. articulo.3. Paludan.4. diſtin. 15. quæſt. 5. artic.1. Duran. quæſt.12. Nauarr. de orat. cap.3. num.9. & 10. Azor tomo. 1. lib. 9. cap.10. quæſt. 14. & cap.34. quæſt.2. Leſſius lib.2. cap. 37. dubio.3. & alij quos iſti citat. Ioan. Medin. C. de oratione, quæſt. de neceſſitate orandi mentaliter: in caſu autem dicto eſt neceſſitas; cum homo ſit in periculo deficiendi in neceſſarijs ad ſalutem neceſsitate medij, vel præcepti: & nulla humana induſtria poſſit certitudinem aſſequi: ergo tenetur orare, vt ſi Deo placuerit veritatem aliqua certitudine aſſequatur, cum hoc medium & facile ſit & fortaſſe proderit: dico, *fortaſſe*, quia non eſt certum, tunc eſſe illuſtrandum de veritate; ita vt certitudinem habeat: hoc enim non eſt neceſſarium ad ſalutem illius: durante enim illa dubitatione ſatis erit partem ſuo iudicio, omnibus péſatis minus periculoſam, eligere, aut eam, quæ non ſit. Notabiliter magis periculoſa, vt patet ex dictis to.1. tract.8. de conſcientia. Recte autem Herre. ſupra, ait, hunc caſum non debere videri metaphyſicum, aut moraliter impoſsibilem. Si quis enim inter hæreticos educatus, cõſtitutus ſit inter varias ſectas & errores, habeatque aliqualem, ſed valde obſcuram notitiam fidei Chriſtianæ, & videat ab hominibus, qui ſapientiores inter ſuos iudicantur, multa falſa, & incredibilia doceri; atque ita in contrarias partes varijs authoritatibus & rationibus diſtrahatur, proculdubio tenetur iſte animum ad Deum conuertere, & illum ſuppliciter precari, vt modo ſibi placito illi aperiat veritatem neceſſariam ad ſalutem: quod ſi non faciat, eius ignorantia deinceps erit culpabilis. Ita enim legimus feciſſe Aug. qui, vt ipſe refert lib. de vtil. cred. c.8. poſtquã inter varias ſectas diu fluctuaſſet & veritatem magno labore, & induſtria ſui mirables ingenij quæſitam non inueniſſet, inquit, reſtabat aliud nihil quam vt diuinam prouidentiam lachrymoſis & miſerabilibus vocibus, vt mihi ferret opem, deprecarer. Quare teſtimonia quibus Cordub. probare contendit, orandum eſſe, vt nos dirigat in viam ſalutis æternæ, nobisque ſuæ veritatis cognitionem aperiat, in aliquibus caſibus continent præceptum; in alijs conſilium. Hæc Herrera conſonat Valentia diſputat. 6. quæſtione. 6. puncto. 1. dicens, interdum aliquod maius ſtudum, quam humanum requiri, vt ignorantia cenſeatur inuincibilis: vocat ſtudium humano maius, orationem, pœnitentiam & ſimilia, quæ ad impetrandam Dei opem conferunt: vt interpretatur Sayr. lib.2. c.11. n.7.

Dico.3. aliquando non ſolum requiritur oratio, ſed etiam expiatio conſcientiæ per confeſsionem aut contritionem. Ita tenent Adrian. & Caſtro ſupra, quibus annuunt Cordub. Sayr. ſupra, & alijs recentiores, licet repugnent Medin. in verb. cit. Herre. Vega, Victoria, Petrus de Soto, & Vazquez. niſi reſtringantur ad caſus ordinarios: in quibus ſane non eſt neceſſarium hoc medium: cum oratio & alia media ſufficiant; nam etiam peccatores Deus exaudit, ſaltem ſi abſque affectu peccati ſint: in aliquo tamen caſu poſſet alicui eſſe veriſimile, ſe non exaudiri, vel non aſſequi veritatem, quia eſt in peccato, & tũc, vt orationi efficaciã daret teneretur peccatum exuere, vel etiam alia pia opera adiũgere: & ſimiliter in ordine ad correptionem proximi. 29 *3.Conc.*

Ad horum omnium confirmationem valet. 1. aduertere ſæpe ignorantiam à Deo permitti propter peccata, præſertim deprauatum affectum circa rem, de qua agitur, & negligentiam recurrendi ad Deũ & conſulendi ipſum. Sic filij Iſrael decepti ſunt à Gabaonitis, quia os Domini non interrogarunt. Ioſue. 9. ſic Iſai. 30. Os meum non interrogaſtis, & Iſai. 6. Excæcari dicuntur homines propter peccata. Vide etiam capite. 29. miſcuit vobis Dominus ſpiritum ſoporis, vide 30 *Notab. 1.*

Digitized by Google

Vide etiam Mat.13.& 15.Marci.4.Luc.8. Ioan. 12. Actu. 28. Iſai. 56. *Scire vias meas volunt quaſi gens,quæ iuſtitiam fecerit.* Ezech.toto.c.14. *Præſertim ibi, qui poſuerit immunditias in corde ſuo, & venerit ad Prophetam, & interroget,ego decipiam Prophetam illum,* & poſtea, *iuxta iniquitatem interrogẽtis erit iniquitas reſpondentis.* Vbi Hierony. fuſe,& grauiter.Conſtat exemplo Achab 3. Reg. 22. Sopho.1. *Ambulabunt, vt cæci,quia domino peccauerunt.* Iob. 14. *Ipſi fuerunt rebelles lumini*, vbi gloſ. *qui enim prius ſciendo rebelles ſunt, poſt modum cæcantur, vt neſciant.* Eandem ſententiam explicat interl. ibi. & Roman. 1. *Tradidit eos Deus in reprobum ſenſum.* 1.Theſal.2. *Eo quòd charitatem veritatis non receperunt, vt ſalui fierent,mittet illis Deus ſpiritũ erroris, vt credant mendacio.* vbi gloſ. ex Aug. Optime Euagrius relatus in ſcholijs Damaſ.2.Paralel. c.12.fine. Greg 25. mor.c.20.ait ſecundũ merita plebiũ diſponũtur corda rectorũ:vide etiã 35.moral. c.10.& Anto.2.p.tit.5. c.9 §.1.qui adducit figuram ex.4.Reg. vltim. de Nabuchodo. eruente oculos Sedechiæ, prius occiſis eius filijs.

2. Valet aduertere quantum referat ad inueniendam veritatem deſiderium ſincerum *Nota. 2.* illius cum oratione cõiunctũ. Prou.2. *Si quæſieris eam quaſi pecuniã, & quaſi theſauros effoderis,&c.* & c.7.Optaui,& datus eſt mihi ſenſus, & Iacob. *Si quis indiget ſapientia, poſtulet à Deo. &c.* vnde Dauid. *Da mihi intellectum, vt ſciam mandata tua: Doce me facere voluntatẽ tuam. Intellectum da mihi & viuam,&c.*& Chriſtus, Ioã. 18.*Qui ex veritate eſt , audiet vocem meã*, id eſt, qui veritatem amat , intelliget , vt explicat Chryſoſto. & Theophylact. Vnde Aug.1. de morib.Eccleſ.c.17.*Veritas,ſi non totis viribus cõcupiſcatur,inueniri non poteſt.*

3. Valet aduertere,quòd licet ſcrip. doceat petendam eſſe Dei directionem. Prou.2. & 3. *Nota. 3.* Tobiæ.4 Pſalm.5.26 & alibi ſæpe præſertim, *Quia non eſt hominis via eius,nec viri eſt,vt ambulet,& dirigat greſſus ſuos.* Prou. 16. & 20. & Iere. 10.tñ hæc obligatio petẽdi directionẽ non tã pertinet ad pellenda ignorãtiã habitualẽ quã ad peculiarẽ illuſtrationẽ intellectus,& põderationẽ veritatũ, & impulſũ voluntatis impetrãdũ. ¶ 4. Valet aduertere, licet homo teneatur *Not. 4.* aliquãdo orare, & pœnitere pro aſſequenda veritate ; tñ poſſe hanc obligationem inuincibiliter ignorare propter varietatẽ opinionum,vel alia,aut inuincibiliter eam non aduertere:ex Leſſio dub. cit.in fine : & licet oret,& pœniteat,adhuc Deus poteſt intelligẽtiam non concedere,& ideo ignorantia veritatis tunc erit inuincibilis.

31 *Corol. 1.* Ex dictis patet.1.non peccare eum,qui ante orationem credit aliquid Doctori magnæ authoritatis,quidquid dicant Altiſiod. & Adria.locis citatis,quos reijciunt Vaz.diſp.120. c.5.& Sayr.ſup. n.10. cum Victor. And. Vega, Pet.d Soto,ſup.intellige niſi eſſet nouũ, & cõtra doctrinã receptã in eccleſia:hoc enim nulli omnino eſt credendum , vt docet D.Tho. quodlib.3.ar.10.ex Aug.3.de doct. Chriſ.ca.16.

2. Inter infideles colentes vnum Deum, *Corol. 2.* quales ſunt Sarraceni,Iudæi,& Hæretici,eſſe poſſe ignorantiam inuincibilem ſuorum errorum contra fidem catholicam , ac proinde poſſe eſſe in gratia per baptiſmum verum receptum ante , vel poſt vſum rationis , aut per ſacramentum pœnitentiæ receptum poſt amiſſam gratiam baptiſmi : aut per actum contritionis , vel dilectionis Dei ſuper omnia poteſt enim eſſe quis tã rudis , & imperit⁹,vt neſciat diſcernere inter ſectas illas, & catholicam,maxime ſi de catholica nihil audierit:ergo excuſabitur ab errorib. contra fidem catholicam,& gratiam illis medijs conſeruare,& cõparare poterit:licet rara ſit inter illos infideles inuincibilis ignorantia , & rarior inter idololatras ignorantia inculpata idololatriæ. Hæc omnia late docet Herrera, to.de peccat.in 2.ſent.diſp 35.q.12.& Vazquez hîc. ¶ Si obijcias ergo tales adulti poterunt ſaluari,etiam ſi moriantur cum illis errorib. quia cum ſint inuincibiles , & non auferant notitiam veri Dei, quòd eſt, & remunerator eſt,&c.non erunt impedimenta ad cõparandam,& cõſeruandam gratiam vſq.ad mortẽ. Reſp.Herre.Deum nõ permiſſurum , vt tales habentes ignorantia inuincibilẽ moriantur in ſuis errorib.niſi vel gr̃atiam nunquam cõpararint,vel cõparatam amiſerint.Sicut Vaz. diſp.120.c.4.n.13.ait Deum nõ pmiſſurum, vt quiſquam adultus moriatur in ſolo originali,ſed in gratia, vel cum peccato mortali. Alij autẽ.quib.id apparet ſine fundamento cõfictum,admittunt,aliquos ex illis,ſed rariſſimos ſaluari,cum rariſſimi ſint, quorum ignorantia ſit omnino inuincibilis , & rariores, qui cum illa cõparent, & retineant gratiam vſq.ad mortẽ. Sed huius puncti reſolutionẽ ad tractatum de fide remittimus. De paruulis autẽ cum intentione materia, & forma legitima apud infideles baptizatis; ſi ante vſum rationis moriant̃,ſaluari certum de fide eſſe, merito docet Herre.ibi, & ſic mori poſſe fatetur:cur nõ ergo idẽ fatetur de adultis iuſtis ignorantia inuincibili laborantib.?Si autẽ Iudæi parentes ignorantiam inuincibilẽ haberẽt baptiſmi, nõ poſſent eorum infantes ſaluari,vt bene ait Herrer. quia illis baptiſmus aplicari nõ poſſet, ſed hoc eſſet per accidens ꝓpter parentũ ignorantiam: nã Deus prouidit baptiſmũ in remediũ, quod cõmuniter,& p ſe loquẽdo omnib. paruulis applicari põt.

3. Infertur ignorantiam vincibilem, per 32 pœnitentiam fieri inuincibilem , vt docet *Corol. 3.* Herrer.

Herre.2.diſp.35. q.16.Sayr.lib.2. c.9.n.32.in fin. Angl 2.d.22.q. 2. a.2.dub.2.diffic.7.quia ignorantia ſolum eſt peccatum actuale ratione præſentis negligentiæ, quæ eſt carentia diligentiæ addiſcendi, eo tempore quo homo tenebatur,& poterat addiſcere,& voluntarie id neglexit,in tempore autem, quo quis habet actum contritionis, vel dilectionis non poteſt eſſe talis negligentia: quia per huiuſmodi actum proponit homo formaliter, vel virtute facere omnem diligentiam debitam; cum ille actus ſit formalis, vel virtualis volitio ſeruãdi omnia mandata: ergo interim dũ actus ille durat, nulla poteſt eſſe ignorantia culpabilis, ſaltem mortaliter. Quamuis interdum talis actus non excludat negligentiam, & ignorãtiam venialem:& illo ceſſante poſſit iterum ignorantia reddi mortalis.

SECTIO. V.

Utrum ignorantia concomitans inuincibilis excuſet à peccato.

33. SVPPONIMVS ex omnium doctrina,de qua late Sayr. lib. 2. cap.9. num.23.& ſequentib. Suarez.3 par. tom. 5. diſput,4. ſect. 8. Azor tom.1.lib.1.cap.14. Graff. & alij referendi,ignorantiam inuincibilem antecedentem excuſare, quia facit inuoluntarium, non ſolum negatiue, ſed etiam cõtrarie, interpretatiue, tollit enim ſcientiam, quæ ſi adeſſet, nõ fieret ille actus. An vero cauſet per ſe inuoluntarium, vt ait Caietan. hic artic. 3. motus verbis D.Thom. ibidem dicentis, *Hanc ignorantiam per ſe habere,vt cauſet inuoluntarium*: an vero per accidens, vt intendit Herrera. 2. diſput. 35. quæſt.17.cum Cordub. lib. 2. quæſt.7. ad argumenta contra.2.conc. Quæſtio eſt parui momenti. In qua tamen,ſi agatur de inuoluntario contrarie, veram puto opinionem Cordub. & Herreræ:quia quòd actus ſit contra voluntatem interpretatiuam agentis,per ſe prouenit ex affectu habituali,vel etiam actuali contrario ipſius operantis:ergo non ab ipſa ignorantia; quæ ſolum priuat ſcientia impeditur a talem actum propter illum affectum habitualem,vel etiam actualem illi contrarium. Ad verba autem D.Tho. reſpondent Cordub.& Herrera.D.Thom.non dicere, *per ſe*,ſed,*de ſe*,id eſt,ex ſe habere vim impediendi illum actum,non perſe,ſed ex ſuppoſita affectione operantis. Vnde in alio non habente talem affectum, non impediret eiuſmodi actioné,vt patet quando eadem ignorantia ſolum eſſet concomitans. Si vero ſermo ſit de inuoluntario negatiue, ſeu non voluntario, vera eſt opinio Caiet. quia vbi affirmatio eſt cauſa per ſe affirmationis, negatio eſt per ſe cauſa negationis, vt quia ſol eſt perſe cauſa luminis; abſentia eius per ſe eſt cauſa tenebrarum:ſed ſcientia per ſe cauſat voluntariũ: ergo ignorantia perſe cauſat inuoluntarium negatiue ſeu non voluntarium, & ideo ignorantia antecedens,etiam ſi fiat concomitans cauſabit non voluntarium, vt ſtatim videbimus. Si obijcias, quia in concil. Triburienſi, ca.in lectum. 24. quæſt. 2. præcipitur ſubire pœnitentiam,qui dormierat cum ſorore,quã exiſtimauit vxorem, quamuis probet ignorantiam.Reſp.gloſ.ibi.verb.pœnitentiam, id pręceptũ eſſe ad cautelam,ne alij ſint negligẽtes in cauẽdo ſimili crimine, & inſuper, quia præſumitur aliquã habuiſſe culpam, vt bene colligit gloſ. 23.quæſt. 5. cap. excommunicatorum. Vide Herreram.2. diſput.35. quæſt. 14. ad finem. Itaque certum ſit ignorantiam aliquam nempe inuincibilem,ſaltem antecedẽtem,prorſus excuſare:patet ex Ioan.15. *Si nõ veniſſem, & loquutus eis fuiſſem, peccatum non haberent. Si opera non feciſſem in eis,quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent.* Scilicet reijciendi Chriſtum, vt exponunt ibi Auguſt. & Chryſoſt.vnde ſubditur: *Nunc autem, & viderunt, & oderunt me.* Quod obſeruat Gregor. 25. moral. cap.10. Aliquam vero ignorantiam non prorſus excuſare, patet, quia Leuit.15. Præcipitur offerri ſacrificium pro peccato per ignorantiam commiſſo,& ait,ſcript. *Dimittetur eis, quia non ſponte peccauerunt.* Vide etiam Leuit. 4.5.& 6.& Num. 35. Hieron.1. contra Pelagia. cap.11.vnde Chriſtus orat,ignoſce illis, *Quia neſciunt,qui faciunt*:& Act. 3. *Scio quod per ignorantiam feciſtis, ſicut,& principes veſtri.* 1. Tim. 1. *Miſericordiam conſequutus ſum, quia ignorans feci.* Et Geneſ.12.Pharao grauiter punitus, & c. 20.Abimelech acriter obiurgatus, quod Sarã acceperint,quam ignorabant, culpabiliter ſecũdum aliquos,eſſe vxoré Abrahæ, & Luc.12. Qui nõ nouerit voluntatẽ dñi ſui,& fecerit digna plagis, vapulabit paucis. Vbi ita docent Chryſoſ. Cyril.Theod.Baſil.reg. breui. interrog.58.Ambroſ.in id Ro.2. *Ignoras,&c.* Iſid. 2. de ſum.bo.c.17.Aug.1.retract.c.13.3.de lib.arb. c.18.Bern.ſer.1.de conuerſi. Pauli. His ſuppoſitis, de præſenti q.

1.Opinio eſt,nõ excuſare, nec accuſare ſeu aggrauare.S.Tho.& Conrad.a. 3. & 4.Tab. v. ignorantia.n.1.Syl.q.4.& 5.n.10.P.de Sot.lect. 2.de peccatis.Lopez.1.p.inſtructo.c.3. prop. 5. Viguer.c.3.§.4.verſ.4. Sebaſt. Medicis in ſum. peccatorũ tit.5.p.2.q.38.Roſel.n.1. Vinc.in ſpecul.lib.3.p.2.d.5.ad.3.& 4.Alenſ.2.p.q 129.m.6. Dur.2.d.22.q.4.n.5.Greg.q.2.Gabr.q.2.a.1.not. 3.Marſil.2.q.15.a.1.dub.2.con.2.Nauar.prælud. 6.num.8.alias.9.& prælu.9.n.10. & Clarius. c. 23.num.45.& 46.& conſi.1 de conſt.n.1. 2. & 3. Bellarmin.2.de grat. & lib.arbitr.c.7.Adrian. 34

quodli.

Digitized by Google

quodlib 4. Conar.cap.alma.p.1. §.10.n.15. verſic. decimo perpenſis. Vbi ait eum, qui percutit ſacerdotem, quem probabiliter putabat laicũ, ſi ita eſſet affectus, vt ſi ſciret eſſe ſacerdotem, nihilominus percuteret, incidere in excommunicationem: quia talis ignorantia non excuſat à culpa, neque à pœna: quod etiam docet Fribargus lib 3. ſomm. cap.33. de excommun. quæſt 212. Graff.p. 1. lib. 4. capit. 9. num. 35. & 36. Vgolin. de cenſuris Tabula. 1. cap.9.§. 8. num. 8. Mercado de contractibus, cap.5.§ *homicidio caſual*, ait, eum, qui in nemore hoſtem occidit, putans eſſe feram, ſed cum affectu conditionali occidendi hoſtem, ſi illic eſſet, peccare peccato homicidij cum obligatione reſtituendi, fierique irregularẽ, & ſi hoſtis erat clericus, manere excommunicatum. ¶Suadetur primo, quia hæc ignorantia non cauſat inuoluntarium, vt ait D. Tho. artic. 3. ergo non excuſat. 2. quia Ariſtotel. 3. ethic.cap. 1. agens de ignorantia comitante, & antecedente, de ſola. 2. affirmat excuſare. 3. quia Ariſtot 5. ethicorum cap. 8. quem imitatur Nyſſen. 5. Philoſ.cap. 2. ait, *Eorum, quæ ab inuitis ſunt, alia ſunt venia digna: alia vero non, nam ea, quæ non ſolum ignorantes, ſed etiam ob ignorationem facimus, ignoſcenda ſunt: ſed ea, quæ facimus, non ob ignorationem: ſed ignorantes quidem ob affectum non naturalem nec humanum, non ſunt venia digna:* Sed qui operatur cum ignorantia comitante, non agit ob ignorantiam: quia talis ignorantia non eſt cauſa actus: ergo non eſt venia dignus. Omitto text. in l. eum qui nocentem. §.ſi iniuria. ff. de furtis, quem pro ſe adducit Graff. ſed male: ſolum enim dicitur ibi, ſi quis me percuſſit putans, me eſſe alium, mihi teneri de iniuria: & ibidem Graff. alia adducit, quæ non ſunt ad rem.

35 Secunda, & vera opinio eſt, talem ignorantiam omnino excuſare actum externum, qui cum illa fit, & ſimiliter actum internum à quo externus procedit: cum illis tamen poſſe eſſe actum internum conditionatum malum, ſcilicet occiderem, etiam ſi ſcirem, hunc eſſe hominem, Patrem, vel clericum, haberem rem cum hac, etiam ſi ſcirem, eſſe vxorem alterius. Et à malitia huius actus cõditionalis, à quo non procedit actus externus, non excuſat ignorantia illa. Ita Cordub. lib. 2. quæſt. 19. Caietan. & Medina hic artic. 3. vbi Zumel diſput. 1. Herrera. 2. diſput. 35. q. 18. & 19. qui male oppoſitum tribuit Caietano, & Medinæ) Azor. to.1. lib.1. cap.14. quæſt. 4. Suar. 3.par. tom.5 de cẽter. diſput. 4. ſect.8. n.7. & 8. Vazquez diſputat. 125. Alma. 1. moral. cap. 4. Nauarr. 2. de reſtitut. cap. 1. difficultat. 7. numer. 60. Vega verbo homicidium caſu. 16. & verbo ignorantia, caſu. 2. Eman. verbo homicidium, cap. 136. numer. 5. Ouandus. 2. diſtin. 22 propoſ. 9. eademque videtur ſententia Valentiæ diſputa. 6. quæſtio. 6. puncto. 6. ſine diſtinctione dicentis, ignorantiam inuincibilem omnino excuſare: eodem modo loquuntur Alenſ. 2. part. quæſt. 118. alias. 113. m. 7. & 8. Richard. 2. diſt. 22. art. 2. quæſt. 3. Bonauentu. ibidem. Palat. eadem diſtin. diſputat. 1. Angeſtus capit. 6. moralium. § 7. & alij multi: expreſſius vero id tenet Angles. 2. diſtinct. 22. quæſt 2. artic. 3. difficult. 2. concluſ. 3. Prob. quia hæc ignorantia, licet non cauſet inuoluntarium contrarie, cauſat tamen non voluntarium ſeu inuoluntarium negatiue, vt docet expreſſe Ariſtot. 3. ethic. capit. 1. Maior, & alij ibi. D. Thom. hic articul. 3. & quæſtio. 6. articul. 8. Valentia diſputatione. 2. quæſtione. 2. puncto. 6. concluſ. 1. Nyſſenus. 5. Philoſophiæ capit. 2. Damaſcenus lib. 2. cap. 24. Cæterique Theologi, & Philoſophi: ſed ad excuſandum actum à malitia ſufficit eſſe non voluntarium, vt etiam docet Damaſcen. ibi: ergo talis actus non eſt malus, ac proinde propter illum non incurritur pœna excommunicationis, vel irregularitatis, nec contrahitur obligatio reſtituendi. Et ideo. capit. ignorantia de regulis iuris in 6 abſolute dicitur: quod ignorantia facti excuſat: & cap. 2. de conſtitut. in 6. cap. ſi vero. 2. de ſenten. excommuni. cap. excellentiſſimus. 11. quæſtio. 3. abſolute dicitur, ignorantiam excuſare ab excommunicatione, ſcilicet probabilem.

Nec obſtat, quod interdum cum illo actu detur aliquis actus conditionalis malus internus circa idem obiectum: nam cum talis actus internus non influat in externum, nec ſit cauſa illius, non communicabit illi ſuam malitiam, vt docent authores ſecundæ opinionis, qui latius illam probant. Et Azor hoc modo recte illã declarat. Titius per ignorantiam comitantem Caij inimici ſui cedem admittens, quem belluam eſſe exiſtimat, quadrifariam habere ſe poteſt. Primo, vt nihil de Caio cogitet, licet odium eius priſtinum non reuocauerit, & habitualiter ſit ita diſpoſitus, vt ipſum occideret, ſi ſciret adeſſe: tunc nec opus externum, nec internum eſt peccatum: quia praua voluntas præcedens non eſt, nec influit in opus externum: alioqui omnia opera infidelis, qui aliquando ea retulit in idolum, peccata eſſent. Secundo, vt tũc voluntatem habeat interficiẽdi, quod in ſuo proſpectu habet, ſiue ſit homo, ſiue bellua, quamuis putet, eſſe belluam, & tunc eſt homicida. De hoc autem caſu non eſt præſens quæſtio. Tertio, habens affectum actualem occidendi hoſtem, ſi ibi eſſet, quamuis exiſtimet, & vere quidem ibi non eſſe: tunc eſt homicida volun tate, & affectu; ſed actus 36

Digitized by Google

externus non habet deformitatem homicidij, ſicut nec quando cognoſceret vxorem propriam putans eſſe alienā: nā vel id volēs, non eſſet adulter effectu, ſed affectu, & de hoc caſu non eſt præſens quæſtio, quia ille non occidit alium ignorās, ſed feram, ſciens. Quarto, ita vt inuincibiliter putet, eſſe feram, eum, qui eſt eius hoſtis, & actu cogitans de illo, & cum voluntate interficiendi ipſum, ſi ibi eſſet, ipſum occidat: tunc eſt homicida affectu, ſed externa occiſio non capit malitiam homicidij, quia mala voluntas occidendi in ipſum non influit. Hæc Azor, cui cōſonat Suar. ſupra. num. n.10. concēdit in 2. caſu cenſuram incurri.

37. *Ad 1. arg.* Ad primum in contrarium iam dictum eſt, quod licet talis ignorantia non cauſet inuoluntarium contrarie: cauſat tamen non voluntarium, & hoc ſufficit ad excuſandum actum externum cum interno à quo procedit.

Ad 2. arg. Ad ſecundum Reſpondetur, licet Ariſtot. eo loco de ſola ignorantia antecedenti dicat explicite, excuſare: tamen implicite idem dicit de comitante; quia docet, cauſare non voluntarium.

Ad 3. ar. Ad tertium Zumel, Azor, & nonnulli alij reſpondent, Ariſtotelem ibi velle, quod ignorantia comitans non excuſat ſemper ab omni actu, qui eſt circa obiectum ignoratum, quia interdum ibi eſt aliquis actus conditionalis, qui per talem ignorantiam non excuſatur, vt diximus: ſed hanc interpretationem, licet ea poſſit accommodari. D. Thom. (vt ab Azor & alijs accommodatur) Marſ. Petro de Soto, Durando, Sebaſtian. de Medicis, & multis alijs citatis pro prima opinione: tamen exiſtimo, non eſſe ad mentem Ariſtot. eo loco: nam ibi ait, quæ ab inuitis fiunt, alia ſunt venia digna, &c. Ergo ſolum loquitur de ignorantia antecedente: comitans enim non facit inuitum, & inuoluntarium contrarie, vt ex eodem Ariſtotele, & alijs docuimus. Vult ergo Ariſtotel. eo loco, ignorantiam antecedentem, quæ proficiſcitur ex aliquo prauo, & inordinato affectu, in quo eſt voluntaria, non excuſare: quia eſt ignorantia culpabilis. Ita illum interpretatur Maior, Euſtra. Vazquez diſputa. citata, Adrian. quodlib. 4. artic. 1. in fine: eodem autem modo, quo Ariſtotel. loquuntur. Nyſſen. & Damaſcen. ſupra. Ideo autem dicunt, ignorantem ex prauo affectu, non agere ob ignorantiam; quia illa non eſt prima cauſa, & radix illius operis, ſed proxima tantum, & in eo ſenſu intelligitur, quod ait Ariſtot. 3. Eth. cap. 1. ebrium, vel iratum agere ignoranter, ſed non ex ignorantia, vt exponit D. Thom. ibi, & Conrad. hic artic. 4. ad primum.

Sicut autem dictum eſt, ignorantiam inuincibilem commitantem excuſare actum à malitia obiecti, vel circunſtantiæ ignoratæ: ita dicimus ignorantiam vincibilem comitantum excuſare ab ea malitia ex parte. 38.

Addimus ſecundam opinionem doceri etiam late à Medina. quæſtio. 6. artic. 8. qui tamen, & nonnulli alij male pro prima opinione citant Adrian. quodlib. 4.

SECTIO. VI.

Vtrum ignorantia affectata excuſet aliqualiter à peccato.

De hac re dixi aliquid tom. 1. tract. 3. diſput. 4. ſectio. 4. à num. 41. ſed plura hic dicam DD. communiter affirmant, non excuſare, ſed potius aggrauare D. Thom. Caiet. Conrad. & alij art. 4. Vincen. 3. ſpeculi moral. par. 2. diſt. 5. ad. 4. Viguer. cap. 3. § 4. verſic. 4. Cordub. lib. 2. quæſt. 16. & 20. Sebaſtia. Medicis in ſum. de peccat. part. 2. tit. 5. quæſt. 38. Sayr. lib. 2. cap. 9. num. 33. prop. 12. Alb. 2. part. ſum. tract. 14. quæſt. 88. Couarru. cap. alma p. 1. §. 10. prope finem Peltan. de origin. peccato tractat. 17. in fine. Caſtro. 2. de lege pœnali. cap. 14. poſt 2. prop. Alenſis. 2. parte, quæſt. 129. membro. 8. Mag. 2. diſt. 22. Bonauentu. in fine eiuſdem d. num. 22. ſeu. p. 2. ar. 1. quæſt. 3. Angles, quæſt. 2. ar. 3. difficult. 1. & Latius art. 4. Ouand. propoſ. 8. Angles. quæſt. 2. ar. 4. con. 1. Gabr. quæſt. 2. artic. 1. notabili. 3. & art. 2. concl. 3. Durand. quæſt. 4. Ægid. quæſt. 2. artic. 4. Maior. quæſt. 2. concluſ. 3. Marſ. 2. quæſt. 15. artic. 2. dub. 3. concluſ. 3. Almain. 1. moral. cap. 4. & 5. Adrianus quodl. 4. articul. 1. ad finem. Aragon. 2. 2. quæſt. 11. artic. 1. dub. an ignorantia affectata excuſet ab hæreſi. Nauarr. cap. 23. numer. 45. Contrad. in ſumma quæſt. 372. Graff. 1. par. deciſionum, lib. 4. cap. 9. nu. 3. Caietanus verbo ignorantia fine, Tabiena, num. 2. Roſel. nu. 1. Armil. num. 4. & 7. Syluest. quæſt. 5. Petrus de Soto lectio. 2. de peccatis. Antoninus. 1. parte tit. 6. cap. 1. §. 1. & titul. 20. de regulis iuris, verbo, ignorantia, & 2. par. tit. 5. c. 9. §. 2. 39.

Valentia tamen diſput. 6. quæſt. 6. punct. 3. ait, hoc eſſe intelligendum, quoad ſpeciem poſitiuam, quam peccatum habet ex obiecto: nam ex eo, quod in hanc fertur vehementius voluntas, vult aliquis de induſtria ignorare, & ſic ex ea parte peccatum eſt magis voluntarium, quando ſit ex ignorantia affectata quoad alteram vero ſpeciem, quam peccatum habet ex defectu, & priuatione rectitudinis debitæ, in qua conſiſtit eſſentialiter 40.

liter

tialiter ipſius malitia, videtur, inquit, abſolute loquendo etiam minui ob ignorantiam affectatam; quandoquidem minus hic defectus voluntarius eſt, quando actu ignoratur, quocunque tandem modo ignoretur: idẽ docuerat diſput.2.quæſt.1. puncto.6. ad quartum. Et Azor, tom.1. lib.1.cap.14. quæſt.1. late probat, peccatum commiſſum per ignorantiam affectatam minui quadam ex parte, tametſi alia quadam ex parte augeatur. Altiſiodor. lib.2.tracta.29. cap.1.qu.3. duplex, inquit, eſt ignorantia affectata: vna, qua aliquis affectat, aliquid neſcire, de quo tamen determinatum eſt apud eum, quòd illud tenetur ſcire, & talis ignorantia affectata neminem excuſat, eſt & alia ignorantia affectata qua aliquis neſcit aliquid, quod tenetur ſcire, nec tamen determinatum eſt apud eum, quòd illud teneatur ſcire: & talis ignorantia affectata fuit in Paulo, qui nolebat à chriſtianis diſcere, Ieſum eſſe filium Dei, & excuſat à tanto, licet non à toto, & ideo Paulus dixit: *Miſericordiam conſequutus ſum: quia ignorans feci.* Bonauentu. etiam ſupra, & Gabr. illo notab. 3. dicunt, omnem ignorantiam aliquo modo excuſare: ideo videbitur aliquibus, inquit Ouandus ſupr. prop. 11. etiam ignorantiam affectatam diminuere culpam, & Vega, inquit, præceptor meus mediabat dicens, ignorantiam affectatam, ſi eſt antecedens ſeu cauſa peccati, excuſare aliqualiter vt cũ ego ſi veritatem ſcirem, non eſſem peccaturus, ſecus vero ſi eſt comitans, vt cum ego etiam ſi veritatem ſcirem, peccaturus eſſem: tunc enim adeſt voluntas peccandi, & affectus ignorandi; ideo peccatum eſt graue. Palac. etiam. 2. diſtinct. 22. diſputat.1. concluſio. 15. ait: affectata ignorantia, & ſi augeat culpam relata ad ignorantiam craſſam; quia plus habet de voluntate: at minuit culpam ſi illam referas ad peccantem ex induſtria, qui maxime omnium mortaliter peccat; quia magis contemnit, quam quis alter, qui per ignorantiam peccat: nam culpa, quæ magis voluntaria eſt, grauior eſt, ideo, qui ex malitia peccat, maxime peccat, authore Iſidoro.2. de ſum.bono capit. 17. num.3. relato à Magiſtro hic, &c. Lopez etiam.1.par.inſtruct. c.3. prop. 2. probabile putat, ignorantiam affectatam in aliquo caſu cauſare inuoluntarium ſecundũ quid (vt ait Medina.1.2.q.6.ar.8.) & per conſequens aliquantulũ minuere malitiam peccati, vt cum quis vult ignorare: tamẽ ſi ſciret tale opus eſſe peccatũ, illud nequaquã faceret. Angeſtus etiam in moralibus, cap.6. §.7. poſt quam dixit, ignorantiam affectatam augere malitiam: addit, *Hoc non caret dubio: nam ignorantia quantumcunq. affectetur, diminuit de voluntario, & de contemptu interpretatiuo, ideo dicẽdum videtur, operationem illam ex tali ignorantia factã, eſſe minus grauem, quam cum plena ſcientia: ipſa tamen operatio ex ignorantia, & affectatio ignorantie, quia ſunt duo peccata, reddunt hominem magis culpabilem, & ſic intelligendum eſt, ignorantiam affectatam accuſare.*

Richard, 2.diſt. 22. art. 2. quæſt.3. quem citat, & ſequitur Angel.verbo.ignor.num.3.ait: *Ignorantia affectata omnibus penſatis non excuſat, quia licet excuſet in quantum eſt ignorantia, tamen aggrauat in quantum eſt voluntaria, ex magna enim intenſione voluntatis ad peccandum prouenit, quod homo velit ignorare, vt liberius peccet.* Cordub. etiam lib. 2. quæſt. 20. docet, ignorantiam affectatam aggrauare ſimpliciter, quando eſt comitans, habetque adiunctum actum, quo homo vult facere opus, ſiue ſit prohibitum, ſiue non, ſecus ſi non eſt comitans, vel non habet talem actum adiunctum, ſed fortaſſis oppoſitum, ſcilicet ſi ſcirem, hoc eſſe prohibitũ, minime id facerem, idem docet Zumel artic. 4. quæſt. 2. Vega, & Ouandus ſupr. Quod recte etiam docet Sayr. lib. 2. cap. 9. prop. 12. cum Caſtro. 2. de lege pœnali. capitul. 14. docens, duplicem eſſe, ignorantiam affectatam: alteram, qua quis vult ignorare aliquid, non vt malum faciat, ſed vt malum aliquod euitet: talis fuit in Paulo, qui nolebat audire doctrinam Chriſti, & perſequebatur eos, qui illam prædicabant: hoc autem non faciebat, vt liberius peccaret, quia de ſe ait, Galat. 1. *Abundantius æmulator exiſtens paternarum traditionum*: Sed ideo ignorare volebat, quia putabat, ſe offendere Deum, ſi talem doctrinam didiciſſet. Hæc illum excuſauit: quia de ſe ait, *Miſericordiam conſequutus ſum, quia ignorans feci.* 1. Timoth. 1. Aliquãdo autem quis ignorare vult præceptum, vt liberius peccet, Pſalm. 35. *Noluit intelligere, vt bene ageret, &c.* & Iob. 21. *Qui dicunt Deo recede à nobis, ſcientiam viarum tuarum nolumus.* Hæc ignorantia accuſat, & aggrauat ſimpliciter peccatum ſecundum illos, quamuis ex parte minuat. ¶ Hæc doctrina mihi e- 41 *Opin. Auctoris.*
tiam placet: & quidem quòd quæcunq. ignorantia etiam affectata aliqualiter extenuit peccatum, recte probat Azor ſupra, idque colligit Zumel ex D. Thom. art. 3. vbi de ignorantia voluntaria directe & indirecte ſeu affectata, & non affectata ait, non totaliter excuſare: ergo ſentit vtramque excuſare ex parte, & quæſtio. 6. articul. 8. generatim ait, ignorantiam antecedentem cauſare inuoluntarium ſecundum quid: comitantem vero cauſare non voluntarium: ergo etiam ignorantia affectata id habet ac proinde ipſa quoque aliqualiter excuſat: quod vero quando non interuenit affectus abſolutus eſſiciendi, opus eſto ſit forte prohibitum, minus

peccet homo,quam ſi ſciéter peccaret. Prob. quia ſi ignorantia non eſſet affectata,longe minus peccaret, vt omnes fatentur:non auté multum intereſt,quod ignorantia ſit affectata,vel non affectata,ſicut enim omiſſio, quæ eſt volita directe,non eſt multo grauior, quã quæ indirecte:ita de ignorantia dicẽdum eſt: ergo etiam quando eſt directe volita, ſeu affectata,peccatum eſt minus, quam ſi ſcienter fieret,quia ipſa ignorãtia occultat obiecti malitiam,ac proinde facit,vt minus imputetur, & quia is,qui ſcienter peccat,licet peccare ſoleat remiſſius: tamen peccat cum maiori libertate & contemptu: ergo ſimpliciter magis peccat; magis namq. auget malitiã cõtéptus,& libertas,quã inténio. Cõfir. quia deteri' eſt velle efficere actũ,quẽ ſcio eſſe p. quã velle efficere actũ.in quo tantũ video periculũ peccati,etiã ſi nolim cauere ignorãtiã, à qua manat tale periculum; cum in affectu actuali, vel habituali ſit, me non operaturum, ſi ſcirem,opus eſſe prohibitum: aut ſaltim non ſit in me oppoſitus affectus,

42. Supereſt igĩ ꝓbandũ,ſimpliciter magis peccare eũ,qui operatur cũ ignorantia affectata, & propoſito operandi,ſiue opus ſi prohibitũ, ſiue non,quã ſi ſcienter peccaret: hoc autem ſic prob. nam qñ adeſt tale propoſitum, licet ignorantia non eſſet affectata, fere æqualiter peccaret,ac ſi peccaret ex certa ſcientia: ſed affectatio ignorantiæ ad peccãdũ liberius, & ſine impedimento, ac remorſu conſcientiæ notabiliter auget malitiam: ergo ille magis peccat quam ſi ex certa ſcientia peccaret,aut ſanè non minus: in eo ergo euentu,vel ignorantia ſimpliciter accuſat, vel certe ſimpliciter non excuſat, & hoc videtur intendere Iſidor. 2. de ſum. bono, cap. 17. num.15. dicens:*Sunt,qui ignoranter peccant,& ſunt,qui ſcienter:ſunt etiam:& qui pro ignorantia excuſatione ſcire nolunt,vt minus culpabiles habeantur, qui tamẽ ſeipſos non muniunt: ſed magis decipiunt.* Confir. nam peccatum commiſſum ex ignorantia cõtinet maiorem contemptum diuinæ legis, & maiorem affectum peccandi: de contemptu patet Iob.34. *Qui dicunt Deo,recede à nobis,ſcientiam viarum tuarum nolumus*: quod obſeruauit Gregor.ibi. 25. mor. cap. 25. De affectu patet, Iob.24. qui quaſi de induſtria receſſerunt ab eo,& omnes vias eius intelligere noluerunt; quod de ignorantia affectata, explicat Greg. 25. moral. cap.11. Affectus vero eſt maior,primò,quoad intenſionem: quia vult liberari à ſcientia, qua veluti fræno poſſet cohiberi à peccato ¶ 2 Quoad extenſionem;quia qui ignorantiam affectat,pluribus, & grauioribus peccatis ſe exponit,quam quæ ſcienter committeret,& vult non ſolum carere perfectione voluntatis, ſed intellectus. Deinde illa turpitudo actus,vt ignota,ſic minus voluntaria: tamen aliũde eſt magis voluntaria, quia homo vult ignorare, vt peccet liberius: ergo talis ignorantia ſimpliciter aggrauat. Vnde non recte dixit Gerſon tracta. de natu.& qualit. conſcient. tom. 2. fol. 170. litt. E. citans Tarant. ignorantiam affectatam æqualiter ac ſcientiam accuſare. Male etiam Ægid. ſupra dixit,ſi magna ſit negligentia,maius eſſe peccatum,quam ſi ſcienter delinqueretur.

SECTIO. VII.

An ignorantia vincibilis etiam affectata excuſet ab hæreſi.

PRIMA opinio eſt nullam ignorantiam vincibilem, m. excuſare 43.
ab hæreſi. Videtur Soti. 4. diſtinc. 1. Opinio.
22. quæſtio. 2. artic. 3. & hanc tribuunt illi Toletus, & Vazquez infra: eidem opinioni fauere. Bonauent. 4. diſtinc.13. dub. 4. ſeu vltimo litteræ,affirmat Vazquez: eidem fauet Ludouic. à Paramo lib. de origine inquiſitionis, tracta.de hæreſi. quæſt.3.num.45. & 46. dicens,ignorãtiam affectatam aut craſſam non excuſare ab hæreſi: ſed ea laborantes cenſendos eſſe hæreticos:forte tamen loquitur de foro externo,propter præſumptionem: nam num. 48. cum Simanc. in cathol. inſtitut. titul. 26. num.6. ait,errantem ex ignorantia vincibili non pertinaci,excuſari ab hæreſi. Suadetur hæc ſententia,quia ignorantia vincibilis, licet non ſit affectata, non excuſat ab homicidio,vel ab alijs peccatis:ergo nec ab hæreſi.

Secunda opinio eſt ignorantiam affecta- 44.
tam nõ excuſare ab hæreſi:reliquas, vero ex- 2. Opinio.
cuſare. Canus.12. de locis cap. 8. ad finem, & cap.9.ad.5. §. illud,deinde conſectarium. Valentia. 2. 2. diſput. 1. quæſt, 11. puncto. 1. difficult.4. ad primum. Torres.1. par. quæſt.32.ar. 4. part. 2. coment. propoſ.1. Suadetur, nam, qui habent alias ignorantias, paratus eſt corrigi ab eccleſia;ſecus,qui errat ignorantia affectata.

Tertia opinio omnem ignorantiam non 45.
affectatam excuſare ab hæreſi, & aliquam 3 Opin.
affectatam, ſed non omnem. Vazquez diſput.126 putans, eſſe communem. Prima pars probatur. 1. nam, qui laborat ignorantia non affectata,paratus eſt corrigi ab eccleſia: ergo non eſt pertinax,ac proinde nec hæreticus. 2. ex Aug. quamuis enim præfa. lib. de hæreſib. dicat,diſcrimen eſſe inter hæreſim, & errorẽ circa fidem, & in fine eiuſdem libri difficile

æſtimet

Digitized by Google

æſtimet, hæreticum definire, & oratione de 5. hæreſibus dicat, quærendum eſſe, quid ſit, quod facit hominem hæreticum, nihil determinās, & opuſ. de vtilitate credendi tm̄ definiat hæreticū, vt ſit is, qui alicuius temporalis cōmodi, & maxime gloriæ, principatuſq. ſui gratia falſas ac nouas opiniones, vel gignit. l. ſequitur, tn̄. 4. de Baptiſ. contra Donatis, c. 16. docet, eū ſolū, qui ſcienter à fide Catholicæ Eccleſiæ recedit, hęreticum eſſe. Sic enim ait; *Conſtituamus duos aliquos iſto modo, vnum eorum v.g. ſentire de Chriſto, quod Photinus opinatus eſt, et in eius hæreſi baptizari extra Eccleſiæ catholicæ cōmunionem: alium vero hoc idem ſentire: ſed in Eccleſia catholica baptizari exiſtimantē, ipſam eſſe fidem Catholicā: iſtū nondum hæreticum dico, niſi manifeſtata ſibi doctrina catholicæ fidei, reſiſtere maluerit, & illud quod tenebat elegerit*, & paulo inferius. *itaq. in hoc ſolo falſa opinio, in illo autem etiam illa diuiſio corrigenda eſt*, Idem expreſſius docet epiſtola 162. cuius verba adducit D.Th. 2.2. q. 11. a. 2. ad. 3. & Gratia. c. dixit Apoſtolus. 24. q. 3. Vide etiam Aug ibi. c. qui in eccleſia: ad idem eſt caput damnamus de ſumma Trinit. & c. vnicum, eodem tit. in 6. & Clem. vnica eodem titul. vbi tantum cenſentur hæretici, qui præſumunt aliquid ſentire contra fidem eccleſiæ catholicæ: pręſumere autem non dicūtur, qui ex ignorantia errant: ergo tales non ſunt hæretici, & ita docet *D*.Tho. loco citato, Caiet. ibi Alens. 2. p. q. 161. de hæreſi, membr. 1. in fine Duran. 4. diſt. 13. q. 5. num. 6. Palud. quæſt. 3. ar. 1. concluſ. 1. Gabr. quæſt. 2. artic. 1. notabili. 3. Richard. art. 5. quæſtio. 3. ad. 3. Syluester hæreſis primo in princ. & quæſt. 2. num. 5. Armil. nu. 1. & 2. Corduba lib. 1. quæſt. 17. §. 7. verſic. ſecundum requiſitum Nauarr. prælud. 1. n. 11. & cap. 11. num. 17. Caſtro. 1. de iuſta. hæret. punitione capit. 2. ad finem Paulus Gryſal. in præamb. ad lib. de hæreſ. §. 1. Azor, Sa, Bañes, Aragon, Toletus, Sayr. infra citandi, & alij cōmuniter. ¶ 3. Probat Vazquez, quia tunc tantum aliquis videtur offendere authoritatem alicuius cum ſcienter dictis, & ſententiæ illius aduerſatur, nam ſi quis ignoranter etiam contra ſuum magiſtrum opinetur, non cenſetur eius authoritati derogare perfidia, & in credulitate: ergo ſimiliter, qui ignorans, ſe opinari contra fidem eccleſiæ catholicæ, reuera contra illā opinatur, non derogat eius authoritati: cum nō credat falſum eſſe, quod docet: ergo non eſt hæreticus, niſi eius ignorantia æquipolleat ſciētiæ, vt cum eſt affectata modo ſtatim explicando.

46. 2. Vero, & 3. pars probatur à Vazquez, cap. 2. in fine, nam ignorantia affectata duobus modis cōtingere poteſt, vno modo ex tædio adiſcendi tantum, ratione cuius poteſt aliquis affectare ignorantiam, & hoc modo error in rebus fidei non eſt hęreſis, qui enim ſic errat, non offendit authoritatem eccleſię proponentis res fidei tanquam incredulus, & infidelis: altero modo contingere poteſt affectata ignorantia ex falſa opinione contra eccleſiam, quia putat fundamento carere ea, quæ credit Eccleſia, & hoc modo peccatum hæreſis committitur, cum quis ex illa falſa opinione affectat ignorantiam; alioqui ſi nihil contra authoritatem illius in genere aut ſpecie ſciēter credat, non eſt dicenda hæreſis ob ignorantiam affectatam.

47. *Auctor.* Ego vero exiſtimo cum aliqua ignorantia affectata, imo & non affectata, hæreſim eſſe poſſe, vt ſi quis aliquam propoſitionē fidei catholicæ contrariam credat, ita ignorans, eſſe contra fidem catholicam, vt tamen formaliter, & explicite velit illam credere, ſiue contingat eſſe, ſiue non eſſe contra fidem catholicam, & etiam ſi nollet eſſe cōtra ipſam; erit hæreticus: quia vt patet ex præcedenti ſectio. hic grauius, vel æque grauiter peccat, ac ſi ſcienter vellet contra communem eccleſiæ fidem opinari; ſuoq. aſſenſu atq. affectu omnino eſt diuiſus à fide eccleſiæ: ergo eſt pertinax, & hæreticus. Vnde communis ſententia dicens, cum ignorantia non eſſe hæreſim debet intelligi, niſi ignorantia ſit cum affectu contradicendi doctrinæ eccleſiæ, qui affectus raro inuenitur in ignorante, id quod credit, eſſe contra doctrinam Eccleſiæ. Cum aliqua tamen ignorantia etiam affectata poteſt non eſſe hæreſis, vt ſi quis contra fidem eccleſiæ catholicæ ſentiat ignorantia affectata ob tædium diſcendi, vel alias occupationes, aut rationes; ita tamen, vt paratus ſit corrigi, ſi nouerit ſe ſentire contra communem eccleſiæ fidem: hic enim longe minus peccat, quā qui ſcienter à communi fide eccleſ. recedit ideoq. propter talem aſſenſum neq. punitur à Deo priuatione habit⁹ fidei, nec ab eccleſia, hæreticorum pœnis. Ex quibus patet nullum errantem ignorantia antecedenti circa communem fidem eccleſiæ, hæreticum eſſe, quia talis neque ſentit ſcienter contra eccleſiam, nec eſt imparatus ad correctionem; imo interdum habitu, vel etiam actu eſt paratus: ſi vero ignorantia ſit comitans, tunc tantum eſſe hæreticum, quando non ſolum habitualiter, ſed etiam actu, & formaliter excludit correctionem. Itaque ab hæreſi excuſat omnis ignorantia antecedens, & aliqua comitans: & iuxta hæc recte Sa, verbo hæreſis nume. 1. ait. Non eſt hæreticus, qui per ignorantiam errat contra fidem: ſe tamen eccleſiæ Romanæ ſubmittens, paratus id credere, quod illam credere intellexerit: recte etiam Aragon. 2. 2. quæſtion. 11. artic. 1. & Bañes articul. 2. dicunt, ignorantiam cūlpa-

Digitized by Google

bilem etiam affectatam excuſare ab hæreſi, modo is qui errat paratus ſit ab eccleſia corrigi, ſecus ſi erraret animo aduerſandi doctrina eccleſiæ, idem docet Herrera. 2. diſp.35. q. 22. recte etiam Toletus tractatu de caſibus cœnæ excommu.1. contra Sotũ, ſupra ait, errantem ex ignorãtia craſſa, licet peccet mort. non eſſe hæreticum, nec excommunicatum. Et Sayr.lib.2.ca 9.n. 34. idem ait, de habente ignorantiam non affectatam, aut affectatam quidem, ſed ob ſolum tædium, vel alium ſimilem finem, non excludendo eccleſiæ correctionem. Quod etiam docet Azor, to.1. lib. 8. c.9.quæſt.7.& 8.vbi pro opinione aſſerente, errantem ex ignorantia, hæreticum non eſſe, præter relatos adducit Innoc Hoſt.Ioan. And. Pan.& Card.c. firmiter de ſumm. Trin. Simancam in cathol. inſtit.tit.31. nu.10. idem tenet Sebaſt.Medicis in ſum.pecc.p.1. q.32. & in ſumm. hæreſum qu.4.cum Caſtro.1. de hæreſ.c.9.& 10.Direct.inquiſi.p.2.qu.39. Arnald. de cognoſ.aſſer. hæret. qu.2. n.1. & ſeqq. Anton.2.p.tit.12 c.5.Graff.p.1.lib.2.c,8.nu.7. & 37.

48. *Ad arg. 1. Opinio.* Ad argum.1.opinionis Vazquez ſupra, ca. 3. ait, Canum non potuiſſe aſſignare diſcrimen inter homicidium, & errorem fidei: bene tamen aſſignari à Torr.ſupr.4.par. comm. ſub finem, rationemque diſcriminis eſſe manifeſtam, quia ſcientia in homicidio non eſt circunſtantia ex parte obiecti, ſed conditio ſufficiens, vt actus ſit liber & humanus, ad quod etiã ſufficit ignorãtia vincibilis: ideoq. homicidiũ ſciẽter, & ignorãtia vincibili cõmiſſum eiuſdem ſpeciei ſunt: cognitio autem illa de cõtrarietate ſenſus proprij ad ſenſum eccleſiæ eſt cõditio ſubſtãtialiter requiſita ex parte obiecti in.p. hæreſis, ſicut locus ſacer in p. ſacrilegij ideo ea quouis modo ablata, licet maneat voluntarium ſufficiens, vt actus erroris ſit humanus, non tamen manet ſubſtãtia erroris cum circunſtantijs requiſitis ad peccatũ hæreſis aut infidelitatis. Sed iam vidimus, ſcientiam non eſſe conditionem eſſentialem hæreſi, cum interdum ſufficiat non ſolum ignorantia affectata, vt fatetur Vazq. ſed etiam non affectata. Deinde clarum eſt, ſcientiam illam de contrarietate aſſenſus proprij ad fidem eccleſiæ non ſe tenere ex parte obiecti, ſed ex parte intellectus negantis propoſitionẽ fidei catholicæ. Similiter ſcientia loci ſacri non ſe tenet ex parte intellectus; cur ergo ſicut eſt ſacrilegium violare ex ignorantia vincibili locum ſacrum, & eiuſdem ſpeciei cum ſacrilegio, quo violatur ſcienter, nõ idem dicetur in errore contra fidem.

49. Dicendum ergo eſt, quod ſicut homicidiũ caſuale culpabile, & homicidium voluntarium cum ſcientia, vel etiam cum explicita voluntate commiſſum ſunt eiuſdem ſpeciei, licet diuerſi gradus malitiæ, & ideo diuerſis pœnis ſubijciuntur, ita error, quo quis diſcedit à commun fide eccleſiæ, ſiue cum ignorãtia vincibili, ſiue cum ſciẽtia, ſiue cum voluntate directa, ſiue inducecta, eiuſdem ſpeciei malitiæ ſunt, licet in gradu differant: ideo vnus deſtruit fidem infuſam, & conſtituit hominem hæreticum, & excõmunicatum, alius vero nõ: ſic etiam error plene deliberatus, & indeliberatus non plene, eandem habent ſpeciem malitiæ, ſed vnus deſtruit fidem, alius vero non; cum ſit ſolum peccatum veniale, & quamuis error circa veritates fidei etiam inculpatus aduerſetur Phyſice actui fidei, nullus vero ita aduerſatur habitui: iam enim ſupra docuimus, nullo peccato deſtrui Phyſice habitum ſupernaturalem, quando autem error eſt culpatus, habebit malitiam moralem oppoſitam ſtudioſitati: generatim enim omnis ignorantia culpabilis, ſiue negationis, ſiue prauæ diſpoſitionis aduerſat' ſtudioſitati, vt docent Caietanus, & Medio. art. 2. Zumel ibi diſput.2. Valentia diſput.6. q.2.a.ſ. 6. pũr & 2.Cordub.lib.2.q.6. Ouandus.2.d.22. propoſitione.9.ad.1.Herrer.illa.q.22.ad.3. nam ſtudioſitas eſt pars temperantiæ, qui moderatur affectum ſciendi, vt docet D.Tho.2.2.q.166. art. 2.& ſumitur ex Auguſt. de moribus eccleſiæ, cap.21.in princip. vbi ait affectum temerariæ curioſitatis opponi ſobrietati ſciendi: de qua Paulus Rom.12. *Non plus ſapere quam oportet, ſed ſapere: ſed ſapere ad ſobrietatem.*

Vnde nõ probo quod ait quidã errorẽ culpabilẽ contra fidem, qũ non eſt hęreſis, habere malitiã moralem omnino diſtinctã ſpecie à malitia hæreſis: eo quod talis malitia non ſit contra fidem, vt malitia hæreſis, ſed contra ſtudioſitatem, vt etiam docet Bañes ſupra, ſed facile reijcitur, quia malitia moralis ſolũ eſt directe contraria virtuti morali: fides autem ſecundũ ſe non eſt virtus moralis: ergo malitia moralis, quę eſt in hæreſi, non eſt directe contraria fidei ſecundũ ſe, ſed ſecundũ ſtudioſitatẽ, quæ illi adiungitur: ac proinde malitia hæreſis eſt contra eãdẽ virtutem, cõtra quã eſt malitia moralis erroris, qui non eſt hæreſis, & conſequenter iſtæ malitiæ ſunt eiuſdẽ ſpeciei. Quod ergo dicunt Torres illa. 4.p.cõment.Bañ.& Arag.ſupr. errorẽ culpabilẽ, qui nõ eſt hęreſis, eſſe reductiue in ſpecie hæreſis, ſi velint reduci ad ſpeciem hæreſis eo modo, quo ſpecies impfecta reducitur ad pfectam, falſum eſt, ſi autẽ velint, reduci ad illã eo modo, quo participãs ſpeciẽ in gradu impfecto verũ eſt. Deinde quod dicũt Canus, & Valen. vtrumq. errorẽ eſſe aliquo modo contra fidẽ, verũ eſt hoc ſenſu, quod vterq. verſatur contra ꝑpoſitiones fidei, & ſi eſſet cum ptinatia, deſtrueret fidem moraliter, non vero ita, vt 50.

eius

Digitized by Google

eius malitia moralis ſit contra fidẽ ſecundũ
ſe:ſolum non eſt contra ſtudioſitatẽ adiunctá
fidei,ſi quis autem ſcienter ſine aſſenſu hæ-
reſes doceret quidá putát contrahere malitiá
hæreſis;ſicut qui incitat ad fornicandum cõ-
trahit malitiam fornicationis. Sed iam ſupra
docuimus,hunc non contrahere malitiá for-
nicationis,ſed ſcãdali, ſimiliterque dicimus,
docentem hæreſes ſine aſſenſu non contra-
here malitiam hęreſis , ſed peccare peccato
ſcandali & contra veracitatem in rebus gra-
niſſimis & contra confeſſionem fidei,religio
nem & cultum Dei.Poſſet pro.1.ſenten. addu
ci Hiero.Oſeæ.8.& Amos. 3. dicens ex verbis
inordinate prolatis incurri hæreſim.Conſtat
enim pleruinque incurri ex ignorantia cul-
pabili.Et Galat.5.dicens hæreticum eſſe appe
llandum eum,qui inſcripturis cõtenta aliter
intelligit,quam ſenſus Eccleſiæ flagitat , etiá
ſi id non faciat animo reſiſtendi veritati, ſed
ſtudio contentionis.Quod poteſt fieri ex ig-
norantia:Item Chryſoſt.ho.6.in ep.ad Titum
vbi explicans id.2.Tim.2.*cum modeſtia corripiẽ-
tes eos,qui veritati reſiſtũt*, ideſt hæreticis,ait,in-
telligendum de ijs,qui reſiſtunt veritati , ſiue
animo contradicendi illi , ſiue etiam ſtudio
contentionis.Et D.Thom.1.Corint. 11. lect.4.
vbi ait,ab errore non poteſt aliquis propter
ſimplicitatem excuſari , quin ſit hæreticus,
quando ſentit aliquid contra articulos fidei.
Sed ad hæc omnia facile R.intelligi, quando
ſcienter contradicit quis doctrinę eccleſiæ,
quocunque affectu cõtradicat.Plura ad hæc
teſtim.dicit Herrera ſupra,vbi bene etiá oſtẽ-
51 dit,errantem ex ignorantia culpabili,non eſ-
ſe hæreticum ſi non excludit Eccleſiæ corre-
ctionem.De qua re dicentur alia tract. de fide

Ad argum.2.opinionis Reſp.non omnem,
qui laborat ignorantia affectata , eſſe impa-
ratum ad correctionem , neque omnem,qui
52 habet ignorantiá eſſe imparatum. Vnde etiá
Corol.1. patet ad argumentum pro prima parte.3.opi-
nionis,alias vero duas partes concedimus.

Ex dictis infertur primo cum Vazq.ſuprá,
capit.3.licet quis non velit directe aduerſari
fidei Eccleſiæ , hęreticum eſſe modo in ſuo
dogmate ſentire ſe nouerit contra fidẽ Eccle
Corol 2. ſiæ.Neque refert,quidquid dicat Alen.ſupra,
quod error ſit contra articu. fidei, vel contra
alla contenta in SS.vt recte probat Vazquez.

2.Cum eodem infertur hæreſem non con-
ſummari in affectu,ſed in actu intellectus,vn
de affectus ſuam malitiam ſumit,ſed nõ ideo
dabimus,quod quidam intendit , formalem
53 malitiam eſſe in actu intellectus ſicut,nec fa-
3. Corol. tendum eſt eſſe in homicidio,ſed in volũtate
homicidij.

3. Infertur,in quo conſiſtat pertinatia, quæ
eſt de ratione hęreſis.1.enim,vt ait,Vazq. vo-
luntarie vt cumque ſentire contra fidem Ca-
tholicam,non eſt pertinatia:nam quicunque
contra illam errat ignorantia culpabili,rece-
dit voluntarie aliquo modo à fide Catholicá
non tamẽ eſt hæreticus,nec pertinax.§ 2.Per-
tinatiam non conſiſtere indiuturnitate . Cõ-
ſtat:nam in vnico inſtanti poteſt eſſe error cũ
pertinatia , vt ſi homo ſit imparatus ad cor-
rectionem,& multo tempore ſine pertinatia
vt ſi toto illo ſit paratus. Vazquez , Valentia,
Bañes ſupra, nec oppoſitum docuit Syluester
hæreſis primo quæſt.2.vt contra Bañez notat
Valentia.§3.ad pertinatiam non ſatis eſſe , vt
quis admoneatur à prælatis aliquibus , vel
DD.grauiſſimis:nam ſi ipſe exiſtimet ſe non
aduerſari Eccleſiæ Catholicæ,non erit hære-
ticus,vel pertinax , Valentia, Can. Cordub.
Torr.& Vazquez,quod vero ait,Caſtro, 1. do
iuſta hær.punit.cap.9.in princip. & regula.2.
pertinacem & hæreticum eſſe,qui perſiſtit in
errore,quem deberet relinquere,& ad moni-
tus nõ relinquit , ſolum habet locum in foro
externo,qui ducitur præſumptione.§4. Adhæ
reſim & pertinatiam non ſufficit habitualis
diſpoſitio,qua quis ita adhæret errori, vt etiá
ſi ſciret, eſſe contra fidem eccleſiæ , non eſſet
illum deſerturus Vazq.ſupra.Herrera.2. diſp.
35.quæſt.22.cum D.Thom.2.2.q.11.art. 2. ad. 3.
& de malo quæſt.8.artic.1.ad.7. & communi,
& ibidem Herrera in omnibus de pertinaciá
dictis conſentit , quæ etiam docent Canus.
12.de locis ca.8.&.9.Cord.ſup.Azor cap.cit.&
fere omnes.§.5.qui exiſtimat, aliquid eſſe cõ-
tra fidem catholicam,quod vere non eſt , li-
cet ex conſcientia erronea,nõ minus peccet,
quam hęreticus,nõ tamen eſt hæreticus(quiá
nihil falſum credit)quidquid dicat Caſtro. 1.
de iuſta hęret.punit.cap.9.Corduba lib.1.q.17.
§.37.Vega verbo hęreſis,caſu.6. Ema. in bullá
§.9.dub.2.num.70.

SECTIO. VIII.

Vtrum poſsit eſse peccatum ſine igno-rantia & errore intellectus.

PRIMA Opinio eſt non poſſe eſ-
ſe peccatum ſine errore , quo in- 54
tellectus iudicet,hoc hic,& nunc 1.Opin.
eſſe faciendum. Duran.2. d.5. q.1.
num.10.&.11.Capr. 3. d.36.q.vnica artic. 3. ad
primum,& ad alia argumenta Scoti contra
primam concluſionem Hiſp.q.vni.art.3. &.4.
Zumel queſt.77.art.2.diſput.vnica concl.2.&
6.& Valen. a diſpu.6.quæſt.8.puncto.1.Arian.
quodl.4.quæſt.1.art.1.Petrus de Soto lect.2.de
actibus humanis, & lect.2.de peccatis Caiet.
Medina & Contad. quæſt. 77. artic.2. vbi D.
Thom.eiuſdem ſententiæ videtur ex Vincẽ-
tio

Digitized by Google

tio in ſpeculo morali lib.3.part. 2. diſt.6.ad.2. Azor tom.1.lib.4.cap.23.quæſt.5 pro hac ſent. citat Gothiſred.quodlib. 5 quæſt.12.& quodl. 8.quæſt.16.Henr.quodl.10.quæſt.10.& 13. Hæc
55 ſententia tribuitur Bellarmin.3. de gratia, & libe.arb.cap.8 vbi probat voluntatem determinari ab vltimo iudicio practico intellectus,quo dicit, aliquid eſſe faciendum: nam ſi voluntas poteſt eligere contra dictamen vltimi iudicij practici, poſſet etiam fieri vt in voluntate eſſet peccatum ſine vllo errore, vel defectu in ratione,ſiue intelligētia:quod quidem aduerſarij coguntur admittere;ſed certe videtur eſſe contra illud.Prou. 14. errant qui operantur malum,& manifeſtiſſime pugnat cum ſententia Philoſophi. 3. Ethicorum.ca.1. 3.&.5.lib.6.cap.12.&.13.lib.7.capit.3.& lib. 3.de anim.tex.58.Bellar.tamen his verbis non aſſerit,ſemper neceſſario pręcedere errorem, ſed errorem,vel ignorantiā,ſeu defectum:& forte non intelligit volūtatem ab intellectu determinari quoad exercitium,ſed quoad ſpecificationem:hoc enim eſſet auferre libertatē, vt probat Suarez tomo.1.Met.diſput.19.ſect.6. vel illam ponere in ſolo intellectu cōtra ipſum Bellar.eod.ca.& cōtra veritatē,vt probat Suar.ſup.ſect.5. & nos late tract.3. Hanc etiā 1.ſent. quidam tribuunt Alen.2.par.quæſt.23. m.1.§.8.& quæſtione.129.m.4.Durand.2. d.23. quæſt.1.&.d.39.quæſtione.1.Antonino.1.p. tit. 6.cap.1.§.1.&.2.part.tit. 5.cap.9.in fine. Bachonio.4.d.1 quæſt.1.artic.4. Ægid.2.d.24 par.2.q. 2.art.1.Peltano tract.17.de peccat.orig. in fine & alijs.Cuiuſcunque autem ſit,merito reijcitur à Vazquez diſput. 127.& ab alijs: nam ſi ſenſus ſit,hoc hîc & nunc eſt faciendum ſecundum rectam rationem,vel dicendum,aut expedit fieri ſimpliciter,& omnibus penſatis; iudicium eſt hæreticum, neque inuenitur in omnibus peccatoribus,ſi vero ſenſus ſit,futurum eſſe,vt hoc eueniat,iudicium eſt ſpeculatiuum,& verum;ſi vero ſenſus ſit,quem explicad Adrian.& Zumel,hoc eſt faciendū, ideſt expedit fieri ſecundum ſenſum ad conſequēdam delectationem,vel vtilitatem,ſeu ſuppoſito quod velim illam cōſequi, iudicium eſt veriſſimum:ergo ad peccandum non requiritur iudicium falſum enuntiatiue, & proprie, vt docuere Zumel,& Adrian. ſi vero præciſe dicant falſum, quia peccans ex eo errat & declinat à debito fine,vel ab appetitu recto, & bene diſpoſito,vel à via recta, hæc falſitas metaphorica eſt, & impropria, & ab omnibus ſine vlla diſceptatione conceditur. ¶2. Quia ſecundum veriorem, & communiorem opinionem,quam ſecuti ſumus diſp.2.dari poteſt pura omiſſio ſine vllo actu volūtatis terminato ad ipſam,vel ad eius cauſam, ſed iudicium falſum,quod ponunt aduerſarij tātum requiritur ad actum voluntatis: ergo non eſt neceſſarium in peccato omiſſionis,quod hac ratione probabile putat Zumel illa cōcluſione.2. & Latius atque expreſſius concluſione 7.vbi ex eodem fundamento idem fatetur de peccato commiſſionis dato in appetitu ſenſitiuo ex ſola negligentia voluntatis, & hic ait, illud Prouerbior.14.*errant,qui operantur malū*, & illud.3 Ethi.cap.1.*Omnis prauus eſt ignorans*, poſſe intelligi, vt verū habeat regulariter,nō autem ſemper omnino;quia regulariter non poteſt dari peccatum ſine actu elicito voluntatis:aliquando tamen,licet rariſſime, poteſt dari peccatū omiſſionis & commiſſionis abſq. tali actu.Addit etiā,poſſe teſtimonia illa cū multis Thomiſtis explicari de errore electionis & viæ,ſeu vitæ,vt poſt ſextam ſententiam explicabimus.

56 3.Hęc prima ſententia impugnatur, quia aliquādo eſt primū principiū, hoc,vel illud, nō eſſe agendum, prima autem principia intellectis terminis nō poſſunt mēte negari, vt patet.1.poſt.aliquando vero eſt concluſio euidenter deducta ex primis principijs,quæ ſimiliter non poteſt mente negari,niſi è mente oria excidat demonſtratio, non eſt autem dicēdū omnes peccatores circa huiuſmodi materias negare mēte prima principia,vel cōcluſiones ex illis euidenter deductas,propter ignorantiam terminorum,vel obliuionem demonſtrationis: ergo ad peccandum nō requiritur tale iudicium falſum.Reſp. Adrian. ſupra ad quartum,intellectum poſſe diſſentire primis principijs practicis etiā intellectis terminis Ariſtot.autem locutum eſſe de principijs ſpeculatiuis, ſed hæc ſolutio friuola eſt: nulla enim eſt maior ratio de his quā de alijs principijs,& Ariſt.generatim loquitur. Propter hac fortaſſe Durand.2.d.7.q.1.numero.5. &.6. & d.23 quæſt.1.numero.7.& d.39. q.1.num. 4. videtur ſuam ſententiam correxiſſe,dum ait, non poſſe eſſe peccatum ſine errore,vel neſcientia,vel inconſideratione.Idem fecit Capreol.3.d.36.quæſt.vnic.ad argumenta contra 1.concl.dicens, peccatum non poſſe eſſe ſine præuio errore,vel ignorantia, vel inconſideratione,& Herrera.2.d.36.quæſt.1. &. 2.ait,ſecundum veritatem & omnes,neminem peccare niſi præcedente aliquo defectu intellectus,ſaltem enim debet præcedere inconſideratio,aut frigida, ſuperficialis & imperfecta conſideratio,atque inefficax,licet ſecundum ipſum non oporteat præcedere errorem proprie dictum,vel falſitatem aliquā vnde Ariſt. 3.Ethic.cap.3.ait,incontinentem,aut non habere conſiderationem requiſitam ad bene operandum,aut ſic eam habere,vt inhærendo non ſit ſcire,ſed dicere,veluti et in temulentus Empedoclis carmina profert. Idē docuit

Cord.

Digitized by Google

Cotd. lib. 2. quæſtio. 13. opin. 2. & ad rationes. Quod Confirm. quia obiectum adæquatum voluntatis non eſt bonum honeſtum, ſed bonum commune honeſto vtili & delectabili, & ideo ſub quacunque ratione boni poteſt appetere, vt docet Auguſt. 2. confeſs. capit. 9. & D. Thom. de malo quæſt. 3. artic. 12. ſed ſine vllo errore poteſt apprehendere obiectũ turpe, vt iucundum, vel vtile: ergo ſine vllo errore poteſt voluntas illud appetere.

57 2. Opin. 2. Opinio eſt non poſſe eſſe peccatum ſine errore intellectus conſiſtente in præcepto, quo intellectus iubeat fieri opus, quod faciẽdum non eſt, quod imperium eſt ignorantia, & error quidam oppoſitus non ſcientiæ morali, ſed prudentiæ, cuius præcipuum munus eſt præcipere, ita etiam docent Caieta. Medi. Conrad Hiſpal. ſupra, Valentia ſupra, & diſp. 5. q. 7. puncto. 2. Zumel ſupra, concluſ. 7. (licet puter, Caietanum nomini præcepti iudiciũ practicum particulare intellexiſſe) & ita iſti interpretantur dicta D. Thom. Ariſt. & aliorum aſſentientium, non dari peccatũ ſine errore, aut ignorantia, hanc opinionem reijcit Vaz. diſp. citata cap. 31. (cui conſentire videtur Azor ſupra,) quia reſpectu operationum voluntatis & aliarum facultatum noſtrarum nullum eſt imperium in intellectum diſtinctum à iudicio. ¶ 2. Quia licet daretur, tamen aliqui actus fiunt præcedente ſolum ſimplici apprehenſione ſine vllo imperio imo nec iudicio. Sed hę duæ rationes falſum ſupponunt: ſuo enim loco oſtẽdimus imperium dari reſpectu propriarum actionum, & nullũ actũ appetitus ſenſitiui, vel intellectiui poſſe dari ſine iudicio de bonitate, vel malitia obiecti, quod etiam probat Zumel illo artic. 2. diſp. vnica concl. 4. & 5. ex D. Thom. q. 9. ar. 1. ad. 2. & 2. diſt. 24. quæſt. 2. art. 1. Ariſt. 2. animæ textu. 154. & lib. 3. textu. 46. capit. 9. & 10. Auguſtin. 8. confeſſion. Caietan. eodem articul.

58 3. Ergo melius impugnatur hæc opnio ab Adrian. ſupra, quia ſæpe operamur etiã externe ſine imperio, & ſolo iudicio practico de bonitate & conuenientia obiecti: quod recte confirmat Vazq. quia iuxta D. Tho. q. 17. artic. 1. & art. 3. ad. 1. ante primum imperiũ totius vitæ & cuiuslibet negotij particularis dantur actus intentionis, electionis & conſenſus, in quibus poteſt eſſe peccatum, quia ſunt actus liberi & interdum circa obiecta prohibita: ergo peccatum poteſt dari ſine errore conſiſtente in prauo imperio, vt concedit Zumel concl. 5. Conf. 2. quia vt ibidem cõcedit Zumel, Medina, atque alij Thomiſtæ quæſt. 17. poſito imperio non poteſt nõ ſequi actio imperata: ergo vel volũtas in tali actione non eſt libera, vel datur aliquis actus voluntatis liber ante tale ſimperium, & ſic ante imperium poterit eſſe pecca. comiſſionis & omiſſionis.

Conf. 3. nam poſito recto imperio, vel voluntas neceſſario operatur, vel nõ: ſi primum: ergo actus non erit pecc. vel dicendum eſt eſſe liberum in cauſa, ſcilicet imperio, imperium autem ſumit libertatem ab aliquo actu voluntatis: ergo ante tale imperiũ datur actus liber in voluntate, cuius omiſsio poterit eſſe pecc. ſi vero. 2. iam cum recto imperio poterit eſſe pecc. omiſsionis.

4. Eamdem opinionem reijcit Zumel ſup. in primo modo explicandi Secundam opinionem, & conclu. 5. & Adrian. quia ſic non bene ſaluatur, quod dicunt Ariſto. & D. Tho. non dari peccatum ſine errore, vel ignorantia: nam iuxta prædictam explicationem, ſine errore, vel ignorantia, & cum perfecta ſcientia, quamuis non cum recto imperio, poteſt dari peccatum, nam prauum imperium non eſt error, nec ignorantia, niſi metaphorice & improprie.

3. Sententia eſt, peccatum eſſe non poſſe cũ completa conſideratione concluſionis particularis de re agenda, & ita intellectu iudicante hoc eſſe malum, vel peccatum, vel vitandum, voluntatem non poſſe illud amplecti, ita Burid. 7. Ethic. quæſt. 7. dicens, voluntatem poſſe agere contra ſcientiã habitualẽ & contra actualem vniuerſalẽ, & contra actualem particularem incompletam, non tamen completam, vt ſi quis iudicaret, non eſſe cum hac mœchandum: non tamen, non eſſe cum ea coeundum, poſſet cum illa coire ex iudicio, quo iudicaret, id eſſe bonum delectabile: non tamen ſi iudicaret non eſſe cum illa coeundum; quæ ſcientia eſt actualis completa. fauet D. Thom. quæſt. 77. art. 2. corp. & ad argum. & quæſt. 78. art. 1. ad. 1. & 1. par. q. 63. artic. 1. ad. 4. & de malo quæſt. 3. artic 9. de virt. quæſt. 6. art. vnico ad primum de verita. q. 24. artic. 2. & 8. vbi contendit, ſemper in eo, qui peccat, etiam ſi angelus ſit, eſſe defectum cõſiderationis circa concluſionem particularẽ, quod etiam docet Capreolus. 3. d. 39. q. 1. artic. 3. ad. 7. contra primam concluſionem, & d. 36. ſupra, Hiſpal. ſupra, Medina quæſtione. 77. ar. 2. vbi Zumel diſp. vnic. conc. 4. Caieta. eodem artic. & quæſt. 78. art. 1. fauet etiam Ariſtot. 7. ethic. cap 2. & 3. 59 3. Opin.

Hanc tamen ſententiã merito reijcit Vaz. ſupra, cap. 2. nam experimento conſtat, contra iudicium particulare conſcientiæ ob murmurantis & iudicãtis, aliquid in ſingulari eſſe peccatum & contrarium legi, vel rationi nos aliquando peccare & alioqui nunquam agere diceremur contra conſcientiam Reſp. Burid. poſſe aliquem facere contra conſcientiã efficiendo 60

efficiẽdo id, quod actu ſcit, eſſe in honeſtum
Deo que diſplicere: tunc tamen non iudica-
re, honeſtum ac Deo placens eſſe præferendũ
vtilitati, vel delectationi. Hæc tamen ſolutio
nulla eſt, quia ſi ille agit contra iudicium ac-
tuale dictans hoc hîc, & nunc eſſe inhone-
ſtum, Deoque diſplicens, iam agit contra di-
ctamen particulare de agendis, maxime cum
eo ipſo, quod iudicet, hoc hîc, & nunc eſſe
malum & Deo diſplicens, iudicet, non eſ-
ſe præferendum delectationi, vel vtilitati.
§2 Impugnatur hæc opinio, quia ſic nullus
diceretur agere ex certa malitia; ſiquidẽ iux-
ta hanc opinionẽ nemo poteſt operari ſciẽs,
hoc hîc, & nunc eſſe malum. Reſpon. Burid.
peccatum ex certa malitia nõ dici, quia pec-
cans, dũ peccat, vere & certo iudicet, ſe tunc
male agere, ſed quia certo cognoſcit omnes
circunſtantias operis ſui, illudque eſſe turpe
ac Deo diſplicens. Sed hæc ſolutio friuola eſt;
nam qui ſcit omnes circunſtantias operis eſ-
ſeque turpe ac Deo diſplicens, ſcit etiam, eſſe
malum: ergo operatur cum actuali cognitio-
ne operis mali in particulari. Præterea, quia
omnes ſancti & DD. diſtinguunt inter pecca-
tum ignorãtiæ & malitiæ; quod in vno agens
cognoſcit malitiam, in alio vero non.

Vnde aliter Reſp. D. Thom. quæſt. 78. artic.
61 1. ad primum, dicens: *ignorantia quandoque quidẽ
excludit ſcientiã, qua aliquis ſimpliciter ſcit, hoc eſſe
malum, quod agit, & tunc dicitur ex ignorantia pec
care: quandoque autem excludit ſcientiam, qua ho-
mo ſcit, hoc nunc eſſe malum, ſicut cum ex paſſione
peccat: quandoque autem excludit ſcientiã, qua ho-
mo ſcit, hoc malum non eſſe ſuſtinendum propter cõ-
ſecutionem illius boni; ſcit tamen ſimpliciter, hoc eſſe
malum, & ſic dicitur ignorare, qui ex certa malitia
peccat.* Idem ait Caietanus ibi, & Capreolus
3. diſt. 36. artic. 3. ad. 4. contra primam conclu-
ſionem. Sed hanc ſolutionẽ impugnat Adria.
ſupra ad ſecũdum: quia ſicut ille ſcit, hoc eſſe
malum, ita ſcire poteſt, non debere fieri nec
ſuſtineri propter cõſecutionẽ boni: ſcit enim
non eſſe facienda mala propter conſequẽda
bona, vnde Vazquez diſputatione. 128. cap. 2.
putat D. Tho. in ea ſolutione tãtum voluiſſe,
eum, qui peccat ex malitia, quamuis peccet
ex conſideratione ipſius malitiæ, eam tamen
conſiderationẽ eſſe imperfectam: poteſt ergo
aliquis agere contra dictamen particulare de
agendis. Quod tertio probatur, alioqui volun
tas non eſſet libera: ſiquidem præſente hoc iu
dicio, fornicatio eſt mala, vel vitanda, non po
poteſt illam eligere. Reſp. Buridanus volũta-
tem non dici liberã, quia facere poſſit, quod
actu iudicatur malũ, ſed quia ſtãte iudicio de
bonitate, vel malitia, poteſt differre ac ſuſ-
pendere volitionem & nolitionem, Cæte-
rum, nec hæc ſolutio placet, tum quia ſic nun

quam poſſet voluntas peccare: ſemper enim
excuſaretur per ignorãtiam malitiæ. Nec va-
let dicere, aliquando ignorantiam eſſe culpa
bilem, ideoque non excuſare: nam prima ig-
norantia culpabilis non poteſt eſſe culpabi-
lis, quia ſit volita in alia ignorãtia culpabili:
nec vero, quia homo ſciens, eſſe culpabilem,
illam elegit formaliter, vel interpretatiue: cũ
voluntas iuxta hanc opinionem eligere non
poſſit, quod iudicatur malũ: ergo. Tum, quia
ſi intellectu iudicante, aliquid eſſe bonum
vel malum, voluntas poteſt actum ſuſpende-
re: ergo ſimiliter iudicare, eſſe præceptum &
ſic poterit peccare ſaltem peccato omiſſionis
contra iudicium particulare, aut certe tale iu
dicium imponet illi neceſſitatem implendi
præceptum. §4. Hæc ſententia damnata vide-
tur à ſchola Pariſien. cuius primus cõtra eam
articulus eſt, *ſtante ſcientia vniuerſali & particu-
lari quod voluntas non poteſt in oppoſitum error,* ſe-
cundus articulus eſt, *ſi ratio eſt recta voluntas
eſt recta, error* tertius eſt, *exiſtente voluntate in
vltima diſpoſitione, quod non poſſit in oppoſitũ, error.*
Hi articuli referuntur à Scoto. 2. d 36. quæſt. 1.
artic. 2. & ab alijs. § 5. Videtur ſententia hæc
contr Hieronym. Damaſce. Anſelm. & alios
patres docentes, angelos non ex inaduerten-
tia, ſed ſcienter & ex electione peccaſſe.

4. Sententia Vazq. diſp. 128. cap. 5. & . 6. pecca 62
tũ dari poſſe ſine errore intellectus, ſine pra- 4. Opinio.
uo imperio, & ſine inconſideratione conclu-
ſionis particularis dicentis, aliquid eſſe malũ,
aut vitandum &c. non tamẽ ſine defectu in-
tellectus conſiſtente in eo, quod efficacius
ſuadeat malum, quam bonum, quia licet vo-
luntas poſſit non amplecti id, quod efficacius
vel æque efficaciter ſibi fuerit propoſitum: ta
men non poteſt amplecti, quod non fuerit ſi-
bi magis efficaciter propoſitum. Eandem opi
nionem tenet Azor, tomo. 1. lib. 4. cap. 23. q. 5.
addens illud iudicium, quo efficacius propo-
nitur voluntati opus malũ, eſſe errorẽ quem-
dam: ſed non cõtra fidem: quia nihil affirmat,
aut negat; ſed ſolum proponit obiectum, vt
iucundum, vel vtile: nam voluntas poteſt ali-
quid velle, eligere, & proſequi abſque vlla ra
tionis enuntiatione: ſiquidẽ puerorum, amen
tium, & belluarum appetitus ad aliquid pro
ſequendum, vel reſpuendum mouetur; & ta-
men eorum ſenſus enuntiationes nõ format.
Cæterum to. 1. oſtendimus, intellectum no-
ſtrum non iudicare niſi componendo, vel di-
uidendo, affirmando vel negando: & ſic nun-
quam moueri voluntatem noſtram ſine iudi
cio cõpoſitionis. Licet autem daremus, poſ-
ſe moueri à iudicio ſimplici, illudque dari ali
quando in intellectu: tamen conſtat, commu
niter moueri à iudicio compoſitionis & tune
iudicium ſit ſimplex ſiue compoſitionis tueſt
caro-

Digitized by Google

erroneum in materia fidei, vt ſi indicetur, fornicationem eſſe licitam aut meliorem caſtitate, eſt contra fidem: ergo fornicantes & alij ſimiles haberent iudicia erronea contra fidem. Deinde id in quo Azor & Vazquez conueniunt, ſcilicet voluntatem non poſſe peccare, niſi opus malũ ſit ei propoſitum magis efficaciter quam oppoſitum impugnatur late à ronſec.6.Met.ca.2.quæſt.5. ſectione.15. cuius impugnationibus omiſſis, quia eas retuli tomo.r tract.6.diſputatione.1.ſectione.6. num.57.&.58.nunc ſolum propono rationes, ob quas alijs hîc idem modus dicendi non
63 placet.

1. Quia non explicat, in quo conſiſtat, illa maior efficacia, & apparet, quoties proponitur aliquid, vt malum, & cauendũ ex pręcepto, proponi bonũ maiori cum efficaciaa, quia proponitur, vt præferendũ malo. ¶2. Licet dicamus (id quod eſt valde probabile) proponi aliquid efficaci⁹, eſſe ita proponi, vt magis ad ſe inclinat animũ omnibus pẽſatis & ſic poſſe maiori cum efficacia proponi malum, quam bonum, præſertim in habente prauum habitum, vel paſſionem inordinatam, & carente habitibus, alijsque ad miniculis ad bonum: fatendum tamen eſt, peccatum dari poſſe, licet efficacius proponatur malum, quam bonum, vel æque efficaciter quia, etiam facta eiusmodi propoſitione, voluntas eſt libera ad eligendum inter vtrumque obiectum: alioqui non eſſet libera quo ad ſpecificationem, quod eſt abſurdum & contra omnes, licet id concedat Vazquez illa diſputatione numero.14. Conf. ex Auguſt.12.de çiuit.cap. 6. vbi expreſſe docet, ex duobus ęqualiter exterius, interiusque affectis contingere propter libertatem poſſe, vt vnus cedat tentationi, concupiſcendo mulierem; alius vero non peccet, ſcilicet reſiſtẽdo etiam poſitiue.

Nec D.Thom.quæſt.9.arti.1.dicens, volun
64 tatem determinari ab intellectu quoad ſpecificationem, voluit, ex duobus obiectis propoſitis illud tantum eligi poſſe, quod efficacius propoſitum ſit, ſed operari nõ poſſe, niſi circa obiectum propoſitum ſub ratione boni alioqui male diceret D. Tho. paſſimque alij, voluntatem eſſe liberam, quod videns Vazq. ſupra aliter ad argumentum & confirmationem ex Aug. factam reſpondet; nimirum etiá cum efficacius proponitur malum, voluntatẽ manere liberam ad amplectẽdam virtutem, non quidem ſtante eadem cogitatione, ſed quia hoc ipſo, quod voluntas non conſentit peccato, abſque vllo alio reflexo iudicio oritur in intellectu efficax propoſitio virtutis, & ſic voluntas poterit virtutem amplecti. Sed cõtra: nã cur voluntate ſuſpendente omnem actũ oritur potius cogitatio pro virtute quam pro vitio, vel remittetur potius pro vitio quam pro virtute, ita vt vitrus efficacius proponatur? Deinde licet totum hoc admittatur, non ſaluatur libertas quoad ſpecificationem, ſiquidem nunquam voluntas in eodem inſtanti & ſtatu eligere prohibito poſſet inter duo contraria obiecta, ſed ſucceſſiue tãtum, in diuerſis inſtantibus, temporibus, vel ſtatibus. ¶3. licet voluntas ſecundum Vazq. ſolum ferri poſſit in id, quod efficacius illi fuerit propoſitum, tamen poteſt non ferri in id, quod efficacius fuerit propoſitũ. Demus ergo, obiectum cadens ſub præcepto efficacius proponi, iam poterit illud non amplecti: ergo poterit peccare peccatum omiſſionis ſine defectu conſiſtente in efficaciori propoſitione mali. Vazquez numero.15. negat conſequentiá, quia licet in eo euentu volũtas poſſit pure omittere opus præceptum, tamen ea omiſſio non erit peccatum, quia non erit cõtra præceptum poſitiuum, hoc enim non obligat determinate pro illo paruo tempore, quo voluntas omittit & moraliter ſtatim efficacius proponitur ipſum malum: obſcurius vero atque imperfectius ipſum bonum, & ideo ſi ſequatur omiſſio, culpabilis erit, nõ tñ ſine efficaciori propoſitione mali, ſeu minus efficaci propoſitione boni. At vero ego nõ video cur extremo illo tempore, vel inſtanti, quo præceptum poſitiuum viget, non poſſit efficacius proponi bonum, tunc autem cum voluntas ſit libera quoad exercitium, poterit nõ elicere actũ circa bonũ: ergo ſine efficaciori, vel ęque efficaci propoſitione mali poterit eſſe peccatum. ¶4. Sentẽtia hæc eſt aperte cõtra illos articulos Pariſ. nec ſufficit ad explicãda teſtimonia ſẽtériæ D.Th. & Ariſt. quæ in omni peccato ponere videtur, non ſolum ignorantiam, ſed errorem: autem inefficacior propoſitio boni non ſolum non eſt error, ſed interdum, neque ignorantia, videlicet, quando non oritur ex aliqua incõſideratione, ſed ex habitu & paſsione inclinantibus ad malũ, efficientibusque, vt rationes pro malo efficaciores ſint quam pro bono.

5. Sentent. eſt ſine errore ignorãtia, vel in- 65
conſideratione proprie dictis, & cum perfec- 5. Opin.
ta ſcientia, & cognitione peccatum contingere poſſe. Scot.4.d.49.q.6.&.3.d.36. q.1. art.2. Gab.q.vnica art.2.p.2.concl.3.& dub.3.&.2. d. 22.q.2.articu.3.Henric.quodlib.1.q.16.& 17.& quodl.10.quæſt.10.&.13. Baſſol.3. d. 25. quæſt. vnica.§.cõtra iſta arguo, & Argentina quæſt. 1.artic.2.Alber.2.p.ſum.tit.14.quæſt.88.in fine Ocham.3.quæſt.12.art.3.conc.2.& artic. 4. cõcluſione.4.& quodlib.4.quæſt.6.Almai.3. moral.cap.4.Corduba lib.2.quæſt.12.&.13. Mai.3. d.36.quæſt.3.&.4.d.49.quæſt.7.&.7.Ethic.cap. 3.§.dubitatur. Matſi.2.q.16.art.1.verſus finem, & art.

& artic.2 concl.2. Fauet Auguſt.in id Pſal. 123. *forte viuos deglutiſſent nos*, vbi ait, *viui abſorbentur illi, qui ſcientes malum, & vero intelligentes, ſuccũbunt peccatis*, & in id, Pſal. 68. *fiat menſa illorum coram ipſis in laqueum*, vbi exponit, ideſt, *coram vitiis hominibus qui ſciunt, vitio non eſſe conſentiendum ſed conſentiunt, ecce nouerunt muſcipulã & immittunt pedem*, & in id Pſalm.118. *concupiuit anima mea deſiderare, &c.* ait, *prauolat intellectus, ſequitur tardus, aut nullus affectus*, & in ſoli loq.cap.34. *Miſeri qui neſciunt, quid amittant, & miſeriores vtique, qui ſciunt, quid amittunt, qui cadunt apertis oculis, & deſcendunt in infernum viuentes*, & in Enchirid.cap.22. & lib.22.ciuit.ca. 1.& lib de Eccleſ.dog.capit.56. docet, nos aliquando ſcienter peccare, & .12.ciuit. cap. 6.& de prædeſt.& gratia cap.5.1.retra.cap.9.1. de libero arbitrio cap.25.lib.3.cap.4 lib.83.quæſtionum quæſt.68.non ad imperfectam cognitionem: ſed ad libertatem voluntatis peccata refert, &.2.de pecc.meritis cap.17. ait, *homines peccare, vel quia latet, quod iuſtum eſt, vel quia non delectat*: ergo etiam ſi obligatio præcepti non lateat, poteſt præceptum violari. Vnde Bernard ſer.in Euangelium.Luc 16.de villico iniquitatis ait. *Prudentia eſt cognitio rerum agendarum & fugiendarum, ſummumque habet officium hoc modo, vigilate, quia neſcitis, qua hora dominus venturus ſit, id eſt, per non ſimus concupiſcentes malorum & hæc ſunt officia prudentiæ hac villicus iniquitatis non fuit ſecutus*, & ſerm.1.aduentus dicit, *in affectum malitiæ, & nequitia tranſiſſe angelos deſertores nec ex ignorantia aliqua, ſeu infirmitate peccaſſe, vbi* nomine ignorantiæ etiam inconſiderationem includi cenſeo. Ouidius de Medea inquit, *ſed trahit inuitam noua vis: aliudq. cupido, mens aliud ſuadet: video meliora probeq.* Lactantius.6.diuin.inſt.cap.5.reprehendit eos, *qui virtutem, ſcientiam eſſe docuerunt: quia fere etiã ij, qui peccant, & ſi non perfecte, tamen quid ſit bonum, & malum ſentiunt, & quoties aliquid improbe faciunt, peccare ſe ſciunt, & ideo celare nituntur &c.* Fauet etiam Ariſt.2.Ethic.c.2.&.4.docens, *plerumq. ſcire, quid faciendum ſit parum ad virtutem conducere, quia videmus pleroſque bene ſcientes: ſed male operantes*, & 3.animæ cap.9. *interdum rationem iubere, aliquid fugere, aut proſequi: hominem autem nõ moueri, nec el temperare ſed cupiditate agere*. Fauet etiam id Lucæ.12. *Seruus ſciens voluntatem domini ſui, & non faciens, plagis vapulabit multis*, & Iacob. 4. *ſcienti bonum & non facienti &c.* & Ro.14. *Omne quod non eſt ex fide*, ideſt, quod eſt contra ſcientiam, *peccatum eſt*. Prob. etiam tum ex impugnatione præcedentium opinionum, tum quia voluntas poſita quacunque cognitione poſsibili in hac vita, eſt libera ad bonum cadens ſub præcepto, poteſtque illud non amplecti, quando præceptum viget: ergo & peccare peccato omiſsionis, imo ſi tunc occurrat aliqua ratio boni in obiecto contrario, poterit illud velle & peccare peccato cõmiſsionis. Confirmat Ocham, quia actus, qui non eſt per ſe primo liber, ſed ponitur neceſſario ad poſitionẽ alterius, non eſt bonus, ſaltem per ſe primo. ergo ſi actus voluntatis neceſſario ſequitur ad actum intellectus, actus voluntatis non erit bonus, ſaltẽ per ſe primo, quod eſt falſum. Dicitur ſaltem per ſe 1.quia ſi actus intellectus fuerit liber & bonus, actus ſequens voluntatis erit bonus ſecundario & per accidens & bonitate ſecæ cauſæ; non vero propria. Si autem actus intellectus non fuit liber, aut nõ fuit bonus, nullã bonitatem habebit ſequens voluntatis actus, poteſt vero ſæpe contingere, vt actus intellectus, vel neceſſarius, vel malus aut forte indifferens ſit, nec enim ſemper eſt imperatus à libera & bona voluntate. Item aliqua peccata ſunt ex ignorantia; aliqua ex paſſione; aliqua ex malitia: ergo aliqua peccata dantur ſine ignorantia. Item aliqui peccant cũ remorſu conſciẽtiæ veræ: ergo non ex ignorãtia, vel inconſideratione malitiæ obiecti. Angeli certe inducentes ad violandum legẽ Dei ſciunt & conſiderant, ſe peccare, quia non amiſerunt naturalem cognitionem practicam, imo & primũ peccatum ſcienter cõmiſerunt.

6 Et vera ſent.(& quę quintæ explicatio & moderatio eſt) fatetur 1. phyſice nullũ poſſe eſſe pecc. niſi præcedente aliqua incõſideratione actuali, non quidẽ qua priuet conſiderationẽ poſſibili in hac vita, ſed in alia, quia cum omni cognitione huius vitæ poteſt phyſice eſſe peccatũ non tñ cũ viſione beatifica, nec cum ea cognitione, & diſpoſitione quã habent animæ Purgatorij vel limbi Patrum vel puerorũ. Et in hoc ſenſu, vel ſecũ ẽtis concluſionis, verũ eſt q̃ dicunt Palac.2. d. 22.in fine Angl.difficultate vltima, & alij communiter peccata dęmonis, vel primorũ, parẽtum non præceſſiſſe ex errore, ſed ex inconſideratione. §2. fatetur, moraliter nullum eſſe poſſe peccatũ ſine inconſideratione oppoſita perfectæ cognitioni poſſibili in hac vita: ſi enim quis attentiſſime conſideraret omnia incommoda peccati, etiã venialis, nõ poſſet moraliter, ideſt facile, illud admittere, ſic intelligo id. Prouer. 14 *Sapiens declinat à malo* & Eccle.7. *memorare nouiſſima tua &c.* & Iere. 12. *deſolatione deſolata eſt terra, quia nemo eſt, qui recogitet corde.* Iſaiæ 5 *Propterea captiuus ductus eſt populus meus, quia nõ habuit ſciẽtiã*, & cap.42. *Quis cæcus, niſi ſeruus meus: & ſurdus: niſi, ad quẽ nuncios meos miſi. Quis cæcus, niſi qui venundatus eſt? & quis cæcus, niſi ſeruus Domini? Qui vides multa, nõne cuſtodies? Qui apertas habes aures, nonne audies &c.* & cap.57 *mei non es recordata, nec cogitaſti in corde tuo &c.* Pſal.12. *Illumina oculos meos ne vnquam*

66 6. Sententia 1. Concluſio

2. Concluſio

Digitized by Google

quam obdormiã in morte. Aug. in id Pſal. 62. *Deus &c. ad te de luce vigilo. Si Deus lum̃ ſuũ ſubtraheret obdormirent omnes,* & in ſoli loq. c. 34. *Miſeri qui neſciũt, quid amittant: & miſeriores vtique, qui ſciunt, quid amittant, qui cadunt apertis oculis, & deſcendunt in infernũ vidẽtes,* & quidã apud Ari. 7. ethi. c. 2. dixere, omnes virtutes eſſe ſciẽtias, & omnia peccata ignorãtias, quas aliquomodo verũ dixiſſe, quia omne pecc. oritur ex aliqua ignorantia, ait D. Th. q. 77. a. 2. Prou. 1. *vſq. quo paruuli diligitis infantiã, & ſtulti, quæ ſibi ſunt noxia cupient & imprudentes odibunt ſcientiã &c.* & c. 4. *via impiorũ tenebroſa &c.* 1. Ioa. 2. *omnis qui odit fratrẽ ſuũ, in tenebris eſt, & neſcit quo eat, & tenebræ obcæcauerunt.* Dan. 13. *auerterunt ſenſũ ſuũ: & declinauerunt oculos ſuos, ne viderent cœlũ &c.* Pſ. 88. *homo cũ in honore, nõ intellexit &c.* de quo Baſil. concio. 15 Pſ. 95. *intelligite inſipientes in populo &c.* & ſapiẽtiæ nomine intelligi ſolet virtus, ſtultitiæ vero peccatũ & peccatores appellantur inſipiẽtes vide Eccl. 1. & 2. & Chryſ. ita explicat id Rom. 7. *quod operor nõ intelligo,* quaſi *Paulus dicat, ſe peccare deceptũ*, quia non habebat a pertiſſimã ſcientiã, & 1. Cor. 3. ho. 9. ad finẽ *nihil tã ſtultũ, fatuũ & ratione carens, quã peccatũ* Baſil. in id Pſ. 37. *putruerunt &c. à facie inſipientiæ meæ,* ait, *inſipientiã ſuã ſtultũ factũ nominat ab inſipientia procedens: omne enim peccatũ per ſtultitiã fit.* Idẽ videtur dicere Amb. in id Ro. 8. *qui ſecũdũ carnẽ ſũt, quę carnis ſũt ſapiũt.* 1. Reg. 11. Naas noluit inire fœdus cum filijs Iſrael, niſi ea lege, vt erueret oculos eorũ dexteros, ſic dæmõ homines excæcat, vt peccent: & Socrates apud Ariſt. 7. ethi. c. 2. dixit, nullũ ſapientẽ peccare, ſed tantum ignorantes. Ariſt. 7. Ethi. c. 2. 3. & 10. & 2. magnorum mor. c. 7. incontinentem ideo peccare, quia non attente conſiderat, quę habitu nouit: nam paſſio inſurgẽs, illũ excęcat, quod etiã & per ſe & per paſſionẽ quã excitat, efficit prauus habit⁹ & act⁹. Vnde 6. Ethi. c. 13. ait, Ariſt. virum prauum errare circa agibilia, quia prauitas illum errare facit, & ſic intelligo id quod ait, 3. Ethic. cap. 1. *omnis prauus eſt ignorans,* ſcilicet conſequenter, quia prauus habitus facit illum ignorare, vel etiã errare, vt exponit Maior. 7. Ethic. cap. 3. huic conſonat Henric. ſup. dicens, ex peccato deriuari defectum, & obſcuritatem quandam in intellectu, quod quidem non ſolum accidit ex prauo habitu, vel paſſione, ſed ex diuina iuſtia negante illuſtrationes, & permittente errores & ignorantias propter peccatum præteritum. Id Prouer. 14. *errant, qui operantur malum,* melius exponitur cũ Adriano quodlib. 4. art. 1. ad. 2. Maior. 7. Ethi capit. 3. & Burid. lib. 3. q. 5. ad primum Zumel illa conclu. 7. q. 77. art. 2. diſp. vnica & multis Thomiſtis, & authoribus quintæ opinionis de errore morum, ſeu affectus intentionis, vel electionis, quo dicitur quis metaphorice errare, deuiare, & declinare à fine & ſcopo, vel à via, quæ ducit ad Deum, & ſalutem iuxta id ſapientię. 5. ergo *errauimus à via veritatis.* Iſaię. 53. *omnes nos quaſi oues errauimus.* Pſ. 118. *erraui ſicut ouis quæ perijt* id vero, quod ait Ariſtot. 6. Ethic. cap. 5. in arte qui ſua ſponte peccat, magis eſſe expetendũ: circa prudentiam vero minime, quemadmodum & circa virtutes, ſignificat eum, qui ſpõte facit res artificiales defectuoſas, maiorem eſſe artificem, quia ſcit illas efficere cum defectibus & ſine illis & vtrumq. ad artem pertinet, qui vero res morales agit cum defectibus, ſi id facit ſponte & ex induſtria, eſt imprudentior, nõ quidem in cognitione, ſed in ipſo opere: errat enim à ſcopo, quem prudentia intendit, quod vero ait, Ariſt. 7. Ethic. ca. 3. *poſito aſſenſu concluſionis practicæ particularis, neceſſario ſequi operationem, intelligitur* ſuppoſita volũtate efficaci faciẽdi, quod intellect⁹ cõcluderet eſſe faciendum, vt exponit Adamus 1. quæſt. 10. Zumel illa concl. 7. Burid. ſup. qui tamen falſo docet, voluntatem non poſſe eligere fornicationẽ ſtante hoc iudicio cõparatiuo, præferenda eſt illi virtus, male etiam Adrianus ſup. ait, voluntatem non poſſe non ſequi dictamen, quo aliquid agendum iudicatur, meliusq. Palud. 3. diſt. 36. quæſt. 2. art. 1. ad finem, Ouandus propoſitione. 3. Scotus & alij docent prudentia iudicante aliquid eſſe faciendum, voluntatem poſſe non tantũ omittere, ſed etiã oppoſitum facere. Cõſentit dictis Sayrus lib. 2. ca. 9. nu. vltimo docens poſſe eſſe peccatum ſine errore intellectus, & cum actuali conſideratione prauitatis obiecti.

3. Fatetur hæc noſtra ſententia, poſita ſcientia media omne peccatum eſſe ex ignorantia oppoſita cogitationi cõgruæ, cum qua Deus 63
ſcit, ſi poneretur fore vitandum peccatum. 3. *Con.*
4. Hæc ſentent. affirmat peccatum eſſe poſſe ſine errore intellectus & cum actuali conſideratione malitiæ obiecti etiam in particulari in quo hæc ſent. conuenit cum 4. 5. & 6. & partim cum alijs hanc etiam concl. docent citati ante. 2. opin. & Suar. atque Fonſeca ſtatim citandi. Nam Sua to. 1. metaphy. diſputatione 19. ſectio. 6. recte oſtendit voluntatem in ſua operatione à nullo iudicio intellectus determinari: ſectione autem. 7. optime etiam docet poſſe eſſe peccatum in voluntate ſine vllo præuio iudicio falſo intellectus, ſiue practico, ſiue ſpeculatiuo, neque obſtare illud Ariſt. *omnis prauus eſt ignorans,* tum quia nõ loquitur Ariſt. de errore, ſed de ignorãtia; tum quia licet loqueretur de errore, poſſet intelligi de errore conſequente. Neque item obſtare id ſapientis, *errant qui operantur malum,* quia etiam de errore conſequente, vel de errore viæ poteſt explicari. Bene etiam dicit mora-

moraliter loquendo nunquam voluntatem labi quin præcedat inconſideratio aliqua plurium rationum vel motiuorum, quæ poſſent voluntatem continere à prauo affectu, & de hac incōſideratione ait, poſſe intelligi Ariſt. imo de ea intellecta eſſe verba Sapientis à D. Thom.1.2.q.78.arti.1.ad.1. Addit Suar. probabile eſſe, ex conſenſu libero voluntatis circa res agendas ex neceſſitate ſequi in intellectu iudicium practicum, quo res ſimpliciter & abſolute faciendæ eſſe iudicantur, quod falſum eſt, quando res mala eſt, & ideo omnis peccans errat neceſſario ſtatim, errore conſequente peccatum voluntatis. Si autem petas, cur ſemper & neceſſario ad conſenſum, circa res agendas conſequatur iudicium, quo ſimpliciter & abſolute faciendæ iudicentur? R. videri neceſſarium. ¶1. Ex naturali ſympathia & conſenſione harum potentiarum, quæ neceſſaria fuit, vt homo poſſit melius exequi, quod faciendum decernit. Deinde vt ſibi met notificet, ſeu promulget ſuum cōſenſum, quē antea ſcire non poterat & hoc, inquit eſt imperium, quod D. Thom. ponit in intellectu poſt efficacem electionem volūtatis. Si vero conſenſus non fuerit de re agenda, ſed ſimplex amor, tunc in intellectu non ſequitur iudicium de re agenda, quod ſit quaſi impulſiuum ad opus: ſequitur tamen iudicium de tali conſenſu iam exhibito, & dici poteſt quaſi quædam ſcientia approbationis, qua homo ex vi praui conſenſus liberi, quaſi approbando illum conſenſum, iudicat id ſibi eſſe diligendum. Illud tamen non poteſt dici imperium reſpectu talis conſenſus volūtatis, quia non imperatur, quod factum eſt, ſed quod faciendum, vt recte notat D.Thom.1.2.q.17.art. 3. Hæc Suarez, cum quo ſentio poſt actū ſiue bonum, ſiue malum ſæpe ſequi in intellectu iudicium approbationis, quia in voluntate eſt quædam naturalis propenſio & inclinatio ad approbandas & iuſtificandas proprias determinationes præſentes, aut præteritas & ita imperat ſæpe intellectui talem aſſenſum, quando oppoſitum non repræſentatur vt euidens, & ita ex peccato voluntatis ſæpe ſequitur error vere & proprie dictus in intellectu vt ſuperius dicebamus. Id tñ non eſſe neceſſarium nec perpetuum. Quod euidenter probatur. ¶1. Quia vt voluntas intellectum applicet ad iudicandum de aliquo, requiritur reflexio quædam in iudicium vt ex S. Thom. docet Ferrarien.2. Contra gen.ca.48.ratione. 3. hæc vero reflexio non ſemper datur, vt experientia conſtat. ergo nec talis applicatio voluntatis: maxime, quod hic etiam ſuper actum voluntatis approbandum reflexio fieri deberet. ¶2. Quia ſæpe, imo fere ſemper, cū homo peccat, habet iudicium contrarium: quo iudicat, talē operationē internā & externā eſſe malā & ſimpliciter omittendā: ergo non poteſt habere illud iudiciū approbationis. ¶3. Quia ſæpiſſime & tunc & poſt euidenter repræſentatur oppoſitū: ergo nō poterit à volūtati trahi ad tale iudiciū. ¶4. Quia licet eo tēpore, quo probabiliter tantū repræſentatur, aliquid eſſe malū, volūtas poſſit determinare intellectū ad iudicādū oppoſitū ex aliqua apparēti ratione, tñ hoc facit volūtas nō per actū, quo amplexa eſt malū obiectū, ſed per aliū actū, qui nō neceſſario, nec ſemper ſequitur ex illo: nulla enim eſt neceſſaria cōnexio inter iſtos actus: ergo non ſemper, neq. neceſſario ad actū malum volūtatis ſequitur iudiciū approbationis: & alioqui ſemper, aut fere ſēper eſſet in peccāte iudiciū hæreticum: quia iudicium, quo ſimpliciter iudicaret, illud eſſe vel fuiſſe faciendum, vel diligendum, cōmuniter eſſet hæreticum. ¶5. Quia nō eſt neceſſe, vt, qñ voluntas habet aliquē actum, intellectus id ſciat, licet autē ſæpe id aduertat; raro tñ id aduertit, impellēte voluntate: ſed quia ipſi actus per ſe, vel per ſpecies, quas producunt, naturaliter mouent ad ſui cognitionē, & ita ad id nihil confert ſympathia harum potentiarum, ſed ad hoc, vt voluntas poſſit mouere intellectum ad intelligendum, qñ illi repræſentetur, talē motionē expedire. Deniq. licet admitteremus tale iudicium non deberemus dicere, eſſe imperium poſitum à D.T. quia vt docuimus, tract.6. imperium illud eſt diſtinctum ab omni iudicio & ſecundum D.Th. & veritatē nō ſequitur neceſſario ex electione. 69

Vide quæ dixi to.1.tract.3.de volunt. & inuolūt.diſp.3.ſect.2.n.141.& .142. vbi docui, poſſe dari peccatū in voluntate ſine prænio errore intellectus & ſine prænia incōſideratione malitiæ obiecti; imo & ſine vllo errore conſequente ipſum peccatum, & retuli Fonſecā. 9. Met.c.2.q.4. docentē, poſſe dari p. ſine vllo errore formali intellectus præcedente: ſed nō ſine errore virtuali & interpretatiuo, qui eſt imperfecta cōſideratio malitiæ & incōmodorū, quę ſecum affert peccatū; nec ſine errore cōſequente, quo peccans, ſuum peccatū approbat. Primū modū erroris conceſſimus omni culpæ antecedere. Admiſimus etiā, ſæpe, non tñ ſemper ſubſequi errorē illum approbatiuū peccati. Peccato vero obſcurari ſæpeq. decipi intellectū patet ex Ariſt.3.ethi.c.4. vbi ait, *pleriſq. autē vulgo hominibus deceptio* [illegible] *videtur, quibus ſ. voluptas, licet* [illegible] *eligunt* [illegible] *fugiunt.* & c.5. *qualis vnuſquiſq. eſt, talis* [illegible] *videtur ſ*[illegible] Ad quod multa alia adduci poſſent ex eodem lib. & ex lib.6.& .7. & iam in [illegible] aliqua ex Ariſt. adduximus: quibus adde id, quod ait, 1. Rhet. ad Theodectē c.1. *omnibus & o*[illegible]

tibus

Digitized by Google

tibus non eadem videntur. Vide etiam ca. 9. &.6. ethic.cap.5.vbi air, vitio corrumpi exiſtimationem prudentiæ. Ad idẽ ſunt id Sap.2.excæcauit eos malitia eorum,& quę de cæcitate & caligine mentis,quæ eſt in peccatoribus, ſcribant D.Tho.2.2.q.15.artic.1.&. 2. Proſper. 2.de voc. gen. capit.27. Sayrus multos citans lib.2.cap.9.in fine,& nos adduximus concl. 2. ſic poteſt intelligi Bonauent.2.d.41.art.2. q. 2. in fine dicens.peccatum inchoari, non tamẽ cõſũmari ſine inordinato iudicio intellectus

SECTIO. IX.

An peccata commiſſa ignoranter, ſint eiuſdem ſpeciei cum commiſsis ſcienter.

70 *1.Opinio.* DE hac re agunt Caiet.hac q. 76.a. 4.vbi Medi. Zumel ibidem diſp. 1.& quæſt.72.art.9.diſp.1.Medi. q. 19.a.6 Vaz.diſp.101.Vala.diſp.2.q. 14.pun.4.§.ex differentijs & diſp.6.q.6. pun. 5. §.ſupereſt. Cord.lib.2.q.24.Anglas.2.d.22.q.2. a.4.diffic.5.& d.27.q.3.a.3.diffic.7.in fine. Her. 2.diſp.35.q.vlt.Sayr.lib.2.c.9.num.37.& ſeqq. Caſtro.2.da lege pœna.cap.14.poſt.2. propoſi. Couar.c.Alma.p.1 § 10.n.16. præſertim verſic. illud ſane & ſeq.Azor to.1.lib.1 c.14.q. 6. 7. & 8.&.10.& alij referendi,& nos egimus de hac ra to.1.tract.7.diſpur.3.ſectione.3.& in hoc to. & tract.diſp.5.ſect.15. Vnde breuiter dico,in hac re duas eſſe ſententias,altera eſt Caieta. q.72 a.vlt qui eſt.9 &.2. 2. q. 53. a.2.aitca ad.3. aſſerentis.1.ſi peccata ſint contra ius naturale eiuſdem ſpeciei aſſe,ſiue cõmirtantur ſcienter ſiue cum ignorantia talis iuris: & in hoc conueniunt omnes,vt ait Sayr.ſupra, ſed ratio, qua vtuntur Caietan. Sayr. & alij non nulli, ſcilicer, quia in vtroque euentu idem eſt obiectum & ſecundum eandem rationem, ex qua actus ſumit malitiam friuola eſt & inanis vt poſtea videbimus aliam rationem communem omnibus ignorantijs aſſignantes. ¶2. Ait Caiet.quádo peccat aliquis cum ignorantia ſacti, peccatú eſt diſtinctum ſpecie à commiſſo ſcienter. ¶3. Idem ait, de peccaro commiſſo cum ignorantia iuris poſitiui.Secundum & 3. dictum moderarur quæſt. 76. articul. 4. dicens, tunc peccatum ex ignorantia factum reduci ad eandem ſpeciem, quam habet ſactum ſcienter: quod quidam ira intelligunt,vt omnino ſit eiuſdem ſpeciei: ſed ſortaſſe ſolum vult, reductine pertinere ad illam ſpeciem, ſicut embrio.leonis ad leonem, quanuis differant ſpecie.Sayrus ſupra, partem huius opin. Caietani alijs tribuit dicens, peccatum factum ex ignorantia facti,eſſe eiuſdem ſpeciei cum facto ſcienter, non ſolum reductiue, vt dicunt Caietan.Corduba,& Medina,ſed etiam directe,vt affirmant Angles Valentia & Vazquez Item peccatum factum ex ignorantia iuris poſitiui eſſe eiuſdem ſpeciei cum ſacto ſcienter, *vt contra Caietan. & Angles tenent Medina,Valentia & Vazquez.* Azor autem aliter refert ſententias Cordub.& Medi. ¶2. Opin. Caſtri,& Couarrub.ſupra,aſſe dicitur, ſi quis det operam rei illicitæ & ex ignorantia culpabili ipſius ſequatur homicidium, peccare peccato homicidij:ſi autem licitæ, ſolum peccare peccato negligentię, nimirum contra ſtudioſitatem. Hanc ſententiam tribuit illis Vazquez ſupra.

Ego generaliter canſeo, peccatum commiſſum ex ignorantia, eſſe aiuſdem ſpeciei in eſſe moris cum ſacto ſcienter, ſiue ignorantia ſi iuris,ſiue facti;ſiue iuris poſitiui,ſiue naturalis, ſiue homo det oparam rei licitæ, ſiue illicitæ. Probatur quia ſpecies moris in peccatis non ſumitur ex obiacto motiuo, vt ipſe Caietan.fatetur,nec ex obiecto terminante ſecundum ſe vel in ſe vt ipſe falſo putat.Nam licet ſpecies naturæ ex obiecto motiuo & terminatiuo in ſe ſumenda ſit, tamen ſpecies moris in peccatis ſolum ſumitur ex priuatione conformitatis ad rationem, regulam,ſeu legem:ſeu ex oppoſitione cum iſtis viſa in ſe vel in cauſa,aut quæ præuideri debuerit, & potuarit:talis autem oppoſitio eadem eſt in his omnibus euantis:ergo & eadẽ ſpacies maliriæ moralis. Ita genaratim docent Vazquez,Azor,Sayr. Vale. ſupra & alij communiter, & ſumi potaſt ex ijs, qui dicunt,ebrio,qui poruit & debuit præuidere periculum inceſtus val homicidij,imputari. Damaſcen.2.fid.cap.24.Orig.Hieronym. Ambr. Theodor.& alij dum aguut de inceſtu Loth, D.Thom.q.76.a.4.ad.2.at.4. Alb. 2. p. tractat. 14.q.88.Alen.2.p.quæſt.105.m.3.artic.3.in fine. Bonau.2.d.22.verſus finem.Durand.q.4.Rich. artic.2.quæſt.3.de quo mulra Caietan. et alij locis citatis nos diſp.5.ſect.14.Sayr.cap.illo. 9. numero.41.et.42.Herrera.2.diſput.35.quæſt.23 Azor tomo.1.lib.1.ca.14.quæſtione.3.et.10. 71 *2. Opinio.* *3. Opinio aucthoris.*

Herrera ſupra limitat noſtram ſententiã ad effectus, qui per ſe ſequuntur ex ignorãtia voluntaria er culpabili:nam ſi ſequantur per accidens, putat eſſe in alia ſpecie moris, vt in ſpecie incautæ ſagittationis, vel inobedientię. Sed hoc, ſine fundamento dicitur: maxime cum hi effectus,quando ſequũtur ex ignorantia, ſemper ſequantur ex ea per accidens,ſcilicer,tanquam ex remouente prohibens,vidalicet ſcientiã,qua poſita non fierent. Vtcumque ſit,qui ex ignorantia vincibili occidit aliqué,peccat cõtra iuſtitiã, et tenetur reſtituere.Say.cũVaz.etAngl.Probo:quia 72

Digitized by Google

peccat peccato homicidij, vel alio peccato iniuſtitiæ. Neque crado id negaret Caie. quãuis id deberent negare Couar. Caſtro & Herrara in illis caſibus, in quibus ſentiunt ſolũ eſſe peccatum contra ſtudioſitatem, vel obedientiam. Similiter, qui ex ignorantia culpabili aliquem occidit, incurrit irregularitatẽ vt ait Sayr. cum Caiet. q.72.a.9.& q.76.a.4. & Vale. diſp.6.q.6.pun.3. quanuis Caie. parũ cõſequenter loquatur, nam irregularitas ſolum ponitur pro culpa homicidij: ipſe autem, quãdo ignorantia eſt facti, non agnoſcit culpam homicidij, niſi reductiue. Aduerte autem. 1. ſi quis in ignorantia præuideat periculum peccati, ſed neſciat, an futurum ſit homicidium, vel furtum, peccatum fore eiuſdẽ ſpeciei in eſſe moris cum ea, quam habet hic actus, volo cõmittere peccatum furti vel homicidij, qui actus ſm̃ aliquos pertinet ad iniuſtitiam commutatiuã quæ comprehendit furtum & homicidium. Si vero actus eſſet volo cõmittere furtum, vel fornicationem, difficile eſſet aſſignare, cuius vitij eſſet, & aliqui dicerent, eſſe iniuſtitiæ legalis; alij inobediẽtiæ. ¶2. Aduerte licet abſq. pertinacia nõ ſit homo hæreticus, vt ſuperius diximus: tñ aſſenſus cõtra articulos fidei cõtinens culpam, eandam ſpeciẽ malitię habet, quã aſſenſus conſtituens hominem hæreticum, ſicut enim exponere ſe periculo homicidij habet malitiã homicidij: ita exponere ſe periculo hæreſis per ignorantiã culpabilem, habet malitiam hæreſis, licet in gradu inferiori. Ex quibus patet, explicãdum eſſe in confaſſione, cuius peccati periculum in ignorantia culpabili ſit cõmiſſum: alioqui enim non explicaretur peccati ſpecies.

SECTIO. X.

V. ignorantia excuſet a pœna legis.

73 EXtra controuerſiam eſt, ignorãtiam, quę excuſat omnino a culpa aliqua excuſare omnino à pœna proprie dicta reſpondente illi culpæ, pro qua impoſita eſt ipſa pœna: ſecus à pœna improprie dicta, quæ ſine culpa interdum contrahitur. Vtramq. partem docet late Sayr. 2.p. Theſauri li.2.c.9.n.24. vſq. ad.29. proferens multos auctores & deducens ex vtraq. parte multa corolaria, quę omitto; quia res eſt clara: de qua etiam videri poteſt Suar. 3. p. to.5. diſp.4. ſect.8. & Sanchez 9. de matri. diſp. 32. num.15. & prior pars colligitur ex cap. 2. de conſt. vbi dicitur *rem, quæ culpa caret, in damnũ vocari non conuenit*, Quod paulo inferius applicatur ad rem, quæ ob ignorantiam culpa caret, & in excommunicatione ita diſponitur cap. ſi vero de ſentent. excommunic. & cap. excellentiſſimus. 11. quæſt.3. aliqui etiam adducunt tex. in cap. vt animarum ſeu. 2. de conſti. in 6. ſed hic textus varias habet interpretationes, vt videbimus. Hinc irregularitas homicidij caſualis ſeu non intenti nec præuiſi, quæ vere eſt pœna, non incurritur ſine culpa illi reſpondente, qualis autem debeat eſſe illa culpa, vt incurratur, vidimus diſp.5. ſectione 16. Hinc etiam quia ignorantia concomitans inuincibilis poteſt omnino excuſare à culpa, etiam poteſt excuſare ab excommunicatione, vel alia pœna reſpondente illi culpæ, vt cum multis diximus contra paucos aliquos quibus conſentit Lelius Zechus in obſeruationib. circa caſus reſeruatos caſu. 1. qui eſt de excommunicatione.

Eſt tamen grauis difficultas, an quando da-
tur ignorantia inuincibilis circa ius cano- 74
nicum, quo excommunicatio eſt conſtituta; nulla tamen datur ignorantia circa ius diuinum naturale, vel poſitiuum, is, qui peccat contra tale ius diuinum ſcienter, incurrat excommunicationem. Prima ſententia affirmat, pro qua Azor to.1. lib.1. c.15. q.3. refert Scotum Gabr. Adria. Maior. Cordub. Gloſſ. Ioan. Andr. Ancarr. Imol. Couarrub. Barth. Bald. Cyn. Socin. Iaſon, & Roſſell. & ponit eorum fundamenta, potiſſimum eſt, quia talis ignorantia non liberaret ab alijs pœnis, vt tractat Azor eod. capit. quæſtione. 1. & 2. ergo nec ab excommunicatione, & cæteris cẽſuris. 2. Opinio, quam Azor eligit, affirmat, in eo euentu non incurri excommunicationem etiã Pontificiam, pro qua opin. citat Sotum Ledeſmã Caſtrum, Ang. Antoninum, Syueſt. Tabien. Butrium, Pan. Decium Felin. & alios apud Couarrub. & Adrianum. Hanc opinionem tenent etiam Nauar. capit.27. num.16. & ſeqq. Herrera. 2.d.35. quæſt. 21. præter citatos referens Driedonam. 2. de lib. Chriſtia. pag. 246. eandem tenet Toletus. 1. ſummæ cap. 8. circa finem. Angles. 2.d.22. quæſt.2. articu.3. diffic.3. Valent. 3. par. diſp.7. quæſt. 17. puncto.7. Sayr. 1. part. theſauri lib.1. capit.8. Victor. quæſt.8. de excommun. Suarez 3. par. tom.5. diſputatio. 4. ſectione. 10. Sanchez, tomo. 3. de matrimon. lib.9. numero.9. citans multos alios.

Quinimo ex auctoribus primæ opinionis 77
hanc in ſtatutis & ſententijs ordinariorum concedunt Gloſſa, Ioan. Andr. Bartho. Imol. Adrian. Maior, Anchar. Roſel. & Cordub. licet in alijs negent, quia in cap. vt animarum de conſtitu. in 6. dicitur. Vt animarum periculis obuietur, ſententijs per ſtatuta quorumcunque ordinariorum ligari nolumus ignorantes, dummodo eorum ignorantia craſſa non

Digitized by Google

non fuerit aut ſupina: ergo à contrario ſenſu, alijs ſententijs ligantur ignorantes, etiam ſi eorum ignorantia non fuerit craſſa aut ſupina. Sed Reſpon. Azor, argu. à cõtrario ſenſu non ſemper eſſe firmum, præſertim ſi ex ipſo iure contrarium colligitur, aut ſpecialis ratio oppoſitum prorſus oſtendit, vt in propoſito, quia excommunicatio non incurritur ſine cõtumacia, ſeu voluntaria inobedientia Eccleſiæ cap. nemo Epiſcoporum. 1. quæſtione. 1. & cap. ſacro. de ſenteot. excommunic. & Matth. 18. Si Eccleſiam non audierit, &c. Alij vt Sylueſt. excommunic. vltimo. quæſtione. 13. & Lopez quæſtione. 13. de clauibus Reſpondent, nomine ordinariorum ibi comprehendi etiã ſum. Pontifi. hos reijcit Azor, quia in iure ordinarius non appellatur, niſi is, qui in certa ciuitate, prouincia, vel loco iuriſdictionem certis limitibus contentam, & velati quibuſdam cancellis circunſcriptam habet, pro quo etiam poſtea Sanchez referemus. Alij vt Zechus de caſib. reſer. aatis caſu. 1. reſpondent, licet text. ille ſolum loquatur de ſtatutis ordinariorum, non comprehendendo Pontificem: tamen quia text. ille non conſtituit nouum ius, ſed declarat ius commune & naturam excommunicationis, quæ ex ſe petit contumaciam, extendi debere ad excommuniones latas à Pontifice, & alijs quibuſcumque. Hoc etiam excludit Azor, quia reuera text. non declarando, ſed ſtatuendo procedit, vt patet ex illo verbo, *nolumus*: ergo nouum ius condit, quod in ſolis ſententijs ordinariorum locum habet, maxime cum non loquatur de ſola excommunicatione & alijs cenſuris, quæ ex ſe petunt contumaciam; ſed generatim & indiſtincte de omnibus ſententijs: ergo illis non ligantur ignorantes inuincibiliter ſtatuta ordinariorum, etiam ſi culpam committant illis ſtatutis vetitam, quia etiam eſt vetita iure diuino naturali, vel poſitiuo, circa quod non eſt ignorantia inuincibilis, vt ſupponimus.

76 Opinio auctoris. Vnde mihi dicendum videtur, textum cõſtituere nouum ius ſolum habens locum in ſtatutis ordinariorum: tamen nomine ignorantiæ craſſæ & ſupinæ non intelligi quãcumque vincibilem, aut culpabilem etiam mortaliter. Ita plane ſentit Azor, & expreſſius Sotus. 4. diſtin. 28. queſtione. 1. artic. 2. verſ. ex his primum, quam poſtea ſecuti ſunt Medina, quæſtione. 76. articulo. 3. ad finem. Zumel articulo. 4. diſput. 3. & 4. Graffis. 1. parte deciſionum lib 4 capite. 9. num. 20. & ſequentibus. Herrera. 2. diſput. 35. quæſtione. 21. citans pro illa Adria. Caſtr. Ledeſ. Maio. Angel. Feli. & But. Nauarr. & Driedo. Sed hi ſm Suar. non explicant ignorantiã craſſam & ſupinã diſtingui à vincibili & culpabili etiam mortaliter. Et quamuis Sotus, quem ſequitur Graff.) dicat, nobiles auctores idem tradidiſſe, tamen nullum profert, imo poſtea diſtin. 22. quæſt. 1. articulo. 2. nullam mentionem facit huius opinionis, nec diſtinguit inter ignorantiam craſſam & culpabilem: nec ego (inquit Suarez illa diſput. 4. ſectione. 10. num. 7. & 8. reperio alios auctores, qui priorem huius opinionis partem affirment, ſcilicet etiam ſi ignorantia iuris Eccleſiaſtici vincibilis ſit, poſſe non incurri excommunicationem ordinarij: ſed omnes docent contrarium, vt videre licet in Nauarr. Couarrub. Vgolino, & alijs, quos ipſi citant. Imo & Syluest. qui in contrarium adducitur à Ludouico Lopez tractatu de claui b. quæſtione. 13. licet hoc indicet obſcure: non tamen id affirmat. nam quamuis verbo, ignorantia. §. 8. & excommunica. 2. not. 3. & excommuni. vltimo, quæſtione. 3. dicat ignorantiam, quæ eſt ex negligentia excuſſare, craſſam vero & ſupinam non excuſare: tamen hoc probat, quia excommunicatio non incurritur, niſi pro mortali: ergo nomine ignorantiæ negligentis non intellexit mortalem: ſed veniale. Hæc Suar. Sed quãuis male Angelus eo arg. probet ſuum intentum; tamen Syluest. illum referens, non approbat illam eius rationem, ſed concluſionem propter alias rationes quas ipſe Angel. adducit. Nec poteſt dubitari, ſi attente legantur, quin ſentiant, ad incurrendas eiuſmodi excommunicationes non ſufficere quamcumque ignorantiam lethaliter culpabilem: quoniam requirunt eã, quæ procedat ex lata culpa & ſit dolus præſumptus, vt iura loquũtur. l. 2. §. & generaliter. ff. de doli exceptione. Vnde Thomas Sanchez. 9. de matrimo. diſput. 32. num. 31 32. & 33. relata ſententia Suarez ab illo diſcedit quantum ad hoc, dicens, ignorantiam mortaliter culpabilem in iure eſſe duplicem; alteram negligentem tantum, alteram craſſam & ſupinam: & hanc requiri putat ad incurrendam cenſuram, & pro hac ſententia citat Syluest. Angel. Tabien. Ioann. Andr. ſpeculat. Gloſſam, Ancharranum, Butrium Francum, Antoninum, Petrum Nauarram, Ariam Valderas; Graffis, Sotum, & Caſtrum, & dicit, ſe latius probare hanc diſtinctionem ignorantiæ lib. 1. ſuæ ſummæ cap. 16. numero. 7.

77 Ait etiam Sanchez num. 9. ignorantiam, quæ non fuerit craſſa & ſupina, excuſare non ſolum ab excommunicationibus ordinariorum particularium; ſed etiam Pontifi. vel quia in illo capite. 2. de conſtit. in 6.

intelligit nomine ordinariorũ, vt docet Syl. & Lopez, vel quia id merito improbauerat. n.8. quoniam eadem eſt ratio tex. ſcilicet, vt periculis animarum obuietur, imo & maior, quia Pontificiæ conſtitutiones minus publicantur, atque facilius & iuſtius ignorantur. Hoc valde eſt probabile, pro quo innumeros auctores refert. n.9. ſed mihi eſt, valde probabile, & conſonum textui, vt non extendatur ad Pontificias conſtitutiones, quia Pon. ob reuerentiam ſuorum ſucceſſorum, aut etiam prædeceſſorũ & quia eorũ cõſtrutiones ſunt cõmuniter iuſtiores & maioris momenti, ac paucio, tes noluit quicqua circa illas ſtatuere ſed ſolũ circa alias: vel quia vt ait Lelius Zec. in.1. caſu reſeruato ex Doct. d.c.2. de cõſt. in.6. iura priuata magis ignorari ſolent, intellige à peregrinis, qui tamen illis etiam ligantur, vt tract. de legib. oſtendemus.

Sed an ignorantia non craſſa nec ſupina ipſius excommunicationis ſufficiat, ſine ignorantia iuris, ad excuſandum à cenſura etiam ordinarij: Multi, quos citat Sanchez ſupra. n. 12. negant: quod ipſe putat probabile: ſed probabilius patet. n.13. & 32. cum Suarez illa diſput. 4. ſect. 9. num. 19. & cum alijs multis, ſufficere ignorantiam non craſſam nec ſupinam cenſuræ: quod videtur Emanu. Sa, verbo ignorantia. n. vnico, dicentis. Ignorantia iuris vel facti excuſat à pœna legis, vt cũ quis peccat: ſed ignorat poſitam à lege pœnã: abeſt enim contemptus legis. Hoc etiam mihi videtur ſatis probabile, & conſonum illi textui.

Diſputat etiam Sanchez, an hoc ad alias pœnas extendendum ſit, & affirmat, extendendum eſſe ad pœnas ſpirituales, quales ſunt cenſuræ & irregularitas. Vide illum. nu. 20. 21. & 31. vbi pro hac ſententia multos adducit, licet pro contraria, quam putat probabilem referat alios. De pœnis nõ ſpiritualibus, idem putat probabile cum multis id tenentibus, ſed probabilius oppoſitum, quod tenent alij. Sa quidem in verbis nunc citatis de omnibus affirmat & Azor tomo. 1. lib. 1. cap. 15. q. 3. & Suarez illa diſput. 4. ſect. 10. in fine, quamuis exiſtimet, nomine ignorantiæ craſſæ & ſupinæ omnem mortalem debere intelligi.

Alia circa hanc ſectionem videri poterunt in Suarez, Sanchez, Azor, & alijs, quos citauimus, vel ipſi citant: quia non poſſumus modo hæc perſequi exacte tractare, ne volumẽ in immenſum creſcat, & ne hîc omnia, quæ ad alia pertinent loca, inuoluamus.

SECTIO. XI.

In qua leuiores aliæ quæſtiones de ignorantia breuiter diſcutiuntur & aliæ ad alia loca remittuntur.

HIC poſsit tractari multæ quęſtiones de ignorantia, quas, quia ad alia loca pertinent, in quibus tractatę, aut tractandę ſunt, vel quia ſunt faciles, breuiter percurremus.

1. Quæſtio eſt. An ignorantia inuincibilis 78.
excuſet omnino à culpa. Superius oſtẽdimus Quæſtio 1.
de fide eſſe, aliquam ignorantiam omnino excuſare, nempe inuincibilem. Aug. 1. retract. c.18. 3. de lib. arb. c.18. Clem. & Didimus apud Damaſc. 2. Paralel. c.18. D. Tho. q.76 ar.3. Caie. Conr. Med. Zumel, Valen. & alij ibi. Alb. 2. p. tract. 14. q. 88. ad. 1. Doct. 2. d. 22. vbi Bon. q. vlt. Dur. 4. Gab. 2. Gerſon tract. de nat. & qualit. conſcien. to. 2. ſol. 170. Adria. quodlib. 4. art. 1. Dried. 2. de liber. Chriſtia. §. ex ſent. Doctorũ, pag. 249. Caſtro. 2. de lege. c.14. prop. 2. Cord. lib. 2. q. 17. Couarr. infra, Azor tõ. 1. lib. 1. c. 14. q. 2. Sed intellige omnino excuſare à deformitate reſpectu, cuius eſt ignorantia inuincibilis; ſecus ſi reſpectu alterius deformitatis vel ſit ſcientia, vel ignorantia ſit vincibilis, vt ſi videt eſſe hominem, & inuincibiliter ignorat, eſſe patrem; excuſabitur à delicto parricidij, non vero à delicto homicidij, & ſic in alijs. Patet ex. l. eum, qui nocentem. §. ſi iniuria. ff. de iniurijs, & ex alijs textibus adductis à Coua. c. alma. p. 1. §. 10. n. 13. & 14. ſic Iudas Geneſ. 18. per ignorantiam affinitatis excuſatus eſt prorſus ab inceſtu; non à fornicatione, ita colligitur aperte ex tribus vltimis capitib. 34. q. 2. & docet gloſſ. ibi D. Tho. Caiet. Conrad. Med. Driedo, Caſtro, Cord. Azor, ſupra, & Couar. citans, Bart. Bald. Alberic. & Ang. l. ſi quis ignorans. ff. locati, dicentes, eum qui percuſſit militem vel magiſtratem, ſi ignorauerit, eum eſſe talem, minime puniendum eſſe, niſi pœna percutientis hominem priuatum, vide alios tex. apud Couarr. Nota autem ſi quis intelligat furtum. v.g. eſſe graue malum & notabiliter turpe licet ignoret inuincibiliter, eſſe mortale, ideſt excludere gratiam, non excuſari à peccato mortali, vt bene Cord. illa quæſtione. 17. colum. 3. cum Adriano, & Zum. quæſtione. 74. artic. 6. diſput. 1. poſt. 6. concl. quos aliqui reprehenderunt, quia eos non intellexerunt.

Sed

Digitized by Google

79 Sed obijcies.1.quia Geneſ.12.& 20. Pharao & Abimelech inuincibiliter ignoraſſe videntur, Saram eſſe vxorem Abrahæ, cum ipſa dixiſſet eſſe ſororem: tamen ille punitus, iſte increpatus eſt propter iniuriam Abrahæ illatam. Reſpondetur Pharaonis ignorantiam fuiſſe culpabilem, cui doctrinæ fauet Chryſoſto. ſed forte Abimelech non peccauit grauiter, vt colligi poteſt ex verbis Domini, ſcio quod ſimplici corde feceris, quod explicat Ambroſ. puro corde, ideoque non eſt punitus: ſed tantum increpatus ad cautelam vt magis deterreretur à propoſito, idem fere Augu. 1. Deutero. quæſt. 32. Chryſoſtom. homilia. 45. in Geneſ. Arbor. 1. Theoſoph cap. 21. Pererius Geneſ. 20. quamuis Theodoretus, & Lyra ab eo relati ſentiant, Abimelech peccaſſe, vide dicta ſect. 4.

Obijcies. 2. quia 1. Reg. 14. Ionathas prorſus inuincibiliter ignorauit paternum præceptum nihil comedendi vſque ad veſperam, tamen illum peccauiſſe guſtando aliquid mellis, inde colligi videtur, quia quærente Saule, cuius peccato irritatus Deus negaret illis reſponſum, ſors cecidit in Ionathan. Reſpond. Ionatam non peccaſſe. & licet co[illegible] Saul [illegible] ſortem, vt deprehenderet [illegible] negabantur Dei oracula: nihilominus Deus non ſatisfecit eius intentioni [illegible], quando Deum interrogabat: ſed ſortem de[illegible] Deus ad Ionathan, vt conſtaret illius innocentia, [illegible] quam, & propter [illegible] victoriam [illegible] populi acclamatione, & laude. [illegible] potuiſſet Saul animad[illegible] Deum ſibi noties [illegible] ſum eſſe, quam alijs. De quo bene [illegible] in [illegible] verba [illegible] autem Saul populum.

[illegible] obijci Concil. Triden. cap. in lectum. 14. [illegible] ſed de hoc iam dixi ſect. 5. in principio.

80. Quæſt. 2. Q. 2. Vtrum ignorantia, quæ vinci non poteſt, quando prodit in actum, ſed potuit antea vinci, excuſet prorſus à culpa, vt ſi tua culpa & negligentia prætermiſiſti occaſionem addiſcendi, quod tenebaris ratione tui officij, vel communi lege Chriſtianorum, deinde quando nullus eſt, à quo diſcere poſſis, committis multa peccata. Hæc quæſtio ſimilis eſt illi, an qui culpa ſua inebriatur, excuſetur à culpa facinoris poſtea inebrietate patrati. De qua D. Thom. 2. 2. q. 150. a. 4. vbi fuſe Caieta. Alen 2. par. quæſt. 129 verſus finem. Alb. 2. par. tract 14. quæſt 88. ex Damaſc. Bona. 2. d. 28. ad finem. Richar. ar. 2. quæſt. 3. Antonin. 2. par. titu. 5. c. 9. §. 2. Henr. quodlib. 3. quæſt. 26. Sylu. & alij ſummiſtæ, verbo, ebrietas. Caſtro. 2. de lege. c. 14. poſt. 1. concl. Herrera. 2. diſput. 35. quæſt. 23. Vazq. hic quæſt. 127. Sayr. lib. 2. c. 9. n. 41. & 42. & nos late diſp. 2. ſect. 9. & alibi, & non ſolum de ebrietate, ſed etiam de ignorantia diſputat hanc. q. Cordub. lib. 2. quæſt. 18. Azor tomo. 1. lib. 1. capite. 14. quæſtione. 3. & 10.

Dico breuiter. 1. Si tua culpa deueniſti in ignorantiam, quam debita diligentia nullo modo potes euadere, quæ ex tali ignorantia facis, non imputantur ad nouam culpam; dicuntur tamen peccata à culpa præcedenti.

2. Dico, peccatum præcedentis negligentiæ tanto grauius fuit, quanto plura vel grauiora peccata in negligētia præuiſa fuere, aut præuideri debuere & potuere, & ſcienter præuiſa [illegible] ſunt. Idem eſt de illo, qui per culpam [illegible] ebrietate, aut amentia corripitur, [illegible] homicidia, adulteria, vel alia crimina [illegible] Vide de [illegible] Loth docet Auguſt. 22. contra Fauſtum. c. 44. relatus. c. inebriauerunt. 15. quæſtione. 1. dicens, *Loth culpandus [illegible] non quantum inceſtus, ſed quātum ebrietas [illegible]* propterea eos, qui inebrietate delinquunt, [illegible] ebrietate damnari, docet [illegible] 15. quæſtione. [illegible] ſpect[illegible] Ariſtot. 3. [illegible] hic. cap. 5. [illegible] duplicem [illegible] conſtitui eſſe: alteram [illegible] ebrietatem, alterā propter crimen in ebrietate commiſſum, [illegible] quando fuit [illegible], vel præuideri debuit, & potuit. Q[illegible] modo intellige Damaſce. 2. fid. c. [illegible] ait ebrium non excuſari à crimine in [illegible] commiſſo, ſi ſua culpa ſe inebriauit [illegible] docent D. Thom. Bonaueu. Alexan. Albert. Anto. Richar. Caie. Azor, & alij ſupra. Et Loth non [illegible] excuſatum ab inceſtu, [illegible] Auguſt. ſup. Orige. homilia. 5. in G[illegible] Hierony. epiſt. de cuſtod. virginit. ad [illegible] cap. 4. Ambro[illegible] de Abraham cap. 6. verſus finem. Theodor. quæſt. 69. in Geneſ. D. Thom. 2. 2. quæſt. 150. artic. 4 Eucher. apud Pererium[illegible], licet Chryſoſt. homilia. 44. in Geneſ. Loth excuſet prorſus ab inceſtu, vide Caiet. [illegible] ſup. Henri. quodlib. 3. quæſtione. 26. Per[illegible] ſup. Irenæum lib 4. c. 51. Filias autem Loth patres citati communiter excuſant, pro[illegible] illis probabilem de totius mundi [illegible] ratione.

Hoc [illegible] inter eſt inter ebrietatem & aliam ignorantiam, nam quando in ebrietate præuidetur homicidiū, vel aliud crimē, tunc cōmittuntur duo peccata; aliud ebrietatis; aliud homicidij, vel alterius criminis præuiſi. At vero quando ignorātia præuidetur omiſſio reſtitutionis, vnicum peccatum eſt omittendi reſtitutionē quia ignorātiā reſtitut. nō teneris euitare propter ſe ipſam, ſed propter reſtitutionem.

Quæritur. 3. An ignorātia inuincibilis de malitia actus interni excuſet à culpa, quando 81 Quæſt. 3.

efficiẽdo id, quod actu ſcit, eſſe in honeſtum Deo que diſplicere: tunc tamen non iudicare, honeſtum ac Deo placens eſſe præferendũ vtilitati, vel delectationi. Hæc tamen ſolutio nulla eſt, quia ſi ille agit contra iudicium actuale dictans hoc hic, & nunc eſſe inhoneſtum, Deoque diſplicens, iam agit contra dictamen particulare de agendis, maxime cum eo ipſo, quod iudicet, hoc hîc, & nunc eſſe malum & Deo diſplicens, iudicet, non eſſe præferendum delectationi, vel vtilitati. ¶3. Impugnatur hæc opinio, quia ſic nullus diceretur agere ex certa malitia; ſiquidẽ iuxta hanc opinionẽ nemo poteſt operari ſciẽs, hoc hîc, & nunc eſſe malum. Reſpon. Burid. peccatum ex certa malitia nõ dici, quia peccans, dũ peccat, vere & certo iudicet, ſe tunc male agere, ſed quia certo cognoſcit omnes circunſtantias operis ſui, illudque eſſe turpe ac Deo diſplicens. Sed hæc ſolutio friuola eſt; nam qui ſcit omnes circunſtantias operis eſſeque turpe ac Deo diſplicens, ſcit etiam, eſſe malum: ergo operatur cum actuali cognitione operis mali in particulari. Præterea, quia omnes ſancti & DD. diſtinguunt inter peccatum ignorátiæ & malitiæ; quod in vno agens cognoſcit malitiam, in alio vero non.

Vnde aliter Reſp. D. Thom. quæſt. 78. artic.
61 1. ad primum, dicens: *ignorantia quandoque quidẽ excludit ſcientiã, qua aliquis ſimpliciter ſcit, hoc eſſe malum, quod agit, & tunc dicitur ex ignorantia peccare: quandoque autem excludit ſcientiam, qua homo ſcit, hoc nunc eſſe malum, ſicut cum ex paſſione peccat: quandoque autem excludit ſcientiã, qua homo ſcit, hoc malum non eſſe ſuſtinendum propter cõſecutionem illius boni; ſcit tamen ſimpliciter, hoc eſſe malum, & ſic dicitur ignorare, qui ex certa malitia peccat.* Idem ait Caietanus ibi, & Capreolus 3. diſt. 36. artic. 3. ad. 4. contra primam concluſionem. Sed hanc ſolutionẽ impugnat Adria. ſupra ad ſecũdum: quia ſicut ille ſcit, hoc eſſe malum, ita ſcire poteſt, non debere fieri nec ſuſtineri propter cõſecutionẽ boni: ſcit enim non eſſe facienda mala propter conſequẽda bona, vnde Vazquez diſputatione. 128. cap. 2. putat D. Tho. in ea ſolutione tãtum voluiſſe, eum, qui peccat ex malitia, quamuis peccet ex conſideratione ipſius malitiæ, eam tamen conſiderationẽ eſſe imperfectam: poteſt ergo aliquis agere contra dictamen particulare de agendis. Quod tertio probatur, alioqui voluntas non eſſet libera: ſiquidem præſente hoc iudicio, fornicatio eſt mala, vel vitanda, non poteſt illam eligere. Reſp. Buridanus volũtatem non dici liberã, quia facere poſſit, quod actu iudicatur malũ, ſed quia ſtãte iudicio de bonitate, vel malitia, poteſt differre ac ſuſpendere volitionem & nolitionem, Cæterum, nec hæc ſolutio placet, tum quia ſic nunquam poſſet voluntas peccare: ſemper enim excuſaretur per ignorátiam malitiæ. Nec valet dicere, aliquando ignorantiam eſſe culpabilem, ideoque non excuſare: nam prima ignorantia culpabilis non poteſt eſſe culpabilis, quia ſit volita in alia ignorãtia culpabili: nec vero, quia homo ſciens, eſſe culpabilem, illam elegit formaliter, vel interpretatiue: cũ voluntas iuxta hanc opinionem eligere non poſſit, quod iudicatur malũ: ergo. Tum, quia ſi intellectu iudicante, aliquid eſſe bonum vel malum, voluntas poteſt actum ſuſpendere: ergo ſimiliter iudicãte, eſſe præceptum & ſic poterit peccare ſaltim peccato omiſſionis contra iudicium particulare, aut certe tale iudicium imponet illi neceſſitatem implendi præceptum. ¶4. Hæc ſententia damnata videtur à ſchola Pariſien. cuius primus cõtra eam articulus eſt, *ſtante ſcientia vniuerſali & particulari quod voluntas non poteſt in oppoſitum error*, ſecundus articulus eſt, *ſi ratio eſt recta voluntas eſt recta, error* tertius eſt, *exiſtente voluntate in vltima diſpoſitione, quod non poſſit in oppoſitũ, error.* Hi articuli referuntur à Scoto. 2. d 36. quæſt. 1. artic. 2. & ab alijs. ¶ 5. Videtur ſententia hæc contr Hieronym. Damaſce. Anſelm. & alios patres docentes, angelos non ex inaduertentia, ſed ſcienter & ex electione peccaſſe.

4. Sententia Vazq. diſp. 128. cap. 5. & . 6. pecca 62
tũ dari poſſe ſine errore intellectus, ſine prauo imperio, & ſine inconſideratione concluſionis particularis dicentis, aliquid eſſe malũ, aut vitandum &c. non tamẽ ſine defectu intellectus conſiſtente in eo, quod efficacius ſuadeat malum, quam bonum, quia licet voluntas poſſit non amplecti id, quod efficacius vel æque efficaciter ſibi fuerit propoſitum: tamen non poteſt amplecti, quod non fuerit ſibi magis efficaciter propoſitum. Eandem opinionem tenet Azor, tomo 1. lib. 4. cap. 23. q. 5. addens illud iudicium, quo efficacius proponitur voluntati opus malũ, eſſe errorẽ quemdam: ſed non cõtra fidem: quia nihil affirmat, aut negat; ſed ſolum proponit obiectum, vt iucundum, vel vtile: nam voluntas poteſt aliquid velle, eligere, & proſequi abſque vlla rationis enuntiatione: ſiquidẽ puerorum, amentium, & belluarum appetitus ad aliquid proſequendum, vel reſpuendum mouetur; & tamen eorum ſenſus enuntiationes nõ format. Cæterum to. 1. oſtendimus, intellectum noſtrum non iudicare niſi componendo, vel diuidendo, affirmando vel negando: & ſic nunquam moueri voluntatem noſtram ſine iudicio cõpoſitionis. Licet autem detemus, poſſe moueri à iudicio ſimplici, illudque dari aliquando in intellectu: tamen conſtat, communiter moueri à iudicio compoſitionis: & ſiue iudicium ſit ſimplex ſiue compoſitionis ſi eſt

4. *Opinio.*

Digitized by Google

erroneum in materia fidei, vt ſi iudicetur, fornicationem eſſe licitam aut meliorem caſtitate, eſt contra fidem: ergo fornicantes & aliji ſimiles haberent iudicia erronea contra fidem. Deinde id in quo Azor & Vazquez conueniunt, ſcilicet voluntatem non poſſe peccare, niſi opus malũ ſit ei propoſitum magis efficaciter quam oppoſitum impugnatur late à Fonſec. 6. Mer. ca. 2. quæſt. 5. ſectione. 15. cuius impugnationibus omiſſis, quia eas retuli tomo. 1 tract. 6. diſputatione. 1. ſectione. 6. num. 57. & 58. nunc ſolum propono rationes, ob quas alijs hîc idem modus dicendi non
63 placet.

1. Quia non explicat, in quo conſiſtat, illa maior efficacia, & apparet, quoties proponitur aliquid, vt malum, & cauendũ ex præcepto, proponi bonũ maiori cum efficaciaa, quia proponitur, vt præferendũ malo. ¶2. Licet dicamus (id quod eſt valde probabile) proponi aliquid efficaci⁹, eſſe ita proponi, vt magis ad ſe inclinat animũ omnibus pẽſatis & ſic poſſe maiori cum efficacia proponi malum, quam bonum, præſertim in habente prauum habitum, vel paſſionem inordinatam, & carente habitibus, alijsque ad miniculis ad bonum: fatendum tamen eſt, peccatum dari poſſe, licet efficacius proponatur malum, quam bonum, vel æque efficaciter quia, etiam facta eiuſmodi propoſitione, voluntas eſt libera ad eligendum inter vtrumque obiectum: alioqui non eſſet libera quo ad ſpecificationem, quod eſt abſurdum & contra omnes, licet id concedat Vazquez illa diſputatione numero. 14. Conf. ex Auguſt. 12. de ciuit. cap. 6. vbi expreſſe docet, ex duobus ęqualiter exterius, interiusque affectis contingere propter libertatem poſſe, vt vnus cedat tentationi, concupiſcendo mulierem; alius vero non peccet, ſcilicet reſiſtẽdo etiam poſitiue.

Nec D. Thom. quæſt. 9. arti. 1. dicens, volun
64 tatem determinari ab intellectu quoad ſpecificationem, voluit, ex duobus obiectis propoſitis illud tantum eligi poſſe, quod efficacius propoſitum ſit, ſed operari nõ poſſe, niſi circa obiectum propoſitum ſub ratione boni alioqui male diceret D. Tho. paſſimque alij, voluntatem eſſe liberam, quod videns Vazq. ſupra aliter ad argumentum & confirmationem ex Aug. factam reſpondet; nimirum etiã cum efficacius proponitur malum, voluntatẽ manere liberam ad amplectẽdam virtutem, non quidem ſtante eadem cogitatione, ſed quia hoc ipſo, quod voluntas non conſentit peccato, abſque vllo alio reflexo iudicio oritur in intellectu efficax propoſitio virtutis, & ſic voluntas poterit virtutem amplecti. Sed cõtra: nã cur voluntate ſuſpendente omnem actũ oritur potius cogitatio pro virtute quam pro vitio, vel remittetur potius pro vitio quam pro virtute, ita vt virtus efficacius proponatur? Deinde licet totum hoc admittatur, non ſaluatur libertas quoad ſpecificationem, ſiquidem nunquam voluntas in eodem inſtanti & ſtatu eligere prohibito poſſet inter duo contraria obiecta, ſed ſucceſſiue tãtum, in diuerſis inſtantibus, temporibus, vel ſtatibus. ¶3. licet voluntas ſecundum Vazq. ſolum ferri poſſit in id, quod efficacius illi fuerit propoſitum, tamen poteſt non ferri in id, quod efficacius fuerit propoſitũ. Demus ergo, obiectum cadens ſub præcepto efficacius proponi, iam poterit illud non amplecti: ergo poterit peccare peccatum omiſſionis ſine defectu conſiſtente in efficaciori propoſitione mali. Vazquez numero. 15. negat conſequentiã, quia licet in eo euentu volũtas poſſit pure omittere opus præceptum, tamen ea omiſſio non erit peccatum, quia non erit cõtra præceptum poſitiuum, hoc enim non obligat determinate pro illo paruo tempore, quo voluntas omittit & moraliter ſtatim efficacius proponitur ipſum malum: obſcurius vero atque imperfectius ipſum bonum, & ideo ſi ſequatur omiſſio, culpabilis erit, nõ tñ ſine efficaciori propoſitione mali, ſeu minus efficaci propoſitione boni. At vero ego nõ video cur extremo illo tempore, vel inſtanti, quo præceptum poſitiuum viget, non poſſit efficacius proponi bonum, tunc autem cum voluntas ſit libera quoad exercitium, poterit nõ elicere actũ circa bonũ: ergo ſine efficaciori, vel ęque efficaci propoſitione mali poterit eſſe peccatum. ¶4. Sentẽtia hæc eſt aperte cõtra illos articulos Pariſ. nec ſufficit ad explicãda teſtimonia ſẽtẽtiæ D. Th. & Ariſt. quæ in omni peccato ponere videtur, non ſolum ignorantiam, ſed errorem: autem inefficacior: propoſitio boni non ſolum non eſt error, ſed interdum, neque ignorantia, videlicet, quando non oritur ex aliqua incõſideratione, ſed ex habitu & paſsione inclinantibus ad malũ, efficientibusque, vt rationes pro malo efficaciores ſint quam pro bono.

5. Sentent. eſt ſine errore ignorãtia, vel in- 65
conſideratione proprie dictis, & cum perfec- 5. Opin.
ta ſcientia, & cognitione peccatum contingere poſſe. Scot. 4. d. 49. q. 6. & 3. d. 36. q. 1. art. 2. Gab. q. vnica art. 2. p. 2. concl. 3. & dub. 3. & 2. d. 22. q. 2. articu. 3. Henric. quodlib. 1. q. 16. & 17. & quodl. 10. quæſt. 10. & 13. Baſſol. 3. d. 25. quæſt. vnica. §. cõtra iſta arguo, & Argentina quæſt. 1. artic. 2. Alber. 2. p. ſum. tit. 14. quæſt. 88. in fine Ocham. 3. quæſt. 12. art. 3. conc. 2. & artic. 4. cõcluſione. 4. & quodlib. 4. quæſt. 6. Almai. 3. moral. cap. 4. Corduba lib. 2. quæſt. 12. & 13. Mai. 3. d. 36. quæſt. 3. & 4. d. 49. quæſt. 7. & 7. Ethic. cap. 3. §. dubitatur. Marſi. 2. q. 16. art. 1. verſus finem, & art.

Digitized by Google

& attic.2 concl.2. Fauet Auguſt. in id Pſal. 123. *forte viuos deglutiſſent nos*, vbi ait, *viui abſorbentur illi, qui ſcientes malum, & vere intelligentes, ſuccumbunt peccatis*, & in id, Pſal. 68. *fiat menſa illorum coram ipſis in laqueum*, vbi exponit, id eſt, *coram virtutis hominibus qui ſciunt, vitio non eſſe conſentiendum: ſed conſentiunt, ecce nouerunt muſcipulã & immittunt pedem*, & in id Pſalm. 118. *concupiuit anima mea deſiderare, &c.* ait, *præuolat intellectus: ſequitur tardus, aut nullus affectus*, & in ſoliloq. cap. 34. *Miſeri qui neſciunt, quid amittant, & miſeriores vtique, qui ſciunt, quid amittunt, qui cadunt apertis oculis, & deſcendunt in infernum videntes*, & in Enchirid. cap. 22. & lib. 22. ciuit. cap. 1. & lib de Eccleſ. dog. capit. 56. docet, nos aliquando ſcienter peccare, & 12. ciuit. cap. 6. & de prædeſt. & gratia cap. 5. 1. retra. cap. 9. 1. de libero arbitrio cap. 25 lib. 3. cap. 4 lib. 83. quæſtionum quæſt. 68. non ad imperfectam cognitionem: ſed ad libertatem voluntatis peccata refert, & 2. de pecc. meritis cap. 17. ait, *homines peccare, vel quia latet, quod iuſtum eſt, vel quia non delectat*: ergo etiam ſi obligatio præcepti non lateat, poteſt præceptum violari. Vnde Bernard ſer. in Euangelium. Luc 16. de villico iniquitatis ait, *Prudentia eſt cognitio rerum agendarum & fugiendarum, ſuumque habet officium hoc modo, vigilate, quia neſcitis, qua hora dominus venturus ſit, ſuper non ſumus concupiſcentes malorum & hec ſunt officia prudentię, hac villicus iniquitatis non fuit ſecutus*, & ſerm. 1. aduentus dicit, *in affectum malitiæ, & nequitiæ tranſiſſe angelos deſertores nec ex ignorantia aliqua, ſeu infirmitate peccaſſe*, vbi nomine ignorantiæ etiam incõſiderationem includi cenſeo. Ouidius de Medea inquit, *ſed trahit inuitam noua vis: aliudq. cupido, mens aliud ſuadet: video meliora proboq.* Lactantius. 6. diuin. inſt. cap. 5. reprehendit eos, *qui virtutem, ſcientiam eſſe docuerunt, quia fere etiã ij, qui peccant, & ſi non perfecte, tamen quid ſit bonum, & malum ſentiunt, & quoties aliquid improbe faciunt, peccare ſe ſciunt, & ideo celare nituntur &c.* Fauet etiam Ariſt. 2. Ethic. c. 2. & 4. docens, *plerumq. ſcire, quid faciendum ſit parum ad virtutem conducere, quia videmus pleroſque bene ſcientes: ſed male operantes*, & 3. animæ cap. 9. *interdum rationem iubere, aliquid fugere, aut proſequi: hominem autem nõ moueri, nec abſtemperare ſed cupiditate agere*. Fauet etiam id Lucæ. 12. *Seruus ſciens voluntatem domini ſui, & non faciens, plagis vapulabit multis*, & Iacob. 4. *ſcienti bonum & non facienti &c.* & Ro. 14. *Omne quod non eſt ex fide*, id eſt, quod eſt contra ſcientiam, *peccatum eſt*. Prob. etiam tum ex impugnatione præcedentium opinionum, tum quia voluntas poſita quacunque cognitione poſsibili in hac vita, eſt libera ad bonum cadens ſub pręcepto, poteſtque illud non amplecti, quando pręceptum viget: ergo & peccare peccato omiſsionis, imo ſi tunc occurrat aliqua ratio boni in obiecto contrario, poterit illud velle & peccare peccato cõmiſſionis. Confirmat Ocham, quia actus, qui non eſt per ſe primo liber, ſed ponitur neceſſario ad poſitionẽ alterius, non eſt bonus, ſaltem per ſe primo: ergo ſi actus voluntatis neceſſario ſequitur ad actum intellectus, actus voluntatis non erit bonus, ſaltẽ per ſe primo, quod eſt falſum. Dicitur ſaltem per ſe primo, quia ſi actus intellectus fuerit liber & bonus, actus ſequens voluntatis erit bonus ſecundario & per accidens & bonitate ſuæ cauſæ; non vero propria. Si autem actus intellectus non fuit liber, aut nõ fuit bonus, nullã bonitatem habebit ſequens voluntatis actus, poteſt vero ſæpe contingere, vt actus intellectus, vel neceſſarius, vel malus aut forte indifferens ſit, nec enim ſemper eſt imperatus à libera & bona voluntate. Item aliqua peccata ſunt ex ignorantia; aliqua ex paſſione; aliqua ex malitia: ergo aliqua peccata dantur ſine ignorantia. Item aliqui peccant cũ remorſu conſciẽtiæ veræ: ergo non ex ignorãtia, vel inconſideratione malitiæ obiecti. Angeli certe indu centes ad violandum legẽ Dei ſciunt & conſiderant, ſe peccare, quia non amiſerunt naturalem cognitionem practicam, imo & primũ peccatum ſcienter cõmiſerunt.

6 Et vera ſent. (& quę quintæ explicatio & moderatio eſt) fatetur 1. phyſice nullũ poſſe eſſe pecc. niſi præcedente aliqua incõſideratione actuali, non quidẽ qua priuet conſideratione poſſibili in hac vita, ſed in alia, quia cum omni cognitione huius vitæ poteſt phyſice eſſe peccatũ non tñ cũ viſione beatifica, nec cum ea cognitione, & diſpoſitione quã habent animæ Purgatorij vel limbi Patrum vel puerorũ. Et in hoc ſenſu, vel recte ſententis concluſionis, verũ eſt q dicunt Palac. 2. d. 22. in fine Argl. difficultate vltima, & alij communiter peccata dęmonis, vel primorũ parentum non præceſſiſſe ex errore, ſed ex inconſideratione. 2. fatetur, moraliter nullum eſſe poſſe peccatũ ſine inconſideratione oppoſita perfectæ cognitioni poſſibili in hac vita: ſi enim quis attentiſſime conſideraret omnia incommoda peccati, etiã venialis, nõ poſſet moraliter, id eſt facile, illud admittere, ſic intelligo id. Prouer. 14 *Sapiens declinat à malo* & Eccle. 7. *memorare noviſſima tua &c.* & Iere. 12. *deſolatione deſolata eſt terra, quia nemo eſt, qui recogitet corde*. Iſaiæ 5 *Propterea captiuus ductus eſt populus meus, quia nõ habuit ſcientiã*, & cap. 42. *Quis cæcus, niſi ſeruus meus: & ſurdus niſi, ad quẽ nuntios meos miſi. Quis cæcus, niſi qui venundatus eſt: & quis cæcus, niſi ſeruus Domini? Qui vides multa, nõne cuſtodies: Qui apertas habes aures nonne audies &c.* & cap. 57 *mei non es recordata, nec cogitaſti in corde tuo &c.* Pſal. 12. *Illumina oculos meos ne vnquam*

66
6. Sententia
1. Concluſio
2. Concluſio

quam

quam obdormiã in morte. Aug. in id Pſal. 62. *Deus &c. ad te de luce vigilo. Si Deus lumẽ ſuũ ſubtraheret obdormirent omnes,* & in ſoli loq. c. 34. *Miſeri qui neſciũt, quid amittant: & miſeriores vtique, qui ſciunt, quid amittant, qui cadunt apertis oculis, & deſcendunt in infernũ videntes,* & quidã apud Ari. 7. ethi. c. 2. dixere, omnes virtutes eſſe ſciẽtias, & omnia peccata ignorãtias, quas aliquomodo verũ dixiſſe, quia omne pecc. oritur ex aliqua ignorantia, ait D. Th. q. 77. a. 2. Prou. 1. *vſq. quo paruuli diligitis infantiã, & ſtulti, quæ ſibi ſunt noxia, cupient & imprudentes odibunt ſcientiã &c.* & c. 4. *via impiorũ tenebroſa &c.* 1. Ioa. 2. *omnis qui odit fratrẽ ſuũ, in tenebris eſt, & neſcit quo eat, & tenebræ obcæcauerunt.* Dan. 13. *auerterunt ſenſũ ſuũ: & declinauerunt oculos ſuos, ne viderent cœlũ &c.* Pſ. 88. *homo cũ in honore, nõ intellexit &c.* de quo Baſil. concio. 13 Pſ. 95. *intelligite inſipientes in populo &c.* & ſapiẽtiæ nomine intelligi ſolet virtus; ſtultitiæ vero peccatũ & peccatores appellantur inſipiẽtes vide Eccl. 1. & 2. & Chryſ. ita explicat id Rom. 7. *quod operor nõ intelligo,* quaſi *Paulus dicat, ſe peccare deceptũ*, quia non habebat apertiſſimã ſcientiã, & 1. Cor. 3. lio. 9. ad finẽ, *nihil tã ſtultũ, fatuũ & ratione carens, quã peccatũ* Baſil. in id Pſ. 37. *putruerunt &c. à facie inſipientiæ meæ,* ait, *inſipientiã ſuã ſtultũ factũ nominat ab inſipientia procedens: omne enim peccatũ per ſtultitiã fit.* Idẽ videtur dicere Amb. in id Ro. 8. *qui ſecũdũ carnẽ ſũt, quæ carnis ſũt ſapiũt.* 1. Reg. 11. Naas noluit inire fœdus cum filijs Iſrael, niſi ea lege, vt erueret oculos eorũ dexteros, ſic dæmõ homines excæcat, vt peccent: & Socrates apud Ariſt. 7. ethi. c. 2. dixit, nullũ ſapientẽ peccare, ſed tantum ignorantes. Ariſt. 7. Ethi. c. 2. 3. & 10. & 2. magnorum mor. c. 7. incontinentem ideo peccare, quia non attente conſiderat, quę habitu nouit: nam paſſio inſurgẽs, illũ excęcat, quod etiã & per ſe & per paſſionẽ quã excitat, efficit prauus habit' & act'. Vnde 6. Ethi. c. 13. ait, Ariſt. vitium prauum errare circa agibilia, quia prauitas illum errare facit, & ſic intelligo id quod ait, 3. Ethic. cap. 1. *omnis prauus eſt ignorans,* ſcilicet conſequenter, quia prauus habitus facit illum ignorare, vel etiã errare, vt exponit Maior. 7. Ethic. cap. 3. huic conſonat Henric. ſup. dicens, ex peccato deriuari defectum, & obſcuritatem quamdam in intellectu, quod quidem non ſolum accidit ex prauo habitu, vel paſſione, ſed ex diuina iuſtia negante illuſtrationes, & permittente errores & ignorantias propter peccatum præteritum. Id Prouer. 14. *errant, qui operantur malum,* melius exponitur cũ Adriano quodlib. 4. art. 1. ad. 2. Maior. 7. Ethi capit. 3. & Burid. lib. 3. q. 5. ad primum Zumel illa conclu. 7. q. 77. art. 2 diſp. vnica & multis Thomiſtis, & authoribus quintæ opinionis de errore motum, ſeu affectus intentionis, vel electionis, quo dicitur quis metaphorice errare, deuiare, & declinare à fine & ſcopo, vel à via, quæ ducit ad Deum, & ſalutem iuxta id ſapientię. 5. ergo *errauimus à via veritatis.* Iſaię. 53. *omnes nos quaſi oues errauimus.* Pſ. 118. *erraui ſicut ouis quæ perijt* id vero, quod ait Ariſtot. 6. Ethic. cap. 5. in arte qui ſua ſponte peccat, magis eſſe expetendũ: circa prudentiam vero minime, quemadmodum & circa virtutes, ſignificat eum, qui ſpõte facit res artificiales defectuoſas, maiorem eſſe artificem, quia ſcit illas efficere cum defectibus & ſine illis & vtrumq. ad artem pertinet, qui vero res morales agit cum defectibus, ſi id facit ſponte & ex induſtria, eſt imprudentior, nõ quidem in cognitione, ſed in ipſo opere: errat enim à ſcopo, quem prudentia intendit, quod vero ait, Ariſt. 7. Ethic. ca. 3. *poſito aſſenſu concluſionis practicæ particularis, neceſſario ſequi operationem, intelligitur* ſuppoſita volũtate efficaci faciẽdi, quod intellect' cõcluderet eſſe faciendum, vt exponit Adamus 1. quæſt. 10. Zumel illa concl. 7. Burid. ſup. qui tamen falſo docet, voluntatem non poſſe eligere fornicationẽ ſtante hoc iudicio cõparatiuo, præferenda eſt illi virtus, male etiam Adrianus ſup. ait, voluntatem non poſſe non ſequi dictamen, quo aliquid agendum iudicatur, meliusq. Palud. 3. diſt. 36. quæſt. 2. art. 1. ad finem, Ouandus propoſitione. 3. Scotus & alij docent prudentia iudicante aliquid eſſe faciendum, voluntatem poſſe non tantũ omittere, ſed etiã oppoſitum facere. Cõſentit dictis Sayrus lib. 2. ca. 9. nu. vltimo docens poſſe eſſe peccatum ſine errore intellectus, & cum actuali conſideratione prauitatis obiecti.

3. Fatetur hæc noſtra ſententia, poſita ſcientia media omne peccatum eſſe ex ignorantia oppoſita cogitationi cõgruæ, cum qua Deus 63 ſcit, ſi poneretur fore vitandum peccatum. 3. Con. 4. Hæc ſentent. affirmat peccatum eſſe poſſe ſine errore intellectus & cum actuali conſideratione malitiæ obiecti etiam in particulari in quo hæc ſent. conuenit cum 4. 5. & 6. & partim cum alijs hanc etiam concl. docent citati ante. 2. opin. & Suar. atque Fonſeca ſtatim citandi. Nam Sua. to. 1. metaphy. diſputatione 19. ſectio. 6. recte oſtendit voluntatem in ſua operatione à nullo iudicio intellectus determinari: ſectione autem. 7. optime etiam docet poſſe eſſe peccatum in voluntate ſine vllo præuio iudicio falſo intellectus, ſiue practico, ſiue ſpeculatiuo, neque obſtare illud Ariſt. *omnis prauus eſt ignorans,* tum quia nõ loquitur Ariſt. de errore, ſed de ignorãtia; tum quia licet loqueretur de errore, poſſet intelligi de errore conſequente. Neque item obſtare id ſapientis, *errant qui operantur malum,* quia etiam de errore conſequente, vel de errore viæ poteſt explicari. Bene etiam dicit mora-

moraliter loquendo nunquam voluntatem labi quin præcedat inconſideratio aliqua plurium rationum vel motiuorum, quæ poſſent voluntatem continere à prauo affectu, & de hac incõſideratione ait, poſſe intelligi Ariſt. imo de ea intellecta eſſe verba Sapientis à D. Thom. 1.2.q.78.arti.1.ad.1. Addit Suar. probabile eſſe, ex conſenſu libero voluntatis circa res agendas, ex neceſſitate ſequi in intellectu iudicium practicum, quo res ſimpliciter & abſolute faciendæ eſſe iudicantur, quod falſum eſt, quando res mala eſt, & ideo omnis peccans errat neceſſario ſtatim, errore conſequente peccatum voluntatis. Si autem petas, cur ſemper & neceſſario ad conſenſum, circa res agendas conſequatur iudicium, quo ſimpliciter & abſolute faciendæ iudicentur? R. videri neceſſarium. ¶1. Ex naturali ſympathia & conſenſione harum potentiarum, quæ neceſſaria fuit, vt homo poſſit melius exequi, quod faciendum decernit. Deinde vt ſibi met notificet, ſeu promulget ſuum cõſenſum, quẽ antea ſcire non poterat & hoc, inquit eſt imperium, quod D. Thom. ponit in intellectu poſt efficacem electionem volũtatis. Si vero conſenſus non fuerit de re agenda, ſed ſimplex amor, tunc in intellectu non ſequitur iudicium de re agenda, quod ſit quaſi impulſiuum ad opus: ſequitur tamen iudicium de tali conſenſu iam exhibito, & dici poteſt quaſi quædam ſcientia approbationis, qua homo ex vi praui conſenſus liberi, quaſi approbando illum conſenſum, iudicat id ſibi eſſe diligendum. Illud tamen non poteſt dici imperium reſpectu talis conſenſus volũtatis, quia non imperatur, quod factum eſt, ſed quod faciendum, vt recte notat D. Thom. 1.2.q.17.art. 3. Hæc Suarez, cum quo ſentio poſt actũ ſiue bonum, ſiue malum ſæpe ſequi in intellectu iudicium approbationis, quia in voluntate eſt quædam naturalis propenſio & inclinatio ad approbandas & iuſtificandas proprias determinationes præſentes, aut præteritas & ita imperat ſæpe intellectui talem aſſenſum, quando oppoſitum non repræſentatur vt euidens, & ita ex peccato voluntatis ſæpe ſequitur error vere & proprie dictus in intellectu vt ſuperius dicebamus. Id tñ non eſſe neceſſarium nec perpetuum. Quod euidenter probatur. ¶1. Quia vt voluntas intellectum applicet ad iudicandum de aliquo, requiritur reflexio quædam in iudicium vt ex S. Thom. docet Ferrarien. 2. Contra gen. ca. 48. ratione. 3. hæc vero reflexio non ſemper datur, vt experientia conſtat. ergo nec talis applicatio voluntatis: maxime, quod hîc etiam ſuper actum voluntatis approbandum reflexio fieri deberet. ¶2. Quia ſæpe, imo fere ſemper, cũ homo peccat, habet iudicium contrarium: quo nimirũ iudicat, talẽ operationẽ internã & externã eſſe malã & ſimpliciter ommittendã: ergo non poteſt habere illud iudiciũ approbationis. ¶3. Quia ſæpiſſime & tunc & poſt euidenter repræſentatur oppoſitũ: ergo nõ poterit à volũtati trahi ad tale iudiciũ. ¶4. Quia licet eo tẽpore, quo probabiliter tantũ repræſentatur, aliquid eſſe malũ, volũtas poſſit determinare intellectũ ad iudicãdũ oppoſitũ ex aliqua apparẽti ratione, tñ hoc facit volũtas nõ per actũ, quo amplexa eſt malũ obiectũ, ſed per alium actũ, qui nõ neceſſario, nec ſemper ſequitur ex illo: nulla enim eſt neceſſaria cõnexio inter iſtos actus: ergo non ſemper, neq. neceſſario ad actũ malum volũtatis ſequitur iudiciũ approbationis: & alioqui ſemper, aut fere ſẽper eſſet in peccãte iudiciũ hæreticum: quia iudicium, quo ſimpliciter iudicaret, illud eſſe vel fuiſſe faciendum, vel diligendum, communiter eſſet hæreticum. ¶5. Quia nõ eſt neceſſe, vt, qñ voluntas habet aliquẽ actum, intellectus id ſciat, licet autẽ ſæpe id aduertat; raro tñ id aduertit, impellẽte voluntate: ſed quia ipſi actus per ſe, vel per ſpecies, quas producunt, naturaliter mouent ad ſui cognitionẽ, & ita ad id nihil confert ſympathia harum potentiarum, ſed ad hoc, vt voluntas poſſit mouere intellectum ad intelligendum, qñ illi repræſentetur, talẽ motionẽ expedire. Deniq. licet admitteremus tale iudicium non deberemus dicere, eſſe imperium poſitum à D. T. quia vt docuimus, tract. 6. imperium illud eſt diſtinctum ab omni iudicio & ſecundum D. Th. & veritatẽ nõ ſequitur neceſſario ex electione.

Vide quæ dixi to. 1. tract. 3. de volunt. & in- 69
uolũt. diſp. 3. ſect. 2. n. 141. & 142. vbi docui, poſſe dari peccatũ in voluntate ſine præuio errore intellectus & ſine præuia incõſideratione malitiæ obiecti; imo & ſine vllo errore conſequente ipſum peccatum, & retuli Fonſecã. 9. Met. c. 2. q. 4. docentẽ, poſſe dari p. ſine vllo errore formali intellectus præcedẽte: ſed nõ ſine errore virtuali & interpretatiuo, qui eſt imperfecta cõſideratio malitiæ & incõmodorũ, quę ſecum affert peccatũ; nec ſine errore cõſequente, quo peccans, ſuum peccatũ approbat. Primũ modũ erroris conceſſimus omni culpæ antecedere. Admiſimus etiã, ſæpe, non tñ ſemper ſubſequi errorẽ illum approbatiuũ peccati. Peccato vero obſcurari ſæpeq. decipi intellectũ patet ex Ariſt. 3. ethi. c. 4. vbi ait: *pleriſq. autẽ vulgo hominibus deceptio ſit propter ob voluptatẽ videtur, quibus ſ. voluptas, licet non ſit, bonũ tñ eſſe: et eligunt n. iucũditatẽ quaſi bonũ, acdolorẽ vt malũ fugiunt, &* c. 5. *qualis vnuſquiſq. eſt, talis et videtur finis* Ad quod multa alia adduci poſſent ex eodem lib. & ex lib. 6. & 7. & iam in 2. cẽn. aliqua ex Ariſt adduximus: quibus adde id, quod ait, 1. Rhet. ad Theodectẽ c. 1. *amãtibus & o..ẽ-*

tibus

tibus non eadem videntur. Vida atiam ca. 9. &.6.
ethic.cap.5.vbi ait, vitio corrumpi exiſtima-
tionem prudentiæ. Ad idē ſunt id Sap.2. excæ-
cauit eos malitia eorum, & quę de cæcitate
& caligine mentis, quæ eſt in peccatoribus,
ſcribunt D.Tho.2.2.q.15.artic.1.&. 2. Proſper.
2.de voc. gen. capit.27. Sayrus multos citans
lib.2.cap.9.in fine, & nos adduximus concl. 2.
ſic poteſt intelligi Bonauent.2.d.41.art.2. q. 2.
in fine dicens.peccatum inchoari, non tamē
cōſū mari ſine inordinato iudicio intellectus

SECTIO. IX.

An peccata commiſſa ignoranter, ſint eiuſdem ſpeciei cum commiſsis ſcienter.

70 *1.Opinio.* DE hac re agunt Caiet.hac q. 76.a.
4.vbi Medi. Zumel ibidem diſp.
1.& quæſt.72.art.9.diſp.1.Medi. q.
19.a.6 Vaz.diſp.101.Vala.diſp.2.q.
16.pun.4.§.ex differentijs & diſp.6.q.6. pun. 5.
§.ſupereſt. Cord.lib.2.q.24.Anglas.2.d.22.q.2.
a.4.diffic.5.& d.27.q.3.a.3.diffic.7.in fine. Her.
2.diſp.35.q.vlt.Sayr.lib.2.c.9.num.37.& ſaqq.
Caſtro.2.de lege pœna.cap.14.poſt.2. propoſi.
Couar.c.Alma.p.1 § 10.n.16. præſertim verſic.
illud ſane & ſeq.Azot to.1.lib.1 c.14.q. 6.7. &
8.&.10.& alij referendi, & nos egimus de hac
ra to.1.tract.7.diſput.3.ſectione.3.& in hoc to.
& tract.diſp.5.ſect.15. Vnde brauiter dico, in
hac te duas eſſe ſententias, altera eſt Caieta.
q.72 a.vlt qui eſt.9 &.2.2. q. 53. a.2.circa ad.3.
aſſerentis.1.ſi peccata ſint contra ius naturale
eiuſdem ſpeciei eſſe, ſiue cōmittantur ſcien-
ter ſiue cum ignorantia talis iuris: & in hoc
conueniunt omnes, vt ait Sayr.ſupra, ſed ra-
tio, qua vtuntur Caietan. Sayr. & alij non
nulli, ſcilicet, quia in vtroqua euentu
idem eſt obiectum & ſecundum eandem ra-
tionem, ex qua actus ſumit malitiam fri-
uola eſt & inanis vt poſtea videbimus a-
liam rationem communem omnibus igno
rantijs aſſignantes. ¶2. Ait Caiet.quādo pec-
cat aliquis cum ignorantia facti, peccatū eſt
diſtinctum ſpecia à commiſſo ſcienter. ¶3.
Idem ait, de peccato commiſſo cum igno-
rantia iuris poſitiui. Secundum & 3. dictum
moderatur quæſt. 76. articul. 4. dicens, tunc
peccatum ex ignorantia factum reduci ad
eandem ſpeciem, quam habet factum ſcien-
ter: quod quidam ita intelligunt, vt omnino
ſit eiuſdem ſpeciei: ſed fortaſſe ſolum vult,
reductiue pertinere ad illam ſpeciem, ſicut
embrio leonis ad leonem, quamuis differant
ſpecie. Sayrus ſupra; partem huius opin. Ca-
ietani alijs tribuit dicens, peccatum factum
ex ignorantia facti, eſſe eiuſdem ſpeciei cum
facto ſcienter, non ſolum reductiue, vt di-
cunt Caietan. Corduba, & Medina, ſed etiam
ditacte, vt affirmant Angles Valentia & Vaz-
quez. Item peccatum factum ex ignorantia
iuris poſitiui eſſe eiuſdem ſpeciei cum facto
ſcienter, *vt contra Caietan. & Angles tenent Me-
dina, Valentia & Vazquez.* Azor autem aliter
refert ſenteutias Cordub.& Medi. ¶2. Opin.
Caſtri, & Couarrub.ſupra, aſſe dicitur, ſi quis
det operam rei illicitæ & ex ignorantia cul-
pabili ipſius ſequatur homicidium, pecca-
re peccato homicidij: ſi autem licitæ, ſolum
peccare peccato nagligentię, nimirum con-
tra ſtudioſitatem. Hanc ſantentiam tribuit
illis Vazquez ſupra.

Ego generaliter canſeo, peccatum com- 71
miſſum ex ignorantia, eſſe eiuſdem ſpeciei *2. Opinio.*
in eſſe moris cum facto ſcienter, ſiue igno-
rantia ſi iuris, ſiue facti; ſiue iuris poſitiui, ſiue
naturalis, ſiua homo det operam rei licitæ,
ſiue illicitæ. Probatur quia ſpecies moris in *3. Opinio*
peccatis non ſumitur ex obiecto motiuo, vt *auctoris.*
ipſe Caietan.fatetur, nec ex obiecto termi-
nante ſecundum ſe vel in ſe vt ipſe falſo pu-
tat. Nam licet ſpecies naturæ ex obiecto mo-
tiuo & terminatiuo in ſe ſumenda ſit, tamen
ſpecies moris in peccatis ſolum ſumitur ex
priuatione conformitatis ad rationem, regu-
lam, ſeu legem: ſeu ex oppoſitione cum iſtis
viſa in ſe val in cauſa, aut quæ præuidari de-
buerit, & potuarit: talis autem oppoſitio ea-
dem eſt in his omnibus euantis: ergo & eadē
ſpecies malitiæ moralis. Ita genatatim do-
cent Vazquez, Azor, Sayr. Vale. ſupra & alij
communiter, & ſumi poteſt ex ijs, qui di-
cunt, ebrio, qui potuit & dabuit præuidere pe
riculum inceſtus val homicidij, imputari. Da
maſcen.2.fid.cap.24.Orig.Hieronym. Ambr.
Theodor.& alij dum agunt de inceſtu Loth,
D.Thom.q.76.a.4.ad.2.et.4. Alb. 2. p. tractat.
14.q.88.Alan.2.p.quæſt.105.m.3.artic.3.in fina.
Bonau.2.d.22.verſus finem.Durand.q.4.Rich.
artic.2.quæſt.3.de quo multa Caietan. et alij
locis citatis nos diſp.5.ſect.14.Sayr.cap.illo. 9.
numero.41.at.42.Herrara.2.diſput.35.quæſt.23
Azor tomo.1.lib.1.ca.14.quæſtione.3.et.10.

Herreta ſupra limitat noſtram ſantentiā 72
ad effectus, qui per ſe ſequuntur ex ignorātia
voluntaria et culpabili: nam ſi ſequantur per
accidens, putat eſſe in alia ſpecie moris, vt
in ſpecie incautæ ſagittationis, vel inobe-
dientię. Sed hoc, ſine fundamento dicitur:
maxime cum hi effectus, quando ſequūtur ex
ignorantia, ſemper ſequantur ex ea per ac-
cidens, ſcilicet, tanquam ex remouente pro-
hibens, videlicet ſcientiā, qua poſita non fie-
rent. Vtcumque ſit, qui ex ignorantia vincibi
li occidit aliquē, peccat cōtra iuſtitiā, et tane
tur reſtituere. Say.cū Vaz.et Angl. Probo: quia

peccat

Digitized by Google

peccat peccato homicidij, vel alio peccato
iniuſtitiæ.Nequecredo id negaret Caie. quá-
uis id deberent negare Couar.Caſtro & Her-
rera in illis caſibus, in quibus ſentiunt ſolú
eſſe peccatum contra ſtudioſitatem, vel obe-
dientiam.Similiter, qui ex ignorantia culpa-
bili aliquem occidit, incurrit irregularitatē
vt ait Sayr.cum Caiet.q.72.a.9.& q.76.a. 4. &
Vale.diſp.6.q.6.pun.3.quanuis Caie. parũ cō-
ſequenter loquatur, nam irregularitas ſolum
ponitur pro culpa homicidij:ipſe autem, quá
do ignorantia eſt facti, non agnoſcit culpam
homicidij, niſi reductiue. Aduerte autem. 1. ſi
quis in ignorantia præuideat periculum pec-
cati, ſed neſciat, an futurum ſit homicidium,
vel furtum, peccatum fore eiuſdē ſpeciei in
eſſe moris cum ea, quam habet hic actus, vo-
lo cōmittere peccatum furti vel homicidij,
qui actus ſm̃ aliquos pertinet ad iniuſtitiam
commutatiuá quæ comprehendit furtum &
homicidium. Si vero actus eſſet volo cōmit-
tere furtum, vel fornicationem, difficile eſſet
aſſignare, cuius vitij eſſet, & aliqui dicerent,
eſſe iniuſtitiæ legalis; alij inobediētiæ.¶2. Ad-
uerte licet abſq. pertinacia nō ſit homo hære
ticus, vt ſuperius diximus: tñ aſſenſus cōtra ar
ticulos fidei cōtinens culpam, eandem ſpeciē
malitię habet, quá aſſenſus conſtituens homi
nem hæreticum, ſicut enim exponere ſe peri-
culo homicidij habet malitiá homicidij: ita
exponere ſe periculo hæreſis per ignorantiá
culpabilem, habet malitiam hæreſis, licet in
gradu inferiori. Ex quibus patet, explicádum
eſſe in confeſſione, cuius peccati periculum
in ignorantia culpabili ſit cōmiſſum: alioqui
enim non explicaretur peccati ſpecies.

SECTIO. X.
V. ignorantia excuſet a pœna legis.

73 EXtra controuerſiam eſt, ignorá-
tiam, quę excuſat omnino a cul-
pa aliqua excuſare omnino à pœ
na proprie dicta reſpondente illi
culpæ, pro qua impoſita eſt ipſa pœna: ſecus à
pœna improprie dicta, quæ ſine culpa inter-
dum contrahitur. Vtramq. partem docet late
Sayr.2.p.Theſauri li.2.c.9.n.24.vſq.ad.29.pro-
ferens multos auctores & deducens ex vtraq.
parte multa corolaria, quę omitto; quia res
eſt clara: de qua etiam videri poteſt Suar.3. p.
to.5.diſp.4.ſect.8.& Sanchez.9.de matri. diſp.
32.num.15.& prior pars colligitur ex cap. 2. de
conſt. vbi dicitur *rem, quæ culpa caret, in damnũ
vocari non conuenit*, Quod paulo inferius appli
catur ad rem, quæ ob ignorantiam culpa ca-
ret, & in excommunicatione ita diſponitur
cap.ſi vero de ſentent.excommunic. & cap.
excellentiſſimus.11.quæſt.3.aliqui etiam addu
cunt tex.in cap.vt animarum ſeu.2.de conſti.
in 6.ſed hic textus varias habet interpretatio-
nes vt videbimus. Hinc irregularitas homici-
dij caſualis ſeu non intenti nec præuiſi, quæ
vere eſt pœna, non incurritur ſine culpa illi
reſpondente, qualis autem debeat eſſe illa
culpa, vt incurratur, vidimus diſp.5. ſectione
16. Hinc etiam quia ignorantia concomitans
inuincibilis poteſt omnino excuſare à culpa,
etiam poteſt excuſare ab excommunicatio-
ne, vel alia pœna reſpondente illi culpæ, vt
cum multis diximus contra paucos aliquos
quibus conſentit Lelius Zechus in obſerua-
tionib. circa caſus reſeruatos caſu. 1. qui eſt
de excommunicatione.

Eſt tamen grauis difficultas, an quando da
tur ignorantia inuincibilis circa ius cano- 74
nicum, quo excommunicatio eſt conſtituta;
nulla tamen datur ignorantia circa ius diui-
num naturale, vel poſitiuum, is, qui peccat
contra tale ius diuinum ſcienter, incurrat
excommunicationem. Prima ſententia affir-
mat, pro qua Azor to.1.lib.1.c.15.q.3.refert Sco
tum Gabr. Adria. Maior. Cordub. Gloſſ. Ioan.
Andr. Ancarr. Imol. Couarrub. Barth. Bald.
Cyn. Socin. Iaſon, & Roſſell. & ponit eorum
fundamenta, potiſſimum eſt, quia talis igno-
rantia non liberaret ab alijs pœnis, vt tractat
Azor eod.capit. quæſtione.1.&.2.ergo nec ab
excommunicatione, & cæteris cēſuris, 2. Opi
nio, quam Azor eligit, affirmat, in eo euentu
non incurri excommunicationem etiã Pon-
tificiam, pro qua opin.citat Sotum Ledeſmã
Caſtrum, Ang. Antoninum, Sylueſt. Tabien.
Butrium, Pan. Decium Felin. & alios apud
Couarrub. & Adrianum. Hanc opinionem
tenent etiam Nauar.capit.27.num.16.& ſeqq.
Herrera.2.d.35. quæſt. 21. præter citatos refe-
rens Driedonem.2.de lib.Chriſtia. pag. 246.
eandem tenet Toletus.1.ſummæ cap. 8. circa
finem. Angles.2.d.22.quæſt.2.articu.3. diffic.3.
Valent.3.par. diſp.7.quæſt. 17. puncto.7.Sayr.
1.part.theſauri lib.1.capit.8. Victor.quæſt.8.de
excommun. Suarez 3.par.tom.5.diſputatio. 4.
ſectione.10. Sanchez, tomo. 3. de matrimon.
lib.9.numero.9.citans multos alios.

Quinimo ex auctoribus primæ opinionis
hanc in ſtatutis & ſententijs ordinariorum 77
concedunt Gloſſa, Ioan. Andr. Bartho. Imol.
Adrian. Maior, Anchar. Roſel. & Cordub. li-
cet in alijs negent, quia in cap. vt animarum
de conſtitu.in.6. dicitur. Vt animarum peri-
culis obuietur, ſententijs per ſtatuta quorum
cunque ordinariorum ligari nolumus igno-
rantes, dummodo eorum ignorantia craſſa
non

Digitized by Google

non fuerit aut ſupina: ergo à contrario ſenſu, alijs ſententijs ligantur ignorantes, etiam ſi eorum ignorantia non fuerit craſſa aut ſupina. Sed Reſpon. Azor, argu. à cõtrario ſenſu non ſemper eſſe firmum, præſertim ſi ex ipſo iure contrarium colligitur, aut ſpecialis ratio oppoſitum prorſus oſtendit, vt in propoſito, quia excommunicatio non incurritur ſine cõtumacia, ſeu voluntaria inobedientia Eccleſiæ cap. nemo Epiſcoporum. 1. quæſtione. 3. & cap. ſacro. de ſentent. excommunic. & Matth. 18. Si Eccleſiam non audierit, &c. Alij vt Syluest. excommunic. vltimo. quæſtione. 13. & Lopez quæſtione. 13. de clauibus Reſpondent, nomine ordinariorum ibi comprehendi etiã ſum. Pontifi. hos reijcit Azor, quia in iure ordinarius non appellatur, niſi is, qui in certa ciuitate, prouincia, vel loco iuriſdictionem certis limitibus contentam, & velati quibuſdam cancellis circunſcriptam habet, pro quo etiam poſtea Sanchez referemus. Alij vt Zechus de caſib. reſeruatis caſu. 1. reſpondent, licet text. ille ſolum loquatur de ſtatutis ordinariorum, non comprehendendo Pontificem: tamen quia text. ille non conſtituit nouum ius, ſed declarat ius commune & naturam excommunicationis, quæ ex ſe petit contumaciam, extendi debere ad excommuniones latas à Pontifice, & alijs quibaſcumque. Hoc etiam excludit Azor, quia reuera text. non declarando, ſed ſtatuendo procedit, vt patet ex illo verbo, *nolumus*: ergo nouum ius condit, quod in ſolis ſententijs ordinariorum locum habet, maxime cum non loquatur de ſola excommunicatione & alijs cenſuris, quæ ex ſe petunt contumaciam; ſed generatim & indiſtincte de omnibus ſententijs: ergo illis non ligantur ignorantes inuincibiliter ſtatuta ordinariorum, etiam ſi culpam committant illis ſtatutis vetitam, quia etiam eſt vetita iure diuino naturali, vel poſitiuo, circa quod non eſt ignorantia inuincibilis, vt ſupponimus.

76 *Opinio authoris.* Vnde mihi dicendum videtur, textum cõſtituere nouum ius ſolum habens locum in ſtatutis ordinariorum: tamen nomine ignorantiæ craſſæ & ſupinæ non intelligi quacumque vincibilem, aut culpabilem etiam mortaliter. Ita plane ſentit Azor, & expreſſius Sotus. 4. diſtin. 28. quæſtione. 1. artic. 2. verſ. ex his primũ.n, quam poſtea ſecuti ſunt Medina, quæſtione. 76. articulo. 3. ad finem. Zumel articulo. 4. diſput. 3. & 4. Graſſis. 1. parte deciſionum lib 4 capite. 9. num. 20. & ſequentibus. Herrera. 2. diſput. 35. quæſtione. 21. citans pro illa Adria. Caſtr. Ledeſ. Maio. Angel. Feli. & But. Nauarr. & Driedo. Sed hi (in Suar. non explicant ignorantiã craſſam & ſupinã diſtingui à vincibili & culpabili etiam mortaliter. Et quamuis Sotus, quem ſequitur Graſſ.) dicat, nobiles auctores idem tradidiſſe, tamen nullum profert, imo poſtea diſtin. 22. quæſt. 1. articulo. 2. nullam mentionem facit huius opinionis, nec diſtinguit inter ignorantiam craſſam & culpabilem: nec ego (inquit Suarez illa diſput. 4. ſectione. 10. num. 7. & 8. reperio alios auctores, qui priorem huius opinionis partem affirment, ſcilicet etiam ſi ignorantia iuris Eccleſiaſtici vincibilis ſit, poſſe non incurri excommunicationem ordinarij: ſed omnes docent contrarium, vt videre licet in Nauarr. Couarrub. Vgolino, & alijs, quos ipſi citant. Imo & Syluest. qui in contrarium adducitur à Ludouico Lopez tractatu de claub. quæſtione. 13. licet hoc indicet obſcure: non tamen id affirmat. nam quamuis verbo, ignorantia. §. 8. & excommunica. 2. not. 3. & excommuni. vltimo, quæſtione. 3. dicat ignorantiam, quæ eſt ex negligentia excuſſare, craſſam vero & ſupinam non excuſare: tamen hoc probat, quia excommunicatio non incurritur, niſi pro mortali: ergo nomine ignorantiæ negligentis non intellexit mortalem: ſed veniale. Hæc Suar. Sed quãuis male Angelus eo arg. probet ſuum intentum; tamen Syluest. illum referens, non approbat illam eius rationem, ſed concluſionem propter alias rationes quas ipſe Angel. adducit. Nec poteſt dubitari, ſi attente ligantur, quin ſentiant, ad incurrendas eiuſmodi excommunicationes non ſufficere quamcumque ignorantiam lethaliter culpabilem: quoniam requirunt eã, quæ procedat ex lata culpa & ſit dolus præſumptus, vt iura loquũtur. l. 2. §. & generaliter. ff. de doli exceptione. Vnde Thomas Sanchez. 9. de matrimo. diſput. 32. num. 31 32. & 33. relata ſententia Suarez ab illo diſcedit quantum ad hoc, dicens, ignorantiam mortaliter culpabilem in iure eſſe duplicem; alteram negligentem tantum, alteram craſſam & ſupinam: & hanc requiri putat ad incurrendam cenſuram, & pro hac ſententia citat Syluest. Angel. Tabien. Ioann. Andr. ſpeculat. Gloſſam, Ancharranum, Butrium Francum, Antoninum, Petrum Nauarram, Ariam Valderas; Graſſis, Sotum, & Caſtrum, & dicit, ſe latius probare hanc diſtinctionem ignorantiæ lib. 1. ſuæ ſummæ cap. 16. numero. 7.

Ait etiam Sanchez num. 9. ignorantiam, quæ non fuerit craſſa & ſupina, excuſare non ſolum ab excommunicationibus ordinariorum particularium; ſed etiam Pontifi. vel quia in illo capite. 2. de conſtit. in. 6. 77

intelligit nomine ordinariorũ, vt docet Syl. & Lopez, vel (quia id merito improbauerat. n.8.) quoniam eadem eſt ratio tex. ſcilicet, vt periculis animarum obuietur, imo & maior, quia Pontificiæ conſtitutiones minus publicantur, atque facilius & iuſtius ignorantur. Hoc valde eſt probabile. pro quo innumeros auctores referr. n.9. ſed mihi eſt, valde probabile, & conſonum textui, vt non extendatur ad Pontificias conſtitutiones, quia Pon. ob reuerentiam ſuorum ſucceſſorum, aut etiam prædeceſſorũ & quia eorũ cõſtrutiones ſunt cõmuniter iuſtiores & maioris momenti, ac pauciores noluit quicqua circa illas ſtatuere ſed ſolũ circa alias: vel quia vt ait Lelius Zec. in 1. caſu reſeruato ex Doct. d. c. 2. de cõſt. in 6. iura priuata magis ignorari ſolent, intellige à peregrinis, qui tamen illis etiam ligantur, vt tract. de legib. oſtendemus.

Sed an iguorantia non craſſa nec ſupina ipſius excommunicationis ſufficiat, ſine ignorantia iuris, ad excuſandum a cenſura etiam ordinarij: Multi, quos citat Sanchez ſupra n. 12. negant: quod ipſe putat probabile: ſed probabilius patet. n.13. & 32. cum Suarez illa diſput. 4. ſect. 9. num. 19. & cum alijs multis, ſufficere ignorantiam non craſſam nec ſupinam cenſuræ: quod videtur Emanu. Sa, verbo ignorantia. n. vnico, dicentis. Ignorantia iuris vel facti excuſat à pœna legis, vt cũ quis peccat: ſed ignorat poſitam à lege pœnã: abeſt enim contemptus legis. Hoc etiam mihi videtur ſatis probabile, & conſonum illi textui.

Diſputat etiam Sanchez, an hoc ad alias pœnas extendendum ſit, & affirmat, extendendum eſſe ad pœnas ſpirituales, quales ſunt cenſuræ & irregularitas. Vide illum. nu. 20. 21. & 31. vbi pro hac ſententia multos adducit, licet pro contraria, quam putat probabilem referat alios. De pœnis nõ ſpiritualibus, idem putat probabile cum multis id tenentibus, ſed probabilius oppoſitum, quod tenent alij. Sa quidem in verbis nunc citatis de omnibus affirmat & Azor tomo. 1. lib. 1. cap. 15. q. 3. & Suarez illa diſput. 4. ſect. 10. in fine, quamuis exiſtimet, nomine ignorantiæ craſſæ & ſupinæ omnem mortalem debere intelligi.

Alia circa hanc ſectionem videri poterunt in Suarez, Sanchez, Azor, & alijs, quos citauimus, vel ipſi citant: quia non poſſumus modo hæc perſequi exacte tractare, ne volumẽ in immenſum creſcat, & ne hîc omnia, quæ ad alia pertinent loca, inuoluamus.

SECTIO. XI.

In qua leuiores aliæ quæſtiones de ignorantia breuiter diſcutiuntur & aliæ ad alia loca remittuntur.

HIC poſsit tractari multæ quęſtiones de ignorantia, quas, quia ad alia loca pertinent, in quibus tractatę, aut tractandę ſunt, vel quia ſunt faciles, breuiter percurremus.

1. Quæſtio eſt. An ignorantia inuincibilis excuſet omnino à culpa. Superius oſtẽdimus de fide eſſe, aliquam ignorantiam omnino excuſare, nempe inuincibilem. Aug. 1. retract. c. 18. 3. de lib. arb. c. 18. Clem. & Didimus apud Damaſc. 2. Paralel. c. 18. D. Tho. q. 76 ar. 3. Caie. Conr. Med. Zumel, Valen. & alij ibi. Alb. 2. p. tract. 14. q. 88. ad 1. Doct. 3. d. 22. vbi Bon. q. vlt. Dur. 4. Gab. 2. Gerſon tract. de nat. & qualit. conſcien. to. 2. fol. 170. Adria. quodlib. 4. art. 1. Dued. 2. de liber. Chriſtia. §. ex ſent. Doctorũ, pag. 249. Caſtro. 2. de lege. c. 14. prop. 2. Cord. lib. 2. q. 17. Couarr. infra, Azor to. 1. lib. 1. c. 14. q. 2. Sed intellige omnino excuſare à deformitate reſpectu, cuius eſt igdorantia inuincibilis; ſecus ſi reſpectu alterius deformitatis vel ſit ſcientia, vel ignorantia ſit vincibilis, vt ſi videt eſſe hominem, & inuincibiliter ignorat, eſſe patrem, excuſabitur à delicto parricidij, non vero à delicto homicidij, & ſic in alijs. Patet ex. l. eum, qui nocentem. §. ſi iniuria. ff. de iniurijs, & ex alijs textibus adductis à Coua. c. alma. p. 1. §. 10. n. 13. & 14. ſic Iudas Geneſ. 18. per ignorantiam affinitatis excuſatus eſt prorſus ab inceſtu; non à fornicatione, ita colligitur aperte ex tribus vltimis capitib. 34. q. 2. & docet gloſſ. ibi D. Tho. Caiet. Conrad. Med. Driedo, Caſtro, Cord. Azor, ſupra, & Conar. citans, Bart. Bald. Alberic. & Ang. l. ſi quis ignorans. ff. locati, dicentes, eum qui percutit militem vel magnatem, ſi ignorauerit, eum eſſe talem, minime puniendum eſſe, niſi pœna percutientis hominem priuatum, vide alios tex. apud Couarr. Nota autem ſi quis intelligat furtum. v. g eſſe graue malum & notabiliter turpe licet ignoret inuincibiliter, eſſe mortale, ideſt excludere gratiam, non excuſari à peccato mortali, vt bene Cord. illa quæſtione. 17. colum. 3. cum Adriano, & Zum. quæſtione. 74. artic. 6. diſput. 1. poſt. 6. concl. quos aliqui reprehenderunt, quia eos non intellexerunt. 78. Quæſtio. 1.

Sed

79 Sed obijcies.1.quia Geneſ.12.& 20. Pharao & Abimelech inuincibiliter ignoraſſe videntur, Saram eſſe vxorem Abrahæ, cum ipſa dixiſſet eſſe ſororem: tamen ille punitus, iſte increpatus eſt propter iniuriam Abrahæ illatam. Reſpondetur Pharaonis ignorantiam fuiſſe culpabilem, cui doctrinæ fauet Chryſoſto. ſed forte Abimelech non peccauit grauiter, vt colligi poteſt ex verbis Domini, ſcio quod ſimplici corde feceris, quod explicat Ambroſ. puro corde, ideoque non eſt punitus: ſed tantum increpatus ad cautelam vt magis deterreretur à propoſito, idem fere Augu. in Deutero. quæſt. 32. Chryſoſtom. homilia.45.in Geneſ. Arbor.1. Theoſoph cap.21. Pererius Geneſ. 20. quamuis Theodoretus, & Lyra ab eo relati ſentiant, Abimelech peccaſſe, vide dicta ſect.4.

Obijcies.2.quia.1.Reg.14.Ionathas prorſus inuincibiliter ignorauit paternum præceptum nihil comedendi vſque ad veſperam, tamen illum peccauiſſe guſtando aliquid [illegible]lis, inde colligi videtur, quia [illegible] Saule, cuius peccato irritatus Deus negaret illis reſponſum, ſors cecidit in Ionathan. Reſpond Ionatam non peccaſſe. & licet [illegible] Saul miſerit ſortem, vt deprehenderet [illegible] cuius culpa negarentur Dei oracula: nihilominus Deus non ſatisfecit eius intentioni [illegible], quando De[illegible] interrogabat: ſed ſortem de[illegible] Deus ad Ionatham, vt conſtaret illius innocentia, [illegible] quam, & propter inſignem victoriam [illegible] à [illegible] populi acclamatione, & laude. [illegible] Saul animad[illegible] Deum ſibi potius inf[illegible]ſum eſſe, quam alijs. De quo bene Lyra [illegible] verba adiurauit autem Saul populum.

[illegible] obijci Concil. Triburi. cap. in lectum.24.q.[illegible] ſed de hoc iam dixi ſect.5.in principio.

Quæſt. 2. Q.2. Vtrum ignorantia, quæ vinci non poteſt, quando prodit in actum, ſed potuit antea vinci, excuſet prorſus à culpa, vt ſi tua culpa & negligentia prætermiſiſti occaſionem addiſcendi, quod tenebaris ratione tui officij, vel communi lege Chriſtianorum, deinde quando nullus eſt, à quo diſcere poſſis, committis multa peccata. Hæc quæſtio ſimilis eſt illi, an qui culpa ſua inebriatur, excuſetur à culpa facinoris poſtea inebrietate patrati. De qua D.Thom.2.2.q.150.a.4. vbi fuſe Caieta. Alen.2.par.quæſt.129 verſus finem. Alb.2.par.tract 14.quæſt 88.ex Damaſc.Bona. 2.d.28.ad finem. Richar.ar.2.quæſt 3.Antonin. 2.par.titu.5.c.9. §.2. Henr.quodlib.3. quæſt.26. Sylu.& alij ſummiſtæ, verbo, ebrietas. Caſtro. 2.de lege.c.14.poſt.1.concl. Hettera. 2. diſput. 35.quæſt.23.Vazq.hic quæſt.127. Sayr. lib.2. c. 9.n.41.& 42.& nos late diſp.2.ſect.9.& alibi, & non ſolum de ebrietate: ſed etiam de ignorantia diſputat hanc.q. Cordub. lib. 2. quæſt. 18.Azor tomo.1.lib.1. capite.14. quæſtione.3. & 10.

Dico breuiter.1.Si tua culpa deueniſti in ignorantiam, quam debita diligentia nullo modo potes euadere, quæ ex tali ignorantia facis, non imputantur ad nouam culpam; dicuntur tamen peccata à culpa præcedenti.

2.Dico, peccatum præcedentis negligentiæ tanto grauius fuit, quanto plura vel grauiora peccata in negligētia præuiſa fuere, aut præuideri debuere & potuere, & ſcienter præuiſa [illegible] ſunt. Idem eſt de illo, qui per culpam [illegible] ebrietate, aut amentia corripitur, in [illegible] adulteria, vel alia crimina [illegible]. Vide [illegible] Loth docet Auguſt. [illegible] Fauſtum.c.44.relatus.c. inebriauerunt. 15. quæſtione.1. dicens, *Loth culpandus eſt non quantum inceſtus, ſed quātum ebrietas [illegible]*. Propterea eos, qui inebrietate delinquunt, de ſola ebrietate damnari, docet [illegible] quæſtione [illegible]. Hæc ſpectat [illegible] Ariſtot.3.ethic. cap.5.ait [illegible] duplicem [illegible] pœnam conſtitutam eſſe: alteram [illegible] ebrietatem, alterā propter crimen in ebrietate commiſſum, ſcilicet quando fuit præuiſum, vel præuideri debuit, & potuit. Quo etiam modo intellige Damaſce.2. fid. c. [illegible] ait ebrium non excuſari à crimine in ebrietate commiſſo, ſi ſua culpa ſe inebriauit: idem docent D.Thom. Bonauen. Alexan. Albert. Anto. Richar. Caie. Azor, & alij ſupra. Et Loth non fuiſſe omnino excuſatum ab inceſtu, tenet Auguſtin. ſup. Orige. homilia.5.in Geneſ. Hierony. epiſt. de cuſtod. virginit. ad Euſt[illegible] cap.4. Ambroſ.1. de Abraham cap.6. verſus finem. Theodor. quæſt. 69. in Geneſ. D.Thom.2.2.quæſt.150.artic.4 Eucher. apud [illegible], licet Chryſoſt. homilia. 44. in Geneſ. Loth excuſet prorſus ab inceſtu, vide [illegible] ſup. Henri. quodlib.3.quæſtione. 26. [illegible] ſup. Irenæum lib.4. c.51. Filias autem Loth patres citati communiter excuſant, pro[illegible] illis probabilem de totius mundi [illegible]ne.

Hoc in inter eſt inter ebrietatem & aliam ignorantiam, nam quando in ebrietate præuidetur homicidiū, vel aliud crimē, tunc cōmittuntur duo peccata; aliud ebrietatis; aliud homicidij, vel alterius criminis præuiſi. At vero quando in ignorātia præuidetur omiſſio reſtitutionis, vnicum peccatum eſt omittendi reſtitutionem, quia ignorātia reſtitut. nō teneris euitare propter ſe ipſam, ſed propter reſtitutionem. 81 Quæritur.3. An ignorātia inuincibilis de malitia actus interni excuſet à culpa, quando Quæſt.3.

efficiẽdo id, quod actu ſcit, eſſe in honeſtum Deo que diſplicere: tunc tamen non iudicare, honeſtum ac Deo placens eſſe præferendũ vtilitati, vel delectationi. Hæc tamen ſolutio nulla eſt, quia ſi ille agit contra iudicium actuale dictans hoc hic, & nunc eſſe inhoneſtum, Deoque diſplicens, iam agit contra dictamen particulare de agendis, maxime cum eo ipſo, quod iudicet, hoc hic, & nunc eſſe malum & Deo diſplicens, iudicet, non eſſe præferendum delectationi, vel vtilitati. ¶1 Impugnatur hæc opinio, quia ſic nullus diceretur agere ex certa malitia; ſiquidẽ iuxta hanc opinionẽ nemo poteſt operari ſciẽs, hoc hic, & nunc eſſe malum. Reſpon. Burid. peccatum ex certa malitia nõ dici, quia peccans, dũ peccat, vere & certo iudicet, ſe tunc male agere, ſed quia certo cognoſcit omnes circunſtantias operis ſui, illudque eſſe turpe ac Deo diſplicens. Sed hæc ſolutio friuola eſt; nam qui ſcit omnes circunſtantias operis eſſeque turpe ac Deo diſplicens, ſcit etiam, eſſe malum: ergo operatur cum actuali cognitione operis mali in particulari. Præterea, quia omnes ſancti & DD. diſtinguunt inter peccatum ignorãtiæ & malitiæ; quod in vno agens cognoſcit malitiam, in alio vero non.

Vnde aliter Reſp. D. Thom. quæſt. 78. artic.
61 1. ad primum, dicens: *ignorantia quandoque quidẽ excludit ſcientiã, qua aliquis ſimpliciter ſcit, hoc eſſe malum, quod agit, & tunc dicitur ex ignorantia peccare: quandoque autem excludit ſcientiam, qua homo ſcit, hoc nunc eſſe malum, ſicut cum ex paſſione peccat: quandoque autem excludit ſcientiã, qua homo ſcit, hoc malum non eſſe ſuſtinendum propter cõſecutionem illius boni; ſcit tamen ſimpliciter, hoc eſſe malum, & ſic dicitur ignorare, qui ex certa malitia peccat.* Idem ait Caietanus ibi, & Capreolus 3. diſt. 36. artic. 3. ad 4. contra primam concluſionem. Sed hanc ſolutionẽ impugnat Adrian. ſupra ad ſecũdum: quia ſicut ille ſcit, hoc eſſe malum, ita ſcire poteſt, non debere fieri nec ſuſtineri propter cõſecutionẽ boni: ſcit enim non eſſe facienda mala propter conſequẽda bona, vnde Vazquez diſputatione. 128. cap. 2. putat D. Tho. in ea ſolutione tãtum voluiſſe, eum, qui peccat ex malitia, quamuis peccet ex conſideratione ipſius malitiæ, eam tamen conſiderationẽ eſſe imperfectam: poteſt ergo aliquis agere contra dictamen particulare de agendis. Quod tertio probatur, alioqui voluntas non eſſet libera: ſiquidem præſente hoc iudicio, fornicatio eſt mala, vel vitanda, non poteſt illam eligere. Reſp. Buridanus volũtatem non dici liberã, quia facere poſſit, quod actu iudicatur malũ, ſed quia ſtãte iudicio de bonitate, vel malitia, poteſt differre ac ſuſpendere volitionem & nolitionem, Cæterum, nec hæc ſolutio placet, tum quia ſic nunquam poſſet voluntas peccare: ſemper enim excuſaretur per ignorãtiam malitiæ. Nec valet dicere, aliquando ignorantiam eſſe culpabilem, ideoque non excuſare: nam prima ignorantia culpabilis non poteſt eſſe culpabilis, quia ſit volita in alia ignorãtia culpabili: nec vero, quia homo ſciens, eſſe culpabilem, illam elegit formaliter, vel interpretatiue: cũ voluntas iuxta hanc opinionem eligere non poſſit, quod iudicatur malũ: ergo. Tum, quia ſi intellectu iudicante, aliquid eſſe bonum vel malum, voluntas poteſt actum ſuſpendere: ergo ſimiliter iudicãte, eſſe præceptum & ſic poterit peccare ſaltem peccato omiſſionis contra iudicium particulare, aut certe tale iudicium imponet illi neceſſitatem implendi præceptum. ¶4. Hæc ſententia damnata videtur à ſchola Pariſien. cuius primus cõtra eam articulus eſt, *ſtante ſcientia vniuerſali & particulari quod voluntas non poteſt in oppoſitum error,* ſecundus articulus eſt, *ſi ratio eſt recta voluntas eſt recta, error* tertius eſt, *exiſtente voluntate in vltima diſpoſitione, quod non poſſit in oppoſitũ, error.* Hi articuli referuntur à Scoto. 2. d. 36. quæſt. 1. artic. 2. & ab alijs. ¶ 5. Videtur ſententia hæc contr Hieronym. Damaſce. Anſelm. & alios patres docentes, angelos non ex inaduertentia, ſed ſcienter & ex electione peccaſſe.

4. Sententia Vazq. diſp. 128. cap. 5. & 6. pecca 62
tũ dari poſſe ſine errore intellectus, ſine praui imperio, & ſine inconſideratione concluſionis particularis dicentis, aliquid eſſe malũ, aut vitandum &c. non tamẽ ſine delectu intellectus conſiſtente in eo, quod efficacius ſuadeat malum, quam bonum, quia licet voluntas poſſit non amplecti id, quod efficacius vel æque efficaciter ſibi fuerit propoſitum: tamen non poteſt amplecti, quod non fuerit ſibi magis efficaciter propoſitum. Eandem opinionem tenet Azor, tomo. 1. lib. 4. cap. 25. q. 5. addens illud iudicium, quo efficacius proponitur voluntati opus malũ, eſſe errorẽ quemdam: ſed non cõtra fidem: quia nihil affirmat, aut negat; ſed ſolum proponit obiectum, vt iucundum, vel vtile: nam voluntas poteſt aliquid velle, eligere, & proſequi abſque vlla rationis enuntiatione: ſiquidẽ puerorum, amentium, & belluarum appetitus ad aliquid proſequendum, vel reſpuendum mouetur; & tamen eorum ſenſus enuntiationes nõ format. Cæterum to. 1. oſtendimus, intellectum noſtrum non iudicare niſi componendo, vel diuidendo, affirmando vel negando: & ſic nunquam moueri voluntatem noſtram ſine iudicio cõpoſitionis. Licet autem [illegible]emus, poſſe moueri à iudicio ſimplici, il[illegible]que da[illegible] aliquando in intellectu: tamen con[illegible]ſtat, communiter moueri à iudicio compo[illegible]: & [illegible] iudicium ſit ſimplex ſiue compoſitionis [illegible] eſt

ci io-

4. *Opinio.*

Digitized by Google

erroneum in materia fidei, vt ſi iudicetur, fornicationem eſſe licitam aut meliorem caſtitate, eſt contra fidem: ergo fornicantes & aliji ſimiles haberent iudicia erronea contra fidem. Deinde id in quo Azor & Vazquez conueniunt, ſcilicet voluntatem non poſſe peccare, niſi opus malũ ſit ei propoſitum magis efficaciter quam oppoſitum impugnatur late à Fonſec. 6. Met. ca. 2. quæſt. 5. ſectione. 15. cuius impugnationibus omiſſis, quia eas retuli tomo. 1 tract. 6. diſputatione. 1. ſectione. 6. num. 57. & 58. nunc ſolum propono rationes, ob quas alijs hîc idem modus dicendi non
63 placet.

1. Quia non explicat, in quo conſiſtat, illa maior efficacia, & apparet, quoties proponitur aliquid, vt malum, & cauendũ ex præcepto, proponi bonũ maiori cum efficaciaa, quia proponitur, vt præferendũ malo. ¶2. Licet dicamus (id quod eſt valde probabile) proponi aliquid efficaci⁹, eſſe ita proponi, vt magis ad ſe inclinat animũ omnibus pēſaris & ſic poſſe maiori cum efficacia proponi malum, quam bonum, præſertim in habente prauum habitum, vel paſſionem inordinatam, & carente habitibus, alijsque ad miniculis ad bonum: fatendum tamen eſt, peccatum dari poſſe, licet efficacius proponatur malum, quam bonum, vel æque efficaciter quia, etiam facta eiuſmodi propoſitione, voluntas eſt libera ad eligendum inter vtrumque obiectum: alioqui non eſſet libera quo ad ſpecificationem, quod eſt abſurdum & contra omnes, licet id concedat Vazquez illa diſputatione numero. 14. Conf. ex Auguſt. 12. de ciuit. cap. 6. vbi expreſſe docet, ex duobus æqualiter exterius, interiusque affectis contingere propter libertatem poſſe, vt vnus cedat tentationi, concupiſcendo mulierem; alius vero non peccet, ſcilicet reſiſtẽdo etiam poſitiue.

Nec D. Thom. quæſt. 9. arti. 1. dicens, volun
64 tatem determinari ab intellectu quoad ſpecificationem, voluit, ex duobus obiectis propoſitis illud tantum eligi poſſe, quod efficacius propoſitum ſit, ſed operari nõ poſſe, niſi circa obiectum propoſitum ſub ratione boni alioqui male diceret D. Tho. paſſimque alij, voluntatem eſſe liberam, quod videns Vazq. ſupra aliter ad argumentum & confirmationem ex Aug. factam reſpondet; nimirum etiá cum efficacius proponitur malum, voluntatẽ manere liberam ad amplectẽdam virtutem, non quidem ſtante eadem cogitatione, ſed quia hoc ipſo, quod voluntas non conſentit peccato, abſque vllo alio reflexo iudicio oritur in intellectu efficax propoſitio virtutis, & ſic voluntas poterit virtutem amplecti. Sed cõtra: nã cur voluntate ſuſpendente omnem actũ oritur potius cogitatio pro virtute quam pro vitio, vel remittetur potius pro vitio quam pro virtute, ita vt virtus efficacius proponatur? Deinde licet totum hoc admittatur, non ſaluatur libertas quoad ſpecificationem, ſiquidem nunquam voluntas in eodem inſtanti & ſtatu eligere prohibito poſſet inter duo contraria obiecta, ſed ſucceſſiue tãtum, in diuerſis inſtantibus, temporibus, vel ſtatibus. ¶3. licet voluntas ſecundum Vazq. ſolum ferri poſſit in id, quod efficacius illi fuerit propoſitum, tamen poteſt non ferri in id, quod efficacius fuerit propoſitũ. Demus ergo, obiectum cadens ſub præcepto efficacius proponi, iam poterit illud non amplecti: ergo poterit peccare peccatum omiſſionis ſine defectu conſiſtente in efficaciori propoſitione mali. Vazquez numero. 15. negat conſequentiá, quia licet in eo euentu volũtas poſſit pure omittere opus præceptum, tamen ea omiſſio non erit peccatum, quia non erit cõtra præceptum poſitiuum, hoc enim non obligat determinate pro illo paruo tempore, quo voluntas omittit & moraliter ſtatim efficacius proponitur ipſum malum: obſcurius vero atque imperfectius ipſum bonum, & ideo ſi ſequatur omiſſio, culpabilis erit, nõ tñ ſine efficaciori propoſitione mali, ſeu minus efficaci propoſitione boni. At vero ego nõ video cur extremo illo tempore, vel inſtanti, quo præceptum poſitiuum viget, non poſſit efficacius proponi bonum, tunc autem cum voluntas ſit libera quoad exercitium, poterit nõ elicere actũ circa bonũ: ergo ſine efficaciori, vel æque efficaci propoſitione mali poterit eſſe peccatum. ¶4. Sentẽtia hæc eſt aperte cõtra illos articulos Pariſ. nec ſufficit ad explicãda teſtimonia ſẽtẽtiæ D. Th. & Ariſt. quæ in omni peccato ponere videtur, non ſolum ignorantiam, ſed errorem: autem inefficacior: propoſitio boni non ſolum non eſt error, ſed interdum, neque ignorantia, videlicet, quando non oritur ex aliqua incõſideratione, ſed ex habitu & paſſione inclinantibus ad malũ, efficientibusque, vt rationes pro malo efficaciores ſint quam pro bono.

5. Sentent. eſt ſine errore ignorãtia, vel in- 65
conſideratione proprie dictis, & cum perfec- 5. *Opin.*
ta ſcientia, & cognitione peccatum contingere poſſe. Scot. 4. d. 49. q. 6. & 3. d. 36. q. 1. art. 2. Gab. q. vnica art. 2. p. 2. concl. 3. & dub. 3. & 2. d. 22. q. 2. articu. 3. Henric. quodlib. 1. q. 16. & 17. & quodl. 10. quæſt. 10. & 13. Baſſol. 3. d. 25. quæſt. vnica. §. cõtra iſta arguo, & Argentina quæſt. 1. artic. 2. Alber. 2. p. ſum. tit. 14. quæſt. 88. in fine Ocham. 3. quæſt. 12. art. 3. conc. 2. & artic. 4. cõcluſione. 4. & quodlib. 4. quæſt. 6. Almai. 3. moral. cap. 4. Corduba lib. 2. quæſt. 12. & 13. Mai. 3. d. 36. quæſt. 3. & 4. d. 49. quæſt. 7. & 7. Ethic. cap. 3. §. dubitatur. Marſi. 2. q. 16. art. 1. verſus finem, & art.

& artic.2 concl.2. fauet Auguſt. in id Pſal. 123. *ſorte viuos degluttiſſent nos*, vbi ait, *viui abſorbentur illi qui ſcientes malum, & vere intelligentes, ſuccũbunt peccatis*, & in id, Pſal. 68. *fiat menſa illorum coram ipſis in laqueum*, vbi exponit, ideſt, *coram vitioſis hominibus qui ſciunt, vitio non eſſe conſentiendum: ſed conſentiunt, ecce nouerunt muſcipulã & immittunt pedem*, & in id Pſalm. 118. *concupiuit anima mea deſiderare, &c.* ait, *præuolat intellectus, ſequitur tardus, aut nullus affectus*, & in ſoli loq. cap. 34. *Miſeri qui neſciunt, quid amittant, & miſeriores vtique qui ſciunt, quid amittunt, qui cadunt apertis oculis, & deſcendunt in infernum videntes*, & in Enchirid. cap. 22. & lib. 22. ciuit. ca. 1. & lib. de Eccleſ. dog. capit. 56. docet, nos aliquando ſcienter peccare, & 12. ciuit. cap. 6. & de prædeſt. & gratia cap. 5. 1. retra. cap. 9. 1. de libero arbitrio cap. 25. lib. 3. cap. 4. lib. 83. quæſtionum quæſt. 68. non ad imperfectam cognitionem: ſed ad libertatem voluntatis peccata refert, & 2. de pecc. meritis cap. 17. ait, *homines peccare, vel quia latet, quod iuſtum eſt, vel quia non delectat*: ergo etiam ſi obligatio præcepti non lateat, poteſt præceptum violari. Vnde Bernard ſer. in Euangelium. Luc 16. de villico iniquitatis ait. *Prudentia eſt cognitio rerum agendarum & fugiendarum, ſuumque habet officium hoc modo, vigilate, quia neſcitis, qua hora dominus venturus ſit, itſuper non ſimus concupiſcentes malorum & hæc ſunt officia prudentiæ, hac villicus iniquitatis non fuit ſecutus*, & ſerm. 1. aduentus dicit, *in affectum malitiæ, & nequitiæ tranſiſſe angelos deſertores nec ex ignorantia aliqua, ſeu infirmitate peccaſſe*, vbi nomine ignorantiæ etiam inconſiderationem includi cenſeo. Ouidius de Medea inquit, *ſed trahit inuitam noua vis: aliudq. cupido, mens aliud ſuadet: video meliora proboq.* Lactantius. 6. diuin. inſt. cap. 5. reprehendit eos, *qui virtutem, ſcientiam eſſe docuerunt, quia fere etiã ij, qui peccant, & ſi non perfecte, tamen quid ſit bonum, & malum ſentiunt, & quoties aliquid improbe faciunt, peccare ſe ſciunt, & ideo celare nituntur &c.* Fauet etiam Ariſt. 2. Ethic. c. 2. & 4. docens, *plerumq. ſcire, quid faciendum ſit parum ad virtutem conducere, quia videmus pleroſque bene ſcientes: ſed male operantes*, & 3. animæ cap. 9. *interdum rationem iubere, aliquid fugere, aut proſequi: hominem autem nõ moueri, nec ei temperare, ſed cupiditate agere*. Fauet etiam id Lucæ. 12. *Seruus ſciens voluntatem domini ſui, & non faciens, plagis vapulabit multis*, & Iacob. 4. *ſcienti bonum & non facienti &c.* & Ro. 14. *Omne quod non eſt ex fide*, ideſt, quod eſt contra ſcientiam, *peccatum eſt*. Prob. etiam tum ex impugnatione præcedentium opinionum, tum quia voluntas poſita quacunque cognitione poſsibili in hac vita, eſt libera ad bonum cadens ſub præcepto, poteſtque illud non amplecti, quando præceptum viget: ergo & peccare peccato omiſsionis, imo ſi tunc occurrat aliqua ratio boni in obiecto contrario, poterit illud velle & peccare peccato cõmiſsionis. Confirmat Ocham, quia actus, qui non eſt per ſe primo liber, ſed ponitur neceſſario ad poſitionẽ alterius, non eſt bonus, ſaltem per ſe primo: ergo ſi actus voluntatis neceſſario ſequitur ad actum intellectus, actus voluntatis non erit bonus, ſaltẽ per ſe primo, quod eſt falſum. Dicitur ſaltem per ſe, 1. quia ſi actus intellectus fuerit liber & bonus, actus ſequens voluntatis erit bonus ſecundario & per accidens & bonitate ſuæ cauſæ: non vero propria. Si autem actus intellectus non fuit liber, aut nõ fuit bonus, nullã bonitatem habebit ſequens voluntatis actus, poteſt vero ſæpe contingere, vt actus intellectus, vel neceſſarius, vel malus aut forte indifferens ſit, nec enim ſemper eſt imperatus à libera & bona voluntate. Item aliqua peccata ſunt ex ignorantia; aliqua ex paſſione; aliqua ex malitia: ergo aliqua peccata dantur ſine ignorantia. Item aliqui peccant cũ remorſu conſcientiæ veræ: ergo non ex ignorãtia, vel inconſideratione malitiæ obiecti. Angeli certe inducentes ad violandũ legẽ Dei ſciunt & conſiderant, ſe peccare, quia non amiſerunt naturalem cognitionem practicam, imo & primũ peccatum ſcienter commiſerunt.

6 Et vera ſent. (& quę quinta explicatio & 66
moderatio eſt) fatetur 1. phyſice nullũ poſ- 6. Sententia
ſe eſſe pecc. niſi præcedente aliqua incõſide- 1. Concluſio
ratione actuali, non quidẽ qua priuet conſideratione poſſibili in hac vita, ſed in alia, quia cum omni cognitione huius vitæ poteſt phyſice eſſe peccatũ: non tñ cũ viſione beatifica, nec cum ea cognitione, & diſpoſitione quã habent animæ Purgatorij vel limbi Patrum vel puerorũ. Et in hoc ſenſu, vel ſecũdũ tis concluſionis, verũ eſt q. dicunt Palac. 2. d. 22. in fine Angl. difficultate vltima, & alij communiter peccata dęmonis, vel primorũ parentum non præceſiſſe ex errore, ſed ex inconſi-
deratione. §2. fatetur, moraliter nullum eſſe 2. Concluſio
poſſe peccatũ ſine inconſideratione oppoſita perfectæ cognitioni poſſibili in hac vita: ſi enim quis attentiſſime conſideraret omnia incommoda peccati, etiã venialis, nõ poſſet moraliter, ideſt facile, illud admittere, ſic intelligo id Prouer. 14 *Sapiens declinat à malo* & Eccle. 7. *memorare noui, ſsima tua &c.* & Iere. 12. *deſolatione deſolata eſt terra, quia nemo eſt, qui recogitet corde.* Iſaiæ 5 *Propterea captiuus ductus eſt populus meus, quia nõ habuit ſcientiã*, & cap. 42. *Quis cæcus, niſi ſeruus meus: & ſurdus: niſi, ad quẽ nuntios meos miſi. Quis cæcus, niſi qui venũdatus eſt? & quis cæcus, niſi ſeruus Domini? Qui vides multa, nõne cuſtodies: Qui apertas habes aures nonne audies &c.* & cap. 57 *mei non es recordata, nec cogitaſti in corde tuo &c.* Pſal. 12. *Illumina oculos meos ne vnquam*

Digitized by Google

quam obdormiã in morte. Aug. in id Pſal. 62. *Deus &c. ad te de luce vigilo. Si Deus lumẽ ſuũ ſubtraheret obdormirent omnes,* & inſoli loq. c 34. *Miſeri qui neſciũt, quid amittant: & miſeriores vtique, qui ſciunt, quid amittant, qui cadunt apertis oculis, & deſcendunt in infernũ vidẽtes,* & quidã apud Ari. 7. ethi. c. 2. dixere, omnes virtutes eſſe ſciẽtias, & omnia peccata ignorãtias, quas aliquomo do verũ dixiſſe, quia omne pecc. oritur ex aliqua ignorantia, ait D. Th. q. 77. a. 2. Prou. 1. *vſq. quo paruuli diligitis infantiã, & ſtulti, quæ ſibi ſunt noxia, cupient & imprudentes odibunt ſcientiã &c.* & c. 4. *via impiorũ tenebroſa &c.* 1. Ioa. 2. *omnis qui odit fratrẽ ſuũ, in tenebris eſt, & neſcit quo eat, & tenebræ obcæcauerunt.* Dan. 13. *auerterunt ſenſũ ſuũ: & declinauerunt oculos ſuos, ne viderent cælũ &c.* Pſ. 88. *homo cũ in honore, nõ intellexit &c.* de quo Baſil. concio. 13 Pſ. 95. *intelligite inſipientes in populo &c.* & ſapiẽtiæ nomine intelligi ſolet virtus; ſtultitiæ vero peccatũ & peccatores appellantur inſipiẽtes vide Eccl. 1. & 2. & Chryſ. ita explicat id Rom. 7. *quod operor nõ intelligo,* quaſi *Paulus dicat, ſe peccare deceptũ*, quia non habebat apertiſſimã ſcientiã, & 1. Cor. 3. ho. 9. ad finẽ, *nihil tã ſtultũ, fatuũ & ratione carens, quã peccatũ* Baſil. in id Pſ. 37. *putruerunt &c. à facie inſipientiæ meæ,* ait, *inſipientiã ſuã ſtultũ factũ nominat ab inſipientia procedens: omne enim peccatũ per ſtultitiã fit.* Idẽ videtur dicere Amb. in id Ro. 8. *qui ſecũdũ carnẽ ſũt, quę carnis ſũt ſapiũt.* 1. Reg. 11. Naas noluit inire fœdus cum filijs Iſrael, niſi ea lege, vt erueret oculos eorũ dexteros, ſic dæmõ homines excæcat, vt peccent: & Socrates apud Ariſt. 7. ethi. c. 2. dixit, nullũ ſapienté peccare, ſed tantum ignorantes. Ariſt. 7. Ethi. c. 2. 3. & 10. & 2. magnorum mor. c. 7. incontinentem ideo peccare, quia non attente conſiderat, quę habitu nouit: nam paſſio inſurgẽs, illũ excęcat, quod etiã & per ſe & per paſſionẽ quã excitat, efficit prauus habit⁹ & act⁹. Vnde 6. Ethi. c. 13. ait, Ariſt. vitum prauum errare circa agibilia, quia prauitas illum errare facit, & ſic intelligo id quod ait, 3. Ethic. cap. 1. *omnis prauus eſt ignorans,* ſcilicet conſequenter, quia prauus habitus facit illum ignorare, vel etiã errare, vt exponit Maior. 7. Ethic. cap. 3. huic conſonat Henric. ſup. dicens, ex peccato deriuari defectum, & obſcuritatem quandam in intellectu, quod quidem non ſolum accidit ex prauo habitu, vel paſſione, ſed ex diuina iuſtia negante illuſtrationes, & permittente errores & ignorantias propter peccatum præteritum. Id Prouer. 14. *errant, qui operantur malum,* melius exponitur cũ Adriano quodlib. 4. art. 1. ad. 2. Maior. 7. Ethi capit. 3. & Burid. lib. 3. q. 5. ad primum Zumel illa conclu. 7. q. 77. art. 2 diſp. vnica & multis Thomiſtis, & authoribus quintæ opinionis de errore morum, ſeu affectus intentionis, vel electionis, quo dicitur quis metaphorice errare, deuiare, & declinare à fine & ſcopo, vel à via, quæ ducit ad Deum, & ſalutem iuxta id ſapientię. 5. ergo *errauimus à via veritatis.* Iſaię. 53. *omnes nos quaſi oues errauimus.* Pſ. 118. *erraui ſicut ouis quæ periyt* id vero, quod ait Ariſtot 6. Ethic. cap. 5. in arte qui ſua ſponte peccat, magis eſſe expetendũ: circa prudentiam vero minime, quemadmodum & circa virtutes, ſignificat eum, qui ſpõte facit res artificiales defectuoſas, maiorem eſſe artificem, quia ſcit illas efficere cum defectibus & ſine illis & vtrumq. ad artem pertinet, qui vero res morales agit cum defectibus, ſi id facit ſponte & ex induſtria, eſt imprudentior, nõ quidem in cognitione, ſed in ipſo opere: errat enim à ſcopo, quem prudentia intendit, quod vero ait, Ariſt. 7. Ethic. ca. 3. *poſito aſſenſu concluſionis practicæ particularis, neceſſario ſequi operationem, intelligitur* ſuppoſita volũtate efficaci faciẽdi, quod intellect⁹ cõcluderet eſſe faciendum, vt exponit Adamus 1. quæſt. 10. Zumel illa concl. 7. Burid. ſup. qui tamen falſo docet, voluntatem non poſſe eligere fornicationẽ ſtante hoc iudicio cõparatiuo, præferenda eſt illi virtus, male etiam Adrianus ſup. ait, voluntatem non poſſe non ſequi dictamen, quo aliquid agendum iudicatur, meliusq. Palud. 3. diſt. 36. quæſt. 2. art. 1. ad finem, Ouandus propoſitione. 3. Scotus & alij docent prudentia iudicante aliquid eſſe faciendum, voluntatem poſſe non tantũ omittere, ſed etiã oppoſitum facere. Cõſentit dictis Sayrus lib. 2. ca. 9. nu. vltimo docens poſſe eſſe peccatum ſine errore intellectus, & cum actuali conſideratione prauitatis obiecti.

3. Fatetur hæc noſtra ſententia, poſita ſcientia media omne peccatum eſſe ex ignorantia oppoſita cogitationi cõgiuæ, cum qua Deus 63
ſcit, ſi poneretur fore vitandum peccatum. 3. Con.
4. Hæc ſentent. affirmat peccatum eſſe poſſe ſine errore intellectus & cum actuali conſideratione malitiæ obiecti etiam in particulari in quo hæc ſent. conuenit cum 4. 5. & 6. & partim cum alijs hanc etiam concl. docent citati ante. 2. opin. & Suar. atque Fonſeca ſtatim citandi. Nam Sua to. 1. metaphy. diſputatione 19. ſectio. 6. recte oſtendit voluntatem in ſua operatione à nullo iudicio intellectus determinari: ſectione autem. 7. optime etiam docet poſſe eſſe peccatum in voluntate ſine vllo præuio iudicio falſo intellectus, ſiue practico, ſiue ſpeculatiuo, neque obſtare illud Ariſt. *omnis prauus eſt ignorans,* tum quia nõ loquitur Ariſt. de errore, ſed de ignorãtia; tum quia licet loqueretur de errore, poſſet intelligi de errore conſequente. Neque item obſtare id ſapientis, *errant qui operantur malum,* quia etiam de errore conſequente, vel de errore vix poteſt explicari. Bene etiam dicit mora-

moraliter loquendo nunquam voluntatem labi quin præcedat inconſideratio aliqua plurium rationum vel motiuorum, quæ poſſent voluntatem continere à prauo affectu, & de hac incõſideratione ait, poſſe intelligi Ariſt. imo de ea intellecta eſſe verba Sapientis à D. Thom.1.2.q.78.arti.1.ad.1. Addit Suar. probabile eſſe, ex conſenſu libero voluntatis circa res agendas, ex neceſſitate ſequi in intellectu iudicium practicum, quo res ſimpliciter & abſolute faciendæ eſſe iudicantur, quod falſum eſt, quando res mala eſt, & ideo omnis peccans errat neceſſario ſtatim, errore conſequente peccatum voluntatis. Si autem petas, cur ſemper & neceſſario ad conſenſum, circa res agendas conſequatur iudicium, quo ſimpliciter & abſolute faciendæ iudicentur? R. videri neceſſarium. ¶1. Ex naturali ſympathia & conſenſione harum potentiarum, quæ neceſſaria fuit, vt homo poſſit melius exequi, quod faciendum decernit. Deinde vt ſibi met notificet, ſeu promulget ſuum cõſenſum, quẽ antea ſcire non poterat & hoc, inquit eſt imperium. quod D. Thom. ponit in intellectu poſt efficacem electionem volũtatis. Si vero conſenſus non fuerit de re agenda, ſed ſimplex amor, tunc in intellectu non ſequitur iudicium de re agenda, quod ſit quaſi impulſiuum ad opus: ſequitur tamen iudicium de tali conſenſu iam exhibito, & dici poteſt quaſi quædam ſcientia approbationis, qua homo ex vi praui conſenſus liberi, quaſi approbando illum conſenſum, iudicat id ſibi eſſe diligendum. Illud tamen non poteſt dici imperium reſpectu talis conſenſus volũtatis, quia non imperatur, quod factum eſt, ſed quod faciendum, vt recte notat D.Thom.1.2.q.17.art. 3. Hæc Suarez, cum quo ſentio poſt actũ ſiue bonum, ſiue malum ſæpe ſequi in intellectu iudicium approbationis, quia in voluntate eſt quædam naturalis propenſio & inclinatio ad approbandas & iuſtificandas proprias determinationes præſentes, aut præteritas & ita imperat ſæpe intellectui talem aſſenſum, quando oppoſitum non repræſentatur vt euidens, & ita ex peccato voluntatis ſæpe ſequitur error vere & proprie dictus in intellectu vt ſuperius dicebamus. Id tñ non eſſe neceſſarium nec perpetuum. Quod euidenter probatur. ¶1. Quia vt voluntas intellectum applicet ad iudicandum de aliquo, requiritur reflexio quædam in iudicium vt ex S. Thom. docet Ferrarien.2.Contra gen.ca.48.ratione.3. hæc vero reflexio non ſemper datur, vt experientia conſtat ergo nec talis applicatio voluntatis: maxime, quod hic etiam ſuper actum voluntatis approbandum reflexio fieri deberet. ¶2. Quia ſæpe, imo fere ſemper, cũ homo peccat, habet iudicium contrarium: quo nimirũ iudicat, talẽ operationẽ internã & externã eſſe malã & ſimpliciter omittendã: ergo non poteſt habere illud iudiciũ approbationis. ¶3. Quia ſæpiſſime & tunc & poſt euidenter repræſentatur oppoſitũ: ergo nõ poterit à volũtati trahi ad tale iudiciũ. ¶4 Quia licet eo tẽpore, quo probabiliter tantũ repræſentatur, aliquid eſſe malũ, volũtas poſſit determinare intellectũ ad iudicãdũ oppoſitũ ex aliqua apparẽti ratione, tñ hoc facit volũtas nõ per actũ, quo amplexa eſt malũ obiectũ, ſed per alium actũ, qui nõ neceſſario, nec ſemper ſequitur ex illo: nulla enim eſt neceſſaria cõnnexio inter iſtos actus: ergo non ſemper, neq. neceſſario ad actũ malum volũtatis ſequitur iudiciũ approbationis: & alioqui ſemper, aut fere ſẽper eſſet in peccãte iudiciũ hæreticum: quia iudicium, quo ſimpliciter iudicaret, illud eſſe vel fuiſſe faciendum, vel diligendum, cõmuniter eſſet hæreticum. ¶5. Quia nõ eſt neceſſe, vt, qñ voluntas habet aliquẽ actum, intellectus id ſciat, licet autẽ ſæpe id aduertat; raro tñ id aduertit, impellẽte voluntate: ſed quia ipſi actus per ſe, vel per ſpecies, quas producunt, naturaliter mouent ad ſui cognitionẽ, & ita ad id nihil confert ſympathia harum potentiarum, ſed ad hoc, vt voluntas poſſit mouere intellectum ad intelligendum, qñ illi repræſentetur, talẽ motionẽ expedire. Deniq. licet admitteremus tale iudicium non deberemus dicere, eſſe imperium poſitum à D.T. quia vt docuimus, tract.6. imperium illud eſt diſtinctum ab omni iudicio & ſecundum D.Th. & veritatẽ nõ ſequitur neceſſario ex electiooe. 69

Vide quæ dixi to.1.tract.3.de volunt. & inuolũt.diſp.3.ſect.2.n.141.&.142.vbi docui, poſſe dari peccatũ in voluntate ſine præuio errore intellectus & ſine præuia inconſideratione malitiæ obiecti; imo & ſine vllo errore conſequente ipſum peccatum, & retuli Fonſecã. 9. Met.c.2.q.4.docentẽ, poſſe dari.p.ſine vllo errore formali intellectus præcedẽte: ſed nõ ſine errore virtuali & interpretatiuo, qui eſt imperfecta cõſideratio malitiæ & incõmodorũ, quę ſecum affert peccatũ; nec ſine errore cõſequente, quo peccans, ſuum peccatũ approbat. Primũ modũ erroris conceſſimus omni culpæ antecedere. Admiſimus etiã, ſæpe, non tñ ſemper ſubſequi errorẽ illum approbatiuũ peccati. Peccato vero obſcurari ſæpeq. decipi intellectũ patet ex Ariſt.3.ethi.c.4.vbi ait, *pleriſq. autẽ vulgo hominibus deceptio ſi. videtur ob voluptatẽ videtur. quibus ſ. voluptas, licet non ſit, bonũ tñ apparet eligunt.n. iucũditatẽ quaſi bonũ. dolorem vt malũ fugiunt.* & c.5. *qualis vnuſquiſq. eſt, talis et videtur finis* Ad quod multa alia adduci poſſent ex eodem lib. & ex lib.6.&.7. & iam in.2.com. aliqua ex Ariſt. adduximus: quibus adde id, quod ait, 1. Rhet. ad Theodectẽ c.1. *amantibus & oditibus*

tibus non eadem videntur. Vide etiam ca. 9. &.6.
ethic.cap.5.vbi ait, vitio corrumpi exiſtima-
tionem prudentiæ. Ad idē ſunt id Sap.2.excæ-
cauit eos malitia eorum,& quę de cæcitate
& caligine mentis,quæ eſt in peccatoribus,
ſcribunt D.Tho.2.2.q.15.artic.1.&. 2. Proſper.
2.de voc. gen. capit.27. Sayrus multos citans
lib.2.cap.9.in fine,& nos adduximus concl. 2.
ſic poteſt intelligi Bonauent.2.d.41.art.2. q. 2.
in fine dicens.peccatum inchoari, non tamē
cōſūmari ſine inordinato iudicio intellectus

SECTIO. IX.

An peccata commiſſa ignoranter,ſint eiuſdem ſpeciei cum commiſsis ſcienter.

70 1.Opinio. DE hac re agunt Caiet.hac q. 76.a.
4.vbi Medi. Zumel ibidem diſp.
1.& quæſt.72.art.9.diſp.1.Medi. q.
19.a.6.Vaz.diſp.101.Vale.diſp.2.q.
16.pun.4.§.ex differentijs & diſp.6.q.6. pun. 5.
§.ſupereſt. Cord.lib.2.q.24.Angles.2.d.22.q.2.
a.4.diffic.5.& d.27.q.3.a.3.diffic.7.in fine. Her.
2.diſp.35.q.vlt.Sayr.lib.2.c.9.num.37.& ſeqq.
Caſtro.2.de lege pœna.cap.14.poſt.2. propoſi.
Couar.c.Alma.p.1 § 10.n.16. præſertim verſic.
illud ſane & ſeq.Azor to.1.lib.1 c.14.q. 6. 7. &
8.&.10.& alij referendi,& nos egimus de hac
re to.1.tract.7.diſput.3.ſectione.3.& in hoc to.
& tract.diſp.5.ſect.15. Vnde breuiter dico,in
hac re duas eſſe ſententias,altera eſt Caieta.
q.72 a.vlt qui eſt.9 &.2. 2. q. 53. a.2.circa ad.3.
aſſerentis.1.ſi peccata ſint contra ius naturale
eiuſdem ſpeciei eſſe,ſiue cōmittantur ſcien-
ter ſiue cum ignorantia talis iuris: & in hoc
conueniunt omnes,vt ait Sayr.ſupra, ſed ra-
tio, qua vtuntur Caietan. Sayr. & alij non
nulli, ſcilicet, quia in vtroque euentu
idem eſt obiectum & ſecundum eandem ra-
tionem, ex qua actus ſumit malitiam fri-
vola eſt & inanis vt poſtea videbimus a-
liam rationem communem omnibus igno
rantijs aſſignantes. ¶2. Ait Caiet.quādo pec-
cat aliquis cum ignorantia facti, peccatū eſt
diſtinctum ſpecie à commiſſo ſcienter. ¶3.
Idem ait, de peccato commiſſo cum igno-
rantia iuris poſitiui.Secundum & 3. dictum
moderatur quæſt. 76. articul. 4. dicens, tunc
peccatum ex ignorantia factum reduci ad
eandem ſpeciem, quam habet factum ſcien-
ter: quod quidam ita intelligunt,vt omnino
ſit eiuſdem ſpeciei: ſed fortaſſe ſolum vult,
reductiue pertinere ad illam ſpeciem, ſicut
embrio leonis ad leonem, quamuis differant
ſpecie.Sayrus ſupra, partem huius opin. Ca-
ietani alijs tribuit dicens, peccatum factum
ex ignorantia facti,eſſe eiuſdem ſpeciei cum
facto ſcienter, non ſolum reductiue, vt di-
cunt Caietan.Corduba,& Medina,ſed etiam
directe,vt affirmant Angles Valentia & Vaz-
quez. Item peccatum factum ex ignorantia
iuris poſitiui eſſe eiuſdem ſpeciei cum facto
ſcienter, *vt contra Caietan. & Angles tenent Me-
dina,Valentia & Vazquez*. Azor autem aliter
refert ſententias Cordub.& Medi. ¶2. Opin.
Caſtri,& Couarrub.ſupra,eſſe dicitur, ſi quis
det operam rei illicitæ & ex ignorantia cul-
pabili ipſius ſequatur homicidium, pecca-
re peccato homicidij:ſi autem licitæ, ſolum
peccare peccato negligentię, nimirum con-
tra ſtudioſitatem. Hanc ſententiam tribuit
illis Vazquez ſupra.

Ego generaliter cenſeo, peccatum com- 71
miſſum ex ignorantia, eſſe eiuſdem ſpeciei 2. Opinio.
in eſſe moris cum facto ſcienter, ſiue igno-
rantia ſi iuris, ſiue facti;ſiue iuris poſitiui,ſiue
naturalis, ſiue homo det operam rei licitæ,
ſiue illicitæ. Probatur quia ſpecies moris in 3. Opinio
peccatis non ſumitur ex obiecto motiuo, vt auctoris.
ipſe Caietan.fatetur,nec ex obiecto termi-
nante ſecundum ſe vel in ſe vt ipſe falſo pu-
tat.Nam licet ſpecies naturæ ex obiecto mo-
tiuo & terminatiuo in ſe ſumenda ſit, tamen
ſpecies moris in peccatis ſolum ſumitur ex
priuatione conformitatis ad rationem, regu-
lam,ſeu legem:ſeu ex oppoſitione cum iſtis
viſa in ſe vel in cauſa,aut quæ præuideri de-
buerit, & potuerit:talis autem oppoſitio ea-
dem eſt in his omnibus euentis:ergo & eadē
ſpecies malitiæ moralis. Ita generatim do-
cent Vazquez,Azor,Sayr. Vale. ſupra & alij
communiter, & ſumi poteſt ex ijs, qui di-
cunt,ebrio,qui potuit & debuit præuidere pe
riculum inceſtus vel homicidij,imputati. Da
maſcen.2.fid.cap.24.Orig.Hieronym. Ambr.
Theodor.& alij dum agunt de inceſtu Loth,
D.Thom.q.76.a.4.ad.2.et.4. Alb. 2. p. tractat.
14.q.88.Alen.2.p.quæſt.105.m.3.artic.3.in fine.
Bonau.2.d.22.verſus finem.Durand.q.4.Rich.
artic.2.quæſt.3.de quo multa Caietan. et alij
locis citatis nos diſp.5.ſect.14.Sayr.cap.illo. 9.
numero.41.et.42.Herrera.2.diſput.35.quæſt.23
Azor tomo.1.lib.1.ca.14.quæſtione.3.et.10.

Herrera ſupra limitat noſtram ſententiā 72
ad effectus, qui per ſe ſequuntur ex ignorātia
voluntaria et culpabili:nam ſi ſequantur per
accidens, putat eſſe in alia ſpecie moris, vt
in ſpecie incautæ ſagittationis, vel inobe-
dientię. Sed hoc, ſine fundamento dicitur:
maxime cum hi effectus,quando ſequūtur ex
ignorantia, ſemper ſequantur ex ea per ac-
cidens,ſcilicet,tanquam ex remouente pro-
hibens,videlicet ſcientiā,qua poſita non fie-
rent. Vtcumque ſit,qui ex ignorantia vincibi
li occidit aliquē,peccat cōtra iuſtitiā, et tene
tur reſtituere.Say.cū Vaz.et Angl.Probo:quia

peccat peccato homicidij, vel alio peccato
iniuſtitiæ. Nequecredo id negaret Caie. quã-
uis id deberent negare Couar. Caſtro & Her-
rera in illis caſibus, in quibus ſentiunt ſolũ
eſſe peccatum contra ſtudioſitatem, vel obe-
dientiam. Similiter, qui ex ignorantia culpa-
bili aliquem occidit, incurrit irregularitatẽ
vt ait Sayr. cum Caiet. q. 72. a. 9. & q. 76. a. 4. &
Vale. diſp. 6. q. 6. pun. 3. quanuis Caie. parũ cõ-
ſequenter loquatur, nam irregularitas ſolum
ponitur pro culpa homicidij: ipſe autem, quã
do ignorantia eſt facti, non agnoſcit culpam
homicidij, niſi reductiue. Aduerte autem. 1. ſi
quis in ignorantia præuideat periculum pec-
cati, ſed neſciat, an futurum ſit homicidium,
vel furtum, peccatum fore eiuſdẽ ſpeciei in
eſſe moris cum ea, quam habet hic actus, vo-
lo cõmittere peccatum furti vel homicidij,
qui actus ſm̃ aliquos pertinet ad iniuſtitiam
commutatiuã quæ comprehendit furtum &
homicidium. Si vero actus eſſet volo cõmit-
tere furtum, vel fornicationem, difficile eſſet
aſſignare, cuius vitij eſſet, & aliqui dicerent,
eſſe iniuſtitiæ legalis; alij inobediẽtiæ. ¶ 2. Ad-
uerte licet abſq. pertinacia nõ ſit homo hære
ticus, vt ſuperius diximus: tñ aſſenſus cõtra ar
ticulos fidei cõtinens culpam, eandem ſpeciẽ
malitię habet, quã aſſenſus conſtituens homi
nem hæreticum, ſicut enim exponere ſe peri-
culo homicidij habet malitiã homicidij: ita
exponere ſe periculo hæreſis per ignorantiã
culpabilem, habet malitiam hæreſis, licet in
gradu inferiori. Ex quibus patet, explicãdum
eſſe in confeſſione, cuius peccati periculum
in ignorantia culpabili ſit cõmiſſum: alioqui
enim non explicaretur peccati ſpecies.

SECTIO. X.

V. ignorantia excuſet a pœna legis.

73 EXtra controuerſiam eſt, ignorã-
tiam, quę excuſat omnino a cul-
pa aliqua excuſare omnino à pœ
na proprie dicta reſpondente illi
culpæ, pro qua impoſita eſt ipſa pœna: ſecus à
pœna improprie dicta, quæ ſine culpa inter-
dum contrahitur. Vtramq. partem docet late
Sayr. 2. p. Theſauri li. 2. c. 9. n. 24. vſq. ad. 29. pro-
ferens multos auctores & deducens ex vtraq.
parte multa corolaria, quę omitto; quia res
eſt clara: de qua etiam videri poteſt Suar. 3. p.
to. 5. diſp. 4. ſect. 8. & Sanchez. 9. de matri. diſp.
32. num. 15. & prior pars colligitur ex cap. 2. de
conſt. vbi dicitur *rem, quæ culpa caret, in damnũ
vocari non conuenit*, Quod paulo inferius appli
catur ad rem, quæ ob ignorantiam culpa ca-
ret, & in excommunicatione ita diſponitur
cap. ſi vero de ſentent. excommunic. & cap.
excellentiſſimus. 11. quæſt. 3. aliqui etiam addu
cunt tex. in cap. vt animarum ſeu. 2. de conſti.
in 6. ſed hic textus varias habet interpretatio-
nes vt videbimus. Hinc irregularitas homici-
dij caſualis ſeu non intenti nec præuiſi, quæ
vere eſt pœna, non incurritur ſine culpa illi
reſpondente, qualis autem debeat eſſe illa
culpa, vt incurratur, vidimus diſp. 5. ſectione
16. Hinc etiam quia ignorantia concomitans
inuincibilis poteſt omnino excuſare à culpa,
etiam poteſt excuſare ab excommunicatio-
ne, vel alia pœna reſpondente illi culpæ, vt
cum multis diximus contra paucos aliquos
quibus conſentit Lelius Zechus in obſerua-
tionib. circa caſus reſeruatos caſu. 1. qui eſt
de excommunicatione.

Eſt tamen grauis difficultas, an quando da
tur ignorantia inuincibilis circa ius cano- 74
nicum, quo excommunicatio eſt conſtituta;
nulla tamen datur ignorantia circa ius diui-
num naturale, vel poſitiuum, is, qui peccat
contra tale ius diuinum ſcienter, incurrat
excommunicationem. Prima ſententia affir-
mat, pro qua Azor to. 1. lib. 1. c. 15. q. 3. refert Sco
tum Gabr. Adria. Maior. Cordub. Gloſſ. Ioan.
Andr. Ancarr. Imol. Couarrub. Barth. Bald.
Cyn. Socin. Iaſon, & Roſſell. & ponit eorum
fundamenta, potiſſimum eſt, quia talis igno-
rantia non liberaret ab alijs pœnis, vt tractat
Azor eod. capit. quæſtione. 1. & 2. ergo nec ab
excommunicatione, & cæteris cẽſuris. 2. Opi
nio, quam Azor eligit, affirmat, in eo euentu
non incurri excommunicationem etiã Pon-
tificiam, pro qua opin. citat Sotum Ledeſmã
Caſtrum, Ang. Antoninum, Syluest. Tabien.
Batrium, Pan. Decium Felin. & alios apud
Couarrub. & Adrianum. Hanc opinionem
tenent etiam Nauar. capit. 27. num. 16. & ſeqq.
Herrera. 2. d. 35. quæſt. 21. præter citatos refe-
rens Driedonem. 2. de lib. Chriſtia. pag. 246.
eandem tenet Toletus. 1. ſummæ cap. 8. circa
finem. Angles. 2. d. 22. quæſt. 2. articu. 3. diffic. 3.
Valent. 3. par. diſp. 7. quæſt. 17. puncto. 7. Sayr.
1. part. theſauri lib. 1. capit. 8. Victor. quæſt. 8. de
excommun. Suarez 3. par. tom. 5. diſputatio. 4.
ſectione. 10. Sanchez, tomo. 3. de matrimon.
lib. 9. numero. 9. citans multos alios.

Quinimo ex auctoribus primæ opinionis 77
hanc in ſtatutis & ſententijs ordinariorum
concedunt Gloſſa, Ioan. Andr. Bartho. Imol.
Adrian. Maior, Anchar. Roſel. & Cordub. li-
cet in alijs negent, quia in cap. vt animarum
de conſtitu. in. 6. dicitur. Vt animarum peri-
culis obuietur, ſententijs per ſtatuta quorum
cunque ordinariorum ligari nolumus igno-
rantes, dummodo eorum ignorantia craſſa
non

non fuerit aut ſupina:ergo à contrario ſenſu, alijs ſententijs ligantur ignorantes, etiam ſi eorum ignorantia non fuerit craſſa aut ſupina. Sed Reſpon. Azor, argu.à cótrario ſenſu non ſemper eſſe firmum, præſertim ſi ex ipſo iure contrarium colligitur, aut ſpecialis ratio oppoſitum prorſus oſtendit, vt in propoſito, quia excommunicatio non incurritur ſine cótumacia, ſeu voluntaria inobedientia Eccleſiæ cap. nemo Epiſcoporum.1. quæſtione.1.& cap.ſacro.de ſentent. excommunic.& Matth.18. Si Eccleſiam non audierit,&c. Alij vt Syluest. excommunic. vltimo. quæſtione.13.& Lopez quæſtione.13. de claribus Reſpondent, nomine ordinariorum ibi comprehendi etiá ſum. Pontifi. hos reijcit Azor, quia in iure ordinarius non appellatur, niſi is, qui in certa ciuitate, prouincia, vel loco iuriſdictionem certis limitibus contentam, & veluti quibuſdam cancellis circunſcriptam habet, pro quo etiam poſtea Sanchez referemus. Alij vt Zechus de caſib. reſeruatis caſu.1. reſpondent, licet text. ille ſolum loquatur de ſtatutis ordinariorum, non comprehendendo Pontificem: tamen quia text. ille non conſtituit nouum ius, ſed declarat ius commune & naturam excommunicationis, quæ ex ſe petit contumaciam, extendi debere ad excommuniones latas à Pontifice, & alijs quibuſcomque. Hoc etiam excludit Azor, quia tenera text. non declarando, ſed ſtatuendo procedit, vt patet ex illo verbo, *nolumus*: ergo nouum ius condit, quod in ſolis ſententijs ordinariorum locum habet, maxime cum non loquatur de ſola excommunicatione & alijs cenſuris, quæ ex ſe petunt contumaciam; ſed generatim & indiſtincte de omnibus ſententijs: ergo illis non ligantur ignorantes inuincibiliter ſtatuta ordinariorum, etiam ſi culpam committant illis ſtatutis vetitam, quia etiam eſt vetita iure diuino naturali, vel poſitiuo, circa quod non eſt ignorantia inuincibilis, vt ſupponimus.

76 *Opinio authoris.* Vnde mihi dicendum videtur, textum cóſtituere nouum ius ſolum habens locum in ſtatutis ordinariorum: tamen nomine ignorantiæ craſſæ & ſupinæ non intelligi quacumque vincibilem, aut culpabilem etiam mortaliter. Ita plane ſentit Azor, & expreſſius Sotus.4.diſtin.28.queſtione.1.artic.2.verſ. ex his primùm, quam poſtea ſecuti ſunt Medina, quæſtione.76. articulo. 3. ad finem. Zumel articulo. 4. diſput. 3. & 4. Graſſis.1. parte deciſionum lib.4 capite.9. nom.20. & ſequentibus. Herrera.2. diſput.35. quæſtione.2. citans pro illa Ad. ia. Caſtr. Ledeſ. Maio. Angel. Feli. & But. Nauarr. & Driedo. Sed hi ſm Suar. non explicant ignorantiá craſſam & ſupiná diſtingui à vincibili & culpabili etiam mortaliter. Et quamois Sotus, quem ſequitur Graff.) dicat, nobiles auctores idem tradidiſſe, tamen nullum profert, imo poſtea diſtin.22. quæſt.1. articulo. 2. nullam mentionem facit huius opinionis, nec diſtinguit inter ignorantiam craſſam & culpabilem: nec ego (inquit Suarez illa diſput.4. ſectione 10. num.7. & 8. reperio alios auctores, qui priorem huius opinionis partem affirment, ſcilicet etiam ſi ignorantia iuris Eccleſiaſtici vincibilis ſit, poſſe non incurri excommunicationem ordinarij: ſed omnes docent contrarium, vt videre licet in Nauarr. Couarrub. Vgolino, & alijs, quos ipſi citant. Imo & Syluest. qui in contrarium adducitur à Ludouico Lopez tractatu de claub. quæſtione.13. licet hoc indicet obſcure: non tamen id affirmat. nam quamuis verbo, ignorantia.§.8. & excommunica.2. not.3. & excommuni. vltimo, quæſtione.3. dicat ignorantiam, quæ eſt ex negligentia excuſare, craſſam vero & ſupinam non excuſare: tamen hoc probat, quia excommunicatio non incurritur, niſi pro mortali: ergo nomine ignorantiæ negligentis non intellexit mortalem, ſed venialem. Hæc Suar. Sed quãuis male Angelus eo arg. probet ſuum intentum; tamen Syluest. illum referens, non approbat illam eius rationem, ſed concluſionem propter alias rationes quas ipſe Angel. adducit. Nec poteſt dubitari, ſi attente legantur, quin ſentiant, ad incurrendas eiuſmodi excommunicationes non ſufficere quamcumque ignorantiam lethaliter culpabilem: quoniam requirunt eá, quæ procedat ex lata culpa & ſit dolus præſumptus, vt iura loquútur. l.2.§.& generaliter. ff. de doli exceptione. Vnde Thomas Sanchez. 9. de matrimo. diſput.32. num. 31 32. & 33. relata ſententia Suarez ab illo diſcedit quantum ad hoc, dicens, ignorantiam mortaliter culpabilem in iure eſſe duplicem; alteram negligentem tantum, alteram craſſam & ſupinam: & hanc requiri putat ad incurrendam cenſuram, & pro hac ſententia citat Syluest. Angel. Tabien. Ioann. Andr. ſpeculat. Gloſſam, Ancharranum, Butrium Francum, Antoninum, Petrum Nauarram, Ariam Valderas; Graſſis, Sotum, & Caſtrum, & dicit, ſe latius probare hanc diſtinctionem ignorantiæ lib.1. ſuæ ſummæ cap.16. numero.7.

Ait etiam Sanchez num. 9. ignorantiam, quæ non fuerit craſſa & ſupina, excuſare non ſolum ab excommunicationibus ordinariorum particularium; ſed etiam Pontifi. vel quia in illo capite. 2. de conſtit. in.6. intelli- 77

Digitized by Google

79 Sed obijcies.1. quia Geneſ.12. & 20. Pharao & Abimelech inuincibiliter ignoraſſe videntur, Saram eſſe vxorem Abrahæ, cum ipſa dixiſſet eſſe ſororem: tamen ille puritus, iſte increpatus eſt propter iniuriam Abrahæ illatam. Reſpondetur Pharaonis ignorantiam fuiſſe culpabilem, cui doctrinæ fauet Chryſoſto. ſed forte Abimelech non peccauit grauiter, vt colligi poteſt ex verbis Domini, ſcio quod ſimplici corde feceris, quod explicat Ambroſ. puro corde, ideoque non eſt punitus: ſed tantum increpatus ad cautelam vt magis deterreretur à propoſito, idem fere Augu.1. Deutero. quæſt. 32. Chryſoſtom. homilia.45. in Geneſ. Arbor.1. Theoſoph cap.21. Pererius Geneſ. 20. quamuis Theodoretus, & Lyra ab eo relati ſentiant, Abimelech peccaſſe, vide dicta ſect.4.

Obijcies.2. quia.1. Reg.14. Ionathas prorſus inuincibiliter ignorauit paternum præceptum nihil comedendi vſque ad veſperam tamen illum peccauiſſe guſtando aliquid [illegible]lis, inde colligi videtur, quia quærente Saule, cuius peccato irritatus Deus negabat illis reſponſum, ſors cecidit in Ionatham. Reſpond Ionatam non peccaſſe. & licet co[illegible] Saul [illegible], vt deprehenderet virum cuius culpa negabantur Dei oracula: nihilominus Deus non ſatisfecit eius intentioni[illegible] neque antea, quando Deum interrogabat: ſed ſortem de[illegible] acit Deus ad Ionatham, vt conſtaret illius innocentia, [illegible] quam, & propter [illegible] victoriam [illegible] populi acclamatione, & laude. Q[illegible] vellet, potuiſſet Saul animaduertere, Deum ſibi potius infenſum eſſe, quam alijs. De quo bene Lyra [illegible] illa verba adiurauit autem Saul populum.

[illegible] obijci Concil. Tributi. cap. in lectum.24. quæſt.2. ſed de hoc iam dixi ſect.5. in principio.

80. Quæſt. 2. Q. Vtrum ignorantia, quæ vinci non poteſt, quando prodit in actum, ſed potuit antea vinci, excuſet prorſus à culpa, vt ſi tua culpa & negligentia prætermiſiſti occaſionem addiſcendi, quod teneharis ratione tui officij, vel communi lege Chriſtianorum deinde quando nullus eſt, à quo diſcere poſſis, committis multa peccata. Hæc quæſtio ſimilis eſt illi, an qui culpa ſua inebriatur, excuſetur à culpa facinoris poſtea inebrietate patrati. De qua D.Thom.2.2.q.150.a.4. vbi ſeſe Caieta. Alen.2.par. quæſt.129 verſus finem. Alb.2.par. tract.14. quæſt.88. ex Damaſc. Bona. 2.d.28. ad finem. Richar. ar.2. queſt.3. Antonin. 2.par. titu.5. c.9. §.2. Henr. quodlib.3. queſt.26. Sylu. & alij ſummiſtæ, verbo, ebrietas. Caſtro. 2. de lege. c.14. poſt.1. concl. Herrera. 2. diſput. 35. quæſt.23. Vazq. hic quæſt.127. Sayr. lib.2. c. 9. n.41. & 42. & nos late diſp.2. ſect.9. & alibi, & non ſolum de ebrietate: ſed etiam de ignorantia diſputat hanc q. Cordub. lib. 2. quæſt. 18. Azor tomo.1. lib.1. capite.14. quæſtione.3. & 10.

Dico breuiter.1. Si tua culpa deueniſti in ignorantiam, quam debita diligentia nullo modo potes euadere, quæ ex tali ignorantia facis, non imputantur ad nouam culpam; dicuntur tamen peccata à culpa præcedenti.

2. Dico, peccatum præcedentis negligentiæ tanto grauius fuit, quanto plura vel grauiora peccata in negligētia præuiſa fuere, aut præuideri debuere & potuere, & ſcienter præ[illegible] ſunt. Idem eſt de illo, qui per culpam [illegible] ebrietate, aut amentia corripitur, [illegible] adulteria, vel alia crimina [illegible] de ince[illegible] Loch docet Auguſt. [illegible] Fauſtum.c.44. relatus.c. inebriauerunt. 15. quæſtione.1. dicens, *Loth culpandum [illegible] non quantum inceſtus ſed quātum ebrie[illegible]* propterea eos [illegible] inebrietate deli[illegible], ac ſola ebrietate damnari, docet [illegible] quæſtione [illegible] ſpec[illegible] Ariſtot.[illegible] cap.[illegible] duplicem [illegible] conſtitu[illegible] eſſe: alteram [illegible] ebrietatem, alterā propter crimen in ebrietate commiſſum, ſcilicet quando fuit [illegible], vel præuideri debuit, & potuit. Q[illegible] modo intellige Damaſce.2. fid. c. 2[illegible] citium non excuſari à crimine in [illegible] commiſſo, ſi ſua culpa ſe inebriavit idem docent D.Thom. Bonauen. Alexan. Albert. Anto. Richa. Caie. Azor, & alij ſupra. Et Loth non [illegible] excuſatum ab inceſtu [illegible] Auguſt. ſup. Orige. homilia.5. in [illegible] epiſt. de cuſtod. virginit. ad [illegible] cap.4. Am[illegible] de Abraham cap.6. verſus finem. Theodor. quæſt. 69. in Geneſ. D.Thom. [illegible] quæſt.154. artic.4 Eucher. apud [illegible] infra, licet Chryſoſt. homilia. 44. in Geneſ. Loth excuſet prorſus ab inceſtu, vide Caie[illegible] ſup. Henri. quodlib.3. quæſtione. 26. [illegible] ſup. Irenæum lib.4. c.51. Filias autem Loth patres citati communiter excuſant, pro[illegible] illis probabilem de totius mundi [illegible] gatione.

Hoc tñ inter eſt inter ebrietatem & aliam i[illegible] nam quando in ebrietate præui[illegible] homicidiū, vel aliud crimē, tunc cōmit[illegible] duo peccata; aliud ebrietatis; aliud homicidij, vel alterius criminis præuiſi. At vero q[illegible] ignorātia præuidetur omiſſio reſtitutionis, vnicum peccatum eſt omittendi reſtitutionē, quia ignorātia reſtitut. nō teneris euitare propter ſe ipſam, ſed propter reſtitutionem.

81 Quæſt.3. Quæritur.3. An ignorātia inuincibilis de malitia actus interni excuſet à culpa, quando

 cognoſ-

cognoſcitur malitia obiecti ſeu actus externi
Reſpon.negatiue,vt in errore illo Iudæorum
exiſtimantiũ,actus internos niſi opere cõſum
mentur,non eſſe peccata,licet habeant mala
obiecta, ſi in aliquo contingeret,eſſe inuinci
bilem.Prob.quia voluntas quæ ſcienter oppo
nitur præcepto,vel rationi,eſt mala.¶2. Quia
velle peccare mortaliter,licet nulla reflexio
fiat ſupra volitionem ex naturali inaduerten
tia,eſt peccatum.m ergo & cum errore inuin
cibili circa malitiam interni actus. ¶3. Quia
homines grauiter ferũt,quod alij velint illos
offendere ſi aduertatur malitia obiecti, licet
non actus.¶4.malitia ab obiecto cognito vt
malum petitur & contrahitur, nec oportet
cogitare eſſe malum velle illud obiectum,ſed
ſatis eſt noſſe malum eſſe,quod vult¶.5.ſicut
ad bonitatẽ,vel malitiã volitionis non opor-
tet volitionem eſſe volitam; ita neceſſe cog
nitam & multominus quod malitia ſit cog-
nita,ſed male aliqui addunt:ſiquis inuincibi
liter exiſtimet,licitum eſſe operari cum du-
bio practico,adhuc non excuſari à mortali.
Prob. quia in obiecto nulla cernitur malitia
certa,ſed dubia,à dubia autẽ excuſat opinio
probabilis reflexa, qua putat homo licitum
eſſe operari cũ dubio practico,& tract.de cõ-
ſcientia docuimus id interdum licere: quan-
uis hîc non ſit dubium complete practicum
proprie dictum.cum ſit illa opinio reflexa, ſi
vero nõ haberet illam opinionẽ reflexã, nec
iudicaret,id eſſe probabile, peccaret mortali
ter,quia nihil excuſaret à malitia apparẽte in
obiecto,licet dubiã & incerta. Similiter erit
mortale delectari moroſe in obiectis malis
cognitis vt mala,licet inuincibiliter ignores,
tales delectationes eſſe malas, quia obiecti
malitia cognita ſufficit ad inficiẽdas has ac-
tiones;licet hoc nõ ita certum ſit,ſicut in vo-
litionibus efficacibus,quia minus videtur re-
quiri ad excuſandum à malitia actum ineffi-
cacem,quã efficacem. Sed quid ſi quis inuin-
cibiliter putet,licitum eſſe imperare,vel ſua-
dere alteri malũ & ita imperet, vel ſuadeat.
R.excuſari;quia obiectũ actus interni eſt im-
periũ,& non res imperata:in imperio autem
nulla repręſentatur malitia:ſed ſimpliciter iu
dicatur licitum:ergo.

Q.4.v.ignorantia vincibilis excuſet à pec-
82 cato.Aliquã ignorantiã non omnino excuſa
Quæſt.4. re,licet culpã minuat d fide eſt ex Nu.15.Exo.
21.Ioan.19.Act.3.Luc.12.c.quæro.6.q.1.c.quem
admodũ.32.q.7.ex Aug.& c.ſciendũ de pœni.
d.2.ex Grego.Et non excuſare omnino ſenſit
Plat.9.de legib.longe ab initio,Ariſt.3.ethi.c.
1.Iuriſc.l.1.ff. de legib.aſſerãs lege puniri etiã
delicta,quæ per ignorantiã cõmittũtur, Gra-
tian.15.q.1.c.1.verba Aug.& Iſidori ex varijs lo
cis deſumpa,habet Alenſ.2.p.q. 129. m.6.et.7.
Huius rei rationẽ abſtruſam valde eſſe,et per
tinere ad occulta Dei iudicia, putat Hieron.
dialog.1.contra Pelagi.c.10.11.et.12 quod intel
lige de ignorantia in particulari:nam occul-
tũ valde eſt et ad iudicia Dei pertinet, quare
huius vel alterius hominis ignorãtia vincibi-
lis et culpabilis ſit,alterius vero inuincibilis
et inculpabilis. In genere tñ aperta ratio eſt
quia vnus debitam in addiſcendo pręſtitit di
ligentiam:alter vero nõ,et ideo voluntarie et
culpabiliter ſe expoſuit periculo agẽdi cõtra
præcepta.Quamuis autem ignorantia vincibi
lis nõ excuſet omnino à culpa: tñ ſi nõ fuerit
affectata, excuſat aliqualiter ſeu ex parte,
quia minuit voluntarium et cõtemptũ: vnde
Nu.15. *dimittetur ijs, quia non ſponte peccauerit.*
Econtra vero de commiſſis ſcienter dici-
tur Heb.10.*voluntarie peccantibus poſt acceptam
notitiam veritatis, iam non relinquitur hoſtia pro
peccato*,quia videlicet maius eſt eorum pecca
tum,eo quod, *cui multũ datũ eſt, multũ exigetur
ab eo*,quæ verba ſubiunxit dominus Lucæ.12.
poſtquam dixerat,*ſeruus ſciens voluntatẽ dñi ſui
& non faciens,plagis vapulabit multis:* vnde vide
tur illud eſſe ratio huius, vt exponit Theo.
ibi.Quod autem omnis ignorantia ſaltem nõ
affectata,aliquomodo minuat peccatũ, do-
cet Bon.2.d.22.q.3. Ægid.q.2.a 4. Cord. li.2.q.
16.imo etiam de affectata aliquomodo pecca
tum minuere,diximus ſect.6.De ignorãtia au
tẽ vincibili comitante D.Th.q.76.a. 4. Alenſ.
2.p.q. 129.m.6. Ægi. 2.d.22.q.2.a.4.ad. 4. negãt,
minuere aut augere. Quod intellige ſicut de
inuincibili cõmitante dixero, non excuſare
nec accuſare,ſcilicet quatenũs non excludit
nec includit alium actũ minuentẽ, aut aggra
uantem:nam ſi ſit ignorantia malitiæ, procul
dubio minuit,quia actum reddit minus vo-
luntarium,ſicut ſi eſſet inuincibilis, omnino
excuſaret actum,qui cum ea ſit, quia redde-
ret illum nõ voluntarium, vt diximus ſect.5.

Aduerte autẽ quod ignorantia vincibilis
nõ excuſat voluntatẽ ignorandi, ſed actum,
qui ex ignorãtia fit, qui ſi proueniat à mor-
tali,eſt mortalis,ſi à veniali,venialis,Cord. li.
2.q.24.ad fin.ex Mart.de Magiſt.Sylu.v.periu
rium.n.1.& ignorantia.n.10.Zumel.q.76. ar.2.
diſp.2.in append.

Objicies.1 q. ait Amb.in id Ro.2 an ignoras, 83
quia benignitas Dei, &c. grauiſsime peccas, 1.Obiect
ſi ignoras,intellige abſolute nõ cõparatione
peccati ex ſcientia.Vel intellige cum Alenſ.
illo.m.6.Alb.2.par.tract 14.q.88.& Ægid.ſup.
de grauitate quoad nocumentum,ſeu pericu
lũ,quia, qui ſcit ſe peccare,facilius à peccato
reuocatur,vel cum D.Tho.a.4.ad.3.Anto. 1.p.
titulo. 6. cap.1. §.1. de ignorantia affectata,
aut infidelitate,aut de illo gradu, qui ſummꝰ
eſt in ingratitudine,quãdo nõ recognoſcitur
bene-

Digitized by Google

beneficiuııı.Quod magis conſonat loco Pauli,quem tract.Amb.

2. Obiect. 2.Obijcies,quia ignorãtia eſt cõmunis omni peccato:ergo non minuit malitiá.R. ignorantia,quæ minuit peccatnm, eſt ignorantia malitiæ, & hæc ignorãtia non eſt communis omni peccato. Aliter R.D.Tho.ar,4. ad.3.

3.Obiectio. Tertio Obijcies, quia peccatum additum peccato facit maius peccatum: ſed ignorãtia vincibilis eſt peccatum:ergo. R.D.Tho. ad.2. Bon.& Ægid.1.peccetũ peccato additum non ſemper facere maius:quia non ſemper cõſtituunt vnũ peccatũ,ſed ſunt plura. 2.Adeo poſſe ex vno minui malitiam alterius, vt vtrũq. ſimul ſit minus qnam alioqui eſſet alterum, vt ſi quis ſua culpa inebriatur cũ præuiſo periculo homicidij, homicidiũ & ebrietas ſimul minus grauia ſunt,quá eſſet ſolú homicidiũ ſcienter cõmiſſum.Adde.3.nõ ſemper ignorãtiá eſſe diſtinctũ peccatũ ab eo,quod ex ea cõmittitur,quia non eſt peccatũ,niſi rõe periculi,in quo hominẽ cõſtituit faciendi talé actũ. Imo interdũ ignorãtia nõ eſt peccatũ,ſed operari cum illa, vt ſi quis dubitet an ſit dies ieiunij,& nolit inquirere nec abſtinere,nõ peccat nõ inquirẽdo,ſed comedẽdo ſine inquiſitiõe, poſſet enim licite manere in ignorãtia,modo abſtinere vellet:& in tali euẽtu ignorãtia nõ dicitur culpabilis formaliter, ſed cauſaliter.

4. Obiect. 4.Objicies, quia ebrius meretur duplicẽ pœnã.3.eth.c.5.ergo ignorantia nõ extenuat eius culpã.R.D.Th.ad.4.& alij citati,ebriũ mereri duplicẽ pœnã,ſcilicet ebrietatis et homicidij; ſed vtrãq. ſimul eſſe leuiorẽ vnica reſpõdẽte homicidio ſcienter cõmiſſo.R.2.Ariſt. loqui ex mẽte Pytaci cuiuſdá legiſlatoris,qui maiorẽ ſtatuit pœnã ebrijs,quia difficilius cohibẽtur ab ebrietate & conſequẽter à dãnis. Vide Ariſt.2.polit.c.10.D.Tho.2.2.q.150.a.4.ad.1. & ibidẽ.§.ad obiecta,ait,eũ,qui peccat ex ignorãtia,plura & grauiora peccata cõmittere, vt pluries & maiora furari: tamen quodlibet furtum eſſe leuius, quam ſi in eadem quantitate ſcienter committeretur.

84 Q.5.V.circũſtãtia ſciẽtiæ vel ignorãtiæ vincibilis ſit exprimenda in confeſſione.

Quæſt. 5. Cord.li.3.q.4.in dub.poſt.6.con. refert Angeſt.dicentẽ,eũ qui peccat cõtra cõſciẽtiá verá cõmittere duplex peccatũ:alterũ cõtra præceptũ ſequẽdi cõſcientiá:alterũ cõtra præceptũ non furãdi,vel aliud. Qñ vero quis peccat cõtra cõſcientiam erroneá,cõmittere vnicũ tãtũ peccatũ cõtra præceptũ ſequẽdi conſciẽtiá.Quæ opinio ſi vera eſſet,explicãdum eſſet in cõfeſſione,an peccatum fuerit cõtra cõſciẽtiá verá,vel erroneá.Similiter Adri. q.4.pu 2. de circunſtan.& Ioan.Med.C.de cõfeſſ.tit. de circunſtan. ſpeciẽ mutantib. tenẽt peccatum cõmiſſum cum ſcientia,& cum ignorãtia differe ſpecie, & ita exprimẽdũ eſſe in cõfeſſione, qñ peccatũ ſit ſcienter, vel ignorãter. Sed hoc fund.falsũ eſt, vt vidimus hic ſect.9.& to. 1.tract.de cõſcientia.Vnde Nauar.c.6. n.12. & c.cõſideret in princ.de pœnit.d.5. not.6.à nu. 52.vſq.ad 79.docens,circunſtãtias nõ mutãtes ſpeciẽ,non eſſe neceſſario cõfitendas ait, has nõ debere in cõfeſſione explicari, licet autẽ teneamus,notabiliter aggrauãtes eſſe neceſſario cõfitendas,nõ eſt dicendũ (vt aliqui affirmát) ſcientiã (vel cõſcientiã, quæ in hoc pares ſunt) eſſe neceſſario cõfitendá,quia vel nõ aggrauat notabiliter,vel iá intelligitur,dũ cõtrariũ nõ exprimitur.De ignorãtia autẽ vincibili, qñ cũ ea peccat. Dico exprimendá non eſſe,quia peccatũ extenuat, & ignorantiæ extenuantes nõ ſunt neceſſario cõfitendæ,etiãſi notabiliter extenuẽt, vt late oſtendimus cũ multis in ſcriptis de confeſſione.

Q.6.An neceſſariũ ſit cognoſcere explicite malitiá ignorãtiæ, vel exiſtentiá aut periculũ illius,vt ignorantia ad culpá imputetur. 85

Quæſtio. 6. 1.Opinio. Quidá referunt duas opiniones.1.eſſe neceſſariũ.pro qua dicunt facere dicẽtes,peccatũ delectationis moroſæ nõ eſſe,niſi explicite cognoſcatur eius malitia,ſimul cũ exiſtentia, vel periculo ipſius delectationis.D.Tho. q.74.a. 6.& de verit.q.15.a.6. Alex.2.p.q.125.m.11.Ant. 2.p.tit.5.c.1.§.5. Bona.2.d.24.in lit.n.59. & 2.p. diſtinctionis,q.2.Gab.q.vn.Conrad.1.2. q. 74. ar.8.circa ad.3.& fuſius.ar. 6. Alm.3. moral.c. 24.Gerſon alph. 3.litt.C.& D. Adrian.q. 4. de Euchar.§.per hæc dico.Angel. Tab.& Armil. ver. cogitatio.Caieta.delect. §. ex parte vero Roſell.eod.verb.vbi Syl.q.1.par.4. Sotus.4. d. 12.q.1.a.7.Victo.relect. de peruenient ad vſum rationis p.2.n.11.ad.1.Pet.de Soto lect.9.đ peccatis.Abulen.mat.4.q.75. Nauar. prælud.9. n. 9.& c.16.nu.9.& 11.

2. Sententia quorundá recentiorũ eſt,non 86.

2. Opinio. requiri expreſſam cogitationẽ obligationis, vel culpæ aut malitiæ, vt ignorãtia eorũ,quæ qui ſcire tenetur, & põt,imputetur ad culpá, ſed ſatis eſt teneri,& poſſe.ſcire:tamẽ ignorare.Pro hac referũt Maiorẽ.2.d.37.q.14.Med.q. 9.de pœnit.Henri.quodl.6.q.32.Gerſo.2.p. alphab.34.fol.128.& alphab.33. fol. 184. Adrian. quodl.7.q.1. lit.P.dũ agit de primis motib.Naua.qui ſępe in ſumma ait,aliquid eſſe peccatũ ſi ſciẽs aut ſcire đbẽs, etc.Cord.lib.1.q.23.dub. 9.not.2.& dub.10.Zum.q.74.a.8.diſp.1.conc.4. & a.3.diſp.2.Dur.2.d.24.q.6.n.5.vbi Cart. Henric.quodli.6.q.32.Palud.4.d.16.q.6.art.2. §. res ignorata.Caiet.2.2.q.88.art.1. §. adhuc dicitur Conrad.1.2.q.76.a.3.in notab.poſt. 2.par.concluſ.Valen.diſp.6. quæſt.4. pũcto.3. §. *Secundo ſi plene.*¶ Probať, alioqui nulla peccata eſſent occulta cõtra id Pſ.18. delicta quis intelligit, ab occultis meis, etc. Itẽ aliqñ exiſtimamus

eſſe opera bona quæ vt peccata nobis impu-
tantur.Prouerb.14.eſt via, quæ videtur homi-
ni iuſta. Nouiſsima autem eius ducunt ad
mortem,& Prouerb.21.via viri recta ſibi vide
tur,appendet autem corda dominus,& Apo-
ſtolis dixit Chriſtus,erit tẽpus, vt omnis,qui
interficit vos,arbitretur obſequium ſe præſta
re Deo,& Paulus Galat.1.ex æmulatione pa-
ternarum traditionũ excitatus eſt ad perſe-
quendos Chriſtianos. Vide Greg. 1.mor.c.39.
lib.5.cap.22.&.23.lib.9.cap.16.Caſsianum col-
latione.1.ca 20.21.22. Hæc autem falſa eſſent:
ſi cum peccamus,aduertere malitiã opus ſit.
€5..Alioqui excuſabuntur plurimi ſacerdotes,
iudices,aduocati,medici &alij,qui præ ſuper
bia & ſtupiditate exiſtimant, ſe obtinuiſſe
ſcientiam requiſitam ad munus exequẽdum,
cum tamen ab illa longe diſtent. Explicant
hi ſuam opinionem dicentes, virtualis co-
gitatio obligationis & malitiæ ſufficiens ad
imputandũ peccatũ reperitur, quando cog-
noſcitur aliqua res ex qua facile poſſet ho-
mo cognoſcere obligationem ſciendi, & ma
litiam ignorandi,propter ingenium & ſolet
tiam ipſius,& carentiam grauiũ impedimen
torum potentium diſtrahere &c.

Sed hæc opinio improbabilis mihi eſt, &
87 vt credo omnino ſingularis. Eius falſitas pro-
Opinio au thoris. batur,quia malitia obiecti non imputatur ni
ſi obijciatur,aliter enim non eſt voluntaria
in ſe,nec in cauſa,vt cauſa,ſed in cauſa mate-
rialiter ſumpta,quod non ſufficit ad peccatũ.
Quantumcunque quis faciat contra ſuam
obligationem,ſi inculpate ignorat obligatio
nem,non peccat, ſed ille inculpate ignorat
obligationem ſciendi,vel alterius rei,cũ nũ-
quam obiecta illi fuerit talis obligatio. Ergo
licet poſſet facile illam cognoſcere,non pec
cat faciendo materialiter contra talem obli-
gationem,& auctores qui dicunt, ad peccatũ
ſatis eſſe,ſi quis teneatur & poſsit ſcire,vel fa
cere aliquid &id neſciat,vel non faciat:intel
ligitur;ſi neſciat,vel non faciat cogitãdo ſuã
obligationem ſciendi,vel faciendi.Argum.in
cõtrariũ ſunt friuola: nã occulta mihi poſſũt
eſſe pecc. antea cõmiſſa, cũ cognitione obli-
gationis,quia nõ recordor iam quid fecerim
& an cũ cognitione obligationis nõ faciendi
id fecerim, & modo etiã peccare poſſũ, licet
nõ occurrat obligatio,quia cũ occurrit negle
xi ſcire,& nolui inquirere, vel interrogare
&c.ſed nõ imputatur modo opus ad nouã ma
litiã.l.demeritũ,ſed tota præceſsit in pericu-
lo olim cognito &virtualiter amato, et ſacer
dotes,iudices etc.qui nũquã aduerterũt obli
gationes,nec cognouerũt periculũ violãdi præ
ceptum,excuſantur, ſed pauci ſunt, qui non
aduertant totam obligationẽm, vel ſaltem
partem.Addit ille auctor,peccata aliqua ſunt
tam exiguæ obligationis,vt nõ teneamur ſub
mortali adhibere diligentiam,vt animaduer
tamus illa,etiam ſi poſsimus,ſed tantum tene
mur ea vitare,quãdo explicite & formaliter
aduertimus eorum malitiam,exiſtentiam vel
periculum.Nec mirum:nam ſicut ad homici
dium vitandum tenemur ſub. m. vitare om-
nes cauſas,ex quibus ſequi poteſt, etiam per
accidens,non tamen ad vitandam pollutio-
nem tenemur vitare cauſas per accidens pol
lutionis,ita minor eſt obligatio, vitandi mo-
tus appetitus ſenſitiui,& non peccamus, niſi
expreſſe cognoſcamus eorum malitiam. Sed
certe licet quoad obligationẽ diuerſa ratio eſ
ſe poſſit,tamen quoad hoc,quod niſi explici-
te nunc vel antea obiecti ſint,vt mali & cog-
nita ſit obligatio vitandi illos mali non ſint
nulla eſt ratio diſcriminis.

Q.7.quando committitur peccatum igno-
rantiæ?R.1.non peccat homo tandiu, quan- 88
diu ignorat, quæ tenetur & poteſt ſcire. Ita *Quæſt.7.*
D.Tho.q.76.a.2.vbi Cont.& Caiet.Bona.2. d.
22.q.2.in fine.Alex.2.p.q.129. memb. 5. Anto-
nin.1.p.tit.6.c.1.§.1.Syluest.ignorantia §.8.Cor
duba.lib.2 q.6.Medi.quæſt.76.a.2.patet in eo,
qui habet propoſitum firmum acquirendi
ſcientiam,quam non poteſt in inſtanti acqui
rere,ſed certo tempore.Secundo,ſolo eo tem
pore peccat quis peccato ignorãtiæ, pro quo
tenetur & poteſt ſcire.D.Th.& alij citati hic
& ſect.2.n.7.præter Alex.quia ſolum omitti-
mus culpabiliter eo tempore,pro quo tene-
mur & poſſumus agere. Cum quis proponit
nũquã inquirere & inueſtigare, quod poſtea
ſcire tenetur,peccat.Cum quis ſcit ſe,pro tũc
teneri & poſſe,ſi non inquirat,peccat (ſecus
quidquid dicat quida) ſi tunc non aduertat o-
bligationem.

Q.8.Vtrum ignorantia,vel errore facta,va *Quæſt.8.*
lida ſint.De hoc dixi to.1.tract.3. diſp. vltima.
Vide etiam Molin.to.2.de iuſt.tract.2.diſput.
340.& 342.& duab. ſeqq.

Q.9. Quando damnificans ex ignorantia *Quæſt.9.*
culpabili teneatur reſtituere, vide Nauarr. 2.
de reſt c.1.à dub.2.vſq. ad.8.

Q.10.Vtrum ignorantia culpabilis conſti- *Quæſt.10.*
tuat malæ fidei poſſeſſorem, ac proinde præ-
ſcriptionem impediat?Vide Mol.to.1.de iuſt.
tract.2.à diſp.63.vſq.ad.77.

Q.11. An ignorantia iuris humani excuſet à *Quæſt.11.*
mortali peccato. R. interdum excuſare à.m.
interdum etiam à.v.interdum à nullo.Valen
tia diſp.6.q.6.pun.3.Sa,& alij ſummiſtæ, ver-
bo ignorantia.

Q.12. An inaduertentia ad excuſandum à *Quæſt.12.*
culpa æqui polleat ignorãtiæ.R.affi.vide Zu.
q.76.a.3.diſp.2.&Sua.3.p.to.4.diſp.4.ſec.8.n.11.

Q.13.An actus excuſatus à culpa per igno- *Quæſt.13.*
rantiam, ſit moraliter bonus?R. affirm. cum

Digitized by Google

Almai.1.mor.c.4.Cord.lib.2.q.23.Angles.2.d. 22.q.2 ar.3.diffi.2.con.3.Azor to.1.lib.1.c.14. q. 5.Angeſt.in moral.c.7.& 8.Dur.2.d 3.q 1.& alijs contra Mart.de Magiſtris,idem nos diximus tract.de conſcientia,& tract.de bonit.& mal.hum actuum in.1.tomo.

Queſt. 14. Q.14.An liceat delectari de malis actibus per ignorantiam excuſatis,vel ſimiles deſiderare. Vide diſp 6.ſect.32.

Queſt.15. Q.15. An liceat alicui conſilium date, vt operetur iuxta ignorantiam inuincibilem, quam habet,tractat Angles.2.d.22.queſ.2.a. 4. diffic.6.& alij in tractat.de confeſſ.Reſolutio eſt,ex cauſa graui eſſe licitum,modo fiat ſine mendatio,vt ſi mulier contraxit matrimoniū cum impedimento dirimente, & tn confeſſione dicit, ſe negare debitum viro ob iram vel aliam cauſam, conſulendum imo præcipiendum illi eſt,vt reddat,quia tenetur,ſcilicet ſuppoſita ignorantia, quam ſine incommodo non poteſt Confeſſor ab ea expellere: inducere autem abſolute amentes, vel ignorantes, qui non ſunt coniuges, vt commiſceantur, ſecluſa dicta vel ſimili cauſa peccatum mortale eſt, vide diſputat.6. ſectione. 31.& 32.

QVÆSTIO. LXXVII. DE CAVSA PECCATI, QVÆ EST EX PARTE APPEtitus ſenſitiui.

Art. 1. *Vtrum voluntas moueatur à paſsione appetitus ſenſitiui.*

Ar. 2. *Vtrum voluntas poſsit ſuperari à paſsione contra ſuam ſcientiam.*

Art. 3. *Vtrum peccatum, quod ex paſsione prouenit, ſit peccatū ex infirmitate.*

Art. 4. *Vtrum hæc paſsio, quæ eſt amor ſui, ſit cauſa omnis peccati.*

Art. 5. *Vtrum conuenienter ponantur cauſæ peccatorum, concupiſcentia carnis, concupiſcentia occulorum & ſuperbia vitæ.*

Art. 6. *Vtrum peccatum alleuietur propter paſsionem.*

Art. 7. *Vtrum paſsio totaliter excuſet à peccato.*

Art. 8. *Vtrum peccatum, quod eſt ex paſsione, poſsit eſſe mortale.*

QVÆSTIO. LXXVIII. DE CAVSA PECCATI, QVÆ EST MALITIA.

Art. 1. *Vtrum aliquis peccet ex certa malitia.*

Art. 2. *Vtrum quicunque peccat ex habitu, peccet ex certa malitia.*

Art. 3. *Vtrum ille, qui peccat ex certamalitia, peccet ex habitu.*

Art. 4. V. *ille qui peccat ex certa malitia, grauius peccet, quā qui ex paſsione.*

DISPVTATIO IX. DE ALIIS DVABVS CAVSIS INTERNIS PECCATI, ſcilicet, appetitu ſenſitiuo, ſeu paſsione, & malitia.

SECTIO. I. Quo pacto voluntas ad peccatum moueatur ab appetitu ſenſitiuo, ſeu paſsione ipſius.

DE materia huius diſp. vide Vincē. in ſpec. Moral. lib. 3. p. 2. diſt. 6. & 7. Sayr. lib. 2. c. 10. & 11. Valen. hic diſput. 6. q 7. & 8. Azor tomo. 1. lib. 4. c. 22. & 23. Herret. 2. diſput. 36. & 37. Angles. 2. d. 37. q. 6.

I *1. Suppoſitio.* Supponimus antem. 1. voluntatem ad peccatum induci ab appetitu ſenſitiuo medijs ei⁹ actibus, qui paſſiones vocãtur. Patet *Dan.* 13. *Concupiſcentia ſubuertit cor tuum.* Sapient. 4. *Faſcinatio nugacitatis obſcurat bona, & inconſtantia concupiſcentiæ tranſuertit ſenſum ſine malitia,* & cap. 9. *Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam.* Rom. 6. *non regnet peccatum in veſtro mortali corpore, vt obediatis concupiſcentijs eius,* & Ro. 7. *Video aliam legem in membris meis repugnantem, &c.* Iacob. 1. *Vnusquiſque tentatur à concupiſcentia ſua abſtractus & illectus, &c.* Quod explicans Auguſt. 5. contta Iulian. cap. 5. ait. *Pariens eſt concupiſcentia, partus peccatum: ſed cõcupiſcentia non parit, niſi conceperit, non concipit, niſi illexerit, hoc eſt, ad malum perpetrandum obtinuerit voluntatis conſenſum.* Lege etiam verba Grego. Nyſſ. oratione. 3. de reſurrect. quæ refert Valen. diſp. 6. quæſt. 7. pun. 1. & Pſal. 6. *Turbatus eſt à furore oculus meus.*

2. Suppoſi. 2. Supponimus, appetitum ſenſitiuum nec per ſe, nec per ſuas paſsiones imprimere aliquid voluntati per ſe, directe, aut efficienter proprie: quia corpus non agit ſic in ſpiritum, vt docet D. Tho. 1. p. q. 111. a. 2. ſed tantum mouet indirecte, vt explicat Conr. q. 77. ar. 1. Valen. illo pun. 1. Sayr. ſup. c. 10. n. 1. & alij.

2 *Difficultas* His ſuppoſitis difficul. eſt, quo pacto appetitus indirecte moueat voluntatem ad peccatum: D. Tho. Caiet. & alij. q. 77. a. 1. & Vincen. illa. d. 6. a. 1. duos conſtituunt modos, quibus appetitus voluntatem moueat ad peccatum: primus eſt per abſtractionem, ſeu diſtractionem. 2. Per mutationem iudicij. Primus explicatur: quia pluribus intentus, minor eſt ad ſingula ſenſus, & virtus vnita fortior eſt ſe ipſa diſperſa; cũ igitur multum ſenſibilibus attendit per imaginationem & appetitum ſenſitiuum, qui imaginatione ducitur, minus poteſt attendere ſpiritualibus, per quæ retrahenda eſſet à peccato. Hoc modo explicata hæc ratio, ſolidiſsima eſt, vnde male Caie. innuit hanc rationem mouendi voluntatem minus tutam & ſolidam eſſe: quia anima per diuerſas virtutes concurrit ad opera voluntatis & appetitus ſenſitiui: vt ergo ignis vſu vnius virtutis non diſtrahitur ab vſu alterius; ita anima vſu appetitus ſenſitiui non diſtrahetur ab vſu voluntatis. R. Conrad. inter opera rerum *1. Solut.* cognoſcentium & aliarum diſcrimen eſſe, quòd illa attentionem requirunt, hæc non: ideo vſu vnius virtutis propriè rerum cognoſcentium, impeditur vſus alterius: non vero idem accidit in vſu aliarum virium. Sed hoc non ſatisfacit, quia attentio hęc non eſt alia, niſi ipſe idem actus & de hac eſt quæſtio cur vna impediat aliam, cum ſint diuerſarum potentiarum. Alij reſpondent, id eſſe, quia ani- *2. Solut.* ma actiones immanentes non ſolum per potentias, ſed etiam per ſe immediate operatur ignis vero non calefacit & exiccat per ſe, ſed per varias virtutes: ideo, &c. Sed hæc ratio mihi non placet, quia non eſt cur dicamus, animam ſe ipſa immediate concurrerere ad actiones immanentes, & non ad alias, præſertim ſpectantes ad ipſam, vt eſt vegetatiua.

Vnde. R. 3. actiones animæ, quæ verſantur 3 circa idem obiectum, non ſolum non ſe im- *3. Solut.* pedire, ſed etiam ſe iuuare, vt patet quando ſenſus internus & externus circa eadem rem verſantur. Similiter quãdo imaginatiua & intellectus; appetitus ſenſitiuus & voluntas. Qñ autem verſantur circa diuerſa obiecta, vna operatio immanẽs aliam impedit, ſiue ſit eiuſdem potentiæ, vt conſtat, ſiue diuerſæ. Vnde quo attentius videmus vel audimus, remiſſius guſtamus, vel tangimus, vt obſeruauit Ariſt. lib. de ſenſu. c. 8. quod male aliqui vel negant dicentes, non guſtari remiſſius, ſed ipſam guſtationem minus attendi, vel reuocant ad ſpiritus animales, qui reuocati ad ſeruiendum vni, ſenſui alium deſerunt. Ratio autem cur tunc ſe impediunt, eſt: imperfectio omnis creaturæ, ad quam ſpectat, vt nõ poſſit ſimul recipere vel producere tot & tantas perfectiones, ex qua imperfectione etiá prouenit, vt vſus ſenſuum impediat operationes animæ vegetatiuæ, & vna operatio animæ vegetatiuæ

tatiuæ

tatiuæ aliam. Cætera vero agentia aliunde habent magnam limitationem, quia paucas habent virtutes,& illis non ſe perficiunt, ſed alia,& in earum vſu impediuntur à diſtantia & contrarijs, vnde non oportuit ſic limitari, vt vſus vnius virtutis vſum alterius impediret. Cũ ego paſsio appetitus per ſympathiam & cõſenſionem figat imaginationem, & hæc intellectum in obiectum concupitum, & diſtrahat imaginationem & intellectum à ſpiritualibus, quæ voluntatem à peccato abſtrahere poſſunt, recte D.Tho.& alij dixere, appetitum per diſtractionem vel abſtractionem cauſare peccatum in voluntate.

2.Modus quo voluntas ſecundum D. Tho. Vincen. Valen. Sayt. Caiet. Med. Zum. Conr. Angles, & alios mouet voluntatem, eſt per mutationem iudicij. Irato enim melior appa ret vindicta ſicut poſito pfuſa cholera cibus alioqui dulcis videtur amarus. Vnde Ariſt.3. ethic.c 4 *Qualis vnusquiſque eſt, talis ei videtur finis*,& 7.eth.c.3.& 8.& D.Tho.q.77.a.2. paſsio ne induci putant veluti quandam ebrietatẽ & amentiam,& 2.Reth.c.*amantibus & odienti bus, non eadem videntur*: & aliqui Philoſophi & hæretici propter paſsionem aliquos turpiſſimos actus licere exiſtimarunt. Ad hoc accommodari poſſunt aliqua ex teſtimonijs ſcripturæ citatis. Quomodo autem paſsio mutet iudicium intellectus, latè expoſuimus to. 1.tract.5.de motiuo voluntaris diſp.1.ſect.4.

4 Iuxta quod addo, niſi paſſio impetret à ratione licitũ, vel minus malum eſſe, quod con cupiſcitur per remorſuor cõſciẽtiæ moleſtiã maximã infert, vnde ſicut Sãpſon importunis vxoris precibus victus eſt, & defecit anima eius & ad mortem vſque laſſata eſt. Ita intellectus & voluntas vinci ſolent importunis cõcupiſcentiæ quaſi precibus, vt approbent & velint, quæ concupiſcuntur.

Addo.3.modum, quo voluntatẽ paſsio ad peccatum inducit, nempe per ſympathiam, vt docet Med q.9.a.2.Zum.q.77.a.1.& nos late cum alijs tract.5 diſp.1.ſect.4.

4.Modus addi poteſt, vt paſſio ad peccatũ inducat obiectiue, cum enim intellectus in excitata paſſione, vel aliquo eius effectu bonitatem aliquam apprehendit, voluntas obiectiue mouetur ad conſentiendum illi ſutma liter vel interpretatiue, ac proinde ad peccandum.

Quia vero magis nos mouent triſtia, quam læta, vt cum D.Thom.q.35.ar.6. & cum alijs docuimus tract.9 de paſſio. triſtitia maiorem vim habet mouendi ad peccatum, quam lætitia.

SECTIO. II.

An poſſit peccatum procedere ex paſſione, ſine errore intellectus.

SVperiori diſp.ſect.8. tractauimus, quod diſputant Vazquez, Zumel, & alij.q.77.a 2.& Angles.2.d 37.q. 5 6.a.3 an poſſit dari peccatum ſine errore intellectus & reſoluimus partem affirmantem: nunc ſuper eſt examinandum, an id verum ſit etiam quando peccatum ex paſſione procedit. Reſpõdent aliqui negatiue, quia paſsio non mouet voluntatem ad peccatum, niſi decipiẽdo intellectum. Adrianus autem quodlib.4. quem refert, & ſequitur Cord.lib. 2.q.8.prope initium diſtinguit duplex peccatũ ex paſsione: vnum late ſumptum, quod fit ex paſsione quomodocumque inclinante;& hoc exiſtere ait ſine vllo errore, vel diſtractione intellectus: aliud proprie, in quo debet eſſe tanta vis paſsionis, vt cauſet errorem vel incogitantiam aliquam, alias peccatum committeretur prorſus ſcienter & ſic ex malitia. Sed quantum ad hoc diſceptatio eſt ſolum de modo loquendi: in re autem dicendum, peccatum cauſatum à paſsione ſine errore vel ignorantia, debere ex paſſione appellari, & quamuis nullum inconueniens ſit, idẽ peccatum dici ex ignorantia & ex paſſione ſimul; tamen non poteſt eſſe ſimul ex paſsione & ex malitia: quia vt videbimus, peccatum ex malitia dicitur, quod ſcienter & ſine paſſione impellente fit. Et poteſt voluntas ſuperari à paſsione contra ſcientiam actualem. Ideſt, quamuis intellectus actu oſtenderet malitiam peccati, poteſt voluntas ſequi paſſionẽ inclinantem ad peccandum, nam ſine illa peccare poſſet: ergo à fortiori cum illa. Abſolute autem peccatum ex paſsione poſſe ſine errore dari. Prob. quia poteſt voluntas moueri à paſsione per diſtractionem, vel abſtractionem media imaginatiua & intellectu, auertendo aut remittendo conſiderationem rerum, quæ poſſent mouere ad deteſtationẽ peccati, & ſic facilius erit voluntatẽ tunc rapi ab obiecto delectabili: in hoc autem nullus interuenit error: ergo. Item in motione per ſympathiam vel obiectiua, quas attulimus ſect.1. nullus miſcetur error, nec ſemper paſsio mutat iudiciũ à vero in falſum, nã interdũ eſt euidẽs iudiciũ oppoſitum ei ad quod paſsio inclinat, vel ſi tm̃ eſt probabile, nõ vincit voluntatẽ, vt velit illud deponere: quia vrgent rões in contrarium: & interdum iudicium idem manet cum eadem firmitate, interdum vero cum dubio & ambiguitate maiori: ergo non ſemper paſſio cauſat peccatum medio errore, vel cum illo.

SECTIO. III.

An peccatum ex paſsione dici debeat ex infirmitate.

Reſp.affir.ex Greg.25.mor.c.11.ini
tio.Aug.Pſalm.118.concione.3 &
6 lib.83.qq.q.26.Iſido.2.de ſum.bo.
c.17.Gratiano.15. q.1. initio.Ma-
giſt.&c a... 2.d.43.Alen.2.p.q.163.m.1. D. Tho.
& eius interpretib.q.77.ar.3. Vincen. Sayr.&
alijs Propterea D.Tho.q.78.ar. 4. in finem &
alij Theologi peccatum ex paſsione docent
peculiariter eſſe in Patrem, cui attribuitur
potentia.D.Tho.q.77.ar.3.ex Ariſt.7. Ethic.c.
8.comparat incontinentem paralytico,cuius
partes mouentur aliter, quam ipſe diſponit,
quia licet peccans ex paſſione,difficile po
teſt reſiſtere, & exequi quod diſponit. Vnde
T... Tuſcul.4.& alij,vt vidimus tract.de paſ-
ſion.paſsiones vocant morbos & ægritudines
animi. & propter hanc infirmitatem Ruben
Geneſ.49.dicitur *effuſus ſicut aqua*, quæ ſe ip-
ſam continere non poteſt, ſed indiget ſolido
corpore continente.Ita Hieronym.q.q.in Ge-
neſ.Iſid.& Euthym.vnde Iob.24. de adultero
dicitur.*Leuis eſt ſuper faciem aquæ.*

SECTIO. IIII.

An paſsio amoris ſit cauſa omnis peccati?

D. Tho.q.77.art. 4. & alij ibi & alibi
affirmant ex Aug 14 ciuit.c.28 di-
7. cente, *Amor vſque ad contemptum
Dei ædificat ciuitatem Babylonis.* Vn
de.2.Timot.3.*Erunt homines ſeipſos amantes. Cu
pidi, Elati,& ſuperbi,&c.*Vbi congeruntur vi-
tia vt emergentia ex proprio amore:quod be
ne obſeruat Chryſoſt.ibi hom.7.& eod. cap.
Paulus tempora periculoſa fore dicit, quan-
do erunt homines ſeipſos amantes. Vnde
Mat.16.& Lucæ.14. proprio amore vel abne-
gatione ſeu odio diſtinguit ſuos diſcipulos à
reliquis,& ait,omnem, qui ſe amauerit,peri-
turum,& qui ſe oderit, ſaluum fore. Ratio
eſt quia ex paſsione amoris cæteræ fluũt:paſ-
ſiones autem ſunt cauſæ omnium peccatorũ.
Alia Ratio D.Tho.eſt;quia homo peccare ſo
let propter bonum aliquod ſibi amatũ; adde
vel alijs,vt aliquid eius ſunt : id autẽ eſt ama-
re ſe:ergo ex amore ſui omnia peccata pro ſi-
ciſci ſolent, & quia quæ homo concupiſcit
vt ſibi vel ſuis bona, ſunt illi alia ratione ſim
pliciter mala:ideo dicitur ſe odiſſe Pſalm. 10.
*Qui diligit iniquitatem, odit animam ſuam.*Etiam
ſi quis velit ſibi annihilationẽ, ſe amat, quia
non vult eam ſibi, ... vera volup... geam, clarum eſt,amorem mei interuenire.

patenti ratione boni,vt impunitatis, vel indẽ
nitatis à miſerijs . Nec ſolum amor malus
poteſt eſſe cauſa peccati : ſed etiam bonus:vt
cum bona intentio eſt cauſa malæ electio-
nis.Nota autem,aliquem amorem proprium
ideſt ſui ipſius,poſſe eſſe honeſtum:nam præ-
cipimur amare proximum, ſicut nos ipſos:ſo-
let tamen amor proprius in malam partem 5
accipi:nam qui bonus eſt, ſuapte natura in
Deum refertur, & Deum habet auctorem:
ideo non omnino proprius dicitur.Nota etiã
non ſingula peccata prodire ex amore, qui
eſt paſſio,cum non peccemus ſemper ex paſ-
ſione; ſed ex amore inhærentem voluntati,
vel immediate ex ipſa voluntate : vt quando
amor eius eſt primus actus malus : amor
autem appetitus ſenſitiui non poteſt eſſe. 1.
peccatum quia non eſt malus niſi ex conſen-
ſu formali vel interpretatiuo voluntatis, à
quo eſt excitatus vel aliquomodo conſerua-
tur. Nota etiam.Zumel.& alios ar.4.& Herre
ra illa diſp. 36.q. 4. occaſione huius doctrinæ
diſputare an peccans mortaliter aut etiam ve
nialiter amat ſe plus quam Deum . & conſti-
tuat ſe vltimum finem. Sed de hoc iam late
diſputauimus to.1. tract.1.

Sed contra con. huius ſectionis arguitur. 1. 8
quia omne peccatum procedit ex amore ma
le inflammante,vel ex timore male humiliã-
te,& ita explicant Aug.& Beda id Pſalm. 79.
*Incenſa igne & ſuffoſſa, ab increpatione vultus tui
peribunt.* Ergo non omne peccatum procedit
ex amore. Conſ.quia in ſcrip.aſſignantur cau
ſæ peccatorum nõ ſolum amor proprius : ſed
etiam concupiſcentia carnis, concupiſcẽtia
oculorum & ſuperbia vitæ.1.Ioan. 2. D. Tho.
ar 5.& omnes Scholaſtici Alb.2.p tract. 22.q.
133.Aug.10.confeſſ.à.c.35.R.D.Tho.ar.4. Alb.
2.p.tract.22.q.132.timorem,concupiſcentiam,
ſuperbiam , & quoslibet alios affectus origi-
nẽ ducere ab amore ſui.

2. Arguitur: quia aliqua peccata commit-
tuntur præciſe propter amorem Dei vel pro-
ximi ſine vlla intentione proprij emolumenti,
vt quando quis mentitur,vt fidẽ , vel religio-
nem propaget , vel proximũ à morte eripiat.
Reſp.id eſſe rariſsimum : communiter enim
ſemper miſcitur propria vtilitas, aut commo
ditas.Vel certe amor, quo alijs bonum volo
quia ſunt aliquid mei:vnde virtualiter inue-
nitur ibi amor meus. Sicut quando me amo
vt ſum aliquid Dei,virtute amo Deum. Præ-
cipue vero poteſt quis peccare ex amore ali-
quo formali Dei vel proximi,quando peccat
ex ignorantia culpabili,qua arbitratur,obſe-
quium ſe præſtare Deo vel proximo in tali
vel tali opere.Et quando volo bonum amico
vt eius erga me amicitiam cõſeruem vel au-
geam, clarum eſt,amorem mei interuenire.

SECTIO.

Digitized by Google

SECTIO. V.
An paſsio peccatum extenuet.

9. RESP. affirm cum D.Tho. & alijs ar.6. & 7. Gregor.3. paſtoralis admon.33.& 25.moral.cap.11. initio, & refertur.cap.ſciendum, diſt. 2. Colligitur ex Pſal.6. *Miſerere mei Deus, quoniã infirmus ſum*,& Aug.14. ciuit.ca.12.dicente, leuius peccare eum,qui grauiori tẽtatione vincitur:& Ariſt.7.ethic.cap.4.dicente, tanto leuius eſſe peccatum, quanto à vehementiori paſſione procedit.Colligitur etiam ex.l. reſpiciendum.ff.de pœnis.§.delinquunt,& Prou. 6. *Furatur vt eſurientem faciet animam*, idem docet Sayr.lib.2.c.10.num.4. Angles.2.d.37. q.6. ar.3.diffic.6.& 7.Herrer.diſp.36.q.5. & omnes Theologi. 2. d. 43. diſputantes de peccato in ſpiritum S.& diſt.22.Canoniſtę.d.c.ſciendum de pœnit.d.2. Ratione etiam probatur, quia licet cõcupiſcentia,& reliquæ paſſiones quodammodo augeant voluntarium,de quo diſputant Med.& Zumel.ar.7. & Herrera ſupra: ſed late nos egimus tract.de voluntario. tamen aliunde minuit voluntarium, & liberũ minuendo claritatem, & certitudinem iudicij,& alijs modis impellendo voluntatem in malum:& ideo magis excuſat, quam accuſat. Vtrumq. tangitur in illis verbis, Sap. 4. *Faſcinatio nugacitatis obſcurat bona, & inconſtantia concupiſcentiæ tranſuertit ſenſum ſine malitia.*

10 Concluſionem limitant D.Tho. eod. art. Antonin.1.par,tit.6.c.1.in fine Richar.d.22.ar. 2.q.4.Sayr.Herre.Zumel,& Angles ſup.diffic. 8. ad paſsionem antecedentem, & voluntariam.nam ſequens, & voluntaria potius aggrauat,quatenus in ea,vt in cauſa,prętidetur futura ad bonum difficultas. Vnde qui ex induſtria ſe ad iram concitat,tanto grauius peccat ratione illius euentus,quanto vehementius ſe concitat.Sed quamuis ea ratione paſſio conſequens ſeu voluntaria peccatum aggrauet,tamen qua ratione eſt antecedẽs, ſemper illud minuit:quia vt ſic minuit liberum, & voluntarium.De paſſione comitante non meminit D.Th.quia nulla poteſt eſſe paſsio, quæ coexiſtat peccato,& verſetur circa idem obiectum, quæ aliquomodo non impellat voluntatem ad ſimilem actum inchoãdum cõtinuandũ, vel augendum.Omnis ergo paſſio eſt antecedens reſpectu alicuius actus, licet interdum ſit etiam conſequens reſpectu alterius. ¶ Ibidem Zumel, & Angles duram quandam doctrinam tradunt contra alios recentiores,ſcilicet ei, qui culpa ſua incidit in aliquam infirmitatem,ſi præuidit ſe fore impotentem ad ſeruanda præcepta poſitiua ieiunij.miſſæ,&c. imputari tunc omnes omiſſiones talium præceptorum, idem docet Herrera.2.diſp.36.q.6.quibus fauet D. Tho. q.77. ar.7.ad.3.Quod falſum exiſtimo:quia hęc præcepta ſolum videntur obligare ſub conditione ſalutis,& ad non inducendam ſibi ægritudinem in fraudem ipſorum:nam durum eſſet propter operę illa ſpeciatim obligari ad ſalutem tuendam.

Aduerte autem, cæteris paribus peccatum ex ignorantia procedẽs, leuius eſſe, quam ex paſſione.Aug 6.contra Iulia.cap.5.Iſidor.2.de ſum.bon.c.17.Gregor.25.moral. cap. 11, initio relatus,cap.ſciendum de pœnit.dinine.2. vbi gloſ.Alex.2.p.q.163.m.3. Bon. Richar. & Gab. 2.d.22.verſus finem, & Antonius Cordũ.2. q. 29.ratio eſt, quia in peccato ex paſſione expreſſi⁹ attingitur malitia,& magis voluntarie, & modo magis humano, quia cum maiore cognitione.¶ Contra concluſionem obijcies quia fortior cauſa maiorem effectum producit,ſed paſſio eſt cauſa peccati:ergo quo fuerit vehementior,maius erit peccatum. Reſp. D.Tho.ar 6.paſſionem eſſe cauſam per accidens reſpectu malitiæ:ideo non quo vehemẽtior,producere maius peccatum. Contra obijcit Caieta.quia grauitas peccati ſumitur ex obiecto,ſed maior paſſio efficit, vt voluntas magis tendat in obiectum:ergo vt peccatum ſit grauius. Reſp.grauitas non ſolum ſumitur ex obiecto,ſed ex modo attingendi illud,ſcilicet,voluntarie, & libere, & quia hunc modum minuit paſſio, etiam minuit malitiã. In idem fere redeunt ſolutiones Caietan. Medina, & aliorum. Vnde non iuxta quantitatem conuerſionis ad obiectum eſt malitia. Et quamuis paſsio efficiat communiter intentiorem actum atque adeo quodam modo grauiorem: tamẽ magis creſcit malitia ex libertate,& minuitur ex defectu libertatis, & voluntarij,quem paſsio inducit:ideo peccatũ ex paſsione ſimpliciter eſt leuius quam quod committitur ſine paſsione. Vide D.Tho. ar.6. ad.3. Auget quidem paſsio volũtarium ex vno capite,ſed minuit ex alio, & præterea minuit liberum; ideo ſimpliciter minuit malitiam. Vnde miſericordia ſi fuerit paſsio appetitus antecedens actum voluntatis,non augebit abſolute eius meritum,ſecus ſi miſericordia ſit actus voluntatis,vel paſsio voluntatem conſequens.¶ 2 Obijcies,quia occidens ex paſſione committit duo peccata,iram & homicidium:ergo magis peccat, quam qui ſine paſſione occidit.Reſp.paſsionem iræ in illo eſſe naturalem communiter,& ideo non eſſe peccatum,vel ſi eſt peccatum,eſt leue, vel ſaltem non admodum graue, & ex illo, & voluntate occidendi non conflatur tanta malitia quãta eſt in homicidio ad quod nulla impellit paſsio. 11

paſsio. vel a peccato ex ignorantia diximus ſupra.

SECTIO. VI.

An paſsio excuſet totaliter peccatum.

12 DICO. 1. non ſemper excuſat omnino. Aug.1.retract.cap.18. & 3. de lib.arb.cap.18.Gregor.25.moral.c. 11.relatus c.ſciendũ de pœnit. d. 2. D.Tho.a.7.colligens ex Rom.7. vbi paſſiones peccatorum appellantur, quæ peccatorum cauſæ ſunt.Ratio,quia paſſio communiter relinquit libertatem, quæ ſufficit ad peccatũ. Dico.2.paſsio,quæ non eſt libera, & prorſus libertatem aufert,prorſus excuſat à peccato, quia tũc actus nec eſt liber in ſe,nec in cauſa. Dico.3.quæ eſt libera, & vitari debuit ne ſequeretur actus,non omnino excuſat. ¶ Dico 4. peccatum ex paſsione interdum eſt. m. D. Tho a.8.ex Ro.7.vbi dicitur,paſsiones peccatorũ fructificare morti. Vnde Dauid ob adulterium,quod ex paſsione proceſsit,dicitur filius mortis,id eſt morte dignus. Ratio, quia paſsio ſæpe relinquit notabilem libertatem, quæ ſufficit ad mortale.

SECTIO. VII.

Quid ſit peccatum ex malitia.

13 SCOTVS.2.diſt.43. q.2. Ocham Gab.& nonnulli alij ead.d.& Alma.3.moral. c.27. probabile cenſent appeti poſſe malum ſub ratione mali,& tunc eſſe peccatum ex malitia, cæterum hoc fundamentum falſum eſt,vt oſtendimus to.1.& merito reijcitur ab omnibus Doct.ſtatim referendis:& quamuis poſſet appeti malum ſub ratione mali: tamen ſi id fieret impellente paſsione aliqua,non diceretur peccatum ex malitia. Alij putant peccatum ex malitia eſſe cum expreſſe, & formaliter amatur ipſa malitia, ſed nõ propter ſe quib.fauet Peltanus de peccato orig.tract.17. in fine. Sed hoc rarum eſt; & peccatum ex malitia latius patet,& non in hoc conſiſtit, complectitur enim omnia peccata, quæ non ſunt ex ignorantia& paſsione:alias diminuta eſſet recepiſsima diuiſio peccati in peccatum ex ignorantia,paſsione, & malitia.

14 Vera ergo ſententia eſt,peccatum ex malitia eſſe,quod procedit ex ſola mala inclinatione voluntatis naturali,vel acquiſita ſine ignorantia aut paſsione,ſeu (quod idem eſt) quod ſcienter,& ſine paſsione fit.Ita ſentit Ariſt. 7. Ethic.c.8.vbi D.Tho.lect.8.& 1.2.q.78 ar.1.vbi Caiet.Conrad.Vazq.Med.Zumel,& alij Valen,diſp.6.q.8.Azor to.1.lib.4 cap 23.q. 1. Sayr. lib.2.c.11.n.1.Alex.2.p.quæſt.145. alias.163.m.1. & 2.Bona.2.diſt.43.ar.2.q.1.& a.3.quæſt.1. Scot. ibid.quæſt.2.Richard ar.1.q.1.Duran.q.1. nu.7. ad.2.& q.2. nu. 5. Gab.q.1.art.1. not.2. Ægid.q. 1.ar.1. Angles.d.37.quæſt.6.artic.4.diffic.1. & 2. Adrian.quodl.4.arti.1.in princ.lit.A. Cordub. lib.2.quæſt.8.prop.3.Pet.de Soto,lect.4.de peccatis.Antoni.1.p.tit.6.c.1.§.2.Vincen. in ſpeculo morali lib.3.p.2.d.7.Herrer.2. diſp.37. in expoſitio tex. & quæſt.1.& alij. ¶ Colligitur ex Pſalm. 36. *Dixit iniuſtus, vt delinquat in ſemetipſo.* Dixit, ſignificat electionem, & decretum eius ex plena libertate,ſicut, *dixi, cuſtodiã vias meas*,dixi,*confitebor aduerſum me,&c.* Prouerb.2. *Qui derelinquunt iter rectum:& ambulant per vias tenebroſas,qui lætantur,cum male fecerint, & exultant in rebus peſſimis*: & Iob. 34. *Quaſi de induſtria receſſerunt ab eo, omnes vias eius intelligere noluerunt*, Vnde Clemens.8.de chariſmatibus, & & ordinationibus,quæ habentur inter Concilia edita iuſſu Sixti.V.tom.1. pag.256. peccatum dæmonis appellat,*Voluntarium mentis malitiam*, Quia(vt notat Turri.ibi)non peccauit ex ignorantia,vel paſsione.

Obijcies, quia omne peccatũ eſt ex ignorantia: ergo nullum eſt ex malitia: nam iuxta dicta, peccatum ex malitia eſt, quod non fit ex paſsione aut ignorantia. Omiſſa ſolutione D.Thom.illo. art. 1. ad. 1. Caietan. & aliorum Thomiſtarum ibi.R. non omne peccatũ eſſe ex ignorantia, aut cum ignorantia malitiæ,quamuis omne ſit cum imperfecta cognitione malitiæ,& incommodorum.

Hinc patet.1. peccatum ex habitu poſſe eſſe ex malitia: ſed non ſemper eſſe abſolute ex malitia. Prima pars patet: nam ex habitu poteſt quis peccare ſine ignorantia malitiæ, vel paſsione. Ita Azor ſupra quæſt. 2. D. Thom. quæſt.78. art.2.Antonin.Vincen.Cordub. Ægid. Durand. & Herrera ſupra. ¶Secũda pars Probatur, quia ex habitu poteſt quis peccare peccando ſimul ex paſsione, vel etiam ignorantia: ergo tunc non peccabit ex malitia ſimpliciter, & abſolute. Azor illa quæſtio. 2. Dixi autem, abſolute, & ſimpliciter, quia ſecundum quid, qui peccat ex habitu, peccat ex mala inclinatione voluntatis acquiſita: ergo quodam modo peccat ex malitia. Quod ſumi poteſt ex D.Thom. quæſtio.78.artic.1.ad.3.& art. 2. imo, abſolute peccare ex malitia ait Herrera illa quæſtio. 1. ſed falſo. Et ſimiliter non quicunque peccat ex malitia,peccat ex habitu,vt fatetur Herre. quæſt.2. & D. Tho. art.3. An vero poſſit quis peccare cum habitu, & non ex habitu? Antonin. Cordub. Ægid. Vincen.& Durand. ſupr.

15 1.Corol.

ſupra, & non ex habitu vllo modo, tractat Medi. aliqua miſcens, quæ non fuit ad rem. Breuiter dico, nullam potentiam poſſe elicere actum pertinentem ad aliquam habitum, quin vtatur ipſo habitu: poſſe tamen voluntatem peccare peccato pertinente ad habitum appetitus ſenſitiui ipſo habitu non operante: & ſic ſaluatur, quod ait Azor illa quæſt. 2. peccantem cum habitu, poſſe peccare non ex illo. An vero qui ex mala naturæ conditione aut deprauato corporis morbo peccat, peccet ex malitia. D.Thom.art.3.Caieta. & Med. ibi Herrera dicta quæſt.2.affirmat. Azor vero ſupra, quæſt. 4. probabilius putat contrarium: quia mala complexio aut morbus non mouet volũtatem, niſi media paſſione, quam excitat, ergo peccans ex tali cõditione, vel morbo, peccat ex paſſione: ergo non ex malitia. Hoc verum eſt communiter: aliquando vero morbus vel complexio mouere poteſt voluntatem obiectiue faciendo, melius aut conueniens apparere obiectum, & non mediante paſſione, & in eo euentu vera erit opinio. D. Thom.

1.Corol. 2.Infertur peccatum ex malitia non ſemper differre ſpecie à peccato ex paſſione D. Thom.art.2.ad.2.Caietan.Conrad.& alij ibi. Quod verum eſt etiam de ſpecie peccati in eſſe naturæ: quoniam poſſunt habere idem obiectum materiale, & formale, & eandem oppoſitionem ad rationem & præcepta, & poſſunt ab eodem habitu proficiſci. Confir. nam qui peccat ex paſſione, per illum actum acquirit habitum, quo poſtea etiam ſine paſſione peccabit. Similiter ſupra diximus, peccatum ignoranter & ſcienter commiſſum poſſe eſſe eiuſdem ſpeciei.

16 3.Infertur, cæteris paribus grauius eſſe pec-
2.Corol. care ex malitia quam ex ignorantia & paſſione: quia ignorantia & paſſio peccatum extenuant, vt ſuperius vidimus. S. Thom. artic. 4. & omnes iuniores ibi. Vincentius ſupra, Sayr.ſupra,num.3.Angles ſupra,art.3. diffic.6. &.7.Cordub.lib.2.quæſt.29.Herrer.ſupra,q 3. Adrian. quodlib. 4. ad. 2. & alij initio citati. Colligitur ex Iob. 34. *quaſi impios percuſſit eos* (ſcilicet grauiori aliqua pœna) *in loco videntiũ qui quaſi ex induſtria receſſerunt ab eo*, & ex Nu. 15. vbi poſtquam aſſignata ſunt aliqua ſacrificia ad expianda peccata ex ignorantia, dicitur, *anima, quæ per ſuperbiam aliquid commiſerit, peribit de populo ſuo*. Vbi gloſſ. Auguſt. obſeruat pro hac culpa nullum ſacrificium, ſed vindictã aſſignari. Quia grauiſsima eſt. Vnde Gregor.3.paſto admon. 33. de peccato ex malitia intelligit id Iere. 4. *ne forte ſuccendatur indignatio mea ſuper vos, & non ſit qui extinguat, propter malitiam ſtudiorum veſtrorum*. Eandem con. docent Auguſt.lib.83.qq.q.26.Gregor.25.moral. cap.11.alias.16.Rich.Victo.lib. de ſtatu inter. ho.tract.2.cap.2.vſque ad.5.& Iſido. 2. de ſum. 60.cap.17.Baſil.orat.3.de peccat.& orat. 12. in initium prouerb. Confirmatione D.Tho. quia peccatum ex malitia eſt magis voluntarium & liberum & maiorem habet contẽptũ Dei, & affectum ad malum. Pſal.72. *prodijt, quaſi ex adipe iniquitas eorum, tranſierunt in affectũ cordis*. Pſal.36.non eſt timor Dei ante oculos eorum Pſal.35. *doloſe egit in conſpectu eius, vt inueniatur iniquitas eius ad odium*: quod licet à quibuſdã intelligatur, vt iniquus ſit exoſus Deo & hominibus, cæterum germanum ſenſum oſtendit, quod ſequitur, *malitiam autem non odiuit* vnde ſenſus erit, iniquitatem eò perueniſſe, vt à peccatis ad virtutẽ odium transferatur. Quam grauitatem peccati ex malitia oſtendit bene Greg. in verba cit. Iob. 34.25. mor. ca. 10. Quamuis autem primum peccatum poſſit eſſe ex malitia, vt in dæmonibus & primis parentibus accidit & in paucis aliquibus nunc contingit; communiter tamen à peccatis ex ignorantia & paſsione peruenitur ad peccata ex malitia. Vnde Origen.1.periarch. cap. 3. *non ad ſubitum quis euacuatur aut deficit, ſed paulatim per partes defluere neceſſe eſt*. Vide D. Tho. q. 78. artic. 3. ad. 2. & 2.2.q.14.arti.4.

Aduerte autem.1.quod quando quis ſimul ex malitia & habitu peccat, peccatũ habet ali- 17.
quid peculiare, nempe continuationem. Vn- Not. 1
de Ariſtot.7.Ethic.cap.8. intemperantem cõparat Ptyſico vel hydropico; at incontinentem, qui peccat ex paſsione, comparat ægroto laboranti morbo intermittente vt tertiana, aut quartana febri, & ait peccantem ex habitu non facile pœnitere, quare ad peccantes ex habitu & malitia pertinet id Ro. 2. *Tu autem ſecundum duritiam tuam & impœnitens cor &c.* & Sap.12. *& quoniam iniqua eſt natio illorum, & quoniam non poterat mutari cogitatio illorum in perpetuum: ſemen enim erat maledictum ab initio*. De difficultate vincendi conſuetudinem peccandi vide Auguſt. lib contra Fortunatum, diſp.2.&.8.confeſſ.ca.5. Ex ea ſane prouenit cõtemptus & petulantia. Ezech. 3. *Frons mulieris meretricis facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere*. Prouerb.18. *impius cum in profundum malorum venerit, contemnit*, vide Bedam ibi Ber. ſermone.56.in cant.ad finem. Aug. ſer. 88. de tempore & ho.28.prope initium, & tom 4.li. de vera & falſa pœnit.cap.5.6.&.7.& tomo.8. in id Pſalm.101. *cinerem tanquam panem manducabam*. Ex contemptu peccatorum ſequitur lætari de illis, Prouerb.2. lætantur, cum male fecerint, &c. Docet Hieronym. in id Amos.5. *quærite bonum & non malum*. D. Thom. quæſt. 78.art.1.ad.3. Peccandi conſuetudinem putat Hieron. Amos.1. eſſe.4. illud ſeclus, ſuper quo peccator non ſit conuertendus, idẽ Theod. &

Gloſſ.

Digitized by Google

Gloſſ.ibi.Item apud Lyram et interl.Iacobi.1. conſuetudo eſt illa qua conſummatum peccatum,generat mortẽ,et apud Grego.3. paſto admon.33. et Aug.in Ioan.ſignificatur quatri duano Lazaro.

Altiſ.2.ſum.tractat.30.c.1.quæſt.4.et Alma. 1.mor.cap.9.dicunt, conſuetudinem peccati, et habitum cæteris paribus,non augere grauitatem peccati,ſed periculum,imo.1. peccatũ quia non fit ab habitu, grauius eſſe reliquis, quæ ex habitu fiũt, quia primo peccato iuſti amittunt gratiam,et ius ad gloriam et quandoq.virginitatem et aureolam illius,et facilius vitari poterat ob auxilia copioſiora, et carentiã praui habitus,ac proinde liberius et magis voluntarium fuit,et ſæpe in eo non eſt præuiſa difficultas, quam homo incurrit ad cauenda ſequentia peccata, nec periculũ incidendi in illa. Hoc reijciunt Medina, Zumel,et alij art.4.et Herrera,quia poſterius eſt magis voluntarium et intenſius, et continet maiorem contemptum, et hæc præponderant circunſtantijs aggrauãtibus.1. peccatum: et quia prima offenſa obligat ad abſtinendũ à ſecunda,vt inter homines repetitio offenſionis cenſetur culpabilior,ſi alioqui ſunt pares.Certe habent ſe ſicut excedens et exceſſum in diuerſis:ſimpliciter tamen puto.2. peccatum eſſe aliquanto maius. Vnde Mat.12. et Luc.11.*fiũt noniſſima hominis illi⁹ peiora prioribus.* 18

Aduerte.2.peccatum ex malitia à Scholaſticis apdellari ſolere in.S.S.Nam dicũt, peccatum ex paſſione eo quòd ſit ex infirmitate, eſſe contra Patrem,cui tribuitur potẽtia;peccatum ex ignorantia, in filium,cui tribuitur ſapientia;peccatum ex malitia,in S.S. cui bonitas accommodatur.Ita Mag.2.d.43.Vbi copioſe ipſe et alij diſputant de peccato in S. S. præſertim Bonauen.Ægid.Duran et Scot.Vide D.Thom.2.2.q.14. tota. Albertum Magnũ 2.parte.tract.23.q.140.Bellar.2. de pœnit. c.16. *Not. 2.*

3.Aduerte,peccatum ex malitia veniale eſſe poſſe,vt ait D.Thom.art.2.ad.1. et alij. Patet in mendacio iocoſo,vel officioſo ſcienter et ſine paſsione prolato. *Not.3.* 4.N. Quid ſit peccare ex cõtemptu(de quo diſputat Angles ſupra,) diſputandum eſſe inferius in hoc tract et ſeq. vbi ab alijs diſputari ſolet. *Not.4.*

QVÆSTIO. LXXIX. DE CAVSA PECCATI EX PARTE DEI.

Art. 1. *Vtrum Deus ſit cauſa peccati.*
Art. 2. *Vtrum actus peccati ſit à Deo.*
Art. 3. *Vtrum Deus ſit cauſa excæcationis & indurationis.*
Art. 4. *Vtrum excæcatio,& obduratio ſemper ordinetur ad ſalutem eius,qui excæcatur & obduratur.*

QVÆSTIO LXXX DE CAVSA PECCATI EX PARTE DIABOLI.

Art. 1. *Vtrum diabolus ſit homini directe cauſa peccandi.*
Art. 2. *Vtrũ diabolus poſsit inducere ad peccandũ interius inſtigando.*
Art. 3. *Vtrum diabolus poſsit neceſsitatem inferre ad peccandum.*
Art. 4. *Vtrum omnia peccata hominum ſint ex ſuggeſtione diaboli.*

DISPVT.

DISPVT. X. DE CAVSA PECCATI EX PARTE DEI ET DIABOLI.

SECTIO. I.

An Deus peccare, vel ad p. mouere poſsit.

1 *Erroris hæret.* HÆRESIS dicentiũ, Deum eſſe cauſam peccati, initiũ ſumpſit à Simone Mago teſte Vincentio Lyrinenſi in monitorio ad gentes, & Clem. Alexan. 3. Stromat. 6, quem ſequutus eſt Florinus apud Euſeb. 5. hiſt. ca. 20. & Blaſtus, contra quos ſcripſit Irene. duos libros, vt refert Euſeb. vide præſertim Ireneum lib. 1. ca. 29.

2. Error. Appellitæ, vel Apelliani dicti ab Appelle diſcipulo Marcionis cũ Gnoſticis aſſerebãt, duos eſſe Deos, alterũ bonorum, alterũ malorũ cauſã. Sed gnoſtici dicebãt, eſſe duo prima principia: Appellitæ a Deo bono malũ factum affirmabant: qui quoniã malignus eſſet, hunc mundum malignũ produxiſſet, vide Prateol. in elencho hæreſium. v. appellitę: idem ſenſere Manichæi, vt refert Aug. de hæreſ. c. 49. & Priſcillianiſtæ, cõtra quos ſcripſit Leo. epiſt. 93. ad Turib. Aſturicenſem, & Cerdoniſtæ, contra

3. Error, quos Tertull. lib. de præſcrip. hæret. ¶ Luther. & diſcipuli Melanctonis apud Sander. 7. monarc. anno. 1536. Caluin. & libertini hæretici apud Prateol. v. libertini. 6. ad hæc, & Theodor. Beza, apud Bellar. infra, peccatũ tribuũt bono Deo. Quia dicũt, hominib. negare auxilia neceſſaria ad non peccandũ, & occaſiones offerre, & mouere, & cogere ad peccandũ, & cũ hominib. peccatum operari. Cõtra hos Roffen. a. 36 Ruard. art. 7. prop. 10. Sot. 1. naturæ c. 17. & 18. Canus. 1. de locis. c 4. Vega 2. in Trid. c. 14. & 15. Bellar, to. 3. contr. 2. gener. lib. 2. de amiſs. gratiæ. Valen. 1. 2. diſp. 6. q. 9. punct. 1. Vaz. diſp. 129. c. 1. Medi. & alij q. 79. a. 1 Zumel a. 2. diſp. 1. 2. et 3. Suar. de concurſu. Mol. concord. q. 14. a. 13. diſ. 30. et 1. p. eod. a. diſp. 7. Roa. 2. de prædeſt. ad finem. Angles. a. d. 37. q. 7. a. 1. Herre. 2. diſp. 38. q. 1. vnde breuiter me expedio.

2. *1. arg. hæreticorum.* Pro hæreticis arg 1. ex Ierem. 10. *Scio domine, quia non eſt in homine via eius:* Epheſ. 1 *Qui operatur omnia ſecundũ conſiliũ voluntatis ſuæ.* Prouerb. 16. *Omnia propter ſemetipſum operatus eſt Dominus, impiũ quoq; ad diẽ malũ* Ro 9. An non habet figulus poteſtatem faciẽdi aliud vas in honorem, et aliud in cõtomeliã Ibidem, et Exodi. 9. Id circo poſui te, vt oſtendã in te virtutem meã. Pſ. 43. Declinaſti ſemitas noſtras à via tua. Pſ. 118. Inclina cor meũ in teſtimonia tua, et non in auaritiã; Pſ. 140. Non declines cor meũ in verba malitiæ. Mat. 6. Et ne nos inducas in tentationem. Pſ. 140. Conuertit cor eorum, vt odirent populũ eius, etc. Geneſ. 45. Non veſtro cõſilio, ſed *Dei* voluntate huc miſſus ſum. et ca. 50. Nunquid reſiſtere poſſumus Dei voluntati. Act 2. Hunc definito conſilio, et præſcientia *Dei* traditum. et c. 4. conuenerunt Herods et Pilatus cum gentib. et populis Iſrael contra Ieſum facere, quæ manus tua, et cõſilium tuũ decreuerunt. Iob. 12. Qui immutat cor principum populi terræ et decipit eos, errare eos faciet quaſi ebrios. Ezech. 14. Propheta cum errauerit, ego dñs decipi eum. Iſa. 19. Miſcuit in medio ei⁹ ſpiritũ vertiginis. Iſa. 63. Quare errare nos feciſti dñe de vijs tuis, indurasti cor noſtrum ne timeremus te. c. 6. Excæca cor populi huius, etc. Exod. 7. 8. et 9. *Deut.* 2. Ioſue. 11. Ro. 1. Tradidit illos *Deus* in reprobum ſenſum. 2. Theſ. 2. Immiſit illis dñs operationem erroris, vt credant mendacio. Iſa. 45. Ego dñs creaui malum ſimilia. Iere. 11. et 18. et Amos. 3. Si erit malum in ciuitate, quod dñs nõ fecerit et homines iuſſu, et voluntate diuina dicuntur inducere ad malum. 1. Reg. 16. et 18. Spiritus *Dei* malus arripiebat Saul. 2. Reg. 16. *Dñs* præcipit Semei, vt malediceret. et c. 24. cõmouit furor *Dñi* cor *Dauid*. Quod factum fuiſſe p Sathanã traditur: 2. Paralip. 1. et 3. Reg. 22. Vade ſiuc ſra, et decipies, et infra: *Dedi* ſpiritum mendacij in ore omnium prophetarum: 2. Reg. 12. Inceſtus Abſalonis prędicitur *Dauidi* ſic, Tu feciſti abſcondite, ego autẽ faciã verbum iſtud in cõſpectu omnis Iſrael: Iſa. 10. Nunquid eleuabitur ſecuris cõtra eum, qui ſecat in ea? Vbi gloſſa, ſicut inſtrumenta nihil ſunt p ſe agẽtia, ita Senacherib nihil p ſe operatus eſt: Sed huius tyranni crudelem, et illicitã fuiſſe actionẽ cõſtat ex hiſtoria, et in eodẽ. c. Aſſur virga furoris mei: et alibi, Sibilabit dñs muſcæ, quæ eſt in extremis fluminum Ægipti, id eſt Ægiptijs imbellib. & immundis. Vide plura apud Alm. lib. 2. tract. 26. q. 2. §. *Iterũ arguitur, q peccatũ ſit à Deo.* §2. Arg. ex Aug. 5. contra Iulia. c. 3. dicẽ- *2. argum.* tẽ, *Deũ indurare per potentiam, & nõ tantum per patientiam*, et lib. de gratia. et libero arbit. c. 20. et c. 21. ita loquitur. *Talibus teſtimonijs diuinorum eloquiorum ſatis quantum exiſtimo, manifeſtatur operari Deum in cordibus hominum ad inclinandas*

eorum voluntates, quocunq; voluerit ſiue ad bona pro ſua miſericordia, ſiue ad mala pro meritis eorum iudicio vtiq; ſuo aliquando occulto, aliquando manifeſto: ſemper autem iuſto. & de correp. & grat. ca. 7. *Iudam electum eſſe à Deo, vt eius ſanguinē funderet.*

3. *veritas catholica 1. concluſ.* Sit tamen 1. Con. *Deus* peccare nequit, *Deut.* 32. *Deus fidelis, & abſq; vlla iniquitate.* Pſal. 144. *Sanctus in omnibus operibus ſuis.* Abac. 1. *Mundi ſunt oculi tui, &c. & reſpicere ad iniquitatem non potes.* 1. Ioan. 3. *Peccatum in eo non eſt.* Rom. 9 *Nū quid iniquitas apud Deū? Abſit,* lege Aug. lib 83. qq. q. 3 de ſpiri. & lit. c. 31. 1. retract. c. 26. *Damaſ.* 2. fid. c 29. lib. 4. c. 20. *D.* Tho. 1. contr. gent. ca. 95. 1. p. q 19. ar. 9. & quodlib. 5. art. 4. Patet ratione, alioqui non eſſet. 1. & incommutabile bonum nec. 1. regula, & eſſet dignus pœna, & odio, & infœlix. ¶2. Con. *Deus* neminē cogit, aut directe mouet ad peccandum. Eccl. 15. *Ne dicas ille me implanauit: non enim neceſſarij ſunt ei homines impij: omne execramentum erroris odit dominus,* &

2. Concluſ. 1. Prob. 1. ex ſcrip. & patribus. infra, *nemini mandauit impie agere, & nemini dedit ſpaciū peccandi,* id eſt licentiā, & 1. Ioan. 3. ex profeſſo docetur neminem, vt filium Dei, & vt procedentem à *Deo* peccare: ſed vt filium diaboli, & ab illo procedentem ſecundū operationē malam, vt Ioan. 8. *Vos ex patre diabolo eſtis,* & Infra, *qui ex Deo eſt, verba Dei audit, propterea vos non auditis: quia ex Deo non eſtis,* & de diabolo dicitur, *cum loquitur mendacium, ex proprijs loquitur,* id eſt, non motus à *Deo.* vide Aug. ho. 42. in Ioan. Chryſ. ho. 83. Oppoſi. cō dānatur in Trid. ſeſ. 6. can. 5. & 6. Vnde probatur, non ſolum nō cogere ad peccatū: nā nec Paulum coēgit ad bonū, ſed nec ſicut ad bona opera inducere. Idem definitur in concil. Aracuſ. 2. can. 25. & Lateran. ſub Alex. 3. cap. 27. & mali ſeu peccati Deū non eſſe auctorē docent *Dio.* & *Damaſc.* citati cont. Iuſtin. dialogo cū Triph.o. prope finē Clem. 1. ſtrom. circa med. Epipha hæreſ. 63. Iren. lib. 4. c. 48. Athan. oratione. 1. contra idola, Nazi. oratione. 40. Nyſſe. ho. 8. in eccleſ. & 7. Philoſophiæ. Origen. 4. contra Celſ. poſt mediū. Tertul. lib. cōtra Hermogen. Hiero. in id Eph. 1. *Qui operatur omnia ſecundū cōſiliū volūtatis ſuæ.* Anſel. de cōceptu virg. c. 5. Ambr. de paradiſo. c. 15. Baſil. ho. quod Deus nō ſit auctor malorū. Chryſ. ho. 82. in id Mat. 26. *Tu dixiſti.* & ho. 87. in Ioan. & 23. in acta. Aug. in id Ioā. 1. *Sine ipſo factū eſt nihil,* & 2. de lib. arb. c. 20. lib. 3. c. 13. & alibi apud Magiſt. 2. d. 37. præſertim lib. 83. qq. *Deo auctore nemo fit deterior.* Theod. 5. Græcarū affect. & epito. di. decret. ca. de Antichriſto. Plat. lib 31. dial. 2. de iuſto, ſeu Rep. verſus finē. Vide quæ ex illo refert Euſeb. 13. præparatio. c. 2. & lib. 4 c. 11. & ex Homero, & alijs,

4 *2. prob. rōe.* lib. 6. c. 7. ¶2. *Deū* nō cogere ad peccatū, patet, quia de ratione peccati eſt libertas, & quia homo eſt liber, & quia alias peccatū tribueretur *Deo,* potius quā homini, & quia iam peccatū non eſſet peccatū: nō enim peccamus faciēdo id, quod *Deus* efficaciter vult nos facere, etiā ſi libere illud faciamus, ſaltē ſi ſciēter. Plat. 2. de Rep. verſus finē ait. *Modis omnib. pugnādū eſt, ne Deus, qui bonus eſt, malorū cauſa dicatur.* Alioqui *Deus* ſecū pugnabit, qui ſuis legib cōtraria fieri mandauit, & maior eſſet repugnātia, ſi *Deus,* vt hæretici volūt, peccata fieri mādaret. quod tū cōſtat, eſſe falſū. Iere. 19. *Ædificauerūt excelſa Baalim, quæ non præcepi, neq; locutus ſum, neq; aſcenderūt in cor meū:* & *Deū* non inducere ad peccatū, patet Iacobi 1. *Deus neminē tētat,* ſcilicet, *inducēdo ad culpā,* vt explicat Aug. 2. d cōſen. Euāgeli. c. 30 *E. Deus neminē perire vult:* 2. Petr. 3. & Ezech. 18. *Nunquid voluntatis meæ eſt mors impij?* Pſ. 5. *Non Deus volens iniquitatē tu es.* Sapien. 4. *Odio eſt Deo impius, & impietas eius: nihil odiſti eorū, quæ feciſti.* Sap. 11. Sed peccatū odit, ergo non facit, & certe ſi vellet alios peccare, peccaret ipſe, quia actus ab obiecto ſumit malitiam. Oſeæ. 9. *Facti ſunt abominabiles, ſicut ea, quæ dilexerūt.* Quāuis, Melanctō, Caluin. Zuinglius, Beza, & alij negent conſequentiā, & dicant, Deū eſſe auctorē peccati aliorū, ſed non proprij: quia Deus nō peccat inducēdo, & mouēdo efficaciter alios ad peccandū, cū in hoc nō agat cōtra legē: nulli enim legi ſubiacere poteſt. Sed cōtra quia ſi poteſt deuiare à ratione: ergo eius voluntas nō eſt. 1. regula, & lex, & deberet ab alio gubernari, & regulari, & leges accipere. Deus fidelis permanet, quia ſeipſum negare nō pōt. 2. Tim. 2. ergo nec ſe odiſſe, aut mentiri, aut cogere, aut incitare ad peccata: quia eſſet declinare à ratione peccare. m. ac turpiter, & male agere. Nec obſtat, quod Deus mala velit propter bonum finem. Ro. 3. *Et non ſicut blaſphemamur, & ſicut aiunt quidam, nos dicere, faciamus mala, vt inde eueniant bona.* vt hoc nō excuſat hominē, ita nec *Deum* Et ſi Deus poſſet velle malū mediū, cur non & malum finē. Itē ſi *Deus* mouet ad malā intentionem hominis, *Deo* imputabitur mala intētio, ac ſi ipſe haberet malā intentionē. Aug. lib. 83. qq. q. 3. probat, quia nullo probo homine volente, aut incitāte, fit alius homo deterior: ergo Deo auctore, & volente nullus fit deterior. ¶Vnde. 1. nō poteſt habitus vitioſus infundi à Deo: quia p ſe inclinat ad malū. Vnde nō eſt eadē ratio de illo, & de concup. appetitus ſenſitiui, quamuis Herrer. 2. diſp. 38. q. 1. probabile cenſeat oppoſitum: quod non credo, niſi forte alioqui Deus vellet loco illius inclinationis ad malū æqualē vel maiorē ad bonū conferre. Azor tū, lib. 1. c. 22. abſolute ait, Deū non poſſe habitum infundere, licet illū nunc nobiſcū producat. ¶2. Errat Abul. Ioſue. 2. q. 30. dū docet, Deū mouiſſe Raab ad mētiēdū, & vniuerſaliter, mouere poſſe ad peccata venialia, quæ neceſſaria ſunt ad aliquē finē, vt ad vitandū mortale. Sed

certe

certe ad nullũ peccatum mouere poteſt, neq. v.eſt vnquã neceſſariũ ad vitandũ.m.& ſi liceret ei mouere ad. v. vt vitetur mortale: ergo & ad mortale grauius, vt vitetur leuius.

5
3.Concluſio 3.Concl. Deus nõ eſt auctor, et cauſa pecc. Patet et Ioa.8.et.1 Ioa.3.et alijs ſuperius adductis:et ex Geneſ.1.*Vidit Deus cuncta, quæ fecerat & erant valde bona* et Sap.11.*nihil odiſti eorũ, quæ feciſti*:ſed Deus peccatũ odio habet Sap.14.ergo illud nõ facit. Ideo Oſe.3.*Perditio tua Iſrael* et Sap.1.*Deus mortẽ nõ fecit*,ſcilicet in ſua cauſa,quæ eſt pecc.Pſal.5.*quoniã nõ Deus volens iniquitatẽ tu es* Abac.1.*mũdi ſunt oculi tui ne videant malũ,reſpicere ad iniquitatẽ nõ poteſ.* D.Th.q 79.a.3.adducit Fulgen.dicẽtẽ,*Deus nõ eſt author eius cuius eſt vltor*:ſed eſt vltor peccati:ergo nõ auctor ſimilia teſtimonia gloſſæ adducit Alen. 2.p.q.110 m.3.a.2.vide etiam Dio.c.4.di.no.vbi ait,dæmones bonũ habere à Deo:malũ vero à ſeipſis.Vbi D.Th.lect.23.Concil.Arauſ.2.c.25. Trid.ſeſſ.6.can.6.Baſil.ho.quod Deus non ſit auctor malorum.Damaſc.2.fid.c 29.Amb.1.de Iacob c.3.Hiero.12.in Iſai.ad fin.et in id Amos 3.ſi erit malum in ciuitate etc.Chryſ.ho. 8. in 1.ad Tim.Clem. Alex.1.Pedag.cap.4 Cyril. 5. in Ioan. cap. 1.et lib.6.c.vlt.Aug.7. Geneſ. ad lit.c.26.et in libris de liber.arb.vbi lib.3.ca. 13. Probat,pecc.nõ poſſe Deo tribui: quia dum pecc.vituperatur,auctor naturæ laudatur:nã peccatũ vituperatur,quia à Deo auertit ſummo bono:ergo indicatur,Deum non eſſe eius auctorẽ.Item quia facere,vt alius peccet, eſt
4.Concl. peccare:ſed Deus nõ poteſt peccare:ergo nec facere,vt alij peccent.4.Con.Deus nõ ſolum non prædeterminat formale pecc. ſed neque materiale. Hæc con. non ſolum eſt cõtra aliquos hæreticos,ſed etiã cõtra aliquos catholicos, contra quos late à nobis probabitur tractat.de gratia,quia quædã rationes quibus probanda eſt cõmunes ſunt actibus liberis naturalibus, & ſupernaturalibus, quos phyſice nõ prædeterminari à Deo ibid. oſtendemus. interim videri poſſunt Azor to 1.lib 4.c.22.q. 2.Zum.hic q.72 a.2 q.3.&.1.p.q.14.a.13.q.19. 22. & 23.Molin.in concordia q.14.a.13.diſp. 30.& 1.p q.19.a.6.diſp.3.Sua.2.de cõcurſib.c.4.& 1.p. ſum.tract.de ſciẽtia,de voluntate,prouidẽtia, & præ deſt.Vaz 1.p.diſp.129.c.6.Bellar.Vale.& alij citati initio huius ſectionis.

Teſtim.ſcript.adducta ab hæreticis, ſolum probat ad ſingula bona opera ſupernaturalia,
6
Ad argu. Hæret. & ad collectionem omnium bonorum operum moraliter & ad implenda omnia præcepta requiri gratiã & ad materiale peccati cõcurſũ Dei:& omnia,quæ Deus operatur,operari conſilio volũtatis ſuæ:quo pacto Hiero. explicat locũ illũ Epheſ.1.& impiũ dicitur facere in diẽ malũ, ideſt permittere,vt peccet, vt oſtendat ſuã iuſtitiã in eum,ſi peccauerit, ſic facit vas in contumeliã & excitauit Pharaonẽ & in ſede regni conſtituit, & permiſit illius impietatẽ,vt oſtẽderet ſuã potentiã inſignis & prodigijs.Vide Aug.ep.105.&.106. & in Enchir.c.26.& loca, quæ dæmonis aut hominis improbitatẽ Deo tribuere vidẽtur,permiſſionẽ ſignificãt.Chryſ.ho.36.in Math.Damaſ.2.fidei c.26.Aug.de gratia & lib.arb.c.23. Anſel.de caſu diab.c.20.&.27.quẽ refert & ſequitur Alen.2.p.q.100.m.3.a.2,& aliquãdo nõ ſolum permiſſiue & negãdo auxilia efficacia cauſat pecc.ſed etiã occaſiones præbendo ex ſe bonas:quomodo Aug.& Theod.exponunt id Pſ.104 *cõuertit cor eorũ,vt odirẽt &c.* ſcilicet multiplicãdo Iſraelitas & benefaciẽdo illis, qua occaſione ardebat inimicorũ inuidia. & Deũ permittere peccatũ ob bonũ eius effectũ optime *Damaſc*.2.fid c.29.& circa paſſionem Chriſti explicat leo ſer.6. de paſſ. Vnde c.50. Geneſ.*vos cogitaſtis de me malum,ſed Deus vertit illud in bonũ*.De quo bene Amb.lib.de Ioſeph. c.12.& quãuis Geneſ. 50. & Act.2.&.4 adducatur diuinũ decretum,vt in ſpem veniæ dirigãtur,quos deterrebat criminis immanitas;hoc nõ fit extenuendo,illorũ facinus diuino decreto permiſſiuo,niſi forte quatenus vberiora auxilia negauit, ſed oſtẽdendo illas perſonas,quę iniuriã paſſæ ſunt,Ioſephũ & Chriſtũ vſq. adeo gaudere de bono peccati euẽtu, vt facile ignoſcant culpas,quas permittere opus fuit ad illũ finẽ cõſequẽdũ,illa autẽ verba Ioſephi,*num Dei poſſumus reſiſtere volũtati*,nõ referuntur ad crimẽ fratrũ;ſed ad eius permiſſionẽ,cui voluntati permiſſiuæ nõ poterat reſiſtere Ioſeph,vt exponit Chryſ.Ad loca,in quibus dicitur Deus cauſa mali.R.verbis Hiero. Amos.3.*Malũ quod Deus facit in ciuitate, non eſt virtuti contrariũ,ſed afflictio,& cruciatus*.De quo Mat.6.*ſufficit diei malitia ſua*, de hoc late Altiſ. lib.2.tract.26.q.2.§.item arguitur quod pecc. ſit à *Deo*.Cur autẽ Deus poſſit infligere malũ pœnæ & afflictionis,nõ culpæ,vide D.Tho.q. 79.a.1.ad. 4.ſcilicet,quia punire,vel puniri nõ eſt malum:ſed fieri pœna dignum,vt ait *Dio*. c.4.di.no.par.4 vide Mag. 2. d.37. fine.Vbi ex Aug.1. de lib.arb.initio & 1.retract.c.9.conciliat illa verba ſcripturæ *Deus mortẽ nõ fecit*, cũ illis,*mors & vita à dño Deo eſt*,dicens mortẽ pœnæ fieri à Deo,nõ vero culpæ,cum vero homines Dei iuſſu,aut volũtatẽ dicũtur inducere ad pec.ſermo eſt de volũtate permiſſiua,vt exponit Aug lib.de gratia,& lib.arb.c.20.ex quo & Dam.ſup.nota,permiſſionẽ in SS.aliquãdo appellari nõ ſolũ actionẽ Dei,ſed etiã præceptũ 3.Reg.21.*egredere & fac ita*,& Io.2.dixit Chriſt⁹ *ſoluite tẽplũ hoc:ille autẽ dicebat de templo corporis ſui*,& Mat.23.*implete menſuram patrum veſtrorũ* & Ioa.13. & Mat. 26.*quod facis, fac citius*, quæ verba,licet præceptũ ſonẽt,verũ nõ eſſe præ-

cipientis,ſed permittentis & prædicentis futurum,& exhibentis ſe paratiſsimum ad quá citiſſime ſubeundam morté, docent ibi Aug. Chryſoſt.& Origen.& Azor,tom.1.lib.4.cap. 22. q.5.licet addat,etiam per ironiam dictum intelligi poſſe,circa eandem teſtimonia obſerua,in dæmone & quibuſdam hominibus ſceleratiſsimis eſſe peculiarem rationem propter quam dicantur agere ex imperio & motione Dei,videlicet,quia paratiſsimi ſunt ad nocendum & decipiendum,ita vt non minori conatu exequantur mala quæ illis permittuntur,quàm ſi Dei impulſum & imperium exequerentur: qua figura loquédi herus,qui ferocem canem ſoluit,etiam quando eius ferocitatem voce aut nutibus nõ acuit,dici poteſt miſiſſe canem & ingrediétem inuadere: ideo etiam dæmones & tyranni dicuntur inſtrumenta Dei.Si addas.Deum ita at temperare occaſiones nocendi per bonos effectus à ſe productos,vt dæmones & homines nocere non poſsint alia in re,alio ve modo aut maiori nocumento,quam pro mẽſura, & gradu requiſito ad finem intentum à Deo,ita vt nõ minus aperte & efficaciter Deus conſequatur ſuum finem,quam ſi dæmonum & hominum ſceleravere eſſent inſtrumentaDei,qua phraſi artifex machinæ,qui fluminis curſum obiectis crepidinibus coercet & certa menſura latitudinis atq. altitudinis viam aperit & rotam præparat, etiam ſi non intenderet aquę deſcenſum, ſed tãrũ intẽderet permittere,vt aqua deſcenderet,& intẽderet etiá motum rotæ inde reſultanté, dici poſſet vti aqua vt inſtrumento admouendum rotam, de hac re copioſe Hugo.1.de ſacram.parte.5. cap. 29.

Ad.2.argum.R.mens Aug.adeo manifeſta
7 *Ad. 2.arg.* eſt,vt nullus reſtet dubitãdi locus,quin Aug. ſentiat Deum ſubtrahendo peculiaria auxilia permittere peccata,& propterea dici inducere ad peccãdũ,non quòd hortetur,& moueat ad peccandũ,quod ex multis locis Aug. oſtẽdemus,infra. Vide Bellar.to.3.contro.2. c. 16. eodem modo intellige Hugon.1.de ſacro.p.5. c.29.vbi ait, Deum excitare malas voluntates ad volendum & dirigere ad perficiendum ſed ex antecedentibus & conſequentib.manifeſte ſe explicat,vt in fine.1.arg.ꝗ expoſuimus.

SECTIO. II.
Cur Deus non ſit peccati cauſa.

8 *1. Sentent.* PRima ſent.eſt Deum, ob id non eſſe cauſam.p.quia nõ concurrit immediate ad operationes volũtatis noſtrę,etiá bonas.Ita Dur.2. d.1.q.5.& d.37.q.1.Aureol.ead.d.q.1.vt referũt Greg.ibi.q.1.& alij. Et quidé ꝙ Deus nõ concurrat immediate ad actiones voluntatis etiá bonas,nõ ſolũ tenuere Pelag.eiusq.ſequaces, vt ex Hiero.epiſt.ad Creſiphonté,& 1. contra Pelag.& ex Aug.epiſt.105.106.et.107. probant Cuner⁹ de gratia Chriſti,c.9.et.10. et Staple.4 de iuſtificatione.Sed etiá Luth. (ſi credimus Camerario.1.de gratia et lib.arb.c.5.)et Orig. 3.Periarc.c.1.cui hanc ſententiá tribuit Zum. diſp.1.et. D.Th.3.cõtra gent.c.19. qui occaſſionem ſumpſit ex verbis Orig. longe à medio illius capitis.§.*poſt hac inſequebatur*, vbi explicans id Pauli,*à Deo eſt velle,& perficere* ait, *ita: ergo eſt quod dicit Apoſtolus,quia virtuté quidé voluntatis accepimus:non ſaluté:ab vtimur voluntate vel in bonis,vel in malis deſiderijs:ſimiliter quoq. & de effectibus ſentiẽdũ eſt.* Sed exiſtimo,id nõ ſenſiſſe Orig.ná eodé §. immediate præmiſerat: *ſicut enim à Deo habemus hoc ipſum,quod homines ſumus,ꝙ ſpiramus,ꝙ mouemur:ita & ꝙ volumus, ex Deo habemus:vt ſi dicamus, ꝙ mouemur,ex Deo eſt,vel ꝙ ſingula quoq. mẽbra officio ſuo deſeruiunt, & mouẽtur,ex Deo eſt,ex quo vtiq.nõ illud intelligitur,quia ꝙ mouetur malus.v.g.ad verberandũ iniuſte,vel ad furandũ,ex Deo eſt:ſed hoc ipſum,ꝙ mouetur, ex Deo eſt:noſtrũ vero eſt,motus iſtos quibus motũ ex Deo habemus,vel ad bona,vel ad mala cõuertere*,hæc Orig. Vnde patet,non eſſe in præfata ſententia:quá tamé tenuere illi de quibus dixit Aug.5.Geneſ.ad lit.ca.20.*ſunt qui arbitrãtur tantum modo mũdũ factũ à Deo:cætera iam fieri ab ipſo mũdo,& Deũ nihil operari.*

Sed hæc ſententia erronea videtur aut ſaltem temeraria & periculoſa,vt late oſtẽdunt Vaz.diſp.129.c.3.Zum.q.79.ar.2.diſp.2 con.1.& diſp.3.conc.1.Greg.2.d.34.q.vni.a.3.&.1.d.45.q. 1.conc.5.Herre.diſp.38.q.3.Azor to.1.lib. 4. ca. 22.q.1.Altiſio.2.ſummæ tract.26.c.3 Valen.1.p. diſp.3.q.1.pun.1.& diſp.8.q.1.pun.2.& 1.2. diſp. 6.q.9.pun.1.Angles,2.diſtinct.37. quæſt. 7.art. 1.difficul.1.Palac.diſputatione.1.& diſt. 1. diſp. 5.Bellar.2.de amiſſione gratię capit.18.& 4.de lib.arb.c.4 Suarez.to.1.metaph.diſp.22. ſect.1. nu.7.& in opuſc.Perez.8.Phyſ.cap 8. Tolet.2. Phyſi.q.4.Conimb.q.7.&.8.Scot.2.d.1.Gabr.1. d.1.&.45.And.de Caſtronouo,quem refert,& ſequitur Decan.a.7.prop.10.verſus finẽ.Vdalrich.qué ſequitur Carth.2.d.37.q.1.Caie.1.p.q. 8.a.1.Sotus.4.Phy.q.4.conc.1.& li.7. q.1.a.2.& 1.nat.c.18.Fonſe.to.2.metaph.lib.5.q. 9. Moli. in concordia q.14.ar.13.diſp.25.&.1.par.eodem art.diſput.6.Albert.2.d.35.art.7.Bonau.ar.2.q. 2.& d.37.ar.1.q 1.ad finem, Scot.q.vni. Ægi.q. 1.art.2 Capreol.d 1.q.2. ad argumenta contra 11. concluſion. Hiſpal. articu. 1.concluſione 5.& artic.4.ad argumenta cõtra ipſam Heru. tract.de æternitate mundi quæſtione.1.Alex. prima parte quæſtione.9.membro 2.ad ſecũdum D.Thom.prima parte quęſt. 105. artic.5.

(vbi

Digitized by Google

(vbi Caiet.)& 1.2.q.109.ar.1.2.& 3.2.d.1.q.1.a.4. & d.37.q.2.a.2.& de pot.quæſt.3. ar.7.3. contra gentes, capit. 65. vſque ad. 70.& cap. 79. vbi ferr.(quamuis.3.contra gent.c.2.dicat, Deum non agere cum creaturis immediate immediatione ſuppoſiti) Belloſ. aduerten. ad tom. 3. Chryſoſtom. quæſtio.2. propoſitio.5.Camera.2.de gratia,& libero arbitr. per multa capita.Henriq.quodlib.14.quæſt.1. Gab.2. d.1.q. 2.Ocham.2.q.4.& 5. Cuner. de gratia Chriſti, cap.9.Medin.hîc ar.2.Azor to.1. lib.4. cap.22. quæſt.1.

10. Hæc.1. ſententia vim affert ſcripturæ, Iob. 10. *Manus tuæ fecerunt me.*& cap.38. late introducit ſe Deus, vt auctorem omnium rerum naturalium, quæ facta olim fuere, & nunc fiunt,& Pſalm.146. *Qui producit in montibus fœnum* Ioann.5. *Pater meus vſq, modo operatur, & ego operor.* 1. Corinth. 15. *Deus dat illi*, ſcilicet grano ſeminato, *Corpus* Hebr. 1. *portans omnia verbo virtutis ſuæ.* & Hieronym.1. contra Pelagian.prope initium ait, nec ſcribere, nec ſtare poſſe hominem,ſine concurſu Dei pro ſingulis operibus, & non ſatis eſſe voluntatem aliaſque potentias contuliſſe nobis, niſi etiã in ſingulis actionibus adiuuet, & in ijs, quibus paulo inferius concludit ratiocinationem,ſatis innuit præcedentia intelligi de malis actionibus, non tamen, vt malæ ſunt, & Auguſt.lib 83.qq.q.16. docet,quomodo Deus ſit cauſa omnium entium, & 3. Trinit. cap.4. omnium actionum:& Anſelm. de caſu diab. à cap.7.præſertim,cap.20.& vltim. & de concord. prædeſt.& liber. arbit. apud Bonauent. 2.diſt.37. art.1. quæſt. 1. ait. *Omnes actiones, & motus facit Deus:quia ipſe facit res, à quibus, per quas, & in quibus fiunt: & nulla res habet vllam potentiam volendi aut faciendi*:niſi illo dante ipſum quoque velle: quod aliquando iuſtum, aliquando iniuſtum eſt. Plura alia contra illam ſententiam adduximus tom.1.tract.5.diſp. 3.ſect. 2. Quod vero aliqui contra illam obijciunt,ex ea ſequi,nec bonas actiones ex Deo eſſe,non vrget: quia licet Deus non concurrat phyſice immediate ad illas iuxta hanc ſententiam:tamẽ cõcurrit mediante ſuo præcepto aut conſilio, aut etiam gratia præueniente.

11 Secunda ſententia eſt,Deum,quamuis immediate concurrat Phyſice cũ voluntate noſtra ad actus bonos:non tamen ad malos, & ideo non eſſe ſimpliciter eorum cauſam: ſed cũ addito,ſcilicet permiſſiue.Hanc ſententiã probabilem exiſtimant, licet eã non ſequantur Altiſiod.& Greg.ſup.tempore q. Magiſtri nonnulli eã amplectebantur, vt ipſe referr. 2, d.37.qui tandem nihil definit:cuius ſententiæ fuit Melancton in loco de cauſa peccati, cum monet lectorem,ne putet, *Deũ* aſtrictum aſſa cauſis ſecundis,ita vt debeat ad omnes illarũ effectus,ſeu actiones concurrere: ſed tantum ad actiones,& effectus bonos,qui non pugnãt cum lege Dei,& aliud exiſtimare dicit eſſe facere Deum Stoicum quendam:& hac ratione defendit,Deum non eſſe cauſam peccati, vt refert Valent.diſput.6.q.9.puncto.1.ad. 6. eandem ſententiam Hugoni,Victor.Roman.11.q. 280.merito tribuit Zumel,ar.2.diſput.3. concl. 1.ſic enim ait,explicans id: Quoniam ex ipſo, & per ipſum,& in ipſo ſunt omnia.Quæritur, an peccata in quantum ſunt, ſint à Deo: ſi enim omnia:ergo,& peccata, vel peccata non ſunt de numero omnium. Solutio, non nulli dicunt,quod peccata in quantum ſunt, habẽt eſſe à *Deo*, ſed Auguſti. de natura boni dicit, tantum ea,quæ ſunt naturaliter,debere intelligi,cum dicitur,omnia eſſe ex Deo,non peccata,quæ naturam corrumpunt:non ergo peccata ſunt ex Deo aliquo modo. Hæc Hugo, qui tamen poſſet explicari,vt peccata nec pro materiali ſint à *Deo* ſimpliciter,ſed ſecundũ quid. Locus autem Aug. quem citat lib.de natura boni,cap.20.ſic habet. Cùm audimus,omnia ex ipſo.per ipſum,& in ipſo, omnes vtiq. naturas intelligere debemus, quæ naturaliter ſunt;nec enim ex ipſo ſunt peccata, quæ naturam non ſeruant, ſed vitiant: quæ peccata ex voluntate eſſe peccantium multis modis ſcriptura ſancta teſtatur,&c. & cap.43 ait,peccandi voluntatem tribuẽdam eſſe naturæ noſtræ: & 5.ciuit.capit.9.Malæ voluntates ab illo non ſunt;quia contra naturam ſunt, quæ ab illo eſt,& Vaz.ſup.cap.2 adducit aliquot teſtimonia Hierony.Aug.Fulg.& Proſp. quæ huic ſententiæ ſuffragantur,& cap.3. docet, contra eam nihil ex Aug. haberi poſſe:nunquã enim dicit,motus,qui ſunt peccata, fieri à Deo: ſed permitti.5.Gen.ad litteram,cap.20.3. Trin. ca. 4.in Enchirid.cap.11.& de natura boni cap 10. quo pacto etiam loquuntur paſſim aliqui PP. & Triden.ſeſſio.6.canone.6.vbi ait, Si quis dixerit,mala opera,ita vt bona, Deum operari, non permiſsiue ſolum: ſed etiam proprie, & per ſe,adeo, vt ſit proprium eius opus,non minus proditio Iudæ,quam vocatio Pauli, anathema ſit. Fauet Plato Dialogo. 2 de republ. ſtatuens legem,vt non dicatur,Deum eſſe cauſam omnium, ſed bonorum, & Fulgent. 1. ad Monim. dicens mala opera non fieri à *Deo*, quia non ſunt opera iuſtitiæ, nec miſericordiæ,ſimilia dicunt Tertulian.de exhortatione ad caſtit. cap. 2. & lib.de ſpectac.cap 2.Hieronym. in id Epheſ. 1. Operatur omnia ſecundum conſilium voluntatis ſuæ, & alij multi, quorum verba refert Suarez ſecundo de concurſ. capit. 4. eaque interpretatur ita, vt ſancti loquuatur etiam de materiali peccati, quamuis ex illis teſtimonijs Patrum

Digitized by Google

ipſe non deducat, materiale peccati non fieri à Deo, ſed non prædefiniri.

12 Anſelmus tamen lib. de caſu diaboli cap. 20. & lib. de concor. prædeſ. cap. 1. in fine expreſſe docet, ipſum actum malum, quia ſecundum rationem poſitiuam, & propriam entitatem bonum quid eſt, à Deo eſſe, licet non quo ad malitiam, quæ in priuatione, rectitudinis, & iuſtitiæ conſiſtit, & nihil eſt. Lege verba, quæ ex ipſo, & Hierony. retulimus, nu. 9. in fine. Origen. etiam verbis citatis aperte ait; operationem malam, vt operatio eſt à Deo eſſe non vero, vt malam, quod etiam docet Vazq. illo cap. 3. Altiſiodor. ſupr. & tract. 15. cap. 4. quæſt. 4. Greg. ſup. art. 3. D. Tho. de malo, quæſt. 3. ar. 2. & hac q. 79. art 2. vbi Caietan. Medi. Contra Zumel, diſp. 2. conc. 1. & diſput. 3. conci. 1. Valentia diſp. 6 quæſt. 9. punct. 3. Alb. 2. p. tract. 22. quæſt. 134. Bonauen. 2. d. 37. artic. 1. quæſt. 1. D. Tho. q. 2. ar. 1. Richard art. 2. quæſt. 1. Scotus q. 1. §. contra iſtam opinionem. Gabr. quæſt. 1. ar. 1. Maior. quæſt. 1. Dried. tracta. 2. de capti. cap. 1. p. 2. memb, 1. ſententia. 5. Richard. quodlib. 3. q. 2. Suar. 2. de concurſ. cap. 1. & ſequentib. & cap. 3. n. 12. adducit multos Scholaſticos id ſupponentes, in qq. eſt Alens. 2. part. q. 100. memb. 3. art. 6. §. 2. & 3. & indubitanter tenẽdũ ait Ouan. 2 d. 38. Bellar. 2. de amiſ. grat. c. 18. Medi. ſupra. Palac. 2. diſt. 37. diſp. 1. Guillel. de Rubione, Flauius, & Aquarius eadem diſt. Carthuſ. ibi cum Taran. & Vdalricho, Cuner. illo capit. 10. Propter quorum authoritatem: ego idem teneo quamuis eorum rationes nõ ſint demonſtratiuæ.

13 *1. Ratio contra. 1. ſent.* Prima eſt Scoti, & Flau, alias Deus non eſſet omnipotẽs, quia aliquid eſſet, quod à Deo produci non poſſet: Hanc merito reijcit Vazquez: dici enim poſſet, non eſſe contra omnipotẽtiam facere nõ poſſe, quod implicat: implicare autem quòd Deus ſit author operis habentis annexam malitiam: quia ſic eſſet author peccati: quod pugnat cum bonitate diuina. Deinde, quia nullus eſt actus, quem Deus facere non poſſet ſe ſolo, vel cum creatura; quia omnis actus poteſt denudari à malitia, vt quando excuſatur per ignorantiam inuincibilem, vel defectum libertatis, &c.

14 *2. Ratio.* Secunda ratio eſt Gregor. Vazquez, Gabr. Zumel, quia ſi Deus non produceret actum, quando eſt malus: ergo nec conſeruaret: nam eadem eſt ratio de productione, & conſeruatione, & actus ab eiſdem conſeruari, & produci ſolet: conſequens eſt falſum: nam ſi Deus talem actum non conſeruat: ergo non poteſt eum corrumpere, niſi deſtruẽdo creaturam, à qua producitur, vel inducendo formam aut diſpoſitionem contrariam: quia nil deſtruitur, niſi ad deſtructionem ſubiecti, vel remotionem cauſæ conſeruantis, aut ſuſpenſionem concurſus conſeruatiui, vel poſitionem formæ, aut diſpoſitionis contrariæ; ergo. Sed huic rationi, quam etiam reijcit Palac. ſupra, facile occurri poteſt, dicendo, non ſolum illis modis rem aliquam deſtrui poſſe; ſed etiam à contrario virtuali extrinſeco: vt quando potentia ſubiecta voluntati per voluntatis imperium ceſſat ab operatione aliqua, nullam contrariam aut incompatibilẽ eliciendo: ſic ergo Deus imperio ſuo tanquam contrario extrinſeco poſſet deſtruere malam operationem, licet eam nec produxiſſet, nec conſeruaret. 14

3. Ratio. Tertia aliorum ratio eſt, quia actus quando eſt bonus, vel indifferens, poteſt produci à Deo: ergo, & quando malus. Sed dici poſſet, primum non pugnare cum bonitate diuina, ſecus aut ſecundum: ſic multi dicunt, eundem actum, quando eſt bonus, fieri à virtute: non vero quando eſt malus, vel indifferens: ſic etiam Chriſtus poteſt efficere actum, quando eſt bonus, non vero quando eſt malus. Maiorem vim haberet ratio, ſi cum Flauio, & Tarant. ſic formaretur. Concurſus Dei nõ eſt neceſſarius ad actum malum: ergo nec ad bonum, qui ex ſua entitate phyſica eſt eiuſdem rationis: conſequens eſt falſum: ergo. Sed poſſet negari ſequela: quia ratio creaturæ petit, vt in omni bono opere, vel indifferenti ſubordinetur Deo cooperanti, non vero in malo.

Quarta ratio, quia ſic ponendæ eſſent plures cauſæ primæ, vna bonorum, ſcilicet Deus, & multæ malorum, ſcilicet omnes voluntates creaturæ. Sed Reſponde. has non eſſe ſimpliciter cauſas primas cum ſint productæ, & conſeruentur à Deo, & in omnibus bonis operationibus atque indifferentibus indigeãt eius auxilio: ſed eſſe primas ſecundum quid, ſcilicet reſpectu ſuarum malarum operationem: ſicut in omni opinione ſunt cauſæ primæ reſpectu malitiæ. 15 *4. Ratio.*

Quinta ratio Scoti, Flau. & Zumel, alias Deus non cognoſceret peccata, quia ſolum cognoſcit futura contingentia in ſua voluntate efficaci. Sed hæc ratio merito reijcitur à Palac. ſupponit enim periculoſiſſimam opinionem aſſerentum, materiale peccati prædefiniri efficaciter à Deo, quod ipſe Zumel. 1. part. & hîc art. 2. diſputa. 3. cenſet eſſe valdè alienum à fide: ergo. Vnde melius probaretur, quia expedit omnem effectũ reduci ad aliquam cauſam, à qua omnino comprehendatur: ſed volitio noſtra à nulla cauſa comprehenditur, niſi à Deo: ergo ille eſt immediata eius cauſa, etiam ſi volitio ſit mala. 16 *5. Ratio.*

Sexta, ratio Zumel, quia tantam libertatem habet homo in ordine ad actus bonos 17 *6. Ratio.*

quaotam

quantam inordine ad malos Deus autem cōcurrit ad bonos: ergo ad malos. Quæ ratio eſt nulla: non enim negatur concurſus Dei ad actum malum, quia liber eſt, ſed quia eſt malus, & cōcurrere ad malum pugnare videtur cum diuina bonitate.

7. Ratio. 7. Ratio D.Tho. Bonau. Medin. Zumel, & aliorum; quia ens per participationem pendet ab ente per eſſentiā, ſed R. verum eſſe mediate in malis; immediate vero in bonis, vel indifferētib. operationib. Et idē dici poteſt ad ſimilē rationē, qua vtuntur, ſcilicet, quia omne ens quomodocunq. oportet deriuari à 1. ente, vt ait Dio. c. 5. di. no. & omne quod eſt in actu, vt ſic, debet cauſari à primo, & puriſſimo actu.

18 8. Ratio. ¶8. Ratio Tarant. & aliorum, quia ſi actio mala v.g generatio, non eſt immediatè à Deo ergo nec genitū. Sed dici poteſt generationem nunquā eſſe malā in ſe, ſed in fornicatione prævia, ideo Deum ad eam ſemper concurrere.

9. Ratio. ¶9. Ratio Arimi. Conſ. & aliorum quæ magis placet, eſt quia cauſa particularis eſt omnino indifferens ad hoc numero odiū. v.g. potius quam ad illud producendū: ergo debet determinari à Deo ad tale numero odium: non enim habet aliud, à quo determinetur: idem eſt de alijs actionib. & effectibus malis: ergo intrinſece pendent à concurſu Dei. Hac ratione diuinam libertatem oſten-

19 dimus tract. 3. diſp. 1. n. 76. ratione 4.

10. Ratio. ¶10. Ratio eſt, quia ad eminentiā Dei pertinet, vt nihil fiat ſine eius poſitiua volūtate, & influxu, & alioqui Deus nō eſſet vniuerſaliſſima cauſa; & malarū actionum aliæ eſſent cauſæ primæ negatiue, id eſt, quib. nullæ aliæ eſſent priores: & Deus non eſſet intime in his actionib. Nam Deus eſt in reb. per operationē, vel applicationem virtutis ad operandū in reb. iuxta D.Tho. 1. p. q. 8 a. 1. Sic vero ſaluatur perfectiſſima ſubordinatio, & dependentia cauſarū ſecundarū, quā docuit Ariſt. 2. Met. ca. 2. 7. Phyſ. c. 1. lib. 8. c 5. & Plato, vt colligitur ex Damaſc. c. 9. ſuæ Philoſ. & Simplic. 2. phy. tex. 29.

11. Ratio. ¶11. Ratio, quia cauſæ ſecundæ immediate pēdent à Deo in cōſeruari, vt probant D.Tho. 1. p. q. 104. a. 1. Suar. to. 1. Met. diſp. 21. ſect. 1. ergo

Confir. & in ſua operatione. Conf. quia ſi volitio mala poteſt ſine Deo eſſe: ergo & conſeruari, & operari ſuos effectus: quod eſt falſum: quia ſic minus penderet à Deo, quam volitio bona. Vnde recte Bona. 2. d. 37. a. 1. q. 2. ait, non poſſe eſſe, nec conſeruari ſine immediato cōcurſu Dei.

20 Quamuis autem prædictæ rationes non concludant euidenter, ſuam vim habent, & fauet Auguſt. lib. 83, quæſtionum quæſtio. 21. dicens: Omnium, quæ ſunt, author eſt Deus quia in quantum ſunt, in tantum bona ſunt. Vide etiam Auguſt. de fide ad Petrum, cap. 23. in Enchirid. cap. 9. & 10. 4. Geneſ. ad litt. cap. 12. & lib. 5. cap. 20. & 3. Trinit. cap. 4. & 9. Gregor. 16. moral. c. 17. poſt med. alias. 18. in princip. Damaſcen. 1. fidei cap. 3. qui abſolute dicunt, omnia à Deo fieri, & conſeruari, & in ſymbolo Nicen. habetur, *Factorem cœli, & terræ, viſibilium omnium, & inuiſibilium*: & Sapien. 11. *Quomodo autem poſſet aliquid permanere, niſi tu voluiſſes, aut quod a te vocatum non eſſet, cōſeruaretur?* & Ioan. 1. *Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil, quod factum eſt*, & Roman. 11. *Ex ipſo, & per ipſum &c.* & Actorum. 17. *In ipſo viuimus, mouemur, & ſumus*, omnes ergo noſtræ operationes dependent à Deo in fieri, & conſeruari. Ad idem adducitur communiter id Ioann. 5. *Pater meus vſq; modo operatur, & ego operor*: Sed hoc ad opera non mala referri poſſet: adducitur etiam id Ioann. 15. *Sine me nihil poteſtis facere*. Sed ibi ſermo eſſe videtur de operationibus meritorijs, vel diſponentibus per ſe ad gratiam; ad quæ requiritur gratia Chriſti. Similiter id Iſai. 26. *Omnia opera noſtra operatus es in nobis*, intelligēdum videtur de operibus, quæ erant bona, & & vtilia populo, quod etiam dicitur Sapient. 8. *Attingit à fine vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter*, Non videtur ad mala opera referendum, & multo minus id, quod adducit Ouandus ex 2. Corinth. 3. *Non ſumus ſufficientes cogitare aliquid a nobis, quaſi ex nobis.* Mouet me autem, præter adducta, quòd Deus cum creatura concurrit ad productionem habitus mali: cur ergo non ad productionem actus mali? non enim videtur pugnare magis cum bonitate diuina concurre immediate ad actum malum, quam immediate inclinare voluntatem ad illum.

Tertia ſententia eſt, *Deum eſſe authorem* 21
malitiæ moralis, quæ in poſitiuo reali conſiſtit: non verò auerſionis ab ipſo, & à lege, & ratione, quæ quidem eſt priuatio conſequens malitiam moralem, eſtque de eſſentia peccati, non vero mali moralis; ita Caietan. quæſtio. 71. articul. 6. & 76. artic. 2. & quæſtio. 79. artic. 1. qui ſi intelligat, *Deum* eſſe ſimpliciter cauſam malitiæ moralis merito reijcitur à Vazquez, diſputat. citata cap. 5. Zumel articul. 2. diſputa. 2. opinione. 4. & concluſ. 6. & ad primum. Medina eodem articul. Valentia diſputatio. 6. quæſtio. 9. puncto. 1. ad ſextum, alijſque communiter, licet non eiſdem rationibus. Ego vero. 1. reijcio, quia falſum eſt, & contra D.Thom. artic. 2. ad tertium, & alibi ſæpe malitiam moralem formaliter cōſiſtere in entitate reali poſitiua. ¶Secundo, quia ſatis abſurdum eſt affirmare, Deum eſſe authorem mali moralis, vt ſic, maxime cum malum morale, & peccatum for-

3. Sentent.

maliter ſunt idem. ¶Tertio, quia non reddi-
tur ratio quare Deus ſit cauſa,& author enti-
tatis,ad quam ſequitur priuatio, nõ vero ip-
ſius priuationis, nã quod eſt cauſa formæ ad
quam neceſſario ſequitur priuatio, neceſſa-
rio videtur eſſe cauſa ipſius priuationis;
qua ratione Caiet. concedit Deum eſſe cau-
ſam priuationis actus ſtudioſi,quæ conſequi-
tur actum vitioſum:ergo idem debuiſſet di-
cere de auerſione à Deo, & à lege ſeu ratio-
ne. Nec valet diſcrimẽ aſſignatum à Zumel,
ſupra concl.3.& ad.2.quod putat eſſe demen-
te Caiet.quia prima priuatio conſequitur ad
actum vitioſum ſecundũ ſe; ideo quicũq. eſt
cauſa actus,eſt cauſa illius priuationis. ¶2.Au
tẽ priuatio,ſcilicet auerſio à Deo.l. à lege, &
ratione non conſequitur actum ſecundum
ſe,nã in amente, & furioſo ille actus non in-
fert talem priuationem;ſed ſecundũ quod eſt
à voluntate creata libera,& ideo non tribui-
tur Deo.Nõ inquam valet,quia hoc quod eſt
hunc actum eſſe à voluntate creata libera,eſt
aliquid reale,videtur ergo eſſe à Deo:ergo &
priuatio,quæ illũ conſequitur,vt eſt à volun-
tate creata libera,etiã erit à Deo, quod enim
eſt cauſa alicuius ſecundum omnes rationes
ſufficientes ad inferendam aliquã priuatio-
22 nem,conſequẽter,videtur cauſa ipſius priua-
tionis. ¶Si vero Caiet.velit,Deũ cõcurſu Phy
ſico concurrere ad omne poſitiuũ ac proinde
ad malitiã moralem conſiſtentem in poſiti-
uo,& ita eſſe cauſum ipſius malitiæ, non qui
dem ſimpliciter,ſed ſecundũ quid,& cum ad-
dito diminuente,ſcilicet,vt eſt entitas poſiti-
ua,& non vt malitia,nec vt fundamentum a-
uerſionis à Deo,quomodo aliqui Caieta. in-
terpretantur,vt refert Zumel a.2. diſp.2. cõcl.
6.in fine:non eſt omnino improbabilis eius
ſent. & eam poſtea defendit Zumel ad. 1. Sed
adhuc non ſatisfacit,quia cum dicitur,Deum
eſſe cauſam malitiæ,non vt eſt malitia, ſed
vt eſt entitas poſitiua,vel particula,vt,capitur
ſpecificatiue,vel reduplicatiue. ¶1.Falſum eſt
in opinione Caiet.& aliorum aſſerẽtium for
male mali moralis eſſe poſitiuum,nam ſpeci-
ficatiue de omni ratione reale poſitiua verũ
eſt dicere,eſſe a Deo,vt talis eſt, alioqui ratio
nalitas,vt ſic,& alia huiuſmodi non dicerẽtur
eſſe a Deo ſumendo, vt, ſpecificatiue.Si vero
ſecundũ dicatur, ſcilicet particulam, vt,ſumi
reduplicatiue,verũ quidem eſt,malitiam mo
ralem,vt ſic non eſſe à Deo, licet ſit poſitiua,
id tñ nõ eſt neceſſarium ,vt ſimpliciter dica-
tur eſſe à Deo,quia vt aliquid abſolute dica-
tur de alio,non opus eſt dici poſſe de illo cũ
reduplicatione:ſic enim homo nõ eſſet abſo-
lute albus,nec à Deo,quia vt homo redupli-
catiue,non eſt albus, nec à Deo; licet, vt ens
eſt creatum reduplicatiue, ſit à Deo.

Quo etiam modo reijcitur, quod aliqui di 23
cunt,ideo malitiam cõſiſtentem in priuatio-
ne non eſſe à Deo:quia actus poſitiuus, vt eſt
cauſa,& fundamentũ talis priuationis, nõ eſt
à Deo,licet,vt eſt ens creatuũ ſit à Deo,quem
modum dicendi probabilẽ putat Zumel diſp.
2.con.3.& 6.tandẽ tñ illum reijcit. Et Herrer.
2.diſp.38.q.3.not.3.& con.3.ait, hunc modum
dicendi multos ſapientiſſimos viros contra-
rios habere:& quoſdã dicere,eſſe omnino fal
ſum,& nullo modo ſuſtinendũ:quia D. Tho.
hac q.79.a.2.& alij probant, actum malum ſe
cundum ſe eſſe effectiue à Deo; quia eſt ens:
ſed etiam vt fundamentum malitiæ eſt ens:
ergo à Deo.¶Quod etiam ſumitur ex D.Tho.
6. Met.lect.3.& 2.d.37.q.2.ar.2.ad.3.vbi docet,
quidquid entitatis,& perfectionis eſt in actu
malo,eſſe ex influxu Dei:ſed id in quo funda-
tur malitia eſt aliquid reale poſitiuum intrin
ſecum,vel extrinſecum actui,ac proinde ali-
qua perfectio intrinſeca,vel extrinſeca:ergo
prouenit ex influxu Dei.Siue ea perfectio, vt
libertas, ſiue quodcunque aliud. Vide infra
contra.9.ſent.

4.Sententia eſt Palac.1. d. 46. diſput. vnica 24
& 2.d.37. diſput. vnica,ideo Deum, licet ſit 4. Sentent.
cauſa actus,non eſſe cauſam malitiæ, quia
hæc in priuatione conſiſtit, & extrinſeca eſt
actui. Sed primo aliqui volunt eſſe intrinſe-
cam,vel ſaltem conſiſtere in poſitiuo reali.
¶2.Quamuis ſit extrinſeca hæc priuatio:tñ cõ
ſequitur actũ,vt eſt hîc, & nunc à voluntate:
ergo cũ Deus ſit cauſa actus,etiã vt eſt hîc,&
nunc à voluntate creata,videtur etiam eſſe
cauſa malitiæ ¶5.Sententia priuationẽ illã,in 25
qua formaliter conſiſtit peccatum,& malum 5. Sentent.
morale,nõ tribui Deo;quia oritur ex imper-
fectione,quam creatura habet à ſe , & non à
Deo,ita Suar.to.1.metaph.diſp.11.ſect.3. n. 20.
& 21.ſed nõ omnino ſatisfacit, niſi aliud ad-
datur:nã talis defectus orit̃ ex vi modi operã-
di,& operationis creaturæ, vtrũq. autem ho-
rũ eſt à Deo. Conf. quia ideo ibi docet clau-
dicationẽ tibiæ,licet,non refundatur in Deũ,
quaſi proueniat ex modo emanationis,quem
habet à Deo,eſſe tñ refundendã in Deũ; quia
Deus producit defectum, & impedimẽtum ti
biæ,ex quo oritur:ſed ſimiliter producit libe-
rũ arbitr. defectibile , & eius operationẽ ex
quib.oritur malitia moralis:cur ergo hæc nõ
refundetur in Deũ? ¶6.Sententia ob id Deum 26
quãuis ſit cauſa actus, non eſſe cauſam mali- 6. Sentent.
tiæ,quia malitia nõ eſt annexa actui, vt actus
eſt,& vt procedit à Deo,ſed quaten' eſt à cau
ſa deficiẽte,ſub qua ratione nõ ꝓcedit à Deo,
quia lex cauſæ primæ eſt , vt concurrat ad ef-
fectum cauſæ ſecundæ, quatenus hæc cau-
ſa eſt : & non quatenus deficiens eſt . Ita Va-
lentia illo puncto.1.ad.6.cui fauent Capicol.

Digitized by Google

2.d.35.q.vn.a.3.ad.6.arg.Gregorij.& d.37.q.vnica,Aquarius con.9.Angl. q.7.ar.1. difficult.1. con.4.Ferr.3.contra gen.c.71. & D. Th.79.a.2. corp.& ad arg.vbi ait,Deum non eſſe cauſam peccati::quia licet ſit cauſa actus habentis defectum,non tamen eſt cauſa, quòd habeat defectũ,quia voluntas poſſet & tenetur non elicere actum defectuoſum?ponit exemplum in claudicatione,quæ non refertur in virtutem motiuam;ſed in debilitatem,curuitatem, vel infirmitatem tibiæ.Idem ait, quæſt. 3. de malo.a.2.Bon.2.d.37.a.2.q.1.ad vlt.Cont.q.79. ar. 1.& 2.Bellar.2.de amiſſ.gratiæ.c.5.& 18. Alb.2. p.ſum.tract.22.q.134.Alen.2.p.q.100. memb.3. a.6.§.3.Cai.q.79.a.1. Addunt aliqui hanc rationem tangi à Dion.4.c.di.no. prope finem præſertim in illis verbis,fieri malum non eſt ſecundum virtutem, ſed propter infirmitatem.

27 Sed non plene ſatisfacit, quia vel ſermò eſt de cauſa deficiente in actu.2.vel in actu.1. ideſt defectuoſa,aut defectibili.Si primũ, falſum eſt malitiam eſſe à voluntate,vt eſt cauſa deficiens,quia ſic non cauſat; ſed potius includit malitiam,de qua eſt quæſtio,cur non ſit à Deo,& cur Deus non ſit cauſa,vt voluntas deficiat & peccet? Si vero dicatur ſecũdũ. Contra quia Deus eſt cauſa operationis, vt procedit à creatura potente deuiare à lege: ergo vt procedit à cauſa defectibili,& ita erit cauſa malitiæ.Addere videtur aliqui ad vim illius rationis,actũ omnẽ poſſe eſſe ſine malitia,& nullum eſſe intrinſece,& eſſentialiter, aut neceſſario malum: & ideo fieri poſſe, vt Deus concurrat ad actum & non ad malitiã: qui modus dicendi tribuitur Rich.2.d.37. a.3. q.1.ad.2.& Bon.a.2q.vlt.Capreo.ead.d. Ferra. 3.contra gen.c.71.in fine.Cont.hac.q79.ar. 2. ad.3.Valen.diſp.6.q.9. pun.1.prope finem. Etiam to.1.oſtendi,nullum eſſe actum, qui non poſſit denudari à malitia,vt ſi producatur extra voluntatem,vel in voluntate mere paſſiue, aut non libere concurrente, aut ſi libere fiat cum ignorantia culpabili. Cæterũ adhuc eſt difficultas,quomodo ſi Deus eſt eius cauſa,quando fit libere & ſcienter,& ſine vllo excuſante,à voluntate,non ſit Deus conſequenter cauſa ipſius malitiæ.Vide ſent.8.

28 *7. Sentent.* 7.Sententia eſt Medinæ ar.2.licet Deus ſit cauſa actus,non eſſe cauſam malitiæ, quia malitia non conſequitur actum ex modo operandi Dei,nec vt eſt à Deo,ſed vt eſt à creatura:conſequitur enim actum,vt fit libere à voluntate creaturæ contra præceptum & regulam rationis, Deus autem non efficit talem actum contra præceptum & regulam, vel legem aliquam,ideo non tribuitur ei malitia. Sed vt notat Vazq.diſp.citata cap.5. hæc ratio ſolum probat, Deum non peccare, quando efficit actum, non tamen probat malitiam non eſſe à Deo, quatenus efficit vt creatura operetur contra regulam rationis, & ita careat debita rectitudine. Eodemq. modo reijciuntur alij dicentes, illum defectum non tribui Deo, quia defectus ſolum debet tribui cauſæ deficienti,quod etiam vt probabile defendit Zumel diſp.2.con.3. tribuitq. Capreolo.2.d.35.q.vni.arti.3.ad.6.Greg.contra.1.concluſionem, &.d.37.q.vnica ar.3.ad.1. Aureol. contra.2.concluſionem.refer.ſupra Caiet. hic art.1.D.Thom.& Cont.ar.2.ad.1. quibus conſonant Hiſpal. 2.d.37.q.vni.ar.3.notab,4.&.a. 4.ad argumenta contra.2.concluſionem. Scotus.q.1.§.ad ſolutionem.Gab.a.3.Ouard. propoſitione.3. Angl. illa con.4. Flau. & alij eadem diſt.Greg.d.35.q.vnica at.3. licet varie & obſcure loquantur,neque ſatisfaciant, nam ſi defectus rei productæ conſequatur aliquid quod fit,non ſolum à cauſa imperfecta, ſed etiã à perfecta,nulla ratio eſſe videtur,cur nõ dicatur fieri ſecundario,& mediate ab vtraq: licet non eodem modo vtramque denominet,vt claudicatio vere fit à Deo,& à tibia debili:ſolam tamen tibiam denominat claudicantem,ſic peccatum videtur fieri à Deo, & homine,licet ſolum hominem denominet peccantem,quamuis ſi cooperari ad malum peccatum eſt,etiam *Deus* peccare videtur. Exemplum autem Med.de eo,qui cum nullam habeat prohibitionem moueat lapidem cũ alio habente prohibitionem,non omnino ſatisfacit,nam ille non dicitur peccare,nec cauſare peccatum alterius, quia non eſt alteri cauſa,vt operetur,at vero Deus (quidquid dicat Greg.ſup.)videtur creaturæ eſſe cauſa, vt operetur,ſi quidem ipſum operari creaturæ à Deo pẽdet.ergo videtur cauſare peccatũ creaturæ,& peccare.Aliud item exemplum Med. de conſulente minus malũ,non videtur omnino accõmodatum,quia qui conſulit, vt facturus alterum è duobus malis,faciat, quod minus malum eſt,non eſt abſolute cauſa, vt fiat id,q; eſt minus malũ, v. g.fornicatio: ſed vt fiat ex ſuppoſitione,quod alter vtrũ faciendum eſt,vnde non eſt abſolute cauſa peccati alterius,nec ullo modo peccat, at vero Deus abſolutè videtur cauſa actus mali; cum pendeat ab eo in genere cauſæ efficientis. Quod denique dicunt Scot. Ouan. Flau. & Angel: Deum non eſſe cauſam peccati, quia non debebat dare actui rectitudinem,in cuius priuatione formaliter conſiſtit peccatum, reijcit Vazq.cap.6.quia peccatum non conſiſtit formaliter in priuatione rectitudininis Sed hoc contra communem opinionem eſt, vnde melius ab eodem reijcitur,quia actus non erat capax rectitudinis:ergo malitia non cõſiſtit in priuatione rectitudinis debitæ actui,

ſed potentię,hanc autem priuationé videtur Deus cauſare cum cauſat creaturæ actionem,ad quam neceſſario ſequitur: ergo videtur cauſare malitiam.

Nihilominus hi & alij, authores iuxta vltimam & veram ſententiam explicari poſſunt,vt ibidem oſtendemus.

29 8.Sent. 8.Sententia Richar.2.diſt.37. ar.3.q.1. ad.2. Gab.q.vnica ar.3.dub.3.Deum, licet ſit cauſa actus,non eſſe cauſam malitiæ,quia hæc non neceſſario adhæret actui, & ita poteſt actus eſſe à Deo, abſque eo quod malitia ſit à Deo.Malitiam autem non neceſſario adhærere actui,probat Rich. quia odium Dei,cui maxime videtur annexa malitia,poteſt ab ea denudari,nam odiſſe eſt velle malum alicui; ſine culpa autem imo & cum merito ex præcepto,vel conceſſione Dei poſſet quis velle malum Deo,idem probat Gabr.quia Deus ſe ſolo poſſet producere odium Dei,in quo euétu non haberet malitiam. Tertio idem prob. quia in ebrio,amente, vel diſtracto,quælibet operatio nudatur à malitia. Sed hoc non ſatisfacit, quia licet actus ſecundum ſe poſſit eſſe ſine malitia,non tamen hic & nunc: ergo cum Deus cauſet illam vt ſit hîc,& nunc; videtur illi tribuenda malitia.Vide dicta ad finem.6.ſententiæ.Vide etiam Caiet.q.79. ar.1. in fine,vbi concedit poſſe produci, & conſeruati à Deo odium Dei extra omne ſubiectũ, ſed tunc nullius fore actionem vitalem aut peccatum.

30 9.Sentent. 9.Sententia eſt quorundam iuniorum aſſerentium,ſiue malitia conſiſtat, vt ipſi putãt, in quadam relatione rationis,ſcilicet diſconuenientia ad naturam rationalem, ſiue vt alij putant, in priuatione,non debere tribui Deo,quia non conſequitur actum etiam remote & per accidés, vt à Deo eſt; ſed vt ab homine,eo quòd fundatur in libertate actus, quæ eſt à voluntate humana; & non à Deo: nam libertas eſt quoddam ens morale; denominatioque extrinſeca à potentia ſic ſe habente,vt poſſit operari,& non operari: ergo quod actus ſit liber,eſt à cauſa creata, & non à Deo, vnde actus eodem modo procedit à Deo,quando ab homine exercetur libere, & quando exercetur naturaliter.vt quando actus ceptus libere,continuatur naturaliter,vel é contra, in quo euentu actus in ſe ipſo immutatus manet:propterea id tantum, quod in actu eſt naturale,tribuendum eſt *Deo* tanquam cauſæ naturali: non vero id quod eſt morale, cum non ſit cauſa moralis; eo quod,licet libere concurrat, tamen non per modum cauſa proximæ & propriæ.Et ſic illi exponunt rationem *D.*Thomæ articulo.2.aſſerentis,defectum actionis tribuendum eſſe cauſæ deficienti: nam hoc in effectu morali verum eſt: quia libertas actus in ſolum arbitrium creatum,quod peccare poteſt, reuocari valet.

Sed hoc non ſatisfacit, quia ſicut *Deus* & omnis alia cauſa viſionis eſt cauſa quod paries videatur,dicaturq. viſus denominatione extrinſeca:ita *Deus* & quicunque eſt cauſa 31 ſtatus voluntatis à quo actus eius appellatur liber,eſt cauſa libertatis ipſius,præſtatque, vt actus dicatur liber, & generatim, quod eſt cauſa formæ extrinſecæ, eſt cauſa denominationis extrinſecæ. Confir.1. nam ideo *Deus* cauſat libertatem actus boni,quia cauſat ſtatum voluntatis,à quo extrinſece denominatur liber: ergo ſimiliter libertatem actus mali. Confirmat.2. quia is,qui ſuadet alteri malum actum libere efficiendum,dicitur cauſa malitiæ ipſius, licet libertas non oriatur ex eius ſuaſione,ſed ex ſtatu potentiæ: ergo licet libertas actus mali non eſſet à *Deo*, cum ſit cauſa actus libere efficiendi,erit cauſa malitiæ ipſius,niſi alia ratio reddatur. Præterea nec Canus,nec Sotus,neque vllus alius auctor eorum,quos citant aduerſarij,dicunt, libertatem actus non eſſe à *Deo*, nec hac ratione defendunt, *Deum* non eſſe cauſam actus mali,vt ſic,& ipſi aduerſarij contra ſe proponũt aliquas ex his obiectionibus,quibus non videtur integre ſatisfacere & tandem incidũt in ſententiam ſequentem, nec recte citãt Decan.ar.7.§.vlt. propoſitio, vt probét libertatem actus etiam boni, non eſſe à *Deo*: ſolum enim ait *D*ecanus,in operibus pietatis, quod libera ſint,habere à libero arbitrio, quod vero pietatis,à gratia, ideſt alterum conuenire actui in ordine ad liberum arbitrium, alterum vero in ordine ad gratiam, ſic vitalitas actus noſtri reuera ſit à *Dao*, in quo viuimus,&c. act.17.tamen nõ denominat *Deũ* viuentem,ſed nos tantum,vnde male Zumel illa diſp.2.con.3. & ad.2.3. & 4. vtitur exemplo vitalitatis aiens, propterea malitiam actus non tribui *Deo*, vt cauſæ, quia ſolum conuenit actui,vt egreditur à creatura. Similiter nihil ſuffragatur aduerſarijs, quod adducunt ex Altiſiod.2.ſumm.tract.26.c.3.q.2.incidente. ad.1. ſolum enim ait, hanc non eſſe veram,peccatum eſt à *Deo*,quia *Deus* non facit malitiam,ſicut hæc non eſt vera, natura facit ſtatuam,eo quod forma ſtatuæ non ſit à natura: de libertate autem actus nunquam Altiſiod.docuit,non eſſe à *Deo* Alenſ. etiam 1.par. q 26.m.7 ar.2. ad.1. ſolum ait, quamuis *Deus* ſit immutabilis,aliquos eius effectus eſſe mutabiles,quia cauſa.2.eſt mutabilis, ſcilicet liberum arbitrium,idem dicit Bonau.2.d. 40.a.2.q.1.vbi non intendunt,variabilitatem, ſeu mutabilitatem effectuum, qua dicuntur liberi, & variabiles in ordine ad creaturam,

non

non eſſe à Deo quatenus influit accomodate
ad cauſam ſecundam liberam & variabilem.
Vnde Herre. 2.diſp.38.q.5.not.3.& con.3.cum
alijs ſapientibus damnate omnino videtur
aſſerentes, actum malum, ſecundum liberta
tem, quæ eſt fundamentum malitiæ, non eſſe
à Deo, quia nefarium & impium eſt dicere, a-
liquid reale poſitiuum. ſeu aliquam perfec-
tionem intrinſecam vel extrinſecam actui
non eſſe à Deo. Sed libertas eſt perfectio: er-
go ſiue ſit extrinſeca actui ſiue non, à Deo eſt.
Quod conformare nititur ex D. Tho. 1.p.q.
19.a.8.&.q.83.art.1.ad.3.& q.22.art.2.ad.4. lege
quæ dixi ante.4. ſententiam.

Decima & vera ſententia eſt, Deum non
32 eſſe ſimpliciter cauſam peccati, eo quod non
10. *Sentēt.* eſt ſimpliciter cauſa actus, qui libere & cōtra
legem fit, in quo includitur, vel ad quem ſe-
quitur malitia; ſed ſecundum quid, & cum
addito diminuente, ſcilicet cauſa vniuerſalis
& permiſſiua. Ratio autem cur Deus non ſit
ſimpliciter cauſa actus includētis, aut inferē-
tis malitiam, eſt, quia nec concurrit morali-
ter, id eſt, ſpeciali quodāmodo agētis moralis
nempe ſuadendo, conſulendo, præcipiendo,
vel quando deberet impedire non impedien
do, aut quando deberet negare, non negan-
do concurſum ad actum malum, nec phyſi-
ce prædeterminando, aut præmouendo, aut
inclinando voluntatem ad talem actum, nec
ex eius affectu tribuendo voluntati vires, &
auxilia ad illum, ſed influendo voluntate
quadam indirecta, ſeu permiſſiua et concur-
rendo auxilio indefinito, et indifferenti. Qui
modus cōcurrendi a Deo eſt imperfectus, quā
uis ad maximā perfectionē Dei pertineat, ſic
cōcurrere ad actū malū, vt non ſufficiat adde
nominandū ſimpliciter Deū authorē & cau-
ſam peccati, etiam pro materiali, ita Molina.
1.p.q.14. a.13.diſp.7.in appendice, & q.19.a.6.
diſp.3.& in concord.quæſt.14.diſput.31. & 32.
§.decimum, docens etiam, nihil aliud, ſi recte
expendantur, voluiſſe Canū.2. de locis cap.4.
§ octauum autem & relectione de Sacramen
tis p.4.poſt.5.concluſionem, & Sot.1. naturæ
c.18.in fine, quando dicunt, ideo Deum non
dici authorem peccati, quia non concurrit
ad actum malum per modum cauſæ mora-
lis, ſed Phyſicæ vniuerſalis, id eſt, quia non cō
currit petendo, præcipiendo, hortando, mo-
nendo, conſulendo, nec intendendo quantū
in ſe eſt, & per ſe malum actum, nec prædeter
minando, aut præmouendo, ſed tribuendo cō
curſum generalem, & indifferētem debitum
voluntati, vt libere iuxta ſuam naturam ope-
rari poſſit, adeo vt negari illum eſſet miracu-
lum, in quo imitatur Deus cauſas mere natu-
rales, licet enim ſit cauſa moralis, id eſt libe-
ra, & recte moraliter agens: dicitur etiam nō
moralis, quia more humano, qui ſic peccatū
cauſat nō dicitur illud ſimpliciter cauſare, ſed
dum quid, & cum addito, ſcilicet per modū
cauſæ vniuerſalis, & præter intentionem; ac
veluti per accidens. Vnde ceſſant quædam le
uia arg. Medi. & aliorum.

Hoc idem ſentit Vega.2.in Trid.c.15. Her- 33
rera.2.diſp.38.q.3.con.4. &.q.4. præſertim ad
4. Roa.3.de prædeſt.q.4. ſect.3. nu. 85. Tartar.
quodlib.18.fol.58.Angl.2.d.37.q.7.ar.1. in prin
cipio con.2.& difficul.1.ante.1.concluſionem
& conclu.4. Zumel. 1.p.quæſt.22.ar.4, diſput.
vnica in appēdice, & hic ar.2.diſp.2. con.4. &
& ad primum, aliaque argumenta, & diſput.
3. quamuis eadem diſp.2.opin.3.& concl.3. in-
conſequenter, inefficaciter, & inurbane Mo-
linam reijciat. Hunc modum dicendi ſequun
tur Aragon.2.2.q.1.a.3.dub.1.ad.2. & aliqui ex
noſtra familia recentiores doctiſſimi dicen-
tes, idem verbis minus perſpicuis docere *D.*
Tho.q.79.a.2.ad.2. Bonau.2.d.37.ar.2.q.2. ad.2.
& 3. Altiſ.lib.2.tract.15.q.vlt. prope finem, A-
lex.2.p.q.100.m.3.a.2.§.2.in fine. Perſpicue au-
tem hunc dicendi modum amplectuntur Bel
larm. Azor, & Suarez: Bellarm. enim.2.de a- 34
miſſione gratiæ.c.18. ante ſolutionem.1.argu-
menti, ait, *itaque non ſolum turpitudo peccati: ſed
etiam ipſum, quod materiale Theologi vocant, ſi vt
tale eſt in ſpecie, conſideretur, Deo tribuendum non
eſt; cum Deus vt diximus, non ſolum turpitudinem,
ſed etiam actus turpes auerſatur, & lege ſua prohi-
bet.* Et ad.1.3.4.5.argumentum ait, Deum non
eſſe cauſam malitiæ, quia concurſu indifferē-
ti concurrit ad actum malum, & quia defec-
tus oritur ex actu, vt eſt talis in ſpecie, qua ra
tione non eſt à Deo: ex eodemque fundamen
to docet, peccata naturæ non eſſe à Deo, ſcili
cet ſimpliciter: ſunt enim præter intentionē
& prædeterminationem diuinam, ex inter
ventu alicuius impedimenti extrinſeci, vel
imperfectione cauſæ.2. Azor autem to.1. lib. 35
4.c.22.q.1.ait, ideo non tribui peccatum Deo,
vt cauſæ; quia Deus illud non vult voluntate
antecedenti, nec enim ſuadet vllo modo, vel
iubet fieri peccatum, nec conſiliū dat vt fiat;
nec naturam rationis compotem condidit,
aut vires, facultates, auxiliaue vlla præſtat ad
peccandum; nec vllum hominem ſuo opere
præuenit, hoc eſt, nulli ſuggerit cogitationē
malam, vt delinquat: ſed potius omnem actū
malum prohibet, & ne fiat, apta & idonea cō-
ſilia confert. Vnde peccatum non Deo volen
te, ſed permittente fit, ſeu per voluntatē per-
miſſiuam iuſtam neceſſariam, vt homines iux
ta exigentiam ſuæ naturæ libere operentur,
&c. Quæ late ibi proſequitur Azor & confir-
mari poſſent ex Dion.c.4. di.no. fine, & Da-
maſce.2.fid.c.29. Aug.3.de lib.arb.c.5 & 9. do-
centibus expedire, vt Deus ſinat homines &
ange-

Digitized by Google

angelos libere agere. *De* quo etiam vide Bonauen.2.diſtin.37.artic.1.quæſt.1.ad.1. & art.2. q 1.ad.2.& 3. Scot. q. vni.ad fin.& Trid. ſeſſ.6. Can.6. ex quo habetur mala opera non fieri proprie & per ſe à Deo: ſed permiſsiue tantum. Suar.autem.2.de concurſibus cap.3. nu. 20.ait, ideo Deum non eſſe cauſam peccati; quia *Dei* concurſus ex ſe offertur indifferenter; & quia tota illa actio realis, quæ eſt à Deo, vt eſt à Deo, manere poſſet ſine vlla ratione culpæ, aut mali moralis, vt ſi homo cũ ignorantia inuincibili, vel inaduertentia naturali eundem actum realẽ haberet, & Deus eundem numero influxum præberet. Quia etiam ratione nec Deus dici poteſt cauſa phyſica & per ſe, vt conſtat, nec moralis per accidens, vel indirecte, quia non tenetur ſuum cõcurſum negare, neque etiam eſt cauſa phyſica per accidens, quia cum eius cauſalitate phyſica, vt illius eſt, non eſt neceſſario coniuncta deformitas, ſi autem prædeterminarat voluntatem ad actum, dicendus eſſet cauſa moralis & per ſe, vt pote libere mouens, & pertrahens ad peccandum & per accidens, vt pote dans motionem non neceſſariam exui generalis concurſus, & ideo etiam non dicitur, quod voluntas concurrendi ſit virtualis malitiæ voluntas, ſed permiſſionis tantum, quia illa voluntas ex ſe eſt indifferens, & inefficax, at ſi eſſet prædeterminans, eſſet virtualis voluntas malitiæ, quia ex ſe ipſa eſt definita & efficax. Eandem ob cauſam nõ poteſt dici Deus cooperari ad malum, tum quia eius oparatio de ſe abſtrahit à malitia, tum quia cooperationem negare non debet, ſed concedere, propter generalem rationem prouidentiæ, & alia maiora bona: ſecus eſſet de prædeterminatione, qui exui eius ſequeretur infallibiliter malitia, eo quòd prædeterminaretur actus moralis, vt ſic, cum omnibus circunſtantijs.

36 Hæc in ſumma Suarez, quæ licet non omnia ſint certa, vt quod ait, *Deum* non eſſe cauſam peccati, quia manente eodem influxu Dei poteſt actus denudari à malitia; nam etiam manente eodem influxu creaturæ idem paſſet contingere, variata, ſcilicet cognitione ex parte intellectus, vel adueniente, aut tranſeunte tempore præcepti: placent tamen qua parte ait, indifferentiam diuini cõcurſus rationem eſſe cur *Deo* actus mali tribuendi non ſint, ſcilicet ſimpliciter etiam ſi materialiter conſiderentur, & hoc modo explicari poſſunt relati ſent.3.aſſerentes, actum, vt eſt cauſa ſeu materiale, & fundamẽtũ malitiæ, nõ eſſe à Deo, ſic etiam intelligo Orig. verbis relatis ſententia.1.& Rich.2.d.37.ar.2. q.1. qui malam operationem in genere, & vt eſt operatio, tribuũt *Deo*, ſcilicet quia in genere Deo placet, vt operemur: nõ tñ in ſpecie, quia illi non placet, vt exerceamus operationes, quibus eſt annexa malitia, nec ad hoc voluntatem, vires, cõcurſumque ſuum nobis præbet, ſic etiam Ricar. quodlib.2.q.3. dixit, Deum nõ eſſe cauſam malitiæ, quia defectibilitas non eſt data nobis ad deficiendum, nec Deus tenetur impedire actiones voluntatis noſtræ, & *Driedo*.2.opinione citatus ait, *Deum* non eſſe cauſam peccati, quia cooperando ad actũ malum à nulla lege deuiat: fauet etiam Ariminenſ.ſup. dicens, *Deum* non eſſe cauſam peccati, quia non eſt cauſa, ſcilicet ſimpliciter, vt homo efficiat actum, cui eſt coniuncta malitia. fauent etiam Ouãdus, Vega, Angles, Scot.& Flau.dicentes, *Deum* nõ eſſe cauſam malitiæ, quia paratus eſt dare actui rectitudinem, ideſt, quia concurſus eius in actu.1.eſt de ſe ad bonum & malum opus indifferens, fauet etiam Medina ar.2.vbi reijcit Caiet. aſſerentem, Deum eſſe cauſam actus mali quo ad conuerſionem poſitiuam, qua eſt contrarius virtuti: vult ergo Medina Deum non eſſe ſimpliciter cauſam illius rationis poſitiuæ faaet: etiam Cune.de gratia Chriſti cap. 10.dicens, quod licet Deus concurrat ad actũ, qui eſt malus ſuſtentando illum effectiue: negandum tamen omnino eſſe, quòd ſit cauſa vt creatura talem actum efficiat. v.g. vt Iudas Chriſtum proderet, quia non inclinauit, nec mouit illum ad proditionem. Imò ait, actum non tam fieri à Deo, quàm ſuſtentari, vt ſi prius rei Dominus in furto, quod ei diſplicet, aliqua ex cauſa concurrat, non quod author ſit furi, vt rapiat, ſed propter melius manum vel humerum ponderi ſubijciat, quod fur ſolus ferre non poteſt, vbi fur quidem peccat, ſed Dominus nec peccat, nec furem peccare facit.

Fauet etiam Vazquez dicens Deum non eſſe cauſam actus liberi, vt liber eſt, poteſt enim explicari de cauſalitate ſimpliciter: fauent etiam dicentes, defectum in ſolam cauſam deficientem referendam eſſe, hoc enim verum eſt, quando cauſa non deficiens concurſu generali, & indifferenti per accidens & præter intentionem ſuam concurrit ad fundamentum talis defectus, tunc enim, ſicut non eſt ſimpliciter cauſa fundamenti, ita nec ipſius defectus, quod recte explicat D.Thom. art.2 &.1.par.quæſtio.49.artic.2. & de malo. quæſtione.3.articulo.1.ad quartum, & art.2. & Auguſt.de perfectione iuſtitiæ reſponſione. 4. exemplo claudicationis, quæ etiam quoad rationem poſitiuam in qua fundatur defectus, non refertur in Deum, ſed in tibiam breuem, ac debilem. Ex eodem fundamento D.Thom.quæſt.3.de malo artic.3.& alibi paſſimq. alij docent, defectus in actionibus cau- 37

ſarum

ſatum ſecundatū non eſſe referendos in cauſas vniuerſales ſic etiā falſitas in aſſenſu concluſionis non adſcribitur aſſenſui præmiſſæ veræ ſed falſæ,vel cōſequentiæ malę,nam ex vero non ſequitur falſum niſi propter mixtionē alicuius falſi,vel malæ cōſequētiæ: ſic etiā defectus in ſcriptura non tribuitur perito artifici,ſed papyro,vel calamo inepto:faciunt etiam Anſel.de caſu diaboli cap.20. Trident. Auguſt.& alij Patres aſſerentes, malum actū non eſſe abſolute & proprie à Deo ſed permiſſiue tantum,quod ita intellige, vt eſſentialiter pendeat à poſitiua voluntate permittēte.Adhoc etiā ſunt innumera teſtimonia ſacræ ſcripturæ & Patrum quibus Moll.Suarez, Vaquez,Azor.Bellarm. Valentia, & alij citati initio huius diſputationis docent, actus malos non eſſe à Deo prædefinitos, ſcilicet ſimpliciter,etiā quo ad materiale;& alioqui concedendum eſſet, Deum eſſe cauſam, vt mentiamur,peieremus &c.quod piæ aures horrent audire, & alienum eſt à modo loquendi ſcript. Patrum & fidelium.

Conf.1.cum Molina illa diſputatione.3.
38 quia Deus non eſt ſimpliciter cauſa tentationis,Iacob.1.*nemo cum tentatur, dicat, quoniam à Deo tentatur,&c.* Ergo nec peccati,etiam pro materiali.¶2.Nam habitus moraliter malus etiā pro materiali non eſt ſimpliciter à Deo, alioqui Deus ſimpliciter inclinaret ad malū: ergo,nec actus:quòd ſi Deus non eſt abſolute cauſa ipſius materialis,multo minus ipſius malitię,quæ quia defectus eſt, & priuatio,nō habet cauſam efficientem,ideſt vere influentem,ſed deficientem,vt docet Auguſt.12.ciui. cap.7.

39 Ex dixiſtis breuiter explicantur quinque dubia primum, an peccatum, vt pœna ſit à
Dub.1. Deo Zumel quæſt.79.artic.2.diſpu.4.omnino reijcit Caiet.in illud 1.Reg.12.*ego ſuſcitabo ſuper te malum,*& cap.16.*dominus præcepit Semei,vt male diceret Dauid,*& Canum.1.de locis cap.4. ad.5.&.7.aſſerentes,peccatum,vt pœnam alterius peccati,poſſe eſſe à Deo. Tamen id merito defendunt Medina eodem art.& Vazquez diſput.129.cap.9. & tradidiſſe videtur Alenſ. 2.p.q.100.m.3.art.2.ad.1.quia omnis pæna, vt ſic eſt inflicta à Deo, ſed peccatum interdum eſt pœna alterius peccati,vt docet Greg. ho. 11.in Ezech.& 25.moral.cap.12.& 13.Iſido.2.de ſummo bono cap.19.et alij:ergo &c. Si dicas peccatum,vt pæna eſt à Deo:ergo ſimpliciter eſt à Deo:negatur conſeq.non enim eſt argumentum à reduplicatiua ad ſuam præiacentem, ſed à ſecundum quid ad ſimpliciter, vt in hoc argumento Petrus facit Paulum, vt muſicum:ergo facit Paulum. Recte tamē aduertunt Vazquez Medina et Zumel ſupra, Bañes.2.2.quæſt.1.art.3.dub.1. in fine Herrera 2 diſp.38.quæſt.7.Azor tomo.1.lib.4.c.22.q.5. quod et nos latius oſtendemus agētes de pœnis peccatorum,peccatum,vt peccatum,non eſſe pœnam,nec à Deo, ſiue ſumatur actiue, ſiue paſſiue;Vnde Auguſt.lib.de prædeſt.San. ca.10.ait.*Et ſi quædam ſunt, quæ ita peccata ſunt, vt pœnæ etiam peccatorum ſint.Vnde dictū eſt,tradidit illos Deus in reprobum ſenſum.Rom.1.nō ibi peccatum Dei eſt : ſed iudicium* Probatur : nam nō ſolum crucifigere Chriſtum, ſed etiam ipſum crucifigi fuit malum culpæ : ergo non fuit à Deo,licet à Deo fuerit, quod Chriſtus mortem et crucem acceptauerit. Male ergo. Canus conceſſiſſe videtur,crucifixionem paſſiuam Chriſti fuiſſe à Deo;quia erat quædam pænalitas,et peccatū vnius,vt paſſio eſt,poſſe eſſe pœnam peccati alterius,et peius Caieta. vnum peccatum etiam actiue ſumptum, vt peccatum eſt,eſſe pœnam,et à Deo, et bene Scot.2.d.37.in fine ait, quod licet peccatum aliquando ſit pæna: tamē eiuſmodi pœna nō eſt à Deo efficiente,nec vt primo deficiente, ſed deſerendo propter prius peccatum. Verū eſt etiam,vt inquiunt Vazquez Azor Medin. et alij cōtra Zumel, peccatum,vt afferens ignominiam,dedecus,triſtitiam,anxietatē, metum,et alia incommoda,poſſe eſſe pœnam inflictam à *D*eo;licet autem poſsit Deus permittere vnum peccatum in pœnam alterius, ſiue eiuſdē hominis,ſiue diuerſi, et poſt eius præuiſionem ordinare illud abſolute ad aliquam pœnalitatem : tamen non poteſt ante præuiſionem ipſius peccati pœnalitatē,ipſam præfinire,quæ neceſſario peccatū ſupponat, et ex abſoluta intentione pœnalitatis permiſſionē peccati velle,ſicut nec poteſt ante præuiſionem peccati alicuius pręfinire eius pænitentiam,alioqui præfiniret etiam peccatum: ita Vazquez et Zumel ſupra,et Suarez infra: credo tamen,ex ſimplici affectu pœnitentiæ, poſſe permitti peccatum, vt contra aliquos oſtendimus in materia de prædeſt. vbi idem docet Suarez,lib.3.cap.8.

2.Dub.eſt, an iſtæ popoſitiones de rigore 40
ſint veræ,Deus facit peccatum,peccatū Deus *Dub.2.*
facit Gab.2.d.37.quæſt.vnica articu.3.dub.1. et Maior.1.d.42.quæſt.2.affirmant hanc propoſitionem,*D*eus facit peccatum, poſſe reddere duplicem ſenſum:primus eſt, *D*eus facit actū qui denominatur peccatum:et hoc ſenſu eſſe veram:ſecūdus eſt,Deus peccatū,et ſic eſſe falſam,Idem ait de hac propoſitione,Deus facit malum. Affirmant deinde,ſecundum regulas logicas et proprietatē hanc eſſe veram, Deus peccatum facit, Deus malum facit,hanc autē falſam, Deus facit peccatum,vel malum,quia in priori terminus accipitur materialiter,in ſecunda formaliter,vt Papam vidi,vidi Papā. Hanc differentiam ex ſola nominū transmutatione

tatione friuolam exiſtimat Ocham 2.d. 47.q. 1.additque, non aſſertiue,ſed diſputatiue, aut relatiue,illas omnes propoſitiones eſſe veras quia in omnibus pecc.poteſt accipi materialiter,ſed abſolute non eſſe concedendas , ne occaſio, vel ſuſpicio detur erroris,idem dixit Olcoth.2.d.1.a.3.Medin.quæſt.79.art.2.& Zumel,ibi diſp.2.concl.7.Angles.2.d.37.q.7. ar.1. difficul.1.modo.4.Palac.diſp.vnica,& comuniter recentiores.Gabrielem , & Ochamum impugnant,Vazquez etiam diſput.129. cap.9. tranſmurationem illam nihil referre putat& ſecundum regulas logicas & proprietaté omnes illas propoſitiones eſſe falſas: nam licet coocretum præſertim poſitum ex parte ſubiecti poſſit capi materialiter,tamen quoties ſignificat terminum alicuius actionis,vſurpatur formaliter vt,cum dicimus,ille facit albũ calidum,&c.Deus autem non eſt author peccati pro formali:ergo.Vnde Altiſiodor.lib. 2. tractat.26.cap.3.q.2. incidére ad primum ait, hanc non eſſe verá,pecc.eſt à Deo,quia Deus non facit malitiam,ſicut hæc non eſt vera,natura facit ſtatuam,quia non facit ſtatuæ formam. Sed puto faciendi verba nõ ſemper reddere ſenſum formalem : nam ſi filij alicuius ſint ſapientes,vel muſici,verum eſt dicere : hi ſapientes,vel muſici geniti ſunt ab illo , quáuis ille non dederit eis ſapientiam, vel muſicam ; & ita non ſit verum dicere , feciſſe illos ſapientes, ideſt, vt eſſent ſapientes,in nullo tamen ſenſu concedendum eſt,Deum eſſe cauſam peccati,vel peccatum eſſe à Deo, quia vt diximus,peccatum etiam pro materiali,non eſt ſimpliciter à Deo.

3.Dubitatur,an potentia peccãdi ſit à Deo,
41 *Dub.3.* quidam negant,quia voluntas vt peccare poteſt,non eſt ex Deo, ſed ex nihilo. Bonau. 2. d.44.art.1.quæſt.1.Richar.art.1.quæſt.1.D. Th. art.1.q.1.Capr.q.1.art.1.& Medina , hac quæſt. 79.art.3.ad.7.idem docuit D.Thom. de verit. quæſt. 24. art.7.ad primum & 5. quia voluntas creaturæ ex ſe eſt peccabilis,niſi in bono confirmetur,vt in.B.Virgine docet Duran. 3. d.3.q 4.D.Thom.3.p.q.27.a.4.& alij.Sic etiam Capreol.q.cit.art.3.ad vlti.ait,potentiam deficiendi,quę competit rebus corruptibilibus, vel alijs non eſſe à Deo , quia tales res ex ſe ſunt defectibiles.Herre.2.diſp.38.q. 5. ait, potentiam ad materiale peccati eſſe à Deo:non vero ad peccatum vt ſic:quia ordo ad priuationem(quæ eſt formale peccati) eſt ordo ad nihil : ordo autem ad nihil non eſt aliquid reale,& ideo non eſt à Deo effectiue . Putat, eſſe opinionem Scoti.2. d. 44. quęſtione. 1. & quodlib. 16. Sic etiam Zumel hîc quæſtione 79.artic.2.diſputatione.2.ad ſextum ait: ſi potentia peccandi ſumatur pro libero arbitrio ſecundum ordinem ad peccatum, non eſt à Deo;quia ille ordo eſt rationis.

Alij abſolute concedunt , potentiam pec- 42
candi eſſe à Deo,Scotus eadem diſt. quæſt. 1. Gab.quæſt.1.art.2.concl.1.& arti.3.in ſolutione dubiorum & argumentorum , Dried. de captiu.cap.3.membro. 2.p. 1. capitis Vazquez diſput.129.capit.10.& expreſſe Auguſt. lib. de natura boni contra Manich. capit. 31. &.32. Probatur,quia Deus fecit potentias rationales:iſtæ autem ſunt ad oppoſita.9.met.capit.1. ergo ipſe dedit homini potentiam ad peccãdum,& nõ peccandum Item,quia licet creatura,ex eo quod eſt producta ex nihilo , habeat poſſe deficere,& peccare vt docent Damaſc.2.fid.c.27.Nyſſ.2.Philoſ.c.vlt.& alij patres:non tamen ita,vt id effectiue ſit à nihilo, quia nihilum non eſt cauſa efficiens,ſed terminus à quo; & non eſt alia cauſa efficiens, à qua id habeat:ergo habet à Deo. Conf. quia Deus eſt cauſa libe. arb.cum omnibus requiſitis,vt peccare poſſit : ergo à Deo eſt potẽtia peccãdi,ideſt à Deo haber,quod exiſtat à parte rei et homini inhæreat,licet Deus non det voluntati eſſentiá ſm ſe,in qua includitur poteſtas peccãdi,niſi reprimatur.Cõf.quia dicit relationem tranſcendentalẽ realem,et nõ rationis:ergo eſt à Deo,etiá,vt eſt potentia peccandi. Ad idem eſt Aug.Pſal.85.dicens,*malitia hominũ cupiditatẽ nocendi per ſe habet: facultatem vero,ſi Deus non det,non habet* & Ioan.19.*non haberes in me poteſtatem,niſi tibi datũ eſſet deſuper*,& Oſeæ.13.*Dedi eis reges in ira mea*.Item potentia peccãdi poteſt conducere ad laudé et meritũ. Eccl.31.*qui potuit tranſgredi &c.* et Hiero.ep.ad Demetr.*nulla eſſet virtus in bono perſeuerãtis,ſi ad malũ trãſire nõ poſſet &c.*ergo eſt à Deo.Sed obijciũt aduerſarij:quid,quid eſt cauſa cauſæ , eſt cauſa cauſati:ergo,ſi Deus eſt cauſa potentiæ peccãdi,quę eſt cauſa pecc.ipſe quoq.erit cauſa pecc.R.cũ Vaz.Mai.non eſſe verá in effectibus liberæ cauſæ : hæc enim non habet neceſſariá connexionẽ cũ effectu,ſed cum ſua libertate illũ efficit et ideo non tribuitur cauſanti ipſá,niſi aliquid aliud interueniat,ratione cuius effectus ipſius referendus ſit in cau-
ſam eiuſdem cauſæ liberæ. Dub.4.quomodo *Dub.4.*
Deus nõ ſit cauſa p.cum ponat hominé in ſtatu in quo nõ poteſt cauere omne peccatũ veniale;et,ſi conderet hominé in puris naturalibus,non poſſet homo cauere omne p.m.ergo tũc Deo tribuẽdũ eſſet p.m.R.in homine ſemper eſſe poteſtaté phyſicá ad cauẽdá totá collectioné peccatorũ etiá venialiũ,licet nõ moralé,vt tract.de gratia videbimus.Deinde,eſto eſſet impotẽtia phyſica,peccatũ nõ tribueretẽ Deo:quia ipſe ſolũ permitteret illud ſequi ex naturali fragilitate hominis.Nec recte dicũt Lutherani apud Sot.1.nat.c.18 perinde eſſe permittere peccata atq.cauſare illa:nam permittens,

Digitized by Google

tens,qui nond tenetur impedire, non dicitur proprie cauſare;vt quando Naucle r.s, vel alius non tenetur impedire naufragium. Q ia ergo Deus non tenetur impedire peccata; ideo licet poſſit ea impedire & non impediat,non dicitur ea cauſare,vt notat D.Tho. q.79.a.1.quod maxime eſt verum in ordine ad ſingula peccata,quæ quidem in quouis ſtatu poteſt homo vitare,ideo ſi illa committat, ſibi eſt imputandum,vt docet Bon.2.d. 37 art. 2.q.1.Alenſ 2 p.q.100.m.3.a.6.§ 2.in fine. Alb. 2.par.ſum.tract.22.q.134. ex Anſel. lib. de caſ. diab.Nauclero autem communiter imputatur naufragium,ſi non gubernet; quia tenetur gubernare:vt pater.2.phyſi.& ſimiliter anima,quia ſe tenetur gubernare, ſecundum rationem,ſi id non faciat, ideoque peccando naufragium patiatur,illi eſt imputandum, vt docet Anſelm.de concep.virgin.c.5.

43 *Dubio. 5.* Dub.5.ſit ne Deus cauſa excæcationis & indurationis. De hac materia differunt multi Theologi,Alexand.1.par.q. 29.memb. 4. & 5. Bonau.1.d 40.ar.3.q.1.& 2.Roſſe.at.36. contra Luther.Ruard.a.7.prop.10.Driedo de concordia.p.1.c.1.p.2.c.vlt.ad.4.de capti. tract.5. c.4. Caſtro verbo malum.Sot.1.naturæ 18 & 4. d. 15.q.1.Vega de iuſtiſ.q.7.& lib.12.in Trid. c.12. Cano.2.de locis.c.4.ad.7.Bellarm.tom.3.contro.generali.2.lib.2 c.14 Valen 1 2.diſp.6. q.9. pun.2.Vazq.1.p.diſp.95.c.10. Molina, Zumel, Bañes,Carthag.Roa,& alij tract. de prædeſt. Herre.2.diſp.38 q.8.Per.de Sot. lect.4.de peccatis.Carth.1.d.40.q.3 Richat.ar.1.q.3. Caſtro v.malum hæreſi.1.Adamus,Caiet.& alij, in id Roman.1.*Tradidit eos Deus in reprobum ſenſum.* Chryſoſt.Theophyl.Anſel.& alij.in id Ro.9. *Cuius vult miſeretur,& quem vult indurat*.D.Th. & eius interpretes hac.q.79.ar.3.vbi diſcrimē ponit inter excæcationem, indurationem, aggrauationem aurium. Dico tamen breuiter.1.modus excæcandi & indurandi eſt,quādo Deus non punit peccatorem,& ideo videbitur liberam ei facere poteſtatem peccandi. Orig.3.Periar,c.1. indurare dicitur nos Deus tali typo ſermonis,quali herus, dum benignior in ſeruum eſt,inſolentior ipſe & impiobior efficitur, dicere poteſt,ego te talē ſerue feci,te perdidi.patientia mea inſolentiæ tuæ cauſa extitit:qua figura.Iſai.63. *dixerunt impij, quare errare nos feciſti à vijs tuis, indurasti cor noſtrum, ne timeremus te.* Idem Auguſt.ep.105. & de præd.& gratia.cap.4.Hierony. Chryſoſto. Anſelm.Theophy.& Orig.in id Ro.1. *Tradidit illos Deus in reprobum ſenſum*, & in id Ro.9. *Quem vult indurat*,& 3. Periarchon.ca.1.§ 2.negando auxilia vberiora,ſine quibus raro, aut nunquam contingit reſipiſcere. Aug. ep. 105. 1.ad ſimpli.q.2.ſer.8.de tempore,opuſc. de eſſentia Dei,& lib de prædeſt.& gra.cap.4. Damaſc.4.fid.c.20.Iſid. 2. de ſum.60. c.19. Cyril. catecheſ.6.vbi adducit id Lucæ.19. *Ab eo, qui non habet & quod habet.auferetur ab eo.* Gregor. hom.11.in Ezech.& 1.moral.c.5. lib. 25. cap.9. alias.c.12,& 13.lib.19.c.24. Chryſoſt. ho. 67.in Ioan.& 3.ad Rom.vtitur hoc exemplo,qui in medio prælij relinquit aliquem in manibus inimicorum, quem liberare poſſet, dicitur eum tradere.Orige. ſup.& ho.2. in iudices.D. Thom.Alen.& Bonau. ſupra, & fere omnes. Ad quem gradum perueniat hæc deſtitutio auxiliorum.Bella.ſupra tractat.Sane Deus nemini negat auxilia ſimpliciter neceſſaria Damaſce.2 fid.c.19.Auguſt.de prædeſt. & gratia. c.13.14.15.Chryſoſt. hom.83. in Matth. initio. § 3.indurat Deus,faciendo aliquid quod in ſe bonum eſt, ſed propter homnū malitiā futurū eſt in ſcandalum & occaſionem excæcationis & obdurationis.D.Thom.& Theod Ro. 9.Aug.p.5.104.& .q.18.in Exod.quod exemplo ſolis ceram liquefacientis, lutum obdurantis explicat Hier in id Eccle.7. *Conſidera opera Dei,quòd nemo poſſit corrigere, quem ille deſpexerit*:& tom.5.ep.ad Hedibiam.q.10.& Adamus in id Rom.9. *quem vult, indurat.* Sic Paulus.2. Cor.14 alijs erat odor vitæ in vitam; alijs odor mortis in mortem. Sic poteſt intelligi Aug.5 in Iuli.c.3. & de gratia, & lib.arb. c.20. & 21.dicens,Deū non ſolum per patientiam, ſed etiam per potentiam indurare.§ 4. Explicat Aug.indurabo,ideſt, quam durum ſit demoſtrabo.§5 Deus dicitur excæcare & decipere,quia deludit eorum conatus. Sed in proprietate ſermonis & rigore Theologico non eſt concedendum Deum excæcare,eſſe cauſam,vel authorem excæcationis,vel indurationis,&c.Ita docti Iuniores,& fauet Bona. 1. d.40.a.3.q.2.Alen.1.p.q.29.memb.3. & 4. quia excæcatio dicit immiſſionem erroris,vel ignorantiæ priuando debita ſcientia, vt ex varijs locis Aug.colligit Bon.q 1.Alen.memb.5. ar.2.& obduratio prauam diſpoſitionē volūtatis,quas proprie Deus non cauſat. Vnde potius tribuuntur homini.Pſal.90. *Nolite obdurare corda veſtra* Sap.2 *excæcauit eos malitia eorum, ſ.dæmoni.* 2. Cor.4. *Deus huius ſeculi excæcauit mentes infidelium.*Nec mirum quod dicamus, locutiones illas,quæ habentur in ſcripturis,eſſe improprias: ſæpe enim & merito vtuntur figuris, & de hac phraſi, qua Deo tribuitur ꝙ permittit,vide Martinez.10. hypoty. reg.5.

Hinc obduratio accipi ſolet pro negatione abundantioris auxilij in pœnam.Gloſſ.Auguſtini.Ro,9. *Obdurare eſt nolle miſereri.* Vide Bon.illa. q.1.Alenſ.illo memb 5.ar.1. Vnde excæcatio, & induratio ſemper ſunt in pœnam. Quod ex multis ſcripturæ locis colligit Hiero.in id Eccleſ.1.*& dedi cor meum,&c.* Cyril. catecheſ.6,Greg.31.moral.c.11. late Bona. en. 44

& Alen.

& Alen.5.Vnde id Ro.9. *Cuius vult miſeretur, & quem vult,indurat*,refertur ad ſolum peccatorem. Quia vero ſol materialis nemini capaci denegat lucem, non dicitur obtenebrare, quos non illuminat D.Th.illo.a.3.Subtractio vberiorum auxiliorum ob originale, obduratio dici poteſt,iuxta Gloſſ.Aug.Rom.9.quem ſequitur Alen.illa,q.29.fine,qui obſeruat,hãc eſſe minus proprie obdurationẽ vel excæcationem:nam magis propria dicitur in ſcriptura & patribus,quando ob peccata perſonalia ſubtrahuntur vberiora illa auxilia;vt Iſai. 42. *Quis cæcus niſi ſeruus meus,& ſurdus, niſi , ad quẽ prophetas meos miſi*.Puer,propter originale poteſt pluribus carere auxilijs, quã alij ob mortalia,vt hypocritæ , quibus tribuit Chriſtus. Id Iſai. *excæca cor populi huius, &c.* Non omnis , qui non conuertitur.I.non credit, eſt obduratus, aut excæcatus:ſed qui pauca habet auxilia,vide Can.2.de locis.c.4.ad.7.Val.d.6.q. 9. pun.2.

Excæcatio & obduratio ex ſe tẽdunt ad dãnationem;ſed ex Dei miſericordia interdum ordinantur & permittuntur ad ſalutem excæcati,vel obdurati.*D*.Tho.q.79.a.4. Aug.3.qq. Euang.q.14.Bernar.de conſid.ad Eugen. quia Deus aliquibus aufert cor lapideũ & tribuit cor carneum Ezech.11. & 36. Damaſc.2. fid. c. 29.qui ponit duas derelectiones,alteram diſpenſatiuam,alteram dieperatiuam. Hinc ad tempus obduratio interdum eſt in prædeſtinatis,vt ait D.Tho.illo.ar.4. Herrera.1. diſp. 38.q.8.An vero Deus interdum permittat peccatum,vt ipſum puniat. R.Herre. ibi cum alijs,non ipſum permittere ex intentione abſoluta puniendi , quia hæc eſt poſt præuiſum peccatum:bene tamen ex ſimplici affectu exercendi iuſtitiam:quod tamen non improbabiliter aliqui negant. *De* quo in materia de prædeſt.vbi Suar.lib.5.c.7.n.9.poſteriorem ſepe indicat.

*D*enique dico cum Azor to.1. lib. 1. c.22. q. 4.Deum non poſſe per ſe ſine cauſis ſecundis errorem in nobis producere,nec falſum teſtificari,nec ſuo teſtimonio , conſilio imperio, authoritate , vel ſuaſione falſum teſtificari, aut confirmare;licet poſſit cum cauſis naturalibus libere,vel naturaliter operantibus errorem aliquem in nobis cauſare.Sicut autem diximus Deum ſimpliciter non cauſare peccatum etiam pro materiali : ſed ſecundum quid , ita dicimus de errore..

S E C T I O. III.

Vtrum diabolus ſit cauſa peccati.

45 Diabolum non poſſe directe,ſeu immediate imprimendo voluntati, vel intellectui, cauſare peccatum recepta eſt omnium ſententia cũ D.Tho.q.80.ar.1.& q.9.a.1.& 6.de quo nos egimus tract.5. Indirecte autem poſſe ; nimirum vel exterius proponendo,vt quando primos parentes tentauit,& vicit,Geneſ.3. Sapien.2. Ro.5.& Iudam Ioan.13.cum diabolus iam miſiſſet in cor:ideo Pſ. 77. *immiſſiones per angelos malos*. Vnde paſſim Patres docent,mouere, interius inſtigando & ſuggerendo *D*.Tho.q.80. ar.2.Grego.32.mor.c.24.& 25.& Caſſian. coll. 8.Licet autem Manichæi apud Aug. libr. de hæreſ.c.11.& Sand.7.monarch.anno.602. dixerint,peccatũ non eſſe à libero arb.ſed à diabolo,quod Valentino tribuunt Caſtro,& Medices lib.de hæreſib.v.peccatum hæreſi.3.ſitque veriſimile ipſum id tenuiſſe, quia negauit liberum arbitrium,vt ex Iren.lib. 4. varijs locis intelligi poteſt. Eundemque errorem tenueriot Armeni,ſi credimus Guidoni Carmel.in cathal.hæret.& Caſtro ſupra. & Sandero.7.de monarch.hæreſi.118.Fuerint autem Armeni ſub Phoca imp. & Gregor. Magno. Pon.Tamen hic error facile refellitur ex Geneſ.4. *Nonne ſi bene egeris, recipies:ſi autem male, ſtatim pro foribus peccatum tuum aderit?* & Eccl. 15.*Reliquit eum in manu conſilij ſui*.Ezechiel.18. *Anima,quæ peccauerit,&c.* Iacobi.1. *Vnuſquiſque tentatur,&c.* & quia alioqui non præciperemur,nec diceremur poſſe reſiſtere diabolo. 1.Pet.5. Epheſ.6.Iacobi.4.Item quia ſi neceſſe eſt illi conſentire non peccamus. Vnde recte D.Thom.quæſt.80.art.3. Damaſc.2. fid.cap.4. in fine,Auguſt.homi 12 in id Iacobi.5. *Confitemini alterutrum peccata veſtra* Pſal.91.prope initium:& tract.52.in Ioan.Chryſo.homi.18.imperfecti.Iren.lib.5.c.24.Nazi.lib.ſententiarũ, quas carmine compoſuit. Gregor.13. moral. cap.9.dicunt,non poſſe nos ad peccatum neceſſitare.

Adde, non omnia peccata fieri diabolo
ſuggerente.Ita docent *D*.Thom.Conra.Vaz- 46
quez,Medina,Zumel,Valentia,& alij, quæſt. 80.art.4.Sayr.lib.2.cap.12.n.2.in fine. Alen. 2. p.quæſ.100.memb.3. art.4.D.Tho.1.par q.114. ar.3.Bon.2.d.21.a.2.q.2.Vin.in ſpec.mor lib. 3, par.2.diſ.10.Herrera.2.diſput.39. quæſt. vnica. Origin.3.pararch.cap.2.Gennad.lib.de Eccle. dogm.c.82.(habetur apud Aug.tom.3.) Iſid. 2. de ſum.bo.c.17.Nazia.lib.ſen.carm:ſcrip.ſen. 52.Beda lib.var.qq.quæſt.13. tom. 8. & probatur quia ſufficit ſenſualitas , vt voluntatem alliciat ad peccandum,vt bene Greg.3 . mor. c.18 ſub typo vxoris Iob. Vnde Iaco.1.*vnuſquiſque tentatur a concupiſcentia ſua abſtractus & illectus*.Mundus etiam tentare poſſet.Imo volũtas ſine ſenſualitate , vel aliena ſuaſione poteſt peccare,vt in.1.Angelo accidit.

Quod vero ait Aug.ſerm.68.ad frat. in Ere- 47
mo,*cum mali aliquid cogitamus aut facimus , ſiue paruum,ſiue magnum:hoc nulli dubium eſt,quin malignum*

lignum angelum hortatorem habeamus; & Diony. ca. 4. di. no. par. 4. *Multitudo dæmonum eſt cauſa omnium malorum ſibi, & alijs.* Et Damaſcen. 2. fid. cap. 4. *Omnis prauitas à dæmonibus excogitata eſt, & impuræ perturbationes*: Et ſimilia, quæ dicit Origen. ho. 15. in Ioſue, & Clemens Alexan. lib. de adoratione, & ſpiritu, & Hierony. in id Ierem. 16. *Non dabunt vobis requiem die ac nocte.* & in id Pſalm. 33. *Diuerte à malo, & fac bonum.* Intellige cum D. Tho. *Alen.* Bonauen. & alijs, vt communuiter dæmon de noſtro damno nimis ſolicitus, quãdo peccamus, præſto adſit, vel ipſe occaſionem præbeat, vt peccemus, iuxta id. 1. Pet. 5. *Aduerſarius veſter diabolus tanquam leo rugiens, &c.* vel quia eſt cauſa omnis generis peccatorum, licet non omniũ indiuiduorum, niſi remote quatenus auctor fuit peccati *Adæ*, ob quod manſimus procliues ad cætera peccata. Quòd ſi vera eſſet ſententia aſſerentium, Adamo non peccãte poſteros in bono confirmandos, melius ſaluaretur, dæmonem eſſe cauſam remotam omnis peccati noſtri: quia ſi non fuiſſet peccatum *Adæ*, cuius dæmon fuit cauſa, nullum eſſet peccatum in nobis. Eſt etiam diabolus quantum in ſe eſt, cauſa exemplaris omnium peccatotum. Quomodo Ioan. 8. dicitur *mendacij pater*, vt exponit Grogorius Nyſſenus oration. dom. prope initium. *Auguſt.* tractat. 4. & 5. in Ioan. Eucherius Leuit. 19. *Concupiſcentia eſt mater omnis peccati & diabolus eſt pater.* Cyril. 6. in Ioan. cap. 6. in princip. *Omnis peccator in quantum per peccatum ſe ſubijcit diabolo, & ſe præbet eius imitatorẽ eſt, patrem habet diabolũ.* Dicitur etiam diabolus omnium peccatorum auctor propter poteſtatem in omnes peccatores ad omnia peccata. ita Auguſt. ſerm. 48. in Ioan. intelligit id Ioan. 14. *Venit princeps mundi huius, & in me non habet quicquam.* Alia, quæ ad tentationem & impugnationem dæmonum pertinent, vide tractat. d Angelis, & in D. Tho. 1. p. q. 114. Alb. 2. p. tract. 7. q. 28. in 2. *Alenſ.* 2. p. quæſt. 117. Schol. 2. d. 21. vbi Bon. præſertim art. 2.

QVÆSTIO. LXXXI. DE CAVSA PECCATI EX PARTE HOMINIS

Art. 1. *V. primum peccatum primi parentis traducatur per originẽ in poſteros.*

Art. 2. *Vtrum etiam alia peccata primi parentis, vel proximorum parentum traducantur in poſteros.*

Art. 3. *V. peccatum primi parentis tranſeat per originem in omnes homines.*

Art. 4. *Vtrum ſi aliquis ex humana carne formaretur miraculoſe, contraheret originale peccatum.*

Art. 5. *V. ſi Adã non peccaſſet, Eua peccãte filij originale peccatũ cõtraherẽt.*

QVÆST. LXXXII. DE ORIGINALI PECCATO QVANTVM AD SVAM ESSENTIAM.

Art. 1. *Vtrum originale peccatum ſit habitus.*

Art. 2. *Vtrum in vno homine ſint multa originalia peccata.*

Art. 3. *Vtrum originale peccatum ſit concupiſcentia.*

Art. 4. *Vtrum peccatum originale ſit æqualiter in omnibus.*

QVÆSTIO. LXXXIII. DE SVBIECTO ORIGINALIS PECCATI.

Ar. 1. *Vtrum originale. P. ſit magis in carne, quàm in anima.*
Art. 2. *Vtrum peccatū originale ſit prius in eſſentia animæ, quàm in potentijs.*
Art. 3. *V. pecc. orig. per prius inficiat eſſentiam animæ, quàm alias potentias.*
Art. 4. *Vtrum præfatæ potentiæ ſint magis infectæ quam aliæ,*

DISPVTATIO XI DE PECCATO ORIGINALI.

1 *D*iſputatio hæc valde eſt difficilis. Vnde *A*uguſt. 1. de moribus eccleſ. cap. 22. peccato antiquo nil ad prædicandum notius, nil ad intelligendum ſecretius, & 3. de peccatorum meritis ſeu lib. de bap. paruul. cap. 4. epiſtol. 26. 28. & 29. 2. de nuptiis, cap. 28. in Enchir. cap. 45. & ſerm. 14. de verbis Apoſt. ingenue fatetur; ſe multis in hac re difficultatibus ſatisfacere non poſſe. Vide Salm. Rom. 5. diſpu. 44.

SECTIO. I.

Utrum peccatum Adæ traducatur in poſteros per originem?

2 PARVVLOS non contrahere peccatum ſenſerūt præter Iudæos Pelagiani apud Aug. hæreſ. 88 Armeni, *A*lbaneſes, & Albige. apud Anto. 4. p. hiſt. tit. 11. c. 7. §. 5. Vincent. lib. 30. Prateol. v. Albanenſes, & Albigeſes, Caſtrum. v. peccatum, hæreſ. 1. idem tenuere Petrus Martyr, Anabaptiſtæ, Caluiniſtæ, Zuingliani apud Peltā. de pecc. origin. tract. 5. Bellar. 4. de ſtatu ꝺ pecc. c. 2. Ruard. a. 2. Hūc errorem teſtimonijs ſcripturæ concil. & patrum rationibuſq. fundatis in principijs fidei optime, & late impugnant Valent. hic diſputat. 6. quæſt. 11. puncto. 1. Vazq. diſput. 130. Zumel, quæſt. 81. artic. 1. diſput. 1. Medina, & alij eodem artic. Bellarmin. lib. 4. de amiſſione gratiæ, qui cap. 1. refert varios authores idem præſtantes, & de peccato originali differentes, Pighi. controuer. 1. Catherin. Peltanum, & Cuner. libris de peccato origin. Sotum. 1. naturæ, capit. 7. Caſtrum verbo peccatum hær. 1. Vega. 2. in Triden. Payuam. 3. orthodox. explicat. & 5. defenſ. Trident. Driedon. 1. de gratia, & libero arbitrio; tractatu. 3. *D*ecan. art. 2. Tileta apologia Triden. Lindan. 4. Panopliæ, cap. 10. *A*ndream Fabricium in harmonia confeſſionis *A*uguſti. vbi ponit varios tractatus inſignium Theologorum de hac re. Videndi etiam ſunt Staple. 1. & 2. de iuſtifica. D. Thom. 4. contra gentes, à cap. 50. & de malo. quæſt. 4. & 5. & opuſcul. 3. tractatu. 2. à capit. 11. & 2. diſtinct. 30. & ſequentibus, vbi Magiſter, & alij. Alenſ. 2. part. quæſt. 122. Altiſiod. 2. ſummæ tractatu. 17. Turrian. epiſtol. de peccato origin. Delphi. lib. de eadem re: Ægid. quodlib. 6. quæſt. 19. & tractatu de pecca originali. Paril. tractatu de vitijs Albertus. 2. parte ſummæ tractat. 17. Henric. quodlib. 1. quæſtio. 21. & 23. Armaca. 8. de quæſt. Armen. Bunderius in compendio, titulo. 1. Hugo. 1. de ſacramen. p. 7. à c. 24. Viues. 1. de verit. fidei, c. vltim. *A*zor to. 1. lib. 4. cap. 25. & ſequentibus. Salm. Rom. 5. diſp. 44. & ſeqq.

Ex patribus Anſelm. lib. de conceptu virginali. Proſper. ad capitula Genuenſium reſponſione. 3. Fulgent. de gratia Chriſti, cap. 4. 13. & ſequentibus. Auguſtinus libr. 2. de gratia

Digitized by Google

gratia Chriſti, qui dicitur etiam de peccato originali, & duobus lib. de nuptijs, & tribus de peccatorũ meritis, & quatuor cõtra duas epiſ. Pelag. & ſex contra Iulian. vbi lib. 4. c. 2. ait eſſe vnum ex præcipuis fidei fundamẽtis, & lib. 2. c. 2. & ſeqq. citat Iren. Cypr. Reticiũ, Olimpiũ, Hil. Amb. Nazian. Innoc. Chryſoſt. Baſil. & Hierony. & in alijs libris, & Epiſt. frequentiſſime, & refertur à Torrenſi, in confeſs. Auguſtini, lib. 2. cap. 1. teſtimonia vero Ambroſ. colligit Ioan. Nopelius in confeſsione. Ambroſiana, lib. 2. cap. 10. ¶Speciatim vero contra Iudæos de peccato originali diſſerunt Galatin. 6. de arcan. cap. 5. Burgens, in ſcrutinio, lect. 3. cap. 2. & 3. Marſil. Ficin. lib. de religione chriſtiana, cap. 33. Porchetus in Victoria contra Hebræos, par. 1. cap. 17. ex quibus omnibus peti poſſunt, quæ ad confirmationem catholicæ ſententiæ faciunt.

3 Ego loca tãtum ſcripturæ attingã, Oſſeæ. 6. *Ipſi, ſicut Adam, tranſgreſſi ſunt pactum, ibi prævaricati ſunt in me*, Iob 14. *Quis poteſt facere mundum de immundo conceptũ ſemine, &c.* Quod Auguſtin 5. hypogn. intelligit de originali, & c. 25. nunquid iuſtificari poteſt homo comparatus Deo, aut apparere mundus, natus de muliere? Vbi. 70. *Quis mundus à ſordibus etiam ſi ſit infans, cuius eſt vnius diei vita ſup terram.* Qua lectione vtuntur Orig. Cypria. Baſil. Ambroſ. Hieron. Auguſt. Proſp. Fulg. Caſſiod. & alij patres ad probandum in pueris peccatũ originale: habetq. magnã auctoritatem editio ſeptuaginta, qua Chriſtus, & Apoſtoli vſi ſunt, & Eccleſia per. 500. & eo amplius annos: maxime in locis, quibus cõmuniter patres vſi ſunt ad ſtabilianda dogmata fidei. Obijcies Iuſtin. lib. 146. qq. q. 88. vbi ait hunc locum nullo modo ad infantes accommodari poſſe: nã vita, Græce, Bios, ibi pro conuerſatione ſumitur, quaſi dicat Iob, neq. paruulũ cuius ſit conuerſatio vnius diei ſuper terram, mũdum eſſe à ſorde. R cum Azor auctorem illius lib. non eſſe Iuſtin. M. nam. quæſt. 82. & 86. citat Origenem, qui fuit Iuſtino poſterior, & q. 115. citat Irenæ. qui fuit Iuſtino aliquanto iunior, vel æqualis. Alius locus eſt Ezechielis. 16. *Quando nata, non eſt præciſus vmbilicus eius*, Vbi ſub perſona immundæ mulieris explicatur immunditia, quæ in animabus puerorum exiſtit: & Pſalm. 50. *In iniquitatibus conceptus ſum, &c.* Quo loco ad rem præſentem vtuntur Cyp. Orig. Hil. Nazi. Baſil. Amb. Hieron. Auguſt. Grego. Cyril. Leo, Fulgen. Caſsiod. Beda, & Ruffin. Ait autem Leo. ep. 86. dixiſſe, in iniquitatibus: quia in vno peccato multa cõmiſit Adam, ſuperbiam, gulã, ſacrilegium, homicidiũ, auaritiam. Sumptum videtur ex Aug. in Enchi. ca. 45. 46. & 47. Sed Azor. ait, in heb. legi numero ſingulari, *in iniquitate, in peccato*, Septuaginta vero plurale pro ſingulari vſurpaſſe: Hebræi enim cũ ſignificare volunt vnum aliquidè plurib. plurali vtuntur, vt Gen. 13. moratus dicitur Lot in oppidis iuxta Iordanẽ, & Ionæ. 1. deſcendit Ionas ad interiora nauis: & Iacobi. 5. inducat præsbyteros, id eſt, vnũ de præsbyteris, ſed male Euthy. ibi ait. *Natus ſum ex nuptijs, quæ per peccatũ intrauerunt cum cõcupiſcentia carnis.* Alludens ad opinionẽ Nyſſ. de creatio. ho. ca. 18. Dam. 2. fid. c. 30. & lib. 4. c. 25. Chryſ. ho. 18. in Gen. Procop. c. 4. in geneſ. dicentium, ſi Adã non peccaſſet, nuptias nõ fore. Quæ reijcitur ab Aug. 9. geneſ. ad lit. c. 3. vſq. ad 11. 14. ciuit. ca. 26. & 1. retract. c. 10. et 19. D. Th. 1 p. q. 98. Magiſ. 2. d. 26. Alius locus eſt. Pſ. 13. *Oẽs declinauerũt ſimul inutiles facti ſunt.* 3. Reg 8. *Non eſt homo, qui non peccet.* Eccleſ. 40. *Graue iugum ſuper filios Adam à die exitus de ventre matris eorũ.* Sap. 1. *Deus mortẽ non fecit, nec lætatur in perditione viuorũ, ſed impij manibus & pedibus accerſierunt illã*, & c. 22. *Naturalis malitia eorum*, Epheſ. 2 *Eramus natura filij iræ*, id eſt, *origine & natiuitate, ſeu natura per peccatum corrupta*, vt interpretantur ibi Hiero. Anſel. Beda, D. Tho. Primaſ. et Sedul. et Aug. 13. Trin. c. 12. Sed Azor minus probat hunc locũ, quia poteſt cũ Chryſ. Theoph. OEcum. et Theod. exponi. natura, id eſt re vera, prorſus, et omnino, idè patet ex Rom 3 *Omnes peccauerunt, & egent gloria Dei* et cap. 5. *Per vnũ hominẽ peccatum intrauit in mundum, &c. in quo omnes peccauerunt*, et infra *per inobedientiam vnius peccatores conſtituti ſunt multi:* et 2. Corint. 5. *Si vnus pro omnibus mortuus eſt:* ergo *omnes mortui ſunt, & pro omnibus mortuus eſt Chriſtus*, et ibidem, *cum peccatores eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt.* Ioan. 1. *Ecce qui tollit peccata mundi.* græcæ *peccatum illud mundi.* ſcilicet originale. Ioan. 3. *Quod natum eſt ex carne caro eſt*, et cap. 3. *Qui nõ credit in filium, ira Dei manet ſuper eum*, ſcilicet, quæ antea ſuper illũ erat propter originale, vt notat Aug. 6. in in Iulian. c. 12. Galat. 3 *Conclusit ſcriptura omnia ſub peccato, vt remiſsio per fidem Ieſu Chriſti daretur credentibus.*

Quæ loca non omnia ſunt aperta; et circa illa notari multa poſſent, quæ videantur in interpretibus. et apud DD. citatos. præſertim Bellar. Salm. Vaz. Val. et Zurrel. ¶Solum Nota. 1. circa illũ locũ, Ro. 5. in quo tota hęc cauſa conſiſtit ſecundum Auguſtin. 1. contra Iul. 4.
cap. 7. iam ſine errore negari non poſſe, in illo doceri propagationem peccati origin. per generationem. Nam ita illum intellexit Conci. Mileu. can. 2. et habetur. ca. placuit, vt quicunq. de conſec. d. 4. quod approbatũ eſt ab Innocen. 1. vt patet in ep. Innocen. ad Conci. to. 1. conci. Eadem veritatem definiuit Syno. Aphricana. cap. 77. Carthag. can. 6. habetur. c. placuit. 1. de conſe. diſt. 4. & Arauſ. 2. can. 2.

I a etiam explicant Ath.Orig. Ambroſ.Beda, Primas,Sedul.Proſper,Fulge. Leo, Bernar.& alij, & tota Eccleſia catholica vbiq. diffuſa, vt ait Trid.ſeſs.5.decret.de pecc. origin.

Et contra Pelagianos,qui locum illum interpretantur de traductione peccati per imitationem ac proinde in ſolos adultos, ex profeſſo diſputat. Aug.1.contra Iul.ca. 7. & ſeqq. lib.6.c.12.1.de peccat.meri.cap.9.1.de bap.paruul.c.10.& *D*.Tho.4.contra gen.ca.50. & alij colligentes catholicam intelligentiam.Primò ex illa particula, *per vnum hominem peccatum intrauit*:nam ſi de tranſitu per imitationē Paulus loqueretur,potius diceret per Euam, quæ prius peccauit.Eccleſ,25.*à muliere initium peccati,& per illam omnes morimur*. Aut dixiſſet, per diabolum,quia,*inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum:imitantur autem illum,qui ſunt ex parte illius*.Sap.2.argu.eſt Aug.6 .contra Iul. cap.12.& lib.de Bapt.paruul.apud Magiſt.2.d. 30.¶2.Ex illo verbo,Mors,quā proponit Pau. vt comitem peccati:ſed mors pertranſit etiā in infantes, qui primum parētem nequaquā imitātur:ergo & peccatum.¶3.Ex illo verbo, omnes; nam infantes non peccauerunt imitando ergo peccauerunt in primo parente cō trahendo ab illo peccatum natiuitate & origine¶4.Ex illo verbo. *Nam iudicium ex vno in condēnationem*, id eſt, ex vno delicto Adæ per originem tranſfuſo condemnatū eſt totū genus humanū.¶5.Ex illo verbo,*in quo*,nam licet Iul.Pelagianus explicet, *in quo omnes peccauerunt*,id eſt,propter quem imitandum,vt Act. 7.*Fugit Moyſes in verbo iſto*.& Pſalm. 118 *In quo corrigit adoleſcentior viam ſuam.* Tamen expoſitio eſt violenta,vt docet Auguſt.6.contra Iulia.cap. 12.& alij, quia nihil dicimur facere propter aliquem niſi de illo cogitemus & inde incitemur ad operandum: ſed homines non cogitant da Adā dum peccant:ergo non dicuntur peccare propter illum,id eſt,vt ipſū imitentur. Ergo, in quo,non eſt propter quē imitandum,ſed in quo Adamo, vel peccato Adami,tanquā in cauſa efficienti peccāt omnes.Et de peccato ipſo Adæ exponit D. Tho. q.4.de malo.a.1.& Mag.2. diſt.30.ſed diſſonat textui Græco,in quo,culpa eſt fœminei generis.Vnde de Adamo intelligunt Græci omnes, Chryſoſt. Theophyl. OEcume. Recte etiam Bellar.4.de amiſs.gra. c.3. Probat male Eraſmum vertiſſe propter vnum hominem.¶6.Ex illo verbo,*Regnauit mors etiam in eos,qui nō peccauerunt in ſimilitudinem præuaricationis Adæ.* Ergo etiam in infantes,vt colligit Auguſtin. 1.de pecca.mer.¶7. Ex illa Iuliani expoſitione ſequitur,infantes non indigere gratia, & redemptione Chriſti, contra id quod ibidem, ait Paul. ſicut per vnius delictum in omnes homines in condemnationem: ita per vnius iuſtitiam,& c.¶8.Quia Roman. 5.ſatis indicatur,peccatum Adæ tranſijſſe in poſteros,non voluntate,ſed neceſſitate quadam, & magis. Epheſ.2. eramus natura filij iræ,ideſt neceſsitate naturali, vel natiuitate ipſa, vt exponit Aug.6.cōtra Iul.c.4.¶9.Si ſermo eſſet de trāſfuſione peccati per imitationem,omnia peccata Adæ tranſijſſent ad nos:quia omnia imitamur:at Paulus vnum tantum tranſijſſe ſignificat.Vnde *A*mbroſ.explicat, *Non ſicut delictum ita,& donum:nā iudicium quidem ex vno in condemnationem:gratiā autem ex multis delictis in iuſtificationem*.Quem ſenſum valde cōfirmant ſequētia,*Si enim vnius delicto mors regnauit, etc.* & paulo poſt, *Igitur ſicut per vnius delictum,&c.* ¶10.Viget *A*ug.1. de pecc.meri.c.9. quia non ſolum Roman.5.ſed etiam.1. Cor. 15. peccatū *A*dæ deriuatur ad poſteros, ſicut Chriſti iuſtitia ad regeneratos:at hæc non ſolum tranſfunditur imitatione, ſed etiam generatione quadam in baptiſmo:ergo & illud per carnalem generationem.

2. Reſpondent Pelagiani, Roma. 5. ſolum doceri ad nos peruenīſſe mortem,& alias pœ- 5
nas ex peccato *Adæ*. Sed hoc eſt contra Concil. citata,& Tolet.6. can. 77. Eliberitin. can. 45.Moguntin. can.5. Flore. in lit. vnionis, in quibus docetur, in paruulos tranſfundi veram culpam.*A*uguſt. poſſim præſertim. 1. cōtra Iulia. c.7. & apud illum Iren. & alij Tert. 1.contra Marcio.Cypr lib.3.epiſt.8.ad Fidum, Hil.in id Pſal.118.viuet anima mea, & laudabit te.*A*mbroſ.*A*polog David.c.11. 2. de voc.gene.c.8.Rom.5.Hebr.4.Hierony.contra Pelagia. Baſil.in id Pſalm. 32. *Miſericordia Domini plena eſt terra.* Origen. hom.8. in Leuit. Innocen.3.c maiores de bapt. Leo.ep 86. Bernard. ſerm.de paſsio.Domin.Dionyſ. cap.3. eccleſ. Hierar. Ignat.epiſt.ad Trallia. Iuſtin. dialog. cum Tripho.conſonant parabolæ de oue, & drachma perdita,& de homine,qui incidit in latrones. Luca.10.& 15. Viget etiam Auguſt. 3.in Iul.cap.3.& 5. lib. 6. cap. 4. Fulgen. de incarnat. cap.14. & *A*rauſ. ſupra, quia non eſſet iuſtum tot pœnis paruulos afficere, hoc vera in ipſis culpa. Cuius argumenti vim, vt effugerent alij Pelagiani negauerūt mortem corpus eſſe pœnā peccati de ſola animi morte explicantes id Gen.3. morte morieris contra quos vide *A*zor.to.1.lib.4.c.25. q. 1. & nos agemus diſputantes de pœnis,& effectib.peccatorum. Præterea in paruulis eſſe peccatum. Probatur,quia teſtimo. ſcript.citata culpam abſolute omnibus tribuunt.& ad Tit.2. *Vt nos redimeret ab omni iniquitate*, nomine iſto etiam originale peccatū includitur.& Iſai. 64. *Ecce tu iratus es,quia peccauimus* (ſcilicet peccato originali) *In ipſis fuimus ſemp,& ſaluabimur,& facti ſumus,vt immūdi oēs & quaſi pānus mēſtruata,etc.*

Zach.13.

Zach. 13. *Inablutionem peccatoris, & menſtruatæ, &c.* Ioan. 1. *Qui tollit illud peccatum mundi*, vt Græcè habetur, & vertunt Biblia Complutenſia, & legit Irenæ. lib. 3. cap. 11. Theophy. in Ioann. & Cypr. de duplici marty. Auguſt. 12. contra Fauſt. c. 30. Amb. ſer 12. in Pſ. 118. Theop. & Euthy. & idē ſenſus eſt legēdo de peccata, cū vulgata, quia in quolibet eſt ſuū peccatum originale, quod virtute eſt plura. & 1. Ioa. 3. Chriſtus dicitur propitiatio pro peccatis totius mundi: ergo etiā paruuli habent verū pecca. origi. ad cuius remedium præcipue ordinata eſt Chriſti redemptio. vt docet Caius Papa, epiſ. ad Fælicē Epiſc. Leo ep. 82. ad Paleſth. Epiſcop. c. 3. & ep. 97. ad Leonē Auguſtum. *D.* Tho. 3. p. q. 1. a. 4.

6. Obijcies, quia OEcum. explicans id Rom 5. *Per vnius inobedientiam peccatores conſtitute ſunt multi*, ait, *in omnes peccatum primi parentis pertranſijt imitatione, & doctrina*, & poſtea. *Mortem contraximus, quia omnes peccauimus iuxta ſimilitudinem illius.* Et Photius apud OEcum. in id. *Ex Adam initium peccati*, ait, *quia nos ſumpta occaſione peccamus*. Theodo. etiam Ro. 5. & in id pſal. 50. *Ecce enim in iniquitatibus*, ait, *omnes homines mors paruaſit, quatenus omnes peccauerant: non enim propter primi parentis peccatum ſed propter ſuum vnuſquiſque mortis decretum ſuſcipit*: & in epit. diui. Decret. cap. 13. tradit, *Multos ſanctorum vixiſſe iuxta legem naturæ, nec fuiſſe obnoxios peccato Adæ.* Euthym. in panop. lib. 2. cap. 22. ait, peccato primi parentis mortem, & morbos cœpiſſe, ſupplicia autem æterna non primæ tranſgreſſioni eſſe conſtituta, ſed ſingulis hominibus, qui ſe peccato obſtrinxere. Arn. in locum cit. Pſalm. 50. ait, Qui naſcitur, ſententiam Adæ habet, peccatum vero ſuum non habet. Hieronym. in id Rom. 5. Per vnum hominem, &c. ait. Peccatum intrauit exemplo & forma: dum ita peccant, & ſimiliter moriuntur. id autē, in quo omnes peccauerunt, explicat, exemplo Adæ peccant, & quod dicit Paul. per peccatum mortem intraſſe, exponit de morte animæ iuxa id Ezech. Anima, quæ peccauerit, ipſa morietur: & Roman. 7. Sine lege peccatum mortuum erat, &c. inſaniunt, inquit, qui de Adam aiunt per traducem ad nos veeire peccatum. Et Ambroſ. in id Rom. 5. per vnum hominem, &c. ait, mortem. 2. in gehenna non peccato Adæ patimur: ſed eius occaſione proprijs peccatis acceſſimus, & per vnum hominem intelligit Euam. Chryſoſtom. hom. 10. 11. 12. & 13. in epiſtol. ad Roman. & homil. 39. in 1. ad Corinth. 15. explicat nos eſſe conſtitutos peccatores ex peccato Adæ, id eſt obnoxios, morti & alijs pœnis, & malis idem ſignificat ho. 17. in 1. Cor. 6. & ho. 24. in epiſ. ad Epheſ. & Theod. in epit. di. decret. c. 11. de ſeruatoris diſpenſatione, & Theoph. in id Ro. 5. p vnū hominē, & Clemens; Alex. Hug. & alij.

Reſp: non oportere nos laborare in interpretandis OEcumen. Theoph. Arnob. Photio, Theodo. & Euthym. vt ait Azor, eos tñ, & Clemen. Alex. benigne interpretantur. Bellar. 4. de amiſs. grat. c. 9. Medi. q. 81. a. 1. & 6. vbi Zam. diſp. 2. forte ſolū voluerunt, in omnib. eſſe peccata propria ſaltem habitualia, quibus imitātur Adamū, ideo morte, & alijs pœnis puniri. Hugo bene explicatur ab Alex. 2. p. q. 122. m. 2. ar. 1. arg. 3. De Hiero. dicūt *Azor*, & multi alij, eos cōmentarios non eſſe ipſius, & alibi agnouiſſe peccatū originis, vt docet Aug. 2. in Iul. c. 2. & ſeqq. & patet ex Ionæ. 3. & dialogo. 3. cōtra Pelag. vbi ex Cyp. & traditione eccleſiæ probat peccatum orig. Et illud verbum, inſaniūt, non videtur modeſtiæ & grauitati tanti Doctoris conuenire. Ambr. etiam agnouiſſe originale probat *Aug.* 2. in Iul. c. 2. & ſeqq. merito tamen dubitari poteſt ſecundum *Azor*, an illi commentarij in ep. ad Ro. ſint Amb. idque negat Bellar. 4. de amiſs. gratię, c 3. Quiſquis tñ fuerit eorum auctor, paulo ante illa verba, per vnum hominem, &c. ait, Manifeſtū eſt, in ipſo omnes peccaſſe, quaſi in maſſa: ipſe enim per peccatum corruptus, quos genuit, omnes ſub peccato generauit: ex eo igitur peccatores, quia ex eo ſumus omnes. De Chryſoſt. dicim^9 docuiſſe peccatum originis, vt docet *Aug.* 2. in Iul. c. 6. Bell. *Azor*, Med. & Zum. ſupr. et patet Ro. 5. vbi ait, peccatum *Adæ* infeciſſe totū mundum, et eos, qui baptizantur, mori peccato, et ho. 40. in 1. ad Cor. ait Deum in regenerationis lauacro à pecceto liberare, mentem tangere, et inde radicale peccatum euellere: Similia dicit. ho. 1. ad Neophit. et ho. de *Adam* & Eua, quāuis hanc eſſe cōpilatā ex operibus *Aug*, et præſertim ex lib. de eccleſ. dog. dicit *Azor* ſup. Vbi etiam reprehendit aliquos, qui putarūt Chryſ. negaſſe peccatū originis, vel illud potuiſſe in ſola obligatione ad mortem, et alias pœnas corporales, et ſoluit alias obiectiones militātes cōtra expoſitionē illius loci Ro. 5. à nobis allatam. Et ibidē grauiter reprehendit *Eraſ.* circa expoſitionē eiſdem loci. cōtra quē etiā vide Bellar. 4. de ſtatu peccati. c. 2. 7

Nō eſt autē prætermittēdus locus ille Gen. 17. Maſculus, cuius præpucij caro circuncisa non fuerit, peribit anima illa de populo ſuo, quia pactū meū irritum fecit. Vbi ſeptuaginta vertunt infans, qui. 8. die circuncisus non fuerit, diſpibit, anima illa de populo ſuo: quia teſtimonium meum diſſipauit. Quem locum clariſſimum putat Valentia: cur enim periturus eſſet paruulus non circunciſus, niſi quia peccatum originale habebat, quod circunciſione delendum eſſet. Sic colligit *Augu.* l. 16. ciuit. cap. 27. et lib. 19. cap. 16. et lib. de peccato originali cap. 30. 2. contra Iulianum paulo ante medium, et lib. 3. capit. 18. lib. 5. capit. 9. 8

lib.6.cap 5.1.de nuptijs,cap.11. & tractat.30. in Ioan.Sal.Rom.5.diſput.44.Sunt tamen qui dicant, circuncisionem olim non contuliſſe gratiam,nec remiſſionem peccati origin.& oppoſitum non recte colligi ex hoc loco. Ita Vazquez diſput.130.cap.2.Bellarm.2.de ſacramentis,cap.22.& ſequentibus:& 1.de baptiſmo ca. 4.ad.4.& nonnulli alij : quorum fundamenta ſunt.

9 1.Quia Philo.lib de circuncisione , Ioſeph. 1 antiquit.cap.12.Rabbi.Moy. Ægip.3. directorij,Cornel.Tacitus.2.hiſtoriæ:Suidas apud Hamer.Geneſ.17.fol.92. aſſignantes cauſas inſtitutæ circunciſionis, non meminerunt remedij peccati origina. & Iuſtinus dialogo cum Tripho.ait, circunciſionem non fuiſſe datam ad iuſtificationem ; quod etiam docere videntur Irenæus lib.4.cap.28 & 29. 30. 32. & 34. Origen.2.contra Celſum,& homilia 3. in Geneſ.& 7.in Num.& lib.2.in cap. 2. epiſtolæ ad Rom.Euſebius.1.demõſtra.c.10.& 1.hiſtorię,c. 1.Epiphan.hæreſ.8.et 36. ad finem:Damaſce.4. fidei,cap.10.& 14.& 26.Chryſ.homil.27. 39. & 40.in Geneſ.homilia de proditione Iudæ,homil 7.in epiſtol.ad Roma. & 14. in epiſtola ad Hebr. Cyril.1.in Ioan.cap.21. et lib. 10. contra Iulianum,Theodoret. q.67.in Geneſ. et lib. 7. de curatione Græc.et Ierem.4.Sedulius Rom. 4. OEcum.ibi Theoph.Rom.2.et 3.Elias Creten.in orationem primam Nazianz.in illa verba,*de Typis,& veritate*: Tertullian. libr. contra Iudæos,capit.2.et 3. Cyprian. lib.1. contra Iudæos, cap.8. Ambroſ.epiſtol.72. et Roman. 2. et 4. et 1. de Abraham.cap.4.& 1.de ſacramentis,cap.4.& 5.lib.de his,qui myſterijs initiantur,capit. 8. & 9. Hieronym. Galat.3.& 5. & Roman.4. Lactant.4. diuinarum inſtitut.cap. 17. Baſilius lib. de Spiritu ſancto , capit. 14. Emiſſenus Sabatho poſt primam dominic.Quadrageſimæ,author libri de altercatione eccleſiæ,& ſynagogæ apud Aug. tom. 6.

10. 2. Probatur ex Paul. Roma.3. quid ergo amplius Iudæo eſt,aut quæ vtilitas circunciſionis? Multum per omnem modum, primum; id eſt potiſſime , quia credita ſunt illis eloquia Dei.Si autem circunciſio conferret gratiam,non præſtaret potiſſime Iudæus Gentili in hoc,quod eſt habere ſcripturas , ſed in hoc quod eſt per circunciſionem iuſtificari : ergo, etc.& cap.4.quomodo ergo reputata eſt iuſtitia in circunciſione,an in præputio?nõ in circunciſione , ſed in præputio: ſignum accepit Abraham circunciſionis ſignaculum iuſtitiæ fidei. Vbi Paulus intẽdit, Abraham non fuiſſe iuſtificatum per circũciſionem, ſed hanc fuiſſe ſignum iuſtitiæ,quam habuit per fidem, & Galat. 4.antiqua ſacramenta vocantur egena & infirma elementa,& cap.6.Nec circunciſio aliquid valet,etc. & 1. Corinth. 7. circunciſio nihil eſt , & Hebræ. 7. reprobatio fit prioris mandati propter infirmitatem, & inutilitatem,& Philippen.3. iuſtitia legalis appellatur detrimentum, & circunciſio per contẽptum vocatur conciſio : nam teſte Chryſoſtom.ibi, circumciditur, quod apte expolitur, reſecatis ſuperfluis , conciditur autem, quod temere,& præter artem ſcinditur in fruſtra , & cap.10. dicitur,legem non potuiſſe mundare conſcientiam,& Coloſſenſ.2. *Circuncisi eſtis circunciſione non manu facta in ſpoliatione corporis carnis,ſed circunciſione Chriſti,&c.* Vbi Chryſ. Theophylac. Theod.& alij Græci dicunt,circunciſionem Iudaicam fuiſſe expoliationem vnius pelliculæ;chriſtianam vero eſſe totius corporis peccatorum. Confirm. nam ſi circunciſio conferebat gratiam,male Auguſtinus,Pſal.73. poſuit diſcrimen inter noſtra, & vetera ſacramenta:*Quod noſtra dant ſalutem,vetera promiſere ſaluatorem*,& Florent. in vnione Armenorum, *Quod ſacramenta noua legis multum à ſacramentis veteris legis differunt : quia noſtra digne recipientibus gratiam conferunt:antiqua vero non cauſabant gratiam,ſed eam per paſſionem Chriſti dandam figurabant*,& Trident.ſeſſio.7.can. 2. *Si quis dixerit, ea ipſa noua legis ſacramenta à ſacramẽtis antiquæ legis non differre,niſi quia cæremonia ſunt alia,& alij ritus externi,anathema ſit.*

3. Quia Geneſ. 17. in Codicibus Hæbraicis, 11
& Caldaicis,& in vulgatis Latinis, non habetur illa particula, octaua die, ex qua Auguſti. ſumit argumentum. Vnde locus ille recte explicatur de adulto , qui ſi non fuiſſet circunciſus , ſeparandus erat à populo morte corporali ; quæ pœna ſeparationis frequens eſt in ſcriptu. Exodi.12.30. & 31. Leuitic. 7. 17. 18. 19. 20. & 23. Numer.15. & 19. & ita locum Geneſ. interpretantur Caietan. Lyra, & Hugo Victorin.ibi,& Perer. Ver.14. vbi licet concedat,circunciſionem fuiſſe remedium peccati origin. tamen late oſtendit , expoſitionem Auguſtini non eſſe probabilem in ſenſu litterali:ſed tantum in ſenſu myſtico : imo Auguſtin. 16. ciuitate capit. 17. putat , etiam legendo. 8. die, poſſe illum locum aliter exponi : poſt quam enim ſuperiorem expoſitionem adhibuit,addit. Si quiſquam autem hoc non niſi de carnali circunciſione dictum eſſe intendat , quod in ea teſtimonium Dei diſſipauerit paruulus, qui non eſt circunciſus ; quærat alium locutionis modum,quo non abſurde poſſit intelligi : ideo infantem diſſipaſſe teſtimonium, quia licet non ab illo, tamen in illo eſt diſſipatum. Et in tranſlatione. 70. quam Sixtus V. emendari fecit , ita legimus : ei qui non fuerit circunciſus maſculus , cui non circuncidetur caro præcipij ſui , octauo die interibit anima illa de genere ſuo. Vbi. 8. dies non cum circunciſione , ſed cum pœna iungitur,

&:ſic

Digitized by Google

& ſic locus de adulto poteſt intelligi. Confir. nam D.Thom.3.par.quæſtio.70.artic.4. ad probandam illam vim circuncisionis non vtitur eo loco Geneſis: nec ad probandum originale illum adducunt Pelt.tract 5. de originali. Delphin. lib. de peccat.origin. Bellarmin. 4.de amiſſ. gratia.c.3.& 4.Zumel quæſt. 81.a.1. diſput.1.& Palac.4.d.1.diſp.5.annot.1. & concluſ.1.ait, Geneſ.17. non eſſe expreſſe inſtitutam circuncisionem in remedium originalis, licet ex eo loco colligi poſſit: quia ſi non eſſet in remedium originalis, ſatis eſſet fieri. 3.vel 4.anno. Propter aliqua ex his ſententiã Bellarm. probabilem cenſuit Suarez.3.p.tom. 2.diſp.10.ſect.2.

12 Sed his non obſtantibus, exiſtimo, ex illo loco recte colligi peccatum originale, & vim circuncisionis ad eius remiſſionem, vt præter Auguſtinum locis citatis colligunt Iſidorus lib. in gen.c.13.in fine. Fulg.lib.de Incarnatione cap.5. Ambr. epiſt. 84. ad Demetriad. poſt medium, ſeu potius Proſper, cuius eſt illa epiſtola, vt ait Suarez. Idem docet Proſper de prædictionibus par.1.c.14. Beda homilia de circuncisione tomo. 7. inter ſerm. hyem. de ſanctis, & 2.in Lucam.c.8.& lib.variarum quæſtionum.q.15. tomo.8. Adrian. quæſ.1.de Baptiſm.art.1.(licet dicat illum locum de ſolo adulto exponi poſſe) Innocen.3.cap.maiores de Baptiſmo, Rupertus lib. 5. de operibus Trinit.in Gen.c.33.Hugo.1. de Sacramen. par. 12.c.3.& 6.& parte.12.c.2.& lib.2.p.6.c.3. Laur. Iuſtin.ſer.de circunciſ. Domini. Abulen. Geneſ.17.num.55.Hamerus in Geneſ.Sebaſt. Perez.3.p.q.70.n.5 Salm.ſupra, & in Euang. to.3. tract.36. Confir. quia per circuncisionem delem originale, docet Bernar. epiſ.77 ſer.3.circuncisſionis.4.Epiph.2. aſſumptio. Cypr.li.3. epiſ.8.ad Fidum, & lib.de Cardinalibus Chriſti operibus.c. de circunciſ. Anſel.in id Ro. 4. ſignaculum iuſtitiæ fidei. Greg.4. moral. c. 2. alias.3.& habetur.c.quod autem de conſecr. d. 4.Petrus de Taran.qui poſtea Innoc.5.fuit, in compendio Theologiæ.c.8.licet quidam cũ Tritem. hunc librum Tribuant Ægidio alij vero cum Conrado, Geſnero tribuant Hugoni de Argentina, idem tenet Magiſt.4.d.1. Scotus.q 7.Dur.q.6.& 7.Palac.diſp.5 D.Th. Bon. Richar. Albert.Palud. Aliacen. Gabr. Maior, & alij eadem.d.Rainer in ſum.verb. circuncisio.c.1.Valen.ſup.de efficia Sacra.c.4. Barrad. lib.9.c.4.Perer.Geneſ.17.nu.11.17.19.21.23.33.& 38.Sa ibidem Caſtro verb. Baptiſmus, hæreſi. 5.Alan.de Sacra.c.3.contare.1.de Sacra.Canus de Sacramentis, Toletanus Apologia Trident.ſeſſione.6.c.7.& 8.D.Thom.3.par. quæſ. 72.articulo.6. ad tertium, quæſt.70. artic. 4. Alenſis.4.parte, quæſtione. 7. membro. 7. articulo. 2. & ſequentibus Echius homilia.3. et.4.de ſacramentis Anibaldus lib.9.de ſacramentis diſtinct.1.cap.4. Altiſiod.lib. 4.tractatu.1.quæſt.1.Pariſien. Antoni.Martinus, et Bartholomeus Ledeſma, Victoria Vega, Viguer. et alij, quos citat et ſequitur Henriquez.1. de ſacramantis c.6.

Vnde Suarez tomo.3.diſputatio.5.ſectio. 1. 13
quem aliqui viri docti poſtea ſunt imitati, ait, non poſſe abſque temeritate negari, circuncisionem fuiſſe inſtitutam in remedium originalis peccati, propter conſenſum tantorum PP.et authoritatem omnium ſcholaſticorum, et decretalem Innoc.et Durand.4.d.1. quæſtione 5. numero. 9. ait, eſſe contra dicta omnium ſanctorum et DD.quod circuncisio non contulerit gratiam et Soto diſtinct.2.q.1. artic.4.ait omnes conuenire, quod in circuncisione remittebatur originale et hanc ſententiam fuiſſe omnibus patribus receptiſſimam: quæ vide videtur Athanaſ.in oratione in id, *omnia mihi tradita ſunt à Patre meo*, vbi ait, *rebus ita conſtitutis videtur circuncisio data eſſe, vt auferretur vituperium terreni ſtematis ab Abrahamitis, quo inpoſterum non ſimus obnoxij huic maledicto, terra es, & in terram ibis: ablatum eſt enim opprobrium delicti: id autem datum eſt ad figuram huius baptiſmi, quod in Chriſto perficitur: tunc enim ex parte fiebat, vt pote ad vmbram: nunc autem, ſicut Apoſtolus ait, terrenam originem exuentes, per lauacrum baptiſmi regeneramur*. Fauet Paulus Coloſſ.2. *circuncisi eſtis circuncisione Chriſti, conſepulti ei in baptiſmo*, vbi baptiſmum appellat circuncisionem, quia fuit figuratus per circuncisionẽ, vt docuit Athana. loco citato Cypr. lib.3.epiſt.8.Iren.lib.4.c.30.Dama.4.fidei c.26. Iſidorus lib. in gen.ca. 13. Auguſt.2.contra Iulian. ſupra, et lib 3. capit.18.et.5. Hypognoſticon, Hamerus Pere, et Barrad.ſupra, cuius potiſſima ratio eſſe videtur, quia circuncisione delebatur originale, ſicut nunc baptiſmo, vt ibi docet Aug. quod etiã ſignificat. Pau. Roman.4 dicens, *ſignũ accepit Abrahã circũcisionis ſignaculũ iuſtitiæ fidei* Ideſt iuſtitiæ, quæ ſub eo ſacramento dabatur propter fidem, qua applicabatur à miniſtro. Vnde Aug.2.de nuptijs c. 11.vt legit Magiſt.4. d.1.et Greg.cap.ex quo de conſacratione d.4.ait, *ex quo inſtituta eſt circuncisio in populo Dei, quod erat tunc ſignaculũ iuſtitiæ fidei, ad purgationem valebat magnis & paruulis originalis, veteriſque peccati, ſicut baptiſmus ex illo valere cœpit ad innouationem hominis. ex quo cõſtitutus eſt*, et c.12. circuncisionẽ vocat ſacramẽt. iuſtificationis ex fide, quia.ſ.niſi applicaretur per fidẽ miniſtri, nõ iuſtificabat: et eodẽ c. *fides mediatoris ſaluos iuſtos faciebat puſillos cum maioribus & nõ vetus teſtamentum*, et. 4. de baptiſmo capit. 24. *ex circuncisione carnis, quã prior populus excepit, conijcere poſſumus, quid valeat in paruulis Baptiſmi ſacramentum*, et 2.contra litteras

 Piti-

Digitized by Google

Pitiliani, capit. 72. antiquus populus circunciſione pro baptiſmo vtebatur, ſimilia dicit, 15. ciuitatis, c. 16. et lib. 16. c. 27. et de peccato origin. cap. 30. et 31. et de pœnit. medic. cap. 5. epiſtol. 103. et tract. 30. in Ioan. Quomodo autem tam aſſeueranter Auguſt. et alij citati docuiſſent, circunciſionem fuiſſe inſtitutam ad delendam originale, niſi id eſſet præcedentium PP. doctrina ex illo loco gene. deſumpta. Adde, in lege naturæ ad delēdum originale neceſſarium fuiſſe aliquod ſacramentum merito doceri ab Auguſtin. 5. contra Iulia. cap. 9. 2. de nupt. capit. 12. 2. de peccat. mer. capit. 9. Cyprian. lib. de cardin. Chriſti oper. capit. de circunciſio. lib. de baptiſm. cap. 13. Gregor. 4. moral. capit. 2. et 3. Bernard. epiſtol. 77. Beda 2. in Luc. cap. 8. Hugo. 2. de ſacramen p. 11. capit. 3. et 6. et part. 9. cap. 5. Scholaſt. 4. diſt. 1. et 2. et 3. p. quæſt. 61. art. 3. et 4. Suar. 3. par. tom. 3. diſput. 4. ſect. 1 et 2.

14. Ad primum argumentum Reſponde. multos cauſam illam inſtitutæ circunciſionis latuiſſe, quia non ſatis exprimebatur eo loco, ſed ſubtili diſputat. deducenda erat: multos eandem cauſam cognouiſſe; ſed non expreſſiſſe, quia ille effectus communis erat circunciſioni, et ſacramētis legis naturæ: vnde intētio illius effect' non fuit propria et potiſsima cauſa inſtituendi circunciſionē, nam vt ſacramentum legis naturæ iam habebat delere originale, licet non eodem modo, quia ante illius inſtitutionem ſine illa poterat deleri, non vero poſt eius inſtitutionum, niſi in caſu neceſſitatis, & fortaſſe PP. qui indicant, non iuſtificaſſe, ſolum intendunt, non habuiſſe ex propria inſtitutione illam vim, nec ſine fide miniſtri, & fortaſſe non iuſtificaſſe adultos, ſed tantum paruulos, licet Auguſtin. 2. de nuptijs cap. 11. inſinuet, etiam adultos iuſtificaſſe ex opere operato.

15. Ad ſecundum Reſpondetur primum locū Pauli non vrgere: nam licet circunciſio iuſtificaret ex operato, non in hoc potiſſimum Iudæus Gentilem excederet: quia Gentilis habebat remedium legis naturæ: maximus ergo exceſſus ſolum erat, quia credita erant illi eloquia Dei. Secundum vero locum ſolum probare, Abraham non accepiſſe primam gratiam per circunciſionem, ſecus forte eius augmentum: tametſi, nec hoc conferebat per ſe, ſicut baptiſmus, niſi adiuncta fide miniſtri. 3. Vero locus intelligendus eſt de ſacramentis proprijs veteris legis, non de circunciſione, quæ fuit ante legem, vel ſi de hac intelligatur. Dico, vocari egenum et infirmum elementum propter imperfectiones modo dictas, et quidem quod circunciſio non fuerit cauſa gratiæ in Abrahā; ſed in paruulis, docet Hugo, q. iii. in epiſt. ad Rom. Alenſ. 4. p. quæſt. 4. memb. 7. ar. 4. addit vero Maior. 4. d. 1. q. 4. ſi inueniſſet gratiam in quodam certo gradu, non potuiſſe conferre augumentum, ſed de hoc in materia de Sacramentis; & iuxta hæc explicari poſſunt reliqua Pauli loca, licet in quibuſdam ſolum videatur dicere, circunciſionem poſt paſſionem Chriſti inutilem eſſe.

Ad confirmationem reſpondetur aliquos conſtituere diſcrimen inter noua & vetera ſacramenta, quod noua phyſice, vetera moraliter tantum gratiam conferebant: alios vero quod noua moraliter, vetera autem ſolum vt conditiones, ſine quibus non, iuſtificabāt, ſed melius reſpondetur, noua conferre gratiam moraliter, antiqua vero, quæ erant propria veteris legis, nullo modo, ſecus circunciſionem, quæ præceſſit legem. Quamuis hæc cum fide miniſtri & fortaſſe tantum paruulis, noua vero ſacramenta etiam ſine fide miniſtri, & adultis gratiam conferunt.

Ad 3. R ſatis eſſe illam particulam haberi in editione 70. etiam iuſſu ſixti correcta, qua vſus eſt Chriſoſ. hom. 39. in Gene. Origen. lib. 2. in epiſt. ad Rom. cap. 3. Sedulius Rom. 2. (licet notet, in quibuſdā exemplaribus non haberi.) Ambr. epiſt. 77. vbi ait. *Hebræus quidā negat haberi de die. 8. ſicut Aquila ſignificat, ſed non in Aquila omis authoritas, qui quaſi Iudeus in littera præterijt, nec poſuit octauum diem.* Quæ verba indicant olim particulam illam fuiſſe in codicibus Hebraicis, & ex ignorantia, vel malitia ſublatam fuiſſe, vel ſaltem. 70. cum alijs ſui temporis de paruulis etiam hunc locum intellexiſſe, & claritatis gratia particulam illam adieciſſe, quod autem in editione Sixti coniugatur cum pœna, & non cum circunciſione, vitio typographi factum videtur, quo enim die. 8. pœna inſligenda erat? Deinde quod deletio illa eſſet pœna mortis inſligēda adultis pro negligentia propriæ circunciſionis, facile reijcitur; quia, vt notant Burg. & Gloſſa ordina. Gene. 17. nunquam Hebræi intellexerunt, ibi talem pœnam eſſe impoſitam, nec illam executioni mandarunt. Et cur eſſet pœna impoſita adultis pro neglecta propria circunciſione non vero infantum? Si obijcias, quia Ambr. epiſt. 77. legit, *maſculus, qui non circunciderit*, & Diodorus ſic legendum putat ſecundum editionem Syriacam, & Hebraicam, ſicetiam legit Chaldeus, quam interpretationē admittit ſecundum aliquos littera Græca & Hebraica: ergo non poteſt referri ad infantem. R. non eſſe legendum actiue, ſed paſſiue, vt docet Pererius; quia omnes Hebræi codices paſſiue habent, & ita vertunt omnes recētiores, & licet legatur actiua ſenſus deberet eſſe paſſiuus, vt ex multis alijs locis ſcripturæ probat Pererius. 16.

Ad

Digitized by Google

Ad Confir.R.licet D.Tho.effectum illum circuncisionis non probauerit explicite ex Geneſ.17. probaſſe implicite, quia adducit Aug.& Bedam, qui eo loco vtuntur. Similiter licet aliqui non probent explicite originale ex illo probant implicite:quia adducunt Auguſt. & alios ex eo loco illud probantes. Et ipſe Bellarmin.4.de amiſſ.gratia cap.7.ex circuncisione probat peccatum origin. quia vel instituta eſt ad purgationem peccati origin. vel ad ſignificationem purgationis. Ex quibus omnibus patet, locum illum Geneſ. recte ad probandam peccatum originale adductum eſſe; cui ſimilis eſt alius locus Oseæ.6. *Ipſi ſicut Adam tranſgreſſi ſunt peccatum meum, &c.* Quem de peccato originali interpretantur Hierony. ibi, Salmer. Rom.5.diſput.44.& alij. Ex baptiſmo optime probatur peccatum originale ab Azor to.1.lib.4.cap.23. Bellarm. 4 de amiſſi. grat. c.7. vide etiam illum lib.1. controu.de bap.à.c.8. originale probat Origenes hom.8.in leuit, quia ſancti conquærũtur de die ſuæ concep.non niſi ratione culpę, quod ponderat Grego.4.moral.c.4.exponens id Iob.3.*pereat dies, in qua natus ſum*, cui ſimile eſt id Ierem. 20. *Maledicta dies, in qua natus ſum.* Pſalm 50. *Ecce enim in iniquitatibus.* Quod non intelligitur propter peccata, quæ parentes in eius conceptione commiſerint, tũ quia ex legitimo matrimonio natus eſt, quod notauit Ruffin.eod.Pſ.& D.Tho. 4. contra gen. c.50.tum quia ibi Dauid non accuſat peccatum alienum, ſed agnoſcit proprium, vt Deũ ad miſericordiam flectat.loquitur ergo de originali, vt ibi exponunt Hierony.& Aug.qui lib.5 hypog.explicans id Eccle.40.*graue iugũ, &c.* quod eſt, inquit, *hoc graue iugum, niſi peccatum, & quare dictum eſt, iugum, niſi quia ex duobus Adam & Eua venit, vt duorum premat & conterat colla, ideſt maſculi & fœminæ,* & vt ſingulare Chriſto traditur fuiſſe natum ſine originali. Leo.ſerm.1.de natiuitate, *alienum ab hac natiuitate eſt, quod de omnibus legitur, nemo mundus, &c.* Iob.14.de quibus verbis Grego. ibi.17. mor.c.10.Aug.Pſalm.50.

18 Sed dub. an ratione naturali poſſit probari peccatum originale. Aliqui putant ex defectibus animi & corporis, quos experimur, poſſe naturaliter probari peccatum originale. Ita ſentire videntur Pariſ.lib.de vitijs.c.2. Alen. 2.parte quæſtione.122.membro.1.Alber.2.par. quæſtione.107.memb.1. Bonauen.2. diſtin.30. artic.1.quæſtio.2.Herue.quæſt.1.articulo.1. D. Thom.4.contra gen.c.52. Catheri.op. de peccato origin.c.4.quod incipit: *venio ad rationes.* Salmeron Roman.5.diſput.44. fauet Auguſt. 3.contra Iulian c.3.4.& 5 Vbi ex morbis, vexationibus dæmonis & alijs malis, quibus vexantur infantes, colligit illos teneri originali peccato. Additque Alb. iniuſtum fore Deum, ſi permitteret ea mala, quæ paruuli patiuntur in febribus & aduſtionibus, niſi præceſſiſſet peccatum originale, eodem modo Catherin.& Salmer.loquuntur.

Dico tamen.1.non poſſe ſola ratione natu- 1.Concl.
rali euidenter, aut probabiliter cognoſci peccatũ originale. Patet, quia pendet ex cognitione ordinis ſupernaturales, quo Deus Adæ gratiam & iuſtitiam originalem contulit pro ſe & filijs, & amiſit ſibi & illis peccando:hic autem ordo non poteſt cognoſci ratione naturali. Item quia iſti defectus eſſent in pura natura, vt docet Durand.2.diſtin. 30.quæſtione.1.& oſtendemus tractatu de gratia:tunc autem temere quis ex illis colligeret peccatum originale:ergo & modo. Confirmatur, quia tot & tantæ ſunt difficultates in hac re, vt niſi aliquo ſupernaturali principio lenirentur & temperarentur, ridiculum eſſet propter ratiunculam quandam naturalem iudicare, omnes naſci obnoxios peccato originali, & quantum ad has pœnas nunquam in hac vita remitti. 2.Concl.

Dico.2.ſuppoſita fide aſſerente hos defectus eſſe pœnas probabiliter colligitur eſſe pœnas non ſolius peccati Adæ, ſed proprij cuiuſque ab Adam contracti, vt ſupra collegimus; quia tot, ac tam graues pœnas non infligeret omnibus Deus, nec forte iuſtum eſſet infligere propter ſolã Adæ culpam; quamuis in minoribus ſoleat Deus ob peccata parentum punire filios. Iuxta hanc concluſ. loquitur Aug.ſupra.

Dico. 3. ſuppoſitis indicijs reuelationis 3.Concl.
peccati originalis ratione naturali probabiliter poſſumus colligere peccatum originale, quia illa indicia diuinæ reuelationis extenuant emolliunt & vincunt illas difficultates, vt iam non temere, ſed probabiliter aſſentiamur propter rationes naturales adiunctas; ſicut poſitis ſignis diuinæ reuelationis, rationes, quæ prius prudentem non mouerẽt ad aſſentiendum myſterijs Trinitatis, & Incarnationis, iam prudentem mouent, & prudentem, ac probabilem, ſeu non temerarium aſſenſum eliciunt.

Rationes autem probabiles, quæ adiuncta reuelatione naturaliter ſuadent, peccatum originale ſunt:quia decuit, vt Deus ſupernaturaliter impediret in ijs, qui nullum vnquam habuere peccatum, mortem & paſſiones corporis, pugnam carnis & ſpiritus: cum autem contrarium in nobis experiamur, ſignum eſt in nobis eſſe, vel fuiſſe aliquãdo peccatum. Iuxta id Eccleſi. 7. *Fecit Deus hominem rectum, & ipſe ſe infinitis miſcuit quæſtionibus,* ſcilicet ſua culpa. & Rom.6. *Stipendium peccati mors,* & 1.Cor.15.*peccatũ aculeus mortis,*

 dicitur,

dicitut, quod ignorantes Plinius initio proæm.lib.8.& alij Philoſophi.Naturam nouercam appellarunt,& Cicer.3.de Rep. dixit. Hominem animo ad libidinem prono editũ. De quo Aug.4.contra Iulian.c.12.dixit. Rem vidi,cauſam neſciui,rem etiam ſciuit Horatius ſerm.1.ſaty.3.dicens.Nam vitijs nemo ſine naſcitur,optimus ille eſt,qui minimis vrgetur;& Iuuen.ſaty.15.Terra malos homines nunc educat,atque puſillos,& quidam Pphiloſophi Platonici hos defectus retulerunt in peccata commiſſa ab animabus ante ingreſſum corporis: alij aliam cauſam finxere. Heſiod.lib.cui titulus eſt,opera & dies,deſcribit ſæculum aureum, in quo homines viuebãnt abſque his calamitatibus: propter peccatum vero duorum fratrum Epimetri, & Promethei,qui occulte rapuerunt ignem de cælo ad luteum hominem animandum, iratum Iouem,ait, miſiſſe pulchram mulierem, eos vt deciperet, quæ in prixide aurea detulerit omnes infirmitates & ærumnas, quam cum Epimetro obtuliſſet illo vaſis operculum auferente,egreſſæ illæ fuerint,& ſic ſæculum argentum ſucceſſiſſe aureo, & plumbeum argenteo,& ferreum plumbeo.

SECTIO. II.

Quit ſit peccatum originale.

18 *1 Sent.* HVIUS quæſt.difficultatem merito exaggerat Aug 3.de pecca.mer. ſeu de Bap.paruu.c.4.& epiſ.26. ad Hierony.& Anſelm. de concept. Virg.in fine.

1.Sententia eſt, peccatum originale eſſe peccatum actuale paruuli, ita Melancthon apud Bellarm.4.de amiſsione gratiæ, cap.4. & quidam Pelagiani,quos merito ridet Auguſt.1.de peccatorum meritis capite.34. & 35. nam paruuli naturaliter non habent vſum rationis,nec miraculoſe illuminantur, vt peccent. Confir. quia omne peccatum actuale eſt liberum:ergo poteſt non eſſe & ſic,ſi paruulorum peccata ſunt actualia, poſſent ſine illis concipi,& naſci.Item quidam habebunt plura,alij pauciora;quidam parua, alij magna;& forte venialia,ob quæ non afficientur æterna pœna.Item infantes in primo inſtanti conceptionis habent originale, tunc autem peccare nequeunt,cũ nõ habeant vſum mentis,imò forte, neque ſenſus. Item Roman. 9. Cum nondum nati fuiſſent,aut aliquid boni,aut mali egiſſent, & Deuteronomij.1. Filij tui,qui hodie ignorant diſtantiam boni,& mali.Quod Hieron.ad paruulos refert: ergo non poſſunt peccare.

Secunda ſententia, peccatum originale 19 *2.Sent.*
eſſe aliquid relictum ex peccato actuali cõmiſſo ab anima paruuli anteque vniretur corpori, contra hanc hæreſim Orig. vide Turrian.epiſtola de peccato origina. & Vazquez diſput.132.cap.1.& 1.par.diſput.191.cap.2. nunc ſatis eſt,etiam ſi daretur tale peccatum, non eſſe dicendum originale,quia non contrahitur nec prouenit ex primo parente, ſed ante conceptionem ex propria voluntate fuit in anima.Item peccatum originale eſt æquale in omnibus,animæ autem non propter æquale peccatum miſſæ ſunt in corpus, tamquam in carcerem:ergo,&c.

Tertia ſententia,peccatum originale eſſe *3.Sent.*
ipſummet peccatum actuale *Adæ*,à quo poſteri appellantur extrinſece peccatores; quia illis imputatur ad æternam damnationem, quandiu manet in ſuo effectu,ſcilicet priuatione gratiæ.Ita Albertus Pighius controuerſia.1.Cather.opuſculo de caſu hominis cap.8. & vltimo,& lib.cui titulus eſt, ſumma doctrinæ ad ſacros Theologos de peccato originali.§.3.qui incipit eſt igitur mea poſitio, & doctrina,& pro ea refert Caiet.in id Ro.5. per vnum homioem,&c. Qui licet eam ſemel & iterum inſinuet, tamen illam aperte non ſequitur: oppoſitamque docuit hîc quæſtione.82.ar.3. vt notat Vazquez diſput.132. c. 2.hanc ſententiam licet ſit falſa, erroneam nõ eſſe,ſi ſane intelligatur,docuit Sot.1.naturæ cap.9.in principio,& Decan.a.2. ait, illos non tam erraſſe, quam inconſiderate locutos:deberent enim fateri,paruulis inhærere aliquid, quod ſit peccatum, quamuis (vt ipſe Decan.tenet) improprie.Hanc etiam tenuere veteris quidam, vt refert Magiſter.2. diſtin. 30. pro eademque referuntur Zuinglius,& Ioan.de Beſalia quos credo, non eodem ſenſu, quo Catholici, locutos fuiſſe.

Hanc ſententiam firmiſſime tenet & la- 20
tiſsime probat Salmeron Ro.5. diſp.45.& 46. § 1.Argum.eius eſt, quia illi peccato ſuauius & planius conueniunt omnes peccati proprie accepti conditiones, & nihil abſurdi, aut inconuenientis continet hæc opinio; quod non longe fortius alteri cuicunque accidat.Nam peccatum debet eſſe actus voluntarius, vnde Seneca lib.de morib. ad finem. *Omne peccatum actio eſt, actio autem omnis voluntaria eſt, tam honeſta, quam turpis: ergo voluntarium eſt omne peccatum. Tolle excuſationem:nemo peccat inuitus*,& Aug.22.cõtra Fauſt. cap.27.*peccatum eſt dictum,factum, vel concupitum contra legem Dei*, & ibidem; *illud proprie vocatur peccatum, quod libera voluntate, & à ſciente committitur*, & loquebatur, inquit Salmeron lib. de peccato originali, & Amb.

Digitized by Google

& Ambr.lib.de paradiſo c.8.quid eſt peccatum,niſi diuinæ legis præuaricatio,& cœleſtium inobedientia præceptorum. Sed inobedientia Adæ fuit actus voluntarius & liber contra legem,& imputatur eius poſteris:ergo eſt peccatum originale ipſorum,& ideo à Patribus, imo & ſcriptura peccatum originale per actum declaratur. Rom.5.in quo,ſcilicet Adam,(quia ad peccatũ,quod græce eſt fœminini generis referri non poteſt)omnes peccauerũt,vel vt alij vertunt,eo quod omnes peccauerunt,& ibidem. Si enim vnius delicto multi mortui ſunt,& 1. Ioa. 1.*ſi dixerimus*, quoniã nõ peccauimus mẽdacem facimus eum, & cap. 3.*omnis , qui facit peccatum,iniquitatem facit & peccatum eſt iniquitas.* Oſeæ 6.ipſi ſicut Adam trãſgreſſi ſunt pactum,ibi præuaricati ſunt in me,& ideo. Ro.5. de illo dicitur ſingulariter, *peccatum intrauit in mundum*,& Ioa.1.iuxta græcum,*qui tollit peccatum illud mundi*,& Io.8. *qui facit peccatum ſeruus eſt peccati*,& Aug 2.hypog.cum Adam peccauit,natura in illo tota peccauit.

2. Quia illud eſt peccatum originale,per
21 quod mors nitiauit in mundum.Romanor.5. ſed per peccatum mors intrauit in mũdum. Geneſ.2.in quocunque die comederis ex eu, morte morieris:ergo peccatum Adæ eſt originale.Conf.qui hæc comminatio intelligitur etiam de morte animæ,vt patet ex Concilio Arauſ.2.can.2.& Trid.ſeſſ.5.decreto de pecca. originali,ſed ob nullum aliud peccatum niſi Adæ,ipſe & poſteriori priuãtur gratia & moriuntur in anima:ergo peccatum Adæ eſt originale.¶3.Illud eſt peccatum orig.quo poſteri conſtituti ſunt peccatores,ſed peccato ipſo Adæ conſtituti ſunt peccatores. Romanor. 5. per vnius hominis inobedientiam peccatores conſtituti ſunt multi: ergo. Et ſubiungit Salmerõ,*hanc ſententiam debere eſſe omnium Catholicorum:nam ita apertè locutus eſt Paul. vt qui hunc ſenſum ex eius verbis non eliciant plane delirare videãtur*, & multum differre à ſententia Pelagiorum:nam hi dicebant,peccatum Adæ omnino fuiſſe perſonale,& illi ſoli nocuiſſe; catholici vero debent dicere, & dicunt,illud fuiſſe noſtrum,quia nobis nocuit : & non eſt noſtrum perſonale:ergo originale.¶4.Si illud peccatum noſtrum non fuit:ergo non debuit nocere nobis,nec ad pœnã imputari:hoc eſt falſum:ergo ¶5 Si Adã non habuit originale: ergo illud non tranſmiſit,quod eſt contra D. Thom.Romanorum.5.&.1.2.quæſt.81.articul. 2.&.3.& contra alios,ſi autem habuit, quod nam illud fuit niſi eius actus , qui quoniam habuit multas deformitates, ſuperbiæ , gulæ, inobedientiæ,timoris magis contriſtãdi delitias ſuas quam Deum, dicitur iniquitates. Pſal.50.ergo.¶6.Licet verum ſit , quòd multi dicunt & nos fatemur ꝙ cõcupiſcentia inordinata in non renatis & priuatio iuſtitiæ originalis ſit peccatum & culpa nobis imputabilis:tamen hoc habet ratione actualis peccati Adæ:ergo illud eſt magis imputabile nobis, & peccatum noſtrum;quia *propter quod vnumquodq.tale,& illud magis.* ¶7.Illa concupiſcentia & priuatio eſt pœna peccati orig.ſed non eſt pœna alterius peccati niſi Adæ:ergo illud eſt pecc.orig. ¶8.Peccatum originale eſt vnũ omnium ſecundum Auguſt.& ſcripturas.Ro. 5.&c.ſed nullum aliud niſi peccatum Adæ eſt vnum & idem omnium:ergo.¶9.Solum peccatum originale poteſt alijs in anima nocere;nam perſonale alijs non nocet. Ezech.18. *anima quę peccauerit &c.* ſed peccatum actuale Adæ nobis nocuit in anima:ergo illud eſt originale.¶10 Deus præcepit Adæ ne comederet,addita cõminatione,*in quocunq. die &c.* Geneſ.2.quod præceptum & comminatio ad Euam quoque pertinebat.Vnde ipſa dixit ſibi eſſe illud à Deo præceptum,& Adam peccante amiſit iuſtitiam,et erubuit, non antea, et ſimiliter ſi ante peccatum Adæ aliqui geniti fuiſſent ſpoliarẽtur iuſtitia orig. ergo illud peccatum fuit omnium ſicuti et præceptum; et ſic illud pecc.fuit orig.¶11.Pœna illius peccati ad omnes pertinet,vt *maledictio terrę in opere hominis*, Geneſ. 3. ergo et culpa : ergo fuit originalis .¶12. Propter pactum initum cum Adam eius conſenſus reputatur,ſeu cenſetur poſterorum : ergo et peccatum eius cenſetur eorum,et ſic eſt originale. Conf.ex Iſai.64.*cecidimus quaſi folium vniuerſi*:ergo aliquãdo ſtetimus,ſcilicet Adam ſtante : ergo cecidimus, eo cadente,et ſic peccatum eius eſt noſtrum, et originale. Sic Leui dicitur decimatus in lumbis Abrahę Geneſ.14.et Hebr.7.Vnde Baſil.ho.1.de laudib.ieiun. *quia non ieiunauimus, exulamus*,et Epheſ.2.eramus ſcilicet in Adam natura filij irę et Romanorum.5.*regnauit mors &c.*etiam in eos qui non peccauerunt in ſimilitudinem præuaricationis Adæ,ideſt non ſicut Adam:quia ille per ſe,alij per ipſum et in ipſo peccarunt,et ideo non ſunt digni pæna ſenſus,et dicitur baptiſmo deleri. quia nobis in baptiſmo remittitur,nec eſt inconueniens vt idem peccatum diuerſa ratione, ſit perſonale et originale,aut quòd omnẽ peccatum ſit actuale,modo intelligamus vnum peccatum noſtrum eſſe actum proprium:aliud vero capitis, ſic fere probat,explicat,et tuetur ſuam ſententiam Salmeron.

Hanc vero ſententiam vt erroneam reij- 22
ciunt Mag.2 d.30.et Palac.eadem d.diſp.vnic. Bellarm.ſupra,cap.16.18.et.19.Vazquez illo a. 2.Medina,et alij quæſtione.82.artic.2. Zumel artic.2.et quæſt.81 artic.1.diſp.1.con.4. Valen. diſp.6.quæſt.12.puncto.1 Vega.4. in Trident. cap.2.Cuner.lib.de peccato originali capit.3.

Corduba

Digitized by Google

Cordub.lib.1.quæſtio.1. opinione.5. Turrian. epiſt.de peccato originali. Ægidius opuſculo de eadem re Olcoth quæſt.de imputabilitate peccati ad primum principale, Alenſ.2. parte quæſt.106.alias.122.membro.2.artic. 1. Anſel. de concept.Virg.capit.23.&.25.Hugo in ſum. ſent.tract.3 ca.11.quod vero ait.1.de ſacramẽtis parte.7.cap.27.peccatum Adæ nobis fuiſſe originale,ſolũ ſignificat, fuiſſe originale acti ue, id eſt originem,vnde noſtra peccata originalia proceſſerunt (vt explicant Alenſ. & Vazquez) veritas autem prob. nam Trident. ſeſſion.5 decreto de peccato originali can.2. verbis fere cõcilij Arauſ.2.can.2.ait,ſi quis dixerit Adam inquinatũ p inobediẽtię peccatũ mortem,& pœnas corporis tantum in omne genus humanum tranfudiſſe, non autem & peccatum, quod mors eſt animæ, anathema ſit cum contradicat Apoſtolo dicẽti,per vnũ hominem &c. Ro.5. Nec cum ait, peccatum, quod eſt mors animę, illa particula, mors animæ eſt conditio diminuens, vt putat Decan. ſed id dixit Concilium vt oſtenderet, vnde paruulis eſſet peccatum, quia vere ſunt mortui in anima, vnde. Can.3. ſi quis hoc Adæ peccatum, quod origine vnum eſt, & propagatione, non imitatione transfuſum, ineſt vnicuique proprium &c, at quod eſt vnum numero & non afficiet nouum ſubiectum, non dicitur propãgari, nec transfundi, nec eſt vnicuique proprium, nec vnum tantum in origine, ſed etiam in ſeipſo: ergo. & Can.4. ex Cõcil. Mileuitano cap.2. *ſi quis dixerit paruulos nihil ex Adam trahere originalis p. q͂ regenerationis lauacro neceſſe ſit expiari &c.* & infra ait, baptizari paruulos, vt in eis regeneratione mũdetur, quod generatione contraxerunt & can.5. ſi quis per gratiam Chriſti, quæ in baptiſmate confertur, aſſerit non tolli totum id, quod veram & propriam peccati rationem habet, ſed illud ait, tantum radi aut non imputari, anathema ſit & ſeſſ.6 cap.3. filios Adæ naſci iniuſtos propria iniuſtitia ab Adam contracta; & merito concil. illo canone.2. dixit oppoſitum eſſe contra Paulum Rom.5. quia ſic non intraſſet peccatum in mundum, ſed extrinſecus manſiſſet denominando peccatores, imo ne hoc quidem: nam peccata quæ ſunt in parentibus, licet ad aliquam pœnam interdum imputentur filijs, non conſtituunt illos peccatores, item Paul. ibi comparat peccatum Adæ cum gratia Chriſti, ſed hæc non transfunditur ſola denominatione extrinſeca: ergo nec peccatum Adæ. Item ſententia illa in re negat, ineſſe nobis originale, vnde eſt contra omnia teſtimonia SS. cõciliorum & Patrum quibus probatur peccatum originale: multa ponderat Cunet. ſupra, vide Auguſtinum.2. de nuptijs cap.26. vbi ait, voluntarium peccatũ primi hominis cauſa eſt origin. peccati: ergo, non eſt idem & 2. cõtra duas epiſtolas Pelag. & .6. contra Iulianum ca.4. & .1. retract. cap.15. 3. de peccat. meritis cap.8. de natura & gratia ca.7. & Pſal.50. & alibi docet, peccatum Adæ modo quodam dici alienum & modo quodã reperiri noſtrum; alienũ proprietate actionũ, noſtrum contagione propaginis, vide etiam Cyprian ſerm. de ablu. pedum, & lib.3. epiſt.8. ad Fidum, Hieronym. dialogo.3. contra Pelag. vbi ait, pueris remitti nõ propria, ſed aliena peccata, quod etiam habet Auguſt. 6. contra Iulianum cap. vltimo, & Bernard. epiſt.67. ad Hugo. Vocant autem aliena peccata, ideſt aliena voluntate contracta, nam Bernard. in pueris propriã culpam agnoſcit ibi, et epiſt. 190. ad Innoc.

23 Sed concedunt multi huius ſententiæ impugnatores peccatum Adæ quodã modo eſſe noſtrum et ab eo ſecundum quid nos appellari peccatores extrinſeca denominatione, ita Zumel quæſt.81. artic.1. diſput. 1. concluſ.5. Angl.2.d.30. quæſt. vni. artic.1. difficultate. 4. Bellarm. Vazquez et Decan. ſupra, Dried.1. de gratia et lib. arb. tract.3. p.1. ex Paul. ad Rom.5. in quo, ſcilicet Adam, omnes peccauerunt et Ioan.3. cum eſſes ſub ficu vidi te, ſcilicet, peccantẽ in Adam et Rom.3. omnes peccauerunt, Oſeæ.6. ibi præuaricati ſunt in me Geneſ. 17. teſtamentum meum diſſipauit. Auguſt.16. ciuita. cap.27. et 3. de peccatorum meritis capitu. 7. epiſtol.3. ad Hilarium quæ eſt ordine.89.1. retract. capitu. 15. in Enchirid. cap.36. et.41.3. de liber. arb. cap.20. 2. de nuptijs cap.18. Baſil. ho. de ieiunio, vbi ait, omnes cecidimus quia in primo parente nõ ieiunauimus, Nazian. orat.2. ad eos, qui illum acceperunt, *omnes eamdem vitij arborem guſtauimus*, et oratio.3. de pace, *totus lapſus ſum: atque ex primogenij hominis inobedientia cõdẽnatus ſum.* Ego vero infra dicam, quomodo hæc ſentẽtia defendi et cum communi conciliari poſſit.

24 4. Sent. 4. Sententia eſt, peccatum orig. eſſe formã ſubſtantialem additam animæ, ſubſtãtialemque imaginem Diaboli, qua formaliter excluditur ſubſtantialis imago Dei, quæ hominem conſtituebat Theologum, et diuinum, capacem diuinæ legis, et beatitudinis: cum tamen illa ſubſtantialis imago Diaboli conſtituat modo hominem procliuem ad vitia, et ineptum ad virtutes. Hoc figmentum Mathæi Illyrici merito confutatur à Bellarm. 5. de amiſſione gratiæ à c. primo vſq. ad quartum Vazquez diſp.132. cap.1. Valentia diſp.6. quæſt. 12. puncto.1. Turrecrem. ſupra, et à Salmerone latiſſime. Roman.5. diſput.45. continet enim plures errores contra naturam et fidem: primus, quod in homine ſint plures formę ſubſtantiales et vna actuet aliam et quod forma adueniens

aduenienſ enti completo, ſit ſubſtantialis. ¶2.Quod aliqua ſubſtantia ad mixta naturæ noſtræ ſit per ſe mala, imo ipſa malitia, quod fuit error Manichæi damnatus ab omnibus patribus,vt patet.1.par.q.40.art. 1. Vide Auguſt.1.contra Iulian.cap.3.& lib.6.cap.1.& lib.contra epiſtolam fundamenti ca.33.&.35. de natura & gratia c.19.&.20.7.confeſſ. c.12. lib.contra Secund.Manich.cap.12.13.& 14.in Enchirid.cap.11.vſque ad 14.quibus locis docet,malum non eſſe aliquam naturam,ſed carentiam boni,quod etiam docet Baſil. oratione,quod Deus non ſit author malorum, Nazian. in ſanctum lauacrum Epipha.hæreſ. 37. Amb.1.Hexamer.cap.8.Hiero. epiſt.ad Cteſiphon.quorum verba adducit Bellar.¶3.quod aliqua ſubſtantia ſit perſe inpeccabilis & bonitas ipſa moralis contra patres docẽtes impeccabilitatem nulli creaturæ poſſe eſſe connaturalem. ¶4. Vel Deum eſſe authorem peccati,vel aliquam ſubſtantiam à Deo non factam,contra id Ioan. 1.*omnia per ipſum facta ſunt*,& contra ſymbolum.¶5. Dæmonem poſſe perſe tranſmutare ad formam etiam ſubſtantialem,nam Illyricus ait,illam malã formam productam eſſe à Dæmone,& propagari à Deo,quod eſt Dæmonem facere authorẽ ſubſtantiæ,& Deum authorẽ peccati. ¶6. Vel animam informari forma materiali,quod implicat, vel formam immaterialem ſpiritualẽ, & intellectualem ex natura ſua. eſſe corruptibilem,& producibilem à Dæmone, & aliquam eſſe incapacem Dei,& diuinæ legis & libertatis.¶7.Dæmonem poſſe producere formam ſubſtantialem perſe malam, etiam in non peccantibus:nam productio talis formæ non pendet à peccato actuali Adæ, vel alterius ¶8. In Adã fuiſſe peccatũ originale,quia in eo produxit illam malam formã Dæmon. ¶9.Per peccatum non obſcurari tantum ſed etiam deſtrui imaginem Dei,& amitti fidem omnemque ſupernaturalem actum, habitum & ſpeciem, quia omnia ſupernaturalia debent collocari in forma ſubſtantiali ſupernaturali,ſi datur, deſtructo autem ſubiecto, deſtruuntur omnia eius accidentia. ¶10 Originale non auferri per baptiſmum, quia per illum non aufertur vlla ſubſtantialis forma, vel ſi aufertur;ſubſtantialiter differre iuſtum à peccatore,& ſimiliter,ſi aufertur tantum in patria;viator,& beatus ſubſtantialiter differunt. ¶11.Supremam mẽtem hominis nunc eſſe peccatum,& inclinare perſe ad malum cõtra id Rom.7.*& ſpiritus aduerſus carnem*, & Galatas.3. mente ſeruio legi Dei. ¶12. Vel verbum aſſumpſiſſe pecc.origin.vel non aſſumpſiſſe omnem formam ſubſtãtialem noſtram, quæ duo hæretica ſunt vide Leo.epiſtol.11 ad Iulia.& Epiph.hær.69.et 77.Aug.hær.49.&.55.

Ad fundamenta Illyrici facile Reſpondent Bellarmin. & Valentia, & Salmeron, qui etiam refert aliam ſententiam Cornelij Agrippæ, qui peculiari libro qui peccatum originale eſſe dixit,nimium cum vxore concubitũ,de qua ſẽtẽtia ſatis erit legere Salme.

5. Sententia eſt peccatum origin. eſſe 25
morbidam qualitatem ſuperadditam animæ 5.Sentent.
eiusque potentijs,& deriuatam ab alia qualitate morbida exiſtente in carne geniti & ſemine generantis,quarum munus eſt inclinare voluntatem & appetitum ſenſitiuum ad malum,& in Adam ab ea,quæ erat in carne, & ſemine,eam,quæ in anima erat,fluxiſſe, ita Ariminenſ.2.d.3.quæſtione vnica artic.2.Michael Baius lib. de peccato original. Henric. quodlib.1.quæſtione.21. & quodlib.2. quæſt. 11.et quodlib.5 quæſtione.13.Almain.3.moral. capit.19.§ alia eſt opinio.Naclant in id Ro.5. non regnet peccatum.Dried.1.de gratia et libero arbitrio tractatu.3. cap.3.p.4.conſidet. 4. pag.240.Altiſiod.2.ſummæ tractatu.27. cap.1. 2 et.3 Pariſien.lib.de vitijs capit.2.3.et.4.idem tribuitur Olcoth,quæſtione de imputab.peccati ad primum principale et Mag. 2. diſt. 30. et ſequentibus. Merito tamen Valentia, et alij dicunt,non clare id à magiſtro aſſirmari, male etiam aliqui hanc opinionem tribuunt Alenſi,cum expreſſe ſit contra ipſum.2. parte q.122.alias.150. m. 4.male etiam Dried. hanc ſententiã tribuit Bonauent.forte quia. 2.diſt. 30.artic.2.quæſt.1.ad argum. concupiſcentiã intenſam dicit eſſe orig. pecc. ſed diſtinct. 32. artic.1.quæſtione.1.et 2.et artic. 2. quæſt 2.ait, concupiſcentiæ intentionem,nõ fieri aliquo poſitiuo; ſed priuatione iuſtitiæ. Sed illam morbidam qualitatem in carne expreſſe ponit Ocham,quodlib. 3. quæſt. 10.et 3. ſententiatum, quæſtio. 2. atque eam eſſe fomitem peccati:non tamen in ea cõſtituit peccatum origin.ſed in priuatione orig.iuſtitiæ, vt patet eodem quodlib.quæſt.9.et.2.ſententiarum quæſt.vltima in fine littera.V. et aperte docet,eam qualitatem non eſſe in appetitu ſenſitiuo: ſed in carne ſola, eſſeque naturalem conſiſtentem in aliqua proportione humorum,vel diſtinctam ab humoribus in proportionatis, fuiſſeque impeditam diuinitus in ſtatu innocentiæ, ſed propter peccatum Adæ permiſiſſe Deum vt naturales cauſæ illã inferrent,etiam poſt iuſtificationem, Gabr.2. d.30.q.2.art.1.et art.2.conclu.6.et 3.d.3.q.2.a.r. morbidam qualitatem in carne ponit,et probabile putat,ſimilem dari in anima, et pro vtraque ſupponere pecc. origi. licet formaliter ſolum dicat priuationem iuſtitiæ origin. probabile quoque exiſtimat,non dari illam ſimilem qualitatem in anima,et pecc.origin. præciſe ſupponere pro priuatione iuſtitiæ origin.

Digitized by Google

origin.eſto alterum,vel vtrumque fomitem adiunctum habeant.

26 Verum has morbidas qualitates merito reijciunt Valentia, Pighius & Cather. ſupra, Medin.q.82 art.1.Zumel.ibi diſputatione vni. & artic.3.diſp.1.in dub. annexo Vazq. diſput. 132.Bellar.5.de amiſſione gratiæ c.15.Cordub. lib.2.quæſt.10.Salme.Rom.5.diſp.45.§.*His rationibus*.Azor to.1.lib.4.c.26.q.1. Palac. Capre. & alij.2.d.30.& 1.valde difficile eſt, quomodo potuerit per peccatum qualitas morbida in corpore Adam effici,nam quod quidam dicunt,proceſſiſſe ex qualitate quadam pomi vetiti, & quod ait Ariminen. ex flatu venenoſi ſerpentis, plane commētitium eſt : nam pomum bonum erat,vt ait Auguſt.14.ciuitat. cap.12.& corpus ſerpentis ſumptū à Dæmone flatum virulentum habuiſſe,non conſtat , & flatus ille ad Adam non peruenit;ſed ſola diaboli perſuaſio per mulierē & quando Aug.4. Hypognoſ.dixit,Adam flatu venenoſi ſerpētis infectū fuiſſe,loquitur metaphorice,quod vero ait,Olcoth eam qualitatem productam à Deo,impiū videtur;cum ea naturaliter per ſe,& qualitatem,quam cauſat in anima, inclinet ad malum . Quod vero Pariſien. dicere videtur,eam qualitatem productā fuiſſe phyſice ex peccato Adæ,omnino falſum eſt nam cæteris Adæ & aliorum peccatis ea vis non ineſt:ergo nec primo peccato Adæ Quod vero ait Ocham,productam eſſe à cauſis naturalibus non impeditis, vt antea impediebantur per ſtatum innocentiæ , abſurdum quoq. eſt:ſic enim ſtatus innocentiæ aliquam qualitatem naturalem abſtuliſſet & Chriſtus non aſſumpſiſſet omnia naturalia,nec beati haberent omnes qualitates naturales ; carēt enim fomite ¶2.difficile intellectu eſt quomodo talis qualitas corporea perpetuo in omnibus duret,& ad ſucceſſores perueniat , cur enim non extinguetur aliquando per cauſas naturales aut cur hæ nūquam impedient eius cōmunicationem, nec enim omnes parentum defectus traducūtur in prolem. ¶3.difficile eſt quod Ariminen.& Almai.dicunt,à qualitate corporis profectam in anima aliam qualitatem:nam corporeum non poteſt agere in ſpiritum vti ; ipſe Arimi.extra iſtum caſum fatetur,niſi forte inſtrumentaliter:nam quod ait Almai.obiecta corporea naturaliter cauſare notitiam in anima vel angelo præſenti , non eſt verum & præterea illa forma eſt intentionalis & non eſt totaliter ab obiecto.Hic autē forma non eſt intentionalis & deberet eſſe totaliter à corpore. Quod autem qualitas corporis non ſit inſtrumentum ad agendum in anima,prob.quia illa qualitas non fuit inſtrumentum Dæmonis:nam Angeli non poſſunt producere qualitates,vt agentia principalia, & virtute propria,ſed tantum applicando actiua paſſiuis; Deus autem non poteſt per ſe producere qualitates inclinantes ad malum, niſi per modum cauſæ vniuerſalis:ergo qualitas illa corporea non potuit inſtrumētaliter efficere qualitatem ſpiritualem . Conf. nam corruptio carnis in Adam à corruptione animæ proceſſit ſecundum Auguſtinum.2. cōtra Iulianum c.6.ergo idem ordo ſeruatur in poſteris. ¶4. Peccatum eſt malum quoddam:ergo conſiſtit formaliter in priuatione & non 27
in qualitate.¶5.Si qualitas producta in anima eſt vere peccatum,quia inclinat ad malū quilibet malus habitus peccatū erit.¶6 Qualitas illa eſt quaſi infirmitas corporalis : ergo intenſibilis & remiſſibilis:ergo idem erit de qualitate,quam cauſat in anima & ſic peccatum originale in vno erit maius, quā in alio maiorique pœna dignum . ¶ 7. In iuſtificatis experimur eaſdem inclinationes cum illis,quæ erant ante iuſtificationem : ergo ſi qualitas illa animæ inclinans ad malum eſt peccatum origin.in iuſtificatis manebit peccatum originale . Vnde Ariminenſis eò deuolutus eſt,vt articul.4.illius quaſtionis docuerit,eſſentiam peccati originalis non tolli per baptiſmum , ſed ſolum reatum quatenus homo propter eam qualitatem non deſtinatur in pœnam. Quod vero. 2. Reſpondet Ariminenſ.& Altiſiodor.illo cap.2.illam qualitatem non eſſe peccatum originale,niſi quatenus habet dominum quoddam , quod poſtea amittit aduentu gratiæ,nō ſatisfacit,quia ſic , amiſſa iterum gratia redibit peccatum originale ea qualitate recuperāte antiquum dominium,hoc autem videtur hæretici m,licet plane cōcedatur à Pariſien. illo c 4. ergo. ¶8.Nulla videtur eſſe poſſe qualitas tantæ latitudinis,vt ad omne malorum genus inclinet,ſicut. Henri.dixit inclinare,licet Arimin. dixerit ſolum ad delectabile ſecūdum carnē inclinare . ¶9. Quorſum ponitur altera , vel vtraque qualitas cum ſine illis natura ſatis ſit ad malū prompta:Denique opinio hæc omni caret fundamento:nam quod ait Auguſt.1. de nuptijs cap.25.eſſe ignaram concupiſcentiā eſſe affectionem quamdam malæ qualitatis ſicut languor,& capit. 21. in carne eſſe morbidum quemdam affectum,& 2.cōtra Iulianum ante medium & lib.6.cap.7.8.9.& 10.concupiſcentiam eſſe ſubſtantiæ vitium ingenitum et malam valetudinem ex vitiata origine procedētem,intelligitur de appetitu ſenſitiuo inordinato et effrænato propter abſentiam iuſtitiæ originalis,quōd vero ait. 5. contra Iulianum capit.3.animam in corpore tamquam in vaſe vitiato corrumpi , et lib.1. c. 1. de bap parnul. capit. 9. Adam occulta tabe carnalis concupiſcentiæ, ſuæ tabificaſſe in ſe omnes de ſua

ſtirpe

ſtirpe venturos,ſignificat,in carne eſſe virtualiter peccatū originale: nam ex eo quod anima coniungitur carni ratione ſeminali, producitur homo filius Adæ, qui debebat habere gratiam, ideo carentia gratiæ in ipſo eſt peccatum originale: ſic exponunt Bellarm. 4.de amiſſione gratiæ capit.12.Anſel. de conceptu Virg.cap.7.&.10.D.Tho.quæſt.81. art.1. & de malo quæſt.4.art.1.Scotus Duran. & alij 2.d.31.ſic etiam exponere debent ſimilia teſtimonia. Amb.in id Rom.7.ſcio quia non habitat in carne mea bonum & Gloſſ.ordi.eodē loco,Bedæ 8.10.li.variarū qq.quæſt.14.Alber. lib de mirabili ſcientia Dei, tract. 17. quæſt. 17.& 2.d.31.vbi ait,ſemini Adæ ex diuina maledictione hæſiſſe vim quamdam ad maculādam animam infantis iuxta id ſapiētiæ 12. naturalis malitia eorum:ſemen enim erat maledictum ab initio & Magiſt.eadem diſt.31.& merito Ferr.3.contra gent.cap. 50. impugnat Capreolum,qui eadem d. deceptus ex verbis D.Thomæ de malo quæſt.4.ar.1.ad. 9. poſuit in ſemine vim directe productiuam peccati origin.quod vero ait Damaſc.3.fidei cap.2. & 12.& Richard.2.de Emanuele cap.26.& 27.virginem tempore conceptionis Chriſti purgatam prius eſſe,intellige à fomite,qui ſecundum hos & alios authores non fuit in ea extinctus,niſi paulo ante cōceptionem Chriſti ſed tantum ligatus, quod tamen cum multis alijs falſum exiſtimo.

28 *1.Sentent.* 6.Sententia pecc.orig.eſſe concupiſcentiā habitualem effrænatam,qualis eſt etiam in renatis,& ſic per baptiſmum non deleri peccatum orig.ſed radi,vel non imputari, hæc eſt communis ſententia Lutheranorum & Caluiniſtarū,aliorumq. huius tēporis ſectatiorum: quæ breuiter reijcitur ex Trid.ſeſ.5.decreto d origi.c.5.vbi anathematizantur aſſerētes per baptiſmū nō deleri totū id,quod verā & propriam rationem peccati habet, ſed radi, aut non imputari,quod ſumptum eſt ex D. Aug. 1.contra duas epiſt.Pelag.cap.13.vide etiam.1. de nuptijs cap.23. & 25 & 6. contra Iulianum cap.5.&.7.&.1.de pecca.meritis cap.26.vbi docet concupiſcentiam in renatis non eſſe proprie peccatum,& alioqui falſa erunt teſtimonia in qq. dicitur, peccata tolli aut mundari Exod.34.*aufers iniquitatem,ſcelera, atque peccata* Pſal.50.*dele iniquitatem meam, amplius lana me &c. & mundabor.* Iſai. 1. *ſi fuerint peccata veſtra, vt coccinū,quaſi nix dealbabuntur.*& c.27.*dimittetur iniquitas Iacob,& iſte eſt omnis fructus vt auferatur peccatum.*& capit.34.auferetur iniquitas ab eo Miche.7. *deponet iniquitates noſtras, projiciet in profundum maris omnia peccata noſtra,* & Rom.6.baptizati ſæpe dicuntur liberati à peccato & mortui delictis Rom.8. *nihil damnationis,* ideſt damnatione dignum *eſt ijs, qui ſunt in Chriſto Ieſu,*ad Titum.2.*vt mundaret ſibi populum,*1.Ioan.3.*ſanguis Chriſti emundat nos ab omni peccato.*Ioan.1.*qui tollis peccata mundi*.græce illud peccatum mundi, ſcilicet originale: de hoc enim exponūt Beda & gloſſa ordi. ibi & Cyprian.ſermo.de triplici martyrio.Ioa.8. *ſi vos filius liberauerit, vere liberi eritis,* Ioan.7. *ſanctifica eos in veritate*, vide alia apud Bellarm.5. de amiſſione gratiæ capit.5.vſque ad 14.Valentia diſputatione.6.quæſt.11.puncto.1. Medina.quæſtione.82. articul.1.Sot.1. naturæ cap.11.&.12.Roffenſ.Deca.Pighi. Payuā, Peltan.Cuner.Oſiū,&alios.

Concupiſcentia autem inordinata, etiam in renatis,appellatur peccatum Rom.6. &. 7. non quia ſit vere & proprie peccatū,ſed quia à peccato eſt,& ad peccatum inclinat, vt exponit Trid.ſeſſione.5.can.5.Amb.in id Ro.7. *quod habitat in me peccatum.* Aug. 1. de nuptijs cap.25.& ſequentibus & primo retract.cap.15. 1.contra duas epiſt.Pelag.c.13.6.contra Iulian. cap.11.quod vero ait. 5.contra Iulian cap.3.cōcupiſcentiam non ſolum eſſe pœnam & cauſam peccati,ſed etiam peccatum,intellige de concupiſcentia actuali,quæ peccatum eſt ſaltem veniale accedente conſenſu libero volūtatis, vel cum Valentia et Echio de concupiſcentia habituali in non renatis. Aduerte autem Cordub.lib.1.quæſt.45. Opinio.3. ante 2.punct. docuiſſe opinionem hactenus impugnatam ſatis probabilem eſſe quantum ad poſitionem qualitatis morbidæ, et bene intellectam, cum illa 3. Opinione coincidere, quam ipſe defendit,nempe fomitem nō eſſe qualitatem diſtinctam à concupiſcentia, ſed eſſe ipſam met concupiſcentiam magis inclinantem modo ad ſenſibilia quam in puris naturalibus, quia tunc non eſſet aucta eſu ligni vetiti, vt poſt peccatum Adæ, et ſic ait, poſſe explicari aliquos doctores, qui fomitē poſuere eſſe morbidam qualitatem: non tamen conſtituit Cordu.originale in hac morbida qualitate. Sed an concupiſcentia poſt originale ſit maior quam eſſet in puris naturalibus dicam diſput. 13. ſect.3.et tract.de gratia.

7.Sententia, peccatum originale eſſe concupiſcentiam, non præciſe, ſed cum aliqua conditione,et modo,quem habet tantum in non renatis,in quo formaliter cōſiſtit ipſum peccatum originale,licet ſupponat pro ipſa concupiſcentia,quæ materialiter ſe habet in peccato originali. Si autem quæras, quid habeat peculiare concupiſcentia in non renatis propter quod vere ſit peccatum in illis, non vero in alijs? R. aliqui id eſſe reatum et obligationem ad pœnam æternā,quæ in omnibus paruulis reſultat ex antiquo peccato Adæ,ita Roff.ar.2.Altiſiod.tractatu 28. cap. 2. 29 *7.Senten.*

Durand.

Durand.2.d.30.q 2 et 3.Maior 2.d.31.q.1. art.1. et expreſſe Gloſſa ordinaria in id Rom.4.*beati quorum remiſſa ſunt iniquitates.* Videtur etiam expreſſa ſententia Auguſt.nam.5. contra Iulian.cap.3.ait concupiſcentiam, non ſolum eſſe cauſam et pœnam peccati ſed etiam peccatum in non renatis et lib.6.cap.7.et 8.in renatis non manere peccatum originale,quia licet concupiſcentia maneat actu, non tamē reatu primo de nuptijs capit. 25.26. et 32.concupiſcentiam in baptiſmo remitti non, vt non ſit, ſed vt in peccatū non imputetur, quia manet ſoluto iam reatu & 1. de peccat. meritis cap.39.ait in renatis ſoluto reatus vinculo manere ad certamen & lib.2.cap.4.in renatis tolli reatum concupiſcentiæ, & ita deleri peccatum originale & 1.retract. capit.13. omnia peccata,quæ per baptiſmum auferuntur appellat reatus & cap.15. peccatum originale explicat per hoc,quod eſt reatu peccati. Adæ nos implicari, ob illudq; manere pænæ obnoxios:& hanc eſſe ſentētiam Auguſt. admitt. Vaz.diſ.132.c 3.& Bel.5. 4d;e amiſſione gratiæ cap.7.vbi idem tribuit Melantconi, & Caluino.Hunc modum dicendi reijciunt Vazquez ibi.3,Azor to.1.li.4.c.26.q.2.Cather. opuſ.de pecca. origin.&alij,quorum tamen argumenta non admodum vrgent.

Primum eſt,quia reatus eſt quid medium
30 inter culpam,& pœnam,vt ait Magiſter. 2. d.
1. Argum. 30 ergo non eſt culpa,ſed facile.Reſp.reatu& & obligationē ad pœnā duplicitet ſumi poſſe.1. pro deſtinatione&ordinatioe ad pœnā, vel relatione rationis reſultante in anima ex illo actu diuino, & ſic non eſſe proprie peccatum,ſed ſimpliciter medium quoddam inter culpam & pænam.¶2. Pro dignitate pœnæ, & ſic eſſe quidem medium inter culpam actualem & pœnam:vere tamen & proprie eſſe culpam habitualem.

2. Argum. 2.Eſt,quia dignitas pœnæ eſt veluti meritū & conſequitur malitiam,vt patet ex D. Tho. quæſt.21.ergo non eſt ipſa malitia & peccatum.Sed Reſp.facile,dignitatem pœnæ conſequi malitiam actualem propriam,vel capitis eſſe tamen malitiam habitualem.

3. Argum. 3.Eſt,quia peccator non ideo eſt peccator; quia dignus pœna:ſed ecōtra:ergo puer prius eſt peccator, quam ſit pœna dignus.ſed facile Reſp puerum eſſe peccatorem habitualiter, quia eſt dignus pœna,particula,quia, dicente cauſam formalem, eſſentialē ſeu definitiuā, vt cum dicimus,Petrus eſt homo,quia eſt animal rationale, eſt antē pœna dignus propter peccatum Adæ,à quo extrinſece aliqualiter denominatur,& dicitur peccaſſe in Adam,vt ſuperius dicebamus.

4.Eſt quia dignitas pœnæ eſt relatio ratio-
4 Argum. nis,vel denominatio extrinſeca, puer autem eſt peccator in ſeipſo & denominatione intrinſeca:ergo Reſp.dignitatem hanc eſſe relationem rationis intrinſece denominantē, cuius ratio fundādi eſt hunc eſſe filium Adæ, cuius peccatum reputatur proprium pueri, quia Adam pro ſe & filijs iuſtitiā accepit, nec videtur abſurdum formale originalis conſtituere in relatione rationis,cum Vazq. Canus & alij formale peccati actualis in quadam relatione rationis cōſtituant.¶2.Et fortaſſe melius,Reſponderi poſſet,non in dignitate ſumpta pro relatione rationis,ſed ſumpta pro fundamento talis relationis peccatum originale conſiſtere:nempe in hoc quod eſt Deum non iniuſte facturum, ſi propter peccatum Adæ poſteros ipſius gloria priuet.

5.Eſt quia ſi ſolū eſſemus digni gloria ex me 5. Argum
ritis Chriſti nō eſſemus vere vt iuſti:ergo ſi ſolum ſumus digni pœna ob peccatum,Adæ nō ſumus vere peccatores: Negari poſſet cōſ. uſia bonū ex integra cauſa, malū ex particulari defectu, ſed melius diſtinguitur antecedens,tunc enim vere eſſemus iuſti habitualiter.i.vere haberemus ius ad gloriā,licet nō eſſemus iuſti ideſt, habitualiter inclinati ad iuſte operandum.

6.Eſt,quia Reatus habet rationem boni,&
ad iuſtitiam pertinet:ergo non eſt peccatum 31
originale: Reſpondetur Reatum ſumptum 6. Argum.
pro diuina ordinatione ad pœnam, vel pro relatione orta ex tali ordinatione bonum eſſe & ad iuſtitiam pertinere,ideo non eſſe peccatum originale,ſecus ſi ſumatur pro dignitate pœnæ;nam hæc dignitas peccatum habituale videtur,vnde Dion.cap.4.de diuinis nominibus,quem citat & ſequitur D.Th quæſt. 87.art.1.ad.2.& Caiet.quæſt.86.art.1.ait, *puniri non eſt malum,ſed eſſe pœna dignum,* et Aug. Pſal. 50.et 3.contra duas epiſt Pelag.c.4.&.6.contra Iulian.ca.4.peccatum originale appellat meritum.i.dignitatem pœnæ et Magiſter 2.d.32. cap.2.ex varijs locis Auguſt.docet, concupiſcentiam in nō renatis eſſe peccatum propter reatum adiunctum, in renatis vero non eſſe peccatum,quia per baptiſmum tollitur reatus,et Petrus de Soto lectio.3. de pœnitentia. Ger.lect.1.de vita ſpiri.Alpha.61.lit.D. Echius in concordia Vuormac. colloquij, Picus in apolog.q.2.Dur.4.d 14.q.5.ad.2.Almai.4.d 22. q.1.dicunt,peccatum habituale perſonale eſſe reatū,quo nomine Petrus de Soto et Gerſ. explicant,ſe intelligere dignitatem pœnæ, et hanc dignitatem eſſe reatum docet Durand. 2 d.30.q.3.Herueus q.1.et quodl.4.q.14.Almai. 3.moralium ca.vlt.Antoni.1.p.tit.9.c.2.Caiet. infra q.86.a.1.Dried.de captiuit tract. 2.c.5.p. 2.membr.1.ſic etiam aliqui intelligunt, quod dicunt Ochā.4.q.8.Maior diſp.14.q.1.a.1.Gab. q.1. et d.22.q.vnica.Niſſle quæſt.1. de pœnit.

Holcoth

Digitized by Google

Holcoth.q.de imputab.peccati Flauius. 4.d. 14.q.vni.Scotus.q.1.§.dico ergo(& in reportatis eadem.q.)& d.16.quæſt. 2.Liquet.Mai. Aureol.& alij peccatum habituale perſonale eſſe reatum,quos tamé intelligo de reatu ſumpto pro relatione relicta ex diuina ordinatione,vel pro ipſa ordinatione extrinſece denominante:magis eſt ad rem Capr.4.d.14.q.1. in fine dicens,hominem tranſeunte actu malo dici peccatorum à reſpectu indignitatis gloriæ,& dignitatis pœnæ,ſeu à reatu, & 2. diſt. 30 in fine,reatum cum ordinatione ad peccatum Adę eſſe peccatum originale(qui tamen docet etiam priuationem iuſtitiæ origin. peccatū originale eſſe)quod etiam ſignificat D. Thom.3.p.q.22.a.3.dicens,ad perfectam mundationem peccatoris vtrumque tolli debere & Ledeſ.1.p.4.q.27.a.4.ait,indignitatem ad amicitiam Dei,& gloriam,eſſe maculam,offenſam & culpam habitualem, quamuis etiam dicat,hominem dici peccatorem a priuatione gratiæ, & auerſione à Deo, ſeu amicitia Dei,& Abulenſ.1.p.defenſorij cap.4.& 5.inter ea,quæ manent in peccatore tráſeunte actu, ait,nihil eſſe proprie culpam, ſed reatum eſſe,qui magis accedit ad propriam rationem culpæ & peccati; deinde vero maculam, quæ eſt priuatio gratiæ,& Drie.1.de gratia, & lib. arb.tractatu.2.c.5.p.2.peccatum habituale appellat reatum,& tractatu.2.de captiui.c.2.a.2. ait,non poſſe intelligi peccatum habituale, niſi quatenus homo eſt dignus pœna, & Zumel.q.113.ar.2.diſp.2.poſt.7. concluſ. defendit peccatum habituale tam originale quam perſonale eſſe dignitatem pœnæ, & Azor ſupra ait,non eſſe errorem aſſerere, peccatum originale eſſe reatū. fauet ſcriptura ſtatum peccati explicans per dignitatem pœnæ & iræ, vt Epheſ.2.eramus natura filij iræ, et Rom.9. vaſa iræ,item cum docet peccatores pro reatu punire Exod.32.percuſſit Dominus populum propter reatum ſanguinis.Eccleſ.9.neſcit homo vtrum amore, vel odio dignus ſit, et alijs locis,in quibus reatus videtur ſumi pro peccato,vt etiam in cap.maiores de baptiſm.§ ſed adhuc quæritur,vbi Pontifex ait, homines cruciari in gehæanna propter reatū criminis,et apud Aug.1.de nuptjs.c.26 vbi ait; peccatorum quæ tranſeunt,reatus manet, et niſi remmittatur,in æternum manebit, fauet etiam ſcriptura et ſancti peccata appellantes debita,funes,vincula,etc. Nec obſtat Trid.6. ſeſſ.30.can.dicens, iniuſtificatione remiti culpam et reatum æternæ pœnæ, vbi videtur diſtinguere reatum à culpa. Reſpondetur enim loqui de culpa actuali,cuius effectus eſt reatus,ſeu dignitas pœnæ, vt docet D. Thom. queſtione.82.articulo.3.et 4.et quæſt.87.art.1. vel de reatu ſumpto pro deſtinatione ad pœnam,vel relatione reſultante ex tali deſtinatione,vel ibi pro eodem ſumere culpam, et reatum:ſic etiam poteſt explicari ſeſsione.5. can.5.

His non obſtantibus probabilius exiſtimo, peccatum originale non conſiſtere formaliter in reatu,vel dignitate pœnæ,vt etiam docet Bellarmin. 5. de amiſsione gratiæ cap. 19. Proba.1.quia dignitas pœnæ æternæ in paruulis non conſequitur immediate ad actum malum,ſed ad carentiam gratiæ,nam poſita gratia paruulus eſſet dignus vita æterna; ſublata autem per peccatum Adæ,fit indignus: ergo priuatio gratiæ eſt peccatum originale potius quam ipſa dignitas pænæ,nam ad peccatum habituale ſufficit eſſe id,ratione cuius homo eſt dignus pœna æterna. 32 *Sententia auctoris.*

Secundo peccatum originale eſt mors animæ iuxta Triden. ſeſsione.5. cano.2.et Arauſecundum can.2. ſed reatus vel dignitas pœnæ non eſt mors animæ:cum non ſit priuatio vitæ ſpiritualis.

Tertio peccatum originale, non eſt aliquid fictum alioqui paruuli non eſſent vere peccatores,ſed dignitas pœnæ eſt relatio rationis et ficta: ergo non eſt peccatum originale.Dices,argumentum concludere de dignitate ſumpta pro relatione ad pœnam,ſecus pro fundamento talis relationis, quod eſt Deum iuſte facturum, ſi propter peccatum Adæ priuet paruulum vita æterna.Sed contra quia hoc fundamentum eſt denominatio extrinſeca à punitione iuſta, quam Deus inferre poteſt, peccatum autem originale intrinſece conuenit paruulo: ergo non eſt huiuſmodi fundamentum.

Ad Aug.Reſpondent Sotus.1. de natura. c. 9.Petrus de Soto lect.9.de pœn.Bellar.5.de amiſsione gratiæ.c.20.Zumel infra. q.8,6. ar.2. ad argumenta Dur.quando Aug.dixit peccatum habituale originale, vel perſonale eſſe reatum,vel concupiſcentiā cum reatu,loqui de reatu fundamentali & virtuali,qui eſt priuatio iuſtitiæ origin. in qua priuatione formaliter conſiſtit peccatum habituale.¶ 2. R. in hac parte non eſſe tenendam ſententiam Auguſt.nec mirum, quod in re difficili probabiliter deceptus ſit,nam ipſe humiliter fatetur locis initio diſputationis citatis ſe multis difficultatibus circa peccatum originale occurrentibus ſatisfacere non poſſe.

33 Alij ergo dicunt,concupiſcentiam in renatis ideo non eſſe peccatum originale,quia non habet adiunctam priuationem originalis iuſtitie debitæ,in qua priuatione formaliter conſiſtit peccatum originale.Ita Hugo in ſum. ſententiarū tract.3.c.11.& 1.de Sacra. p.7. c.26 27.& 28.D.Th.de malo.q.4.ar.2.& 2.d.30. q.1.a.3.& hic.q.82.a.1.2.& 3.(vbi Caieta. Conr. & alij)

Te

& alijs) quæſtio.83. arti.3. ferra.4. contra gentes.cap.52. Capreolus.2. diſt.3. quæſt. 1. artic. 1. concluſ. 4. Bonauent. artic. 2. quæſt. 1. Richard artic. 4. quæſt. 1 Gregor. *A*ngles, & alij, eadem d. Scotus d.32. §. quoad primum, & 3. d.3 q.2. Payua. lib.3. orthodox. explic. Ægidius opuſc. de peccato originali cap.6. *D*elphinus lib. de eadem re Büdecin. in compend. tit. 1. ar.4 Alen.2.p.q.105. alias.121. memb.2.a.3. Vlguer c.18.§.5. verſ.2. Valen. hîc diſp.6.q. 12. pũc. 1. Salm. Rom.5. diſp.46. arg.6. *A*lb.2.d.32.a.1. & d.30. & 31. & de mirabili ſcientia *D*ei, tract. 17. quæſt. 107.

34 Hic modus dicendi quoad id in quo conuenit cum præcedenti, ſcilicet concupiſcentiam eſſe materiale peccati origin. licet ſenſu aliquo ſit verus: eſt tamen improprius, vt etiam tenet Sotus.1. naturæ cap.8. & 9. Ouandus.2.d.30. prop.3. Salmer. Rom.5. diſputa. 45. Pighius, & Cather. libris de pecc. orig. Quos citat, & ſequitur Azor tom.1. lib.4. c. 26. opin. 3. nam inclinatio habitualis ad malum etiam intenſa, & excellens non eſt peccatum habituale; alioqui mali habitus in iuſtis, vel ſaltẽ in peccatoribus eſſent vera pecata: ergo concupiſcentia ſeu inclinatio ad malum, nec in renatis, nec in alijs eſt vere peccatum. Conf. quia propter peccatum odio habemur: nõ autem propter concupiſcentiam quãtũcumq. intenſam, quid quid dicat Altiſiodor. lib. 2. tractatu.27. cap.2. ergo concupiſcentia nunquam eſt peccatum habituale. Confir.2. nam in pueris limbi non eſt concupiſcentia inordinata: eſt tamen peccatum originale: ergo peccatũ originale non ſupponit pro concupiſcentia. Vnde omnes ſtatim referendi docent peccatum originale pręciſe cõſiſtere in priuatione originalis iuſtitiæ, & Gabr. 2. diſt. 30. quæſt.

35 2. id putat probabile.

Placet tamen mihi hic modus dicendi quã tum ad id, quod affirmat, peccatum originale formaliter conſiſtere in priuatione iuſtitiæ originalis: quod tenent etiam *A*nſelmus de conceptu Virg. cap.3.22.26.27. & 28. Sotus, Ouandus ſupra, Vazquez diſp. 132. cap.9. Angles.2.d.30. difficultate vltima. Palac diſputa. vnica, & diſtinct.31. diſput. vnic Ocham quod lib.3. quæſt.9. & 2. ſententiarum, quæſt. vltim. in fine, littera. V. Marſil.2. quæſt.19. ar.3. parte. 2. concluſ.6. Maior. d.30. quæſt.2. con.3. Argen. q. vnic. a.1. Baſſolis, & alij eadem diſt. Cordub. lib. 1. quæſtio. 10. opinio. 6. Ficinus de religione chriſtiana, capitul. 33 Turrianus epiſtola de peccato originali, Almain. 3. moral. capite. 19. Medina quæſtione .82. artic. 1. Nec opus eſt moderatione Durandi. 2. diſtin. 30. quæſt. 3. & Heruæi quæſtione. 1. artic. 2. 3. & 4. & quodl. 4. q. 14. vt priuatio iuſtitiæ originalis non ſit peccatum originale, niſi adiuncta dignitate carendi iuſtitia, & adiuncta indignitate habendi illam; nam hæc ſatis intelliguntur in hoc, quod eſt, talem priuationem inductam eſſe à Deo propter peccatum Adæ: Deus enim neminem pœna afficit, niſi ſit illa dignus.

SECTIO. III.

Quomodo intelligatur priuationem iuſtitiæ originalis eſſe peccatum originale.

PRima opinio ait, peccatum originale eſſe priuationẽ iuſtitiæ originalis ſumptæ pro dono quodã diſtincto a gratia iuſtificante; cu- 36 1. Opinio.
ius munus erat ſubijcere carnem animæ, vel etiã animã Deo. Hæc opinio diſplicet quibuſdam, quia nõ fuit in primis parẽtibus tale donum diſtinctum à gratia: de quo fuſe agemus tract. de gratia: mihi vero diſplicet, quia in renatis manet priuatio talis doni: non tñ peccatũ originale Reſp. Scotus ſupra, illa diſtin.32. §. quantum ad.4. Duran. eadẽ diſtin. quæſt.1. in fine, Delphin. ſupra pag.110. Richard. Bonau. Ægidius & alij, in renatis manere quidem carentiam illius doni: non tamen ſub ratione priuationis: quia debitũ habẽdi illud, per gratiam baptiſmi commutatur indebitum habendi gratiam iuſtificantem; & ideo in illis nõ manere peccatum originale. Sed hanc ſolutionem impugnant Bellar. illo ca. 19. Cather. de peccato origin. cap.6 Sotus & alij & merito quia priuatio illius doni in Adam nõ fuit peccatũ habituale, ſed eius pœna & effectus, ergo nec in paruulis. ¶2. Quia licet Adam, vt ait Payua ſupra, quamuis refragetur Bellar. habuerit pręceptum naturale cõſeruandi gratiam & iuſtitiam originalem eo quod ex eius ommiſſione grauiſſima & irreparabilia dãna ſequerẽtur, ſimiliterque nos in articulo mortis teneamur gratiã acquirere, aut cõſeruare, tamen in alijs temporibus nõ tenemur: alioqui, quando furamur, vel occidimus, duplex peccatum cõmitteremus; alterum furando vel occidendo; alterum gratiam amittendo. ¶3. Quia licet in Adam fuerit præceptum cõſeruandi gratiam & iuſtitiam originalem, tamen hoc erat impertinens ad rationem peccati originalis, quia propter cuiuscunque præcepti violationem amitteret Adam ſibi & poſteris iuſtitiam & gratiam, & ita poſteri contraherent peccatum originale. ¶4. Quia ſi priuatio illius doni eſt peccatũ originale; à fortiori priuatio gratiæ iuſtificantis, & ita duo erunt peccata origin. in quolib. ¶5. Quia originale eſt mors animę, ac proinde priuatio

formæ

Digitized by Google

formæ,quæ eſt vita animæ, ſed illud donum non eſt vita animæ:ergo.Ex quibus etiam reijciuntur Angles & alij aſſerentes, priuationem illius doni, vt ſubijciebat animam Deo, tanquam fini naturali, eſſe peccatum originale,nam vt omittam, quod forte nullum erat donum habituale diſtinctum à gratia & charitate,præſertim operatiuum, certe ſi priuatio illius doni, vt ſubijciebat animam *Deo*, tamquam fini naturali, & in ordine ad præcepta naturalia eſt, peccatum originale à fortiori priuatio illius,vel cuiuſcunque alterius doni ſubijcientis animam *Deo*, vt fini ſupernaturali, & in ordine ad præcepta ſupernaturalia,vel etiam naturalia,eſt peccatum originale, ac proinde priuatio gratiæ & charitatis peccatum originale erit.

37 Secunda opinio eſt, peccatum originale, non eſſe priuationem alicuius doni,ſed alicuius effectus formalis procedentss à gratia,vel charitate, ſcilicet ſubiectionis animæ ad Deum. Tribuitur Caietano,Capreolo,Ferr.& Soto,ſed male,nam tres primi expreſſe ponũt peccatum originale primario conſiſtere formaliter in priuatione gratiæ iuſtificantis. Secundus autem in priuatione conuerſionis habitualis exiſtentis in voluntate, ideſt charitatis,quæ quodammodo in genere cauſæ formalis oritur à gratia,vt potentiæ ab anima ſecundum D.Thom & alios;Sotus vero.1. naturæ capite.5.docuit,iuſtitiam originalem fuiſſe idem donum cum gratia iuſtificante eiuſque priuationem, quatenus ſubijcientis animam Deo eſſe peccatum originale; non vero, vt ſubijcientis carnem animæ. Hanc tamen opinionem inſinuat Medina quæſtione. 82. articulo. 1. quæ facile ab omnibus fere cõfutatur; quia priuatio formæ, & effectus formalis primarij omnino eſt eadem re, & ratione, vt priuatio albedinis & inhæſionis eius: ergo ſi priuatio gratiæ non eſt peccatum originale, idem dicendum erit de priuatione primarij effectus formalis ipſius.

38 Tertia ergo & vera opinio eſt,peccatum originale eſſe priuationem iuſtitiæ originalis ideſt gratiæ iuſtificantis,quæ vel erat idem donum cum eo,quod ſubijciebat carnem animę, vel etiam vocabatur iuſtitia originalis, quia erat forma iuſtificans, quam in ſua origine,& principio humana natura recepit. Hæc ſententia colligitur ex D Thom. 2 .diſt. 32. quæſt.1 artic 1. ad primum. & hîc quæſt.82. art.3.clarius eam docent Vazquez diſput.132. cap.3.Valentia diſput.6.quæſtio. 12. puncto. 1. Bellarmin.5 de amiſſione gratiæ cap.19. Turrianus epiſtola de peccato origin. *Azor* lib. 4.cap.26.& 27.Capreo.Caiet.Ferr.& Soto ſupra,probabilem putat Zumel quæſt.82. art. 3. diſput. 2. concluſione. 4. Probatur. ¶ Primo, quia originale peccatum eſt mors animæ, ex Triden.& Araus.ſupra, ſola autem priuatio gratiæ, vel etiam charitatis eſt mors animæ, quia ſoli iſti habitus ſunt vita animæ: ergo. ¶ Secundo nihil eſt in puero,propter quod ſit dignus ira & odio *Dei*, & pœna æterna, niſi priuatio gratiæ,vel etiam charitatis:ergo hæc eſt peccatum originale, nam peccatum originale eſt id quod reddit hominem dignum prædictis. ¶ Tertio peccatum habituale perſonale eſt priuatio gratiæ orta ex actu proprio: ergo originale eſt priuatio gratię orta ex actu *A*dæ. Conſequentia tenet ex paritate rationis, & quia peccatum habituale, quod in Adam fuit perſonale,transfuſum ad poſteros eſt originale. ¶ Quarto peccatum habituale eſt priuatio formæ iuſtificantis, nam per illam tollitur, vt priuatio per habitum, ſed gratia eſt forma iuſtificans ex Tridentino ſeſſio.6.ergo. ¶ Quinto,quia ſicut actuale eſt priuatio rectitudinis actualis, ita habituale,habitualis ſupernaturalis, ſcilicet gratiæ.

¶ Sexto, Quia nihil aliud videtur eſſe in paruulo,quod poſſit dici peccatum originale,non enim eſt reatus, nec aliquid aliud poſitiuum reale,vel rationis,quia malum formaliter in ſola priuatione conſiſtit, nec vero eſt priuatio doni ſubijcientis carnem animæ: ergo erit priuatio gratiæ. Confir. nam gratia erat radix illius doni iuxta D. Thom. 1. part. quæſt. 95 art.1.& quæſt.100.ar.1. ad ſecundum Caietanũ ibi,Sotum illo cap.5.& 9.Durand.2. diſt.21.quæſt 5.& alios communiter ex Aug. 2.contra Pelagiũ & Cæleſt. cap.35.ergo ſimiliter radix priuationis illius doni eſt priuatio gratiæ:ergo in hac priuatione gratiæ conſiſtit origin. debet enim conſiſtere in priuatione primi doni ſupernaturalis reddente hominem dignum priuatione reliquorum. ¶ Septimo, peccatum originale conſiſtit in priuatione,quę per baptiſmum.1.&per ſe tollitur,hæc autem eſt priuatio gratiæ:ergo:minor probatur quia.1.effectus baptiſmi eſt gratia regenerationis,vnde ſeſſ. 5. can.4. dicitur, paruulos baptizari,vt in ipſis regeneratione mundetur quod generatione contraxerunt & canone.5. per baptiſmum,tolli totum id quod habet veram & propriam rationem peccati,& ſeſſ.14. cap.2.baptiſmum à peccatis abluere, nempe ab originali & ab actualibus commiſsis ante baptiſmũ,& Dioniſ.c.2.Eccl..Hier.p.3.ait, per baptiſmũ expelli ſtatũ,ſeu habitũ diſſimilidinis.ideſt peccatũ originale,quod eſt priuatio gratiæ per quam anima aſſimilatur Deo.

Sed contra præcedentia arguitur. Primo,

 39

quia priuatio iuſtitiæ originalis eſt pœna & effectus peccati originalis, vt cauſæ meritoriæ:ergo non eſt ipſum peccatum originale antecedens patet ex D.Tho.q.85.art.5. & quæſtione. 87.articu.7. 2.2. quæſtione.164. articulo.1.corpore,& ad.4.de malo quæſt.5. artic.4. ¶Secundò priuatio iuſtitiæ orig. licet non ſit pœna peccati originalis, ſaltem eſt pœna peccati Adæ:ergo eſt à Deo expoliante hominem iuſtitia propter peccatum: ergo ipſa non eſt peccatum,alioqui peccatum eſſet á Deo. ¶ Tertio peccatum & malum morale actuale conſiſtit in poſitiuo:ergo & habituale ſiue perſonale,ſiue originale,quod hoc argumento conceſſit Zumel quæſt. 82. artic.3. diſputat.1.dubio annexo concluſ. 2. quamuis ibidem & alijs locis dicat conſiſtere in priuatione, vt referemus. ¶ Quarto peccatum eſt trãſgreſſio legis ſeu dictũ,factum,vel cõcupitũ cõtra legẽ.ex Auguſt.22.contra Fauſt.c.27. ſed priuatio gratiæ non eſt huiuſmodi: ergo. ¶ Quintò,ſi Deus poſteris Adæ nullam in eo habitum promiſiſſet,ſed gloriam tantum dependenter ab eius innocentia, & ipſe eam nõ ſeruaret.poſteri contraherent originale, & non priuationem alicuius habitus: ergo peccatum originale in nullius habitus priuatione conſiſtit. ¶ Sexto,carentia iuſtitiæ in pueto non eſt priuatio moralis, cum non debuerit,nec potuerit iuſtitiam habere: ergo talis carentia non eſt culpa,quia culpa in vera priuatione morali conſiſtit. ¶ Septimo, ſi carentia gratiæ in puero eſt peccatum: ergo & charitatis carentia, & omnium aliorum donorum,quæ haberet ſi Adam non peccaret,& ſic in eo eſſent multa peccata origina. ¶ Octauo, ſi carentia gratiæ in paruulis propter peccatum Adæ eſt in paruulo peccatum habituale:ergo,& in nobis propter peccata propria:conſequens eſt falſum: ergo ſequela patet ex paritate rationis, falſitas vero conſequentis probatur,quia vltra priuationem gratiæ,quæ non eſſet in puris naturalibus eſt modo id quod tunc eſſet peccatũ habituale,ac proinde etiam nunc eſt peccatũ habituale: erit ergo in nobis duplex peccatum habituale. Item ſi priuatio gratiæ eſſet peccatum habituale,in vno homine vnicum tantum eſſet peccatum habituale etiam ſi plures actus malos fecerit, quia in vno homine vnica tm̃ eſt priuatio gratiæ,item omnia peccata habitualia eſſent æqualia, quia priuatio gratiæ eſt æqualis:hęc autẽ abſurda ſunt:ergo

40 Propter aliqua ex his quidam dicunt, peccatum habituale perſonale, aut originale non conſiſtere in priuatione alicuius doni habitualis,ſed in reatu. Qui tamen iam rejecti ſunt,Alij vt Ocham quodlib.3. quæſtione.9.dicunt, peccatum originale complete conſiſtere in priuatione qualitatis gratiæ, & in priuatione iuris ad gloriam, in qua ſecunda tantum conſiſteret, ſi Deus poſteris Adæ non promiſiſſet qualitatem gratiæ dependenter ab eius innocentia, & tunc poſſet remitti complete ſine qualitate gratiæ, per extrinſecam condonationem, nunc vero non. Qui modus dicendi valde probabilis eſt:ſed nõ omnino ſatisfacit:quia vel ius ad ad gloriam ſumitur pro relatione rationis ad ipſam gloriam, & ſic priuatio illius iuris, non eſt de ratione peccati originalis, alioqui originale conſiſteret in priuatione perfectionis fictæ: vel ſumitur pro fundamento proximo talis relationis, nempe Deum iuſte facturum ſi gloriam conferat, & ſic priuatio illius iuris ſupponit peccatum habituale, ratione cuius aliquis eſt indignus gloria, & caret iure ad illam: ergo in priuatione talis iuris non conſiſtit peccatum habituale. Alij vt Zumel quæſtione.82.articulo.3.diſputatio.1. ad primum, & diſputatio. 2. concluſione.5. & 6. tribuentes Medinæ, eadem. q. dicunt, peccatum originale non cõſiſtere in priuatione alicuius qualitatis, vel effectus formalis ipſius, ſed in deformitate, ſeu in priuatione conformitatis ad legem, quam primo ſuo peccato tranſgreſſus eſt Adam,quę priuatio in eom anſit per modum termini tranſeunte actu malo,eſtque auerſio habitualis à Deo, & eius lege, & conuerſio habitualis ad creaturam,ſeu bonum commutabile diſſonum rationi.

Hanc opinionem reijcit Vazquez diſputatio.132.capite quinto & ſexto, & certe Zumel nunquam ta is explicat,quid ſit illa habitualis conuerſio,& auerſio, expreſſe enim negat eſſe habitum realem poſitiuum illo dubio annexo concluſione. 2. & merito, quia ſic non conſiſteret in priuatione, quod eſt contra ipſum, & fere omnes, & contra veritatem, maxime cum habitus per actum Adæ genitus, non fuerit peccatum in ipſo ſicut nec habitus, quos actibus noſtris malis acquirimus peccata ſunt, & licet ille habitus fuiſſet peccatum, non tamen fuit ad nos per originem, transfuſus, nec vero ſentit Zumel,conuerſionem & auerſionem, in qua origina. formaliter conſiſtit,eſſe relationem, quia docet originale conſiſtere in priuatione,& ſi vellet eſſe relationem rationis,faceret originale quid fictum. Si vero relationem realem prædicamentalem, abſurdum doceret, quia ex actuali peccato nulla relatio realis prædicamentalis reſultat ad legem, vel eius tranſgreſſionem, ſeu violationem, quæ maneat per modum 41

habi-

habitus, nam relatio realis predicamentalis tantum eſt ad res Phyſice exiſtentes. Elicet ea relatio fuiſſet in Adam, non tamẽ tranſmitteretur ad poſteros, nec tolleretur per extrinſecam condonationem, aut iuſtitiam inhærentem, quibus tamen tollitur origina. peccatum; ergo illa non eſt peccatum origina. ſi vero dicatur, illam eſſe relationem realem traſcendentalem, fere eædem difficultates inſurgunt, & neceſſum eſt Deum fateri authorem peccati, quia eſt cauſa omnis poſitiui, & ponere habitum realem poſitiuũ ſuperadditum potentiæ, quia illa relatio tranſcendens non poſſet collocari, niſi in prædicamento qualitatis, & in ea eius ſpecie, quæ dicitur habitus: ſolum ergo reſtat, vt dicatur, illam conuerſionem & auerſioné habitualem eſſe denominationem extrinſecam ſumptam à peccato *Adæ*, & in ea ſola non poſſe origina. conſiſtere certum eſt, tum quia nunquam tolli poteſt, tum quia originale eſt aliquid nobis inhærens. Addendum ergo aliquid eſt, nempe nos in Adam peccaſſe, & non fuiſſe nobis remiſſum tale peccatum, nec conuenientem ſatisfactionem pro illo feciſſe, & ſic moraliter manere iniurios & iniquos, & quia totum hoc phyſice eſt denominatio extrinſeca, addendum eſt peccatum Adæ manere etiam in nobis ſecundum priuationem gratiæ, & ita peccatum originale ſupponere poteſt pro peccato Adæ cõnotãdo omnia præcedétia & ꝓ priuatione gratiæ, connotando peccatum Adæ non condonatum, nec compenſatum. ¶ Primam ſuppoſitionem docet Medina quæſtione.82.articulo.1.parte.2.ad primum & ſecundum poſt.6.concluſionem, Zumel concluſione.1.3. & 7. & articulo.3. concluſione. 6. Cuner.de peccato origina. capite. 6. Bellarmi.5. de amiſſione gratiæ capite.17. dicens, ſi peccatum pro actione contra legem accipiatur, primam *Adæ* præuaricationem peccatum originale eſt, quia omnium noſtrum eſſe cenſetur, quod probat ex Roman.3. omnes peccauerunt, & Roman. 5. in quo omnes peccauerunt, Auguſtinus.1. de peccatorum meritis lib.3.cap.7.16. ciuit.cap.27. Epiſt.23. ad Bonif. 89. Ad Hilar.q.3.1.retract. c.15. Pſalm 118. concione. 25. Baſil. oratione.1. de ieiunio Nazi. orat. de natali Domini, Ambroſ. Lucæ. 15. Bernard. Domi.1. poſt octauam Epiphania ſerm.1.

42 Secundam vero ſuppoſitionem docet Medina parte. 2. illius artic. præſertim vltimis verbis: in prima ſuppoſitione peccatum origina. ſupponit pro conuerſione & auerſione habituali: in ſecunda vero illam connotat, idem proportionaliter dico de peccato habituali perſonali. Sed aduerte. 4. modis poſſe nobis condonari peccatum noſtrum actuale, vel capitis: primò complete quantũ ad omnes pœnas, & talis condonatio deſtruit totaliter culpam habitualem. Secundò ita vt propter illud velit *Deus* non me priuare qualitate gratiæ, manere tamen fomitem, & obligationem moriendi, &c. & talis condonatio deſtruit totam eſſentiam peccati originalis, ita vt nihil relinquat ad eius eſſentiam ſufficiens, quia tunc nihil manet ratione cuius homo ſit dignus priuatione beatitudinis, & ita non manet peccatum lethale origina. nec perſonale, quia lethale eſt, quo homo redditur dignus carentia beatitudinis naturalis, vel ſupernaturalis, vel vtriuſque. Tertio, ita vt *Deus* velit propter illud immediate me non priuare beatitudine, bene tamen qualitate gratiæ, & tunc non delebitur peccatum habituale, quia quando priuor uel iuſte priuari poſſum qualitate gratiæ propter peccatum proprium, vel capitis, ſiue re ipſa priuer tali qualitate, ſiue non ſemper ſum dignus odio in ordine ad beatitudinem: ergo habeo peccatum habituale, quare ſi Deus poſt peccatum actuale proprium, vel capitis nollet cedere iuri, quod habet ad priuandum me qualitate gratiæ propter peccatum proprium, vel capitis, licet illam mihi relinqueret propter aliam rationem congruentem; adhuc manerem in peccato habituali, quia haberem aliquid, ratione cuius eſſem dignus priuatione beatitudinis, nec qualitas gratiæ reddit me dignum beatitudine, donec Deus cedat iuri priuandi me beatitudine propter peccatum proprium, vel capitis. Quarto, ita vt Deus propter tale peccatum nolit me priuare qualitate gratiæ: bene tamen beatitudine, & tunc manebit in me peccatum habituale, quia dignus manebo priuatione beatitudinis, non propter carentiam qualitatis gratiæ, ſed propter peccatum proprium, vel capitis non dum condonatum quoad pœnam carendi beatitudine, iuxta quem Theologizandi modum peccatum habituale, etiam ſine actuali, poteſt eſſe ſimul de potentia abſoluta cum qualitate gratiæ, ſi(?) nimirum ſi Deus ponat, vel conſeruet in nobis talem qualitatem, non cedendo iuri tollendi eam, vel beatitudinem propter peccatum proprium, vel capitis. Secundo poteſt nunc de potentia abſoluta remitti peccatum ſine qualitate gratiæ per hoc ſolum, quod Deus cedat iuri, quod ex peccato actuali proprio, vel capitis, habet ad priuandum me qualitate gratiæ, & beatitudine, vel iure dominij perfecti me priuet qualitate gratiæ, vel etiam beatitudine non in pœnam pecc. actualis proprij, vel capitis.

43 Alia multa de remiſſione peccati originalis habet Azor lib.4.cap 34. quæſtio. 1. vbi inter alia docet,falſam eſſe opinionem Magiſtri.4. diſtin.1.& Gloſſæ cap. quod autem de conſecratione diſt.4 aſſerentium.quod per circuncisionem delebatur originale ſine qualitate gratiæ,& non eſſe recipiendam aliam opinionem dicentium,quod per circuncisionem nõ delebarur originale.Item falſam eſſe ſententiam aſſerentium, ante circuncisionem nullũ fuiſſe paruulis remediũ orig pecc.falſam quoque eſſe aliam ſententiam,quæ aſſerebat, ſolam fidem parentum ſine vllo ſigno externo, tunc ſuffeciſſe, & aliam quæ aſſerebat, paruulos iuſtificari per baptiſ.ſine infuſione habituum.

44 Ad.1.ergo argum.Reſpon.priuationem iuſtitiæ origin.ſumptæ pro gratia ſubijciente habitualiter animam Deo,non eſſe pœnam nec effectum pecca.orig. bene tamen peccati Adæ,ita Bellarmi.5.de amiſſione gratiæ. c.10. Azor lib.4.cap.27.ad.2.& quidem quòd priuatio gratiæ non ſit pœna peccat.original.affirmat Vazq.diſp.132.c.10.& de priuatione iuſtitiæ origin.idem ait Alenſis.2. par. quæſtione. 105.alias 122.membro.2.artic.4.licet de priuatione doni ſubijcientis carnem animæ merito doceat Bellarmin.eſſe pœnam origin. vt colligitur ex Auguſtin.13.ciuita. cap.13. lib.14. cap.15.libro.15. cap.6. primo de nuptijs cap.6. 5.in Iulia,cap.8. quod vero priuatio gratiæ ſit pœna peccati Adæ, ſumitur ex Alenſi ſupra, & D.Thom.quæſtione 83. articulo. 1. & 3. & quæſtione.81. articulo.2. & docent aliqui apud Zumel quæſtione.82.articulo.3.diſput.4. concluſ.4.

Ad.2.Reſpondent Bellar.& Azor,gratiam non proprie à *Deo* tolli,ſed ab homine cuius peccatum actuale non ſolum meritorie, ſed etiam effectiue deſtruit charitatem, iuxta D. Thom.2.2.quæſtione.24.articulo. 10. vt cum quis ſe auertit à ſole, à ſe tenebriſcit,non à ſole.Sed non placet,quia peccatum actuale nũ deſtruit Phyſice gratiam,vel charitatem proprij ſubiecti,vt in ſuperioribus oſtendi, licet oppoſitum aliqui docuerint, quos ſequitur Azor libro.4. capite. 14. & multo minus gratiam alieni ſubiecti, præſertim non exiſtentis:ergo malus actus Adæ, nec ab illo, nec à poſteris aufert Phyſice gratiam. Deus ergo eſt qui effectiue illam auffert in pœnam peccati. ¶ Confirmatur quia omnis pœna eſt ſimpliciter à Deo, licet non tanquam à prima radice,ſed præcedente culpa noſtra, ideò D.Thom. de malo, quæſtione. 4. articulo. 1. ad.11.ait, quod animæ nunc. non infundatur iuſtitia origin. non eſt ex parte Dei, ſed ex parte naturæ humanæ, in qua inuenitur contrarium prohibens: eadem autem priuatio gratiæ, vt culpa eſt, inuoluit actuale peccatum Adæ, ex quo capit rationem voluntariæ et culpabilis,et ideo ſicut peccatum Adæ non eſt proprie et ſimpliciter à Deo, ita nec peccatum originale, vt docet Vazquez diſputatione. 133. cap.1.& 2. 45

Ad tertium. Primo negatur antecedens. 2. conſeq. quia peccatum habituali eſt effectus peccati actualis: et ideo licet actuale conſiſteret in poſitiuo (quod tamẽ nego) poſſet habituale in priuatione conſiſtere,quod tamen connotat actionem prauam propriam,vel capitis.

Ad.4.Reſpond peccatũ actuale eſſe tranſgreſſionem actualẽ,habituale vero habitualem connotando tranſgreſſionem actualem propriam, vel capitis, aut eſſe ipſam tranſgreſsionem propriam,vel capitis connotando priuationem gratiæ Reſpond.2. cum Cunero de peccato originali cap.6.omne peccatum actuale eſſe deuiationem à lege præcipiente,habituale vero à lege ſtatuente,et diſponente de fine ſeu carentia gratiæ, quæ ſecundum legem et regulam diuinam neceſsaria eſt ad beatitudinem.

Ad. 5. Reſpondetur in euentu argumenti peccatum originale fore tranſgreſſionem capiris extrinſece denominantem mẽbra quádiu non condonatur, nec compenſatur pro illis,modo vero vltra hoc addit priuationem gratiæ,ſine qua peccatum Adæ non inferret nobis priuationem gloriæ,quia Deus voluit, neminem potiri gloria ſine gratia.

Ad.6.Reſpoud. ad priuationem moralem ſatis eſse,quod gracia fuerit in poteſtat pueri, vel capiris ipſius.

Ad.7.Reſpõdetur, ſi gratia et charitas ſunt Phyſice idem habitus,pecc. originale, non ſolum eſse priuationem gratiæ,ſed etiã charitatis,vt ex eodem fundamento docet Vaz. diſput.132.cap.9.et 10.addens, idem eſſe dicendum,etiam ſi ponantur differre Phyſice, quia moraliter idem cenſentur,eo quod vtraque eſt vita animæ.Vnde ſicut non eſt magis iuſtus aliquis ex eo quod habeat gratiam et charitatem ſimul,quam ſi alteram tantũ haberet,ita nec magis peccaror,ſi vtraq. careat, quam ſi altera tantum careret.2. Reſpõdetur ſolam gratiam eſse,ratione cuius amatur aliquis ad beatitudinem: ideoque ſolam priuationem gratiæ,et non charitatis eſse,ratione cuius odio habetur et propterea in ſola priuatione gratiæ peccatum origin. eſsentialiter conſiſtit, licet integraliter, forte etiam conſiſtat in priuatione ſpecialis doni iuſtitiæ originalis et charitatis,reliquarumque virtutem et donorum. 46

Ad.8.Reſpondetur,etiam peccatum habituele perſonale conſiſtere in priuatione gratiæ,

gratiæ,quæ tamen priuatio cum eo, quod eſ-
ſet peccatũ habituale in puris naturalibus,
non conſtituit duo habitualia peccata, ſed
vnicum,quia priuatio per ſe ſine illo alio nõ
eſt peccatum habituale,illud vero aliud ſine
priuatione,licet habeat eſſentiam peccati ha
bitualis, non tamen habet modo integrita-
tem,de qua re Vazquez diſp.139. c.4. vbi pro-
bat,peccatum habituale perſonale non conſi
ſtere in ſola priuatione gratiæ,ſed in ea,& in
illo alio,quod in puris naturalibus eſſet pec-
catum habituale perſonale,illa autem priua-
tio connotando vnum actum malum, prop-
ter quem producta eſt, aut conſeruatur, eſt
peccatum habituale furti; connotando vero
alium actum eſt peccatum habituale homici
dij,&c.Sic in eodem eſſe poſſunt plura habi-
tualia peccata,& in vno maiora, quam in a-
lio.Per quod patet ad cõfirmationem,ſed de
peccato habituali perſonali diſſeretur cum
D.Tho.quæſtione.86.vide etiam Azor lib.4.
capite.24.

SECTIO. IIII.

Continens varias quæſtiones quibus natura origin. peccati amplius explicatur.

quæſt. 1.Vtrum peccatum origi-nale ſit proprie peccatum.

47 ZVInglius apud Salmer.Rom.5.diſ
put.45.initio,dixit in paruulis ni-
hil eſſe quod proprie ſit peccatũ,
ſed tantum eſſe in illis defectum
quendam naturæ, vt eſſe Strabum, aut Bal-
bum,Pighius controuer.1.de peccat. origina.
Gatherin.opuſc.de peccat.origin. diſput.5. &
ſequentibus,quamuis peccatum actuale Adæ
dicant eſſe originale paruulis: tamen nihil
ipſis ineſſe putant, quod proprie ſit pecca-
tum,Osius.7.inſt.ante medium ait, Orig. ſo-
lum eſſe quendam errorem inuoluntarium,
& minime imputabilem, qui eſſet in puris
naturalibus:ſed tunc non eſſet pœna peccati
primi parentis,vt modo Pariſi.tract. de vitijs
capite.3.& Altiſ.lib.2.tractatu.27.licet ponãt
originale in pueris,tamen cum negent impu
tari,videntur auferre ab eo propriam ratio-
nem peccati.Duran.autem 2. diſtin. 30. quæ-
ſtione. 2. numero.6. Duran. articulo.2. con-
tra Calui.§ ex his videbimus Eraſ. Rom.5.Hy
bernicus quidã apud Palac.2.diſ.30.diſp.1.ab-

ſolute ad quęſt. Reſpõdent negatiue: idemq.
de peccato habituali perſonali ſentit Abu-
lenſ parte. 1. de ſenſorij, cap. 4. & ſequenti-
bus. Ratio Durand. eſt quia origin non eſt
proprie voluntarium in paruulo. Confirma.
1. ex D. Thom.quæſt.21. artic 1 2. & 3.dicente,
peccatum proprie eſſe defectum in opera-
tione, ſed originale non eſt defectus in ope-
ratione:ergo.Confirm.2. quia ſi eſſet proprie
peccatum,eſſet proprie culpa,id vero negant
non ſolum citati,ſed alij apud Magiſtr.2. diſt.
30. cap. 5. ſuaderique poteſt,quia ob culpam
culpandus,increpandus, & reprehendendus
eſt homo, paruuli autem propter origin.non
ſint increpatione, & reprehenſione digni,
nam quæ in poteſtate noſtra non ſunt,repre-
henſione digna non ſunt.3. Ethicorum. ca-
pit. 5.

Certum eſt tamen ex fide eſſe proprie pec-
catum, vt docet Cather. de peccato origin. 48
cap.1. in fine,& cap.2. Bellarm. 4. de amiſſio-
ne gratiæ,cap.1. Valentia diſputat. 6.quæſtio.
11. puncto.1. Vazquez diſputatio.131. capit. 2.
Azor lib.4. capit.27. Palac. ſupra, Soto. 1. na-
turæ,cap.8. Anſelm. de conceptu Virgin.cap.
3.& ſequentib.Probatur ex Triden.ſeſſion.5.
can.2.vbi ex Araus.2. can.2.ait, in paruulis eſ-
ſe peccatum, quod eſt mors animæ, & can.
4. ex Mileui. capit.2. veraciter paruulos in re
miſſionem peccatorum baptizari, & cano-
ne.5. Siquis aſſerit non tolli totum, id quod
veram, & propriam rationem peccati ha-
bet,anathema ſit, & alioqui contra ſcriptu-
ram,concilia,& PP.abſolute dicendum eſſet
in paruulis non eſſe peccatum, quia quod
non eſt proprie tale, non eſt ſimpliciter ta-
le. Item paruuli vere puniuntur æterna pœ-
na:hæc autem peccato reſpondet:ergo.

Ad argumentum Reſpondetur, ad pecca- 49
tum habituale proprie dictum ſufficere eſſe
voluntarium voluntate propria, vel capi-
tis moralis de qua re multa D. Thom. Medi.
Caietanus, & alij,quæſt. 81. art. 1. Zumel ibi,
diſputat.2. Vazquez diſputa. 131. capit. 2. Bel-
larmin. 4. de amiſſione gratiæ cap. 10.obiec-
tione.3. Valentia diſputat.6.quæſtion.11 pun-
cto. 1. ad primum, Cuner. de peccat. origin.
capit.6. Ficinus de chriſtiana religione, cap.
33. Oriand. 2. diſt. 31. propoſit. 4. Solum nota,
cum dixit Auguſt. 3. in Iulian. cap. 5. paruu-
los non habere propria peccata, non velle
quod ſint improprie dicta,vel omnino alie-
na: ſed ſolum non eſſe propria voluntate cõ
tracta:ſic.16.ciuitat.cap.27. dixit,non habere,
peccatum ſecundum ſuæ vitæ proprietatem.

Ad 1. confirmationem. Repondetur. 1. ad
peccatum proprie dictum ſatis eſſe ſi ſit
defectus ortus ex operatione,ſic enim mõſ-
tra dicuntur proprie peccata naturæ, ita Vaz.

diſp.132.cap.10.ad.5. ¶ Reſpond.2.orig peccatum includere piaι am operationem Adæ, & pro illa ſupponere poſſe,vt ſect.præcedenti dicebamus. Ad.2.cõfirmationem aliqui iuniores apud Azor.ſupra,tenent,originale eſſe quidem proprie peccatum iniuſtitiam,& iniquitatem, non vero culpa n ſcelus aut crimen,ita Oſor.7. iuſtitiæ. Azor tamen merito tenet eſſe proprie culpam,ſic enim appellatur à *D.* Gregor.9. moral. cap.16. & homil. 39. in Euangel. *A*uguſtin. in id Pſalm. 50, Ecce in iniquitatibus, &c. & 2. Hypognoſt. & de natura & gratia, cap. 4. Sexto contra Iulian. capit.3. & 4. lib. contra duas epiſtol.Pelagia. ca.4. Proſper. ad obiectionem quartam Vincentianam gloſſa in id Exodi. 13. primogenitum aſinæ, &c. Magiſt. 2. d. 30. cap.7.& quia in moralibus culpa, & peccatum idẽ ſunt, & quia pœna reſpondet culpæ pro peccato autẽ origin.inſlingitur pœna,& denique, quia ſola culpa facit ira dignum, peccatum autem origin.facit ira dignum,ex Paul.Epheſ 2. *A*uguſtin. de fide ad Petrum, cap.26. & refertur, cap. firmiſſime,de conſecratione diſt. 4. Vnde male Durand. 2. diſtinct. 33. quæſt. 3. ait, pueros priuari viſione diuina ex culpa *A*dæ nnn propria,& 4. diſtin. 42. quæſt. 7. pœnam paruulorum improprie dici pœnam, licet Oτandus. 2.diſtinct. 30. propoſ. 2. exponat Durand. ex eadem d. quæſt. 2. vt ſolum velit origin.non eſſe proprie culpam comparatione actualis,ideſt,lõge minus proprie eſſe culpam. *A*d confirmationem ergo Reſpond. non eſſe de ratione culpæ, vt propter illam culpari,reprehendi,increparique homo poſſit,ſed ſatis eſt,ſi propter eam ſit dignus æterna pœna increparique poſſit morale caput ipſius. Male ergo Richard.2. diſt. 30. artic. 1. quæſt. 1. ad. 3. abſolute concedit puerum increpari poſſe ob originale, melius *A*zor illa quæſt.1.D. Tho. quæſt.81. artic.1. ad.5. Scot. 2. diſt.32.quæſt. 1. § ad argumenta quæſtionum ad penultim. dicunt non eſſe increpandum in ſe,ſed in capite,& Vazquez diſput.131. cap. 3.ſolum eſſe increpandum increpatione conſiſtente in pœna damni, quæ tamen non eſt proprie increpatio.

50 Q. 2. V.peccatum dicatur vniuoce de originali,& alijs?

Capreol.2. diſt. 30.quæſt.1. artic.3.ad argumenta Durandi contra 2. concluſion. putat dici æquiuoce. Richard.vero d.32 a 3.q.2.analogice: *A*zor illo ca 29. q.3 ait,non dici analogice per extrinſecam denominationẽ tãtũ ſicut medicina ſana : bene tñ analogia attributionis proprie dictæ,& per intrinſecam denominationem. Vazq. vero diſp.132. in fine, ait,dici vniuoce,quia omnia peccata conueniunt in rõe diſſonantiæ ad naturã rationalẽ, ſed alibi originale conſtituit formaliter in priuatione,priuationi vero & relationi rationis,nihil eſt commune vniuoce:ergo, &c. Ego problema puto,poſſeq.dici vtrũlibet: ſẽper tamen concedendum eſt originale eſſe proprie peccatum,ſicut creatura eſt proprie ens, licet in eo nomine analogice tantum cum Deo conueniat.

Quæſt.3. Vtrum peccatum originale ſit habitus. 51

*D.*Tho.q.81.ar.1.docet, ratione materialis, ſcilicet concupiſcentiæ eſſe habitum, quod tenet Caiet.ibi,& q.82.ar.1.dub.2. Azór illo.c. 29.q. 4. ſed hoc dubium eſt quia vt oſtendi, ſect. præcedenti & fatetur ipſe Azor.q.5.contra D Tho.q.81.ar.3.Bonauen.2.d 30.art.2.q.5. Richard.d.32.ar.1.q.1.Alenſ.2.par.q.105.membro.2.ar.3.& alios veteres Theologos origm. nõ ſupponit pro cõcupiſcentia,ſed pro priuatione iuſtitiæ,& licet ſupponeret pro cõcupiſcẽtia, nõ eſſet proprie habitus,ſed impτnprie quia concupiſcentia, non eſt aliquid poſitiuum ſuperadditum potentijs,vt fatentur Caietanus contra Medi.& alij. q 81. ar.1. Zumel, q.82.ar.3 diſp.1.dub.annexo cnn.1.Sotus.1. naturæ.c.13.Azor illa. q.4. Capreo. Fert. & alij, potentia vero non eſt proprie habitus : ergo. Formaliter autem originale eſſe habitum priuatiuum,ait, Azor ibi cum Capreol.2.d.30.q. 1.ar.1.con.3.vbi tamen Capreolus,licet fateatur, non eſſe proprie habitum operatiuum concedere tamen videtur,ratione materialis eſſe proprie habitum non operatiuum,ſicut ægritudo.

Quæſt.4. An in originali peccato ſit conerſio & auerſio. 52

Capre.2.d.30.q.1.ar.3.ad arg.Duran. contra tertiam concluſionem affirmat, Alenſ. vero illo ar.3.hæc duo in orig.non diſtinguit.Azor illo.c.29.q.6.ait, non habere conuerſionem, niſi dicatur ſupponere pro concupiſcentia quomodo conuerſionem in eo ponunt Alen. illo memb.2.ar.2.Duran.2.d.30, quæſt.2. Alber.a.1.ad.3.pro.3. via, ſed iam dixi non poſſe ſupponere per concupiſcentia. Addo tamen ſupponere poſſe pro peccato actuali Adæ, vt dixi ſup. ante ſolutionem arg.& ſic includere

Digitized by Google

te conuerſionem,qua ratione verum eſſe poteſt,quod ait,Zumel.q.82.ar.3.diſp.1.dub. annexo,& diſp.2.poſt.6.concluſionem, non eſſe tutum dicere, hominem in originali non eſſe magis conuerſum ad creaturam , quam in puris naturalibus, quamuis certe hæc conuer uerſio non ſit pueri,ſed Adæ,& ſi Zumel voluit dicere,hominem nunc habere maiorem inclinationem ad malum , quam in pura natura fallitur,vt bene Medina.q.82.art.1.Vazq. diſp.132.c.9.Pighius cotrou.1.

53 Quæſt. 5. An originale auertat à fine naturali.

Azor illa.q.6.refert,aſſerentes ſolum auertere à fine ſupernaturali.qui quamuis ab illo reijciantur:tamen ſi velint non priuare beatitudine naturali , quo ad perfectiones poſitiuas illius,verum dicunt,vt poſtea videbimus: fatendum tamen eſt auertere à fine naturali, quatenus priuat gratia, & charitate, quibus impleri poſſunt etiam præcepta ordinata ad Deum vt finem naturæ , & obtineri poteſt etiam finis naturalis , & ſine quibus non erit carentia peccati, quæ eſt de eſſenta beatitunis naturalis.

54 Quæſt.6.An peccatum originale in vno ſit vnum tantum.

Reſpon.affirmatiue cum *D.*Tho.q.82.ar.2. & ar.4.ad.1.Caiet.ibi Vazq.diſput.182.c.9. Richard.2.d.33.ar.2.q.2.Viguerio , & alijs communiter,quia in vno vna tantum eſt priuatio & propter eandem cauſam,ſcilicet.1. peccatũ Adæ,quod licet fortaſſe habuerit plures deformitates.tamen non ideo peccatum originale dicẽdum eſt formaliter multiplex , quia nihil refert à priuandũ poſteros gratia, quod primũ peccatum Adæ fuerit formaliter multiplex,vel vnicum, maius vel minus.

55 Quæſt.7.An originale peccatum ſit æquale in omnibus.

Reſponderur affirmatiue cum D. Thom. q.82.ar.4. Anſel.de conceptu virgin. cap.26. Bonauen.2.d.32.ar.2.q.1.Richar.ar.2. q.1. Vaz. diſp 132.c 9.par.3.quia priuatio eſt æqualis & ab æquali cauſa,nec obſtat concupiſcentiam eſſe inæqualem,quia hæc materialiter tantũ ſe habet ad originale,vt notat Vazquez cum D.Tho.illo art.4.ad.1.Imo in noſtra opinione nec materialiter ſe habet,quia peccatnm originale non ſupponit pro concupiſcentia,ſed pro priuatione iuſtitiæ.

SECTIO. V.

Quomodo contrahatur peccatum originale,vbi variæ agitantur quæſtiones.

Quæſt.1.An ſi aliquis miraculoſe ex humana carne formaretur, contraheret originale.

HEnriq.quodl.1.q.21. Altiſiod. lib.2. tract.27. c.3.ad.2.affirmant,niſi caro illa prius miraculoſe purgaretur à qualitate morbida infectura animam,ſed iam qualitates morbidas reiecimus , & licet in carne illa daretur qualitas morbida,tamen quando ex illa formaretur aliquis miraculoſe qualitas illa deſtrueretur,nec eſſet á quo reproduceretur:ergo caro illa animam non inficeret:ſic ergo illum non contracturum originale,tenet D.Tho. & omnes.q 81.ar.4.Gab.2.d.30.q.1.ar.2.con.1 Palac. q.1. Carthuſ.q.4. *Duran.* d.31. q.2. Angles.q.1. difficul.6.Richar.ar.2.q.2,ad.1. Scot. diſt. 32.§. quantum ad. 3. Marſi.2. q.19.par.3. Azor lib. 4.c.30.q.5.Alenſ.2.par.q.105. alias. 122. memb. 4.Vazquez diſp.133.c.3.Valen.diſp.6.q.11. pun. 2.Bellarmi. 4. de amiſſione gratiæ. cap.12. & alij communiter,quia Adam ſolum accepit iuſtitiam transfundendam in eos,qui ſeminali ratione,ſeu communi lege ab eo deſcenderent,vt oſtendit Anſelmus de conceptu virg. c.11.vſque ad.17.inde colligens Chriſtum originale non contraxiſſe,vt & Aug.10.Gen. ad litteram.c.19.& 20.& 2.contra Iulian. (vbi aducit Ambroſium) & lib.5.c.9.epiſt.89. q 3. de fide ad P.c.2.& 26.habetur c.firmiſsime de cõſecrat.d.4.vnde Trid.ſeſſ.6.c.3.ait,homines,niſi ex ſemine Adæ propagati naſcerentur non naſcerẽtur iniuſti.Hinc Vazq.colligit ſi quis ex ſemine Adæ , vt ex alia materia formaretur à *Deo* non contracturũ originale , non enim procederet ab Adam ſeminali rõe & cõmuni lege,& Alenſ.memb.5.ſi poſt peccatum Adæ formata ex eo fuiſſet Eua,non contracturam originale,ſi quis autem opera dæmonis incubi.(de quo Aug.15.ciuit.c.23.)generaretur contraheret originale , quia vere eſſet filius Adæ,& ex vi ſeminis ipſius,ab eoque ſeminaliter procederet,nam ſemen agit in virtute eius à quo de ſumptum eſt.Item ſi quis generaretur ab illis viris quorum ſterilitatem Deus miraculoſe abſtulit,originale contraheret,vt ait Anſelm.ſupra cap.16.quia ſuppoſito illo miraculo ſemen naturaliter agit in virtute ſeminantis. Sed quid ſi ex viro non deſcendente ab Adam fœmina conciperet. 56

Probabile eſt non contractatum, quia fœmina ſecundum D.Tho. Ariſtotelem, & alios, non cócurrit actiue: probabilius, tamé eſt oppoſitum, vel quia fœmina concurrit actiue, vt multi cum Gal. tenent, vel quia licet concurrat tantum paſsiue, tamen illo concurſus ſufficit, vt filij eius ſint Adæ filij via, communi, ac ſeminali ratione ab eo geniti.

57 Quæſt.2. An orti ex Adam & alijs parẽtibus iam iuſtificatis cõtrahant originale.

Reſpond. affirmatiue quia propter peccatum Adæ oriuntur ſine iuſtitia, quod reſpectu horum non dũ eſt remiſſum. Aug.1.de pecc. meritis.c.9.& lib.2.c.27.& 28.1.de nup. cap.24. in Iulian. c.9. Fulg. de fid.ad P.c.2. Hugo.ſumma Theolog tract.3.c.12. Beda lib. var. quæſt. q.14.tit.8. Magiſt.2.d.31. Bonau.ibi ar.2.q.1. *A*lenſ.2.par. q.105.alias 122. membro.4. D.Tho. q.81.ar.3.ad.2.& 3.p.q.31. ar. 7. Ægidius lib. de pecca.origin.c.6. Rationem reddunt, quia illi cum libidine & concupiſcentia eſſent geniti. Sed hęc ratio in rigore nulla eſt, vt docent, Bellarmin.illo c.12. Vazquez illo.c.3. Azor illo cap.30.q.1.& 6. Nam ſi naturaliter, vel miraculoſe aliqui generarentur ſine libidine parentum modo conciperentur ſine gratia, contraherent originale, quod de libidine actuali fatetur D.Tho.q.81.ar.4 ad.3. ſed de habituali quoque verum eſt, ſi autem generarétur in gratia, etiam cum libidine parétum, nõ contraherent originale. Item ſicut nihil refert, ipſos habere libidinem, ita neque cum parentum libidini generari: ratio ergo Aug. & aliorum pie exponatur, vt generari cum libidine indicet illos, eſſe poſteros *A*dæ, priuatosque iuſtitia propter eius peccatũ, ac proin de contrahere originale, quomodo autem iuſtus poſſit peccatorum generare, exemplis illuſtrat *A*ug.6.in Iulian.c 3.1.de nup. c.19. 3. de peccatorum meritis.c.8.& 9.*A*zor ilia. q.6.

58 quæſt.3. An ſi aliquis ex poſteris Adæ peccaret Adam non peccante, gigneret filios in peccato origin.

D.Tho.de malo quæſ.5.ar.4.ad.8. Scot.2.d. 32. quæſ.1. ad argumenta vltimæ quæſtionis Conta. hic quæſ. 81. artic 2.& vt aliqui refert, Sotus affirmãt: quia etiã poſteri pro ſe, & filijs ſuis iuſtitiam acciperent, idem Bergo. in tabula verbo Adam.n.71. Driedo, de captiu.tract 1.c.2. p.4.ad.1. poſt.4. concluſionem, Palac.2.d.29.diſp.vnica, & diſt.31. diſput. vnica, vtrum q. vt probabile relinquit Angles.2. d.31.difficult.4.in fine. ſed oppoſitum merito docent Medina quæſ.81.ar.5.dub.2. Zamel, d. 2.dubio.1.& 2.& ar.5. Valen. diſput.6. quæſ. 11. puncto. 3. Vazquez diſput.133.c.2. & 3. Alenſis quæſ. citata memb.3.ar.1. Catherinus de peccato origin.c.ultimo.§.vnde & decimo Herueus.2.d 30.q.1.ar.5. Capreol.d.31. Orlandus ibi propo.4. Bonauen d.33.ar.1.q.1. Richar. ar.1. q. 1. *D*urand.q.1.num.9, Anſelm.de concept.virg.n.c.23. Azor autem lib.4.cap.30.q.7.ait, nihil in hac re ex SS.aut PP.colligi põt, niſi ꝙ prior opinio maiori eſt Theolog.auctoritate firmat à poſteriorẽ tamẽ magis probo. Ego autem exiſtimo priorem eſſe minus communem, ſed neutram habere ſolida fundamenta & prioris quidem fundamenta facile diluuntur à Medina, Zamel, & alijs, poſterioris autem facili negocio dilui poſſunt. Vnde non video cur Vazquez, ita illi adheſerit, vt priorem fundamento carere putauerit, quæ quidem locũ non habet in opinione aſſerente. ſi *A*dã non peccaret, poſteros in gratia confirmandos, niſi illi excipiantur, qui ante eius peccatũ nati fuiſſent, ita vt tales etiam ipſo non peccante peccare poſſent, & filios gignere in originali. Secundam autem opinioné inſinuat D.Tho.q.81.ar.2.dicens, peccata proximorum parentum non traduci, quamuis exponi poteſt, ideò non traduci, quia omnes amiſerunt gratiam & iuſtitiam propter peccatum *A*dæ. Quod vero ait, D.Tho.ibi, quæſtionem illam aut peccata proximorum parentum traducantur in poſteros. propoſitam, & in ſolutam fuiſſe relictam ab Aug.in Enchirid.cap.45. & 46. & quod ait, Vazquez ab *A*ug. partem affirmantem probabilem reputatam fuiſſe, minus placet quam ꝙ ait Bellar.4.de amiſsione gratię.c.18. Auguſt.probabile putaſſe propter peccata proximorum parentum puniri filios in hac vita, aut minora beneficia accipere, quá ſi à parentibus iuſtis geniti fuiſſent, quod repetit Auguſtinus.6.contra Iuli.cap.vltimo, & docuit Leo epiſt.86.ad Nicetam: ad eandemque ſententiam acceſſiſſe videtur Gregor.15. mor.c.22.vide Cuner.lib.de peccato orig. c.8. qui & Bellar.alijque communiter recte etiá probant, ſolum primum peccatum Adæ traduci in poſteros, non alia eiuſdem, vel aliorum peccata.

Quæſt.4. Vtrum ſi Adam non peccaret, Eua peccante, filij contraherent originale. 59

Reſpondetur negatiue D Thom. quæſt.81. art.5. Caiet. Cont. Medina, Zamel, & alij ibi Vazquez q. diſput.133.c.3. Valen. illo puncto.2. Bellarmin.

Digitized by Google

Bellarmin. illo. c. 13. Azor illo cap. 30. quæſt. 9. Alexand. q. cit. memb. 3. at. 2. Duran. 2. d. 31. q. 2. Angles quæſ. 1. difficul. 7. *D.* Tho. quæſ. 7. art. 3. ad. 4. & alij communiter ex Anſelmo de concep. virgin. c. 9. quia ſolus Adam iuſtitiam, vt in poſteros transfundendam ſuſcepit, & alioqui ab Eua, quę primo peccauit, nō ab Adam traheremus pecca. contra id Rom. 5. in quo omnes peccauerunt, quod de Adam communiter intelligunt Patres, & contra id. 1. Cor. 5. ſicut in Adam omnes moriuntur, ex quibus ſequitur, Eua ſola peccante filios non contracturos mortem, & alios defectus quidquid dicat D. Tho. & *A*ltiſiod. apud Palac. 2. d. 31. diſput. 1. nam hi defectus ſolum comitantur originale, quod illi non contraherent & vitarentur per iuſtitiam originalem, quam illi retinerent, vnde merito D. Tho. de malo quæſ. 4. ar. 7. ad. 5. & hîc quæſ. 81. a. 5. ad. 2. reijcit quod 2. ſententiarum docuerat: & recte Aug. 15. c. ciuit. c. 2. ait, quod mors ſolis malis poſſet accidere: ergo qui non contraherent originale, non morerentur.

60 Quæſt. 5. Vtrum ſi ſolus Adam peccaret, & non Eua, filij contraherent peccatum.

Palac. 2. d. 30. q. 1. ait, ſicut ad generationem naturalem requiritur vir & fœmina, ſed vir præcipue, ita ad transfuſionem pecca. origin. quare *A*dam peccante, & non Eua, filij non contraherent originale. Sed hoc ſine fundamento dicitur, nam ad transfuſionem iuſtitiæ vir ſufficiebat; ſiquidem *E*ua ſola peccante filij naſcerentur iuſti: ergo & ad transfuſionem pecca. ita tenet *A*zor ſupra quæſtione. 10, D. Thom. illa ſolutione ad. 4. Alenſ. illo art. 2. quamuis cum formidine rationes auté, propter quas Adam, & non Eua acceperit iuſtitiam in poſteros transfundendam, ac proinde peccatum Euę neque ſit ſufficiens, neque neceſſarium, vt filij contrahant originale, ponit Beda lib. var. quęſtionem. q. 4. tomo. 8.

61 Quæſt 6. Cur peccatum originale præcipuę in ſcriptura tribuatur Adæ & nō Euæ, quæ prior peccauit.

Vt Rom. 5. *Regnauit mors ab Adam vſque ad Moyſem, etiam in eos, qui non peccauerunt in ſimilitudinem præuaricationis Adæ*, Anſel. illo. c. 9. dupliciter Reſpōdet. 1. nomine Adæ Euam quoque intelligi: quia in parte principaliori minus principali intelligitur, & quia Adam interdum eſt nomen commune viro & fœminæ, vt Geneſ. 5. vocauit nomen eorum *A*dam. 2. quia ſi *A*dam non peccaret, niſi ſola Eua, non erat neceſſe totum humanum genus perire: Deus enim poſſet aliam innocentem mulierem Adæ dare, quam ſolam cognoſceret (quod probabile putat D. Thom. 2. d. 31. quæſ. 1. ar. 2 & 4.) & ex qua filios innocentes ſuſciperet, quæ ratio ſupponit patris ac matris innocentiam fuiſſe neceſſariam, vt filij abſque originali naſcerentur, quod iam reiectum eſt; id autem quod habetur Eccle. 25. *à muliere initiū peccati, & per eam omnes morimur*, intelligitur occaſionaliter, per accidens & remote; quia ipſa fuit cauſa peccati *Adæ*, ſic intellige Ambroſ. & Hierony. de Eua exponentes id Rom. 5. per vnum hominem peccat. intrauit in mundum.

Quæſ. 7. An ſi Adam poſt aliquos filios genitos peccaſſet, illis nocuiſſet. 62

Catherinus opuſc. de peccato originali. c. vltimo affirmat, quod illi iuſtitiam originalem amitterent, licet non gratiam, idem tenet Salmer. Rom. 5. diſp. 46. argu. 10. ſed neque iuſtitiam originalem amiſſuros, docent Medina, Zumel, & alij communiter quæſ. 81. arti. 5. Azor to. 1. lib. 4. c. 30. q. 8 Duran. 2. d. 33. q. 1. n. 7. *A*ngles. d. 31. q. 1. difficul. 5. ex Aug. in id Pſalm. 48. auerte iram tuam à nobis dicente, ea peccata parentum non pertinere ad filios, quæ faciunt parentes natis filijs, nam filij iam nati ad ſe pertinent & parentes quoque ad ſe ipſos, & quidquid accidit ipſi Adæ, ſecutum eſt etiam nos, quia eramus in Adamo, quando peccauit. Hęc Aug. & epiſt. 23. ad Boniſ. expreſſe ait, quod tales non contraherent originale, & Gratianus. 24. quæſt 3. §. quod autem, ad finem ait, peccato Adæ ideo omnes teneri dicuntur, quia non dum aliquis ex illo materialiter fuerat proſeminatus: conſonat Hugo. 1. de Sacra. par. 7. c. 38. ratio eſt quia *A*dam ſolū accipit gratiam, & iuſtitiam transfundēdam cum natura, & non conſeruandam per innocentiam ſuā, & ita illa non pendebat in cōſeruari à tali innocentia, vide alias rationes in *A*zor, Zumel, & Medina, qui propter eaſdem contra Catherin. ſupra, & Rom. 5. & Decan. ar. 2. Abulen. Gene. 3. q. 7. Pinedá. 1. monarchiæ, & Salm. ſupra probant, ſi ſolus Adam peccaret, Euam non fore priuandam originali iuſtitia, quia talis in conſeruari non dependebat ab innocentia Adæ, ſi autem Eua formata fuiſſet poſt peccatum Adæ, fortaſſe contraheret peccatum quaſi originale; quia videtut

Digitized by Google

detur,gratiam, & iuſtitiam accepiſſe dependentet ab innocentia *Adæ*. Eadem ratione, ſi *Adam* gratiam, & iuſtitiam accepiſſet, vt conſeruandam in poſteris dependenter ab eius innocentia, eo peccãte filij etiam adulti amitterent gratiam, & iuſtitiam, & contraherent peccatum, vt fatetur *Azor* ſupra, q.4. quod tamen non eſſet proprie originale, quia non eſſet per originem transfuſum recte etiam Medina, & Zumel refragantibus nõ nullis recentioribus docent, ſi antequam fœtus reciperet animam rationalem peccaret *Adam*, licet eſſe innocens tempore acceſſus ad Euam, filios contracturos originale. Item ſi ipſo peccante filij non peccarent nec peccatum contraherent, nepotes, & reliquos poſteros contracturos originale, quod etiam tenet *Azor* illa, q.8.

63 Quæſt. 2. An ad trãsfuſionem peccati inpoſteros neceſſarium fuerit pactum Dei cum Adam de transfuſione iuſtitiæ ſi Adã maneret in inocentia ſua, & alias non?

Pactum fuiſſe inter *Deum*, & *Adamum* ſi meam legem cuſtodieris, iuſtitiam & gratiã tibi, & poſterius conſeruabis, ſin minus tibi, & illis amittes, affirmant Bonauen. 2. d.30. ar.1. quæſt.2. Scot. d.32.q.vnic. Pighius controu.1. de originali.§.8 Catheri.op.de pecc.orig.cap. vlt.Marſil.2.quæſt.19. fauent *Alb*. 2. p. q. 107. m.2.arg.1.& eius ſolutione, *D*.Tho. q. 81. art. 2. & magis *Duran*.2.d.30.q.2. Anton.1. p. tit.8. cap.1. Vega.2.in Triden.c.2.& 6.Suar.3.p. to.1. diſput.39.ſect.1.ſub finem Azor.to.1. lib.4. ca. 27. ad.5.obiectionem, & Salme. infra. Ridet tamen hoc pactum Sotus.1. Naturæ. ca.10. & impugnat Palcanus tract.6.de originali, licet in re coincidat. Sed Sotum impugnant Salmeron Rom.5.diſp.45.& 47. tum quia Sotus hoc pactum poſuit Roman.5. Tum quia hoc pactum colligitur ex ſacris litteris, Oſeæ. 6, *Ipſi ſicut Adam, tranſgreſſi ſunt pactum, ibi præuaricati ſunt in me*. Vbi Hieronym. *Ipſi imitati ſunt Adam, vt quod ille in paradiſo fecerat, pactum meũ legemq́, præteriens, iſti in terra facerent, & ibi, hoc eſt in paradiſo, contes præuaricati ſunt in me in ſimilitudinem præuaricationis Adam. Non enim mirum ſi quod in parente præceſſit, etiam in filijs condemnetur*. Sic ille, & Eccleſ.17. dicitur, teſtamentum ſuum conſtituit cum illis, id eſt pactum, & *Auguſtin*. 2. de nuptijs, capit.11. & & 16. ciuitat. capit.27. illud Geneſ.17. Pactum meum irritum fecit, refert ad pactum cum *Adam* initum, cuius violatores inueniuntur pueri. Et quod dicitur Geneſ. 2. in quocumq. die comederis, morte morieris, de morte animæ & corporis propria & poſterorum intelligendum eſt. Matth.22. à nuptijs excluſus eſt quidam, quia non habebat veſtem nuptialẽ: ergo tenebatur illam habere, ſcilicet ex pacto, & Eccle.15. Adiecit mandata, & præcepta ſua, ſi volueris mandata ſeruare, conſeruabũt te, & in perpetum fidem placitam ſeruare, ideſt, quam ſponte placuit promittere.

Aduerte autem 1. non eſſe affirmandum, hoc pactum incluſiſſe præceptum poſitiuum conſeruandi iuſtitiam originalem ſibi & poſteris: nam licet poſſint dari præcepta de habitibus acquirendis, vel conſeruandis, quod eſt dari præcepta de habitibus mediate; tamẽ ſatis erat præceptum non edendi de ligno; quod conſequenter erat deſeruanda iuſtitia, ſibi & poſteris (vt ait Sotus) cum præcepto charitatis de non amittenda ſibi & poſteris iuſtitia irreparabiliter: ergo fruſtra fingitur præceptum peculiare poſitiuum de non amittenda ſic iuſtitia: nec tale præceptum tranſgreſſi ſumus in *Adam*, ſed aliud vel alia. 64

2. *Aduerte* mala aliquos dicere, Deum promiſſione ſe obligaſſe de iuſtitia ad ſeruandã Adæ & poſteris iuſtitiam, ſi Adam non peccaret: nam tract. de gratia videbimus, in Deum nec ex promiſſione poſſe cadere obligationẽ iuſtitiæ Similiter Adam ſi cum animo ſe obligandi quantum poſſet promiſit, (quod non credo) ſeruare mandata, vel iuſtitiam originalẽ ſibi & poſteris, inde nõ contraxit obligationem iuſtitiæ proprie dictæ: ſed religionis: nã obligatio voti, vel promiſſionis factæ Deo ad ſolam religionem pertinet. Vnde ridiculum eſt dicere, quod Adam accepit peculiarem poteſtatem à Deo, vt caput, obligandi de iuſtitia ſe & poſteros, maxime cum poſteri non poſſent obligari ad operandum aliquid ante ſuum eſſe, ſed ad ſummum ad agendum poſtea: ad quod tamen non fuere obligati de iuſtitia, nec de alia virtute. Vnde recte Almain. 3.moral.capite. 19. cui conſonat, Azor ſupra, ait, debitum habendi iuſtitiam non fuiſſe præcepti, ſed ſtatuti, & quod ait Salmer. illa diſp. 47. licet concupiſcentia in puero non baptizato, non ſit proprie peccatum, tamen habere illam eſſe peccatum actuale: quia ex vi pacti initicum Adam tenebatur illam habere. Expone, eſſe peccatum materialiter & ſimilitudinem habere cum actuali, quia habere eſt actus grammaticaliter: item illam obligationem intellige, non eſſe præcepti proprie, ſed ſtatuti. Pactum ergo illud Dei, & Adæ ſolum fuit dare illi iuſtitiam cum ea conditione, vt

abſti-

Digitized by Google

abſtinendo à peccato, ſibi & poſteris eam ſeruaret: peccando autem ſibi & poſteris eam amitteret. Quam conditionem veriſimile eſt ei propoſitam & explicatam à *Deo*; ſed licet eam mente continuiſſet Deus, carentia iuſtitiæ eſſet peccatum originale in poſteris, vnde ad transfuſionem peccati originalis non fuit neceſſarium pactum explicitum, ſed ſufficiebat implicitum, quod ſine ſcientia, & conſenſu *Adæ* fieri potuit, vt Soto concedit Salmeron. Rom. 5. diſp. 45. in fine Iam ergo ad quæſ. Reſpon. non fuiſſe neceſſariam huiuſmodi pactum explicitum, ſed ſatis fuiſſe diuinum decretum de hac re (quod poteſt dici pactum implicitum) ſiue innotuerit Adæ, ſiue non vide Vazquez diſputa. 131. cap. 9. & diſputa. 133. capit. 1. numer. 2. & 3. Zumel quæſt. 81. art. 1. diſputa. 2. dub. annexo, & art. 2. diſputatio. 2. dubi. 2.

65 Sed quid ſi *Adam* non eſſet creatus in gratia & iuſtitia, & peccaret, pactumque aut decretum eſſet de non recipienda ſibi aut poſteris gratia, & originali iuſtitia, ſi delinqueret, nũ filij contraherent originale. Reſp. affirmanter cum Azot. tom. 1. lib. 4. cap. 27. ad obiect. quia propter culpam capitis carerent originali iuſtitia, & gratia.

Sed quid ſi Adam non gratiam inhærentem, ſed extrinſecam, nempe dilectionem, & acceptationem ad gloriam pro ſe, & poſteris accepiſſet, num poſteri ipſo peccante naſcerentur in originali. Reſpõ. affirmanter cum Ocham quodlib. 3. quæſt. 10. quem citat & ſequitur *Almain*. 3. moral. cap. 19. quia illi carerent ea gratia extrinſeca propter peccatum ſui parentis.

Quæſ. 9. In quo genere cauſæ peccatum Adæ, ſit cauſa peccati originalis?

66 Hæc Quæſtio locum non habet in opinione aſſerentium, peccatum originale eſſe ipſum met peccatum actuale Adæ pro qua in 2. ſectio. retulimus Catheri, & Pighium, quos ſequitur Salmeron. Roman. 5 diſputat. 45. in cuius fine refert pro eadem opinione Gaſparẽ Sagerum Minoritam in 3. indagine de bono opere, & Viguer. in miſt. cap. 17. & Billichium Carmelitanum. Item Caietan. Rom. 5. pro qua etiã adducit multa teſtimonia Aug. Baſil. Chryſoſtom. D. Thom. & Bonauentu. quam nos ſuperius diximus quo pacto defendi poſſet, & cum communi conciliari, quæ originale conſtituit in priuatione iuſtitiæ originalis: in qua procedit præſens quæſtio, ad quam Reſpon. certum eſſe, non eſſe cauſam per ſe efficientem phyſice, vt recte probat Zumel, quæſt. 81. artic. 1. diſputa. 3. quia, quod non eſt, non agit per ſe Phyſice: & quia peccatum nullam vim habet adeludendam Phyſice gratiam à ſubiecto proprio, & præſenti nedum ab alieno, & abſenti, eſt tamen cauſa moralis, ſine qua Deus non produceret homines priuatos gratia, & hoc ſenſu poteſt concedi, quod docet Zumel eſſe cauſam efficientem moralem, ſed male negat eſſe meritoriam, nam peccatum *Adæ* meruit paruulis priuationem gratiæ, vt ſectio. 2. ad primum, & ſecundũ dicebamus, quia tamen peccatum originale includit etiam peccatum *Adæ*, & nihil eſt cauſa ſui ipſius, dicẽdum eſt, peccatum *Adæ* non eſſe cauſam originalis peccati quantum ad omnes ipſius partes. Cõfirmat. quia, quod eſt ab alio in genere cauſæ meritoriæ, eſt pœna, ſed peccatum originale qua parte includit peccatum Adæ, non eſt pœna: ergo à nullo eſt meritorie.

Quæſt. 10. Quod ſit proximum, & immediatum ſubiectum peccati originalis.

ANSELM. de conceptu Virg. capit. 3. ait 67 eſſe voluntatem, quia originale eſt priuatio iuſtitiæ, iuſtitia autem eſt in voluntate, idem tenet Vazquez, diſput. 133 capit. 4. quia gratia, & charitas ſunt idem: charitas autem eſt in voluntate ergo, & priuatio gratiæ, quod peccatum originale ineſt voluntati: idem tenent Scotus 2. diſt. 32. quæſt. 1. §. quo ad primum, & in ſolutione ad quintum, 2. quæſtionis Bonauent. diſtinct. 31. artic. 2. quæſt. 2. Richard. artic. 1. quæſt. 1. *Angles*, quæſtio 2. quia putant peccatum originale eſſe priuationem doni diſtincti à gratia ſubijcientis carnem animæ, taleque donum fuiſſe in voluntate. *Da* rand. 2. diſt. 21. quæſt. 3. ait eſſe in appetitu ſenſitiuo, vel intellectiuo, vel vtroque, quia ibi putat eſſe prædictum donum. In via D. Thomæ dicẽdũ eſt, quantum ad priuationem iuſtitiæ eſſe in eſſentia animæ, quia originale eſt priuatio iuſtitiæ, id eſt gratiæ, gratia autẽ eſt in eſſentia: ergo. Ita tenet D. Tho. q. 83. a. 1. Contadus, Caietanus, Zumel ibi, Albertus, 2. diſtinc. 30. artic. 4. ad quintum. Ægidius diſ. 31. quæſt. 2. artic. 1. *Argent*. quæſtio. 1. artic. 4. *Azor*, lib. 4. quæſt. 31. Quatenus autem includit peccatum actuale Adæ, non dubium quin ſit in voluntate non pueri, ſed ipſius Adæ.

Neque obſtat, quod ait D. Thom. illo arti. 2. ad tertium, peccatum originale eſſe priuationem

tionem ſubiectionis mentis ad Deum, nam intelligitur de ſubiectione radicali, quæ eſt in eſſentia animæ, ideo ibi quoque eſt originale vt dicit priuationem iuſtitiæ.

Quæſt. 11. An omnes filij Adæ cõtrahant originale.

68 RESP. omnes filios Adæ præter Chriſtum, & beatam Virginem contrahere originale, nam quod quidam dixere filios fideliũ non contrahere, hæreticum eſt, de quo Valentia diſput. 6. quæſt. 11. puncto. 2. Zumel q. 81 art. 3. diſp. vnica, Bellarm. 4. de amiſſione gratiæ cap. 14. ¶ Si quis autem aliquem ex filijs fidelium, aut in fidelium exciperet à regula generali tradita in ſcriptura traditionibus & concilijs, non eſſet hæreticus, ſed temerarius quia ſine fundamento & contra omnes exceptionem faceret, eſſetque ſuſpectus de hæreſi, ita Zumel diſput. citata concluſ. 3. Bellar. lib. citato, cap. 15. puncto. 2. §. Reſpõdeo & aliqui recentiores, quamuis Valentia illo puncto. 2. dicat eſſe hæreticum, quia Triden. ſeſs. 5 can. 5. definit omnes de facto contrahere originale excepta Beata Virgine, ſed certe Triden. ſolum tradit regulam generalem, & explicat ſe ſub ea nolle comprehendere Beatam Virginem: ergo non definit, nullum alium excipi poſſe.

69 Quare quod dicunt Salmet. Roma. 5. diſp. 50. ad. 1. & Azor lib. 4. cap. 34. quæſti. 3. de fide eſſe omnes alios excepta ſolum Beat. Virg. originale contrahere intellige, niſi aliquis ſimili priuilegio gaudeat, quod tamen valde temerarie alij tribueretur, & in aliquibus eſſet expreſſe contra fidem, quia ſcriptura expreſſe dicit, eos habuiſſe originale peccatum. Recte autem Valen. & Zumel, & Ferrara. 4. contra gentes, cap. 50. docent, non ſolum eſſe de fide in genere omnes homines eſſe obnoxios originali, ſed etiam illud incurrere, niſi ſpeciali priuilegio præſeruentur, quod etiam verum putat Azor, & ait, nec Caietan. forte oppoſitum voluiſſe, quæſt. 81. art. 3. quem ſecutus ibi eſt Medina: cum enim dicunt, non eſſe de fide, omnes de facto contrahere originale, ſed omnes eſſe obnoxios originali, ſolum videntur intendere, eſſe contra fidem ſi excipiatur aliquis à regula generali aſſerente, omnes eſſe obnoxios originali, non vero ſi excipiatur à regula aſſerente omnes contrahere originale quamuis neque iſta doctrina probanda ſit.

70 Non eſt enim de fide Beatam Virginem fuiſſe obnoxiam peccato originali ſeu habuiſſe debitum contrahendi originale aut peccaſſe in Adam, quidam enim affirmant non peccaſſe in Adam, neque ex eius peccato obnoxiam fuiſſe carentiæ gratiæ, aut originalis iuſtitiæ, nam cum Deus ſtatuit, ſi Adam peccaret, poſteros eius, cum quibus poſtea non diſpenſaretur, ſine gratia & originali iuſtitia concipiendos eſſe, matrem excepit, vel abſolute quidem ſi iam decreuerat incarnati (vt multi exiſtimant) vel ſub conditione ſi poſtea præuiſo Adæ peccato incarnati vellet, quæ exceptio in illa lege, dum ſanciretur poſſibilis fuit & ad dignitatem virginis, & filij Dei pertinebat, & ex meritis Chriſti abſolute, vel conditionaliter præuiſis facta, altiſſimum præſeruationis, ac redemptionis præſeruatiuæ modum contineret. Quam ſententiam tenet Catherinus lib de peccato originali capite vltimo, & lib. de conceptione virgin. ad Synod. Trident. par. 1. capite 1. & lib. 4. contra Caietan. & Galati. de Arcan. lib. 7. capite. 10. & Salmeron Roman. 5. diſput. 45. in ſinu atque Viguet. in inſtit. cap. 18. cap. 5. verſiculo. 1. eandemque opinionem probabilem cenſet Valen. diſput. 6. quæſtione. 11. puncto. 2. ad primum dicens, fieri potuit, vt Deus à lege illa, quam Adæ, vt principio generis humani impoſuit, exciperet aliquem ex Adæ poſteris, quod de B Virgi. pie credi poteſt, & ſic intelligitur quemamodũ illa nõ fuerit in Adamo præuaricata legẽ, aliquã, qua ipſa teneretur, & infra, ait, hanc ſententiam bonam eſſe licet oppoſita ſit melior, & Henri. cap. 11 §. 3. lib. 3. ſummæ hanc ſententiam, non quidem improbabilem; ſed minus probabilem vocat, quam etiam non damnat Zumel, quæſtione. 81. artic. 3. propoſitione. 3. licet oppoſitam ſequatur, & Azor ſupra, licet referat aſſerentes, illam ſententiam eſſe temerariam: eos tamen nec laudat, nec reprehendit; ſed illis adſtipulatur Suarez 3. parte tomo. 2. diſput. 3. ſectio. 2. concluſio. 5. dicens, certum eſſe, B. Virg. fuiſſe mortuam, ſaltem in Adam, & Bellarmin 4. de amiſſione gratiæ capite. 16. affirmans, illam ſententiam Catherini non videri ſibi admodum tutam; & Caietan. opuſc. de peccat. origina. capite. 4. & tam ipſe, quàm Medina quæſtione. 81. art. 3. putantes, erroneum eſſe dicere, quod B. Virgo, vel aliquis alius non habuerit debitum contrahendi originale. Ego quidem probabilius exiſtimo B. Virginem peccaſſe in Adam, & habuiſſe debitum contrahendi originale, quia non fuit expediens ab eo præſeruari, niſi ex meritis Chriſti abſolute præuiſis, cum autem ſtatuit condere illam legem, non fuerunt abſolute præuiſa merita Chriſti, quoniam aduentus eius ſaltem in carne paſſibili, in qua mereri, & ſatisfacere poſſet,

legem, non fuerunt abſolute præuiſa merita Chriſti, quoniam aduentus eius ſaltem in carne paſſibili, in qua mereri & ſatis facere poſſet, non fuit decretus ante præuiſsionem peccati Adæ: ergo cum condere ſtatuit Deus legem illam non excepit B. Virg. alia vero argumenta, quibus Zumel Suar. Bellarmin. & Azor hanc opinionem confirmant, non adeo vrgent, vt ſolui nequeant, vt. 3. parte oſtendam. Et priori opinioni fauet ſententia aſſerens incarnationem Chriſti præuiſam fuiſſe ante præuiſsionem peccati Adæ, & id Eſther. 13 quod ad B. Virg. accommodari ſolet, non pro te, ſed pro omnibus hæc lex cõſtituta eſt, & Ariſt. 3. Polit. cap. 9. dicens, perſonas eminentes legibus communibus non debere ſubijci; fieret enim illis iniuria, ſi pariter, atq. alij cenſeãtur cum ſint vſque adeo ſuperiores ſecundum virtutem, & ciuilem potentiam: putandum eſt enim talem virum tamquam Deum in hominibus eſſe, ex quo manifeſtum eſt poſitionem legum neceſſariam eſſe circa æquales genere & potentia, ſed in illos tales non eſt lex: ipſi enim lex ſunt, etenim ridiculum foret, qui illis legibus ſubijcere conaretur. Hæc Ariſtot. Oppoſitæ tamen ſententiæ accommodari poteſt. l. princeps. ff. de legibus, vbi dicitur, principem legibus ſubiectum non eſſe: Auguſtam tamen legibus ſubiectam eſſe, ſed beneficio principis eadem habere priuilegia, quæ princeps habet.

Quomodo autem ſtare poſsit, vt B. Virgo, nunquam habuerit originale, tamen aliquando habuerit debitum contrahendi illud, bene explicat Bellarm. Valen. Azor, Zumel ſupra, Ouan. 3 diſtin. 3. propoſitione. 6. quod autem B. Virg. non contraxerit origin. pertinet ad. 3. par. vbi Suar. to. 2, diſput. 3. Valen. & alij. Bellarmin. 4. de amiſsione gratiæ, à cap. 15. vſque ad 17. Henr. 3. ſum. cap. 11 §. 4. & ſequentibus, Caniſ. in Marili, Ouand. 3 d. 3. & alij ibi. Salmer. Roma. 5. diſp. 49. & ſequentibus, vbi late probat B. Virg. ſine peccato conceptam fuiſſe.

71 Quæſt. 12. An in Adam fuerit originale peccatum.

Hanc quæſtionem tractat Zumel. q. 83. ar. 1. dub. 1. ſed illo omiſſo: Reſpondetur breuiter ex dictis ſectio. tertia, peccatum origina. interdum ſupponere pro ipſo actu Adæ connotando priuationem iuſtitiæ in poſteris, & ſic dicendum eſt peccatum originale fuiſſe materialiter in Adam, licet non formaliter, quia non habuit in Adam talem priuationem iuſtitiæ connotatam in peccato originali, & inductam propter actum alienũ, interdum vero & frequentius ſupponit pro carẽtia originalis iuſtitiæ connotando, quod fuerit inducta propter peccatum Adæ, & ſic peccatum originale, non fuit materialiter in Adam, ſed formaliter quantum ad aliquid connotatum, quamuis verum ſit quod ipſum peccatum Adæ poteſt appellari originale, non quaſi contractum per originem, & per actum alienum (quæ eſt communis acceptio) ſed actiue quatenus fuit originatiuum noſtri, quę acceptio peccati origin. rara eſt & communiter inuiſitata.

SECTIO. VI.

De effectibus & pœnis pecc. origin.

OMiſsis multis, quæ habet Medina, 72
& Zumel. q. 83. ar. 4. Vazq. diſp. 134. Salmer. Rom. 5. diſp. 48. Bellarmi. 6. de amiſsione gratiæ, Azor lib. 4. capite. 32. & 33.

Suppono vt certum de fide, peccato originali decretam eſſe æternam pœnam damni. Ioan. 3. niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei. Ro. 5. Sicut per vnius delictum in omnes homines in condemnationem, quod idem aſſertum eſt in Concilio Paleſtino apud Auguſt. ediſ. iſln. & in Carthag. quodam apud eũdem epiſ. 90. & in Mileuitano apud eundem epiſ. 92. & in Trid. vbi definitur, paruulos etiã in remiſsionem peccatorum veraciter baptizari, vt in eis regeneratione mundetur, quod generatione contraxerunt, niſi enim quis renatus fuerit ex aqua, Spiritu ſancto & nõ poteſt introire regnum Dei, idem aſſerit Siricius Papa epiſt. 1. c. 2. Aug. ſupra, & ſerm. 14. de verbis Apoſtoli, & 1. de peccator. merit. c. 23. Leo. epiſt. 86. Gregor. 9. mra. e. 16. & paſsim alij. Ex quo refellitur hæreſis cuiuſdam Vincentij apud Auguſt. 1. de origin. animæ. c. 9. & lib. 3. c. 13. qui cenſuit paruulos tametſi obſtricti ſint peccato originali, tamen ſine baptiſmo conſecuturos regnum cælorum, quem errorem facile confutat ibi Auguſt. Hoc ſuppoſito.

Quæritur. 1. An paruuli in originali decedentes patiantur pœnam ignis, ſeu ſenſus. 73

Gregor. 2. diſtinctione. 31. quæſt. 3. partem affirmatiuam tribuit D. Aug. & D. Gregor. eamque defendit, ſed definire non audet, vnde concludit, quia tamen huius quæſtionis non

nonvidi partem aliquam expreſſe determinatam ab Eccleſia, & tremendum mihi videtur negare, autoritates ſanctorum : ecuntra etiam non eſt tutum contraire communi opinioni, & conſenſioni magiſtrorum noſtrorum, idcirco neutram partem alteri præferens diiudicationem earum lectori relinquo, & Driedo tractatu. 3. de gratia, & lib. arbitr. cap. 2. p. 5. ait, ſententiam affirmantem magis cum ſacris ſcripturis conuenire, quam probabilem cenſet Albert. in ſumma tractatu. 18. tenetque Vbertinus. 3. & 4. de vita Saluat. vt refert Carthuſ. 2. d. 33. pro qua eſt August. ſer. de baptiſmo paruulorum, qui eſt. 14. de verbis Apoſt, & lib. 5. contra Iulian. cap. 8. & in Enchirid. cap. 92. & ipſe aut potius Fulg. de fide ad Pet. p. 3. ante medium, & cap. 27. & habetur c. firmiſsime, de conſecrat. d. 4. pro eadem eſt Fulg. lib. de incarn. cap. 30. & Gregor. 9. moral. c. 12. alias 16. in id Iob. 9 in turbine conteret me. Addit tamen Aug. in Enchir. c. 93. & 1. de peccatorum meritis cap. 16. & 5. cōtra Iulian. cap. 8. hanc pœnam, ſeu damnationem paruulorum futuram eſſe mitiſsimam. ¶ Sententia hæc ſuadetur. 1. quia hi paruuli in iuditio erūt, & non à dextris, ergo à ſiniſtris, omnes enim iudicandi erunt à dextris vel à ſiniſtris Matt. 25. audient ergo, ite maledicti in ignem æternum.

Secundo, quia non erunt Triticum, ergo palea, ergo comburentur igne in extinguibili ex Matth. 3.

Tertio, non habebunt veſtem nuptialem: ergo mittentur in tenebras exteriores vbi erit fletus & ſtridor dentium Matth. 22.

Quarto, omnis qui non fuerit ſcriptus in libro vitæ, mittetur in ſtagnum ignis Apocalyp. 20. ſed hi non ſunt ſcripti : ergo mittentur in ſtagnum ignis, vt colligit Somnius tractatu de iudicio c. 6. & 7. ¶ Confi. nam eodem cap. 20. dicitur, *beatus & ſanctus, qui habet partem in reſurrectione 1. in his enim. 2. mors non habet imperium*, & cap. 21. mors. 2. dicitur, ſtagnum ignis, ſed hi non habent partem in reſurrectione 1. ergo in his poteſtatem habet mors. 2. ſcilicet ſtagnum ignis.

5 Ergo non punitur grauius habens originale & mort. quam habens m. tantum; quia pœnæ ſenſus & damni æquales in illis erunt.

Sexto, decedenti in origin. & veniali debetur æterna pœna ſenſus : ſed non pro veniali: ergo pro originali.

Septimo originali reſpondet pœna ſenſus in hac vita, quia mors, infirmitates, & dolores ſunt pœnæ pecca originalis, vt docet D. Thom. de malo. q. 5. ar. 4 & 2. 2. q. 164. artic. 1. & omnes ex Rom. 5. *per unum hominem peccatum intrauit in mundum & per peccatum mors.* Vide Zumel. q. 83. ar. 4. par. 1. Vazq. diſp. 134. p. 1. ergo etiā poſt hāc vitā originali reſpōd. pœna ſenſus. ¶8. Pœna ſenſus reſpōdet conuerſioni ex D. Tho quæſt. 87. art. 5. in originali eſt conuerſio ad bonum commutabile, habitualis propria paruulis & actualis Adæ, quæ cenſetur propria paruuli: ergo.

Nono, corpora horum non erunt glorioſa: ergo paſſibilia, ergo patientur aliquid, maxime ſi erunt in igne, igitur habebūt pœnam ſenſus.

Sed tenendum eſt, nullam pati pœnam ig- 74
nis aut ſenſus Mag. 2 d. 33. vbi Maior q. vnica, *2. Opinio*
Bonauent ar. 3. q. 1. Richar. ar. 3. q. 1. Ægidius *Auctoris.*
quæſt. 2. art 1. Scotus quæſt. vnica. Gabr. q. 1. art. 2. concl. 1. & ſequentibus. D. Tho. quæſt. 2. ar. 1. *Durand.* quæſt. 3. Pelac. diſputa. 2. Argent. Beſoli. Ocandus, & Angles eadem d. Maior 2. quæſt. 19. art. 5. poſt. 2. concluſionem. Alenſis. 1. parte, quæſt. 39. memb. 3. art. 4. & 2. parte. q. uæſt. 105. alias. 112. membro. 10. § 1. Soto 1. naturæ cap. 14. Catherinus opuſc. peculiari de hac re Vazq diſp 134 cap. 3. Medina quæſt. 83. ar. 4. vbi Zumel part. 2. Delphin. de peccato origin. in fine. Salmer. Rom. 5. diſputat. 48. dicens eſſe omnium Theologorum præter Ariin. & Vbertinū de Caſalis lib. de vita Saluatoris Idem tenet Almain. 3. mor. cap. 19. in fine Bellar. 2. de amiſsione gratiæ, cap. 4. (vbi oppoſitam ſententiā cēſet improbabilē) Peltanus de peccato orig. tract. 13. Azor lib. 4. c. 33. Altiſiod. lib. 2. tract. 17. c. 6. Albert. 2. par. ſummæ tract. 18 q. 11. Henric. quodlib. 6. quæſt. 21. Ficinus Viguer. & Bartholomeus Sibylla referendi quæſtione ſequenti Palacius 2. diſtin. 33. diſp. 2. & 4. diſt. 45. diſput. 1. & 2. Carthu. diſt. 47. quæſt. 1. & 2. & 2. diſt. 33. quæſt. 2. cum Vdalricho et alijs D Thom. de malo quæſt. 5. art. 2. et 3. Pineda 3 de Ioan. Baptiſta art. 1. capit. 2. §. 246. Abulenſ. paradoxo. 5. capit. 125 et. 126. et Mathæi. 25. quæſt. 662. Antoninus prima parte titulo. 8. cap. 1 § 2. Ægid. opuſc. de præd cap. 15. Ocandus 2 diſt. 33. propoſitione. 6. Suar. 3. par. tomo. 2. diſput. 57. ſect. 6. et diſput. 50. ſectio 5. Cunerus de peccato origin. capit. 6. Flauius 2. diſt. 33 Valentia diſput. 6. quæſt. 17. puncto. 4.

Prob 1. ex diuina ſcriptura, in qua pœna ſen
ſus ſolum tribuitur peccato actuali. Apoc. 18. 75
quantum glorificauit ſe, & in delitys fuit, tantum date illi tormentum & luctum, et Deut. 25. pro men *Probat. 1.*
ſura delicti erit et plagarum modus et Apoc. 22. ecce venio cito, et merces mea mecum eſt reddere vnicuique ſecundum opera ſua. Io. 3. hoc eſt iudicium, quia lux venit in mundum, et dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem, et in parabola ad cœnam, prandium, et nuptias filij regis inuitatorum, venire nolentes et inuentus ſine veſte nuptiali, ligati mitti iubentur in tenebras exteriores, vbi erit fletus et ſtridor dentium Luc. 14. 16. et ſequen.

Math.

Digitized by Google

Mat.22.&.12.& in parab. talentorum & mlnarum, qui abutitur vel non vtitur talento, & mina, damnatur. Mat.25.& Luc.19.& in parab. percutientis ſeruos ſuos, & alia agricolarum non niſi male operantes in gehennam puniendi detruduntur: Phariſæis quoque nõ niſi pro actuali peccato ſupplicium comminatur Chriſtus. Væ vobis &c. idem de epiſtolæ & vniuerſe Rom.2 omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſque propria corporis, prout geſsit, ſiue bonum, ſiue malum, & Mat. 26. ſolũ qui bona opera non fecerant, cum deberent, in ignem mittuntur, ſed hi pueri nullum habuerunt peccatum actuale: ergo.

Conf. Conf. nam Marci. 9. & Iſaiæ vltimo coniungitur ignis cum verme. Vermis eorum nõ morietur & ignis eorum non extinguetur, ſed hi non patiuntur vermem: ergo neq. ignẽ.

76 Prob.2. 2 Prob. ex patribus, nam Innoc.3. cap. maiores de baptiſmo. § ſed adhuc, ait, pœnam peccati originalis eſſe carentiam diuinæ viſionis: actualis vero perpetuæ gehẽnæ cruciatum & Euge.4. ſeu Concilium Floren. in litteris vnionis ait. decedentes in mort. vel origin. mox in infernum deſcendere, ſed pœnis inæqualibus puniendos, ſcilicet quia originali reſponder ſola pœna damni; mortali vero etiam pœna ſenſus, quod expreſſe tenet Ambroſ.2 de Abraham cap. vltimo, & Ro. 5. ſeu quiſquis fuerit illorum commentariorum auctor, nam exponens id & per peccatum mors, ait: Eſt & alia mors, quæ dicitur gehenna; quam non ĩ peccato Adæ patimur; ſed eius occaſione proprijs peccatis acquiritur. Nec obſtat quod Ambr. aliter tradere videatur 2. de voc. gen. capit. 8. nam ille liber eſt Proſp. Aquit, vt in Codice vaticanę Biblioth. inſcribitur: prẽter ſtyli vtriusq. diuerſam rationem, vt notat Salmerõ. Sumitur etiam ex Nazianz. oratione in ſanctum lauacrum ante medium, vbi ait, neque habituros cæleſtẽ gloriam nec ſupplicium, ideſt, nec pœnam, ſenſus & Nicetas ibi ait, nec pœnis vllis torquentur: verba vtriuſque adducit late Salme. & Aug.3. de libero arbitrio cap.23 ait, habituros ſententiam mediam inter pœnam & ſupplicium. Et alioqui melius illis eſſet non eſſe quam ſic eſſe, quod eſt contra Auguſtin.5. in Iulian. capit.8 Dried. & alios authores primæ ſententiæ. Sequela vero probatur: nam qui pœnam ſenſus experiuntur, magis vellent nõ eſſe quam eſſe: quia vt ait gloſſ. in id Ierem.20 maledicta dies, in qua natus ſum, melius eſt, non eſſe, quã in ſupplicijs eſſe. Vnde Chriſtus de Iuda dixit. Mat.26. melius erat ei, ſi natus non fuiſſet, hoc argumentũ latius proſequitur Salmeron, qui & confirmat ex Iob. 3. quare non in vulua mortuus ſum &c. nunc enim dormiens ſilerem, & ſomno meo requieſcerem. Si illum maneret pœna ſenſus, deſiderium illud ſtultum eſſet; nec ſibi requiẽ promittere potuiſſet, & Daniel.12. multi qui dormierunt in puluere, euigilabunt; alij in vitam æternam; alij in approbrium, vt videant ſemper multi, dixit, non omnes: quia iſti paruuli nec in vitam æternam: nec in ſempiternum opprobrium, ſeu pœnam ſenſus reſurgent, & Ezech.18. dicitur, eos qui non comederunt vuam acerbam, ideſt non peccauerunt actualiter, non paſſuros dentium ſtuporẽ, nec morituros, ideſt non puniẽdos æterna pœna ſenſus: hoc eſt, quod ibidem dicitur, filius non portabit iniquitatem patris, ideſt non punietur pœna ſenſus pro peccato patris, etiamſi propter pactum reputetur ipſius quoad ceſſationem lucri, ſeu damnum in ſupernaturalibus. Ioa.3. niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non poteſt introire in regnũ Dei, non dixit, mittetur in gehennam ignis. Adducit etiam Salmeron Aug. 1. hypog. dicentem, propter peccatum Adæ. quod traxere naſcentes, mortem 2 non deberi. At Ille liber non eſt Aug. & ibi loquitur de iuſtis, quos dicit, pro peccato Adæ non puniendos morte æterna: ſed temporali: magis, fauet Aug 1 de peccatorum mer. cap.25. & habetur ca. nulla præter. de conſecr. diſt.4 nullam aliam pœnã tribuens paruulis, niſi manere in tenebris, ideſt carere diuina viſione, vel etiã luce corporali, & in Enchir. c.39 mitiſsimã pœnã paruulis tribuit: pœna autem ignis æterni mitiſſima dici nequit.

3. Prob. ratione, quia propter peccatum habituale contractum voluntate aliena nõ debet quis priuari perfectionibus poſitiuis naturaliter ſibi debitis, has autẽ tollit pœna ſenſus: ergo non eſt infligẽda propter ſolũ pecc. origin. vt nec ad remiſsionem illius petit Deus vllum dolorẽ aut triſtitiam, item carentia gratiæ inducta propter alienum peccatum non reddit dignum priuatione bonorum naturalium, ſed peccatum originale conſiſtit in priuatione gratiæ inducta propter peccatũ alienum: ergo. item peccatum, cui reſpondet pœna ſenſus, nõ deletur ſine pœnitentia, ſed originale deletetur ſine pœnitentia: ergo. 77 3. Prob.

Item propter ea, quæ non ſunt in noſtra poteſtate, non ſumus increpandi. 3. Ethicor. c. 5. ergo nec puniendi pœna ſenſus. Item alioqui pœna ſenſus reſpondens originali eſſet æqualis pœnæ ſenſus reſpondenti alicui peccato actuali: quod videtur abſurdum: ſequela prob. nam ſi pœna ſenſus reſpondens originali ſit vt duo v g. & reſpondens alicui actuali ſit, vt tria, poterit aliud actuale leuius committi, cuius pœna ſit minor quam, vt duo: ergo.

Digitized by Google

78 Ad loca Auguſt. Reſpondetur omiſſis libris hypognoſt. qui vere nón ſunt Auguſt. (vt Capreolus, Vazquez & Azor notant) libro etiam de fide ad Petrum, qui eſt Fulgentij, vt Azor ex Iſido. & Honorio probat, ſentiuntq. Vazquez & alij, quod Salmerón confirmat ex ſtyli diuerſitate, & quia Auguſt. in lib. retract. non fecit de libro illo mentionẽ, omiſſis etiam ſermonibus de verbis Apoſt. de quibus Azor dubitat, an ſint Auguſt. omiſſa etiá ſententia Geennadij apud Sixtum. 5. bibliot. annot. 173. dicentis Auguſtinum erraſſe ex quodam multi loquio Reſpondet Vazquez, Peltanus, Bonauentura, Scot. Salmeron, Pineda, Viguer. ſupra, & Bellouillus aduertent. ad Gregor. quæ lito. 2. fuiſſe quidem Auguſtinum illius ſentẽtiæ, ſed exceſſiſſe calore diſputationis contra hæreticos. Delphinus autem. Petr. Aquila, & alij dicunt, locutum fuiſſe hyperbolice. Alij vt Valentia, dicunt, nomine ignis metaphorice intellexiſſe pœnam damni, quæ animum vrit, maxime ſi adiunctá habet triſtitiam. Alma. & alij dicunt, voluiſſe quod paruuli in igne patientur pœnam damni, non quod ab igne patiantur pœnam ſenſus, vel immutentur ab eo; ſed quod ibidem detinebuntur, vel mittendos in ignem, non vt ibi vrantur, ſed vt ibi detineantur. Aliquo ex ijs modis ad Aug. Reſpondent D. Tho. de malo quæſt. 5. artic. 2. ad primum. Richard. 2. diſtinct. 33. artic. 3. quæſt. 1. ad primum gloſſa capit. firmiſsime cap. regnãte, cap. nulla præter. de conſecratione diſtinctio. 4. Bellarmin. Suarez, Peltanus, Delphinus, Flauius, Aquila & Alij ſane Auguſt. nihil videtur certum definijſſe, ſed de hac re dubitaſſe vt ait Salmer. Nam. 5. contra Iulian. cap. 8 ait ſe definire nõ poſſe, qualis & quanta ſit pœna decedentium in ſolo originali, licet in damnatione leuiſſima ſint futuri, nec audet dicere, q eis vt nulli eſſent quam, vt ibi eſſent, potius expediret, & ep. 28. ad Hiero. cum ad pœnas ventum eſt paruulorum, magnis, mihi crede, coarctor anguſtijs, nec quid reſpondeam prorſus inuenio &c. Doce igitur quid ſentire, quid dicere debeamus &c. & quod ait Gregor. 9. moral. cap. 12. in id Iob. 9. multiplicabit vulnera mea etiam ſine cauſa; tormenta paſſutos, explicat Azor de pœna damni. Idem ait Salm. ſed addit, aut nixus Auguſtini ſententiæ, per exceſſum eſt locutus.

79 Ad primum argumentum Catherinus ſupra cũ Duran. 2. d. 33. q. 3. putat illos paruulos non futuros in iudicio, ſed hoc ſtatim reijcietur & quæſt. ſeq. Melius Reſp. Bellarmin. late probans Math. 25. ſolum agi de fidelibus, ac proinde non de his paruulis, qui fideles non ſunt. Alij dicũt ibi ſolum agi de adultis iudicandis ex proprijs operibus malis, vel bonis & colligitur ex Auguſt. 3. de libero arbit. c. 23. ſed Salmeron ait, licet Auguſt. ſer. 14. de verb. Apoſt. dicat omnes iudicádos, futuros à dextris vel à ſiniſtris &c. tamen ipſum Auguſt. 3. de lib. arb. c. 2. admittere mediam ſententiam inter illas duas ſicut & vitam mediam inter recte factum & actuale peccatum. Addit illá authoritate Euágelij nihil cogere: quia illic eſt ſermo de ijs, qui potuerunt facere opera miſericordiæ, & fecerunt, vel non fecerunt; ideo neutra illarum ſententiarum pueros attare poteſt, qui non potuerunt bene, aut malefacere: ſed eſt ſermo de fidelibus, qui boná vitam & opera charitatis fidei non adiunxerunt, ſecundum Auguſt. de fide & operib. c. 15. Greg. ho. in illud euang. Proſp. 2. de voc. gen. ca. 20. cum enim ibi ratio reddatur, Eſuriui enim & dediſtis &c. vel eſuriui & non dediſtis &c. & neutra poſsit pueris competere; ſequitur, illos eo textu non comprehendi. Hæc Salm. qui etiam id Marci vlt. qui non crediderit, condemnabitur, explicat de ijs, quibus prædicatum eſt euangelium, cum Bern. ep. 77. ante mediũ, & ſimiliter id Io. 15. ſi quis in me non manſerit, mittetur foras ſicut palmes, & areſcet, & colligent eum. & in ignẽ mittent, & ardet. Ad. 2. R. ibi ſermonem eſſe de fidelibus, vt docet Bellar. ex Aug. lib. de baptiſmo contra Donatiſtas poſt collationem cap. 10. quod vero Math 3. dicitur, *omnis arbor, quæ nõ facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur*, explicat Bellar. de adultis, qui nõ fecerunt opera bona, quæ facere tenebantur. Ad. 3. R. ibi ſermonẽ eſſe de fidelibus vt Matt. 13 *mittet malos in caminum ignis*, ſecundũ Bellar. ex Aug. lib. de baptiſmo contra Donatiſtas poſt collationem cap. 4. Ad. 4. & eius confirmationem Bellar. ait, forte Reſponderi poſſe, in illis locis ſermonem eſſe de ſolis adultis ſecundum propria opera iudicandis: nam eodem ca. 20. dicitur, *iudicati ſūt mortui ex his, quæ ſcripta erãt in libris, ſecundum opera ipſorum* & cap. 21. *& incredulis & execratis &c. pars illorum erit in ſtagno ardenti igne & ſulphure quæ eſt mors. 2.* ſed probabilius putat, eſſe etiam ſermonẽ de paruulis, nam ca. 20. dicitur, puſillos, & magnos ſtetiſſe ante thronum iudicandos, & Aug. 6. contra Iulian. capit. 4. docet, paruulos iudicandos in die iudicij ſecundum ea, quæ geſſerunt in corpore per Adam iuxta id 2. Corinth. 5. *vt referat vnuſquiſq; ſicut geſſit ſiue bonum ſiue malum*, cum ergo dicitur, *quicunque non eſt ſcriptus in lib. vitæ* id eſt, prædeſtinatus, *miſſus eſt in ſtagnum ignis*, ſenſus eſt, inquit, Bellarm. miſſum eſſe in infernum, vbi eſt ignis, ſed non omnis miſſus, vbi eſt ignis, eo miſſus vt comburatur: nam aliqui non ſunt miſsi in ignem, vt comburantur, ſed vt detineantur.

Ad. 5. Reſp. conſequens non eſſe abſurdum: quia

quia pœna ſenſus reſpondet conuerſioni actuali propriæ:originale autem nullam continet conuerſionem actualem propriam paruuli: auerſio vero cui reſpondet pœna damni,tanta eſt in vno pecc.quanta in multis.

Ad.6.quidam negant minorem,alij maiorem de qua re quæſt.89.art.6.ſea diſp.vltima.

Ad.7.Reſpondetur,aflictiones huius vitæ reuocari ad pœnã damni ſcilicet, priuationẽ iuſtitiæ originalis quam cõſequuntur,neque enim directe infliguntur,ita D. Thom. 2. 2.q. 164.artic 1.& de malo quæſt.5.attic.4. Viguer. Richard.Bellarm.Azor,& alij.

Ad.8.Reſpondetur, pœnam ſenſus reſpondere conuerſioni actuali propriæ,quæ non reperitur in his paruulis.

Ad. 9. Reſpondetur,ſicut horum corpora erunt incorruptibilia ab extrinſeco:ita impatibilia.Suarez.3 p.to.2.diſp.50.ſect. 5. dicto. 2. Angles difficultate.4 Bellar.Scotus, Almain. Palac.Flauius & alij, quod vero Auguſtin.6. contra Iulianum cap.5.& epiſtola 146.ad Cõſentium corporibus malorum tribuit tormẽtum & pœnam ſenſus,recte de decedentibus in mortale exponit Bellarm.qui etiam ſoluit alias duas obiectiones,quæ illo cap. 5. ſunt.6. &.10.ſumptas ex ſymbolo Athanaſij,& ex pœna ſenſus quam Chriſtus pro originali paſſus eſt.

Q.2. An hi paruuli ſint habituri triſtitiam.

80 Bellar.6.de amiſſione gratiæ cap.6.&.7. affirmat,triſtitiam habituros, eo quod intelligent ſe beatitudine priuatos à conſortio piorum,fratrum,& parentum alienos,in carcere inferni detruſos & in tenebris perpetuo vitam acturos. Cæterum dolorem hunc in illis fore leuiſſimum,& mitiſſimũ:tum quòd intelligent,non propter ngligentiam propriam ſe tantum bonum amiſiſſe; vnde etiã verme cõſcientiæ carebunt. Tum quòd delitias, neque cœleſtes,neque terrenas, vnquam guſtauerunt,facile enim his bonis caremus, quibus nunquam aſſueuimus,tum quòd videbũt plurimos eſſe in eodem gehennæ carcere ſe multo infæliciores, ad quorum ſortem ipſi quoq. pertinere potuiſſent, ſi diutius ſibi cõtigiſſet viuere. Vnde Auguſt.1.de pecca. meritis cap.16.in Ench.c.93.5 contra Iulian. cap. 6. ait,in damnatione omnium mitiſſima futurus. Hanc ſententiam tenet etiam Abulenſ. Matth. 25. quæſtione. 666. prope finem, & quæſt.670.& 671.& paradox.5.capit.125.Palac. 4.diſt.45.diſput.1.& 2.Orlandus.2.diſt.33. propoſitione 6.Valen hîc diſp.6.q.17. pun.4. trinens Magiſtro.1.d.33.& Aug.5.in Iulian. ca.8.

1.Senten.

vbi ait, paruulos decedentes ſine baptiſmo, paſſuros malũ quoddam,ſcilicet, triſtitiam, de ſeparatione à regno Dei, quod amabunt. Idem tenuere aliqui antiqui, quos ſuppreſſis nominibus referunt D.Tho.de malo quæſt.5. artic.3.& 2.diſtinct.33.vbi & Bonauentura, & probabile putat Medina quæſt.83.artic.4. Fauet Sotus.1.naturæ capit. 14. diſputationem hanc ita concludens, *quo circa dicendum eſt, hanc cauſam,quare fuerint expulſi,occultam illis eſſe:quod magis probauerim,eo quod ſit extra naturalem ordinem rerum,tut ſi eam cognoſcunt(vt quidã voluit)vix poſſum intelligere, quomodo nulla inde eos triſtitia moleſtat*,& Pet.de Soto lectio.6. de baptiſmo inter nouitates Catherini vitandas numerat,quòd paruuli in die nouiſſimo recepturi ſint integram & perfectam naturam ſolo domo originali,viſioneque diuina carentem,ſed quæ nullo modo eis afflictioni, vel triſtitiæ ſint futura. Et quod triſtitiã habebunt expreſſe docet Cunerus de pecc. origin.cap.8.& Aureolus apud Petr.de Aquil. 2. diſtin.33 artic.4.tenet habituros dolorem internum,non quidem inflictum propter peccatum,ſed naturaliter reſultantem ex memoria amiſſæ beatitudinis:quam memoriam nõ ſemper habebunt; ideo nec talem dolorem ſecundum Aureolum.Angles etiam 2. diſtin. 33. ait, opinionem Abulenſis,Math.25.quæſt. 665.aſſerentis,habituros acerbiſſimam triſtitiam,eſſe valde probabilem.

Hæc opinio ſuadetur primo,ex PP. nam Auguſt.1.de anima & eius origine cap.9. ait, *paruulis non baptizatis nemo promittat quietis, aut felicitatis cuiuſlibet,atque vbilibet inter damnationem regnumque cœlorum quaſi medium locum. Hoc enim eis etiam hæreſis Pelagiana promiſit &c.* at ſi nulla triſtitia aut dolore animi, aut corporis tanguntur,perfecta quiete fruuntur: ergo. Et epiſtola 106.ad Paulinum ait,*nempe fatebuntur paruulos non baptizatos,quamlibet tolerabilius omnibus.qui etiam propria peccata committunt:tamen æterna morte mulcta*. Ait vox illa(*tolerabili*)maniſeſte requirit, vt paruuli aliquid habeant tolerandum:non dicitur autem tolerare, niſi qui ſentit dolorem,& laborat in perferendo: ergo,& 6.contra Iulianum ca.4.vltra mediũ ait,ſi hoc ſcilicet non intrare in regnumDei, eis non erit malum,non ergo amabunt regnum Dei tot innocentes imagines Dei, ſi autem amabunt & tantum amabunt, quantum innocentes amare decet. regnum eius: nihil ne mali de hac ſeparatione patientur:pati autem ex amore dolere eſt: ergo dolebunt & ſic intelligitur, quod ait 5. contra Iulianum, capit. 8. pœnam eis eſſe futuram, quod ſeparabuntur à conſortio piorum parentum & epiſt.28.ad Hierony.& ſermone 14.de verbis Apoſt. in inferno pœnam, & 81

Prob.1.

V uu ſuppli-

ſuplicium habituros, quod vix ſine aliquo dolore intelligi poteſt & Fulgentius de fide ad Petrum cap.3.ait, *interminabilia geenna ſuſtinere ſupplitia*, & Gregor.9.moral.capit.12.alias. 16 *perpetua gehennæ tormenta percipere*; quis autem tormentum ſine dolore eſſe concedat? & Cyprianus.ſeu quicunque fuerit auctor ſermonis de circumciſione; de pœna originali loquens ait, ſupererit poſt mortem carnis, animæ dolor & afflictio ſpiritus.

82 2.Prob.ratione. quia nullus hactenus eorum qui contra ſentiunt, congruentẽ rationem reddere potuit, cur hi non triſtentur, dum cogitant ſe cœleſti felicitate priuatos, & in carcerem inferni detruſos.

3.Probat. ſoluendo obiectiones in contrarium cum Bellarm.illo cap.7.Prima eſt, quia tormẽtum & luctus tantum infleguntur pro pecc.actuali Apocalypſi.13.quantum glorificauit ſe&c.ve vobis qui ridetis, quia lugebitis, & flebitis Prouerbiorum.14.extrema gaudij luctus occupat.Deuterono.25.iuxta menſuram delicti &c. Reſpon. Bellarm peccato originali non infligi directe dolorem illum, ſed indirecte, vt & dolores huius vitæ: ideo non appellari pœnam ſenſus. Secunda eſt, quia ſic pœna paruulorum non eſſet mitiſſima contra Auguſt. locis citatis. Reſpondet Bellarm.dici mitiſſimam, quia eſt ſola pœna damni & non ſenſus, & quia maiores habent vermem, quo paruuli carent, & quia dolor de amiſſa beatitudine in maioribus eſt grauiſſimus, in paruulis leniſſus. Tertia eſt, quia paruuli intelligent, iuſta Dei ordinatione ſe priuari beatitudine, & non poterunt peccare: ergo non triſtabuntur. Negat Bellar. conſeq. nam martyres, alijque ſine peccato triſtantur de malis, quæ diuina ordinatione patiuntur.

4.Quia ſi haberent triſtitiam haberent peccatum impatientiæ & obmurmurationis & blaſphemiæ contra Deum. Negatur conſeq. quia ſunt impeccabilis ex Eccl.11. lignum vbi ceciderit &c.

83 *2.Opinio au.boris.* 5. Propter hæc valde probabilis eſt hæc opinio, ſed oppoſitam eſſe longe probabiliorem putat Azor lib.4.cap.33.quæſt.2. quam tenent D.Thom.Bonauentu. Richard.& Sotus locis proxime citatis Scotus 2.diſt.33.quæſt. vnica, Gabr. quæſt. vnica, artic.2. concl.2.& artic 3. dub.3.Carthu.quæſt.2.cum Vdalrico, Tarantaſia & alijs, Anton.1.par.tit.8.§.2.& §.4. in fine ſupplement.4.diſt.43.quæſt.1.littera. H. & diſt.45.quæſt 5.littera.B. Marſilius.2.quæſt,19. art.4. Corol.3. poſt ſecundam concluſionem. Catherinus opuſcu. de ſtatu puerorum Marſilius ficinus de Chriſtiana religione cap. 33. Almai.3.moral.cap.19.Altiſiodor.& Alen.locis citatis quæſt.præced. Viguerius capit.2 §.1. verſ. 2.& ca.18 §.6.in principio Bartho. Sibyl. in ſpeculo decade prima cap. 5. quæſt.5. quæſtiuncula ſecunda. Melchior Flauius.2.diſt in. 33.Petrus de Aquila eadem diſt. & Vazquez diſput.134.cap.3.Durand.ſupra, dicens eſſe cõcordem ſententiam omnium Theologorum & 4.diſt.44.quæſt.11.num.11.& 12.Ægid.2. diſt. 33.artic.2.quæſt.2.Zumel hîc quæſt.83.artic.4. vbi ait, hanc eſſe ſententiam certam catholicam, & omnium Theologorum, & Gregorij Nyſſeni oratione de infantibus, in cuius fine expreſſe dixit, tales neque in doloribus neq. in triſtitia fore: idem tenet Angles.2. diſtin.33. difficul.6.Peltanus de peccato origin.tract.15. Salmeton.Rom.5 diſp.48.

Ad illud vero argum.quia paruuli cognoſcent ſe carere viſione diuina: ergo triſtabuntur Altiſiod. ait, non triſtari de illa carentia, 84
quia nunquam illam cogitauerunt cogitatione voluntaria. Sed hæc ratio eſt nulla, quia magis contriſtaret cogitatio inuoluntaria, quod ſi intelligat propria voluntate pueros ab ea carentia cogitationem auertere, ideoq. de illa non triſtari. Contra, quia ſi voluntarie ab ea carentia cogitationem auertunt, iam illam cognoſcunt ſaltem in aliquo inſtanti: ergo in eo ſaltem dolorem habent. D.Thom. de malo quæſt.citata. Medina quæſt.83. art.4. Durand.Scotus Bartholomeus Sibylla & ſupplementum dicunt, non triſtari, quia de carẽtia ſupernaturalis beatitudinis notitiam non habent, conſonat Peltanus dicens, non triſtari nunc in limbo, nec poſt iudicium, quia nec fide humana nec diuina cognoſcunt, ſe beatitudinem amiſiſſe, quod ſi cognoſcerent triſtarentur, & idem probabile eſt de tempore ante iudicium, quia de beatitudine ſupernaturali nihil ſibi reuelatum à Deo, neque ab hominibus nuntiatum videtur, niſi forte dicatur, in iudicio particulari per diuinam reuelationem cognoſcere, ſe propter originale peccatum fore in limbo, vt in carcere, priuãdosque eſſe viſione diuina, & ſaltem credo, cognituros id extremo & generali iudicio, neque enim placet, quod dicunt Abulen. paradoxo.5.cap.136.& Albertus apud Carthuſ. 4.diſt.47.q.1. Catheri.& Durand.ſupra, paruulos non futuros in iudicio, neque quod ait, Sotus.4.d.43.q.2 ar.2.ad ſecundũ, futuros quidem in iudicio vniuerſali nõ tñ habituros diſcretionis vigorem ad ſentiẽdum pœnas, atq. idcirco Daniel.12.dici, multi qui dormierũt in puluere euigilabuntur, quaſi nõ omnes ſint euigilaturi, nec habituri diſcretionis vigorẽ, non inquam hæc placent. quia paruuli audituri ſunt ſuam ſententiam & cauſam ſuæ damnationis, ideoque in iudicio comparebunt, vt cognoſcant Chriſtum vniuerſalem iudicem à Deo conſtitutum. Actorum. 10. & Ioan.

& Ioan. 5. & coram illo genuflectent Philippen.2. & peccata, ac bona opera præmia, & ſupplicia in confuſionem malorum & gloriam bonorum intelligant, & vt exquirant vindictam ab illis qui damnationis eorum cauſa fuere, vt ait Sibylla ſupra quæſt.6.& ita in iudicio, futuros docent Gregorius.9.moralium ca.16.Auguſtinus.5.Hyppog. ſerm. 14. de verbis Apoſtoli,& 6.contra Iulian.capit.8. ſic explicans id Romanorum.14. &.2. Cor. 5. omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti.Driedo & Pariſien.citati q.1. Carthu. ſupra cum Vdalrico & 4.diſtin 47.quæſt.1.vbi D.Thom.quæſt.1.artic.3.quæſtiuncula prima, ad tertium.Sotus diſt.43.quæſt.1.art.3.ad.2.Palacius.2.diſt.33.diſput.2. Azot lib.4.cap.33 q.3. Medina quæſt.83.artic.4. ad quartum Bellar. ſupra, Ouandus 2.diſt.33.propoſitione. 7. Angles quæſt.vnica diffic.2.3.5.& 6,Suarez 3. par. tom.2. diſp.57.ſect.6.Zumel quæſt.83.artic. 4. part.3.conclu.2.ratione.3.qui fere omnes docent, intellecturos ſe amiſiſſe beatitudinem propter originale peccatum & quidem futuros eſſe in iudicio, patet Apoc.20.*Vidi mortuos magnos, & puſillos, &c.*& capit.5.*veniet & videbit eum omnis oculus.*Math.25.*congregabuntur ad eum omnes gentes.*Item paruuli iniuſti comparebunt ibi, vt videant, quo iure ad cœlum aſcēdant: ergo & iniuſti, vt videant, qua ratione regno cæleſti priuentur. Vnde etiam conſtat, tunc intellecturos & quorſum ibi eſſent futuri, ſi nihil eſſent intellecturi eorum, quæ ibi facienda ſunt?

85 Neque vero placent quæ dicunt Richard. Antoninus & Viguerius ſupra, non triſtari de carentia diuinæ viſionis, quia vident nō fuiſſe in eorum poteſtate diuinam viſionem cōſequi, nam ad triſtitiam ſatis eſt cognoſcere ſe potuiſſe fœlicitatem adipiſci, ſi per Adam, vel alios homines, aut cauſas naturales non ſtetiſſet, vnde neque placet, quod dicunt Sotus Medina, & alij non triſtari, quia vident ſe remote tantum fuiſſe capaces gloriæ, nam triſtari, quis poteſt de carentia illius boni, cuius remote tantum fuit capax?

Neque item ſatisfacit, quod ait Scotus, vel non cognoſcere carentiam illam, vel de ea non triſtari, quia vident ita à Deo fuiſſe diſpoſitum. cui conſonat Salmerō ſupra, dicens, non habituros dolorem de carentia diuinæ viſionis, quia ſciunt eſſe pœnam iuſte inflictam à Deo, & ideo ſi de ea dolerent peccarēt. Et Medina dicens, non triſtari, quia vere non cognoſcunt illam carentiam, vel non cognoſcunt ſe habuiſſe aptitudinem ad gloriam, vel quia vident, nullo ſuo actu illam pœnam meruiſſe, eſſeque iuſtiſſimam, ſeque non potuiſſe illam cauere, & triſtitiam fore inutilem, conſonat etiam Flauius ſupra, dicens non habituros triſtitiam, vel quia non habebunt notitiam beatitudinis ſupernaturalis, vel quia erunt ſua ſorte contenti ſcientes Deum ita diſpoſuiſſe nec ſe ipſos proprio actu talem beatitudinem demeruiſſe. Idem ait Petrus de Aquila: conſonat etiam Zumel, quæſtione.83.artic.4.parte 3.in corpore & ad argumenta dicens, non triſtabuntur, vel quia non cognoſcunt ſe carere gloria, vel quia ſcient, ſe non fuiſſe proxime aptos ad illam, & non amiſiſſe illam ſua voluntate, & quia ſunt prudentes, & auertere poſſunt cogitationem à tali obiecto triſti, vel quia Deus prouidebit ne triſtentur. Vnde eadem par.3. poſt quartam concluſionem ait, Diuina diſpenſatione non habituros triſtitiam, quamuis non eſſet iniuſtum illa affici, quia naturaliter cōſequitur ad pœnam damni, quā meretur originale peccatum. Vnde etiam Suarez diſput. citata ſectione. 7. Hoc ait partim prouenire ex diuina prouidentia; partim ex prudentia, & rectitudine voluntatis horum paruulorum: ex his enim fit, vt non ſentiant triſtitiam aut dolorem de amiſſa beatitudine, ſed omnino ſint conformes diuinæ voluntati & cōtenti bonis naturalibus, quibus erunt præditi, ſic etiam Angl. illa difficult. 6. hoc reducit ad impecabilitatem puerorum & conformitatem, quam habent cum voluntate diuina. Vigueriius etiam capit.18 §.6.in principio ait, quia tales non cognoſcunt, ſe priuari beatitudine ſupernaturali, cum non habeant de illa reuelationem, ideo non dolent neque triſtantur & eſto haberent notitiam beatitudinis ſupernaturalis, non dolerent, quia nullus abſq. deordinatione, volūtatis appetit, quod ſcit ſe habere non poſſe & ſupra ſe eſſe, & quidam probaliter dicunt, quod Deus non concurret ad triſtitiam. Hæc Viguerius. Philiarcus autem tertia parte ſummæ libr. 3. qui eſt de dogmatibus fidei, cap.16. ait, rationem, ob quam D.Thom. ait, pueros iſtos dolorem, 90
& triſtitiam de amiſſione beatitudinis non habere, eſſe, quia nullus in rectitudine rationes conſtitutus affligitur, vel triſtatur de carentia eius, ad quod nunquam fuit proportionatus & contra hanc rationem recte inſurgere Durand. quia ad dolorem ſufficit habuiſſe proportionem, & aptitudinem in ſua radice, quam cum habuerint paruoli in ſua radice, ſcilicet, primo parente, videri dolorem habituros, ſicut doleret filius militis, qui habuerit aptitudinem ad imperium, quo culpa patris priuatus eſt. Nec valet, inquit, reſponſio Capreoli quod homo ſanæ mentis & iuſta ratione vtens, non dolet de priuatione eius, ad quod habuit aptitudinem, ſi illi conſtet priuationem eſſe iuſtam, & ſua voluntate non inductam, nec ab eo im-

pediri potuiſſe & doloré eſſe inutilem in ho-
neſtum,& iniucundum,quia triſtitia natura-
liter ſequitur ex priuatione boni,quod fuiſſe
cognoſcitur poſſibile, & debitum in ſua ra-
dice & recta ratio non facit,nec efficere po-
teſt,vt non diſpliceat,quod ſic cogitatur,ſed
quòd patienter feratur , maxime cum pueri
cognoſcant & videant in ſe naturalem appe
titum , licet non naturaliter explebilem , in
ordine ad viſionem Dei.Vnde infert Philiar.
nullá eſſe ſufficiẽté cauſam,ob quam iſti do-
lore careant,niſi quia Deus talem actum in
illis ſuſpendit, qui naturaliter ſequeretur ex
cogitatione amiſſæ beatitudinis.Sed hoc nõ
placet;quia eſt fingere miraculum ſine neceſ
86 ſitate.

Neque item placet,quod inquiunt Almai.
Richard. & Marſilius Deum impediturum,
ne apprehenſio & cogitatio de carentia bea-
titudinis triſtitiam illis inferat.Idem inſinuat
Vazquez dicens , modum quo in illis im-
pedienda ſit triſtitia ſe ignorare & diuinæ
prouidentiæ,ac iudicio reſeruatum eſſe,quia
Deus miris atque inexplicabilibus modis po
teſt diſponere eorum affectum,vt nullam ex
illa cogitatione triſtitiam percipiant. Idem
ſentit Azor,ac Bonauenturæ,D.Th.& Marſi-
lio tribuit,nec putat, fore miraculum , quia
ſicut cæteræ cauſæ naturales,tunc non agent
ſecundum cõſuetum nunc naturæ ordinem,
ſed iuxta præſcriptas à Deo leges : ſic notitia,
quæ nunc ſolet triſtitiam parere , tunc nullá
inducet, nimirum diuinitus impedita ; ſicut
etiã corpora puerorũ poſt iudicium lædi non
poterunt à cauſis naturalibus. Sed tñ alios
multa ex his gratis dicuntur & quã facilitate
finguntur aliqua , quæ videntur non poſſe
abſque miraculo fieri,eadem negari pote-
runt,vt ait Palacius 2.diſtinct.33.diſput. 2. qui
tamen falſo etiam ait,nec triſtitiam , nec læ-
titiam nec odium , nec delectationem Dei
habituros,lætitiam , inquit, non habebunt,
quia per reuelationem cognoſcent ſe priuari
multis bonis & in die iudicij videbunt glo-
riã humanitatis Chriſti & ſe illa carituros &
erunt in tenebris corporalibus perpetuis, cũ
quibus videtur gaudiũ ſtare nõ poſſe.Nec ve-
ro habebũt triſtitiã,quia videbunt,nõ ſua cul
pa orbatos ſe bonis illis,& mala oppoſita nõ
potuiſſe vitare,& habebunt appetitum rectũ
& cernent grauiora alios pati ſupplicia:non
diligent Deum ſuper omnia,quia non habe-
bunt ſpeciale auxilium , nec odio illum ha-
bebunt , quia morientur ſine actuali culpa,
vbi autem ceciderit lignum ibi erit Eccleſ.11.
falſo,inquam,hæc dicit Palacius: quia.2.iam
contra Bonauent.cum Bellarmi. oſtendimus
non eſſe futuros ſine gaudio & triſtitia, mul-
to autem minus erunt ſine amore Dei , nam
multa habebunt motiua ad diligendũ Deũ,
neque poterunt illum odio habere , quia
erunt impeccabiles:ergo ipſum diligent. Ca-
rebunt autem omni triſtitia,quia ſuæ cogita-
tionis plenum dominium habebunt, & alio-
qui erunt prudentiſſimi , ideo non cogita-
bunt de illis,quæ triſtitiam,& nullam vtili-
tatem afferre poterunt,aut certe,quia cogni-
tio illa bonorum,quibus carent tenuis & per
functoria eſt,bonorum vero quæ poſſident
profunda,& perfectiſſima hæc vincit,& ſum
mam affert lætitiam,quæ omnem triſtitiam
expellit:ſicut multos videmus , qui ſi tempo-
ralibus bonis affluerent,de carentia diuinæ
viſionis nihil contriſtarentur , quia eam im-
perfectiſſime conſiderant,fauent D. Thom.
& Richar. 2. ſententiarum ſupra,& nonnulli
alij ex citatis,& eſt exemplum accommoda-
tum,nam qui imperfecte Deum vident , de
carentia perfectioris gradus minime triſtan-
tur,quia de bonis, quæ poſſident perfectiſſi-
me cogitant,carentiam vero perfectioris gra
dus leuiter & perfunctorie conſiderant.

Recte autem Altiſiodoren.ſupra , ait:ſi in
paruulis erit triſtitia, eam nõ fore ſummam,
quamuis Abulen.paradoxo.5.capit.125.&.126.
dicat habituros magnam triſtitiam.

An vero pœna damni in illis ſit maior quã
pœna ſenſus quam patiuntur ij,qui in mor- 87
tali defuncti ſunt, vide Vazquez,illo ca.3.§.1.
vltimo.

An vero pœna omnium paruulorum æqua
lis ſit Reſpõdetur affirmatiue cum Azor lib.
4.cap.34.quæſtio.5.Marſ.2. quæſt. 19. articu.5.
Almain.3.moral.cap.29.quia culpa eſt æqua-
lis.Sed ſi habent triſtitiam,credo fore inæqua
lem:nam qui facilius potuere obtinere glo-
riam,magis de eius carentia dolebunt,vt etiã
damnati pro mortalibus,ſi cætera ſint paria.
Neque ille exceſſus eſt proprie pœna,ſed cõ-
ſequens ad pœnam.Vnde male quidã apud
Azor ſupra,propter illam triſtitiæ inæquali-
tatem dixerunt,paruulorum pœnã eſſe inæ-
qualem.

Q.3. An nunc animæ, poſt reſurrectionem vero etiam corpora peccatorum,qui in originali defuncti ſunt,naturalem fælicitatem habituri ſint, & quo in loco.

CAtherinus opuſculo de ſtatu pue
rorum ſine baptiſmo deceden- 88
tium , & Romanorum. 5. putat *1. Opinio.*
habituros naturalem fælicitatem
& poſt

et poſt iudicium in hoc terrarum orbe ha-
bitaturos, et frequenter viſitandos ab An-
gelis, et ab illis, qui Regno cœleſti potientur
à quibus ſemper cōſolationē accipient, pari-
terque in rerū naturalium cognitione mag-
num facturos progreſsū. Idē tenuere Pyghius
conuerſia prima, & Hieronym. Sauanarola
lib. de triumpho Crucis, vt refert Bellarmin.
6. de amiſſione gratiæ capit. 1. idem expreſſe
itenut Salmeron Romanor. 5. diſput. 48. in fi-
ne. Cuius verba in fine huius quæſt. 3. refere-
mus: videtur etiam Almai. 3. moral. capit. 19. in
fine dicētis, quod in anima eorum nunquam
erit triſtitia, nec in corpore per reſurrectio-
nem accipiendo dolor, ſed tantum habebunt
carentiam æternæ viſionis. Fauet Baſſolis. 2.
diſtinct. 33. quæſtio. 1. artic. 3. dicens, *de loco, vbi
erunt, neſcio: quidam aiunt, eos in hac terra habita-
turos in locis amœnis vna cum ſocietate mutua &
iucunda, pulchriori & delectabiliori, quam habent
quidam peccatores modo. Et quamdam naturalem
felicitatem ſuam in contemplatione, dilectione &
fruitione naturali Dei*, & in alijs multis bonis tri
buit eis D. Thom. 2. diſtinct. 33 quæſt. 2. artic. 2.
in corpore & ad quintum & 4. diſt. 50. quæſt.
1. artic. 1. ad. 7. & de malo quæſtione 5. artic. 3.
Durand. 2. diſtinct. 33. quæſt. 3. Richard. artic. 3.
quæſt. 2. Angles quæſt. vnica difficul. 1. quæſt. 1.
Sotus quæſtio. 1. Flauius eadem diſtin. Petrus
de Aquila ibidem, qui etiam de loco puero-
rum addidit, *poſt reſurrectionem, vel erunt in mun-
do iſto, quem Deus dabit illis pro loco, & vadēt hinc
inde gaudendo & ſpatiando, vel in lymbo: neutrum
tamen horum mihi certum eſt, quia quod non patet
ex ſcriptura eadem facilitate contemnitur, qua aſſir
matur, ideo confiteor me neſcire*, Pineda loco cita-
to quæſtione præcedenti. Antoninus prima
parte titul. 4. c. 1. §. 4 Viguerius cap. 2. §. 1. verſ.
2. & capit. 14. verſ. 1. & capit. 18. §. 6. in principio
ſupplementum. 4. diſtinct. 43. quæſt. 1. littera. H.
Carthuſia. diſtinct. 47. (cum Partſien. lib. de
vniuerſo) & 2. diſt. 33. cum Vdalrico Tarantat
& alijs, & Lyra Eccleſ. 4. & ait eſſe omnium
doctorum, & ſic explicat, quod eo cap. dici-
tur, *feliciorem vtroque reputaui, qui nondum natus
eſt*, ſic etiam explicari poteſt cum Salmeron,
illa diſput. 48. illud Iob. 4. *Tunc enim dormiens
ſilerem, & ſomno meo requieſcerem*, ſic etiam ipſe,
& alij multi exponunt id Math: 26. *melius illi
erat ſi natus non fuiſſet.*

Hanc etiam fœlicitatem tribuit eis Nyſſe.
89 Fauet Nazianzen. oratione in ſanctum la-
uac. & Auguſtinus 3. de libero arbitr. capit. 23.
dicentes, neque habituros gloriam, neq; ſu-
plitium, ideſt, neque carentiam fœlicitatis na
turalis. Et quo modo verum erit, quod quæſt.
præcedenti vidimus, doceri fere ab omnibus
ſcholaſticis, videlicet, nullam habituros tri-
ſtitiam, ſi non ſolum fœlicitate cœleſti, ſed
etiam naturali orbatos ſe cognoſcent? Item
quod eſt debitum naturæ, alieno actu amitti
non debet, ſed ſpecies, ſcientiæ, et beatitudo,
naturalis, ſunt huiuſmodi: ergo illas habe-
bunt ſiue infuſas à Deo authore naturæ, ſiue
acquiſitas, ſiue partim infuſas, partim vero
acquiſitas. Confirm. quia ſi non haberent ſpe
cies intelligibiles, eſſent otioſi omnino aut
ſolum cognoſcerent quilibet ſeipſum et
Deum ſine ſpecie per ſuam ſubſtantiam.
Vtrumque autem videtur abſurdum, habent
ergo ſpecies et alioqui ſunt deterioris con-
ditionis quam dæmones, et alij damnati pro
actualibus peccatis. Nec verum puto, quod
ait Viguerius cap. 2 §. 1. verſ. 2. animæ, quæ hîc
aliquas ſpecies acquiſiuit, forte pauciores,
vel imperfectiores ſpecies quam alijs infun-
dendas eſſe. Sed vt ad inſtitutum reuertamur,
Ouandus. 2. diſtin. 33. propoſitione. 6. ait, non
eſſe his negandam cognitionem naturalem
multo perfectiorem quam poſſit à Philoſo-
phis in hac vita haberi, et propoſitione. 8. in-
quit, aliorum opinio fuit, quod poſt iudiciū
habitabunt ſuperfaciem terræ, quam opinio-
nem refert Richardus et ſequitur Catheri-
nus, et poſſet ſuſtineri, quod hæc terra erit
habitabilis poſt iudiciū ſaltē ab ijs qui nihil
pati poterunt in ſuis corporibus, quales ſunt
pueri iſti: ſatis eſſet conſonum, quod ſicut
Deus eſt trinus, ita trinam haberet familiam,
et terram dederit filijs hominum; Pſalm. 113.
ſcilicet, in perpetuum. At cum dubium ſit
an futurum ſit aliquod mixtum poſt iudiciū
fueritque error Armenorum, quod paruuli
fidelium poſt mortem irent ad paradiſum
terreſtrem, quorum ſententiam damnauit
concilium Tridentinum, nihil aſſero: ve-
re tamen præfata opinio non ſentit cum Ar-
menis, at vbicunque futuri ſunt, non credo
fore inconueniens eorum ſtatui habere An-
gelorum apparitiones et propriorum paren-
tum beatorum. Hæc Ouandus.

Paludan. autem 4. diſtinctione. 45. quæſt.
3. artic. 2. concluſione. 2. ait poſt iudicium lo- 90
cus puerorum non videtur eſſe ſub terra, quo
niam ibi non poterunt eſſe ſine triſtitia niſi
quis dicat, quod erunt in parte tam propin-
qua ſuperficiei terræ, quod illuminabuntur
eorum oculi à ſole, quia terra in ſuperficie
illuminabitur, in quo etiam vitro aſſimilabi
tur: habitabūt ergo ſuper faciē terræ & per ex
perientiā, contēplationē & diſcurſum habe-
bunt notitiā rerū naturalium, quod etiā te-
net aliqui ex doctiſſimis recentioribus: alij
vero, vt Zumel, dicunt, eſſe probabile aut
non omnino improbabile & Richardus ſu-
pra; id tamquam probabile refert: fauet
Gerſon alphabeto decimo ſexto, littera. M.
lectione ſecunda in Marcum dicens, de

paruulis abſque baptiſmo decedentibus non improbabile prorſus videtur, eos in Philoſo. & alijs artibus & cognitionibus poſſe inſtructiores fieri temporis ſucceſſione diuturna & experientiarū multitudine adintos & Cathuſian. ſupra refert Petrum de Aquila loco citato, aliosque aſſerentes, quod ambulabunt ſpatiando per terram & cōferendo, neque erunt in loco tenebroſo; tum quia inde mœrorem haberent: quid enim mihi gaudij eſſe poteſt, dicebat Tobias, qui in tenebris ſedeo & lumē cœli non video: tum quia carerent loco & libertate & vſu potentiæ viſiuæ naturalibus, quos in puris naturalibus haberent.

91 Conf. quia propter originale non debent priuari perfectionibus naturalibus, vt ait D. Th. de malo q.5.a.3. nec expedit vt corpori tali mato anima habēte aliqualiter naturalē beatitudinem tam incommodus & tenebroſus locus detur. Fauent qui apud Viguerium cap. 16.§.4. verſ. 31. dixerunt extrahendos ſuper terram, vt ingenti damnatorum numero locus ſub terra maneat, quod non damnat Viguerius, licet incertū dicat, Fauet etiā Angl. 2. diſtinct.33. in fine, vbi ait in eo quod attinet ad locum puerorum poſt iudicium, nihil eſſe ab eccleſia definitum, ideo trahit ſua quemq; voluptas, nec voto viuitur vno, quidam enim affirmant ſplendore ſolis ſuper faciem terræ fruituros; alij in lymbo futuros: in quod magis inclinat Angl propter Auguſtinum & rationes aliquas, quas in eo videre licet. Fauet etiam Auguſtinus 3. de lib arb. cap. 23. dicens, quis nouit, quid ipſis paruulis in ſecreto iudiciorum ſuorum bonæ compenſationis reſeruet Deus &c. Quod licet retractauerit epiſt. 28. ad Hieronymum, tamen non omnino aſſertiue, & forte propter ſolum nomen compenſationis, quod merita ſupponit & Catherinus ſupra, exemplis probat, aliqua retractaſſe, quæ retractare non debuiſſet.

92 *Sententia aucloris.* Tutius tñ eſt dicere manſuros in lymbo, & nec nunc, nec poſt iudicium habituros fælicitatem naturalem ſimpliciter loquendo, quia licet habeant omnes perfectiones poſitiuas, quas habeēt animæ puerorum in puris naturalibus: tamen non habebunt perfectiones negatiuas, vt carētiam peccati & pœnæ: nam vt multi ſuperius relati aſſerunt, habebunt aliquam, vel magnam triſtitiam, vel ſaltem carebunt lætitia, & ſecundum omnes carebunt beatitudine ſupernaturali, & gratia, quas habere potuerunt, eruntque in peccato habituali; vt enim aliquis ſit ſimpliciter beatus beatitudine naturali, debet habere magnum gaudium & carere omni triſtitia, & peccato & habere omnes perfectiones quæ ſecundum legem ordinariam fuerunt ei poſſibiles. Vnde caute Peltanus tractatu. 13. de peccato originale, licet dicat, habituros perfectionem naturalem, non vult admittere conſecutuos finem vltimū naturalem, quia putat vnum tantum eſſe vltimum finem ſimpliciter; & Marſ. 2.q.19. artic.5. paulo ante finem, licet dicat, eos Deum ſuper omnia amaturos, ipſumq. vt dominum veneraturos; tamen naturalem fælicitatem illis non tribuit, & Zumel quæſtione 83. artic.4. par.3 concl.4. ait opinionem quæ tribuit pueris naturalem fælicitatem, non eſſe admodum probabilem & paulo poſt ait, certum eſſe non fore fælices, & fore perpetuo in lymbo, & Pineda ſupra, opinionem illam Catherini de loco puerorum poſt iudicium improbabilem cenſet, vt & Valentia hîc diſputatio.6. quæſtione.17. puncto 4. vbi ait. Excluditur etiam per teſtimonia allata id, quod Pelagianos ſenſiſſe refert Auguſt. hæreſi. 88. ſcilicet paruulos ſine baptiſmo decedentes habituros extra regnum Dei vitam quandam æternam & beatam, qui ſi non de ſupernaturali, ſed de naturali intellexerunt, non videtur ab hac Pelagianorum ſententia differre opinio Catherini dicentis, eos habituros beatitudinem naturalem in loco quodam terreſtri amœniſſimo. Quæ opinio omnino reijci debet, quia nullo nititur firmo fundamento, & minime congruit cum ſcripturę teſtimonijs allatis & cum eccleſiæ traditione; quî enim fieri poteſt, vt qui ſunt filij iræ & Deo exoſi, ac damnati vitam in aliqua fælicitate traducturi ſunt: idem tenet Sotus 4. diſtinct.48.q.2.art.4. ad quartum, & primo naturæ cap. 14. addens, inopinabile, vanum & temerarium eſſe aſſerere, quod nunc, vel poſt iudicium paruulī habeant ſpecies, vel ſcientias naturales cum nec illas hîc; ac quiſierint, nec ex meritis ſint illis debitæ, ac proinde quod habeant fælicitatem naturalem. Et Azor to.1. lib. 4. c.33. quæſtione 4.& 5. ait, in hac re nimium fuiſſe Catherinum & certo dici poſſe non habere fælicitatem naturalem & cum cōmuni ſcholaſticorum ſentiendum eſſe affirmat, manſuros ſub terra in loco tenebroſo, vili & abiecto; vt tenet Alenſ. 2. parte queſt.105. alias.122. memb.10.§.10. et quæſt.124. memb.9. Albertus 2.p. ſummæ tract.18. quæſtione. 113. D. Thom. 2. diſtinctione.33. quæſt.2. artic.1. Gabr. quæſt. 1. articul.2. concluſione.4. Bonauentu. artic.3. quæſt.1. numero.45. Ouand. propoſitione. 8. Marſ.2. quæſt.19. artic.5. et colligitur ex Aug. 1. de peccatorum mer. cap. 25. relato cap. nulla præter de conſecratione diſtinctione.4. vbi aperte dicit eſſe in tenebris futuros et cap. 23. et. 28. et. 2. de peccato originali capit. 21. et 5. contra Iulianum capit. 8. et. 1. de origine animæ capite nono, et libro ſecundo capite 11. et in Enchiridio capite 39. et

ferm.

Digitized by Google

ſerm. 14. de verbis Apoſtoli ait nullum eſſe tertium locum poſt iudicium præter cælũ, & infernum, & nullam fælicitatem futuram ijs paruulis, idem docet author Hipog. lib. 5. Proſper. 2. de vocatione gentium cap. 8. alias. 2. Beda Ioan. 14. Licet Azor probabile putet, comparaturos ſeu habituros notitiam omnium rerum, quæ naturali lumine percipi poſſunt, & Petrus de Soto, lectione. 6. de baptiſmo inter nouitates vitandas Catherini numerat, quod dixerit hos pueros beneficio Chriſti ſuſcitatos, ſine afflictione vlla, aut triſtitia in quadam fælici, ac beata vita pꝑpetuo manſuros, & Bellarm. 6. de amiſſione gratiæ, capit. 2. contra Catherinum Pighi. & Sauanarolam ait, de fide eſſe eiuſmodi paruulos naturali beatitudine perpetuò carituros: quod probat. 1. teſtimonijs ſcripturæ, & Patrum, in quibus abſolute habetur, omnes paruulos non baptizatos mulctandos eſſe vitæ amiſſione æternę.

93 Quæ tamen teſtimonia nõ vrgent, quia ad hoc ſatis eſt priuãdos eſſe ſupernaturali beatitudine. Adducit, etiã alia teſtimonia, quæ nõ ſolũ probare videntur nõ habituros fælicitatem naturalem, ſed etiam habituros in perpetuum ignis, & gehænnæ pœnam, quibus iam cum eodem Bellarm. & alijs ſatis fecimus, q. 1. Adducit etiam alia teſtimonia, quib. patet hos paruulos eſſe ſub poteſtate diaboli (quod negauit Catherinus lib. illo de ſtatu puerorũ dicens, poteſt diem iudicij non fore amplius ſub poteſtate diaboli) ac proinde futuros ſemper in carcere inferni, ſed neq. illa teſtimonia vrgent, quia ex illis ſolum habetur in hac vita, & poſtea ante iudicium fore ſub poteſtate Diaboli, eo quod vſque ad iudicium detruduntur in infernum, vel in eo à Diabolo detinentur, & ſic poteſt intelligi concilium Florentin. ſeſs. vlt. definiens, omnes defunctos in originali in infernum deſcendere. Magis vrgent loca citata ab eodem, & ab Azot ſupra in quib. Auguſti. Proſp. & Beda; & Authot Hypog. docent, nullum eſſe locum medium quietis, & fælicitatis, ſed exponi poſſunt vſque ad iudicium; vel de fælicitate ſupernaturali, aut ſimpliciter denominante, nã in hoc ſtatu, in quo poſſibilis fuit fælicitas ſupernaturalis, qui ſolum naturalem habent, non ſunt ſimpliciter fælices, ſed cum addito, miſeri autem ſimpliciter. Deinde nec ſimpliciter ſunt fælices fælicitate naturali, ſed cum addito, ſcilicet ex parte: nam de eſſentia fælicitatis naturalis eſſe videtur carentia peccati, & miſeriæ: cum ergo iſti ſint in peccato orig. & ſimpliciter miſeri propter carentiam fælicitatis ſupernaturalis nõ erunt ſimpliciter, & ex omni parte beati, etiam fælicitate naturali, ſed ex aliqua, quatenus cognoſcunt, & diligunt Deum ſuper omnia cognitione, & dilectione naturali, ſuntque impeccabiles.

94 Sed obijciunt quidam: quia nulla eſt ratio cur poſt iudicium à lymbo liberentur, cum poſt hanc vitam non ſit locus miſericordiæ, ſed iuſtitiæ, & Eccleſ. 11. dicatur. *Vbi ceciderit lignum ſiue ad auſtrum, ſiue ad Aquilonem, ibi erit.* Quod Hierony. & alij communiter exponũt de hominibus, qui ſemper in eo ſtatu erunt, in quo illos mors inuenerit. Reſpon. poterit non pertinere ad miſericordiam, ſed ad iuſtitiam, quod paruuli poſt iudicium à lymbo liberentur, quia licet propter peccatum Adæ, vel originale mereantur in æternum priuari beneficio ſupernaturali: non tamen libertate naturali, quæ illis eſſet in puris naturalibus, nam qui in infantia morerentur in puris naturalibus, poſt mundi finem libertatem haberent habitandi ſuper terram. Quod vero dicitur, vbi ceciderit lignum, &c. intelligitur tantum in ordine ad ſupplicium, vel præmiũ eſſentiale, ad ſtatumque peccati, vel gratię: vnde animæ, quæ deſcendunt in purgatorium, ab illo poſtea egrediuntur. Objcies, quod poſt iudicium nullum erit mixtum, & terra erit aquis operta, iuxta Doctores 4. diſt. 47. quorſum ergo pueri ad ſuperficiem terræ extrahẽtur, aut quid illis proderit hęc habitatio; Reſ. aliquos exiſtimare, aliquam terræ partem nõ operiendam aquis, & in terra futura eſſe aliqua mixta. Vnde Pariſ. lib. 1. de vniuerſo, parte. 1. cap. de mundo ſublunari relatus à Carth. 4. d. 48. q. 3. ait de de terra quidam ex ſapientiſsimis Chriſtianorũ dixerunt, quòd graminibus ſemper virentibus, & immaraceſcibilibus floribus, atq. perpetua vernãtia, & amœnitate inſtar paradiſi ſit decoranda. Quod cõfirmat; quia propter peccatũ Adæ ſpinas, & tribulos germinauit: ergo propter merita ſanctorum herbas, & flores producet.

95 Et Anſelm. ſeu quiſquis fuerit auctor elucidarij, non procul à fine ait; aqua, quæ Chriſti corpus tangere meruit, & ſanctos in baptiſmate lauit, omnem decorem chriſtalli tranſcendet; terra, quæ in gremio ſuo domini corpus confouit, tota erit, vt paradiſus, & quia ſanctorum ſanguine eſt irrigata, odoriferis floribus, lilijs, roſis, & violis erit inmarceſſabiliter perpetuo decorata, & Catheri. opuſculo de ſtatu puerorum, & in id Hebræ. 1. ipſi peribunt, ait: terra iſta in aliam commutabitur pulchriorem, & amœniorem, quam habitabunt pueri. Hanc ſententiam propter Anſel. præſertim authoritatem non eſſe omnino improbabilem ait Suarez 3. p. tom. 2. diſp. 58. ſect. 3. licet probabilius putet, nullum mixtum manſurum præter homines, vt tenent D. Tho. 4. d. 48. q. 2. ar. 5. Bonauent. Richar. Palud. Sotus, & alij hic Henr. quodl. 4. q. 12. Anton. 4. p.

terrenam. Quò alludit dilectus in Apocalypſi cum ait, vidi cœlum nouum, & terram nouam. Ergo vt cœlum non nudum, & habitatoribus ſpoliatum interpretantur, ita nec terrã ſumimus, ſine incolis ſuis; non tamen vt eam colent ſeminando, aut plantando; quia vſus nullus erit poſt diem iudicij: nam ceſſante cœleſtium ſphærarum motu, ceſſabit etiam omnis motus eorum, quæ in terris ſunt. Hæc Salmeron.

Quæſt. 4. An hi paruuli habituri ſint appetitũ ſenſitiuũ rationi obſiſtentem, ſeu fomitem?

100 QVIDAM affirmant in eis futuros eſſe motus appetitus contra rationem, imo & aliqua peccata. Azor lib. 4. cap. 13. tenet prorſus carituros his motibus, vel ſaltem conſenſum illis non accommodaturos: lignum enim vbi ceciderit ibi erit. Sed cõmunis tenet & merito non habituros eiuſmodi motus, vt Suar. 3. par. tom. 2. diſput. 50. ſect. 5. dicto 1. Flauius. 2. diſt. 33. vbi Angles, quæſt. vn. difficult. 4. nam animæ ſeparatæ obtemperat corpus ad nutum ex natura rei ſicut Angelo obtemperant omnia corpora ad nutum quantum ad motum localem, & quidquid ſit de hoc, certum eſt nõ peccaturos, vt tenent Suarez, Azor, Angles ſupra, & Peltanus tractat. 3. de pecc. orig. imò oppoſitum cenſet erroneum Angles diffic. 6.

QVÆST. 5. An origin. ſit minus pec. quam ven Decan. ar. 2. partem affirmatiuam tenet, ſed reſpondetur in ratione voluntarij, eſſe minus quodammodo, quia eſt commiſſum ſine voluntate propria: ſimpliciter tamen eſſe maius, quia eſt mors animæ, & reddit dignum æterna pœna damni, ita tenet Azor illo cap. 33. q. vlt. Cunerus lib. de orig. c. 8. fine. De alijs effectibus & pœnis peccati originalis cuius modi ſunt corruptio, & vulnera naturæ, & diminutio inclinationis ad bonum, mors, ægritudines, & alij defectus corporales, dicemus diſputa. 13.

QVÆST. LXXXIIII. DE CAVSA PECCATI, SECVNDVM QVOD VNVM PECCATVM EST CAVSA ALTERIVS.

Art. 1. *Vtrum cupiditas ſit radix omnium peccatorum.*

Art. 2. *Vtrum ſuperbia ſit initium omnis peccati.*

Art. 3. *Vtrum præter ſuperbiam & auaritiam ſint alia peccata, quæ dici debeant capitalia.*

Art. 4. *Vtrum conuenienter dicantur ſeptem vitia capitalia.*

DISPVTAT. XII. QVÆ PECCATA ſint aliorum cauſæ, & quomodo.

SECTIO. I.

An ſuperbia, & auaritia ſint cauſæ omnium aliorum peccatorũ, & quomodo.

1 CERTVM eſt, ſuperbiam, & ſimiliter auaritiam eſſe omnium peccatorum cauſam; nam de ſuperbia id docent D. Tho. art. 2. & 2. 2. q. 162. ar. 8. Sayr. lib. 2. c. 12. num. 5. & cæteri Scholaſtici, & Aug. 11. Geneſ. ad lit. cap. 14. & 15. & 15. 12. ciuit. c. 6. & lib. de natura & gratia, cap. 29. Proſper. 3. de vita contemplatiua c. 2. 3. & 4. Gregor. 31. moralium, cap. 31. & hom. 18. in Ezech. Fulgentius. 1. ad Monimum ante medium

Probatur auctoritate, ſuperbiã, eſſe cauſam omnis peccati.

dium, Caſſian. de inſtit. renunt. lib. 12. c. 6. Bernard. ſerm. 1. aduentus, ex illo Eccleſ. 10. verſ. 15. initiũ omnis peccati eſt ſuperbia. Quod aliqui interpretantur: quia primum peccatum angelorum fuit ſuperbia, vt docent S. Tho. 1. p. q. 63. ar. 2. Alb. 2. par. ſum. tract. 5. q. 21. Alex. 2. p. q. 98. memb. 2. Bonau. 2. d. 6. ar. 1. q. 1. Ægid. q. 1. art. 3. in corp. & in dub. lit. Richar. art. 1. q. 1. & 2. Argen. q. 5. ar. 2. Caieta. Molina, Bañes, Zumel, & Valen. 1. p. q. 63. at. 2. Vazq. ibi. d. 232. c. 3. & 1. 2. diſp. 136. c. 2. Item, quia primum peccatum hominis fuit etiam ſuperbia, vt docet D. Thom. 2. 2. q. 163. ar. 2. Petrus de Soto lect. 3. de peccatis, Medina hac. q. 84. a. 2. in fine. Vaz. diſp. 136 c. 2. Ianſen. in locum cit. Eccleſ. 10. vnde ibidem dicitur initium ſuperbiæ hominis apoſtatare à Deo, &c. De quo loco plura poſtea. Quod etiam patet Tob. 4. ſuperbiam nunquã in tuo ſenſu, aut in tuo verbo dominari permittas: in ipſa enim initium ſumpſit omnis perditio. Sed non obſtat ſenſui à nobis tradito: quia bene potuit ſuperbia eſſe primũ peccatũ Angeli & hominis, & ex ſe cauſa omnis peccati.

2 *Probatur ratione.* Iam ergo concluſio probatur ratione: quia nullum peccatum eſt, quod non poſſit committi ex inordinato appetitu propriæ excellentiæ, in quo conſiſtit ſuperbia: quod patet, quia in omni obedientia eſt ſubiectio quædã ad legem, quam ſuperbia refugit, tanquam contrariam propriæ excellentiæ: & in omni peccato reperitur libertas à lege, quam libertatem amat ſuperbia, tanquam pertinentem ad propriam excellentiam: ergo nullum eſt peccatum, quod non poſſit committi ex ſuperbia, ſeu appetitu propriæ excellentiæ, etiam ſi ſit peccatum timiditatis, in quo oppoſitum ſenſere quidam recentiores, qui ideò explicãt, ſuperb. eſſe initiũ omnis peccati nõ Phyſice, ſed moral. quia ex illa ꝓcedere poſſũt fere omnia peccata, licet nõ omnia ſimpl. Phyſice. Nos autem tenemus omnia ſimpliciter ex ſuperbia procedere poſſe. Quam ob rẽ, cum Durandus. 2. d. 42. contra ſententiam prædictum negauit, initium omnis peccati eſſe ſuperbiam, valde errauit, vt notauit Valentia hic Zumel, & Med. ar. 2. & falſo dixit, veram lectionem illius loci Eccleſ. 10. non eſſe niſi hãc. *Omnis ſuperbia initium eſt peccati*, patres enim citati aliter legunt, ſcilicet initium omnis peccati ſuperbia: ſic etiam legimus apud 70. & Hiero. & Biblia Compluten. & codices vulgatæ, & quamuis S. Antiochus hom. 44. legat, indefinite, initium peccati ſuperbia, tamen indefinita vox æquipollet vniuerſali. Eſt ergo ſuperbia initium omnis peccati, & propterea loco eius quod in vulgata editione ſubiungitur, *qui tenuerit illam adimplebitur maledictis*, legit Antiochus, *qui tenuerit illam abundabit in illum abominatio*, ideſt replebitur peccatis & abominationibus: ergo ſuperbia initiũ eſt peccatorum omnium, ſicut humilitas, quę illi eſt contraria, aſſeritur à patribus mater virtutum omnium.

Neque obſtat. 1. id Eccleſ. 10. *Initium ſuperbiæ eſt apoſtatare à Deo*, quia licet interdũ apoſtaſia aut aliud peccatum non oriatur actu à ſuperbia, ſed econtra, tamen natum eſt oriri à ſuperbia, & nos non dicimus, omne peccatum eſſe actu à ſuperbia, ſed aptitudine. D. Tho. illo ar. 2. ad. 2. quem ſequitur Valen. ſupra dupliciter huic obiectioni. Reſpondet. 1. apoſtaſiam ibi accipi pro conditione quadã cõmuni peccatorum omnium, quæ eſt auerſio à Deo, & dicitur initium ſuperbiæ, quia ex eo quod quis non vult ſubdi Deo ſequitur quod inordinate velit propriam excellentiã in temporalibus. Sed certe ſumendo apoſtaſiam, vt eſt communis conditione omnis peccati, non recte ſaluatur, apoſtaſiam eſſe initium ſuperbiæ, quia non omne peccatum eſt initium ſuperbiæ, alioqui etiam ipſa ſuperbia eſſet initium ſuperbiæ, quod eſt falſum, niſi ita explicetur, quod quælibet ſuperbia eſt initium alteri⁹ ſuperbiæ, ſcilicet aptitudine, ſed licet hoc concedamus in ſuperbia, in cæteris peccatis non facile ſaluabitur quomodo omnia apta ſint cauſare ſuperbiam proprie dictam, de qua ibi eſt ſermo, non ergo apoſtaſia, vt eſt communis conditio omnis peccati eſt initiũ ſuperbiæ, quidquid dicant citati, & Ianſen. in illum locum Ecleſia. Secũda expoſitio D. Tho. & Valentiæ, eſt apoſtatare à *Deo* eſſe initiũ ſuperbiæ, quia eſt prima ſuperbiæ ſpecies eo quod ad ſuperbiam pertineat cuicũq. ſuperiori nolle ſubijci, & præcipue nolle ſubdi Deo, ex quo contingit, quod homo ſupra ſupſum indebite extollatur quãtũ ad alias ſuperbiæ ſpecies. Sed neq. iſta expoſitio omnibus placet, quia initiũ ibi pro cauſa ſumitur, vt in ſequenti verſu, in quo dicitur, initium omnis peccati ſuperbia, non ergo eſt ſenſus quod apoſtaſia ſit prima ſpecies ſuperbiæ ex qua aliæ ſuperbiæ ſpecies oriantur, ſed quod ſuperbia cœpit cum apoſtaſia, & receſſu hominis à *Deo* ſic enim habetur in Græco, vt notat Ianſenius principiũ ſuperbiæ hominis deficiẽtis à Deo, id eſt idem fuit vtriuſque principiũ tũc fuit ſuperbia, cum homo deficeret à Deo, vbi apoſtaſiã non ſumitur pro ſpeciali peccato, ſed pro quolibet peccato. Iuxta æditionem autem vulgatam: ſenſus eſt principium ſuperbiæ ſumptæ pro peccato ſpeciali eſt apoſtatare & deficere hominem à *Deo*, ſeu non exercere virtutes Theologicas aut morales, quæ directe Deum reſpiciunt. Quo non obſtãte, vt diximus, verum eſt ſuperbiam eſſe initium omnis peccati ſecundum aptitudinem,

3 *Soluitur. 1. Obiectio.*

Digitized by Google

nem, quia nullum eſt peccatum, quod ex illa oriri non poſſit.

4. *Diluitur 2. Obiectio.* Neque obſtat.2.quod Auguſtinus.14.ciuit. cap.vltimo, quẽ ſequitur D. Tho. q.77. art.4. indicat, amorem ſui eſſe cauſam omnis peccati cum ait, illum ædificare ciuitatem Babylonis, nam ſimul poteſt ſuperbia ædificare ciuitatem Babylonis, & eſſe cauſa omnis peccati illa alia ratione iam dicta, maxime cum ipſa etiam ſit peruerſus amor ſui, vt ait Valentia ſupra, cum D. Thom. artic.2. ad tertium, quem ibi recte defendit Caietan. contra quãdam obiectiunculam *Durandi*.

Diluitur. 3. Obiectio. Neque obſtat.3. quod quidam illum locum eccleſ. initium omnis peccati ſuperbia, aliter quam nos interpretantur, initium omnium peccatorum fuiſſe ſuperbiam, reddit enim rationem illius dicti, initium ſuperbiæ hominis deficientis à Deo id eſt idem fuit initium ſuperbiæ hominis, & defectionis à *Deo*, *Quoniam initium*, inquit, *omnis peccati eſt ſuperbia*. Vnde Tobiæ.4. in ipſa initium ſumpſit omnis perditio: Reſpondetur ita ibi dici ſuperbiam fuiſſe primum hominis peccatum, vel inprimis peccatis, vt etiam ſit cauſa omnium peccatorum, quæ fiunt in alijs hominibus, & in quouis homine ſit aptitudine cauſa omnis peccati, ita Ianſenius ibi. *Dico* autem aptitudine eſſe cauſam omnis peccati, & non actu, quia non omnia peccata procidunt actu à ſuperbia, ſicut nec ex auaritia, vt recte notat Zumel art.2. ex D.Thom. art.1. ad tertium, & 2.2. quæſtione.162. artic.7. ad primum, & Ianſenius eccleſ.10. Vnde non placet quod ait Proſper.3.de vita contemplatiua c.3. nullũ peccatũ fieri poteſt, potuit, autem poterit, ſine ſuperbia ſiquidem nil aliud omne peccatum, niſi Dei contemptus eſt, quod etiã d ſuperbia & cupiditate (quas inmerito confundit.) repetit capit.4. id autem verum eſſe non poteſt, quia ſi loquitur de ſuperbia, vt eſt ſpeciale vitium, vt loqui videtur, interdum ſine illa poſſunt fieri, & fiunt multa peccata, & ſimiliter ſine cupiditate, quæ eſt ſpeciale vitium auaritiæ, ſi vero de ſuperbia, vt eſt generalis conditio incluſa in omni peccato, vt interdum inſinuat, falſum eſt eſſe cauſam omnis peccati genus enim nõ eſt cauſa omnium ſpecierum, licet vt eſt in vna poſſit eſſe cauſa alterius, eademque ratione cupiditas, vt eſt generalis conditio omnis peccati, non poteſt eſſe cauſa omnis peccati.

5 *Diluitur. 4. Obiectio.* Vnde neque obſtat, 4. quod quidam dicunt, in illo loco eccleſ. non eſſe ſermonem de ſuperbia, vt eſt ſpeciale peccatum, ſed vt eſt conditio communis omni peccato quatenus in eo inuenitur auerſio à Deo, & quidam contemptus Dei, eo quod in omni peccato aliquid præponitur diuinæ legi, ſic autem accipiendo ſuperbiam non poteſt dici eſſe cauſam omnis peccati: ergo. Reſpondetur enim illam interpretationem, licet ſit Bonauenturæ 2. diſt.42. dub.4. litterali, tamen nequaquam admittendam eſſe, tum quia eſt contra D. Auguſtinum.11.Geneſ. ad litteram cap.15. D.Tho. Caiet. Conrad. Medinã, & alios. a. 2. Vazquez diſp.86.cap.1. Durand. & Valentiã ſupra. & D.Tho.2.2.q.162. art.8. imo & Ianſe. eccleſ.10. quamuis poſtea ſequi videatur aliã interpretationem imo & D.Tho. hîc illam tribuere, vt notat Vazq. & contra patres ſuperius citatos, qui de ſpeciali peccato ſuperbiæ illud teſtimonium interpretantur, tum quia eſt contra ipſum contextum, nam & antea, & poſt loquitur ſapiens de ſpeciali peccato ſuperbiæ, dum ait, *Quid ſuperbit terra; & cinis, & ſedes ſuperborum Ducum deſtruxit Deus, & ſedere fecit mites pro eis, &c.*

Diluitur. 5. Obiectio. Neque obſtat.5. quod ait Paulus, radix omnium malorum cupiditas. 1.Tim.6. ſiquidem licet cupiditas diuitiarum ſeu auaritia ſit radix, & cauſa aliorum omnium peccatorum idem poterit competere ſuperbiæ.

6. *De auaritia pbatur.* Vt autem, quod ad auaritiam pertinet explicemus; ſciendum eſt, Bonauenturam imo, & Proſperum illo cap.4. & Auguſtinum Pſal.118. concione.11. & tract.8. in 1. epiſtol. Ioan. & 11.Geneſ. ad litteram cap.15. nomine cupiditatis non intellexiſſe vitium ſpeciale auaritiæ, ſed conditionem communem omni peccato, nam in omni peccato inuenitur inordinata cupiditas, ſed hãc interpretationem merito reijciunt Ianſenius, Durand. & Vazquez locis citatis, quia S.Thom. hîc art.1. Caietan. Conrad. Zumel, & Medina, ibi, Valentia ſupr. *D.* Thom. Adamus in Paulum ibi, Hierony. Ambroſ. & communiter interpretes, & Scholaſtici ac ſancti locum illum interpretantur de cupiditate diuitiarum ſiue auaritia, ſic etiã interpretatur Baſil. in id Iſai.5. quemadmodum comburitur ſtipula, & epiſtol.76. Caſſian: lib.7. de inſtitut. capit.6. & merito cum Paulus dicat, qui volunt diuites fieri, incidũt in tentationẽ, & in laqueum Diaboli, & in deſideria multa inutilia, & nociua, quæ mergũt homines in interitum, & perditionem, radix enim omnium malorum eſt cupiditas, quam quidam appetentes errauerunt à fide, & inſeruarunt ſe doloribus multis, & in Græco eſt philargyria, quod nomen aperte ſignificat amorem pecuniæ, ſeu auaritiam, vt optime notauit Caſſian. lib.7. de inſtitut. renuntiantium cap.6. qui eodem capit. & capit.25. & 26. docet, auaritiam eſſe cauſam omnium peccatorum, idem ait S. Antiochus homil.8. & recte Ianſen. locis citatis explicat, eſſe omnium malorum radicem, non quod omnia mala ex ea fiant, ſed quod omnis generis

mala

mala ex ea fieri ſoleant, nec ſolum quòd omnis generis vitia indeptoficiſcantur, ſed etiã quòd hominis generis miſeriæ,& calamitates,tum temporales,tum æternæ hinc incurrantur. Exponi etiam poteſt eſſe radicē omnium malorum, quia omnia peccatorum non ſolum genera,ſed etiam indiuidua ex illa oriri poſſunt, ſiquidem omne peccatum interdum deſeruire poteſt ad habendas diuitias:poteſt enim à diabolo,vel homine præmium pro quocunque peccato alicui offerri, & ita propter diuitias poteſt quodcunque peccatum amari,& fieri,& ita ſicut de ſuperbia diximus eſſe cauſam omnium peccatorum ordine intentionis ita de auaritia dicendum eſt.

7 Addit tamen D.Thom. art. 1. & 2. Zumel, Conrad.& Medina ibi aliam modum, quo auaritia eſt cauſa omnium peccatorum ordine executionis,quia ſcilicet,obiectum ipſius, quod eſt diuitiæ,eſt inſtrumentum,& adminiculum, quo omnia ſcelera patrãtur, & materia,qua nutriuntur & augentur,quia pecuniæ obediunt omnia Eccleſ. 10. Quapropter appoſitè à Paulo cupiditas hæc appellata eſt radix omnium peccatorum , etenim vt radix præbet materiam,& fomẽtum toti arbori;ſic auaritia omnibus peccatis, & ideo Iſidor. 2. de ſummo bono cap. 41. ait, per Salamonem dicitur. *Nihil ſceleſtius quam amare pecuniam.* Eccleſ 10. Cupiditas omnium criminum materia eſt. Vnde,& Apoſtolus ait,radix omniũ malorum cupiditas eſt,& Chryſoſto. homil. 17.in 1.ad Timoth. Fugiamus malorum radicem,& omnia vitabimus,radix autem ea cupiditas eſt,Paulus loquitur,imo in eo loquitur Chriſtus videamus planè an ipſa quoque rerum experimenta teſtentur. Quid enim mali non pecuniæ faciunt:imo non pecunia quidem,ſed mala voluntas ipſis vti neſcientium, & Caſſian.lib 7. de inſtitut.renuntian. cap. 6. receptaculum eſt vitiorum,malorumque omnium radix, & inextricabilis nequitiæ fomes efficitur,dicente Apoſtol.1. Tim. 6.radix omnium malorum eſt Philargiria,id eſt amor pecuniæ,& rurſum cap. 13. eam appellat fomitē vitiorum.

8 Sed arguit Durand.ſupra, cui conſentiunt nonnulli recentiores, contra explicationem hanc,nam auaritia formaliter ſumpta non videtur præbere fomentum, & occaſionem omnibus vitijs, quia hæc cum expetat pecunias, non ad expendendum,ſed ad retinendum,potius videtur retrahere à quibuſdam peccatis ne qui ſumptus eorum cauſa fiant , vnde potius prodigalitas,quæ in vitijs expendit, videtur cauſa ipſorum. Reſpondetur cum Caietano,Valentia,Zumel,& alijs, auaritiam non expetere pecunias,vt retinendas , ſed expetere primo , & principaliter vt habendas , vt docet D.Thom. q.2.2. 118. art. 1. & Caietan. ibi, & Vazquez ſupr.c.1.quo ipſo ſe præbet facultatem patrandi omnia peccata , quod autem habitæ retineantur per auaritiam, vel expendantur per prodigalitatem,aut alio modo per accidens eſt ad primum illum actum auaritiæ,ratione cuius auaritiæ præbet omni vitio materiam,& occaſionem:in quo.1. actu imperari ab alijs vitijs ſolet, vt pecunias acquirat ad fines ipſorum vitiorum,quos ipſa quidem non intẽdit; ipſis tamen ſeruit & interdum bonis finibus, qui ad virtutes pertinent,vt cum ad ſoluenda debita , vel ad dandam eleemoſynam non ordinate appetit, & acquirit diuitias, vt inquiũt Caietan. & Valentia,qui merito fatetur, non eſſe ineptam aliã interpretationem Durandi (quam ſequitur Vazquez,& Medina)ad illam ſententiam Apoſtoli,radix omnium malorum cupiditas, vt ſcilicet,ideo radix omnium malorum ſit, quia pecuniæ cauſa nullum non peccati genus committi ſoleat, iuxta id Eccleſ. 10. Nihil eſt iniquius quam amare pecuniam: hic enim animam ſuam venalem habet, & iuxta poetam dicentem,quid non mortalia pectora cogis auri ſacra fames;ſi enim pecuniæ obediũt omnia , multo magis ei obedit peccator illius gratia multa faciens,& ad rationem radicis metaphoricæ non opus eſt eſſe cauſam aliorum vitiorum in executione (quamuis hoc etiam habeat) ſed ſatis eſt eſſe eorum cauſam in intentione:ſic enim ſuperbia, quæ ſolum eſt cauſa aliorum peccatorum in intentione dicitur eorum radix. Vnde Gregor. 31. moral.c.31.radix cuncti mali ſuperbia eſt , & Fulgent.1.ad Monimum, initium omnis peccati ſuperbia, quæ itaque tunc initium ſumpſit,cum Angelus aduerſus *Deum* elatus, & ipſa elatione proſtratus,per cõcupiſcentiam, quæ radix eſt omnium malorum,volens vſurpare,quod illi datum à Deo non fuit, à Deo diſceſſit,& cecidit, & Proſper. illo cap. 4. ideſſe ait ſuperbiam , vel cupiditatem eſſe initium omnis peccati, & eſſe radicem:idem docet Vazq. diſp. citata ca. 2.

9 *Ad* primum vero , quod de prodigalitate Duran.& alij attigerunt. Reſpondetur, prodigalitatem nec ſecundum intentionem, nec ſecundum executionem eſſe originem omnium vitiorum, quia eius obiectum non poteſt mouere p modum finis, neq. occaſionis aut materiæ ſiue inſtrumenti ad exercenda alia vitia,licet poſſit deſeruire, vt deſideria aliorum vitiorũ iam concepta executioni mãdentur:auaritia autem per obiectum ſuũ cauſat alia peccata per modum intentionis, & executionis,quia ad illa mouet finaliter, & occaſionaliter, & vtrumq. intendit Paulus loco

Digitized by Google

loco citato cum ait, qui volunt diuites fieri incidunt in tentationes &c. quamuis, quod ſubiungit, *quam quidam appetentes circa fidem naufragauerunt, & inſeruerunt ſe doloribus multis*, magis pertinere videtur ad motionem per modum finis, & ad cauſalitatem ſecundum intētioné, nā ꝑpter conſequutioné, vel conſeruationem diuitiarum ſolent homines à fide deficere, & inſerere ſe multis doloribus, id eſt peccatis (nam dolor in ſcript. inter dum ſignificat peccatum) vel ſolicitudinibus, & curis dolorem afferentibus, ideo enim diuitiæ ſpinis comparantur. Luc. 7.

Dices etiā luxuria ad cætera vitia mouet per modum intentionis, nam voluptatis venereæ cōſequendæ gratia patrantur: ergo quātum adhoc nihil ſpeciale habet auaritia, vt expreſſe docet Zumel ar.1. cui ſi Reſpondeas auaritiam mouere vehementer; inſtat, vehementius mouere luxuriam propter concupiſcentiam carnis, quæ nobis eſt innata iuxta. *D.* Tho. quæſt.73.ar.5. & Caſſian. lib. 7. de inſtit. renunt. cap.1 qui tamen eodem cap. & duobus ſequentib. ait, auaritiam extrinſecus aduenire, & *D.* Tho.2.2.q.118.a.5. ad.3. ait, eam ꝓcedere ex indigētia humanæ naturæ. Reſpō detur, non eſſe ſimile de luxuria, quoniam ad voluptatē carnis conſequendā minus neceſſaria ſunt, minuſque deſeruire poſſunt alia vitia quàm ad comparandas diuitias.

SECTIO. II.

Vtrum alia peccata præter ſuperbiā, & auaritiam ſint aliorum peccatorum cauſa?

RESpōdetur, alia etiam eſſe origines, & cauſas peccatorum: propter quod.7. numerantur peccata capitalia, id eſt, quæ ſunt aliorum 10
capita, & principia: patet ex Greg.31. mor. c.31. D.Tho. hic a.3. & 4. vbi Medi. Valen. diſput.6. q.14. punct.2. & auctor ſummæ virtutū, & vitiorū Toletus Stapletonus & Medices libris de 7. vitijs capitalib. Caniſius in catechiſmo, Caſsian. in lib.5. de inſtitutis renuntiantium, & collat.5.c.2. Theologi.2.d.42. D. Tho.2.2.agens in ſpeciali de peccatis capitalibus. Sayr. lib.2.ca.12. in fine. Leſſius lib. de virtutibus.

QVÆSTIO. LXXXV. DE EFFECTIBVS PECCATI.

Art. 1. *Vtrum peccatum diminuat bonum naturæ?*
Art. 2. *Vtrum totum bonum humanæ naturæ poſsit auferri per peccatum?*
Art. 3. *V. conuenientur ponantur vulnera naturæ ex peccato conſequētia, &c.*
Art. 4. *Vtrum priuatio modi, ſpeciei, & ordinis ſit effectus peccati?*
Art. 5. *Vtrum mors, & alij defectus ſint naturales homini?*

DISPVTAT. XIII. DE CORRVPTIONE NATVRAE PER PECCATVM CAVSATA.

VALENT. diſput.6. quæſt.15. in præfatione quinq. numerat peccati effectus, corruptionem naturæ, maculam animæ, offenſionem Dei, auerſionem à *Deo*, reatumq. pœnæ, quamquam D.Tho. de offenſione Dei, & auerſione à Deo ſeparatim non egit, ſed tantum de alijs tribus q 85.86.& 87 forte inquit Valentia, quia illi alij duo peccati effectus facile ex. 2. ſcilicet macula animæ, intelliguntur; ſed certe auerſio à Deo, & eius offenſio, vel cum ipſo peccato, vel cum alijs effectibus idem ſunt, & ideo propter illos non oportet quinque peccati effectus numerari. De his agunt Scholaſtici.2. d. 34. Azor lib.4.c.32. Sayr. lib.2. Theſauri c.3.& alij referendi.

SECT.

Digitized by Google

SECTIO. I.

Vtrum per peccatum Adæ in nos transfuſum corrupta & debilitata fuerit humana natura?

1 PELAGIANORVM error fuit, per peccatum Adæ naturam humanam nullo modo corruptam, vitiatam, aut debilitatã fuiſſe. Vnde ipſe Pelagius apud Auguſtinum de natura, & gratia cap. 19. ait, primo de eo diſputandum eſt, quod per peccatum debilitata dicitur & immutata natura, vnde ante omnia quærendum puto, quid ſit peccatum, ſubſtantia ne aliqua, an omnino ſubſtãtia carens nomen, quo non res, non exiſtentia, non corpus aliquod, ſed perperã facti actus exprimitur, & adiungit: credo, ita eſt, & ſi ita eſt, quomodo potuit humanã debilitatare, vel mutare naturam? Eundem errorem refert Aug. lib. de hæreſib. capit. 88. & epiſt. 106. ad Paulinum.

2 Sed de fide eſt, humanam naturam per peccatum Adæ aliquomodo corruptam, vitiatam, infirmatam ac debilitatam fuiſſe: probari ſolet primo ex ſcriptura vt Pſal. 40. ego dixi domine miſerere mei, ſana animam meam, quia peccaui tibi, quod ponderans Auguſt. de natura & gratia cap 19. ait, quid ſanatur, ſi nihil eſt vulneratum, nihil ſauciatum, nihil debilitatum, atque vitiatum? Sed nõ vrget, quia hoc ad peccatum perſonale Dauidis pertinere videtur, vt & id Pſal. 101. percuſſus ſum, vt fœnum & aruit cor meum, quia oblitus ſum comedere panem meum, & ſimiliter ad peccatum perſonale Ionæ, vel ad eius pœnã pertinere videtur, quod dicitur Ionæ. 2. ſubleuabis de corruptione vitã meã domine Deus meus. Illud vero. Rom. 8 ipſa creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei, referendum videtur ad mundi renouationem futuram, quando omnis creatura ſtatum incorruptionis acquiret. Magis vrget id Math, 9. non eſt opus valentibus medicus, ſed male habentibus, nam Chriſtus vt medicus neceſſarius fuit omnibus; ergo ſi vt medicus non fuit neceſſarius niſi male habẽtibus, omnes male habebant, ſcilicet propter cõmune Adæ peccatum, nam multi perſonalia ſaltem lethalia non habebant. Sed quia hoc referri poteſt ad peccatũ originale, quod ſecundum ſe eſt corruptio totius naturæ humanæ, de quo teſtimonia ſcripturæ adduximus in ſuperioribus, reſtat vt de corruptione cõſiſtente indebilitate naturæ humanæ teſtimonia ſacræ paginæ proferamus, in quibus id eſt. 2. Petr. 1. fugientes eam, quæ in mundo eſt, cõcupiſcentiæ corruptionem: quod tamen referri poteſt ad corruptionem peccatorum, quæ ex concupiſcentia naturali oriuntur, & non ad aliquam concupiſcentiæ corruptionem ortam ex peccato Adæ: ſic etiã poſſunt intelligi plura alia ſcriptura teſtimonia: quæ ideo omnitto.

Vnde ſentio ad probandum corruptionem animæ conſiſtentem in ipſa culpa ori- 3
ginali, vtendum eſſe teſtimonijs, quibus ſuperius oſtendimus, homines contraxiſſe peccatum originale: ad probandam autem corruptionem ipſius concupiſcentiæ & imbecilitatem contractam ex peccato Adæ magis facit: quia homo nõ fuit creatus qualis nunc naſcitur, pronus ad malum, infirmus, ignorans, ſed rectus, iuſtus, ſapiens, ſine concupiſcentia & difficultate, quam nunc experimur, vt poſtea ex ſcrip. & patribus oſtẽdemus, prõptitudinem autem illam non habuiſſet niſi propter peccatum actuale: ergo propter peccatũ originale, ſeu Adæ, ſicuti & mortem Geneſ. 2. *In quacunque die comederis ex eo, morte morieris & ibidem de fructu ligni, quod eſt in medio paradiſi, præcipit nobis Deus, ne comederemus, & ne tangeremus illud, ne forte moriamur* & Geneſ. 3. *quia audiſti vocem vxoris tuæ, & comediſti de ligno, de quo præceperam tibi, ne comederes, maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ, ſpinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ, in ſudore vultus tui veſceris pane tuo, donec reuertaris in terram, de qua ſumptus es, quia puluis es, & in puluerem reuerteris, &c.* Rom. 5. *ſicut per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertranſijt, in quo omnes peccauerunt, &* infra *regnauit mors ab Adam vſque ad Moyſem, etiam in eos qui non peccauerunt in ſimilitudinem præuaricationis Adæ* & infra, *ſi enim vnius delicto mors regnauit per vnum &c.* ſub nomine autem mortis omnes corporis & animæ miſerias, quæ ex peccato Adæ procellerant, intelligi, docet eleganter Peltan. de peccato originali tract. 11. ſpeciatim vero ex peccato Adæ rebellionem carnis manaſſe inferius ex ſcriptura & patribus oſtendemus.

Secundo probari ſolet ex concilijs, vt ex Arauſ. 2 can. 1. vbi ſic legimus, ſi quis per offenſam præuaricationis Adæ non totum, ideſt ſecundum corpus & animam, indeterius dicit hominem commutatum, Pelagij erroꝛe

rore deceptus, aduerſatur ſcripturæ diuinæ dicenti: anima, quæ peccauerit, ipſa morietur. Ezech. 18. ſed hoc teſtimonium valet ad probandum, paruulos ex Adæ peccato contraxiſſe non ſolam mortem corporis, ſed etiam peccatũ originale, qood eſt mors animæ: corruptio autẽ cõcupiſcẽtiæ attẽtatio, et debilitatio naturæ colligitur ex eod. Concil. Arauſ. c. 25. et Triden ſeſſ. 6. c. 1. vbi dicitur, per peccatum Adæ inclinatum et attenuatum fuiſſe in nobis liberum arbitrium, et in Trid. ſeſſ. 5. decreto de peccato origin. can. 5. concupiſcentiam inordinatam in renatis peccatum dici à Paulo 5 Rom. 6. 7. et 8. Coloſen. 3. quia à peccato eſt, et ad peccatum inclinat. Et in eodem decreto, ſi quis non confitetur primum hominem Adam cum mandatum Dei in paradiſo terreſtri fuiſſet tranſgreſſus, ſtatim ſanctitatem & iuſtitiam in qua conſtitutus fuerat amiſiſſe etiam; anathema ſit, & paulò inferius ſi quis Adæ præuaricationem ſibi ſoli, & non eius propagini aſſerit nocuiſſe, & acceptam à Deo ſanctitatem, & iuſtitiam. quam perdidit; ſibi ſoli & non nobis etiam eum perdidiſſe, &c. anathema ſit, & Concil. Arauſ. 2. cap. 19. natura humana, etiam ſi in illa integritate, in qua condita eſt, permaneret, &c.

5 Tertio probari ſolet ex patribus, vt ex Dionyſ. capite. 7. Eccleſ. Hierarchię parte. 3. vbi inquit, precatur oratio illa Antiſtis diuinam clementiam, vt cuncta dimittat per infirmitatem humanam admiſſa peccata, & in ſra non recordante diuina bonitate maculas, quæ illis ex humana infirmitate adhæſerunt. Sed hoc intelligi poteſt de infirmitate negatiua non de priuatiua, quæ ſola poteſt dici morbus animæ & reuocari debet in peccatum Adæ. Vnde melius probatur ex Chryſoſ. hom. 30. ad pop. dicente, non hoc ſolum detrimentum per peccatum ferimus. quòd peccamus, ſed & aliud, quòd habitum anima ſuſcipit ſicut in corpore: ſicut inquam febre correptus non hanc tantum paſſus eſt moleſtiã, quòd infirmatus; verum et quòd poſt morbum iam erit imbecillior, licet ad bonam valetudinem ex longa redeat ægritudine, ſic quidem et in peccato, licet valeamus (ideſt iam ſimus in gratia per peccati remiſſionem) molta indegemus fortitudine (propter relictam nimirum naturæ corroptibilitatem et imbecillitatem) et infra: peccatorum crimine patrato atque tranſacto, quoddam in animo noſtro venenum reponitur et Ambr. lib. 7. in Lucam explicans id Lucæ. 10. homo quidam deſcendebat à Hieruſalem in Iericho ait, de Hieruſalem illa cœleſti eiectus Adam præuaricationis prolapſione deſcendit, &c. longe enim mutatus ab illo, qui inoffenſa beatitudine fruebatur, vbi in ſæcularia deſideria deflexit, incidit in lattones, qui ſũt iſti lattones, niſi Angeli noctis & tenebrarũ hi ante diſpoliant, quæ accepimus indumẽta gratiæ ſpiritualis, & ſic vulnera inferre cõſueuerunt, & infra: multa medicamenta medicus habet iſte (Chriſtus) quibus ſanare conſueuit, alius eius ſermo conſtringit vulnera, alius oleo fouet, alius vinum infundit, conſtringit vulnera interiori præcepto &c. & Auguſtinus de natura & gratia cap. 3. 19. & 20. eamdem veritatem docet, & ſermone vndecimo de verb. Apoſt. vbi ait, creatus eſt homo in natura ſine culpa creatus eſt rectus, non ſe fecit rectum, quid autem ſecerit notum eſt, cadens à manu figuli fractus eſt. Hæc Auguſt.

Proſper. 1. de vocatione gen. capit. 7. omnes homines in primo homine ſine vitio conditi ſumus & omnes naturæ noſtræ incolumitatem eiuſdem hominis præuaricatione perdidimus; inde tracta mortalitas inde multiplex animi, corporisque corruptio.

Fulgen. de incarnatione & gratia Chriſti, cap. 19. ex quo primus homo naturam ſuam voluntarie vitiauit, atque oppreſsit infirmitas, niſi diuinę gratiæ medicamento præuentum in vno quoq. homine ſanetur, atque iuuetur liberum indeſinenter arbitrium, eſt quidem liberum, non tamen bonum: eſt liberum, non tamen rectum, eſt liberum, non tamen ſanum.

Aliqui eamdem rem probantt ratione, vt 6
Valentia diſputatio 6. quæſt. 15. puncto. 1. nam cum Dei opera ſint perfecta, non eſt credibile tantam motuum perturbationem & repugnantiam, tantamque inclinationem ad malum, quanta in hoc ſtatu humanæ naturæ cernitur, in ipſo primo ſtatu, quo Deus hominem condidit, extitiſſe, ſed vitio aliquo hominis accidiſſe, quo natura vitiata, atque deprauata fuerit. A cuius rei cognitione non longe abfuerunt olim Philoſophi cum ob incommoda quæ in ſe experiebantur, naturam tamquã nouercam incuſabant, vt eſt videre apud Lactan. lib. de opif. Dei cap. 3. ignorantes nimirum culpam eſſe non authoris naturæ, ſed hominis ipſius, qui naturam ab authore ſuo rectiſſime inſtitutam peccato vitiauit, vt diſſerit Auguſtinus, tum alias, tum primo de natura & gratia, capit. 1. & 3. vbi in eamdem ſententiam adducit id Salluſtij in prologo Iugurthini belli, falſo quæritur de natura ſua genus humanum cum; ſcilicet potios humanam voluntatem debeant accuſare, à qua eſt vitiata natura. Sed hæc leuiſſima coniectura non efficax ratio eſt; alioqui ratione naturali poſset deprehendi peccatum originis & carentia donorum ſupernaturalium, ſine quibus, vt modo eſt,

exiſteret humana natura, & tamen tunc immerito quærerentur homines de authore naturæ, quamuis non poſſent concupiſcentiæ prauam inclinationem referre in volũtatem humanam: ergo nec modo, ſed poſſunt dolere de imperfectione naturali, ex qua reſultat inordinata concupiſcentia, niſi ſupernaturaliter impediatur; ſicut mortalitas, paſſibilitas, & alij huiuſmodi defectus. Hoc ergo myſterium ſicut & alia ſupernaturalia ratione naturali cõprehẽdi, aut certo vel probabiliter cognoſci non poteſt: ſed ſuppoſito lumine fidei, poteſt ratione aliqua confirmari, & ſuaderi, quia conſentaneum diuinæ bonitati eſt tanto naturæ defectui dono aliquo ſupernaturali occurriſſe, quo propter peccatum, primi parẽtis in nos transfuſum priuati ſumus. Argum. autem Pelagij in contrarium nullius eſt momenti, nã licet peccatum non ſit ſubſtãtia, ſed defectus quidã: tñ vt notauit Aug. de natura & gratia, c. 20. recte potuit meritorie, aut alio modo defectum virium inducere, vt ex defectu cibi, & potus ſequitur defectus virium ſalutis, & vitæ, iuxta id: percuſſus ſum, vt fœnũ, & aruit cor meum, quia oblitus ſum comedere panem meum.

7 Sed in quo conſiſtat corruptio hæc, ſeu debilitatio naturæ? Quidam hæretici exiſtimant conſiſtere in priuatione alicuius perfectionis naturalis nempe liberi arbitrij, in quo Deus hominẽ creauit, & quod per peccatum amiſit, vt Caluin. 1. inſtit. c. 15. § 8. & Lutherus Gen. 3. (referẽtib. Bellar. lib. de grati a primi hominis c. 1. & Val. ſupr.) docuerũt quib. aſtipulati ſunt alij, quos dãnarunt Pius. 5. & Greg. 13. in bulla edita anno 1589. Kalen. Febr. vbi vnus ex damnatis articulis ſic habet. Abſurda eſt eorũ ſententia, qui dicunt hominem ab initio dono quodã ſupernaturale & gratuito ſupra conditionem naturæ fuiſſe exaltatũ. Alius vero. ſ. 21. humanæ naturæ ſublimatio, & exaltatio in conſortium diuinæ naturæ debita fuit integritati primæ cõditionis ac proinde naturalis dicẽda eſt, nõ ſupernaturalis. 26. autẽ ſic habet, integritas primæ conditionis non fuit indebita humanæ naturæ exaltatio, ſed naturalis eius conditio.

Quæſt. De hac re vide alia ſectione. 5.

8 Sed tenendum eſt hãc infirmitatem, & debilitatem naturæ ex peccato Adæ ortam conſiſtere in carẽtia alicuius doni ſupernaturalis ſimpliciter, licet naturale dicatur, quia fuit ingenitum & congruum naturæ, ipſamq. perficiebat ac roborabat ad bonas operationes humanæ naturæ debitas, & conſentaneas. Ita D. Tho. q. 85. a. 1. & 1. p. q. 95. a. 1. Scot. 2. d. 29. q. vnica. Durã. 2. d. 20. q. 5. Capre. 2. d. 30. q. 1. a. 1. Marſ. 2. q. 18. & 19. Gab. 2. d. 30. q. 1. Caiet. hac q. 85. ar. 3. Conrad. ar. 3. & 6. Zumel, Medi. Vazq. Val. ſup. Salmer. Ro. 5. diſp. 47. & 48. Sayr. lib. 2. c. 13. n. 1. Driedo lib. 1. de gratia & lib. arb. c. 3. p. 4. ſub finem Ruar. arti. 2. contra Calui. Soti. 1. de natura & gratia. c. 3. Vegæ. 3. in Trid. c. 11. Bellarm. illo. c. 1. & ſequentibus. Vbi probat. 4. propoſitiones ad hanc rem ſpectantes. Prima homo 9
non fuit creatus qualis nunc naſcitur pronus ad malum, infirmus, ignorãs: ſed rectus, iuſtus, ſapiens, ſine cõcupiſcentia & difficultate, quã in nobis aſſidue experimur. Hanc probat ibi. c. 2. ex Gene. 1. creauit Deus hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam. Vbi communiter patres imaginem referunt ad naturam intelligentiæ, & voluntatis, ſimilitudinẽ vero ad ſapientiam & iuſtitiam, quam Adam ſibi & nobis peccando amiſit, vt patet ex Ireneo lib. 5. c. 6. Cyprian. ſer. de bono patientiæ non procul ab initio, Amb. lib. de dignitate conditionis humanæ. c. 2. Baſi. hom. 10. Hexameron. Hiero. in id Ezechie. 28. Tu ſignaculum ſimilitudinis, Chryſoſt. ho. 9. in Gene. Aug. lib. contra Adiamantum. c. 5. Eucherio. 1. in Geneſ. Damaſc. 2. fid. c. 12. Bern. ſer. 1. de annuntiatione. Item Gene. 2. dicitur, *erant autem ambo nudi & non erubeſcebant*: cuius rei cauſam patres aſſignant, quod primi parentes ante peccatum carebant pudenda illa rebellione membrorũ orta ex libidine, ob quam nunc erubeſcimus August. 14. ciuit. cap. 17. & lib. 13. cap. 13. vbi ait, mox vt præceptum tranſgreſſi ſunt, gratia deſerente, omnino nudati, in ſua membra oculos iniecerunt, & 11. Gene. ad litteram. cap. 31. ergo ederunt & aperti ſunt oculi amborum. quomodo niſi ad inuicem concupiſcendum, vt iam eſſet corpus non animale tantum; ſed mortis, in quo lex membrorum repugnaret legi mentis, Bernar. ſer. 1. annuntiat. Chryſoſto. Eucher. Rupert & alij in Geneſ. Nazian. oratione. 2. de paſcha Cyrillo. 3. in Iulian. ergo tunc non erat concupiſcentia inordinata, & carnis rebellio, vt nunc propter peccatum eſt, quod late proſequitur Peltanus tractatu. 12. de peccato originali. Vnde Roman. 7. concupiſcentia peccatum appellatur quia ex ipſo manauit. 2. Pet. 2. *à quo quis ſuperatus eſt, huic in ſeruum addictus eſt*, & Roman. 6. *Serui eſtis eius, cui obediſtis, ſiue peccati ad mortem, &c.* & Ioan. 8. *qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati*, quia videlicet propter peccatum patitur homo tyrannidem efrenatæ concupiſcentiæ, & inobediẽtiam carnis. Propterea etiam Diabolos dicitur, princeps mũdi huius & fortis armatus cuſtodiens atrium ſuum, &c. Ioã. 12. & 14. & Luc. 11. vt late Peltan. ſup.

1. Propoſit. Bellarm.

Item Eccle. 7. creauit Deus hominem rectum, ideſt recte inclinatum, et ipſe immiſcuit ſe multis quæſtionibus, ideſt ſua culpa incidit in rebellionem et pugnam carnis, ſpoliatus gratia, et iuſtitia originali. Item Eccleſ. 17. ipſe veſtiuit illũ virtute. ſ. ad bene operandum,

nunc

Digitized by Google

nunc autē ſumus natura filij iræ,ideſt inclinati ad prauas actiones,quæ iram Dei excitant, quãuis ita etiam intelligatur,vt ſimus à natiuitate in peccato originali & digni ira Dei.

Item Deus fecit hominem inexterminabilem Sap.2.ideſt immortalem,quod donum per peccatum amiſimus Rom.5. per peccatũ mors , et Geneſ. 2. quacumque die comederis,morte morieris,non ergo mirum ſi etiã creati fueramus in Adam ſine inordinata concupiſcentia,id vero donum per peccatum Adæ amiſerimus.

Item in paradiſo voluptatis vita fœlix erat vt patet ex Gene.2.& Aug.14.ciuit.c.10.Proſp. 2.de vita contemplatiua.c.1. quæ autem eſſet fœlicitas ſi concupiſcentias inordinatas haberent:ergo illis carebant,vt ibidē docent Aug. & Proſper,nos autem idem haberemus, niſi Adam peccaſſet:ergo propter peccatum Adæ fragilitatem & imbecillitatem etiam habemus propter quam exclamat Paulus Rom. 7. video aliam legem , &c. infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? & Eccleſiaſticus cap.40. graue iugum ſuper filios Adam à die exitus de ventre matris eorum,& Iob.14. homo natus de muliere breui viuens tempore repletus multis miſerijs:quarum vna eſt membrorum lex ex peccato Adę orta.

10 *2.Propoſit.* 2.Propoſitio quam probat Bellarm.ibi cap. 3.eſt.1.homo gratiam gratum facientē in creatione accepit.Eſt contra Magiſt.2 d.24.Scotũ ead.d.& alios aſſerentes accepiſſe donum iuſtitiæ originalis,quod ſubijciebat partem inferiorem rationi, non vero gratiam gratum facientem cuius oppoſitum docet D. Tho.1. p.q.95. ar.1.Alber.2.d.24.& alij communiter, vide Bellar,res enim hæc ad.1.p. potius ſpectat, quam ad præſentem locum:nobis ſatis nunc ſit,Adam pro ſe,& nobis accepiſſe donum roborans,& confortans naturam, quod quia ſibi& nobis amiſit,imbecilles redditi ſumus.Hoc autem donum duplex eſt;alterum gratiæ iuſtificantis, quod confertur nobis per baptiſmũ & pœnitentiã,& per alia ſacramēta, & actus meritorios,alterum vero iuſtitiæ originalis,quod non confertur in hac vita, ſiue hoc donũ ſit qualitas realiter diſtincta à gratia iuſtificante, ſiue diuina quædam prouidentiæ aſſiſtentia : aut gratia ſecundum quòd adiunctam habebat talem aſſiſtentiam fauoremque extrinſecum impedientem paſſiones effrænatas,ne inſurgerēt. Propter hoc duplex donum videtur dictum Pſal.48.homo cum in honore eſſet,non intellexit, &c. & Eccleſ.17. Deus creauit de terra hominem , & ſecundũ ſe veſtiuit illum virtute & Epheſ.4. induite nouum hominem,qui ſecundum Deum creatus eſt in iuſtitia , & ſanctitate veritatis, & Coloſ.3. induentes nouum hominem,qui renouatur in agnitionem ſecundum imaginē eius qui creauit illum , quibus locis non inducimur ad reparandum vtrumque donum in hac vita,ſed primũ propter quod dicitur.1. Co.4. licet is qui foris eſt,noſter homo corrũpatur, is tamen qui intus eſt,renouatur de die in diem.Propter donum illud iuſtitiæ originalis dixiſſe videtur Chryſ. hom.16.in Geneſim, videns igitur ſuper terram angelum terreſtrē & inuidia tabeſcens Dæmon , &c.& Aug.de correp. & gratia.c.11.Adã habuiſſe tunc magnã gratiam , ſed noſtræ diſparem.Propter prædicta dona Adam cum ſolo concurſu generali ordinis naturæ & generali etiam ordinis gratiæ(quod reſpectu primi ſpeciale appellatur)poterat ſeruare Diu omnia præcepta naturalia & ſupernaturalia:ad quod tamen nos alio auxilio gratiæ indigemus,eo quod caremus originali iuſtitia.Hæc eſt.

3.Propoſitio quã probat Bellar.ſup. c. 4. ex Aug.lib.de bono perſeuer.c.7. vbi quærit an poſſit homo nō peccare & omnia mãdata ſeruare,& reſpondet,non eſt hoc in viribus liberi arbitrij,quales nunc ſunt,fuerat in homine ante quam caderet & lib.3.hipog.circa primũ vbi ait , reſpondemus,neminem poſſe per ſe ſibi.1.per liberũ arbitriũ implere , quod velit recte dicimus , niſi protoplaſtum ſolum potuiſſe,cũ voluntas lib.arb.fuiſſet ſana ei ante culpã. 11 *3. Propoſit.*

4.Propoſit. 4.Propoſitio Bellar.ibi.c.5. eſt rectitudo illa.cum qua Adã creatus fuit. & ſine qua poſt eius lapſum omnes homines naſcuntur, donũ ſupernaturale fuit, non quòd non fuerit naturalis,ideſt à natiuitate habita, vel habenda, vt propter originale dicitur Epheſ.2. eramus natura filij iræ.Neque quòd nō fuerit conſentanea naturæ,quo ſenſu Aug. de ſpiritu & lit.c.27.dictũ ab Apoſt.*putat.gentes quæ legem non habent naturaliter ea quæ legis ſunt faciũt.* Roman.2.nec quòd non perficeret ad operationes ordinis naturæ,quo pacto iuſtitiam originalem appellãt naturalem Vega 2. Trident. cap.11.ſed quod non fuerit perfectio naturaliter, ſeu in ordine naturæ , poſſibilis,& debita:in quo ſenſu donum illud fuiſſe naturale,dicunt Lutherani:id vero negant communiter veteres & recentiores ſcholaſtici, è quibus plurimos adducit Bellarmin.illo cap.5.vt D.Thom.1.parte quæſtione.95.art.1. 1.2.quæſtione.82.artic.1.ad tertium. quæſt.87. art.7.quæſtione.4.de malo artic.1. 4. contra gentes cap.52. 2.diſt.31.quæſt.1. art.1. Capreol. diſt.30.quæſt.1.art.1. Caieta.1.p.q.85.art.5.ad.2. dub.& q.109.ar.2.Conr.1.2.q.85 ar.4.& 6. Medina eiſdem locis (aſſerens eſſe communem ſententiam omnium Theologorum). Ferr. 4. contra gentes.c.52.Scotus.2.d.29.q vni. Durã. 20.q.5.& d.30.quæſt.1.Gabri.quæſt.1. Marti.2.

Digitized by Google

quæſt.18.& 19.Driedo.1.de gratia,& lib. arbit. cap..3.part. 4. in fine. Decanus artic. 2. contra Caluinum,Vega ſupr.Sotus.1.naturæ.c 13. Pyghius cõtrou.1.idẽ docet.Valẽ.& Peltan.ſupr. Et oppoſitũ dãnarunt Pius.5. & Greg. 13. ſupr. illam autẽ.4.prop. probant & defendunt late Bellar.ſup.c.6 & 7,& Valen.1.2.diſp.6.q.15. pũcto.1. nos etiam late in materia de gratia eam dẽ veritatẽ oſtendemus,& quia donũ iuſtitiæ original.ſubijciẽs vires inferiores rationi,ſaltem vt ſic,nõ reſtituitur per iuſtificationem, ſequitur non ſolum eam imbecillitatem, quã homo in originali exiſtens habet,eſſe effectum peccati originalis ſeu Adæ , ſed etiam illam,quæ manet iniuſtis : ob illã ergo naturæ corruptionẽ dicunt D.Tho.q 85.a.3. Alenſis.2. p.q 95.per totum,& alij Theologi ex Amb.7. in Lucã. Aug.lib.de natura & gratia c.3.& Beda in parabola Samaritani Luc.10. hominem per peccatũ fuiſſe vulneratum in naturalib. & expoliatũ gratuitis,vulneratus enim in naturalib.per metaphoram dicitur quatenus priuatus eſt ſubiectione viriũ inferiorum ad rationem,quæ facultatẽ ad bonas actiones naturales præbebat : expoliatus vero gratuitis, quia omnib. donis ſupernaturalib. priuatus eſt,ac proinde facultate ad actiones ſupernaturales.Quoniã vero illa facultas,quã iuſtitia originis præbebat,pertinebat ad intellectum voluntatem,concupiſcibilẽ,& iraſcibilẽ,ideo D.Tho.& Alenſ.ſupr. & cæteri Theologi dicunt intellectũ accepiſſe vulnus ignorãtiæ. Voluntatẽ malitiæ ; cõcupiſcibilẽ concupiſcentiæ inordinatæ iraſcibilẽ infirmitatis ſeu ignauiæ ad ardua proſequenda.

SECTIO. II.

V. per peccatum diminuta ſit vel diminuatur inclinatio ad bonum?

12 *Communis & vera opinio.* PARTEM affirmatiuam docet D. Tho.hac q.85.a.1.1.p.q.48.art.4. 2.d. 34.a.4.& 6.de malo q.2. a.11. & 12. 3. contra gent.c.12.vbi Ferra. Greg.d. 33.vſq.ad.35.q.vn.a.1.ad.6.contra.1.concl. Maior.q.vn.ad.6.Bon.a.1.q.1.& ar.2.q.3. Richar. a. 2.Marſ.2.q.21.a.3.con.1 & 3.Vigue.c.18. §.1. Caiet.Conrad. Med. Zumel, & omnes iuniores hac q.85.a.1.& 2.vbi Vazq.diſp.137.Valen.diſput.6.q.15.puncto.2.Alenſ.2.p.q 94. membr.8. a.4.& 5.& q.95.memb.3.a.1.in corpere,& ad.2. Capre.2.d.34.q.vn.a.1.concl.3. Sotus.1. naturæ cap.13.Sayr.lib.2.c.13.n.1.Vinc.in ſpec. lib. 3. p. 2.diſt.16.Medicis in ſum.de pecc p.1.tit.1.q. 25.

Oppoſitum vero ſuaderi poteſt.1. quia in homine nulla eſt inclinatio ad bonũ niſi potentia appetitiua,hæc autem per peccatum nõ minuitur:ergo per peccatum non minuitur inclinatio ad bonũ. 2. quia inclinatio ad bonũ eſt finita:ergo ſi p peccata minueretur, eorum multiplicatione tãdem abſumeretur; cũ omne finitũ per ablationem finiti tandem conſumatur.1. Phyſ. textu.37.niſi ablatio fiat per partes proportionales. Conſequens eſt falſum,& cõtra ipſum D.Tho.q.85. a. 2. ergo. §3. Actus ſtudioſi non augent naturalem inclinationem ad bonum : ergo neq. vitioſi eã minuunt.§4. Inclinatio naturalis ad bonum eſt proprietas animæ nſæ , ꝓprietates autẽ animæ nſæ nõ ſuſcipiunt magis aut minus : ergo.

Propter hæc Duran.2.d.34.q.4. non probat doctrinã *D.*Thom. aitq. duplicem eſſe inclinationem ad bonum, ſcilicet remotam , quæ eſt potentia,& proximã , quæ eſt habitus; primamq. nec tolli,nec minui per peccatum. Secundã vero minui,& aliquando omnino tolli, & nullam aliam agnoſcit inclinationem ad bonum. Altiſiod.etiam.2.ſummæ tract. 26. cap.penul.poſt.2.quæſt.& Gabr.2.d 35.q.1. a.2. q 2.Scotus eadem d.& ſequentib.q.vnic. §. iſtæ quæſtiones,& in reportatis eadem d.abſolute docent,nihil naturalis boni per peccatũ corrumpi,vel minui,& Herrera.2.diſp.40.q.1. ait,in rigore per peccatum non minui naturalem inclinationem ad bonum : ſed facilitatẽ. & Valen.ſupr.magis proprie dici putat,inclinationẽ potentiarum ad bonum per peccatum impediri,quam minui,quamuis hoc etiã concedat. 13 *Opin.Dur. & aliorum*

Quod colligunt aliqui ex conci. Arauſ. 2. can.13.& 25.vbi dicitur liberum arbit.inclinatum, infirmatũ,& attenuatum fuiſſe per peccatũ , quæ fuit doctrina ſatis familiaris Aug. Sed hæc probatio nõ placet quibuſdam recentioribus,quia hi patres alio ſenſu longe diuerſo loquuti ſunt ; infirmitatem enim arbitrij, & attenoationem.in eo eſſe dixerant , vt homo per peccatũ priuauerit ſe auxilio gratiæ Dei, ſine quo nihil aut parũ boni operari poteſt:at S. Thom, hîc , & ſcholaſtici diſputant de diminutione natiuæ inclinationis ad virtutem.Ego vero hoc argumentum efficaciſſimum puto;tum quia Patres non ſolum docent, liberum arbitrium per peccatum fuiſſe infirmatum,& attenuatum , ſed etiam inclinatum ad obiecta contraria rationi:ergo ſentiunt, diminutam eſſe inclinationem ad obiecta conſona rationi , tum etiam quia infirmitas,& attenuatio arbitrij ad bonum oritur ex diminutione inclinationis ad illud : ergo eo ipſo quo docent,attenuatum, & infirmatũ fuiſſe liberum arbit. docent,diminutam eſſe eius inclinationẽ ad bonũ.Et patres nõ velle, in pœnã peccati priuatos eſſe homines auxili congruo. ita vt niſi reſtitutũ eſſet per Chriſtum,non poſſent homines efficere vllũ opus 14

moraliter

moraliter bonum, in materia de gratia oſtendemus. Bene igitur ex illis patrib. colligitur, per peccatum diminutam eſſe inclinationē ad bonum. Et confirmatur per gratiam & virtutes, & bona opera diminuitur inclinatio ſeu concupiſcentia ad malū: ergo, & per prauos habitus, & mala opera inclinatio ad bonum. Anteced. docet Aug. ſerm. quodam de verb. Apoſt. apud Magiſt. 2. d. 30. & lib. 6. contra Iul. cap. 5. & 7. D. Tho. 2. d. 32. q. 1. a. 1. in fine, & ad 3. Bona. ar. 1. q. 1. & 2. & a. 2. q. 2. Richar. a. 1. q. 1. & paſſim alij: ergo ſimiliter per mala opera minuitur inclinatio ad bonum.

15. Pro cuius intelligentia aduertentiū eſt potentiā, & inclinationē proximā ad aliquid dupliciter ſumi vno modo ꝑ ipſa ratione agendi, vel recipiēdi ſecūdū ſe, alio modo pro aggregato ex ipſa, & ex alijs requiſitis ad agendū, vel recipiendū, inter quæ reputatur ablatio impedimentorū, & poſitio adiuuantium, ſiue inhæreant rationi agendi, ſiue recipiēdi, ſiue eius ſuppoſito, ſiue omnino extrinſeca ſint. Inclinatio naturalis ad bonum. 1. modo ſumpta non minuitur per peccatū Adæ, quia talis inclinatio eſt voluntas aut alia eiuſmodi virtus actiua, & receptiua boni actus ſecundū ſe cōſiderata, vel habitus aliquis naturalis ſecundū ſe cōſideratus, nihil autē horū abſtulit, vel minuit peccatum Adæ, quia, ſicut inquit Diony. c. 4 diuin. nom. naturalia in Dæmonibus poſt peccatū māſiſſe integra, ita in homine poſt peccatū Adæ dicēdū eſt, & ita ſentiunt omnes Doctores. Cætera autē peccata aliqñ tollunt, vel minnūt inclinationē aliquā naturalē, nimirū illā, quæ eſt habitus ipſe naturalis, quia per actus noſtros ſæpe minuitur, vel totaliter corrumpitur habitus aliquis ſtudioſus. Inclinatio vero naturalis ad bonū. 2. modo, diminuta eſt per peccatū Adæ, quia per illud ablata eſt iuſtitia originalis, quæ aliquomodo erat naturalis, & iuuabat ad bonū, ſcilicet auferēdo paſſiones inordinatas, quæ impedire poterant bonas operationes, cætera vero peccata cōmuniter minuunt inclinationē naturalē ad bonū, quia ponunt habitus impedientes, & tollunt adiuuātes: ſic interdū dicitur minui potentia viſiua, non quia minuatur ipſa qualitas, quæ eſt ratio videndi, ſed quia impeditur ꝑ aliquid extrinſecū, vel extrinſecū ipſi, vel eius organo, vel quia tollit. l. remittitur ſpecies, vel lux, quæ ipſam adiuuabat, vel quia viſibile elōgatur, aut magis approximatur, quā expediat, ſic etiā potētia caloris ad calefaciēdū, vel grauis ad deſcēdēdū dicitur minui, poſitis impedimentis, vel reſiſtētia, vel ablatis cauſis, quib. iuuari poterat ad operandū, ſimiliter potētia aeris ad recipiendū lumen minui dicitur diminuta diaphaneitate, quæ adiuuat diſpoſitiue ad recipiendum lumen, & appoſitis impedimentis extrinſecis etiā ſi in aëre maneat integra ipſa quantitas, quæ eſt immediatum ſuſceptiuum luminis?

16. Fateor tñ per ablationē iuſtitiæ originalis nō fuiſſe diminutā inclinationē naturalem, qua ratione erat ſimpliciter naturalis: nā qua parte includebat iuſtitiā originalē, nō erat naturalis ſimpliciter. ſ. quodā modo, ſcilicet eo modo, quo ſuperius diximus iuſtitiā originalē dici naturalē, & quēamodū gr̄a iuſtificans, & alij habitus infuſi, & impulſus diuini quodammodo etiā ſunt naturales, quia videlicet ſunt cōſentanei naturæ, & aliqualiter iuuant ad actiones bonas ordinis naturæ. Ideo per quodlibet peccatū tollēs gratiā, & alios habitus infuſos, vel impulſus diuinos, dicitur minui aliqualiter inclinatio naturalis ad bonū, ſed minus proprie aut magis improprie quā per ablationē iuſtitiæ originalis, & hinc patet non eſſe omnino verū, quod dixit Marſilius illo a. 3. p. 2. con. 5. ꝑ peccatū omiſſionis nō minui inclinationē ad bonū, licet enim non minuatur habitu aliquo ſtudioſo, vel vitioſo ꝑ illā effectiue Phyſice corrupto, vel deſtructo. Tñ minuitur deſtructis meritorie gratia, & alijs habitib. infuſis immo, & nōnullis auxilijs ſup naturalib. ad bonū, quæ Deus homini negat propter peccatū omiſſionis: idē eſt de peccatis cōmiſſionis, quæ aliqua de cauſa nō producūt, nec intēdunt proprios habitus vitioſos, nec deſtruūt, minuuntue ſtudioſos, adhuc enim ꝑpter illa priuatur homo gratia, & alijs habitib. infuſis, & auxilijs ſupnaturalib. & cōſequenter minuitur inclinatio ad bonū, ita vt ſit minor quā eo tēpore quo nō carebat homo talib. habitib. vel auxilijs, licet interdū nō ſit minor quā immediate ante perpetrationē ſcelerū videlicet ſi antequā ppetrarentur, priuatus erat homo eiſdē habitib. vel auxilijs propter alia ſcelera. Adde etiam peccata venialia interdum minuere inclinationē ad bonū nimirū producēdo, vel intēdēdo habitus prauos aut corrumpendo, vel minuēdo bonos, vel merēdo carētiā quorundā auxiliorū. Quinimo actus imperfecti interdū minuūt inclinationē ad bonas actiones perfectiores, quia producūt, vel augēt inclinationē ad actiones imperfectas incōpatibiles, & quodammodo demerentur auxilia quędā ad actiones perfectiores: ſic per actus bonos, quib. appetūtur opera matrimonij, minuitur inclinatio ad cōtinentiam & religionem, &c.

17. *1. Obiectio.* Sed cōtra ea, quæ ſuperius dicta ſunt obijcies. 1. nā neq. appoſitione impedimētorum, neq. ablatione adiuuātiū, vt cauſetur lux in aëre, dicitur minui inclinatio aeris ad lucem: ergo ſimiliter inclinatio voluntatis ab bonū, nō dicetur minui appoſitione impedimētorū. l. ablatione iuuātiū. R. aliqui in quib. videtur

eſſe Vazquez illo cap.2.non eſſe ſimile, quia voluntas impeditur & iuuatur intrinſece, nõ vero aer. Sed hęc ſolutio difficultatem habet, quia aer poteſt impediri & iuuari intrinſece, videlicet per opacitatẽ & diaphaneitatem, & voluntas poteſt impediri & iuuari extrinſece vt per habitus, vel actus intellectus & appetitus ſenſitiui. Aliter ergo. Reſpõdere videntur Vaz. & alij diſparẽ eſſe rationẽ, quia per appoſitione impedimẽtorũ, vel ablatione iuuãtiũ ad lucem non inclinatur ad oppoſitũ lucis, at voluntas appoſitione impedimentorũ ad bonum propendet & fit prona in malum, eo quod eſt potentia, & inclinatio indifferens & determinabilis ad vtrumlibet ideo appoſitione impedimentorũ, & ablatione iuuantiũ dicitur minui eius inclinatio ad bonum: quãto enim magis inclinatur ad vnam partẽ, tanto minus inclinatur ad aliã & in idẽ fere redit alia ratio diſcriminis, videlicet ꝙ impedimenta voluntatis non ſunt cõtra omnem inclinationem ipſius, ſed potius conſona inclinationi eius ad ſenſibilia: qua inclinationẽ adiuuant: at vero impedimenta lucis nullam adiuuant inclinationem aeris, & iden ex illis nõ dicitur minui eius inclinatio ad lucem: ex impedimentis vero voluntatis dicitur minui eius inclinatio ad bonum. Sed has differẽtias inſufficientes puto. Vnde aliter & facile Reſ. impedimenta voluntatis, de quibus nunc agimus, non eſſe immediate ad operandum, vel recipiendum, ſed ad deſiderandũ, & ideo minuere inclinationem voluntatis ad bonũ, at vero impedimenta aeris ad lucem ſunt immediate ad recipiendũ, & nõ ad deſiderandum, vel appetendum lucem, & ideo non dici minuere inclinationem aeris ad lucem.

18 2. Obijcies quia ſi per appoſitionem impedimentorum, vel ablationem adiuuãtium dicitur minui naturalis inclinatio ad bonũ, ſequitur, etiã charitatem minui, cum videlicet apponuntur ei impedimenta paſſionũ, apprehenſionum, vel habituum fauentiũ vitio oppoſito & auferũtur paſſiones, rationes & habitus fauẽres ipſi charitati, eamq. aliqualiter adiuuantes. Propter hoc argumentum concedit Medi. charitatem in eo euentu minui, nõ in ſe & intrinſece, quia hoc eſt contra doctrinam D. Th. 2.2.q.24.a.11. ſed extrinſece, ſeu in extrinſeca expeditione, ac promptitudine ad opus ſuum: quo pacto minuitur naturalis inclinatio ad bonum. Sed hęc doctrina mihi nõ placet. ¶1. Quia dicere charitatem minui eſt contra comunem dicẽdi modum. ¶2. Quia ſi charitas minuitur cum apponũtur ei impedimenta, vel auferũtur adiuuãtia ad eius opus, etiã voluntas dicetur minui, cum impeditur, vel minus iuuatur. ¶3. Quia minui extrinſece & in alio non eſt minui abſolute & ſimpliciter, ſed ſecundũ quid: ergo ſi inclinatio naturalis ſolũ minuitur in aliquo extrinſeco, ſcilicet ſua expeditione, nũ dicetur minui ſimpliciter. Quãuis Zumel Medi. Vaz. Valen. & alij recentiores ſic explicent diminui. Vnde ad obiectionem.

2. Obiectio.

19 Alij R. habitus vitioſos acquiſitos à iuſtis per peccata venialia, nõ inclinare ad aliquid cõtrarium charitati, ſed feruori ipſius, & ideo neq. extrinſece minuere charitatem ipſam. Sed hoc facile reijcitur. Tum quia id videtur ſufficiens, vt extrinſece dicatur minui, nã impeditur à ſuis perfectis actionibus, tum quia habitus acquiſitus per peccata venialia, non ſolum ad venialia, ſed etiã ad mortalia inclinat, ac proinde ad aliquid cõtrarium charitati. Tum deniq. quia in iuſto poſſunt eſſe habitus acquiſiti antea per pec.m. & hi inclinãt ad mortalia, ac proinde ad aliquid cõtrarium charitati, & ſic dicẽtur extrinſece illã minuere. Vnde 3. alij R. ideo nũ poſſe cõcedi charitatem diminui per peccata, quia periculũ eſſet intelligẽdi id de diminutione intrinſeca: nam ſicut charitas augetur intrinſece: eodem modo dici videretur, minui intrinſece. Cõtra vero cum facultates naturales nõ augeantur intrinſece; tale periculũ non eſt qñ minui dicuntur: intelligimus enim comuniter, eo modo minui quo poſſunt augeri. Sed hæc ſolutio nõ ſatisfacit, quia ea nõ fit, vt in rigore verum nõ ſit charitatẽ prauis habitibus minui, ſicut & inclinatio naturalis ad bonum.

20 Vnde. 4. alij R. ideo charitatẽ nõ minui prędictis habitibus vitioſis, quia illis nõ obſtãtibus põt elicere actum ita intenſum, ac ſi illi nõ adeſſent. Sed nõ ſatisfacit, quia ſic prauis habitibus nec inclinatio ad virtutem minueretur: nã ſm̃ hanc doctrinã, põt quis per charitatẽ ita intenſum habitum producere, ac ſi tales habitus nõ haberet. Item falſum eſt charitatem cum prauis habitibus ita intenſe operari poſſe, ac ſi illos nõ haberet, ſi cætera ſint paria. Vnde Vaz. diſp. 137. c.3. his omnibus ſolutionibus reiectis Reſp. 5. diuerſam eſſe rationem charitatis, & inclinationis naturalis. Nã inclinatio naturalis ideo per peccatum dicitur aliquo modo minui, quia per peccatum acquiritur inclinatio quædã habitualis, quæ inclinat ipſã met voluntatem ad oppoſitum, & ideo ab inclinatione natiua, quã habet ad virtutem, retardatur: charitas autem non recipit in ſe inclinationem aliquam contrariam ad oppoſitum, acquiſitam ex actu peccati, ſed charitas ſimul eſt in eadem potentia cum inclinatione habitus ad peccatũ, ex hoc autem nõ dicitur nec extrinſece minui, diminutio enim inclinationis prouenit ex eo, ꝙ in ſe recipiens cõtrariã inclinationẽ, media illa aliquo modo ad oppoſitum inclinatur.

Sed

Digitized by Google

21 Sed hæc ſolutio licet ſit probabiliter, non omnino ſatisfacit, nam inclinatio voluntatis ad bonum ſæpe minuitur voluntate in ſe nullam inclinationem recipiente ad oppoſitum, ſed poſito, vel oblato aliquo ex parte intellectus, vel appetitus ſenſitiui per quod volũtas retardat̃ à bona operaõe, cũ ergo charitas per act⁹ malos retardetur à bona operatione; cur nõ dicitur minui extrinſece, ſicut voluntatis inclinatio? ¶ 6. Ergo. R. nõ eſſe ſimile qa charitas nunquã ſupponit pro aggregato ex habitu voluntatis, & ſtatu, ſeu expeditione, quã habet ad operandum, ſed pro ſolo ipſo habitu, inclinatio autẽ ad bonũ, vt diximus, licet interdũ ſupponat pro ipſa põa, vel habitu ſecundũ ſe, tñ interdum etiã ſupponit pro aggregato ex ipſis, & ex ſtatu & expeditione ipſorum & ideò diminuta expeditione dicitur minui, quia tunc auferetur ei aliquid intrinſecũ pertinens ad eius integritatẽ, ſicut qñ aufertur digitus à manu & homine manus, & homo dicuntur minui, quia aliquid tollitur intrinſecum ipſis & pertinẽs ad ipſorum integritatẽ. Licet autẽ per impedimenta non dicatur minui charitas, imò nec eius inclinatio: dicitur, tamẽ minui eius & poteſtas vis ad operãdum, quatenus ſcilicet expeditionem includit, ſicut diximus poſitis impedimentis ad receptionem lucis, minui poteſtatem aeris ad recipiẽdam lucem, licet non minuatur inclinatio ad lucis receptionem, quo etiã pacto dicitur, minui poteſtas grauis ad deſcendendum, & caloris ad calefaciendum, ſed non inclinatio.

22 *Quæſtio.* Sed rogas an inclinatio naturalis ad bonũ per peccata penitus aliquando extinguatur, Vaz illa diſp. 137. c. 4. ait, omnes Catholicos affirmare nũquã ita minui natiuã inclinationẽ ad bonũ, vt penitus extinguatur: in rõe tamẽ huius rei variare. Nam quidã apud Bon. 2. d. 35. ar. 2. q. 3. Rich 2. 2. q. 2. dicunt, rationẽ eſſe quia hæc inclinatio quodammodo eſt infinita. Hanc rationem, quam recentiores nonnulli amplectuntur, impugnant Bon. & alij, quia infinitum minui nõ põt, ſed hæc impugnatio nulla eſt, quia ſi aliquid ab infinito aufertur, non eſt dubium, quin minuatur, nec eſt incõueniens manere minus, quia vnum infinitum põt eſſe maius alio, qñ ſunt diuerſæ rõis, vel aliqua ex parte ſunt finita: Vnde plures dies, quã anni eſſent futuri, ſi mundus in æternum duraret, & plures dies erunt ab initio mundi per totã æternitatẽ quã ex nunc. Eadẽ rõem impugnãt alij, quia hoc genus infinitatis eſt durationis tantũ, quatenus ſcilicet voluntas noſtra ſi in infinitum duraret poſſet infinitos actus elicere: ſecundũ intenſionẽ autẽ inclinatio eſt finita, cũ ergo diminutio fiat, nõ ſecundũ durationẽ, ſed ſecundũ intenſionẽ, per continuã diminutionẽ tandẽ finietur. Sed neque iſta confutatio vim habet, quia infinitas hæc non eſt durationis, ſed intenſionis, vel extenſionis, vt poſtea explicabimus, & ideo per nullas diminutiones omnino conſumetur.

2. Alij apud Bon. & Rich. ibi dixerunt, inclinationem ad bonum, licet ſit finita & in dies minuatur, extingui nõ poſſe, eo quòd diminutio fit per partes proportionales ſæpe minores ac minores. Sed hanc rationẽ reijcit quidã cum S. Tho. Bon. & Richard. quia ſecundum peccatum non minus aufert huius inclinationes quã primum. Sed hoc facile negari põt nam ſi actus peccatorum ſunt æque intenſi. 2. non generat, nec auget habitum: ſi vero. 2. ſit intenſior, ſolum auget habitum ſecundum exceſſum, qui interdum eſt minor quã id, ꝙ primus actus abſtulit: ergo ſæpiſſime. Secundus actus min⁹ bonæ inclinationis tollet quã primus et ſic neceſſe eſt ſæpiſsime fieri in reliquis, ac proinde diminutionẽ nõ fieri ſemper per partes maiores, aut æquales, ſed paſsim per minores et cõſequẽter nũquã bona inclinatio extinguetur, et ſic reijcitur alia confutatio illius rationi; poſita ab eodẽ videlicet, quod diminutio ſecundum proportionẽ in volũtate locũ habere nõ põt: id enim negatur. 23

3. Alij apud Rich. dicunt nunquã hanc inclinationem finiri quantumuis minuatur, quia ſemper ſcaturit ab eſſentia tanquã aqua à fonte, ex quo quantumuis hauris, nunquã finitur. Hanc rationẽ friuolam eſſe merito docet Vaz. quia ſequeretur, continuo nouã inclinationẽ ab eſſentia emanare, ſicut noua aqua à fonte ſcaturit, quod eſt abſurdum. Deinde ſi ſẽper manat in eadẽ quãtitate, nũquã poſsit inclinatio minui: explicãdũ ergo eſt cur minus interdum manet. Item ſi ſemper manat: ergo creſcit ſine actibus noſtris, etiam in ſomno. Deinde ſi manat cõtinuo: ergo erit inclinatio poſitiua diſtincta à voluntate, quod eſt ridiculum. 4. S. Tho. Bon. Caie. Med. Conr. et alij recentiores rationẽ reddunt, quia cum hæc diminutio inclinationis ad bonum nõ ſit intrinſeca, ſed extrinſeca tantum ex ſola extrinſeca impedimẽtorũ poſitione, fieri nequit vt tãdem finiatur: quã rationẽ optimã eſſe putat Vaz. ſi ita intelligatur, vt quia inclinatio volũtatis eatenus minuitur quatenus habitibus vitioſis in oppoſitũ inclinatur: nũquã autem ita poteſt in contrariũ inclinari, quin in ſe talis natiua inclinatio integra maneat, ac proinde indifferens et inclinata in oppoſitũ, ideo nunquã finiatur, maxime cũ inclinatio habituum qui in cõtrariũ inclinant, ſubijciatur facultati ipſius volũtatis: ſic. n. nõ poſſunt natiuã eius virtutem in vnam partẽ omnino deſtruere, quantumuis habilem reddant in contrariam. Sed adhuc non quieſcit animus, nam licet hac ratione intelligatur, inclinationem 24

tionem intrinſecam voluntati nunquam finiri, imo nec minui, ſed ſemper integram manere, & poſitis quibuſcumque impedimentis habituum, vel paſſionũ, vel rationum adhuc operari poſſe (quamuis non omnes id admittunt) tamen ſemper apparet, expeditionem illam extrinſecam, ſi finita eſt, poſſe tandem finiri. Vnde quinto reſpondendum eſt, ideo finiri non poſſe quantum ad talem expeditionem, quia talis expeditio infinita eſt, conſiſtit enim in carentia impedimentorum, quæ in infinitum poſſunt creſcere, poſſunt enim quantum eſt ex natura ſua, & de potentia abſoluta oppoſiti habitus augeri in infinitum ſaltem quando non ſunt intrinſece mali, ſeu vitioſi, quamuis de potentia naturali, & ordinaria non poſſint augeri in infinitum, & ſaltem nunquam augmentum eſt infinitum actu, & ideo ſemper manet in potentia expeditio, id eſt, carentia aliquorum impedimentorum, nimirum aliquorum graduum praui habitus oppoſiti, vel paſſionum aut rationum in cõtrarium inclinantium. Vnde Sayrus lib. 2. c. 13. ait inclinationem ad mali in infinitum augeri poſſe: nunquam tamen tolli omnino poſſe inclinationẽ ad bonũ: quia ſemper manet natura rationalis libera & ſuperior omni prauo habitu, quod bene etiã probat Herrer. ſupra, quia habitib. vtimur, vt volum⁹, & ſemper manent ipſi ſubiecti voluntati noſtræ.

25 Eſt tamen cõtra omnes Doctores argum. nempe per peccatum amittitur penitus imago Dei: ergo & inclinatio ad bonum, quæ ſalté eſt pars diuinæ imaginis. Antecedés prob. ex origene hom. 1. in Geneſ. aliquantulum à medio, vbi ait, peccatores portare ſimilitudinẽ Diaboli per pœnitẽtiã vero recuperari amiſſam Dei ſimilitudinem, idem tradit Auguſtinus. 6. Geneſ. ad litteram cap. 27. & 28.

Arg. cõtra omnes.

Reſpondet Vazquez, hanc ſententiam recte explicatam fuiſſe ab Auguſt. 2. retract. cap. 24. his verbis, quod dixi Adã imaginem Dei, ſecundum quam factus eſt, perdidiſſe peccato, non ſic accipiendum eſt tanquã in eo nulla remãſerit, ſed quod tam deformis, vt reformatione op⁹ haberet. Verũ, quia ex hoc loco videtur ſaltẽ colligi aliquid illius imaginis amiſſum fuiſſe, notat ſimilitudinẽ, & imaginẽ Dei, aliquã eſſe naturaliter impreſſam animæ, népe intellectũ memoriã & volũtatem, & huius nihil minui intrinſece, ſed tantũ extrinſece: aliã ſimilitudinẽ, & imaginem Dei ſupernaturalẽ impreſſam homini, népe gratiã, & charitatẽ quib. Deo ſimiles efficimur, & hanc omnino amitti per peccatum, idque velle Origenem, & Auguſt. in argumen. citatos. Cũ vero Auguſt. 2. retract. ait manere aliquid ſimilitudinis, & imaginis, vult manere illam naturalem, ſed deformatam, quia manet priuata gratia, & maculata peccato. Ideoque dixit Diony. c. 2. cœleſtis Hierarchiæ. p. 1. in principio omnes nos conari, vt ſimiles Deo per gratiam efficiamur, & p. 2. per baptiſmum auferri ſtatum deſſimilitudinis, quem ex peccato contraximus.

Cæterũ iudicio meo Aug. 2. retract. ſentit, imaginem & ſimilitudinem Dei ex perfectione naturali & ſupernaturali integrari, ideo per peccatum partem aliquam idtegrantem talis imaginis, & ſimilitudinis amitti, nec enim concedi ſolet, aut debet in nobis eſſe duas Dei imagines. Vtcumq. ſit, per peccata quantumcumque creſcant, non omnino amitti imaginem Dei, docet Bern. ſerm. 81. in can. & Aug. de ſpiritu & littera cap. 28. & Epiphan. epiſt. ad Ioan. Epiſcopum inter errores originis refert, quod per peccatã imago Dei omnino deleatur. Sed obijcies adhuc Aug. in Enchirid. c. 30. & de ſpiritu, & littera, cap. 30. aſſerentem, per peccatum amitti liberum arbitrium: ergo per illud extinguitur imago Dei, & inclinatio ad bonum reſpondetur, etiam ſi per peccatum amitteretur liberũ arbitrium in ordine ad omnes, & ſingulos actus bonos, nõ ideo extinguerẽtur inclinatio imago Dei, nec inclinatio ad bonũ: ſed talis inclinatio eſſet ligata & impedita. Deinde R. Aug. ſolum velle, quod per peccatum amittitur liberum arbitrium ad implendam diu legem in eo ſtatu, quia homo exiſtens in peccato mortali, non poteſt dici ſeruare omnia præcepta collectiue, licet poſſit omnia diuiſiue etiam in eo ſtatu & inordine ad ſtatum gratiæ poteſt ſeruare omnia collectiue, ideo Trid. ſeſſ. 6. can. 5. ſub anathemate definit per peccatum nõ eſſe extinctum in nobis lib. arb. Aug. de ſpiritu littera. c. 28. docet, nec in infidelibus deletam eſſe omnino imaginem Dei, quia etiã viribus proprijs poſſunt efficere, & efficiũt homines opera aliqua moraliter bona, & cum per nulla bona opera, nullamque gratiam in hac vita extinguatur liberum arbitrium in ordine ad malum, non eſt cur dicamus per mala opera, aut malos habitus extingui aliquando inordine ad bonum: cuius rei; vel ipſa experientia teſtis eſt, & ratio ſuffragãtur, nam prima principia agendorum, vt bonum eſt agendum, &c. nunquam delentur de cordibus hominum, vt docet D. Thom. q. 94. ar. 6. & Aug. 2. confeſſ. c. 4. dicens, furtum certe punit lex tua Domine, & lex ſcripta in cordibus hominum, quam neque ipſa quidem delet iniquitas, imo multæ concluſiones agendorum euidentes & probabiles multæque motiua ſemper ſuppetunt ad amplectẽdum bonum: ergo ſemper homo in hac vita poteſt operari bonum morale, imò ſicut in hac vita nullus eſt ita confirmatus in bono 26.

bono, quin poſsit facere, & aliquando faciat malum, ita nullus eſt ita obſtinatus in malo, quin poſsit facere & aliquando faciat bonũ, vnde non probatur, quod ait Marſilius.2.q 21. art.3.concluſ.6. probabile eſſe in male natis rectam rationem practicam & voluntatem aliquando extingui quoad vſum. Ita vt deinde conſcientia non remurmuret vero malo, nec recte dictet de agendis, nec voluntas recte eligat, nec conetur aut nitatur in oppoſitum mali quod eligit, non inquam id probo, tum quia rationes, quibus Marſil. nititur, friuolæ omnino ſunt & relatu indignæ, tũ quia cum tot ſint auxilia, & motiua ad bene agendum, mirum eſt ſi aliquando homo non bene ageret. Porro rectam rationem agendorũ omnino operire quoad vſum eſt impoſsibile cum multa proponantur, vt euidentia quibus homo diſſentire non poteſt, & alioqui talis homo nunquam peccaret, niſi contra conſcientiam erroneam, quod eſt abſurdum, imò in damnatis recta ratio agendo rum nõ eſt extincta quoad vſum, ſed ſemper habent remorſum conſcientiæ, vtique veræ Iſai.66. & Marci.9. vermis eorum non morietur: ſimiliter nec in eis eſt extincta bona inclinatio quoad vſum, nam ſecundum D.Tho. 1.p.q.64.ar.2 ad.5. ex bona inclinatione naturali efficiunt aliquos actus bonos indeliberatos, quod tñ deliberatis negat, quia licet efficiant aliquos actus bonos ex genere: eos tamen ſemper inficiunt malo fine, aut alia mala circunſtantia. Sed nõ video cur ſemper ita contingat, nam ratio, quam aſſignat.q.85. a.2. ad.3. ſcilicet quia deeſt illis gratia ſecundum diuinam iuſtitiam, non procedit de opere bono ordinis naturæ, ad hoc enim ſatis eſt auxilium generale eiuſdem ordinis, vt in materia de gratia oſtendemus, quod quidem illis non negatur, licet negetur auxilium ſupernaturale & ſpeciale, & ideo Scotus & alij tenent, damnatos efficere aliqua opera bona ex obiecto, & omnibus circunſtantijs, qua de re diſputant Caietanus, & alij.1.parte loco citato.

27 Hic quærit Medina ar.2. in principio; an naturalis inclinatio ad bonum intrinſeca voluntati (nam de extrinſeca proueniente ex complexione non eſt dubium) ſit maior in vno quam in alio, quæ pendet ex alia quæſt. an vna anima rationalis ſit intrinſece perfectior alia, & ſimiliter intellectus vnius intellectu alterius, & voluntas vnius voluntate alterius, & ait Medina, errare Sotum, & alios qui dixerunt, omnes animas eſſe intrinſece æquales, ſed magis errarunt ipſe & alij cũ eo ſentientes, vt.3. animę validiſsimis argumentis oſtendimus, quod ad præſentem locum non attinet.

SECTIO III.

Qua ratione, per peccatum dicatur homo vulneratus in naturalibus, & an ſit modo maior inclinatio ad malum, quam eſſet in pura natura.

SVpponimus per peccatum fuiſſe vulneratum in naturalibus, vt docet Ambroſ.7.in Luc. exponens id Luc.10. homo quidam deſcendebat ab Hieruſalem in Ierico, Beda explicans eandem parabolam Luc.10. Aug.lib. de natura & gratia c.3. quod ſic explicat Gregor. Arimin.2.d.30.q.2.art.2.ad.3.& 6. vt licet in pura natura futurus eſſet fomes & inclinatio carnis ad malum: minor tamen quam poſt lapſum Adæ, ex quo proceſſit qualitas morbida ad malum inclinans, ratione cuius vulneratus dicitur homo in naturalibus. Referri quoque ſolet à recentioribus ſententia aſſerentium, in pura natura nullam eſſe futuram inclinationem carnis ad malum, ſed Vazq. diſput.138.c.1.ait, ſe opinionem hanc in nullo auctore reperiſſe, & c.2. merito ait, ſummopere ſibi placere communem ſententiam, quæ affirmat, eo tñ modo vulneratũ eſſe hominem in naturalibus, quia donis gratiæ ſpoliatus ſuæ tantum naturæ, & inclinationi relictus fuit, eodem prorſus modo inclinatus ſicut in pura natura eſſet; ita ſenſerunt S.Tho. Caiet. Conr. Med. Zumel. & alij recentiores, q.89.ar.3. Valen.diſp.6.q.5. puncto.1. Sotus.1. naturæ, c.13. Caiet.q.109.ar.2.§ ad euidentiam, & q.81.ar.1. D.Tho.2.2.q.164.ar.4. & 2.d.30.q.1. Philarchus.3.p. [illegible] lib.3.c 16. Pighius controuer.1.de peccato origin. Driedo de gratia & lib. arbit. tractatu.4.c.1. in fine. Angeſt. in moral. lib.c.15. merito aſſerens, eſſe opinionem Anſelm.lib. de concept. Virg.c.5. vbi ponit exemplum de fera, quæ ſolutis vinculis operatur iuxta ſuam feritatem, Salmer.Ro.5. diſp.45. [illegible]tione.6. Dur.3.d.20.q.3. Scot. & alij Scholaſtici.2.d.30.& 31. idem Scotus in reportatis.2.d. 29.q.1. non longe à fine, & d.35.q.1. ante medium in ſolutione cuiuſdam argumenti. Gab. illa.d.35.q.1.ar.3.dub.3. Vega.1. in Triden. c.11. Herrera.2.diſp.[illegible].q.12. Azor to.1.lib.4.c.32. q. 1. & ideò Caiet. Sotus, Herrera, & fere reliqui dicunt, hominem lapſum & in pura natura ſolum differre ſicut nudum & ſpoliatum, quod magis conſtabit tract. de gratia, et recte confirmatur ex Proſpero lib. contra collatorem. 28

c.19.vbi ait,*natura humanæ in illa vniuerſalis præuaricationis ruina,nec ſubſtantia erepta eſt, nec voluntas,ſed lumen decusque virtutum,quibus fraude inuidentis exuta eſt.* Qualitas vero illa morbida poſita à Gregorio in ſuperioribus reiecta eſt, quod vero alij dixere,in pura natura non fore rebellionem carnis contra ſpiritum commentitium,& inopinabile eſt,cum appetitus ſenſitiuus ex natura ſua non ſit omnino ſubiectus rationi ,ſed poſſit , etiam voluntate repugnante,in obiecta ſenſibilia rationi contraria tendere , de quo dicam fuſe tractatu de gratia.

29 Nec mihi placet quod ait Cord.lib.1.q. 45. opin.3.maiorem inclinationem ad malũ eſſe modo in nobis,quam eſſet in puris naturalibus:fuiſſeque cauſatam ſecundum aliquos ex flatu ſerpentis vel ex ipſo peccato , quod immutauit complexionem & diſcraſsiauit,ac intemperauit corpus : ex diſcraſſia autem, ſeu diſtemperatione corporalium humorum,aut qualitatum,aut eorum corruptione conſecuta eſt maior inclinatio ad delectabilia quam ſi peccatum illud commiſſum non fuiſſet & ſic putat Cordub. intelligendos eſſe multos auctores,qui dixerunt,ex peccato Adæ conſecutam eſſe in toto genere humano qualitatẽ
2 morbidam , eamque eſſe fomitem. Eandem ſententiam tenuit Rich. 2.d.30.a.1.q.2.& ar.4. q.3.& 3.d.3.a.1.q.4.ad.2.Vbi ait.1.per peccatum Adæ ita naturam mutatam eſſe in deterius vt vehementiores motus concupiſcentiæ, & acriorem ſitim & famem patiatur, quam in puris naturalibus.2.Id prouenisse ea naturali vi fructus vetiti,qui humores corrupit,vel deordinauit,aut diſtemperauit,non quod venenoſus eſſet,(vt exiſtimauit Adam godam);ſed quoniam improportionatus erat debilibus, quapropter ſi Adam interius tantum peccaſſet , aut etiam exterius ; alio tamen peccato quam eſu illius ligni , non fuiſſet conſecuta hæc maior inclinatio ad malum , quam eſſet in puris naturalibus.Probat ex Aug.2. contra Iulia.c.5. vbi adducit Amb.lib.7.in c.12. Lucæ aſſerentem. *Hinc peccatum manaſſe proditur tanquam corpore,*animaq. genitoribus,dum corporis natura tentatur , anima male ſana compatitur.Quæ ſi appetentiam ſui corporis refrænaſſet,in ipſo exortu extincta eſſet origo peccati.Probat etiam ex Damaſce.2. lib.c.11. dicente,lignum illud bonum erat perfectis, ſed malũ infirmioribus ; ait,Rich.hanc ægritudinem & infirmitatem non eſſe habitũ acquiſitum ex actibus inclinantem ad determinatam ſpeciem actuum:ſed eſſe habitum extenſo vocabulo ad omnem qualitatem, quæ neceſſitatem affert cuiuſcumque motus inordinati,4.ait talem ægritudinem non eſſe formale,ſed materiale peccati originalis. Vnde ipſe & Cord.omnino conueniunt. Vtriuſque tamen opinio commentitia eſt, & impugnatur fere eiſdem rationibus , quibus diſput.11. ſect.2.qualitatem morbidam Arimi. & aliorum reiecimus.Nam fruſtra & ſine fundamẽto fingitur vis illa tam noxia in fructu illius arboris reſpectu infirmorum , & carentium originali iuſtitia,ſic enim ex natura rei eſſet valde noxius:cum in ſtatu puræ naturæ iuſtitia originalis non eſſet,qua redderetur ſalubris,vel potius eius veneno reſiſteretur.Vnde Aug.14.ciuit.c.12.ait , eſcam illam non fuiſſe malã & noxiam, niſi quia erat prohibita:nec enim quidquam mali. Deus in illo fœlicitatis paradiſo crearet,atque plantaret. Deinde incredibilis eſt tanta fructus illius efficacia, vt natura robuſta Adæ & poſterorum eius nõ potuerit effectum ipſius impedire , aut diminuere;nam videmus inclinationes ad malum in omni ſæculo eaſdem eſſe.Confir.quia nullum violentum perpetuum:ergo cum effectus ille violentus nobis ſit, ſi à fructu illius arboris contra noſtram naturalem inclinationem & complexionẽ proceſſit perpetuus nõ erit,ſed aut genus humanum extinguet , vel ab illo extinguetur.vt infirmitates aliæ, quæ à parentibus in filios deriuantur.videmus tãdem extingui.Deinde ægritudo corporis, licet occaſio ſit appetendi vnam vel alteram rem, quæ cum illa conſentiat , nunquam tamen inclinat generaliter ad omnia aduerſa rationi,maxime ſi inter ſe quoque contraria ſint;ergo eſu illius cibi non ita affectum maneret humanum genus,vt ad omnia delectabilia & commoda magis pro penderet quam in pura natura. Nec Auguſt. loco cit. voluit cibo illi vim naturalem tribuere inclinandi ad malum,ſed ſi anima corpori ad gulam tẽtato non conſentiret,non fore peccatum originale,quia Adam non peccaret .Damaſce.autem ſolum ait,arborem illam dictam ſcientiæ boni & mali , vel quia inter dicta fuit ad faciendum periculum obedientię & inobedientiæ Adæ , vel quia de ea edentibus hanc vim afferebat,vt naturam ſuam cognitam ac perſpectam haberent. Quod quidem vt adultis,ac perfectis bonum erat: ita minus adhuc perfectis auidiorique,quàm par erat, appetitu præditis graue incommodum acceſſebat.Vbi nihil ad rem præſentẽ dicit Damaſc. Quod vero adducit Cordub. ex Trident.ſeſſio.5. decret. de origin. can.1. per peccatum Adæ totum hominem ſecundum corpus & animam in deterius eſſe commutatum , non ſignificat,redditum deteriorem , quam eſſet in pura natura;ſed quam eſſet in ſtatu innocẽtiæ Quod vero adducit ex doctoribus dicentibus, hominem per peccatum expoliatum gratuitis & vulneratum in naturalibus iuxta

para-

parabolam Lucæ.10.de homine deſcendente ab Ieruſalem in Ierico,non ſignificat, hominem per peccatum fuiſſe priuatum inclinatione ad bonum,quæ eſſet in pura natura,aut accepiſſe maiorē inclinationem ad malum; quam in eo ſtatu haberet,ſed ipſam priuationem gratuitorum donorum læſiſſe naturam; & languidam,ac infirmam eam reliquiſſe in ordine ad operationes.Ideo fomes dicitur lāguor naturæ à D.Tho.q.82.ar.1.Gloſſ.Rom.4. verbo iniquitates,Mag.2.d.30.31.& 32. Altiſ. lib.2.tract.27.c.1.& 3.& tract.28.c.2, ſic etiam Baſil.1.in Iul.c.17 ait, nos ægritudinem contraxiſſe peccati,quia Eua noluit è ligno prohibito ieiunare. Sic natura dicitur infirmata & corrupta,ab Anſel.de concep. Virg.c.3.& 4.Exemplum autem,quod.c. 5. ponit de fera, quæ fractis vinculis ſæuit, & magis afferatur, non ſignificat, maiorem eſſe propenſionem ad malum in natura poſtquam ſoluta eſt vinculo originalis iuſtitiæ,quam ſi nunquam eo fuiſſet ligata,ſed quàm,cum eſſet ligata:quia tunc non habebat paſsiones rationem præuenientes,ſed ſolam inclinationem potentialem ad delectabilia,etiam aduerſa rationi: quamuis enim fera vinculis ſoluta,interdum magis ſæuiat,quam ſi nunquam fuiſſet ligata,quia vincula ipſam exaſperant, & exacerbant; tamen natura ligata iuſtitia originali, non exacerbatur,vt vinculis ſoluta magis ſæuiat, quam ſi nunquam,ligata fuiſſet. Vnde Baſil.lib.de virginit.vltra medium ait,*naturalis ad guloſitatem,aut ſcortationem appetitus tollat*, quod copioſius docet in conſt. monaſt.c.2, & Chryſoſt.ho.29.ad pop.ait,*concupiſcentiæ radicem habere à natura principium*,& Amb.1. offic. c.21.*iraſci eſſe naturæ*,quia etiam in pura natura eoſdem omnino affectus haberemus. Nullum igitur fundametum habet opinio Cord. & Richar.maleque explicat vulnera naturæ per peccatum inflicta.

30 Hæc vulnera quatuor numerantur à Beda,infirmitas,ignorantia,malitia,concupiſcētia.Infirmitatem ſic explicant aliqui,vt homo propter peccatū naturæ ſuæ relictus amiſerit pias & ſanctas cogitationes, quibus adiutus vinceret tentationes,& recte pieque viueret apud Deum. Huius inquiūt,infirmitatis meminit Fulgent.lib.de incarn. c.12.& 13. vbi aſſerit,per peccatum Adamum & poſteros omnes in illo amiſiſſe facultatem ſanctæ & piæ cogitationis,reſtitutamque per ſecundum Adamum,& facultatem hanc piæ cogitationis aiunt illi eſſe gratiam excitantem, ſine qua nullum opus moraliter bonum effici poteſt,vt clare & fuſe docent in materia de gratia,vbi tamen nos cum communi docebimus, aliquod opus moraliter bonum ſine gratia Dei effici poſſe, vnde per infirmitatem intelligere hic debemus, vel impotentiam ad opera ſupernaturalia & meritoria, quæ requirunt cognitionem ſupernaturalem,quam amiſimus in Adam & recuperauimus per Chriſtum,non enim daretur nobis niſi ob merita Chriſti,& de hac cogitatione intellige Fulgentium ſupra,Item impotētiam ad ſeruandum diu omnia præcepta obligatoria ſub mortali,& ad cauendum diu omnia mortalia vel carentiam roboris,& fortitudinis ad ardua in appetitu iraſcibili,vt explicant D.Tho.ar.3.Valen. ſup. & Sayr. lib. 2.c.13.n.2.Vince.in ſpec.mor.lib.3. par.2. d.16. Azor tom.1.lib.3.c.32.& 33.Medicis in ſum. de pecc.p.1.tit.1.q.25.

Cum enim ſint quatuor potentiæ capaces vitij,& virtutis,intellectus,voluntas, concupiſcibilis,& iraſcibilis,& tria reliqua vulnera ponantur in alijs tribus potentijs; vulnus infirmitatis videtur ponendum in iraſcibili.

Per ignorantiam intelligunt quidam carentiam piæ cogitationis:quod eſt confundere hoc vulnus cum priori, vt ab illis fuit intellectum.Melius ergo per ignorantiam intelligemus carentiam variæ cognitionis practicæ et ſpeculatiuæ præſertim ſupernaturalis,quam Deus nobis daret,ſi Adam non peccaſſet, et propter eius peccatum ſtatuit non dare,niſi Chriſtus illa mereretur.Item poſſumus intelligere ignorantiam prauæ diſpoſitionis,ſeu errorem,quo careremus in ſtatu innocentiæ;cum tamen modo multis erroribus ſubiecti ſimus.

Per malitiam intelligitur mala inclinatio voluntatis,quæ dimanauit ex carentia originalis iuſtitiæ.Per concupiſcentiam vero mala inclinatio concupiſcibilis.

Aliter has plagas ſeu vulnera explicat Salmeron tom.7.in Euang.tract.16. vt ſint ignorantia ad verum,imbecillitas ad bonum, malitia et pronitas ſenſus ad malū. Vtcumq. ſit, certum eſt,per peccatum Adæ totum hominem in deterius commutatum,ut dicit Conc. Arauſ.2.cano.1.et Triden. ſeſſ.5.can.2.Vnde recte illi conuenit id Iſai.1.*à plancta pedis, &c.* et Pſal.37. *Putruerunt & corrupta ſunt cicatrices meæ à facie inſipientiæ meæ, &c. quoniam lumbi mei impleti ſunt illuſionibus*,et non eſt ſanitas in carne mea?

SECTIO. IIII.

Vtrum mors & alij deffectus corporalis ſint pœna peccati.

Pelagiani partem negatiuam tenuere, vt
refert Auguſt.lib.de hæreſibus cap.88.in 31
fine dicens, *Adam dicunt etiam ſi non peccaſſet, fuiſſet corpus moriturum, neque mortuum merito*

Digitized by Google

merito culpæ, ſed conditione naturæ. Sed certum de fide eſt ſi homo non peccaret, non moriturum ac proinde mortem eſſe effectum & pœnam peccati, vt docet D.Tho.1.p.q.97.ar.1. & 2.2.q.164.ar.1.& Aug.lib.de quæſtionibus no. & vete teſta.q.19.13.ciuit.cap.15. Concil.Mileuitan.c.1.& Aphrican.c.76.ex Sap.1. *Deus mortem non fecit, impij autem manibus & verbis accerſierunt illam,* & cap.2. *Deus creauit hominem inexterminabilem,* & Rom.5. *Per peccatum mors,* & cap.6. *Stipendium peccati mors,* & cap. 8. *Corpus mortuum eſt propter peccatum.* & 2.Cor.15. *Per hominem mors & ſicut in Adam omnes moriuntur.* Gene.2. *In quacumque die commederis ex eo, morte morieris.* Quod male Eucherius & Philo.2. allegoriarum legis circa finem (quibus videtur conſentire ſaber Rom.5.) dicunt, ſolum intelligi de morte animæ, & Turpius errauit Eugubinus annotati. in Pentatheucum affirmans, culpam Adæ tantum attuliſſe mortem animæ: in quo videtur ſecutus Ioſephum.1. antiquit in illud Gene.3. puluis es, dicentem, ex peccato Adæ non mortem, ſed accelerationem ſenectutis, & mortis prouenisse: contra quos eſt Aug 13.ciuit.c.12.& 15 dicens, locum illum Gene. de morte corporis intelligi. & inter Catholicos conſtare non lege naturæ mortem prouenire, ſed ob peccatum *Adæ* infligi iuxta id.Gene.3. *Terra es, & in terrā ibis,* quod vero dicitur cap.2. *In quacumque die, &c.* Intelligitur, quad reatum & obligationem, nam executio dilata fuit. Vide Sixtum. V. Biblioth. annot.36.43.& 52. Caſtrum verbo Adā hæreſi.4. Arboreum.2. Theoſoph.c.1. Driedonem.1.de gratia & lib.arb.tract.3 c.4. Cyrill.1. in Ioan.c.5.& Aug.ſupra, D.Thom. Medinam Zumelem, & alios hic.q.85.ar.5. Azor to.1.lib. 4.c.32.& 33. Medicis in ſum.de pecc. p.1. titu.1. q.25. In hac parte errauit etiam Scotus.2.d.19. dicens, in ſtatu innocentiæ, licet potuiſſet homo non mori, potuiſſe tamen mori: quia potuiſſet ſe occidere, & paruulum deſerere, vt fame & ſiti moreretur, quæ argumenta vim non habent; nam volendo ſe occidere amitteret ſtatum innocentiæ, quo amiſſo poſſet mori: paruulum autem, licet parentes permitterent, fame perire, Deus non permitteret; ſed via aliqua illum à morte & paſsione afflictiua præſeruaret. Male etiam Henr. quodlib.6.q.11.ait, in puris naturalibus ſine vllo dono ſupernaturali, hominem non moriturum, niſi prius peccaret; quamuis dicat, neceſſario moriturum; quia nō poſſet cauere omne peccatum.m. niſi ſpeciali auxilio præueniretur à Deo. Quod auxilium, cum ſit ſupernaturale, non tolleret, quin verum eſſet dicere, hominem naturæ ſuæ relictum neceſſario moriturum, quod eſſe verum ſtatim patebit.

Sed quærit *Azor* to.1.lib.4.c.33.q.2. an omnes mortui, vel morituri ſint. Ratio dubitandi eſt, quia quidam dixere, omnes, quos in extremo ad iudicium aduentu Chriſtus viuos reperiet, non eſſe morituros; ſed in nubibus Chriſto venienti obuiam proceſſuros, & proinde ſine morte vlla tranſituros ab hoc ſtatu mortali ad immortalem, ſed de hac re fuſe egimus to.1.tract.2.diſp.vltima.

SECTIO. V.

Vtrum homo in pura natura habere, moriendi neceſsitatem & appetitus ſenſitiui rebellionem.

34 PArtem negantem videtur docere Pariſiēſis tribus, vel quatuor prioribus capitibus libri cur *Deus homo* Vbi docet rebellionem & moriendi neceſſitatem non eſſe naturales: ſed aduentitias & illatas humanæ naturæ. Quam opinionem me præſente docuerunt, & defenderunt Romæ quidam recentiores male prō ſe citantes Bonauenturā.2.d.30.ar.1.q.1. Ibi enim ſolum docet rationis probabilitatem adiuncto lumine fidei, id eſt ſignis diuinæ reuelationis, manifeſtare, hominem ab initio nō fuiſſe conditum cum rebellione appetitus ſenſitiui, & quamuis Philoſophis ſola ratione naturali ductis valde rationabile viſum fuerit cum eo defectu hominem fuiſſe conditum; cum Catholicis tamen Doctoribus non ſolum fide, ſed etiam rationum euidentia certitudinaliter eius contrarium apparere eſſe verum, ſcilicet eſſe valde rationabile, hominem ſine tali defectu conditum fuiſſe.

1. Opinio.

De hac re vide alia quæ ſect. 1. dicta ſunt.

Ex quibus verbis potius poteſt, & debet contrarium colligi, quod expreſſe etiam tenet D.Tho.& de mortalitate, & de rebellione appetitus, & de paſſionibus potentibus impedire contemplationem eadem diſt.q.1.ar.1. ait, proculdubio hos defectus eſſe naturales, & dono diuinæ gratiæ in principio impeditos fuiſſe, eaq. ſublata poſtea reſultaſſe: quod etiam eadem diſt. docent Dur. & alij Scholaſtici, & Alen 2 p.q.1.memb.1. Medina, Zumel, & omnes iuniores hic.q.85.ar.6. vbi idem docet D.Tho.& 2.2.q.164 a.1. Mart.2.q.19 art.2. Nec omnino aduerſatur Grego.2 d.30.q.vnica vbi tenet, defectus ſpirituales, ſcilicet pronitatem ad malum & rebellionem carnis ad rationem, vel ex toto, vel ex maiori parte nō eſſe naturales: ſed ex infectione quadam & morbida qualitate, quam non habuiſſet homo, ſi non peccaſſet, profectos fuiſſe: ſecus autem de morte ægritudine, et alijs eiuſmodi defe-

Digitized by Google

defectibus corporalibus:omnes autem hos de fectus futuros in pura natura,tenent Azor to. 1.lib.4.c.32.q.1.& alij plutes,quos citauimus ſect.1.(vbi etiam oſtendimus concupiſcentiam inordinatam non eſſe nunc intenſiorem,aut vehementiorem, quàm tunc eſſet) idem tenet Capreo.2.diſt.30.quæſt.vni. art.1. con.1.

34 *Arg.1.opinionis. 1. Arg.* Sed prior opinio ab eius auctoribus,his argumentis ſuadetur. Primum, quia ſi mortis neceſſitas eſſet naturalis,anima rationalis in pura natura deberet ceſſare à motione corporis tempore infinito;quod eſt abſurdum,ſicut à Philoſophis abſurdum reputatur,cœlum, quieuiſſe tempore infinito.8.Phyſ.& 12. Metaphyſi.

Conf.1. Conf.1.nam vnio cum corpore,vel eſt naturalis,vel violenta;non ſecundum,tum quia id quod violentum eſt,non fit vt in plurimũ. 2.Phy.tex.47.tum quia anima naturaliter appetit vniri corpori,& ideo maximum horrorem ſentit in ſeparatione à corpore,& 3.eth. mors dicitur,maximũ omniũ terribiliũ, tum quia eſſentialiter eſt forma & pars hominis, quod non poteſt habere niſi vniatur corpori:ergo vnio cum illo eſt naturalis,& ſeparatio violenta.

Conf.2. Conf.2.quia non eſt rationabile (ait Pariſien.)artificem eſſe perpetuum & inſtrumentum vnicum ipſius eſſe corrumpendum : ſed corpus eſt vnicum inſtrumentum animæ, quæ eſt perpetua, ergo & corpus debet eſſe perpetuum.

Conf.3. Confir.3.quia idem eſt locus naturalis totius,& partis.3 Phy.tex.52.1.cœli tex.19. & 75. & 2.cœli tex.92.ſed anima & corpus ſunt eſſentialiter partes hominis:ergo debent manere ſimul cum homine & homo debet eſſe perpetuus,ſicut anima & ex illo tex. 92. quo aliquid,fertur ſecundum naturam,ibi debet manere ſecundum eandem:anima autem naturaliter fertur in corpus:ergo in illo debet manere.

Conf.4. Conf.4.quia impoſsibile eſt appetitum naturalem fruſtrari in tota ſpecie:ſed ad perpetuitatem eſt appetitus naturalis: ergo non poteſt fruſtrari in tota ſpecie,quod eſſet falſum, ſi naturaliter neceſſe eſſet mori.

Conf.5. Conf. 5. quia omne inſtrumentum debet iuuare agens,non autem impedire:ſed corpus eſt inſtrumentum animæ ad intellectionem. 2.animæ tex.3.ergo non debet eſſe morti, & alijs miſerijs,quas nunc patimur, ſubiectum, maxime cum ſecundum Ariſt.1. polit. c.1. & 3.naturale ſit imperium animæ in corpus; cum his autem miſerijs potius anima ſeruit corpori.

Conf.6. Conf.6.quia in operibus naturæ magis cõuenit adaptati materiam formæ, quàm formam materiæ, quia forma eſt finis materiæ. 2.Phyſ.tex.26.Sed in homine,vt nunc eſt,anima adaptatur corpori potius quàm ècontra; quia deficiente corpore deſinit anima informare,& ſine illo manet imperfecta:ergo animam eſſe aliquando ſine corpore non eſt naturale.

Secundo principaliter ſuadetur opinio illa : quia pudor & erubeſcentia non eſt de re naturali:ſed de rebellione appetitus ſenſitiui,& membrorum quorundam eſt pudor, & erubeſcentia:ergo talis rebellio non eſt naturalis. 35 *2. Argum. principale.*

Conf.1.quia in homine eſt magna contrarietas appetituũ.Ro.7. ſentio aliam legẽ,&c. Quæ non poteſt tribui Deo, cum ſit ſumma pax & concordia,nec eſt bona homini ad exercitium virtutis,quæ verſatur circa difficile.2.eth.c.3.ſicut Aug.19.ciuit.c.12.ait, iuſtum bellum geri, vt pax acquiratur;ad hoc enim non erat neceſſaria tanta repugnantia;& alia miſeria,ſcilicet ignorantia,ad nihil eſt vtilis iuxta Anſelm.2.cur Deus homo.c 13. *Conf.1.*

Conf.2.quia omnes partes animæ ſibi inuicem ſeruiunt,quando homo ſecundum naturam diſpoſitus eſt:ergo in ſtatu naturali appetitus ſenſitiues deberet rationi ſeruire. *Conf.2.*

Conf.3. quia ſi rebellio iſta eſt naturalis, pax contraria erit violenta, & contra naturã & per virtutes venietur ad ſtatum naturæ cõtrarium:quod eſt abſurdum. *Conf.3.*

Conf. 4 quia ſi hoc eſſet naturale,parum differemus à brutis, & perperam diceretur malum aut vituperaretur. *Conf.4.*

Conf.5.quia non poteſt eadem res naturaliter moueri ad contraria, ſed in rebellione iſta homo ſecundum diuerſos appetitus mouetur ad contraria:ergo rebellio iſta non eſt naturalis. *Conf.5.*

Tertio principaliter arguitur quod debilitas rationis,de qua in principio Metaphy. dicitur,ſicut oculus noctuæ ad lumen ſolis, ita intellectus noſter ad manifeſtiſſima naturæ, naturalis non ſit:quia naturalis capacitas intellectus magna eſt,eo quod intellectus agẽs natus eſt omnia facere,et poſſibilis,omnia ſieri.3.animæ tex.18. eſt etiam naturalis appetitus ſciendi.1.Metaphy.in principio, ita vt in ſcientia poſuerit Ariſt.beatitudinem.1.ethic. c.7.et lib.10.c.8.ergo impedimenta ad conſecutionẽ ſcientiæ non ſunt naturalia,ac proinde nec rationis debilitas. 36 *3. Argum principal*

Conf.1.qnia.2.cœli tex.50.ideo negatur in aſtris potentia ad mouendum ſe,quia non habent inſtrumenta motus: ergo cum homini deſint inſtrumenta, et adſint impedimenta comparandi ſcientiam,ſi ſtatus iſte eſt naturalis,poteſtas comparandi ſcientiam nõ erit naturalis. *Conf.1.*

Conf

nf.2. Conf.2.quia dependentia intellectus à ſenſibus in cognitione non videtur naturalis; ſic enim ab intellectu noſtro non poſſent naturaliter in ſe cognoſci ſubſtantiæ,neque omnia accidentia,ſed aliqua,per quæ nunc cognoſcuntur ſubſtantiæ.2. animæ tex.11. Neque robuſti poſſent eſſe ſapiẽtes,quia molles carne apti ſunt ad ſcientiam.2.animæ tex.54. Itẽ hinc proceſſit ignorantia vltimi finis,de quo 288.opiniones fuerunt, vt ex Varrone refert Aug.19.ciuit.c.1.& ad hunc finem in contemplatione poſitum habemus varia impedimenta,ita vt Ariſtot.1.ethic.c.10. conqueratur de natura,quod noſtram fœlicitatem caſibus expoſuerit,& ideo pauci illam aſſequuntur & & modico tempore ſcientia vtuntur propter defectus corporis,& tandem eſt moriendum, de quo conqueritur Ariſt. 12. Metaphy. tex. 29.hi ergo defectus naturales non ſunt.

37 *4.Argum. principale.* Quarto principaliter arguitur, quia nullũ opus naturæ eſt inordinatum, vt docet Ariſt. 8.phy.tex.31. quod probat.2.cœli tex.59.& 69. quia auctor naturæ ſapientiſſimus eſt, & ſapientis eſt ordinare,propter quam cauſam.1. met.ſumma.2.c.2.Ariſt.laudat Anaxagoram, qui auctorem huius ordinis fecit mentem ſapientem,& Auguſt.4.in Geneſi ad lit.c.7. ait, ſapientem fuiſſe Deũ in mundo condendo,qui omnia fecit in numero,pondere & menſura; ergo,cum homo ſit opus Dei,non debet naturaliter loquendo,in eo eſſe hæc inordinatio, vt pars inferior contra ſuperiorem pugnet & rebellet.

5.Argum. principale. Quinto poteſt argui ex Anſel. 2. cur Deus c.11.vbi late docet,moralitatem ad puram hominis naturam non pertinere,nec eſſe de veritate vel ſinceritate humanæ naturæ.

38 *2.Opinio. eligitur.* Poſterior tamen opinio relata quæ aſſerebat,hos defectus eſſe homini connaturales. & in pura natura futuros,firmiſsime tenenda eſt,vt omnium fere communis. Pro hac opinione faciunt,quæ afferemus tractatu de gratia diſp.2.ſect.1.con.3.& ſect.3.& diſp.3.ſect.4. Quibus locis oſtendemus ſubiectionem appetitus ſenſitiui,& immortalitatem in ſtatu innocentiæ non fuiſſe connaturalem homini, ſed donum gratiæ ſupernaturalis. Nam ſi ſubiectio appetitus & immortalitas eſſet connaturalis homini, non fuiſſet in ſtatu innocentiæ donum gratuitum.

Prob.1. Nunc probatur.1. quia anima rationalis natura ſua petit informare corpori paſſibili paſſione corruptiua,tam ab intrinſeco,quam ab extrinſeco,eo quod humanum corpus debet habere. 4. primas qualitates varie commixtas in diuerſis partibus, ita vt in vna regnet calor,in alia frigiditas, &c. ac proinde neceſſe eſt,vt partes humani corporis &. inter ſe, & cum extrinſecis agentibus pugnent, & quonia agentia extrinſeca validiora eſſe poſſunt, conſtat poſſe aliquando hominem corrumpi, imo & corrumpendum eſſe ſi ſuæ naturæ relinquatur. Vnde multi Philoſophi & Theologi definiunt hominem quod ſit animal rationale mortale,ſcilicet natura ſua.

Conf. Conf.quia in natura nihil eſt, quod in nobis corruptionem violentam à cauſa intrinſeca & extrinſeca naturali, & libera impedire queat, ſicut nec in brutis, de quibus quoad hoc eadem eſt ratio,& ſi tale eſſet dabile,iam fuiſſet datum in natura integra, & non eſſet ſublatum propter peccatum originale, quia nihil naturale propter originale peccatum amiſimus, licet vires noſtræ propter priuationem donorum ſupernaturalium,quibus confortabantur,extenuatæ ſint,idem eſt de rebellione apppetitus:ſunt hæ imperfectiones naturales,ſicut aliæ multæ,quæ in ſtatu innocẽtiæ per gratiam ſublatæ, nunc in pœnam peccati,& ad humilitatem,patientiam, aliaſque virtutes maiori cum merito exercendas & manifeſtandas manent,vt 2.Cor.12.ne magnitudo reuelationum extollat me,datus eſt mihi ſtimulus carnis,angelus Sathanæ qui me colaphizet.

Secundo probatur,quia appetitus ſenſitiuus naturaliter fertur in obiectum repræſentatum ſibi vt melius vel efficaciori modo,niſi impediatur, ſed naturaliter nullum habet impedimentum:ergo naturaliter habet appetere aliquid quod eſt reuera contrarium rationi,& ſic naturaliter rebellat contra rationẽ. Dices in pura natura impediẽdũ eſſe ab habitu aliquo connaturali:Contra quia naturaliter non habemus habitus inditos, ſed acquirimus eos noſtris actibus & eiſdem poſſumus eos minuere & deſtruere,& tunc nullum erit impedimentum; maxime quod habitus non ſufficiunt ad impediẽdas omnino paſsiones, nunc enim habemus habitus acquiſitos, & infuſos,tamen adhuc caro concupiſcet aduerſus ſpiritum. Item dato habitu habente vim impediendi vt tria, ſi creſcat difficultas obiecti,faciet vt habitus impedire non valeat: ergo rebellabit caro contra ſpiritum. Commentitium autem eſt dicere, quod in ſtatu puræ naturæ impediretur appetitus per prouidentiam naturalem Dei,nam Deus vt auctor naturæ ita quæ condidit adminiſtrat, vt ea proprios motus agere ſinat. Item ſi per aliquid naturale intrinſecum,quale eſt habitus, vel extrinſecum,quale eſt diuina prouidentia naturalis;poſſet tolli rebellio appetitus, fruſtra ad hoc collatum fuiſſet donum ſupernaturale iuſtitiæ originalis: Deus enim non ſolet adhibere cauſas ſupernaturales ad effectus,qui poſſunt fieri per naturales æque bene & complete,maxime deſtruendo ipſas cauſas naturales, 39 *Prob.2.*

rales.quia eſſet facere miracula ſine neceſſitate.Item non ſolum ſunt motus primo primi in appetitu ſenſitiuo, & in voluntate ex appetitu ſenſitiuo,ſed ex ſe ipſa,ita vt voluntas,quatenus natura eſt,pugnet contra rationem,& hoc eſt naturale, nec eſt in natura etiam pura principium ad tollédam hanc pugna m ergo non mirum ſi nihil ſit in natura ad tollendam hanc pugnam appetitus ſenſitiui & rationis,,eſt tamen in natura vis efficiendi habitus,quibus rationi aliquomodo ſubdatur.1 ethic.c.vlti.*Dices* fructꝰ ligni vitæ erat quid naturale,tamen poterat ſenectutem & mortem impedire iuxta Chryſoſt.ho.13.in Geneſim Aug.q.19.noui & veteris teſtam 14. ciuit.c.26.8 Geneſ.ad lit.c.5.Eucherium, Strab. Bed,Ruper.Hugon.Amb.Caieta Pererium & alios Gene. 2. & ſimiliter poteſt intelligi in pura naturalibus futurũ aliquid quo poſſet homo mortem,& appetitus rebellionem vitare.Item cadauer cum balſamo,aloé,mirrha & ſimilibus conditum,durat longo tempore, & puluis lapidis amianthi, cuius meminit Plinius lib.36.c.19. ſi coniungatur cum veſtibus lineis,facit,vt non poſſint accendi, & comburi:ergo ſimiliter poſſet Deus aliquod naturale remedium adhibere.quo homo præſeruaretur à corruptione.Sed contra hoc eſt quod lignum vitæ vel non habuit virtute m red len di hominẽ immortalem, ſed præſeruãndi à corruptione per longum tempus,vel vis illa non erat naturalis,ſed ſupernaturalis, vt dicemus tract.de gratia diſp.3.ſect.2.& 3. nec ſi eſt aliquod remedium naturale ad impediendã aliquam corruptionẽ aliorũ corporum, erit eadem ratio de humano,quod naturaliter eſt compoſitum ex partibus valde contrarijs & maxime paſſibilibus à ſe inuicem & ab extrinſecis.

40 *Prob.* 3.Probatur.quia omnem hominem naturaliter eſſe mortalé docet *Anſel.*2. cur Deus homo.c.11.quamuis ſentiat id non eſſe de eſſentia hominis,quia per gratiam immortalis reddi poteſt & clarius *Athanaſ.* lib. de incarnatione Verbi.circa principium, ait. Eſt homo ſecundum naturam mortalis,attamen ob eius cum Deo ſimilitudinem retudiſſet ſuam naturalem corruptionem, incorruptibiliſque per manſiſſet,ſi eam ſimilitudinem Dei cognitione integram, incolumemque ſeruaſſet, *Sapien.16.* quemadmodum ipſa ſapientia dicit,attentio, obſeruatioque legum conſtabilitio eſt incorruptibilitatis. *A*tque ita incorruptibilis redditus vixiſſet,vt Deus,quemadmodum alicubi *Pſal.81.* ſuis verbis indicat ſcriptura. Ego dixi dij eſtis & filij excelſi omnes,vos autem vt homines interitis,& vt quiſpiam de principibus caditis.Siquidem Deus non ſolum nos ex nihilo fecit, ſed & vitam,qua ſecundũ Deum viueremus, nobis largitus eſt, rationis beneficio.Homines contra auerſi ab æternis, & ad corruptibilia conſilio diaboli conuerſi, ſibi ſuæ corruptionis(quæ in morte ſpectatur) auctores fiere,nam quamquam eſſent,(vt dixi) ſecundum naturam corruptibiles, gratia tamen participatæ rationis vitium illud naturę elapſuri fuiſſent , ſi modo probi manſiſſent. Propter enim ipſis cohærentem,coniunctãq. rationem naturalis illa corruptio ad illos acceſſum non habuiſſet , ſicut ſcriptura dicit. Deus hominem condidit ad immortalitatem & ad imaginem æternitatis ſuæ, verum inuidia diaboli factum eſt, vt mors orbem terrarum inuaſerit,&c.& Aug. q.19. in Geneſ. docet, corpus Adæ fuiſſe mortale natura ſua,ſed eſu arboris vitæ corruptionem inhibere potuiſſe iuxta id Gene.3.ne forte mittat manum ſuam & comedat de ligno vitæ & viuat in ęternum:de quo agitur,1.p.q.97.a.1.& 4.Marſ. 2.q.12.a.3.& q.19.ar.2.vbi inter alia adducit Richardũ Victorinũ dicẽtẽ, hominẽ ante peccatum habuiſſe corruptibilitatẽ,non vero corruptionem: nempe, quia homo poterat eſu ligni vitæ, vel alio munere ſupernaturale Dei corruptionem impedire. *Gene.3.*

Ad 1.arg.1.opinionis.R.in pura natura animam rationalem debere æterno tempore ceſſare à motione proprij corporis,quia nullum corpus haberet;poſſet tamen tunc alia corpora mouere ſecundum opinionem probabiliorem,quæ ait,animam ſeparatam poſſe naturaliter mouere aliquod corpus,ſi autem contraria opinio teneatur ,facile ad argumẽtũ dicetur.motum cœli eſſe neceſſarium vniuerſo, & ideo inconueniens eſſet cœlum infinito tempore quieſcere,ſecus ſi anima infinito tempore nullum corpus moueat.quia ab illa moueri corpora non eſt neceſſarium vniuerſo. 41 *Ad.1.arg. 1.opinionis.*

Ad.1. Conf.R. vnionem cum corpore pro aliquo tempore , eſſe naturalem animæ, ſed pro aliquo tempore etiam ſeparationem à corpore eſſe naturalem, idest ex neceſsitate naturæ conſequi,ſed quia eſt contra inclinationem naturalem ſeparari, ideo ſeparatio eſt violenta,quando inducitur ab extrinſeco nullam paſſo conferente vim. *Ad.1.Cõf.*

Ad.2.Conf.R.animam non ſolum corpore,ſed alijs inſtrumentis ad ſua opera vti, & quædam poſſe facere ſine corpora,quod vero naturaliter in perpetuum poſt ſeparationem alia opera facere non poſſit, ad quæ indiget corpore;eſt defectus conſequens puram naturam , cum quo manere non eſſet abſurdum. *Ad.2.Cõf.*

Ad.3.Conf.R.eundem eſſe locum naturalẽ totius et partis quando ſunt in toto.ſed eo destructo poſſe ipſas in diuerſis locis eſſe.Itẽ corpus *Ad 3.Cõf.*

Digitized by Google

corpus non eſſe proprium, aut vnicum locum animæ, ſed pro aliquo tempore debere eſſe vnitam corpori, & infinito tempore ſeparatam in cœlo vel alio loco.

Ad.4.Confir.Reſpondetur, ad perpetuitatem exiſtentiæ animæ in corpore non dari appetitum naturalem abſolutum, ſed conditionatum, niſi ſuppoſita aliqua ignorantia, quem in tota ſpecie non impleri, nihil eſt abſurdi, in tota tamen impletur aliquomodo appetitus vnionis animæ cum corpore.

Ad.5.Confir.Reſpondetur, inſtrumentum omnino perfectum, ita iuuare debere, & poſſe, vt nullatenus impediat, corpus autem non eſſe adeo perfectum inſtrumentum, ideo aliquando impedire functionem aliquam animæ.

Ad.6.Confir.Reſpondetur, magis eſſe ſubiectum corpus animæ quàm animam corpori, quo amiſſo imperfectam in nonnullis manere nun eſſet abſurdum: ſed omnino neceſſarium in natura pura.

42 Ad.2.argumentum principale Reſpondetur. etiam de defectibus mere naturalibus pudorem & erubeſcentiam eſſe poſſe. *4. Argum. principale.*

Ad.1. Cōf. Ad.1.Confir.Reſpondetur, licet Deus ſit ſumma pax & concordia, poſſe tamen facere vt in mundo vel in mixto contraria coniungantur, quæ ad inuicem pugnent, ſic poſſunt in homine eſſe appetitus, qui interdū pugnēt, vt ſic humilitas, patientia, fortitudo, & aliæ virtutes cum maiori laude & merito exerceantur.

Ad.2. Ad.2.Confir. Reſpondetur, in ſtatu puræ naturæ, licet omnes partes animæ ſibi inuicem deſeruirēt: ſimpliciter tamen aliquando vnam ab alia impediendam fore.

Ad 3. Ad.3.Confir.Reſpondetur, rebellionem appetitus non eſſe naturalem, ideſt ſecundum naturalem inclinationem voluntatis, quam habet ad bonum morale, ſed quaſi ex pura natura neceſſario ſequentem, & quia eſt ſecundum naturalem inclinationem, quam appetitus & voluntas ipſa habet ad commoditates & vtilitates humanæ vitæ.

Ad.4. Ad.4.Confir.Reſpondetur, etiam ſi habeamus naturaliter affectus ad bona huius vitæ ſicut bruta, longe tamen à brutis differre, quia bruta non alia bona agnoſcunt, vel amant, nec corrigete noxios affectus poſſunt ſicut nos.

Ad.5.Confir.Reſpondetur, non eſſe inconueniens, quippiam ſecum diuerſas partes, vel in diuerſis temporibus moueri motibus contrarijs naturaliter loquendo. *Ad.5. Cōf.*

Ad.3.argumentum principale Reſpondetur, debilitatem rationis, quam nunc habemus, proculdubio naturalem eſſe, quia naturaliter in noſtra intellectione dependemus à miniſterio ſenſuum & à phantaſmatibus, vnde nec contemplatio in hac vita poteſt naturaliter eſſe perfecta, quia impedimenta ad eius perfectionem naturalia ſunt, tametſi intellectus agens poſſit omnium ſenſibilium ſpecies in intellectu poſſibili producere. *Ad.3. Ar. principale.*

Ad.1.Confir.Reſpondetur, homini non deeſſe inſtrumenta comparandi ſcientiam, nec adeſſe impedimenta eius quoad ſubſtantiam ſed quoad quandam perfectionem, quæ naturaliter haberi non poteſt. *Ad.1. Cōf.*

Ad.2.Confir.Reſpondetur, dependentiam illam & reliquos defectus ibi numeratos, qui ipſam conſequuntur, naturales eſſe, ſicuti & neceſſitatem moriendi, & ideo Ariſtotelem conqueri de natura ex qua profluunt, vnde Ariſtot. aperte nobiſcum ſentit, ſicuti & cæteri Philoſophi. *Ad.2. Cōf.*

Ad.4.Principale Reſpondetur, omne opus naturæ habere ordinem, quem ipſius natura poſcit & petit, & hunc ordinem eſſe in homine, licet appetitus ſenſitiuus non ſemper rationem ſequatur, aut ei obtemperet, quia aliquam repugnantiam inter hos appetitus natura humana poſcit aut certe patitur neceſſario; quoniam de ſe eſt imperfecta. 43 *Ad.4. Ar. principale.*

Ad.5.principale Reſpondetur, Anſelmum ſolum velle quod ſtatus mortalitatis non eſt de eſſentia hominis: alioqui immortalitas primorum parentum & beatorum eſſentiam & rationem humanitatis tolleret. *Ad.5. principale.*

Ex quibus conſtat. prædictos defectus non ſolum eſſe naturales, quia conueniunt à natiuitate & generatione rei, (quomodo interdum ſumi naturale, conſtat ex .5. Metaphyſ. cap.4. *D.* Thom. ibi. & 3. parte. quæſtione. 1. articulo, 2. Bonauentura. 3. diſtin. 4. artic. 2. quæſtione. 3. Richar. artic. 4. quæſt. 2. *D*urao. q. 3.) ſed etiam quia naturam neceſſario conſequuntur ſublatis impedimentis ſupernaturalibus.

QVÆSTIO. LXXXVI. DE MACVLA PECCATI.

Art. 1. *Vtrum peccatum cauſet aliquam maculam in anima.*
Art. 2. *Vtrum macula maneat in anima poſt actum peccati.*

DISPVTAT. XIIII. DE MACVLA PECCATI, ET HABITVALI PECCATO.

SECTIO. I.

Vtrum peccatum mortale actuale cauſet maculam, & habituale peccatum in anima.

1. 1. *Concluſ.* DICO. 1. animam ex peccato actuali mortali maculari & ſordidari, & ſic peccantē contrahere maculam habitualem. ita docent omnes, quorum aliquos referemus poſtea. Patet ex Ieremi.2. *Si laueris te nitro, & multiplicaueris tibi herbam Borith: tamen maculata es coram me.* Ioſue.22. *Peccatis in Beelphegor, & vſq; in hodiernum diem macula huius ſceleris in vobis manet.* Epheſ.5. *Dilexit eccleſiam & tradidit ſemetipſum pro ea mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ. Donec exhibeat ſibi glorioſam eccleſiam nō habentem maculam, neq; rugam.* Eccleſ.47. *Dediſti maculam in gloria tua.* Apoc.1. *Lauit nos.* & Prouerb.30. *Eſt generatio, quæ ſibi munda videtur tamen non eſt lota à ſordibus ſuis.* Ioan.13. *Vos mundi eſtis: ſed non omnes.* Oſeæ.9. *Abalienati ſunt in cōfuſionem, facti ſunt abominabiles, ſicut ea, quæ dilexerunt.* Deut.32. *Peccauerunt ei, & non filij eius in ſordibus.* Iſai. 4. *Si abluerit dominus ſordes filiarū Sion.* Ezech.36. *Effundam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris.* Pſalm.14. *Qui ingreditur ſine macula.* Hoc etiam ſignificatur. Pſal. 14. *Qui ingreditur ſine macula,* & Pſ.48. *Comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis.* & Thren.4. *Candidiores niue nitidiores lacte, &c. Quomodo reputati ſunt in vaſa teſtea, opus manuū figuli, denigrata eſt ſuper carbones facies eorum.* Eccl.31. *Beatus vir, qui inuentus eſt ſine macula.* Pſ.118. *Beati immaculati in via.* Heb.1. *Purgationem peccatorum faciēs.* 1.Cor.6. *Sed abluti eſtis.* Matth. 15. *Hæc coinquinant hominem.* Apoc.21. *Non intrabit in eam aliquid coinquinatum.* & cap.22. *Qui ſordidus eſt, ſordeſcat adhuc.*

2. 2. *Concluſ.* Dico.2. Homines tranſeunte actu peccati eſſe in peccato, ſcilicet actuali, *ſeu* manente per modum habitus, à quo homo denominatur peccator, impius, vel iniuſtus, &c. patet ex Matth.5. *Cum publicanis & peccatoribus, &c.* & cap. 7. *Quæ erat in ciuitate peccatrix.* & paſſim in ſcriptura homines propter peccata antea cōmiſſa vocantur iniuſti. & Trid.ſeſs 6.ca.7. ait, cum homo iuſtificatur, fit ex iniuſto iuſtus, & ſeſſ.14.c.7, & can.10. *Supponitur,* ſacerdotes cū abluunt, vel confeſſiones audiunt poſſe eſſe in peccato, ſcilicet habituali, vt in paruulis eſt vere & proprie peccatum. ſeſſ.5. præſertim can.5. & Aug.6. contra Iulian. ca.8. *Impietas impij, quæ hæc ſunt, tandiu manet, donec idolis renuntietur, & credatur in Deum.*

SECTIO. II.

Quid ſit macula relicta ex peccato mortali actuali.

RESP. priuationem gratiæ, quæ ex
peccato mortali actuali relinqui 3
tur, maculam dici poſſe. ita docēt
D.Tho. & omnes eius ſectatores
hac q. 86. art. 1. & 2. & alibi ſæpe, imo exiſtimo, nec Scotum (quidquid aliqui dicant) nec vllum alium ex catholicis huic ſententiæ repugnare, ſed in hoc vt videbimus, Scotus D. Thomæ, & alijs aduerſatur, ꝙ putet ab hac priuatione nō dici hominem peccatorem eo ꝙ eſt pœna, ſed ab aliquo alio. Hæc vero noſtra & communis ſententia ex eo probatur, quoniam omnis carentia nitoris eſt macula, ſed carentia gratiæ eſt carentia nitoris: ergo macula. idem Azor, to.1. lib.4. c.24. q. 1. Addo tamen aliquid aliud præter priuationem gratię manere in homine, qui peccauit, à quo denominetur maculatus, quoniam in eo ma-

net quidquid maneret ſi homo peccaret in ſtatu puræ naturæ, in eo ante ſtatu nõ eſſet priuatio gratiæ, & tñ maneret homo cum macula ergo aliquid aliud præter priuationem gratię manet in peccante, à quo dicitur maculatus. R. Azor ſup. q. 3. quod licet peccãs moraliter in ſtatu puræ naturæ reipſa non ſpoliaretur nec priuaretur gratia: tñ carentia gratię quam ſi haberet, amitteret, macula eſſet. Hoc tñ reijcitur ab alijs: quia vt aliquid maneat maculatũ, non ſatis eſt feciſſe aliquid ob q amitteret nitorẽ, ſi illud habuiſſet, ſed requiritur, vt reuera careat nitore aliquo, quẽ vel habuit, vel habere potuit, & debuit, ita vt carentia illa ſit vera priuatio, & non mera negatio: ſed carentia gratiæ in ſtatu puræ naturæ eſſet pura negatio, & non priuatio: ergo non eſſet macula, ſed aliquid aliud, quod & modo manet poſt actũ peccati, & ſicut tunc, ita & modo ſufficit ad denominandum hominẽ peccatorem, & iniuſtũ, & in habituali peccato exiſtentem, de quo ſtatim dicemus.

SECTIO. III.

Quid ſit illud, à quo homo dicitur peccator, ſeu eſse in peccato, vel in ſtatu peccati, tranſeunte actu?

4 PETRVS de Soto lect. 3. de peccatis dicit, opus non eſſe, imo indignem Theologo eſſe diſputare, quid ſit deformitas, macula aut malitia, quæ poſt actum peccati remanet in anima, an ſcilicet ſit priuatio gratiæ, an aliquid abſolutum, vel reſpectiuum. Merito tñ Vazq. diſp. 139. c. 1. ait hãc controuerſiã maioris momenti eſſe, quam primo aſpectu appareat: ex ea namq. pendet vera intelligentia ſtatus peccati à quo per iuſtificationẽ purgamur; inde enim iudicandũ eſt, quid ſit à peccato purgari & emundari ſeu iuſtificari, & p quam formã hæc purgatio ſeu iuſtificatio fieri debeat, & an poſſit peccatũ de potentia abſoluta remitti ſine illo actu, vel habitu inhærente, & an gratia & peccatũ habituale de potentia abſoluta poſſint eſſe ſimul, quæ ſunt grauiſſimæ, & difficillimæ queſtiones ex hoc pendentes. De propoſita ergo cõtrouerſia ſũt

5 1. Sentent. variæ ſententiæ. Prima, eſt peccatũ habituale perſonale eſſe morbidã qualitatẽ. Hanc Med. q. 86. tribuit Gregor. 2. d. 30. q. 1. ſed ibi tantum loquitur de originali: quod etiã Magiſter eadem. d. & duab. ſequentib. videtur ponere in qualitate morbida. Sed hæc ſententia quantũ ad. p. orig. iã ſuperius reiecta eſt: quantũ vero ad p. habituale ſpeciatim reijcitur: quia. p. originale tollitur p baptiſmũ: ergo ſi illa qualitas eſt orig. p. debet per baptiſmũ tolli, nec vero redit per peccatũ actuale, mortale: ergo. p. habituale mortale, & perſonale ex actuali reſultans non conſiſtit in tali qualitate.

6 2. Sentent. 2. Sententia eſt, peccatũ habituale perſonale eſſe habitũ vitioſum relictũ ex actu præcedenti. Ita Grego. 2. d. 30. q. 2. ar. 2. quod etiã defendit Baſſol. 4. d. 14. q. 1. quãuis ab alijs etiã dicat hominem dici peccatorẽ tranſeũte actu. ſed merito reijcitur à Scoto. 4. d. 14. q. 1. §. dico ergo. Almai. q. 1. a. 1. Gab. q. 1. Baſſol. q. 2. ar. 1. Ocham 4. q. 8. Azor. to. 1. lib. 4. c. 24. q. 3. Bellarm. 5. de de amiſſione gratiæ c. 19. Primo, quia vt fatetur Greg. ipſe, & conſtat experientia, homo iuſtus retinet habitus vitioſos ante productos, tñ non eſt in peccato habituali: ergo. Reſpõdet Greg. in illo eſſe correctos, & non dominari, nec regnare, ideo non habere rationẽ peccati. Cõtra hoc tñ argumentor, quia ſi infunderetur gratia, & nõ virtutes, tolleretur peccatũ, tñ habitus vitioſi inclinarent, & regnarent, ſicut antea: ergo tunc eſſent. p. habitualia, & hæc eſſent ſimul cũ gratia. Itẽ modo amiſſa gratia per ſequens peccatum redit dominiũ vitioſiorũ habituũ. ergo rediret pri⁹ peccatũ habituale: quod eſt abſurdũ. Itẽ illud domininiũ non tollitur per gratiã & virtutes præciſe, ſed per auxiliũ *D*ei aſſiſtentis iuſto, ſine quo perſeuerare non poſſet, ratio autem peccati tollitur per aliquid intrinſecum: ergo non cõſiſtit in illo dominio. Secũdo, quia in puris naturalib. qui doleret de paccato præterito, propter Deũ ſumme dilectũ dilectione naturali, acciperet remiſſionẽ peccati ſine ablatione, aut correctione habitus vitioſi: ergo peccatũ habituale nõ cõſiſteret in tali habitu. l. ſimpliciter. l. vt non correcto. Antecedens patet, nã dilectio Dei ſi eſſet valde remiſſa, ſecundũ aliquos non generaret habitũ propriũ, nec remitteret oppoſitũ, & habitus genitus per dilectionẽ non eſſet cõtrarius habitui iniuſtitiæ genito per furtum. l. homicidium: ergo nõ deſtrueret ſeu minueret illum: & poſſet eſſe ita remiſſus, vt non vinceret, nec corrigeret habitum vitioſum, qui adhuc valde intenſus maneret: ergo adhuc habit⁹ vitioſus denominaret hominẽ vitioſum, & peccatorem, & homo diceretur manere in peccato, quod eſt falſum; ergo habituale. p. non cõſiſtit in habitu vitioſo. ¶3. quia p cõtrarios actus ſine cõtritione, & amore Dei põt tolli habitus vitioſus, adhuc tñ homo maneret in. p. habituali: ergo non cõſiſtit in habitu vitioſo. ¶4. Peccata venialia ꝓducũt habitũ eiuſdem rationis, & efficaciæ cũ habitu ꝓducto p p. m. & aliqñ intenſiorẽ, & efficaciorẽ ergo ſi in tali habitu cõſiſtit peccatũ habituale, nõ mi⁹, ſed interdũ magis peccator manet homo ex p. veniali, quã ex mortali: quod eſt abſurdum.

5 Quando iam productus erat habitus, nouus

nus actus nō producit habitũ, & poteſt actus eſſe adeo remiſſus, vt non intendat habitum, imo ſecundũ aliquos illum minuat, tamē homo eſt magis peccator, ergo peccatum habituale nō cōſiſtit in habitu vitioſo. Adde quod habitus ſm̃ aliquos ſola ceſſatione minui, & tandē abſumi poteſt, peccatũ autē habituale nunquā minuitur, ſed ſemper totum tollitur & ſola dilectione Dei, vel contritione: ergo non conſiſtit in habitu vitioſo.

¶6. Quia pura omiſſio non generat habitũ vitioſum, infert tamē peccatũ habituale: ergo peccatum habituale non conſiſtit in habitu vitioſo. ¶7. Peccatum formaliter eſt malũ, & conſiſtit in priuatione: habitus autē vitioſus eſt ens poſitiuũ, & qualitas: ergo non eſt formaliter peccatum. ¶8. De potentia abſoluta ex actu malo quantumcunq. intenſo poſſet non reſultare habitus, tamē neceſſario reſultaret peccatum habituale: ergo hoc nō eſt habitus vitioſus.

7 3. Sentent.

Tertia ſententia eſt peccatũ habituale eſſe relationē realē dignitatis ad pœnā, relationē, inquam, reſultantem ex actu pręcedenti. Hęc opinioni in margine Scoti, 4.d.14.q.1.& à Tartareto, & Almai. infr. tribuit D.Th. ead. d. ſed nihil tale dicit S.Doctor. idq. bene impugnatur à Ioan Medi. tract.1. de pœniten. q 7. quia relatio realis eſt inter extrema realia poſitiua actu exiſtentia: at præcipua pœna peccati eſt priuatio gloriæ in æternum, & nec iſta pœna, nec poena ſenſus eſt actu præſens, ſed tantum futura, ergo ad illā non eſt relatio realis. ¶2. Quia pura omiſſio nihil reale poſitiuum cauſat, cauſat autē. p. habituale: ergo illud nō eſt aliquid reale poſitiuum. ¶3. Quia ſi Deus per potentiā abſolutā impediret fluxum relationis realis ex actu, adhuc maneret homo in peccato, quia eſſet odibilis, & dignus poena, ergo. ¶4. Cum homo apud hominē meretur præmium, vel ſupplicium non ponitur in eo relatio realis dignitatis ad illa, ſed hæc dignitas eſt ens rationis, vel denominatio extrinſeca: ergo ſimiliter cum meretur, vel demeretur apud Deum. Alia argumenta ponunt ibi Ioan. Medi. & Scotus, & Aureolus, cui conſentit Capreol. 4.d.14.q.1. ad arg. contra 4. concl. ſed ea omitto, quia vim non habent, & licet primũ à nobis factũ ſolum probet de relatione reali prædicamētali: reliqua tñ etiā de trāſcēdētali cōcludũt, d̃ qua etiā Probatur ¦, quia relatio tranſcēdens, niſi ſit purus modus intrinſecus ſicut intenſio, vel extenſio, vel effectus formalis, vel vnio, ſemper eſt directe in aliquo genere abſoluto, vt potentia & actus, quæ ſunt relationis trāſcendētes ad obiecta, & figura ad quantitatem, ſunt in genere qualitatis: ergo idē eſſet dicendũ de relatione illa dignitatis, quod abſurdũ eſt. De hac concl, vide diſput. ſeq. ſectione.1.

Atq. iiſdē argument. reijcitur. 4. alia ſent. 8
4. Senten
aſſerens peccatũ habituale eſſe relationē realē prædicamentalem cōuerſionis ad bonũ cōmutabile relictā ex actu peccati. Conf.1. quia aliquādo obiectũ eſt priuatio, vel negatio aliqua, vel ens rationis, vt poteſtas, vel dignitas moralis, vel ſi eſt ens reale poſitiuũ, non exiſtit actu: ergo ad illud non eſt relatio realis. Conf.2. quia ex actib. ſenſus, intellectus, vel caloris nulla manet relatio realis ad obiecta non exiſtentia: ergo nec ex actib. voluntatis. ¶3 alias nunquam poſſent tales reſpectus auferri à potentia, quia non pendent ab obiecto, nec ab aliquo alio: ergo nunquam poſſet deleri peccatũ habituale. Alia arg. poſſent fieri contra hunc modũ dicendi, ſed ea omitto, quia hic modus nullius eſt auctoris ꝓbati. Ex dictis patet, peccatum habituale non eſſe aliquid reale poſitiuum intrinſecum: cum nō ſit qualitas, nec relatio realis, quæ ſola accidentia realia intrinſece poſſunt eſſe in anima. Debet ergo eſſe vel denominatio extrinſeca, vel relatio rationis, vel priuatio.

5. Sententia eſt peccatum eſſe reatum ſeu 9
5. Sentent.
obligationē ad poenam, propter actum præcedentē, ita Scot 4.d.14.q.1. §. dico ergo, & d. 16. q.2.§. reſpondeo, & in reportatis d.14. q.1. Gabriel q.1.a.1. notab.2.& d 22.q. vnic. Maior. d.14.q.1. Ocham. 4.q.8.& 9.ar.1.& 3. Olcoth. q. de imputabilitate peccati in corpore Petrus de Aquila. 4.d.14.q 1. Almain. q.1.& 2. Baſſol.1. q. Angles, Melchior Flauius, Tartaretus, & alij referendi Pariſien. tract. de ſacramento pœnitentiæ fol.45. col. 3. & 4. Ex his auctoribus quidam ſentire videntur, obligationem hāc in qua conſiſtit peccatum habituale, eſſe extrinſecam denominationē ſumptā ab actu diuinæ voluntatis, quo vult peccatores punire ſi in eo ſtatu decedant, vt Ochā, Maior, Gabriel. & Olcoth. Alij ſentiunt, eſſe relationē rationis reſultantem in peccatore ex huiuſmodi actu diuino: vt Scot. Aquila etiam ait, eſſe relationem realem, vel rationis, & propendet in hoc.2. quod. Suadetur.1. quia peccatum habituale dicitur aboleri per ſolam voluntatem non puniendi peccatum actuale, per eā autē voluntatē non aboleretur, niſi in relatione reſultante ex deputatione ad poenā formaliter cōſiſteret; cũ illa voluntas ſolā eiuſmodi relationē ab anima peccatoris aboleat: ergo in tali relatione formaliter cōſiſtit. Maior probat. ex Aug enarratione.2. in id Pſ. 31. *Beati quorũ remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Beatus vir cui non imputauit dominus peccatũ.* Vbi ait coopetta ſunt peccata, & tecta ſunt, abolita ſunt, ſi texit peccata Deus, noluit aduertere, ſi noluit aduertere, noluit animaduertere, noluit punire

noluit agnoſcere, maluit ignoſcere: ſubiūgit autem. Nec ſic intelligatis, quod dixit, peccata cooperta ſunt, quaſi ibi ſint, & viuant, &c. Vult igitur Auguſt. peccata vere deſtrui, & aboleri per hoc quod *Deus* vult ea non punire. Eodem modo loquuntur Innocen. 3. & Beda atque alij in Pſalm. 31. & Ambroſ. in apologia Dauid. ca. 14. Quod etiam inſinuari videtur Ezech. 33. ſi dixero impio, morte morieris, & egerit pœnitētiam, omnia peccata eius, quæ peccauit, non imputabuntur ei, vita viuet, &c. & Iſai. 43. Ego ſum qui deleo iniquitates tuas propter me, & memor non ero: & 2 Eſdræ. 4. ne operias peccata eorū. Ezec. 18. omniū iniquitatū eius non recordabor. ¶Cōfir. nam inter homines culpa vnius in alterū aboleri dicitur per ſolā voluntatem non puniendi priuata aut publica auctoritate: ergo idem eſt inter Deū & homines.

2. Probat Scotus ſuam opinionē, quia peccatum habituale non poteſt in aliquo alio conſiſtere: ergo conſiſtit in prædicta relatione rationis. Probationes antecedentis omitto, quia commodius adducentur inferius.

3. Si cui per actus meritorios non cōferretur gratia, vel charitas, diceretur nihilominus iuſtus, vel magis iuſtus, & in ſtatu maioris meriti per ſolā deputationem ad gloriam, vel maiorem gloriam: ergo ſimiliter peccatum habituale cōſiſtit in deputatione ad pœnam, vel maiorem pœnam. Hunc modum dicendi Scoti tribuunt aliqui Durando, Gabrieli, Almaino, Olcoth. Ioanni Medinæ, & Guilliermo Pariſienſi, ſed immerito.

Sed modum dicendi Scoti tenet Angles in 4. q. de ſacramento pœnitentiæ. a. 3. diffic. 3. putat tñ ſecundum Scotum non ſolum obligationē ad pœnā dāni, & ſenſus eſſe peccatū habituale, ſed etiā priuationem gratiæ, hoc tñ 2. aperte eſt contra *Scotū*, nec exprimit Angles ſicut Scotus, obligationē ad pœnam eſſe relationē rationis: quod etiā docent Melch. Flaui. 4. d. 14. q. 1. & Tartare. ibi in reportatis.

Hic mod⁹ dicendi merito à Vazq. diſp. 139.
10 Sayr. lib. 2. c. 13. n. 3. & ab alijs multis reijcitur. 1. quia homo eſt vere, & realiter peccator tranſeūte actu: ergo nō per relationē rationis, quę eſt res ficta, & nō reſultat per ſe, & immediate ex actu diuinæ volūtatis, vt Scot. affirmat, ſed media fictione noſtra. ¶2. Quia peccata actualia, quę cōmittūt dānati, inferūt p. habituale, tñ ea Deus non vult punire pœna ſenſus aut dāni; ergo peccatū habituale non eſt relatio reſultās ex voluntate puniēdi. Conf. nā ſi De⁹ nō ſtatuiſſet punire peccata, quæ cōmitterētur, adhuc poſt actus malos manerent homines in peccato habituali, ſeu ſtatu peccati: ergo peccatū habituale non pendet ab illa volūtate. ¶3. Quia licet vnus homo punire nolit peccatum alterius, qui in ipſum peccauit, nō dicitur illi remittere iniuriam, niſi renūtiet iuri exigendi pœnā, & tunc alter dicitur manere in peccato reſpectu ipſius, ergo nec De⁹ dicitur peccatū remittere, eo ipſo quod velit nō punire; atq. adeo peccatū habituale non cōſiſtit in relatione reſultante ex voluntate, puniendi. 4. Deus vult punire nō ſolum propter peccatū actuale, ſed etiā propter habituale: ergo volūtas puniēdi, nō infert, ſed ſupponit ipſum peccatū habituale 5. Deus non eſt cauſa peccati habitualis, quia vt ait Aug li. 83. quęſtionū. q. 3. Deo auctore nemo fit deterior: eſt autē cauſa cuiuſcumque relationis reſultātis ex ſuo actu: ergo peccatū habituale non conſiſtit in relatione reſultante ex diuino actu. Nec valet ſolutio Tartareti, *Deo* auctore neminē fieri deteriorē, ente reali vel actualiter, ſecus ente rōis & habitualiter. Nā peccatū habituale vere, proprie, ac ſimpliciter peccatū eſt, & ſic Deus, vere, proprie, & ſimpliciter eſſet cauſa peccati. Conf. ad hominē, quia ipſe Scotus eodē arg. impugnat aſſerentes. p. habituale eſſe relationē realē. Nec valet dicere diſparē eſſe rōem, quia omnis entis realis, Deus eſt auctor; nō autē entis rōis. Quāuis enim reſpectu entis rōis nulla ſit cauſa vere effectiua, & influens; tñ eo modo, quo pōt ens rōis cauſari, dicēdū eſt peccatū habituale cauſari à Deo; quia reſultat ex actu *Dei* immediate & ſine interuentu fictionis noſtræ, ſicut homo eſt cauſa illius peccati habitualis, quia reſultat ex actu ipſius. Nec ſatisfaceret qui diceret, Deum ideo non eſſe cauſam talis reatus, quia reſpicit culpā actualē. nā etiā pœna reſpicit culpā actualē, tñ Deus eſt auctor pœnæ. ¶6. Deus odio habet peccatum etiā habituale, tñ amat illam relationem volens peccatorē obligari & deſtineri ad pœnā æternā; ergo in ea relatione non conſiſtit peccatū habituale. Cōf. 1. quia peccatū etiam habituale facit hominē abominabilē. Oſſeæ. 9. Nemo autē eſt abominabilis, quia deputatur ad pœnā, ſed ecōtra: ergo. Conf. 2. quia poſt remiſſam culpam manet obligatio ad pœnam purgatorij: ergo culpa non conſiſtit in obligatione ad pœnā. ¶7. Peccatū habituale eſt malū: omne autē malū cōſiſtit in priuatione, & nō in poſitiuo: ergo peccatū habituale nō cōſiſtit in relatione ad pœnā. Cōf. 1. quia peccatū eſt mors animæ iuxta Trid. ſeſſ. 5. in decreto de peccato origi. ſed illa obligatio non eſt mors animæ: ergo. Conf. 2. quia relatio & obligatio ad pœnā eſt eiuſdē rationis in omni peccatore: peccata autem habitualia ſunt ſpecie diuerſa: ergo. ¶8 Quidā volunt opinionē Scoti fuiſſe notatam à Pio. V. in bulla contra Michaelem Baium Decanum, & *Doctorem* Louanienſem, qui pp. 59. dicebat. In peccato duo ſunt, actus

& rea-

& reatus, ſeu obligatio ad pœnam, vnde in ſacramento baptiſmi, aut ſacerdotis abſolutione proprie reatus peccati dumtaxat tollitur, & miniſterium ſacerdotis ſolū liberat a reatu. Quamuis enim propoſitiones in ea bulla recitatæ, non omnes damnentur, vt hæreticæ, ſed mixtim de omnibus in ea bulla dicatur. Quas quidem ſententias ſtricto coram nobis examine ponderatas, quamuis nonnullæ aliquo pacto ſuſtineri poſſent, in rigore tamen & proprio verborum ſenſu ab aſſertoribus intento, hæreticas, erroneas, ſuſpectas temerarias, ſcandaloſas, & in pias aures offenſionem immittentes præſentium authoritate damnamus, ſed auctor videtur in ſenſu Scoti illam propoſitionem aſſeruiſſe: ergo in bulla damnata eſt ſententia Scoti. Exiſtimo tamen non fuiſſe ibi damnatam ſententiam Scoti, vel aliorum, qui peccatum habituale, tamen in reatu & obligatione ad pœnā cōſtituerunt, ſed qui ſimul dicebant nihil poſt actum manere in peccatore, quod proprie haberet rationem peccati aut culpæ. Sed adhuc ſententiam Scoti pluſquam falſam puto cum Barthol. Medin quod videtur approbare Zumel, hac q. 86. ad argumenta contra 2. opinionem.

11 Alij auctores. 4. ſententiæ, aliomodo illam tenent dicentes, obligationem illā ad poenā, in qua conſiſtit peccatum habituale, eſſe denominationem extrinſecam ſumptam ab actu diuinæ voluntatis, à quo peccator dicitur ordinatus & deſtinatus ad poenam. Ita ſentiunt Ocham Gabriel, Maior, Baſſolis, Almai. Pariſien. Olcoth ſupra, quibus fauere videtur Dur. 4. d. 14 q. 5. docens peccatū remitti nihil aliud eſſe, quam tolli reatum æternæ pœnæ, ſed poſtea dicam nomine reatus non ordinationem ad pœnam, ſed dignitatem pœnæ intellexiſſe. Hic modus dicendi reijcitur. 1. Quia ſic peccatum habituale potius eſſet in Deo quā in peccatore ſicut viſio nō eſt in re viſa, ſed in vidente: nec diceretur proprie tolli ab homine, quia nihil aufertur ab eo, in quo nō eſt. ¶2. Quia velle punire eſt bonum, iuſtum, & à Deo: peccatum autem non eſt bonum, iuſtum, nec à Deo. ¶3. Quia damnati per actus malos, quos in inferno exercent, contrahunt habitualia peccata, tamen propter illos actus non vult Deus, eos punire: ergo peccatum habituale non conſiſtit in voluntate puniendi: ergo. Conſ. quia etiā ſi Deus non decerneret pœnam peccanti, ſi tamen peccaret, poſtea maneret dignus, & debitor pœnę, quod eſt, vel ſupponit eſſe peccatorē habitualiter, ſeu in ſtatu peccati. ¶4. Quia Deus odio habet animam non ſolum propter actū malū, ſed etiā propter peccatum habituale: ergo hoc antecedit odiū Dei, ſeu volūtatē puniendi. ¶5. Peccatum originale eſt aliquid inhærens, vt inſinuatur in ſeſſ. 5. decreto de purgatorio vbi dicitur vnicuiq. ineſſe proprium peccatū orig. ergo etiam peccatū habituale perſonale eſt quid inhærens & non denominatio extrinſeca. ¶6. Secūdū auctores huius opinionis & alios fere omnes peccatum originale conſiſtit in priuatione: ergo idem de perſonali habituali dicendum eſt, quia par eſt ratio ¶7. Si remitti culpam eſt idem quod non imputari ad pœnam, idem erit remiſſio culpæ & pœnæ; quæ tamen remiſſiones diſtinguuntur, vt docent Palud. 4. d. 14. q. 9. & alij communiter. 8. ſi remitti peccatum eſt Deum velle non punire: ergo implicat aliquem mori in peccato habituali tamen non puniri à Deo, quia habituale includit voluntatem puniendi: conſequens eſt falſum: ergo. Merito ergo Zumel & alij recentiores hac. q. 86. impugnant dicentes maculam aut peccatum habituale eſſe deputationem vel ordinationem ad pœnam æternam.

Ex quibus reijci poteſt Gerſon alphab. 61. 12
litt. D. vbi ait, remitti peccatū idem eſſe, quod non imputari, non imputari autem ſecundū aliquos idem eſſe, quod non decerni ei pœnam: qui conſequenter debent dicere, nullū peccatū mortale, aut veniale tolli aut remitti totaliter donec tota pœna remittatur aut ſoluatur, licet mortale dicatur ſimpliciter remitti, quando deſinit imputari ad pœnā æternam cuius cōparatione temporalis pœna fere nulla eſt. *Alij* vero, quorum ſententiā magis probat Gerſon, dicunt, etiam nulla pœna ſtatuta poſſe deleri & remitti, deleri quidē per hoc quod Deus ſic agentem velit eſſe indignum ſuo amore & gratia, & dignum punitione; remitti autem per hoc quod Deus velit poſtea non eſſe indignum ſuo amore & gratia, & dignum pœna & loquitur etiam de peccato actuali, vt patet litt. E. vbi totam bonitatem actus ait ſumi ex hoc quod Deus illū approbet, & illius autorē velit eſſe dignū pœna et indignum ſua amicitia et gratia, et ideo ait omnem actum hominis poſſe tranſire de bono in malum et econtra, et Deū poſſe in omni pręcepto, diſpenſare et omnem actū à Deo licitum fieri poſſe Sed vt interim omittamus quæ ad diſpenſationem in præceptis, et ad bonitatē atq. malitiā actuū pertinent, certe peccatū habituale in alla dignitate vel indignitate orta ex volūtate diuina, conſiſtere nō pōt. Nā ſicut ablata volūtate puniendi adhuc qui peccaret, maneret poſtea in habituali peccato ita ablata voluntate indignificandi, quia ex ipſomet actu malo dimanaret dignitas pœnæ et indignitas gloriæ, amoris et gratiæ diuinæ.

Ex dictis etiam reijcitur Mayrones. 4. d. 14. q. 2. a. 2. vbi tenet peccatū à quo homo dicitur peccator trāſeūte actu, quodq. per pœnitētiā

deletur, non conſiſtere in reſpectu ad peccatum præteritum, quia ille reſpectus eſt indelebilis. Deus enim non poteſt facere quin homicida interfecerit, nec in reſpectu ad pœnam vel pœnitentiam, quia obligatio ad pœnam & ad pœnitentiã bona eſt, & à *Deo*, ſed in reſpectu inimicitiæ ad Deum. Hoc vltimum Mayronis dictum diſplicet, quia vt oſtendimus, nullus reſpectus realis vel rationis oritur ex actu malo, in quo peccatum habituale poſsit conſiſtere & inimicitia potius priuationem, quam reſpectum importat.

12 *6. Sentent.* *6.* Sententia eſt peccatum habituale eſſe reatum pœnæ æternę, nõ intelligendo nomine reatus ordinationem ad pœnam, vel relationem reſultantem ex tali ordinatione: ſed dignitatem pœnæ æternæ, quæ dignitas etiã poteſt vocari obligatio ad pœnam, meritũq. ſeu debitum pœnæ reſultans ex actu peccati. *A*liqui ſic interpretantur Scotum: ſed de male vt notat Zumel. Tamen in hoc ſenſu exiſtimo dixiſſe Durandum. 4. d. 14. q. 5. n. 9 ad. 2. peccatum mortale quoad reatũ dimitti per poenitentiam. Nam. 2. d. 30. q 3. n. 14. & ſequentibus, reatum, qui eſt eſſentia peccati originalis, ait eſſe debitum carendi originali iuſtitia, licet etiam carentiam originalis iuſtitiæ includat in eſſentia, vel ſubſtantia peccati originalis, & d. 31. q. 1. n. 5. in fine, hanc dignitatem vocat reatum, & d. 42. q. 3. n. 3. & 4. reatum vocat debitum poenæ, & ait remitti nihil aliud eſſe, quam peccatum præcedens non imputari ad poenam, nam per hoc extinguitur debitum & obligatio ad poenam: ſicut debitũ pecuniarium remittitur & extinguitur per cõdonationem ſeu ceſſionem iuris, & 3. d. 19. q. 1. n. 7. ait, in paruulis & adultis peccatoribus eſſe duo, alterum eſt priuatio gratiæ, quæ eſt macula & etiam offenſa (quia eſt expulſio ab amicitia) alterum vero eſt dignitas ſeu debitum poenæ, & vtrumque ait tolli quando peccatum remittitur: ex veniali autem ſolum reliqui dignitatem, debitum ſeu obligationem ad poenam. Hanc opinionem tenet Somnius. 1. demonſtrationum tractatu. 2. q. de fide & iuſtificatione. capite. 7. Petrus de Soto lect. 3. de poenitentia, Gerſon. lectione. 1. de vita ſpirituali animę. Alphabe. 51. lit. D. & alij referendi.

14 Suadetur. 1. ex Diony. c. 4. di. no. parte. 4. vbi ait, *puniri non eſt malum, ſed fieri pœna dignum* illum citat & ſequitur D. Thom. q. 87. a. 1. ad 2. & Innocen. 3. c. maiores de baptiſ. §. ſed adhuc quæritur, ait, eumqui decedit ſine remiſſione peccati mortalis comiſſi torquendũ eſſe æterna poena propter reatum criminis actualis. Exod. 32. *percuſsit Dominus populum pro reatu vituli*. Deut. 21. *auferetur ab eis reatus ſanguinis* Matth. 5. reus erit iudicio, &c. Matth. 6. *Dimitte nobis debita noſtra.* id eſt peccata, vt exponit *Aug.* Cypri. & omnes alij agẽtes de oratione dominica. Matt. 18. *Oblatus eſt ei vnus, qui debebat ei decẽ millia talenta.* Coloſſ. 2. delens quod aduerſus nos erat, chirographũ decreti, & acto. 8. *In felle amaritudinis & obligatione peccati video te eſſe*, & Iſai. 58. *Solue colligationes impietatis.* Et eccleſia orat, vt reatus, ideſt, peccati noſtri confeſſio indulgentiam percipere mereatur, & in hymno de aduentu, non pro reatu puniat, & in hymno martyrum. noſtrum reatũ dilue. In quibus locis peccatum habituale ſignificari videtur nomine debiti, chirographi, reatus, alioqui enim non diceretur quis puniri pro reatu, vel propter reatum, ſolum enim pro peccato & propter peccatũ punitur homo. Ad idem ſunt teſtimonia ſcripturæ, in quib. peccata appellantur vincula & funes. vt Iſai. 5. væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, & quaſi vinculum plauſtri peccatũ, & Prouer. 5. iniquitates ſuæ capiunt impiũ, & funibus peccatorũ ſuorum conſtringitur. Faciunt etiã loca, in quib. christus dicitur ſatisfeciſſe pro peccatis noſtris, nã ſatisfactio pro debito fit: ergo peccatũ eſt debitũ, quod extinguitur ſatiſfactione Chriſti nobis applicata. Facit etiã Eccleſ. c. 9. nemo ſcit vtrum odio, vel amore dignus ſit, vbi ratio peccati habitualis, & gratiæ in eſſe gratiæ per dignitatem odij, vel amoris explicatur, & Aug. 1 de nuptijs, ca. 26. ait. Hoc eſt non habere peccatum (ſcilicet habituale) reum non eſſe peccati: nã ſi quiſquã v. g. fecerit adulterium, etiam ſi nuſquã deinceps faciat, reus eſt adulterij, donec reatus ipſius, indulgẽtia remittatur. Habet ergo peccatũ, quãuis illud, quod cõmiſit, iam non ſit, quia cum tempore, quo factum eſt præterijt: nã ſi à peccando deſiſtere hoc eſſet non habere peccatum, ſufficeret, vt hoc nos moneret ſcriptura, fili peccaſti, nõ adijcias iterum, ſed addidit, & de priſtinis deprecare, vt tibi dimittantur. Manent ergo niſi remittantur, ſed quomodo manent, ſi præterita ſunt? Niſi quia præterierunt actu, manent reatu. Vbi Aug. nomine reatus plane videtur intelligere dignitatem, obligationẽ, & debitum pœnæ reſultans ex actu peccati, eamq. dignitatem pœnę eſſe habituale peccatum. Sic etiam. 1. retract. c. 15 peccatũ orig. vocat reatũ, & 6. cõtra Iulia. c. 8. latiſſime docet, peccatum tranſire actu, & manere reatu, & illum reatũ vocat impietatẽ & iniquitatẽ, ſupponit etiã eſſe maculã, cũ dicat, non ab eo mũdari, & iterũ ait, quãuis reatus malę concupiſcentiæ eodẽ baptiſmate ſit ſolutus, & iterũ, reatum manere. niſi ſacro fonte diluatur. Similiter loquitur Altiſiod. 2. ſummæ tract. 26. q. 5. in fine, & Dried. 1. de gratia. c. 5. p. 2. f. 97. in fine pecc. habituale appellãs reatum, & Echius in concordia cõtrouerſiarum

Vvor-

Vuormatienſis colloquij, & Picus Mirandu. in apologia. q. 2. eiuſdem ſententiæ videntur: dicunt enim, peccatum habituale eſſe reatū. Abulenſis etiam in ſuo defenſorio parte. 1. c. 4. & ſequentibus licet, tranſeunte actu, dicat nihil in peccato manere qvod proprie dicatur peccatum & culpa, (in quo deceptus eſt) tamen quod magis habet rationem peccati & culpæ ait eſſe reatum, & Almain. 4. d. 22. q. 1. ait, peccatum habituale eſſe reatum, & 3. moral. c. vltimo reatum ait eſſe dignitatem pœnæ, vt & Hetueus 2. d. 30. q. 1. & quodlib. 4. q. 14. atque Antoninus. 1. p. titu. 9. c. 2. Driedo tract. 2. de captiuit. ca. 1. parte. 2 fol. 26. in fine. Ruardus ar. 2. contra Caluin. §. ex his videmus (pro qua opin. antea Echium retulerat) Caietan. hac. q. 86. & Zumel ibi ad argumenta tertiæ opinionis, idem dicit de reatu pœnæ, præter quā ꝙ ponit alium reatum culpæ, ſed melius Petrus de Soto, lect. 3. de peccatis dicere videtur. Hæc itaque ſunt, quæ vere remanent poſt peccatum à quibus & fœdi, atque obſcuri efficimur priuati pulchritudine gratiæ, & indigni qui amemur à Deo, digni qui odio habeamur: hoc enim tenetur eſt eſſe peccatorem. Et inferius diſtinguit reatum culpæ & pœnæ, reatumque culpæ in ipſa dignitate pœnæ, & in ijs quæ hominem dignū pœna efficiunt, ponit: reatum vero pœnæ in ordinatione, qua Deus ipſum ordinat ad pœnam. Videtur ergo velle Petrus de Soto dignitatem pœnæ nō ſolam, ſed ſimul cum alijs eſſe de ratione vel ſubſtantia peccati habitualis. Nec alieni ſunt omnino ab hac ſententia Capreolus. 2. d. 30. in fine, & 4. d. 14. q. 1. in fine, & Ledeſma. 1. p. 4. q. 27. ar. 4. licet confuſe loquatur, nec Valen. diſp. 6. q. 12. punct. 1. §. ſequitur nunc, verſ. ſexto. vbi dignitatem carendi gratia ſeu indignitatem habendi illam claudit in ratione pec. orig. de quo eſt, eadem ratio quantū ad hoc, quę eſt de actuali. Sed magis fauent Ocha quodl. 3. q. 10. & Alm. 3. mor. c. 19. dicentes, pecca. orig. adæquate, & conuertibiliter eſſe indignitate advitā æternā, ex alterius actuali peccato proueniente. fauet etiā Med. q. 82. a. 1. dub. 2. con. 3 Magiſt. 2. d. 30. Sot. 1. nat. c. 9. Roffen. a. 2. contra Luth. Bellar. 5. de amiſſ. g. a. c. 7. & 13. vbi videtur admittere, quòd formale pec. orig eſt dignitas pœnæ.

2. Suadetur hæc opinio ex humanis. Nā homo qui alterū hominē offendit, tādiu dicitur eſſe in offenſione, peccato & culpa reſpectu ipſius, quādiu manet obnoxius & debitor pœnæ, & pœna dignus. §; Quia peccatū habituale opponitur gratiæ in eſſe gratiæ: gratia autē in eſſe gratiæ, cōſiſtit in dignitate amoris Dei, & beatitudinis: ergo peccatū habituale conſiſtit in dignitate odij & pœnæ ſeu in indignitate amoris Dei, & beatitudinis. Ad quod pertinet, quod dicunt D. Th. q. 113. a. 2. & Anto. 4. p. titu. 9. c. 6. §. 1. effectū dilectionis diuinæ, qui per peccatū aufertur, eſſe gratiā, qua homo fit dignus æterna vita, à qua nos repellit. m. pec.

Propter hæc probabilis eſt. 6. opin. ex qua Somnius ſup. c. 8. infert. 1. peccatū poſſe remitti de potentia abſoluta ſine infuſione gratiæ, & virtutum per ſolam grtiā extrinſecā cōdonationis, & remiſſionis; quia ſicut alia debita in humanis tollūtur cōdonatiune creditorū, ita poſſet tolli hoc debitum pœnę, in quo conſiſtit habituale peccatum. 2. infert eſſentialiter in remiſſione peccati nō includi renouationē interiorē per gratiam & virtutes, quamuis ea renouatio ſit modo quaſi eſſentialis iuſtificationi, quia cōdonatio debiti nō fit, niſi homine renouato per gratiam & virtutes: & quia perfecta remiſſio, & cōdonatio includit remiſſionē omnis pœnæ & reſtitutionē hominis in ſtatū, à quo cecidit per peccatū, nimirū à ſtatu gratiæ & virtutū. 3. infert, nos non iuſtificari formaliter per iuſtitiā Chriſti, ſed eſſentialiter per ablationem debiti pœnę & odij, quaſi eſſentialiter vero per collationem gratiæ, & virtutum, de quo agit etiam lib. 2. 11 act. 9. c. 5. & Vega. 7. in Trid. ca. 21. & ſequentibus, Sotus. 2. naturæ. c. 17. Decanus ar. 8. contra Calnin. Hoſius. 1. contra Brentium iuniores infra. q 112. a. 1. & 2. vbi & nos.

Sed contra hanc opinionem ſunt aliqua argumenta. 1. eſt, quia in Trid. ſeſſ. 6. cap. 14. in illis verbis, vna cum culpa remittitur, inſinuatur reatum pœnæ æternæ & culpam eſſe diuerſa & diuerſis remiſſionibus remitti; licet ſimul, & clarius idem inſinuatur can. 30. vbi dicitur, ſi quis poſt acceptam iuſtificationis gratiam cuilibet peccatori pœnitenti, ita culpam remitti & reatum æternæ pœnæ deleri dixerit, &c.

Secundum, quia pœna æterna & temporalis ſunt eiuſdem rationis, vt linea finita & infinita, tempus finitū & infinitum: ergo ſi peccatum mortale habituale eſt dignitas pœnæ æternæ, illud erit eiuſdem rationis cū peccato veniali habituali, quod eſt dignitas pœnæ temporalis, imo & cum reatu pœnæ manente poſt dimiſſam culpā mortalē aut venialē. quod falſum eſſe conſtat, quia culpa, & non culpa non poſſunt eſſe eiuſdem rationis.

Tertium, quia inter peccata habitualia eſt diuerſitas ſpecifica, inter reatus vero æternæ pœnæ nulla eſt diuerſitas ſpecifica: ergo.

4. Quia dignitas pœnæ idem eſt quod meritū pœnæ: ergo cū peccatū habituale ſit dignitas pœnæ, erit meritū pœnæ: cōſequēs eſt falſum quoniā in damnatis, per noua peccata actualia fiunt noua peccata habitualia, nō tamen noua merita, ſiquidē poſt hanc vitā nullum eſt nouum meritum aut demeritum.

5. Quia malum conſiſtit in priuatione: dignitas autem illa non eſt priuatio: ergo in illa non conſiſtit malitia peccati habitualis.

6. Quia illa opinio eſt contra D. Tho. vt probat Zumel, quia *D.* Tho. in hac q. de macula: in ſequenti vero de reatu, id eſt, de dignitate pœnæ, vt de rebus diuerſis diſſerit, & q. 109. ar. 7. ait, hominem per peccatum incurrere triplex nocumentum, ſcilicet corruptionem boni naturalis, maculã, & reatum ſeu meritum pœnæ: ergo ſentit, reatum non eſſe maculam.

16 Ad hæc poſſet vtcumq. reſponderi. Ad 1. R. concilium non diſtinguere inter remiſſionẽ culpæ, & pœnæ æternæ. Vnde cum eo ſtat eadem remiſſione remitti. Melius tamẽ dicitur remiſſiones has eſſe valde diuerſas, nam ad remiſſionem pœnæ æternæ ſufficit velle non punire, ad remiſſionem autem culpæ requiritur vt cedat iuri puniendi, vel aliquid conferat, quo remoueatur dignitas punitionis. Item cõcilium non diſtinguere inter reatum pœnæ æternæ ſumptum per dignitate pœnæ æternę, & peccatum habituale, ſed inter reatum iſtũ, & peccatum actuale, vel inter reatum ſumptum pro deputatione ſeu ordinatione ad pœnam, & inter peccatum habituale. ¶ Ad 2. dicitur, in genere moris pœnam æternam, & tẽporalẽ eſſe diuuerſæ rationis, quamuis non in genere naturæ: ſicut actus liber, & non liber circa idem obiectum, ſunt eiuſdem rationis in genere naturæ, & nõ moris. Vel dicitur, licet pœna æterna, & temporalis ſint eiuſdem rationis, tamen exigentiam & dignitatem earum differre ratione: ſicut in cælo exigentia æternæ durationis eſt ſpecie diuerſa ab exigentia temporalis durationis, quæ eſt in rebus corruptibilibus. Vel dicitur, non eſſe inconueniens peccatum habituale mortale, & veniale eſſe eiuſdem ſpeciei atomæ: ſicut contingit in peccato actuali, mortali, & veniali, eſſe eiuſdem rationis, & ſpeciei atomæ: quando vero actualia differunt ſpecie, idem poteſt dici de habitualibus, quia non ſolum important dignitates pœnæ æternæ, & temporalis, ſed connotãt diuerſa peccata actualia ex quibus reſultant illæ dignitates, ſic enim Thomiſtæ conſtituentes peccata mortalia habitualia in priuatione gratiæ, dicunt poſſe eſſe ſpecie diuerſa, quia cõnotãt peccata actualia, quæ interdum ſpecie differunt. Reatus pœnæ temporalis poſt dimiſſam culpam mortalem, vel venialem diuerſus eſt ſpecie à culpa habituali, quia hæc includit, quòd per ſe, & immediate ſequatur culpam actualem. Ille vero reatus non conſequitur immediate, & per ſe culpam actualem, ſed commutationem pœnæ æternæ in temporalem, vel temporalis maioris in minorem. ¶ Ad 3. patet ex proxime dictis, peccata habitualia poſſe differre ſpecie propter actualia quæ inuoluit, quamuis non eſſet magnum inconueniens dicere, nunquã differre ſpecie ſecundum ſe, ſed tantum ſecũdum cauſas & peccata actualia, ex quibus oriuntur.

Ad 4. R. in damnatis, ex nouis peccatis actualibus non reſultare noua habitualia, ſed quia oppoſitum ſupponunt Sotus, Ledeſma, Bartholo. Medina. Zumel, Ioſephus *A*ngles, & alij communiter diſputantes contra Scotũ aſſerentem, in ſola obligatione reſultate ex actu diuino conſiſtere peccatum habituale, ideo R. 2. damnatos, per noua peccata contrahere noua merita eiuſdem pœnæ, non autem nouæ. Sed neque hoc placet, quia omnes doctores docent, extra viam nullum eſſe meritum vel demeritum. Vnde melius R. 3. ad meritum non ſufficere dignitatẽ præmij vel pœnæ, ſed vlterius requiri proportionem & exigentiam ſtatus, quæ deeſt damnatis.

Ad 5. aliqui cenſent, malum poſſe conſiſtere formaliter in poſitiuo, vt vidimus agentes de eſſentia peccati actualis. Sed quia patres et doctores communiter docent, malum in priuatione formaliter conſiſtere, dici poſſet, peccatum habituale formaliter ſumptum non includere malitiam, ſed eſſe eius radicẽ & fundamentum, quia inde prouenit eſſe indignũ gratia, gloria, & amore diuino, & his omnibus carere. Vel dici poſſet, hîc dignitatem nõ ſumi pro aliquo ente poſitiuo reali, aut rationis, quia vt iam oſtendi, in nullo tali poteſt cõſiſtere peccatum habituale, ſed priuationem quãdam, eſt enim idem quod Deum nõ acturum iniuſte nec hominem iniuſte paſſurum, ſi puniatur æterna pœna damni & ſenſus, & eodem modo poſſet dici, peccatum originale conſiſtere in dignitate æternæ pœnæ damni. ¶ Ad 6. R. licet opinio ſit contra D. Thomam non ideo eſt improbabilis.

7. Sententia eſt, peccatum habituale conſiſtere in hoc quod quis peccauerit, & non ſatisfecerit condigne pro offenſa. Ita tenet Palſolis. 4 d. 14. q. 2. a. 1. & videtur Richard. 2. d. 35. q. vltima, & .. d 42. a. 2. q. 1. ad. 1. Duran. 3. d. 19. q. 1. cui conſentit Palud. ibi. q. 1. Eandem opinionem aliquibus præſertim nominalibus tribuit Cord. lib. 1. q. 20. opin. 6. & parum ab ea recedit. & illuſtratur exemplo, cum enim quis regem offendit, quandiu non ſatisfacit condigne, dicitur manere in culpa & offenſa apud illum: ergo idem eſt de eo, qui Deum offendit & non ſatisfecit condigne. Sed hęc ſententia falſa eſt. Prob. 1. nam ſi in eiuſmodi priuatione conſiſteret peccatum habituale; implicaret auferri ſine pœnitentia & ſatisfactione, vt tenebras ſine luce. Conſequens autem eſt falſum, vt recte docet Ioan. Medina tract. 1. de pœnitentia. q. 7. Gab. 4. d. 14. q. 1. a. 2. con. 1. 17

7. Sentent.

Scotus

Scotus.q.1.ar.2.& 3. Caiet.infra.q.112.ar.2. Ledeſma.1.4.q.27.a.2.Vega.6.in Trid.c.1.Grego.1.d.17.q.1.con.4.Petrus de Aliaco.1.ſent.q.9.a.2.Ocham.4.q.8.& 9.Gerſon Alphab.61. lit.O. & alij,quos ſequemur tract.de gratia. Quamuis Sotus.4.d.15.q.1.ar.2. & lib.2..de natura & gratia teneat oppoſitum, quia implicat,eum qui auerſus eſt ab alio, non manere auerſum, quandiu non mutatur ipſe vel alius,ſed Deus non poteſt mutari:ergo peccator,qui quidem à Deo auerſus fuit,ſemper manet auerſus & in peccato, niſi per pœnitentiam in Deum conuertatur.

18 Sed hæc ratio nulla eſt,quia per motum animæ per ſe loquendo nihil reale acquiritur (vt in motu locali per quem acquiritur vbi) vt neceſſe ſit per oppoſitum motum deſtrui. Quod manifeſtum eſt diſcurrẽdo per omnes animæ motus & conſtat in peccato veniali per quod ſuo modo declinat quis à lege Dei, tñ peccatum veniale habituale ex illo actu manens nõ eſt aliquid quod neceſſe ſit tolli per actum oppoſitum:nam peccatum veniale ſine oppoſito actu liberi arbitrij deleri poteſt per extrinſecam *Dei* condonationem, & re ipſa deletur per ſacrificium miſſæ, ſacramenta,& ſacramentalia.Item ſicut vbi acquiſitũ motu,motũ libere põt deperdi per nõ liberũ, ita ſi quid eſt acquiſitum per actum liberi arbitrij,poſſet tolli per actum non liberum:ac proinde non ſatisfactorium : ergo peccatum habituale poſſet ſine ſatisfactione tolli.Item auerſio relicta ex actu intemperantiæ auferetur per actum oppoſitum temperantiæ : ergo ſi in ea ſitum eſt peccatum habituale poterit ſine contritione deleri per actum temperantiæ:quod eſt falſum.ergo.Item ſi quis poſt attritionem,& baptiſmi petitionem incidat in amentiam & in ea recipiat ſacramentum Baptiſmi,iuſtificabitur:ergo auerſio illa in qua cõſiſtit peccatum habituale tollitur,ſine actu liberi arbitrij ei oppoſito. Idem argumentum fit in martyrio ſi iuſtificat ex opere operato. Item homo poteſt ſine ſatisfactione recipere ab homine remiſſionẽ offenſæ:ergo & à Deo, de potẽtia abſoluta.Et alioqui amens nõ poſſet de potentia abſoluta iuſtificari, niſi prius ad ſanam mentem reduceretur,quod incredibile eſt.Itẽ Deus de põa abſoluta poteſt infundere gratiam ſine actu liberi arbitrij,vt reipſa infunditur puero,in quo ſecundum Sotũ eſt auerſio eiuſdẽ rationis cũ peccato habituali perſonali:ergo põt remittere peccatum perſonale ſine actu liberi arbitrij, & ita non includit carentiam actualis ſatisfactionis.

19 Secundo ſi peccatum habituale dicit carẽtiam ſatisfactionis actualis,ea poſita nõ poſſet manere, ſicut non poſſunt manere tenebræ poſita luce, conſequens eſt falſum : ergo. Minor patet,nam ſi quis grauiſſimam iniuriam regi intulit,etiam ſi poſtea doleat, non delebit culpam in regem & poterit ab eo acerbiſſime puniri : ergo ſimiliter quantumcumque quis doleat de offenſa Dei,non delebit culpam in *Deum*,& poterit acerbiſſime puniri,cum nulla operi peccatoras poſſint eſſe ſatisfactoria de condigno,nedum de rigore iuſtitiæ,præſertim obligantis ad acceptationem,& ad non puniendum. Item ſi idem eſt hominem conteri & peccatum deleri,cur tam ſerio Deus homini pœnitenti promittit deletionem peccati ? In quacunque die ingemuerit peccator,&c.& impertinẽter promitteret Deus,quod non poſſet non facere, licet maxime vellet.¶ Tertio,quia in Trid. ſeſſ.6.c. 6.actus noſtri dicuntur diſpoſitiones ad iuſtificationem,quam.c.7.ait,non eſſe ſolam peccatorum remiſſionem,ſed ſanctificationem, &c. ergo per actus noſtros non formaliter, ſed diſpoſitiue tollitur peccatum habituale. Ideo Cõcilium ſtatim addit, cauſam vnicam formalem noſtræ iuſtificationis eſſe iuſtitiã, non qua Deus iuſtus eſt,ſed qua nos iuſtos facit:docetque in nobis permanere; quod falſum eſſet,ſi formaliter conſiſteret in actu liberi arbitrij,hoc enim tranſit.Item ſeſſ.14.ca. 4.ait,contritionem fuiſſe omni tempore neceſſariam ad impetrandam veniam: ergo impetratiue & diſpoſitiue,non autem formaliter iuſtificamur per contritionem,& alioqui cum contritio antecedat gratiam, peccatum delebitur ante infuſionẽ gratiæ, quod falſum eſt,ſed de hac re fuſius in tract.de gratia diſſeremus probantes contritionem,vel dilectionem non remittere peccatum formaliter ſed diſpoſitiue.

8.Sententia eſt,peccatum habituale conſiſtere in hoc,quod eſt peccaſſe,& Deum non 20 *8 Sentent.*
condonaſſe peccatum,ita Medina tracta.1.de pœniten.q.7.idemque forte ſenſerunt aliqui auctores.6.& 7.opinionis,& Vazq.diſput.139. c.5.Sed ſic peccatum habituale conſiſtet omnino in duplici denominatione extrinſeca, & nihil intrinſecum erit in homine,ac proinde non dicetur deleri phyſice, ſed moraliter tantum,ſicut deletur infamia. Quod videtur inconueniens. Et conf. quia ſimiliter poſſet dici,peccatum originale eſſe *Adamum* peccaſſe, & non eſſe puero cõdonatum peccatũ *Adæ*,vt dixere Catherinus,Pighius, Salmer. & alij quos imitatur Nauarrus in ſumma præludio.8.n.1.4.& 8.hos explicuimus & defendimus,& cum communi ſenten.conciliauimus diſp.11.ſect.3.Vnde male cõtra hos Zumel hîc ait,nõ poſſe dici ſine præiudicio fidei,peccatũ habituale conſiſtere in ſola denominatione extrinſeca:quia originale eſt intrinſecũ paruulo iuxta Trid.ſeſſ.5.can.3. ergo idem eſt de habitu-

Digitized by Google

habituali perſonali. Nam nec iſti authores putant peccatum habituale conſiſtere in ſola denominatione extrinſeca. Vnde etiã male Sayr. lib.2.cap.13.num.3. Vazquez noſtrum reiecit.

21 *9. Sentent.* 9. Et comunis ſententia eſt, peccatum habituale eſſe priuationem gratiæ. Paſſim tribuitur D. Thomæ, quia in hac quæſt.86.ar.1.&.2. & quæſt.87.articul 6.89.artic.1.109.artic.7.113. artic.2.4.diſt.18 quæſt.1.artic.2. quæſtiuncula 1.&.2.d.32.quæſt.1.art.1.ait, priuationem gratiæ eſſe maculam; ſed maculæ animæ ſunt peccata: ergo. Expreſſius tamẽ hanc ſententiam tenet 3.par.quæſt.86.ar.4 2.diſt.33.quæſt.1.art. 1.ad.2. Capreolus 4 diſt.14 quæſtio. 1.concl.4. Magiſter Bartholomeus Medina, Caietan. Ludouicus Carbone & Conrad. quæſt. 86.& quæſt.113.art.2. Sayr.lib.2.cap.13 num.4. Angl. 2 d 37 quæſt.8.artic.3.concl.1.& in 4.quæſt. de factam.pœnit.art.3.difficul.4.&.5 Sot. 4. d.15. quæſt.1.artic.2. non longe à fine, ſumma Corona.p.1.c.1.num.10. Medicis in ſum. pecc.p.1. tit.1.quæſt 25. Ledeſma 1.pat.4.quæſt.27.art.4. Viguer.cap.18.§.1.verſ.1.& 2. Azor to. 1.lib.4. cap.24.quæſt.1.2 &.3. Toletus tract. de peccatis cap.1 Bellarmin.5. de amiſſione gratiæ ca. 19. Valentia diſput.6.quæſt.16.punct.1. Cath. 4.d.14.quæſt.1.in fine. Alen.2.p.quæſt.14.mẽb. 6.art.4. Antonin.4.p.tit.9. cap.5.§.2. & clarius Richard.4. diſtin.18 circa litteram & art. 2 q. 1. Catthuſ.quæſt.2.& ſumitur ex Magiſtro ibi dicente, tranſeunte actu manere maculam quæ eſt priuatio gratiæ, ſeu ſimilitudinis ad Deum, & elongatio à Deo, à qua homo dicitur eſſe in peccato. Idem docet ibi Bonauen. parte 2.dub.4. circa litteram & Magiſt.2.d.35. in fine & Turrianus ep. de peccato originis colligit ex Dion.cap.2 Eccleſ. Hierar. dicente, per baptiſmum tolli habitum diſſimilitudinis manentem in anima. Baſſolis etiam ſupra hanc ſententiam defendit, licet aliam ſequatur, vt relatum eſt. Pro hac ſententia arguit Bellarmin. ſupra: quia ex omnibus quæ remanent in peccatore, tranſeunte actu peccati, nihil eſt, quod poſſit propriam peccati rationem habere niſi priuatio gratiæ. Remanet enim peccaſſe, ſed hoc non eſt peccatũ habituale, quia peccatum habituale deleri & auferri poteſt, peccaſſe autem neceſſario dicitur ſemper de homine, qui ſemel peccauit. Secundo manet dignitas & meritum odij & pœnæ & indignitas gloriæ, & hoc non eſt proprie peccatum, ſed effectus neceſſario cõſequens ad aliquid manens poſt actum peccati; non enim homo eſt dignus odio præciſe quia peccauerit, alioqui nunquam talis dignitas auferri poſſet & peccatum habituale eſſet irremiſſibile, ſicut fieri nõ poteſt, vt qui peccauit, non peccauerit. Conſequitur ergo deformitatem vel obliquitatem manentem, vel damnum datum & nondum reſarcitum, atque ita non eſt peccatum, ſed effectus peccati. Item ea dignitas non eſt aliquid recedẽs à lege, non eſt voluntaria, non deformat, non occidit ſpiritualiter animam, non eſt priuatio boni: ergo non eſt peccatum. 3. manet reatus, obligatio & ordinatio ad pœnam & in his non conſiſtit peccatum, quia oriuntur ex dignitate pœnæ, et ſunt bona inſtituta à Deo ad reformandum et reſtituendum ordinem iuſtitiæ, quem culpa turbauerat. 4. eſt offenſa: et hæc non eſt proprie peccatum cum ſit in eo qui per peccatum eſt læſus, non in eo qui læſit 5. eſt habitus vitioſus quem ſuperius oſtendimus non eſſe peccatum habituale. 6. eſt priuatio gratiæ ſeu auerſio habitualis à Deo, vt legiſlatore: et hæc eſt peccatum habituale, quia ſicut actuale eſt auerſio actualis à lege, ita habituale eſt priuatio conformitatis habitualis cum lege.

Sed contra hanc ſententiam ſunt plurima et difficillima argumenta 1. eſt, quia priuatio gratiæ eſt poena peccati, vt docent *Altiſiod.* 2. ſummæ tract.26.q. vltima, et tract.30.c.5 q.2. *D.* Thom de malo.q.1 a.4.ad.5.et 2.d.33. q.2.a. 1 ad.2.et 4.d.18.q.1.a.2.q.1.ad.4 et hîc quæſ. 85. art.5. vbi loquitur de peccato habituali: ergo priuatio gratiæ non eſt ipſum peccatum habituale, tum quia nihil eſt poena ſui ipſius, tum quia peccatum ſecundum ſe non poteſt eſſe poena, ſiquidem poena, vt ſic eſt bona et volita et effecta à Deo, peccatum vero non. 22 *1. Arg.*

2. Arg. 2. Si peccatum habituale eſt priuatio gratiæ, maius peccatũ erit priuatio maioris gratiæ, quia priuatio ſuſcipit magis et min⁹ iuxta gradus oppoſitæ formæ, quibus priuat. Cõſequẽs eſt falſum, ergo, etc. Minor patet, tunc enim qui per furtum æque graue priuatus eſt gratia, vt mille, maius peccatum haberet, quam qui priuatus eſſet gratia, vt vnum, itẽ qui per tale furtum nullam gratiam amiſit, quia vel nunquam eam habuit vel amiſit eam per peccatum præcedens, non haberet nouum peccatum habituale, vtrumque autem eſt falſum: ergo non conſiſtit peccatum habituale in priuatione gratiæ. Si dicas peccatum habituale non eſſe priuationem gratiæ prius habitæ, ſed priuationem et carentiam gratiæ abſolute et abſtrahendo à gratia habita, vel non habita. *3. Arg.* Contra hoc arguitur. 3. tunc enim tam peccator eſſet habitualiter qui commiſit vnum furtum, ſicut qui mille omnino æqualia, et per nullos actus nemo redderetur magis peccator habitualiter quam per primum actum mortalem, quia priuatio in facto eſſe, ſeu totalis non ſuſcipit magis, aut minus, vt docet D. Thom. q 73.ar.2. Nec eſt accommodatam ſimile de vmbra quod adducit S.Tho.86. ar.1. ad.3.

Digitized by Google

ad.3.& Sayr.lib.2.c.13.n.5.nam vmbra non eſt priuatio totius luminis, ideò vna vmbra poteſt eſſe maior alia intenſiue & extenſiue. Vt ſi aer omnino caret luce, per appoſitionem nouorum impedimentorum nõ reddetur magis tenebroſus, ſed difficilius illuminabilis. Conf. quia priuatio eſt carentia formæ in ſubiecto apto, ſed qui non magis peccauit, potuit eſſe aptior ad gratiam vel ex proprio ingenio & complexione vel ex maioribus auxilijs Dei: ergo talis habebit maiorem priuationem gratiæ, & conſequenter maius peccatum habituale: quod eſt abſurdum.

4. Arg. 4. Priuatio ſumit ſpeciem ex habitu: ergo ſi peccatum habituale eſt priuatio gratiæ, cum omnis gratia ſit eiuſdem ſpeciei, omnia peccata habitualia erunt eiuſdem ſpeciei. Reſpõdet Antoninus.1.p.tit.9.c.2.B.Thomas hac. q. 86.ar.1.ad.3.Sotus, Conrad. Medina, Zumel, & alij, maculam ſeu culpam habitualem nõ eſſe ſolam priuationem gratiæ, ſed ſimul cum ordine ad cauſam, quæ eſt peccatum actuale, iden iuxta diuerſitatem illius eſſe diuerſitatẽ maculæ, ſeu culpæ habitualis. Contra quia ſicut ex diuerſis vmbroſis non cauſantur in eadem parte aeris vmbræ diuerſæ ſpecie, nec numero, & in diuerſis partibus non cauſantur diuerſæ ſpecie, ſed figura, quod ſi vna vmbra eſt intenſiue maior alia, eſt, quia priuat maiori luce: ergo ſimiliter ex diuerſis actibus malis non cauſantur in eadem anima culpæ habituales ſpecie vel numero diuerſæ & quamuis in diuerſis animabus ſint diuerſæ numero, tamen ſunt ęquales, quia ęqualiter priuant gratia. Conf. quia effectus vt ſic reſpicit cauſam, tamen idem effectus etiam in ratione effectus, poteſt eſſe à cauſis diuerſis ſpecie, vt patet in calore cauſato à motu, luce & calore, qui non ſolum in ratione caloris, ſed etiam in ratione effectus eſt eiuſdem ſpeciei, & eadem relatione ſecundũ ſpeciem reſpicit omnes illas cauſas. Idem patet in actu producto à potentia nuda vel à potentia cum habitu. Item poenæ vt poenæ reſpicit culpam, tamen eiuſdem ſpeciei poteſt eſſe à diuerſis culpis, nam poenæ ignis & ſimiliter poenæ damni, eiuſdem ſpeciei ſunt, licet infetantur pro peccatis ſpecie diuerſis & excommunicatio, ſuſpenſio, inter dictum mors, &c. eiuſdem ſpeciei ſunt etiam in ratione poenæ; quamuis pro culpis ſpecie diuerſis inducantur: ſimiliter ergo culpa habitualis, licet intrinſece reſpiciat actum vitioſum, non diuerſificatur ſpecie ex illo, ſed ſicut vna potentia vel habitus intrinſece reſpicit actus ſpecie diuerſos pro vt conueniunt in vna ratione communi, ita culpa habitualis reſpicit intrinſece omnia peccata actualia mortalia quatenus conueniunt in ratione communi peccati mortalis actualis. ¶ 5. Si peccatum habituale eſſet priuatio gratiæ, implicaret auferri ſine infuſione gratiæ, vt auferri tenebras ſine luce. Cõſequens eſt falſum: ergo: minor patet, quia apud homines videmus, vnum alteri poſſe remittere offenſam non recipiendo illum in ſuam gratiam & amicitiam, & nihil ei infundẽdo: ergo idẽ poterit Deus. Itẽ ſicut alias, implicat poni lumen & non auferri tenebras, ita poni gratiam & non tolli peccatum: conſequens eſt falſum, quia de potentia abſoluta poteſt Deus homini peccanti actu non auferre gratiam, cum peccatum actuale & gratia non ſint contradictoria, nec priuatiue oppoſita, ſed ſi habent aliquam phyſicam oppoſitionem (quam tamen mea opinione non habent, ſed moralem dumtaxat) ea erit contrarietatis, quæ non obſtat, quo minus de potentia abſoluta poſsint eſſe ſimul vt albedo & nigredo. Sed peccatum habituale minus participat de ratione peccati quam actuale: ergo à fortiori poterit eſſe ſimul cum gratia, de potentia abſoluta. ¶ 6. Peccatum actuale fatti eiuſdem rationis eſt modo & in puris naturalibus: ergo & habituale; quod illi proportionaliter reſpondet; ſed habituale tunc non eſſet priuatio gratiæ, quia carentia gratiæ tunc nõ eſſet priuatio, ſed pura negatio eo quod non eſſet in ſubiecto ſecundũ legem apto ad gratiam: ergo nec modo peccatum habituale eſt priuatio gratiæ. ¶ 7. Peccatum veniale habituale non eſt priuatio alicuius rei, nec enim poteſt fingi, quæ res ſit illa, & ſi aliqua priuat, ſequitur quod actus venialis poſt ſe relinquit maculam quod eſt contra D. Thomam. q. 89. ar.1.& 3.p.q.87.ar.2.ad.3.& 4.d.16 q.2.a 1. quæſtiuncula.1.ad.3.& q.2.ad.3.& 3.ad.1. & de malo q.7.ar.11.ergo. Conf. quia veniale actuale ex leuitate materiæ vel in deliberatione eſt eiuſdem ſpeciei cum mortali: ergo ſimiliter habituale mortale, et habituale veniale ſunt eiuſdem ſpeciei: ſed habituale veniale nõ eſt priuatio gratiæ: ergo nec habituale mortale. *5. Arg.* *6. Ar.* *7. Arg.*

Propter aliqua ex his argumentis opinionem aſſerentem; peccatum habituale eſſe priuationem gratiæ. reijciunt Durandus. 3. d.19. q.1.Paludanus ibi (quamuis peccatum originale dicit eſſe priuationem gratiæ et iuſtitiæ originalis) Scotus.2.d.35.§.iſtæ quæſtiones, Gabriel.q.1.ar.2.concl.3.et alijs locis ſupra citatis. Item Ioannes Medina, et alij ſupra. Driedo.tract.2.de capti.c.2.parte.2.membro.1.docens, priuationem gratiæ ſeu maculam deformitates, vulnera, reatus & ſimilia eſſe poenas, et effectus peccati habitualis, et hoc conſiſtere in habituali auerſione et deuiatione à lege *Dei*, ſicut actuale in actuali auerſione. Idem Zumel in hac.q.86. 2, 3

Quidam

Quidam tamen conati ſunt eam ſententiã defendere, pro quo. Nota. 1. gratiam ſumi dupliciter. 1 in eſſe qualitatis & ſic ſecundum Scotum & multis alios eſt charitas ipſa, at vero ſecundum D.Tho.& alios eſt forma quædam veluti ſubſtantialis inhærens animæ immediate, fons & radix omnium virtutum ſupernaturalium, quæ propterea appellatur participatio diuinæ naturæ. 2. pro gratia in eſſe gratiæ qua diſtinctione paſſim vtuntur Theologi. 2. Nota per gratiam in eſſe gratiæ tria poſſe intelligi. 1. amorem *Dei* ad nos quẽ appellari gratiam docet D.Thom. q.110 at.1. & 2 d.26.a.1, de veritate. q.27.ar.1 & 3. opuſc.3.ca. 222.& alibi, ſic videtur in carentia gratiæ conſtituere habituale peccatum D.Tho.q.113.a.2. ad.1.dicens, peccatum remitti per beneuolentiam Dei quæ comparatur per donum gratiæ infuſæ, & Antoninus qui illum tranſcribit. 4. p.tit.9.c.6.§.1.& Angles in 4. ſupra dicens, eſſe peccatorem eſt eſſe inimicum ideſt priuatũ gratia & dilectione Dei. Facet Satus. 4. d. 14. q.1.at.3 vbi ait, quamuis nulla eſſet pœna conſtituta, peccatum manſurum tenus, quia ipſa inimicitia Dei, qua manet homo alligatus bono commutabili, ad quod homo ſe conuertit, dici poteſt vinculum quo volũtas ligatur. Dici tamen non poteſt, in hac ſola priuatione conſiſtere habituale peccatum, quia talis priuatio eſt in Deo tantum, peccatum autem habituale eſt ſaltem ſecundum aliquid in ipſo peccatore.

Primus modus explicandi quomodo peccatũ habituale ſit priuatio gratiæ in eſſe gratiæ.

25 Vnde Sotus. 1. naturæ. c.8. impugnat hunc dicendi modum, & lib.2. cap.17. & 4 d.15. q.1. ar. 2. & Medina hîc docent, eſſe priuationẽ gratiæ in eſſe gratiæ. 2. modo, ſcilicet ſumendo illam pro reſpectu rationis conſecuto ex dilectione diuina, quo reſpectu homo dicitur acceptus Deo ad beatitudinem. Sed hoc dici non poteſt, quia per peccatum habituale eſt homo Deo odibilis iuxta id, facti ſunt abominabiles, ſicut ea quæ dilexerunt: ſed priuatio illius reſpectus, non eſt ratio ob quã Deus odio habeat peccatorem, ſed potius ècontra ex odio conſurgit ille reſpectus: ergo. 2 Si per impoſſibile *Deus* nõ intelligeret noſtros malos actus, & ideo propter illos non priuaret nos amore ſuo, & relatione rationis inde reſultante, adhuc eſſet in nobis peccatum habituale: ergo non conſiſtit præciſe nec eſſentialiter in tali priuatione. 3. Peccatum habituale eſt priuatio alicuius perfectionis, ſed illa relatio rationis cum ſit mere ficta, nulla perfectio eſt: ergo. 4. Sotus & Medina aperte ſibi contradicere videntur, nam interdum dicũt peccatum habituale eſſe priuationem illius reſpectus, interdum vero eſſe reſpectum oppoſitum, ſcilicet eſſe odio habitos relatiue, ſeu eſſe obiecta diuini odij, & illud terminare & interdũ auerſionem à lege ſeu à Deo vt legiſlatore, quæ tria ipſi confundunt, cum tamen valde differant, legatur Sotus. 4. d.15. q.1. ar.2. & 1. naturæ. cap.9. Medi. hîc. & q.82. art.1. concluſ.6.

2. modus idem explicandi.

Deinde cum dicunt peccatum habituale eſſe auerſionem à lege vel à Deo vt legiſlatore ſeu priuationem conformitatis ad legem, vel intelligunt de conformitate actuali, vel de habituali, non primũ quia iuxta Scot. 4. d. 14. q.1. §. hîc ſunt tria, & alios rectitudo vel cõformitas actualis ad legem non competit animæ, niſi per actum in quo immediate recipitur: ergo neque priuatio ipſius, quia priuatio & forma ad idẽ immediatũ ſubiectum pertinent: ergo qñ nullus debitus eſt actus non erit priuatio cõformitatis actualis ad legem. Saltem hoc eſt verum quando in eo tempore nulla erat obligatio conformandi ſe actualiter legi, vt quando dormit vel præceptum nõ vrget, tunc tamen eſſet in homine peccatum habituale: ergo non conſiſtit in priuatione actualis conformitatis ad legem. Si vero dicas conſiſtere in priuatione conformitatis habitualis, iam conſiſtet in priuatione qualitatis, quod eſt contra prædictos auctores, & videtur ſatis impugnatum.

Quare alij dixere peccatum habituale eſſe priuationem gratiæ in eſſe gratiæ, ſumendo gratiam in eſſe gratiæ pro dignitate gloriæ, vel acceptatione & amore ad illam, vt docet Victoria relectione de augmento charitatis. n.3.7.& 12. Caiet. q.113. a.2. Capreol. 1. d.17. q. vnica ad argumenta contra. 1. concluſ. & ſumitur ex D.Tho. q.113. ar.2 & q.114. ar.5. ad.1. de verit. q.28. a.9. ad.7. & alijs locis de veritate citatis in. 1. acceptione gratiæ in eſſe gratiæ, & Altiſiod. 4. ſummæ, tracta. de circunciſione. q.1. Decano. a.8. contra Lutherũ, & ex illo Eccle. 9. nemo ſcit vtrum odio vel amore dignus ſit, & Sapi.3. inuenit illos dignos ſe, & Coloſſ.3. dignos nos fecit in partẽ ſortis ſãctorũ. 2. Theſſalon. 1. digni habeamini regno Dei. Apoc.3. & 17. & ex multis locis, in quibus gratia ſumitur pro gratioſitate & amabilitate: quæ congerit Pighius. 5. de libero arb. & ex alijs locis in quibus eſſe gratum explicatur per eſſe acceptum vel acceptabilem. Vnde Pariſ. tract. de vitijs c. incipiente, de menſuraa, it. Gratia eſt ius & dignitas obtinendi gloriam.

26

3. modus idem explicandi.

Hoc igitur modo peccatum habituale eſſe priuationem gratiæ, videtur expreſſa ſententia D.Thomæ. q.113. ar.2. in fine. Antonin. 4. p. tit 9. c.6 §.1. dicentium per gratiam tolli peccatum quatenus reddit nos dignos vita æterna, à qua peccatum excludit. Ochami. 2. ſent. in fine, & quodlib. 3. q.10. Almain. 3. mor. c.19. Ledeſmæ. 1. p. 4. q. 27. ar. 4. & parum differt hęc ſententia à. 6. quia in re idem eſt carere digni

tate

tate ad gloriam & eſſe dignum priuatione
gloriæ,& habere debitum pœnæ.

27 *Reſponſio ad argumẽta cõtra. 9. opinionem ex mente quorundã.*
Defendendo hunc dicendi modum ſic reſ
ponderi poteſt ad argumenta facta contra. 9.
opinionem. ¶ Ad 1. priuationem gratiæ in.3.
acceptione poſitæ non eſſe pœnam peccati
habitualis:ſed ipſum peccatum habituale , &
pœnam actualis:priuationem vero gratiæ a-
lijs modis,eſſe etiam pœnam peccati habitua
Ad.1. lis.¶Ad.2 bene ibi reſponſum eſſe. ¶Ad.3.pec
Ad.2. catum habituale non eſſe ſolam priuationẽ
Ad.3. gratiæ,ſed connotando peccatũ actuale,ideo
creſcere,licet nõ creſcat priuatio gratiæ , per
Ad confir. additionẽ peccatorum actualium.¶ Ad conf.
quando priuatio formæ excludit omnes eius
gradus , eſſe æqualem priuationem, licet in
ſubiecto non ſit æqualis potentia ad æqualẽ
multitudinem graduũ, ſatis eſt enim habere
potentiam ad ſingulos,vt in potentia ſit pri-
uatio reſpectu omnium. Sic enim in aere &
aqua nullum lumen habentibus ſunt æqua-
les tenebræ licet in aere ſit maior aptitudo &
ad maius lumen, quam in aqua. Vmbra au-
tem quia non eſt priuatio totius lucis,poteſt
eſſe maior intenſiue in vna parte aeris quam
Ad.4. in alia. ¶Ad.4. bene ibi reſponſum eſſe,ſicut
enim vmbra non dicit ſolam priuationem
lucis,ſed connotando certam figuram , quæ
variatur ex diuerſis vmbroſis, & ideo varian-
tur vmbræ ſecundum ſpeciem,ita etiam pec-
catum habituale non dicit ſolam priuationẽ
gratiæ,ſed connotat actum,ex quo accipit a-
liquando diuerſitatem ſpecificam , aliquan-
do vero numericam tantum: quia aliquando
connotat peccatum actuale ſpecie diuerſum,
aliquando vero numero tantum:vmbræ au-
tem numero diuerſæ non poſſunt eſſe in ea-
dem parte aeris, quia non poteſt in illa eſſe
ſimul diuerſitas figurarum, Quod ſi quis cõ-
tendat,accidentarium eſſe vmbræ vt & luci,
habere hanc vel illam figurã, nõ morabor in
Ad confir. exemplo. Ad confirmationẽ R.probare ſuffi
cienter, peccatum habituale nõ ſolum dice-
re intrinſece reſpectũ ad actuale, ſed ipſũ ac-
tuale intrinſece connotare,ſicuti vnitas ne-
gationem diuiſionis,vnde peccatum habitua
le nõ eſt intrinſecum ſeu intrinſece denomi-
nans quoad omnia,quæ includit: ſed tantũ
quoad priuationem pro qua ſupponit, vel e-
tiam quoad reſpectum ad peccatum actua-
Ad.5. le.¶Ad.5.R.implicare quod peccatum habi-
tuale auferatur ſine gratia in eſſe gratiæ ter-
tio modo acceptæ,ideſt iuris & dignitatis ad
gloriam,ſicut etiam in humanis implicat au-
ferri culpã habitualem erga regem , niſi tol-
latur dignitas pœnæ vel priuatio dignitatis
ad pnſidenda ea bona,ad quæ,ſecluſa actua-
Ad conf. li culpa ius habebat;bene tamẽ poteſt remit-
ti peccatum ſine qualitate gratiæ. ¶ Ad conf.
R.implicare poni gratiam in eſſe gratię.3.mo
do & non auferri peccatum habituale; ſecus
de qualitate gratiæ. ¶ Ad.6. Reſpondetur, *Ad.6.*
peccatum actuale in puris naturalibus pro-
culdubio eſſe eiuſdem rationis cum peccato
actuali in homine eleuato ad finem ſuperna-
turalem; præſertim loquendo de ſpecie eſſen
tiali,& in homine qui nunc haberet ignoran
tiam vel inaduertentiam inculpabilem finis
ſupernaturalis, & maxime ſi etiam in puris
naturalibus, ideſt, nõ eleuatis ad finem ſuper
naturalẽ, daretur præceptum fidei vel chari-
tatis vel aliud ſupernaturale , cum viribus ad
illud implendum, & ſimiliter peccata habi-
tualia eſſent eiuſdem rationis in vtroque ſta-
tu,quia tantum conſiſteret eorum eſſe & ſpe
cies in priuatione iuris & dignitatis ad beati
tudinem abſtrahendo à naturali & superna-
turali,& in vtroque ſtatu homo per actualia
peccata hanc priuationem contraheret,licet
ad integritatem peccati habitualis perſona-
lis in hoc ſtatu pertineat priuatio dignitatis
ad beatitudinem naturalem & ſupernatura-
lem,in illo vero ad naturalem tãtum. ¶ Ad.7.
R.peccatum veniale eſſe priuationem digni- *Ad.7.*
tatis ad ſubito fruendum Deo, immediate cõ
ſecutam ex peccato actuali, nam ſi imme-
diate conſequatur ad cõmutationem pœnæ
grauioris in leuiorem , reatus pœnæ ; eſt non
peccatum habituale.¶Ad.1.conf.R.peccatum *Ad conf.*
veniale , licet non cauſet maculam conſiſtẽ-
tem in priuatione gratiæ,cauſare tamen ma-
culam conſiſtentem in priuatione prædictæ
dignitatis,& propterea peccata venialia cau-
ſare maculam,docet Vega.14.in Trid.c.15.ex
Grego.21.moral.c.9. Aug.de perfectione iuſti
tiæ.c.17.Hierony.2.contra Pelagianos. Sicuti
Aug.ſer.41. de ſanctis intelligitur id Epheſ.5.
non habentẽ maculam.Vide etiam Hoſium
in expoſitione fidei.c.58.qui adducit Philo-
nem.2.de Monarchia.Vide etiam Driedonẽ.
1.de gratia,& lib.arb.tract.2.c.4. Eccleſia etiã
canit de Ioanne,ne leui ſaltem maculare vitã
famine poſſit. ſed de hoc plura diſputatione
de peccato veniale ſecundum ſe.¶Ad.2.conf. *Ad.2.cõf.*
R.1.peccatum veniale , & mortale habituale *reſp.1.*
interdum eſſe eiuſdem ſpeciei , quia conno-
tant actualia peccata eiuſdem ſpeciei,& priua
tiones, pro quibus ſupponunt, videtur etiam
eiuſdem ſpeciei,quia dignitas ad gloriam e-
iuſdem ſpeciei videtur ſiue gloria ſit ſtatim
conſequenda poſt mortem,ſiue poſt pœnam
purgatorij ¶2.Dici poſſet non eſſe inconue- *Reſp.2.*
niens peccata habitualia mortale & veniale
ſemper differre ſpecie:quãuis contingat mor
tale & veniale actualia eſſe eiuſdem ſpeciei,
quia cauſæ eiuſdem ſpeciei poſſunt habere
effectus ſpecie diuerſos.

Hoc modo nos olim defendebamus,pecca
tum

Digitized by Google

tum habituale eſſe priuationem gratiæ in eſſe gratiæ,nunc autē paulo aliter,tem explicabimus adducta prius alia ſententia.

28 Decima ſentētia eſt, peccatum habituale in habituali auerſione à lege, ſeu à Deo; vt legiſlatore ſeu in priuatione cōformitatis habitualis ad legem conſiſtere.Ita præter Sotū & Barth.Medinam relatos in præcedenti ſententia,docent Driedo de captiuit.tract.2.c. 2. parte. 2. membr. 1.Cordub lib.1 q.10. opinione.6.Payua.3.orthodoxarum Palacios.2.d.29 diſp.vnica,& diſtin.31.diſp. vnica. Zumel in in hac,quæſt.86.& Herrera.2 diſp.42.quæſt 1. Caietan.quæſt.113.artic.2.qui quidem per priuationem conformitatis ad legem intelligit priuationem gratiæ,& charitatis:quia hi habitus inclinant vnus mediate alter immediate ad conformandum nos legi,& ſic ſunt cōformitates habituales. Vnde Caietan. reuera ſentit,priuationem gratiæ in eſſe qualitatis eſſe peccatum habituale, quod Driedo, Sotus,Medina,& alij inficiantur,præſertim Zumel,qui maxime laborat in explicando,quæ ſit auerſio habitualis à Deo , & conuerſio ad bonum commutabile, in quibus putat conſiſtere habituale peccatum , & ait, non eſſe, quod homo peccauerit,& non obtinuerit remiſſionem peccati,quia ſic peccatum habituale eſſet ſola denominatio extrinſeca; nec priuationem gratiæ,quia homo in puris naturalibus haberet peccatum habituale eiuſdem rationis cum eo,quod nunc aſt, tamen non habere priuationem gratiæ : nec entitatem diſtinctā à voluntate,nec modum realem phyſicum,ſed modum realem moralem ſeu in genere moris à quo intrinſece denominatur volūtas. Sed hoc rediculū eſt,quia quidquid eſt reale,eſt intrinſece in aliquo & phyſicum reſpectu illius & in ſeipſo,licet ſi aliud extrinſece denominat,ſit in eo morali ter.Ergo iſte modus, ſi eſt realis & non eſt phyſice in nobis erit denominatio extrinſeca,nimirum hominem peccaſſe & non fuiſſe illi condonatum peccatum vt ſtatim dicam. Deinde male Zumel formale peccati habitualis conſtituit in duplici poſitiuo, ſcilicet, conuerſione & auerſione poſitiua,nā in vnica ratione,eaque priuatiua deberet conſtitui deinde illam conuerſionem ait,eſſe per modum actus primi & maiorem in hoc ſtatu quam eſſet in puris naturalibus . Vtrumque autem eſt falſum, quia actus peccati præter habitum vitioſum nihil poſitiuum producit, & nihil amplius poteſt nunc efficere quam in puris naturalibus.Deinde Zumel ſibi non conſtat,interdum enim dicit,peccatum habituale eſſe quid poſitiuum,interdum vero priuationem præteritæ conformitatis negatiuæ cum lege.Quod nō ſatis intelligitur:nam ſic peccatum deleri non poſſet,cum non poſſit reſtitui forma præterita,cuius eſt priuatio. Item conformitas præterita eſt non peccaſſe:ergo peccatum erit priuatio cuiusdam denominationis extrinſecæ,& ſic erit alia denominatio extrinſeca , quod negat Zumel. Item priuatio illa eſt non abſtinuiſſe à peccato,hæc autē neceſſario reſultat ex eo,quod homo peccauerit;fieri autē non poteſt,quod homo non peccauerit,vt ait,D.Thom. 3. par. quæſt.85.art.1.ad 2. ergo peccatum habituale nulla ratione poterit tolli.Quod eſt abſurdum.Item,perperam Zumel ſuam ſententiā tribuit D.Tho.hac quæſt.86.artic. 2. ad. 1. vbi ait,maculam eſſe priuationem coniunctionis ad diuinum lumen, nomine enim luminis diuini non intellexit legem Dei , ſed naturam diuinā,cuius conſortium habet homo per gratiam,in cuius priuatione maculam & peccatum habituale conſtituit D.Thomas.

SECTIO. IIII.

Reſolutio quæſtionis iuxta mentem auctoris & aliorum multorum.

EGO exiſtimo ſicut in homine, quædam ſunt de integritate ſubſtantiali , vt pes manus &c. alia vero etiam de eſſentia,vt corpus & anima,ita de integritate ſubſtantiali peccati habitualis eſſe priuationem gratiæ in eſſe qualitatis,& in eſſe gratiæ tribus illis modis captæ:de eſſentia vero tantum eſſe quod peccauerit,& nec ſufficienter compenſauerit,nec condonationem peccati præteriti acceperit,ac propterea indignus ſit beatitudine & dignus punitione proportionata:& peccatum habituale poſſe ſupponere pro peccato præterito connotando reliqua quæ diximus, & pro priuatione gratiæ in eſſe gratiæ , & in eſſe qualitatis &pro priuatione dignitatis ad beatitudinem naturalem, vel ſupernaturalē connotando actum præteritum.Ratio præcipua eſt,quia id tantum eſt de eſſentia peccati habitualis,quod reperitur in puris naturalibus,at in puris naturalibus non reperitur priuatio gratiæ ſtricte ſumptæ,nec in eſſe gratiæ,nec in eſſe qualitatis, ſed ſolum priuatio dignitatis ad beatitudinem & peccaſſe,ac nō ſufficienter compēſaſſe,nec accepiſſe remiſſionem peccati:ergo peccatum habituale nō conſiſtit eſſentialiter in priuatione gratiæ ſtricte ſumptæ,ſed in alijs dictis , licet integraliter in hoc ſtatu conſiſtat in priuatione gratiæ ſtricte ſumptæ,quia propter priuationem 29

nem gratiæ homo eſt punibilis, odibilis atq. abominabilis, id autem propter quod quis eſt odibilis & punibilis, ſaltem ad integritatem peccati pertinet. Conf.1. nam de eſſentia peccati venialis habitualis ſolum eſt peccaſſe, & non accepiſſe remiſſionem peccati, nec compenſaſſe illud & ideo manere dignum punitione & indignum beatitudine ſtatim poſt morem accipienda: ergo ſimiliter de eſſentia peccati mortalis habitualis ſolum eſt, peccaſſe & nondum compenſaſſe, nec accepiſſe condonationẽ. Conf.2. ex humanis tandiu enim dicitur quis eſſe in culpa reſpectu alterius, quandiu nón accepit remiſſionem, eius, nec ſufficiẽter pro iniuria, & offenſa ſatisfecit: ergo idem eſt in diuinis.

30 Pro hac ſentẽtia multi ſunt auctores, Ioãnes Medina, & alij citati ſectione præced. ſententia.7. & 8. Capreol.4. diſtinct.14. quæſt.1. in fine. Vbi ait tranſeunte actu peccati hominẽ dici peccatorem, ſeu eſſe in peccato, propter reſpectum inæqualitatis, & indignitatis & propter peccatũ præcedens, quod manet aliquomodo in ſuo effectu, ſcilicet, in prædicta inæqualitate & indignitate, & in priuatione gratiæ. Idem ſentit Deza eadem diſtin. & q.a. 3. notab.5. & art.4. ad finem. Ibi enim expreſſe ait, nos dicimus, quod ab ipſo peccato, & ab ipſa culpa etiam poſtquam tranſit actu, peccator formaliter dicitur peccator, vt dictum eſt in 5. notabili. & inferius ait, priuationem iuſtitiæ, vel gratiæ, non eſſe illud, quo quis dicitur formaliter peccator trãſeunte actu peccati. Sic etiam Capreol.2. diſtin.30. in fine peccatum originale, dixit eſſe indignitatem priuatiuam contractam à paruulo propter peccatum Adæ, ſeu proniutatem concupiſcentiæ, & carentiam originalis iuſtitiæ connotando quòd ſint cauſatę ex culpa ſeu indignitate Adæ. Azor, tomo.1. cap.24. quæſt. 3. probabilẽ exiſtimat eſſe opinionem, quam Ochamo & Gabrieli tribuit, aſſerentem, hominem tranſeunte actu, dici peccatorem à peccato pręterito nondum diuinitus remiſſo, & per contrariam voluntatem Dei beneficio & munere, reuocato. Suarez.3. par. tomo.4. diſp.9. ſect. 4. præſertim nu.14. 22. & .23. docet, peccatum habituale conſiſtere in actu præterito, quatenus moraliter manere dicitur, per relationẽ rationis, vel virtualem præſentiam, quam in eo videtur ponere, quòd homo nõ ſatisfecerit, nec Deus iniuriam remiſerit; per ſolã autem non retractationẽ expreſſe, ait, non exiſtere moraliter, ac proinde, nec per ſolam retractationem deleri. Ait etiam peccatum habituale non conſiſtere ſolum in imputatione, vel non remiſsione diuina licet hæc ſit conditio neceſſaria, vt moraliter peccatum præcedens exiſtat habitualiter, ſitq. peccatũ habituale, quod non intelligas de cõditione extrinſeca, ſed de intrinſeca & eſſentiali complente eſſentiam peccati habitualis, nam ſi peccatum habituale eſſentialiter eſt peccatũ actuale non remiſſum, nec compenſatum, negationes remiſsionis, & compenſationis ad eius eſſentiam pertinent, ipſamq. ingrediuntur. Neque ſibi aduerſatur Suarez, eadem & latius præcedenti ſectione dicens, peccatum habituale eſſe priuationem gratiæ, quatenus talis priuatio eſt voluntaria per actum malũ præcedentem: vult enim priuationem gratiæ eſſe de integritate peccati habitualis, & pro illa ſupponere poſſe, quamuis ad eſſentiã peccati habitualis ſufficiat actus malus præcedens manens moraliter, quatenus nõ eſt cõpenſatus, nec condonatus & quod nõ remiſſio pertineat ad eſſentiam peccati habitualis, ita vt hoc ſit peccatũ actuale præcedens nondum remiſſum ait, expreſſe doceri ab Aug. 1. de nupt. cap.26. cuius verba in 6. ſententia retulimus, qui clarius id docet 6. contra Iulianũ cap.8. vt referemus. Eundem modum dicendi docuit Suarez 3. par. to.1. diſp. 4. ſect.8. præſertim in 3. editione Salmanticę facta (in qua multa addidit illi ſectioni) & in ſcriptis de peccatis diſp.8. quæ eſt de peccato habituali, quibus locis docet, hominem dici peccatorẽ tranſeunte actu, non ſolum à priuatione gratiæ, ſed etiam ab ipſo actu moraliter manente, quandiu non ſufficienter cõpenſatur, vel compenſatio non acceptatur, nec de iuſtitia acceptari debet; nec debitum cõdonatur; per nullum autem actum creaturæ quantumcunque perfectum poſſe compenſari, docet late illa ſect.8. Putat autem hanc ſententiam colligi ex D. Thom. in hac quæſt.86. artic.1. & artic.2. ad argumenta, quia maculam conſtituit in auerſione in facto eſſe ex conuerſione in fieri, ſicut quando quis ſe auertit à ſole manet auerſus, donec conuertatur, & ex 3. p. q.88. art.1. vbi ait, maculam conſequi peccatum ex parte auerſionis. Eamq. ſent. probat, tũ ex impugnatione aliarum ſententiarum, tum exẽplo in humanis, qui enim offendit hominẽ, cenſetur moraliter manere in eius offenſa, quandiu nõ ſatisfecit iniuriæ, nec alter ei iniuriam remiſit. Item, quia valor qui eſt in re per taxationem, cenſetur moraliter manere in illa, quandiu lex non mutatur: ſic ergo actus malus cenſetur manere præſens, quandiu non compenſatur, nec condonatur, ſic etiam intentio conſecrandi cẽſetur moraliter præſens, quandiu non reuocatur, idem eſt in cõſenſu matrimonij, & aliorum contractuum.

Eandem ſententiam tenuit P. Bartholom. 31 Perez, aſsiſtens pro Hiſpania, apud præpoſitũ noſtrum generalem, de quo non facile definias, quid in eo magis emineat, ſapientia, an

religio,

religio, an rerum agendarum peritia. Huius fere ſententiæ eſt etiam Vazquez diſputatio. 139. cap. 5. vbi cum Baſſoli. 4. d. 14. quæſt. 2. art. 19 quantum ad præſentem. Ait maculam ſeu culpam habitualem, à qua homo dicitur peccator tranſeunte actu malo, eſſe ipſum actuale peccatum præteritum extrinſece denominans. Vt autem extrinſece denominet pollutum & maculatũ & in ſtatu peccati, ait Vaz. conditionem omnino requiſitam ex parte ſubiecti eſſe, quod nondum ſit retractatum neque per pœnitentiam & contritionem perfectam charitate, neque per mutationem cõdignã actus, vel habitus. Qualis vero debeat eſſe hæc retractatio, promittit ſe dicturum in materia de gratia diſp. 207. cap. 1. in eo verò ait ſe à Baſſoli diſſentire, quod Baſſolis illam denominationem extrinſecam putat, non eſſe relationem realem, vel rationis. Vazquez autem putat eſſe relationem rationis: quia cũ forma illa ſit extrinſeca, denominatio quæ ab illa ſumitur, nõ pôt eſſe niſi per intellectũ concipientem aliquid per modum formæ inhærentis in ipſa anima quæ polluta denominatur. Ego autem exiſtimo denominationes extrinſecas nullam relationem rationis inuoluere, vt eſſe viſum, auditũ, damnatum, offenſum &c. nec enim intellectus, vt prædicet formam extrinſecam, debet illam concipere quaſi inhærentem; nec ſi concipiat illã, quaſi inhærentẽ, ideo prædicat ipſam inhærentiam, ſed rem quam concipit quaſi inhærentem, & ſic in terminis nulla inuoluitur relatio rationis. Sed ommiſſa hac quæſt. quãuis ad præſentiam moralem actus præteriti, & eius denominationem, ſolam non retractationem requirat Vazquez, tamen Suarez ſupra relatus, cui magis aſſentior, requirit negationem condonationis: nam licet non ſit retractatũ peccatũ, poteſt cõdonari à Deo, & illa condonatione deleri. Docet etiam Vaz. eadem diſp. 139. cap. 4. & 5. priuationem gratię eſſe maculam & peccatum habituale, quia priuatio gratiæ in paruulis contracta ex peccato Adæ eſt peccatum: ergo à fortiori quam adulti cõtrahunt proprijs actibus. Addit duo quæ mihi difficilia ſunt, alterum eſt: ſi homo peccaret in puris naturalibus, in eo eſſe admittendam veram priuationem gratiæ, quæ ſit macula & peccatum habituale, quia indigeret gratia, vt mundaretur à peccato. Alterum, quod minus clare dicit, eſt: in peccatore eſſe duplicem maculam & culpam habitualem, alteram conſiſtentem in peccato præterito non retractato; alteram conſiſtentem in priuatione gratiæ. Primum mihi eſt difficile, quia ad priuationem non ſufficiat potentia abſoluta, ſed naturalis, vel ordinaria, in illo autem ſtatu licet daremus hominem indigere gratia ad deletionem peccati mortalis, (quod tamen multi merito negant) tamẽ ſimpliciter, nec poſſet, nec deberet illã habere: ergo nõ haberet veram priuationem gratiæ. Secundum autem eſt mihi difficile, quia priuatio gratiæ perſe ſolam non eſt macula, vel culpa habitualis, ſed connotando peccatum actuale, quo eſt contracta, & ſimiliter peccatum actuale præteritum perſe ſolum non eſt integre peccatum habituale in hoc ſtatu niſi quatenus moraliter manet in ipſa priuatione gratiæ: ergo non eſt ponenda duplex macula & culpa habitualis, ſed vnica compoſita ex actu præterito non condonato, nec compenſato, & ex priuatione gratiæ, quæ per ipſum Inducta eſt. Vnde Petrus de Soto lect. 3. de peccatis aperte dicit, peccatum habituale duo Includere, ſcilicet actum præteritum virtute manentem & priuationem gratiæ, ſeu nitoris inde reſultantẽ, quæ culpa eſt, & probat in his ſitam rationem peccati habitualis, quia propter hæc indigni reddimur, qui amemur à Deo & digni qui odio habeamur, & ex ipſis omnia mala quæ peccator incurrit procedunt. Huic ſententiæ ſuffragatur Cordub. quamuis nonnihil falſi miſcens lib. 1. quæſt. 10 poſt. 6. opinionem dubio primo, vbi ait, ſecũdum malum, quod infert peccatum actuale, eſt ipſum peccatum in reatu, aut ipſe reatus culpæ, qui & dicitur peccatum per modum habitus, & ſtatus peccati, & eſſe & manere hominem deuium à recta ratione & deordinatum in ſe, & auerſum à Deo, & in eius offenſa quaſi habituali, quouſque ad ipſum cõuertatur, à quo reatu homo dicitur peccator tranſacto actu peccati & reatus. iſte eſt relatio rationis fundata in hoc, quod eſt hominẽ peccaſſe actualiter, & non eſſe conuerſum ad Deum, nec in ſe reordinatũ, ſed ſic quaſi habitualiter, & in ſtatu peccati auerſum & inordinatum manere, ſecundum vero nominales reatus eſt ipſum peccatum præteritum connotando, hominem non eſſe emendatum & de illo non pœnituiſſe, ſed adhuc in eo ſtatu manere quaſi habitualiter. Et poſtea ponit Cordub. ex peccato etiam habituali reſultare odium Dei, priuationem gratiæ, ſeu maculam, reatum pœnæ, ſcilicet, imputabilitatem, dignitatem, debitum, ſeu meritum pœnæ, & indignitatem, gloriæ. Hæc dicta Cordu. placent, præter illud, quod ait, in reatu ſumpto pro reſpectu rationis cõſiſtere habituale peccatum, iam enim ſuperiori ſectione oſtendi, in nulla relatione rationis peccatum conſiſtere poſſe.

Suffragatur etiam noſtræ ſententiæ Conradus hac quæſt. 86. art. 1. in principio dicens, reatum poſitum à Scoto, eſſe relationem rationis cauſatam à deformitate actus, & indigni- 32

tate

tate agentis & ab illa non denominari ho-
minem peccatorē tranſeunte actu;ſed à pec-
cato præterito manente in ſuo effectu, puta
inæqualitate vel macula aut offenſa, & in fi-
ne articuli ait,maculam eſſe priuationē gra-
tiæ nō ſolam ſed cum determinata cauſa,ſci-
licet peccato actuali,per quod inducitur, ſi-
cut vmbra dicit priuationem lucis ex obſta-
culo. Aquatius etiam.4. d. 14. propoſitione.8.
refert Richardum aſſerentem, quod homo
tranſacto actu dicitur peccator ex iniuſtitia
actuali,quam peccando commiſit. Vbi Rich.
id dicat neſcio:id tamen inſinuat.2.diſtin. 42.
artic.2.quæſt.1.ad.1.in 2.ſolutione & ad 2.& 4.
Vbi ait,reatum pœnæ fundari immediate in
hoc,quod eſt hominem peccaſſe & non egiſ-
ſe pœnitentiam, ratione cuius obtineret re-
miſſionem peccati:ergo ante reatum nū cog
noſcit aliud peccatum habituale præter pec-
catum præteritū non remiſſum,ſi enim aliud
eſſet,in eo fundaretur immediate reatus, &
non in hoc,quod eſt peccaſſe & non pœni-
tuiſſe,nec condonationem accepiſſe, & ſane
auctores.7.ſententiæ relatæ ſect.præced.cum
dicunt,peccatum habituale eſſe peccaſſe &
non pœnituiſſe,non intendunt priuationem
pœnitentiæ perſe ingredi eſſentiam peccati
habitualis, ſed tōe ſui effectus: nam ex hoc,
quod homo non pœnituerit,ſequitur non eſ-
ſe ei remiſſum peccatum, ac proinde habere
peccatum habituale,quod eſſentialiter con-
ſiſtit in peccato præterito non condonato,
vt non condonatur de potentia ordinaria ſi-
ne pœnitentia formali, vel virtuali. Vnde
Baſſolis ſupra ait,hominem dici peccatorem
à peccato præterito, cuius remiſſionem nec
pœnitentia,nec alia via impetrauit,aut obti-
nuit. Fauet etiam Carth.2.diſt.42.quæſt. 2.di-
cens,reatum pœnæ fundari immediate ſuper
actum præcedentem, cum enim immediate
fundetur in pèccato habituali,ſi fundatur im
mediate in actu præcedenti,ſequitur ipſum
eſſe peccatum habituale,quatenus moraliter
manet,dum non eſt condonatum. Fauet etiā
Ægidius ead.diſt.quæſt.1.art.2.dicens,reatum
eſſe meritum & obligationem ad pœnam do
nec ſatisfaciat homo per pœnitentiam,& an-
te illam obligationem eſſe in homine defe-
ctum,qui eſt peccatum præcedens manens
(ſcilicet moraliter)in voluntate donec ſatis
fiat,& ab iſto ante priuationem gratiæ dici
hominem peccatorem & maculatum macu-
la propria & proxima,remotam vero eſſe pri
uationem gratiæ. Fauet etiam Maior.4. diſt.
14.in principio dicens,reatum culpæ eſſe ho-
minem peccaſſe & non fuiſſe deteſtatum
peccatum formaliter, nec virtute & rea-
tum pœnæ eſſe debitum pœnæ æternæ, &
nec reatum culpæ nec pœnæ eſſe relationes
reales aut rationis.

Hæc noſtra ſententia videtur Aug.6.cōtra 33
Iulia.c.8.vbi ait,impietas ipſa qua hæc fiunt,
tandiu manet donec idolis renūtietur &c. &
paulo poſt.Impietas,qua ſacrificatū eſt:quia
& illo peracto manet. Et ſane cum ibidē ait,
peccatum manere reatu. Nihil aliud vult,
quam quod hæc impietas & iniquitas manet
moraliter,ſeu virtute donec remittatur,quia
ſemper obligat & conſtringit hominem &
reddit eum pœna dignum, & ipſum rea-
tum ait, manere in legibus Dei, quia non
eſt aliquid reale,vel rationis poſitiuum, vel
priuatiuum in anima exiſtens,ſed denomina
tio extrinſeca à legibus Dei ſecundum quas
homo iuſte pro ſuo actu moraliter manente,
quandiu non remittitur,puniri poteſt & de-
bet,nec Aug.dicit aut ſupponit ab illo reatu
nos dici peccatores,vel maculatos, ſed tan-
diu in nobis manere reatum, quandiu non
abluimur à peccatis, cum enim abluimur à
peccatis,ſoluitur in nobis reatus ille & cum
dicit, dilui reatum, loquitur metaphorice:
ait enim:cuius ſigno crucis conſecratur vn-
da baptiſmatis,vt ea diluatur reatus tanquā
in chirographo ſcriptus, ideſt diluatur dig-
nitas, ſeu debitum punitionis conſcriptum
in chirographo, ſeu in libro rationum
Dei, qui eſt mens ipſius,quamuis Bellarmin.
5. de amiſſione gratiæ capit. 20. ad loca in
quibus Auguſtin.nomine reatus videtur in-
telligere peccatum habituale, dicat, Augu-
ſtinum in illis locis non fuiſſe ſolicitum
explicare, quid illud ſit, quod hominem
formaliter peccatorem efficit, nec quot
ſint & quæ illa,quæ tranſeunte actu pecca-
ti remanent in peccatore: ſed illud tan-
tum demonſtrare voluiſſe, tranſeunte actu
aliquid remanere,ratione cuius remiſsio ſit
neceſſaria, accepiſſe autem ad hoc demon-
ſtrandum, ipſum reatum tum quia eſt effec-
tus peccati notiſsimus, tum etiam quia do-
nec reatus non ſit remiſſus, non dicitur
plene atque perfecte peccatum remiſſum;
& contra tunc peccatum cenſetur perfecte
remiſſum, cum non ſolum culpa;ſed etiam
omnis pœna fuerit remiſſa. Quod vero
Auguſtin. noluerit, reatum eſſe formaliter
peccatum habituale, ſed aliquid illi anne-
xum, patet ex Auguſtino.Pſalmo.50. dicen-
te, quid eſt, quòd ſe dicit in iniquitate
conceptum, niſi quia trahitur iniquitas ex
Adam, etiam ipſum vinculum mortis cum
ipſa iniquitate concretum eſt.Nomine vin-
culi intelligit reatum, & ait, cum iniqui-
tate paruuli,quam ex Adam tradidit,eſſe cō-
cretum,ergo vult aliud eſſe ab ipſa iniquita-
te habituali originali,idem autē eſt de habi-
tuali perſonali:ergo ſenſit non conſiſtere in

reatu ipſo formaliter ſumpto ſed in eius fundamento, quod eſt præteritum peccatum non dum condonatũ. Nec eſt inconueniens, cum fiunt noua peccata actualia, ex quibus noua habitualia reſultant, nihil addi eſſentiale aut ſubſtantiale peccatis; quod intrinſece denominet hominem; ſed tantum extrinſece: nempe quòd prior priuatio gratiæ conſeruetur propter nouum peccatum actuale. Propter quod antea non erat inducta nec conſeruabatur, & ſimiliter non eſt inconueniens; quòd habitualia peccata non differant interſe eſſentialiter aut ſubſtantialiter, niſi ſecundum aliqua extrinſece denominantia hominem; quoniam in priuatione qualitatis gratiæ conueniunt, cætera vero, quæ includuntur in peccatis habitualibus, extrinſece tantum denominant hominem.

34 *Quæſtio.* Si petas, ſub qua ratione priuatio qualitatis gratiæ pertineat ad eſſentiam vel ſubſtantiã peccati habitualis. Caie. q. 86. ait. priuationem gratiæ, ſeu charitatis dupliciter conſiderari poſſe, primo vt eſt priuatio coniunctionis habitualis ad Deum. ¶2. Vt eſt priuatio nitoris: priori modo eſſe, & maculam & peccatum habituale, poſteriori autem modo eſſe quidem maculam; nõ tamen habituale peccatũ, ſed effectum peccati habitualis. Quem modum dicendi probabilem putat Medinã ibidem. Sed certe priuatio coniunctionis habitualis cum Deo & priuatio nitoris nõ ſunt diuerſæ rationes, ſed vna & eadem: nam anima nitet per gratiam & charitatẽ, quatenus per illas habitualiter coniungitur Deo, nec D.Tho. in eadem quæſt. art 1. dicit ex auerſione habituali ſequi priuationem nitoris, ſed ex actuali: ergo nec ſecundum D. Thomam nec ſecundum veritatẽ illa diſtinctione vtendum eſt, ſicut ea non vtuntur communiter Thomiſtæ, & eam reijcit Vazquez diſput. 139. cap 3 quando vero D.Tho. eadem quæſt. art. 2 ad. 3. dicit, actus peccati facit diſtantiam à Deo; quam quidem diſtantiam ſequitur defectus nitoris hoc modo, ſicut motus localis fuit diſtantiam localem. Vnde ſicut ceſſante motu locali non tollitur diſtantia localis; ita nec ceſſante motu locali tollitur macula. Vel comparatio non tenet in omnibus; ſed quãtum adhoc, quod ſicut motus localis cauſat diſtantiam, ita actus peccati cauſat diſtantiam actualem à Deo vt legiſlatore, in quã conſiſtit formale peccati, tranſiens quidem in ſe ſed relinquens poſt ſe maculã. Vel nomine diſtantię à Deo, intelligit non quidem priuationem qualitatis gratiæ, ſed dignitatẽ priuationis, vel aliquid aliud, ad quod ſequitur ipſa priuatio qualitatis gratiæ.

Valentia autem diſp. 6. quæſt. 17. puncto. 1.
35 ait gratiam dupliciter conſiderari. 1. vt eſt neceſſaria ad vltimum finem. 2. vt facit nitere animam & priuationem gratiæ ſub. 1. conſideratione eſſe peccatum habituale, ſub 2. autem non ſed eſſe maculã, & effectum peccati habitualis, & ſic interpretatur Caiet. Sed doctrina hæc ſiue ſit Caietani, ſiue non, ex ſuperioribus manet impugnata. Deinde Valentia poſtea docet peccatum habituale non eſſe auerſionem à Deo vt fine; ſed vt legis latore: quod non videtur cohærere cum præcedenti doctrina. Dico ergo priuationem gratiæ, ſub quacunque ratione conſideretur, eſſe de ſubſtantia & integritate peccati habitualis, licet non de eſſentia vt ſupra dixi, & quod priuatio gratiæ vt eſt conformitas habitualis cum lege, vel cum Deo vt legiſlatore ſit peccatũ habituale, docet Bellarmi. 5. de amiſſione gratiæ ca. 19.

Putat autem Vazq. diſput. nunc citata c. 3. 36
& 4. maculam ſecundum D.Thom. quæſt. 86. art. 1. eſſe carentiam duplicis nitoris, ſcilicet naturalis & ſupernaturalis, quia ait, duplicem in anima eſſe nitorem: vnum quidem ex refulgentia luminis naturalis rationis; alium ex refulgentia diuini luminis, & abſolute cõcludit: detrimentum nitoris prouenieos ex eo quod homo adhæret Deo contra lumen rationis & diuinæ legis, eſſe maculã & Conrad. art. 1. & 2. ait, ex peccato ſequi maculam quæ eſt priuatio nitoris ſupernaturalis, ſcilicet, gratiæ & naturalis, ſcilicet luminis naturalis in agendis, quia hoc lumẽ naturale per peccatum hebetatur. Capreol. etiam. 4. d. 14. q. 1. in fine ait, maculam eſſe priuationem nitoris gratuiti & naturalis, & ſimiliter Viguerius ca. 18. §. 1. verſ. 1. & Sayr. lib. 2. c. 13. nu. 4. Sed exiſtimo, non eſſe mentem D.Thomæ, quod macula ſit carentia duplicis nitoris realiter diſtincti, quorum vnus ſit naturalis, alius ſupernaturalis, quia per peccatum actuale nullus nitor habitualis amittitur, qui ſit naturalis niſi interdum bonus habitus acquiſitus: huius autem carentia non ſolum non eſt habituale peccatum vt recte Vaz. illo cap. 4. Sed neq. macula moralis: alioqui cum iſta carentia ſæpe maneat poſt iuſtificationem, ſequeretur, iuſtum manere moraliter maculatum & pollutum. Priuatio igitur nitoris naturalis nõ eſt macula, de qua nũc agitur, ſed priuatio gratiæ, quæ quatenus in cõſeruari pendet ex obſeruantia legis naturalis & ſupernaturalis & ad vtramq. obſeruantiã inclinat, habet rationẽ duplicis nitoris, ſcilicet ſupernaturalis ſimpliciter & naturalis ſecũdũ quid Vt cunq. ſit, ſecundum D. Thom. priuatio gratiæ eſt macula relicta ex peccato actuali & quia moraliter ſolũ peccatũ dicitur polluere & maculare perſe animam, ab illa denominatur homõ peccator tranſeunte actu & in hoc ſenſu

D.Tho.

Digitized by Google

D.Thomam intelligunt Scotus Caietan. & alij. Et male Zumel ait, priuationem gratiæ eſſe quidem maculam: non tamen peccatum habituale, licet peccatum habituale etiam ſit macula: certe enim ex vno actu vna tãtum macula ſequitur in eſſentia animæ: an vero aliæ ſequantur in potentijs, ſtatim dicam.

37 Quæres rurſum an macula & peccatũ habituale ſit in eſſentia animæ immediate, an vero in potentia? Zumel ait, probabile eſſe quod peccatum habituale ſit in eſſentia animæ, & ſimiliter eſſe probabile, quod ſit in voluntate: priuationem autem nitoris præcipue eſſe in eſſentia animæ; ſecundario autẽ & minus principaliter eſſe in voluntate, quia charitas etiam eſt nitor: neque eſſe incõueniens eandem priuationem ſecundum diuerſas ſui partes & ordine quodam eſſe in diuerſis ſubiectis immediatis. Et peccatum habituale eſſe in eſſentia, ait, ſuaderi poſſe, quia conformitas animæ cum lege eſt in eſſentia: ergo & priuatio talis conformitatis. Antecedens probatur. ¶1. Quia in potentijs tantum ponuntur quæ ad operationem diſponunt: conformitas autem illa cum lege nõ diſponit ad operationem; ſed eſt non commiſiſſe nec omiſiſſe cõtra legem. ¶2. Quia anima infantis baptizati habet illam cõformitatem: tñ nihil operatur. ¶3. Quia illa cõformitas eſt formalis effectus gratiæ: ergo eſt in eſſentia animæ ſicut gratia, itaq. difformitas operationis à lege eſt immediate in potentia; difformitas vero animæ à lege eſt in eſſentia & bene poteſt peccatum actuale eſſe in voluntate & habere effectum, nempe, iſtam difformitatem in eſſentia; ſicut ex promiſſione quæ eſt in intellectu vel voluntate, reſultat obligatio in eſſentia animæ. Cõtraria vero, ſcilicet peccatũ habituale eſſe in voluntate, ſuaderi poteſt. ¶1. Quia conuerſio vel auerſio habitualis reſpicit obiectũ ſola autem potentia reſpicit immediate obiectum. ¶2. Quia difformitas habitualis eſt terminus difformitatis actualis & eiuſdem ſpeciei in genere moris: ergo eſt in eodem ſubiecto, maxime cum vtraq. ſit peccatũ perſonale. Tandem Zumel in hoc nihil reſoluit. Sed Bellarmin. & alij qui tenent peccatũ habituale eſſe priuationem qualitatis gratiæ & hanc cum Scoto ſentiunt non diſtingui à Charitate, dicere debent peccatum habituale eſſe in voluntate, vbi deberet eſſe charitas: quia priuatio & forma circa idem immediatũ ſubiectum verſantur. Dicẽdum tñ arbitror, partim eſſe immediate in voluntate partim in alijs animæ viribus capacibus virtutum infuſarũ, partim in eſſẽtia animæ. Ratio eſt quia ad integritatem peccati habitualis pertinet nõ ſolum priuatio gratiæ gratũ facientis, quæ ſecũdum D.Th. & alios multos eſt immediate in eſſentia animæ & diſtinguitur realiter à charitate, ſed etiã priuatio charitatis. Vnde Caie. hac q.86. aperte dicit, peccatum habituale eſſe priuationem charitatis, pertinet etiã priuatio reliquarum virtutum vel habituum infuſorum qui deſtruuntur per peccatũ ſicut omnes iſti habitus pertinẽt ad integritatem ſanctificationis & iuſtificationis ac remiſſionis peccati: ergo peccatum habituale non ſolum eſt immediate in eſſentia animæ, ſed partim etiã in omnibus pijs tenet, quas priuat aliquo habitu infuſo. Non tamen omnia peccata habitualia in hoc ſunt paria: quoniã habituale conſequens actum infidelitatis integratur ex carentia fidei & conſequens deſparationem, integratur ex carentia ſpei: cætera vero habitualia peccata carentiam horum habituum non includunt.

Ex dictis colliges 1. Solutionem omniũ argumentorum aliarum opinionum quatenus aduerſari poſſunt. 2. Colliges quid ſit remitti & deleri peccatum habituale: de quo tractat Vazquez, diſp.139. cap.5. eſt enim tolli priuationem gratiæ inhærentem phyſice & peccatũ actuale virtute & moraliter manens, quãdiu iniuria nec à Deo condonatur, nec ita ſufficienter compenſatur, vt Deus pro ea non poſſit pœnam exigere, vnde ſi non reſtituatur gratia in eſſe gratiæ & in eſſe qualitatis, peccatum non remittetur integre & complete & ſic debet limitari quod ait Bartholom. Medin. initio quæſt.86. hominem non poſſe iuſtificari niſi per gratiam animæ inhærentẽ viuificantem & peccatorum maculas abluẽtem, quod etiam docet Somnius ſupra cap.1. incomplete autem & quãtum ſatis eſt ad eſſentiam remiſſionis & ablationis peccati homo de potentia abſoluta iuſtificari poſſet ſine gratia in eſſe qualitatis imo & in eſſe gratiæ per extrinſecam condonationem ſeu ceſſionem iuris; ſi iuri ſuo cedere poteſt: ſed probabile eſt, ſicut non poteſt abdicare à ſe rerum dominia & iura; ita non poſſe abdicare ius puniendi delicta in homine non habente gratiam, quod ſi ita eſt poterit tollere offenſam & reatum ſeu obligationem ad pœnam (loquendo de obligatione ex voluntate diuina pendente) per nõ imputationem vt ait abſolute Medina initio illius quæſt. qui etiam in fine ait, animæ maculam nihil aliud eſſe quam animam eſſe ingratam & inuiſam Deo & obiectum diuini odij; ideo ſine vlla qualitate poſſe iuſtificari & emundari de potentia abſoluta per hoc, quod ſit obiectum diuinę dilectionis. Sed eius dicta non ſatis cohærent, nam interdum maculam conſtituit in priuatione gratiæ in eſſe gratiæ interdũ in eſſe qualitatis, & ſi hoc 2. eſt verũ, 38 1.Corol. 2.Corol.

clarum eſt, non poſſe tolli maculam ſaltem
integre etiã de potentia abſoluta ſine quali-
tate gratiæ.

3.Colliges hominem ex ſe non poſſe plene
39 & integre remittere peccatũ, quod in ipſum
3.Corol. peccauit alter homo, quia tale peccatum in-
uoluit priuationem diuinæ gratiæ in eſſe gra
tiæ & in eſſe qualitatis, quam homo ex ſe cõ-
ferre nequit, item inuoluit priuationem diui
næ condonationis, quæ non in poteſtate pro
pria hominis. Vnde Zumel q.86. ad argumẽta
ait, Regem non propria remittere peccatum,
quod in ipſum commiſſum eſt, ſed impropriè
quatenus remittit ſatisfactionẽ quæ illi de-
bebatur vel vindictam, Deum autẽ remittere
propriè: vnde quidam dicebant, quis eſt hic
qui etiam peccata dimittit, nemo poteſt di-
mittere peccata niſi ſolus Deus. 4. Colliges
4.Corol. quomodo peccatũ habituale ſit auerſio habi
tualis. 1. enim eſt auerſio, quia eſt ipſum pecca
tum actuale moraliter manens, quod forma
liter importabat auerſionẽ à Deo vt legiſlato
re ¶2. Eſt auerſio, quia eſt priuatio gratiæ &
charitis phyſice manens, gratia autẽ & chari-
tas ſunt habitualis coniunctio cum Deo vt
legiſlatore & amico. Vnde Epheſ. 2. qui eratis
longe, facti eſtis propè: & filius prodigus qui
abijt in regionẽ lõginquã ſignificat peccato-
rẽ, & Ieremias ciuitatẽ vel animam peccatri-
5.Corol. cem vocat auerſatricem. ¶5. Colliges quomo
do peccatũ reddat hominẽ communẽ Marci.
7. quæ de homine exeunt illa communicant
hominem, ideſt communẽ faciunt. Vt recte
Somnius de remiſsionib. peccatorum. ca.1. &
conſonat id, quod Deus ſanctificauit, tu com-
mune ne dixeris: pollutũ enim & profanũ ap-
pellatur commune, quia non eſt pro vſibus
Dei, non eſt aliquid illi electum, ſegregatum
& conſecratum, ſed aliorum vſibus inſeruit.
6.Corol. 6. Colliges quomodo maculæ & peccata ha-
bitualia procedẽtia à peccatis actualibus in-
ter ſe contrarijs, nõ pugnent inter ſe, quia ac-
tus contrarij præcedentes, qui fuerunt in di-
uerſis temporibus, poſſunt moraliter manere
ſimul. Poteſt enim homo dici peccaſſe pecca
tis contrarijs pro diuerſis temporibus, & non
obtinuiſſe eorum remiſsionem & eadem pri
uatio gratiæ poteſt cõſeruari per peccata cõ-
traria, quæ vt eſt ab vno, eſt vna macula &
vnum peccatum habituale vt vero eſt ab alio
eſt alia macula, aliudq. peccatum habituale.

40 7. Colliges quomodo differãt macula, ſeu
7.Corol. peccatum habituale & offenſa Dei. Valentia
ait maculæ & auerſioni à Deo annexum eſſe
alium effectum peccati actualis nempe offen
ſam Dei, nõ quidem actiue conſideratã, nam
ſic eſt ipſum peccatum, ſed paſsiue, quatenus
conſiſtit formaliter in hoc quod optimo iure
Deus iraſcitur homini propter peccatum, &
decernit ei pœnam: itaque peccatũ cauſa eſt
huius offenſionis diuinæ hoc ipſo quod iram
Dei prouocat, & hunc effectum habent etiã
peccata venialia; nam de illis dicitur Iacobi
3. in multis offendimus omnes. Sed de morta-
li loquitur D.Thõ. 3.p.q.86. a.2. dicens, cum pec
catum ſit Dei offenſa, eo modo Deus peccatũ
remittit, quo remittit offenſam in ſe cõmiſ-
ſam: offenſa autem directe opponitur gratiæ
&c. vbi cum ait, peccatum eſſe offenſam intel
ligitur de offenſa, non quidẽ ſumpta pro actu
diuino ſed pro peccato noſtro habituali, quo
Deus dicitur offendi ab homine & homo
Deum offendere, & huic ait, directe opponi
gratiã ideſt, aliquid quo homo redditur gra-
tus & acceptus Deo. Offenſioni autẽ ſumptæ
pro actu diuino, quo Deus iraſcitur homini
opponitur actus, quo Deus diligit hominem,
& talis offenſa nõ eſt proprie peccatum cum
nec ſit priuatio gratiæ, nec peccatum actuale
hominis moraliter manens. Quomodo autẽ
verum ſit quod ibidem infert D.Thom. non
poſſe remitti peccatum à Deo, quin voluntas
mutetur & ad Deum conuertatur, alibi diſ-
cutiemus. ¶8. Colliges peccatum habituale
quantum ad ſuam integritatem & comple- 8.Corol.
mentum priuatiue opponi gratiæ ac proinde
illam formaliter expellere & ab illa formali
ter expelli, ſed male Cordub. lib.1. q.10. dub 1.
poſt. 6. opinionem ait, in hoc conuenire om-
nes non enim ita ſentiunt omnes, ſed qui te-
nent habituale peccatum eſſe priuationem
gratiæ. Falſo etiã adiungit, ſecũdũ D.Thomã
peccatum hoc ſcilicet habituale effectiue tã-
quam ſuum contrarium expellere gratiam.
Nam cum D.Thomas ait, peccatum effectiue
excludere gratiam, non de habituali, ſed de
actuali loquitur & quomodo verum ſit expo
ſui diſp.2. ſectione.15. ¶9. Colliges peccatum 9.Corol.
habituale quantum ad ſuam eſſentiã & præ-
cipuam integritatem manere poſſe in homi-
ne, etiam ſi miraculoſe deſtrueretur in eo vo-
luntas: quia maneret priuatio gratiæ imo &
charitatis inducta propter peccatum actuale
proprium non condonatum nec retractatũ.
Idẽ eſt in peccato originali, imo etiamſi puer
produceretur à Deo ſine vlla voluntate con-
traheret originale, quidquid in contrarium
dicat Herrera 2. diſp.26. q. vnica in confirm.1.
pro vltima ratione, & diſp.41. q.1. not. 2. Quia
peccatum originale non debet eſſe volunta-
rium voluntate propria, ſed capitis: ergo non
pendet à propria voluntate etiam in fieri.

Digitized by Google

QVÆSTIO LXXXVII. DE REATV POENÆ.

Art. 1. *Vtrum reatus pœnæ ſit effectus peccati.*
Art. 2. *Vtrum peccatum poſſit eſſe pœna peccati.*
Art. 3. *Vtrum aliquod peccatum inducat reatum pœnæ æternæ.*
Art. 4. *Vtrum peccato debeatur pœna infinita ſecundum quantitatẽ.*
Art. 5. *Vtrum omne peccatum inducat reatum pœnæ æternæ.*
Art. 6. *Vtrum reatus poenæ remaneat poſt peccatum.*
Art. 7. *Vtrum omnis poena ſit propter aliquam culpam*
Art. 8. *Vtrum aliquis puniatur pro peccato alterius.*

DISPVTATIO XV. DE REATV POENAE & de pœnis peccatorum.

Sectio. I. Quid ſit reatus poenæ.

1 SVPPONIMVS peccatores eſſe pœna dignos & puniẽdos. Pſ. 36. iniuſti punientur. Qui malignãtur, exterminabuntur. Hierem. 31. fortis vltor dominus reddens retribuet. 2. Cor. 5 omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti, &c. eccleſiaſtis vltimo, cuncta quæ fiunt adducet Deus in iudicium &c. Deut. 27. Matt. 5. & 25. & alibi ſæpe. Deinde nota reatum pœnæ tripliciter ſumi poſſe vt etiam cõſtat ex dictis diſp. præcedenti ſectione. 3. opin. 4. 5. & 6. Primo enim ſumitur pro relatione dignitatis ad pœnam. 2. Pro relatione deputationis paſsiuæ ad pœnam, reſultãte ex diuina voluntate, qua Deus vult peccatorẽ puniri, ſi in ſtatu peccati decedat. 3. Pro fundamento prioris, vel poſterioris relationis. Difficultas autem eſt, an prædictæ relationes ſint reales, vel rationis.

2 *1. Opinio.* Hiſpalenſis 4. d. 14. q. 1. a. 3. notab. 5. & art. 4. ad argumenta Scoti cõtra 4. conc. docet, reatum dignitatem obligationẽ & debitũ pœnæ dicere relationem realem ad pœnã. Probat quia relationes, quæ habent cauſam & fundamentũ reale in ſubiecto, ſunt reales vt docet D. Tho. pluribus in locis (quæ ab illo citãtur) ſed reatus ad pœnã eſt relatio habens in ſubiecto fundamentum reale, quod eſt eius cauſa, ſcilicet peccatum, & aliquid ex peccato relictum: ergo eſt relatio realis. Conf. alioqui peccator nõ realiter ſed ſola apprehenſione intellectus noſtri eſſet debitor pro offenſa & obligatus ad pœnam, quod eſt abſurdũ. Neq. contra hoc, inquit, valet quod Deus eſt realiter dominus, cum tamen dominium non ſit in Deo relatio realis; quoniam hoc ideo eſt, quia ſeruitus in creatura eſt relatio realis, ratione cuius Deus denominatur dominus, ſed ſecundum opinãtes, reatum eſſe relationem rationis, in termino quem reſpicit reatus, ſcilicet in pœna, nulla eſt relatio realis: ergo homo non dicetur realiter reus pœnæ; ſed ficte.

Sed tenendũ eſt eiuſmodi relationes eſſe rationis. Ita docuere Scotus & Aureolus citati à Capreolo & Hiſpalenſi ead. d. in argumẽtis cõtra 4. concl. & ipſe Capreol. a. 3. ad argumenta Aureoli contra. 4. concl. Caiet. Medi. Zumel Conradus & alij recentiores q. 86. Valentia diſp. 6. q. 17. pun. 1. Ioãnes Medi. tract. 1. de pœnitentia. Azor tom. 1. lib. 4. c. 24. q. 3. hoc probaui diſp. præced. opin. 4. & breuiter probo nunc, quia omnis relatio entis ad nõ ens eſt relatio rationis, ſed reatus dicit relationẽ ad pœnã ęternã, vel tẽporalem quæ non eſt; ſed tãtũ eſt futura, ſi homo in peccato decedat: ergo eſt relatio rationis & nõ realis R. Hiſpalenſis relationẽ, quam importat reatus non eſſe ad pœnã; ſed ad Deũ cui homo per peccatum fit & eſt obligatus & debitor, & ita eſſe ad terminũ realiter exiſtentẽ. Sic etiã cum ait Paulus 1 Cor. 11. quicunq. manducauerit, panem & biberit calicẽ domini indigne: reus erit corporis & ſanguinis domini relatio reatus eſt realis, quia verſatur inter ex- 3 *2. Opinio authoris & aliorum*

trema realia realiter exiſtentia, nempe manducantem, & corpus domini manducatum. Sed hæc ſolutio non placet quia reatus non reſpicit Deum per ſe, ſed ratione poenæ, quæ debetur pro offenſa Dei, & inferéda eſt a Deo ergo vt eſſet relatio realis deberet eſſe ad poenam vt exiſtentem in eodem tépore & prius natura: hoc autem eſt falſum: ergo. Item quia cum vnus in alterum peccat etiam ſi ille non ſit actu vel poſtea deſinat eſſe actu & ſimiliter is ad quem pertinet infligere poená, manet eodem modo dignus poena, & tunc relatio non eſt realis: ergo nec quando exiſtit offenſus, vel inflictor poenæ, & in illo exéplo Pauli res eſt clara, nam etſi corpus Chriſti deſineret eſſe, qui indigne illud ſumpſit maneret eodem modo dignus poena, tamen nulla eſſet in eo relatio realis ad corpus Chriſti: ergo reatus poenæ pro indigna ſumptione illi⁹ non importat relationem realem. 2. Prob. à quibuſdá ſentent. noſtra, quia relatio realis debet habere fundamétum realiter exiſtens: relatio autem reatus fundatur in peccato actuali præterito: ergo non eſt realis. R. Hiſpalenſis aliquas relationes naſci ex actionibus præteritis vt patet de relationibus paternitatis & filiationis, quæ oriuntur ex præterita generatione, & relationes, quæ oriuntur ex actionibus præteritis fundatur in aliquo, quod reliquerunt, vt generatio reliquit ſubſtantiá alteratio qualitaté & c. ſic ergo ex peccato poteſt oriri realis relatio reatus, quatenus relinquit poſt ſe hominem eſſe peccatorem, Dei offenſorem, tranſgreſſorem mádatorum Dei, Deo odibilem, ac rebellem, voluntati Dei repugnanté, & quatenus relinquit deordinationem mentis, pronitaté ad peccandum, hebetudinem ſenſus, maculam animæ, inæqualitatem iuſtitiæ & nõnulla alia quæ ex actu peccati realiter conſequuntur & manent in peccatore, tranſeunte peccato: Hæc enim omnia quia culpabilia ſunt in peccatore, fundamentum dici poſſunt reatus poenæ. Sed iſta ſolutio nõ plene ſatisfacit. Nam ex nulla actione cõſequitur relatio realis in aliquo ſubiecto, niſi ea actio ponat in paſſo aliquid reale poſitiuum, ꝙ manere debet, vt relatio maneat, id quod perſpicuum eſt in relationibus paternitatis & filiationis ortis ex generatione táquá ex ratione ſeu conditione fundandi: ſed peccatú actuale præſertim omiſſionis nihil reale poſitiuum relinquit in homine peccatore, ex quo cõſurgat relatio dignitatis ad poená, ſed tantum relinquit denominationes extrinſecas ab actibus præteritis, vel diuinis & priuatioñe habituú quorundá infuſorum: ergo illa relatio dignitatis & reatus, nõ eſt realis Item eſto ex peccato nihil reale abſolutú poſitiuú vel priuatiuú ſequeretur in peccatore, vt vere nõ ſequitur, qñ peccat tantú venialiter, adhuc eſſet eodem modo dignus poena, & non per relationem realem: ergo nec quando ſequitur, relatio dignitatis eſt realis.

4 Ad fundam. contrariæ opinionis, R. ad relationé realem requiri quod fundamentum & ratio fundandi ſit aliquid actu exiſtens, vel reliquerit aliquid actu exiſtens, & quod terminus realiter exiſtat, quæ in caſu noſtro non inueniuntur, vt viſum eſt. Ad Conf. R. Deum non ſolú dici realiter dominum à relatione reali ſeruitutis exiſtéte in creatura: ſed etiam & præcipue à fundamento ipſius, quod eſt poteſtas vtendi rebus, vnde ſi per poſſibile vel impoſſibile nulla ſequeretur relatio realis ſeruitutis in creatura, eſſet vere & realiter dominus, vt columna vere & realiter dicitur dextera, licet nec in me, nec in illa ſit relatio realis dexteritatis, ſic etiá ego realiter dicor obligatus alteri & vna pars temporis eſt realiter prior alia, quamuis nõ ſit relatio realis inter partes tépõris nec inter obligatú, & eum cui eſt obligatus. Eodé igitur modo peccator dicetur vere & realiter dignus poena, licet nec in illo, nec in alio extremo, aut termino ſit relatio realis, ſatis enim eſt quod Deus puniendo peccatoré aget ſecúdum regulas, vel leges iuſtitiæ, vt peccator realiter dicatur poena dignus. Porro fundamentú proximú huius dignitatis ad poenam eſt peccatú actuale, nõ dum dimiſſum, nec ſufficiéter cõpenſatú, cui in præſenti ſtatu adiungitur in habente p. m. priuatio gratiæ, ad quam etiá nunc ſequitur prædicta dignitas poenæ æternæ. Vnde Magiſter. 2 d. 42. qué ſequuntur ibi Alb. & D. Th. in expoſitione litteræ & Carth. q. 2. docet maculam eſſe quid mediú inter peccatum & reatú quia ſcilicet, ſequitur ex peccato actuali præterito nõ dum dimiſſo, nec compenſato, quæ ratione eſt peccatum habituale, & infert reatum & dignitatem poenæ, & odium Dei, & deſtinationem ad poenam, ſiue nomine deſtinationis intelligas actum Dei, ſiue relationé aliquam inde reſultantem, ſine quibus adhuc eſſe poena dignum, vere docet Zumel cum Soto. 4. d. 15. q. 1. a 2. & Capreo. d. 14. ad argumeta Scoti contra. 3. concl. & alijs communiter. Bene etiá notat Zumel, non dici reum poenæ quemlibet obligatum ad poenam: nam Chriſtus & alij qui ſe obligant ad ſatisfaciendum pro alijs ſunt obligati ad poenam: non tamen rei poenæ, quia non ſunt ea digni, nec obligationem illá ex propria culpa actuali, vel habituali contraxere.

SECTIO. II.

Quomodo vnum peccatum poſſit eſſe alterius pœna.

Tri-

5 TRiplex cōparatio hîc fieri poteſt
prima actualis peccati cum habi-
tuali; 2. habitualis cum habituali.
3. actualis cũ actuali: de 1. & 2. cōpa
1. Concl. ratione nõ diſſerunt doctores, breuiter tamẽ
de illis dicendum eſt. Dico ergo. 1. peccatum
habituale quoad vnam partem eſt pœna ſui
ipſius quoad aliã: patet, quia vt vidimus in ſu-
perioribus, priuatio gratiæ eſt pars integralis
peccati habitualis ſiue perſonalis, ſiue origi-
nalis, talis autẽ priuatio in paruulis eſt poena
peccati actualis, quod præceſſit in Adã & eſt
de ratione peccati originalis, in alijs autẽ eſt
poena proprij peccati actualis, quod etiã eſt
de ratione peccati habitualis perſonalis: ergo
vna pars peccati habitualis eſt poena alteri⁹,
in qua ſaluatur tota eſſentia peccati habitua
2. Concl. lis. Dico. 2. peccatũ habituale, quatenus inclu
dit priuationẽ gratiæ, & carẽtiã condonatio-
nis peccati actualis; poteſt eſſe remote & indi
recte poena alicuius peccati actualis, & alte-
rius habitualis, ꝙ qua parte includit actuale.
Prob. & explicatur nam Deus propter ſacrile
gium actuale & habituale interdũ negat gra
tiam cõgruã, aut ſuperabundantẽ, ſine qua nõ
habet homo de facto cõtritionẽ, nec attritio-
nem cũ ſacramẽto ſufficiẽtẽ ad iuſtificationẽ,
& ita nõ conſequitur remiſſionẽ homicidij,
l. furti &c. Quo etiã modo peccatũ habituale
põt eſſe poena peccati venialis, & nõ tm̃. M.
Dico. 3. peccatũ actuale ſecũdũ ea quæ in-
6 trinſece importat, nõ habet proprie rationẽ
3. Concl. poenæ ſui ipſius, ita Medina Vaz. & alij art. 2.
contra Magiſt. 2. d. 36. & Bona. ibi art. 1. q. 1. idẽ
tenet Herre. 2. diſp. 42. q. 2. Scot. tamen ſi aper-
te inſpiciatur. 2. d. 37. § ad q. 3 aperte ſentit, ipſã
malitiã eſſe poenã, qua Deus punit peccatorẽ
præciſo quocũq. alio damno eſſe poenã: quia
ipſa per ſe eſt magnum damnũ, quo ſuppoſita
permiſſione peccati vult Deus damnificari
peccatorẽ. Sed noſtra concl. prob. 1. quia Deus
nulla ratione poteſt per ſe intẽdere tale dam-
num: poena autẽ culpæ debet eſſe damnum,
vel malũ intẽtũ per ſe vel in ordine ad aliud:
ergo cũ hîc præſcindatur alia damna, nõ põt
dari ratio poenæ. Prob. 2. quia peccatũ actua-
le non cõponitur ex aliquo quod habeat ra-
tionẽ culpæ & ex alio quod ſit effectus illius
iuſte volitus & inflictus à Deo ꝙ poſſit habe
re rationẽ poenæ, nam vltimũ cõplemẽtũ pec
cati actualis eſt malitia actus, vel omiſſionis:
ergo nõ põt ſm̃ diuerſas partes habere ratio-
nẽ culpæ & poenæ, vt de habituali dicebam⁹.
Nec vero põt eſſe totũ culpa & totum poena,
culpa enim eſt cauſa poenæ & prior illa: nihil
autẽ põt eſſe cauſa, & prius ſeipſo. Cõf. 1. quia
nihil poteſt eſſe præmium ſui ipſius: ergo nec
poena: par. n. ratio eſt. Cõf. 2. quia nihil mere-
tur, ꝙ iam habet: ergo qui habet actũ bonum
vel malũ, nõ meretur ipſũ, ſed aliquid aliud,
& alioqui omne pecc. erit poena peccati, cõ-
tra Aug. 1. retract. c. 15. & in id Pſ. 57. ſuperceci-
dit ignis, & nõ viderũt ſolẽ, vbi agnoſcit pec-
cata aliqua, quæ poenę non ſunt. Idẽ 5. contra
Iulia. c. 3. Dico. 4. pecc. ratione alicuius effec 7
tus inde reſultantis põt eſſe poena ſui ipſius, 4. Concl.
& cõmuniter eſt. Ita ſentit Aug. 1. confeſ. c. 12.
iuſſiſti (inquit) *dñe, & ſic eſt, vt pœna ſua ſibi ſit om*
nis inordinatus animus, & 3. de lib. arb. recitat
Scotus, *nec enim ad momẽtũ eſt dedecus culpę ſine*
decore iuſtitię. Patet quia peccatũ communiter
affert ſecũ remorſum cõſciẽtiæ, & multa alia
damna, quæ iuſte infligũtur à Deo propter ip-
ſum peccatũ. Imo & ipſa malitia peccati ſeu
inordinatio eſt poenalitas quædam quia eſt
quoddã damnũ, & ideo dici põt poena ſecũ-
dũ Magiſtrũ Bon. ſup. Scot. Herre. ſed nõ poe-
na peccati, ac proinde nec poena in rigore;
quia poena in rigore eſt malũ, quod pro ali-
qua culpa patimur, nemo autẽ patitur culpã
aliquã propter ipſam met, & ideo nulla cul-
pa q. a parte eſt culpa, eſt poena ſui ipſius; ſed
ſecũdũ aliquẽ effectũ, ac proinde omnis cul-
pa eſt poena, nõ formaliter, & eſſẽtialiter, ſed
cauſaliter, quia nimirũ eſt cauſa alicui⁹ poe-
næ, quãuis ſi dãnũ vel afflictio ſequatur mere
naturaliter & neceſſario nõ ſit in ſum. rigore
poena, cum nõ infligatur omnino volũtarie
propter culpã, ſed naturaliter ſequatur, Deo
in ſequela habẽte cõplacẽtiã, vel etiã illã effi
ciẽte per modũ auctoris naturæ.
Dico. 5. vnũ peccatũ actuale ſecundũ ſe nõ 8
eſt poena alterius, quod præceſſerit: ſed tãtũ 5. Concl.
ratione alicui⁹ antecedẽtis, comitãtis, vel cõ-
ſequẽtis ipſum. Eſt cõtra Bon. 2. d. 36. art. 1. q. 1.
Rich. a. 1. q. 1. Maiorẽ, & Baſſol. q. vn. Gab. q. vn.
a. 2. concl. 1. & 3. & a. 3. dub. 1. & 4. Scot. d. 37. § ad
quæſtionẽ. 3. in ordine qui aſſerũt, vnũ pecca
tũ ſecundũ ſe poſſe eſſe poenã alterius, non ꝙ
malitia illa ſit à Deo effecta, ſed ꝙ ſit vt dãnũ
peccãtis permiſſa, nõ abſtractõe auxilij neceſ
ſarij, ſed ſuperabũdãtis & quãuis aliter quidã
interpretẽtur Scotum, vt velit malitiã nõ eſ-
ſe poenã permiſſam propter ſe à *Deo*. Vere tñ
Scot. ſentit ꝙ diximus, idẽ docuit D. Th. ead.
d. 36. q. 1. a. 3. & de malo q. 1. a. 4. ad. 2. Canus. 2. de
locis c. 4. ad. 7. Conrad. hac q. 87. a. 2. Valentia
diſp. 6. q. 17. pun 3. idẽ tribuunt Magiſtro illa d.
36. Bona. & alij citatis: negant tñ Magiſter &
authores huius opinionis, peccatũ, in quan-
tum peccatum reduplicatiue, eſſe poenã, ſicut
homo ſecundum ſe eſt albus: non tamen in
quantum homo, eſt albus.
Pro hac opinione eſt. 1. quia Aug. lib. de na-
tura & gratia. c. 22. 3. de lib. arb. c. 17. & 18. 1. re- 9
tractat. cap. 9. & 5. contra Iulian. capit. tertio 1. Argum.
abſolute docet, vnum peccatum eſſe poe-
nam alterius, quod probat ex Romanorum. 1.

propter quod tradidit illos in paſſiones ignominiæ, id eſt peccata ignominioſa, quæ dicũtur paſſiones, id eſt pœnæ, & 2. Theſſalon. 2. *mittet illis operationem erroris & cætera*, & Apocalypſi. 22. *qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc*, & Pſalm. 68. *appone iniquitatem ſuper iniquitatem eorum*. Idem docet Iſido. 2. de ſum. bono. cap. 39. Gregor. 25. moral. cap. 12. num. 1. & Chryſoſt. ho. de Adam & Eua. Bernar. ſerm. de diuerſis affectionibus. §2. Quia ad rationem pœnæ ſufficit eſſe damnum illatum, vel permiſſum propter culpam alicuius: ſed interdum Deus propter vnã culpam, permittit aliam ſecundum ſe ipſam: ergo vna culpa ſecũdum ſe, eſt pœna alterius. Nec valet dicere, culpam non poſſe eſſe pœnam, quia culpa eſt voluntaria; pœna autem inuoluntaria. Vt inquiũt. Auguſt. 1. de lib. arb c. 1. de fide ad Petrum c. 21. Anſel. de conceptu virginali cap. 4. D. Thom. hîc art. 2. 1. p. q. 48. art. 5. & 3. cõtra gen. c. 141. Non, inquam, valet; quia ad rationem pœnæ non requiritur eſſe omnino inuoluntariam; ſed ſatis eſt eſſe aliqua ratione inuoluntariã: id vero habet ſecundum ſe omnis culpa: diſplicet enim aut diſplicere poteſt quatenus eſt malum quoddam naturæ rationalis & contra eius inclinationẽ, vt docet Aug. 3. de lib. arb. c. 13. D. Tho. de malo q. 1. art. 4. Damaſcen. & alij: ergo omnis culpa ſecundum ſe poteſt eſſe pœna. Vnde Auguſt. 1. confeſ. c. 12. iuſsiſti & ſic eſt vt omnis animus inordinatus ſibi ipſi pœna ſit, id eſt malum quoddã pœnale, quod reſpectu culpæ præcedentis eſſet pœna, ſi ob illam culpã permitteretur à Deo. 3. Probat Valentia, quia priuatio gratiæ ſub vna ratione eſt culpa habitualis; ſub alia vera pœna, vt ſuperius diximus & in paruulis fatetur Durand. 2. d. 30. q. 3. ergo ſimiliter peccatum actuale poteſt eſſe ſub vna ratione culpa, & ſub alia pœna: nẽpe culpa, vt actio; pœna, vt paſsio permiſſa à Deo, vt eo damno puniatur peccator.

10 Pro hac ſententia Medina Canus, & alij nonnulli referunt Caiet. in id. 2. reg. 12. ſuſcitabo ſuper te malum de domo tua, quia dicit Deum eſſe auctorẽ peccati, quatenus eſt pœna, & eſſe pœnam, vt paſsio eſt, & in id. 2. reg. 16. dominus præcepit ei, vt malediceret Dauid. Sed re vera Caiet. aperte tenet ibi, peccatum non eſſe pœnã ſm̃ ſe, ſed ratione alicuius antecedentis, comitãtis, vel cõſequentis, quæ eſt com. noſtra, quã etiã tenet. Vaz q. diſp. 146. c. 3. citans pro ſe Magiſtrum. 2. d. 36. vbi id tenet Dur. q. 2. Palac. diſp. vni. Capr. q. vni. a. 3. ad 2. Aureoli cõtra 1. concl. Alber. a. 1. & 2. Vigue. c. 18. §. 1. verſ. 2. D. Th. hîc ar. 2. vbi Caiet. Medi. Zumel & alij cõmuniter. Altiſiod. lib. 2. tract. 5. c. 5. q. 3. Alexand. 1. p. q. 40. mem. b. 2. ad 3. & 5. Herrera ſupra.

11 Prob. 1. ex Dioniſ. c. 4. di. nomi. par. 4. *plecti non eſt peccatum; ſed fieri dignum ſupplicio*. 2. quia nullus vnam iniuriam ſibi irrogatam alia ſui offenſione vlciſcitur: cum is, qui vlciſcitur, gratia ſui operetur, vt dicit Ariſt. 1. ethic. c. 10. vnam autem ſui offenſionem alia vindicare non eſſet gratia ſui operari: ergo Deus vnum peccatum non punit alio. §3. Quia pœna placet infligenti tanquam iuſta & æqua, Deo autem culpa placere aut æqua, iuſta ve videri non poteſt: ergo nõ poteſt vno peccato aliud punire. 4. de ratione pœnæ eſt poſſe inferri omnino repugnanti: peccatum autem dari non poteſt in omnino repugnante: ergo non poteſt habere rationem pœnæ. Sic intellige, rationem D. Thom. Capreo. Pala. & aliorum aſſentientium, ideo peccatum ſecundum ſe non poſſe eſſe pœnam, quia de ratione peccati eſt voluntarium, de ratione autem pœnæ inuoluntariũ. §5. Omnis pœna inflicta à Deo, iuſte & laudabiliter eſt inflicta, vt notat Aug. 1. retract. c. 9. & 3. de libero arb. c. 18. de fide contra Manich. c. 9. lib. 83. quæſt. q. 82. & ſumitur ex Dion. ca. 4. di. no. dicente, puniri nõ eſſe malum, ſed fieri pœna dignum: at peccatum nõ poteſt iuſte infligi: ergo. §Conf. 1. quia pœna reſtituit rectum ordinem quem culpa deſtruxerat. 2. eth. & lib. 10. c. vlt. & D. Th. hac. q. a. 1. ſed per peccatum ſecundum ſe non reſtituitur rectus ordo: ſed magis deordinatur peccator, & fit minus ſubditus Deo: ergo peccatum ſm̃ ſe nõ poteſt eſſe pœna peccati. Conf. 2. quia pœna poteſt placere vt dãnum puniti: malitia autẽ nec vt damnũ puniti placere Deo poteſt: ſed tantũ ob alios fines: ergo malitia præciſa ab alijs damnis non põt eſſe pœna. Conf. 3. quia omnis pœna eſt à Deo, vt docet Aug. 1. de lib. arb ca. 1. & patet Iſaiæ. 45. 12
ego dominus faciens pacẽ & creans malum, id eſt pœnã. Amos. 3. ſi eſt malum in ciuitate, quod nõ fecerit dominus. Vnde cum Auguſtinus li. 83. quæſtionum q. 21. dixiſſet, Deum nõ eſſe auctorẽ mali, poſtea. 1. retractat. ca. 26. declarat, ſe fuiſſe locutũ de malo culpæ, & non pœnæ, quia pœna bona eſt, & à Deo iuſte malis infligitur. Nec valet q̃ dicunt Canus Valentia Scot. & Gabr. ad pœnã ſatis eſſe, q̃ ſit à Deo deſerente & permittente: Nam vt obijciunt Caiet. Pala. Zumel & alij, ſic culpa etiã eſt à Deo, aliquo autẽ modo pœna eſt à Deo, quo nõ põt eſſe culpa: ergo pœna debet eſſe à Deo vt faciẽte & iuſte decernẽte & volẽte, vel certe permittẽte illã vt eſt damnũ puniti. Vnde Baſſolis Gab. & alij reſp pecc. vt eſt pœna, eſſe à Deo pluſquã permiſsiue, nẽpe à Deo, vt faciẽte, & volẽte; quia vt pœna, non eſt culpa eo quod anima paſſiue tãtũ ſe habet ad illud & ponunt exẽplum in peccato crucifigentiũ Chriſtũ, q̃ vt actio erat peccatũ & nõ à Deo niſi permiſsiue, ſecus vt paſsio. Sic ergo quod peccator

Digitized by Google

peccator patiatur hanc pœnã bonũ eſt, & à Deo fit. Hanc doctinam reijciunt Canus & Vaz. eamq. eſſe peſsimã ait Zumel hîc & q.79 a.2.diſp.4 quia inordinatio & culpa vt recipitur in anima, reddit eam peccantem, malam & culpabilem: Deo autem auctore nemo fit deterior, teſte Aug.li.83. quęſtionum q.3. Item ſi Deus ſimpliciter, & proprie eſt cauſa inordinationis vt recipitur in anima; ergo ipſe facit animam inordinatã, & peruerſam, & peccator põt dicere, ille me implanauit & peccare fecit, &c. imo cũ inordinatio illa, & actus inordinatus; & vnio ipſorũ cũ anima, ſicut & cætera accidentia eadẽ actione fiãt, & vniantũ quia eorum eſſe eſt ineſſe, & quia in ſuo eſſe pendent ab inhærentia, & inhærẽtia ab ipſis, ſi Deus abſolute eſt cauſa, vt inſint animæ, etiam eſt cauſa vt ſint abſolute: ergo Deus eſt abſolute, & pluſquã pmiſſiue cauſa peccati, vt peccatum eſt, maxime cum peccatum non conſiſtat in actu inordinato abſolute, ſed vt inhærente animæ. Vnde extra animam non poteſt eſſe peccatum: conſequens autem eſt abſurdum: ergo culpa ſeu inordinatio, vt paſſio eſt, non eſt à Deo. Item ſecundum aduerſarios inordinatio, & malitia moralis ſecundum ſe eſt pœna, quia ſecundũ ſe nocet, & eſt mala animæ: malitia autem moralis intrinſece includit actionem animæ: nam de ratione mali moralis eſt eſſe libere à voluntate: ergo inordinatio illa non ſolum, vt paſſio, ſed etiã vt actio, eſt à Deo, quod aduerſarij negant. Præterea ſi vt recipitur in anima poteſt eſſe proprie à Deo propter peccatum præcedens: ergo etiam nullo peccato præcedẽte poterit eſſe proprie à Deo, ac proinde non vt malum pœnæ, ſed vt malum quoddam morale, quod eſt abſurdum, & contra ipſum magiſtrum, & alios, qui licet concedant peccatum poſſe eſſe à Deo, vt pœnam, negant tamen poſſe eſſe à Deo vt peccatum eſt. Item actio & paſſio ab eodem fiunt, vt patet in calefactiune actiua, & paſſiua, maxime ſecundum eos, qui exiſtimant actionem, & paſſiunem ſola ratione diſtingui: ergo ſi peccatũ, vt paſſio, eſt à Deo, etiam vt actio, & idem eſt de ipſa inordinatiune actiua & paſſiua: ergo ſi Deus facit vt animus ſit inordinatus, ipſe deordinat animum. Item tam voluntaria eſt inordinatio vt actio ſicut eſt vt paſsio, quia vtraque ratione ſolum eſt voluntaria conſecutiue, & in cauſa, quæ eſt actus, ad quem ſequitur: ergo ſi vt actio, non poteſt eſſe pœna, quia eſt voluntaria idem erit dicẽdum de illa vt paſſio eſt. Ad exemplum autem de peccato crucifigentium Chriſtum, Reſpondet Canus in eo paſsionẽ eſſe bonã, & ideo à Deo eſſe potuiſſe. At vero peccatum ſiue actiue, ſiue paſſiue ſumatur, malum eſſe ideo non poſſe eſſe à Deo. Clarius & maluis dici ut crucifixionem paſſiuam id eſt, Chriſtum crucifigi non fuiſſe bonum, nec à Deo proprie & ſimpliciter, nec enim Deus fecit, vt Chriſtus crucifigeretur, ſed vt Chriſtus permitteret, & pa 13
teretur ſe crucifigi, nec reſiſteret crucifixioni, nec ipſam recurſaret, ſed illi potius ſe offerret. Si quis ergo defendere vellet priorem ſententiam aliter deberet reſpõdere: nempe ad poenam ſatis eſſe, quod ſit damnum permiſſum vt damnum, & propter peccatũ præcedens, idq. poſſe competere malitiæ peccati præciſæ ab omnibus alijs damnis.

6. Principaliter ſuadetur ſententia noſtra, quia pœna per ſe cedit in bonum perſonæ, cui eſt iniuria illata, vel ſaltem non cedit in detrimentum ipſius, & per ſe ordinatur ad bonum commune, & reparationem ordinis per peccatum amiſſi. Hæc vero peccato non conueniunt præciſo ab alijs damnis: ergo ſecundum ſe non poteſt eſſe pœna.

Vnde ſiue particula, in quantum, ſumatur ſpecificatiue, ſiue reduplicatiue, nũquam eſt verum quod peccatum inquãtum peccatum poteſt eſſe pœna peccati. Vnde iſtum modũ loquendi negat Magiſter.2.d.36. ſed an ſenſerit, peccatum ſecundum ſe eſſe pęnam peccati. R. varias fuiſſe de hoc opiniones vt retulimus, quia obſcure loquutus fuit. Vazq. putat pro noſtra opinione eſſe. Nam c.2. docet, peccatum vt ſic, non eſſe pœnam peccati, ſed vt infert corruptionem boni ex Aug. d prædeſt. ſan.c.10. & c.5. docet quamuis in nullo præiudicium fiat veritati, ſi dicamus peccatum eſſentialiter eſſe pœnã peccati, id eſt in ſua eſſentia denominationem pœnæ ſuſcipere; tamen nullo modo affirmãdum eſſe, quod peccata in quantum peccata, ſint pœnæ: ſed vt vt ſunt priuationes bonorum: eſſe autem priuationes cauſaliter. & actiue tantum, vt dixerat in calce diſtinctionis præcedentis, & c. 7, docet, iram & inuidiam, & ſimilia peccata eſſe pœnas quatenus inferunt aliquam afflictionem ex Aug. lib.83. quæſtionum. q. 77. Communiter tñ pro.1. opinione citat̃, nec immerito, quia docet ipſammet inordinationem eſſe damnum, quod, alijs præciſis, permitti in pœnam poteſt.

Ad.1. Argum contrariæ opinionis reſpondetur, ſcripturas & patres loqui de peccato ſecundum aliquid antecedens, comitans vel conſequens. 14 *Ad.1.argu. 1.Opinionis*

Ad.2. R. culpam non poſſe eſſe poenam à Deo illatam quia Deus non poteſt culpam infligere aut cauſare ſimpliciter, ſed tãtum permiſſiue. Item reſpectu nullius poſſe eſſe poenam, quia culpa ſemper & neceſſario eſt voluntaria, poena autem debet eſſe inuoluntaria quod ſic aliqui explicant ex Ferrar. 3. *Ad. 2. arg.*

Digitized by Google

contra gent.c.158.& D.Tho.ca.141. de ratione pœnæ eſt ita eſſe inuoluntariam, vt ſecūdum ſe non placeat,ſed potius diſpliceat, peccatū autem ſecundum ſe, & præciſo quocunque alio placere poteſt:ergo ſecundum ſe non poteſt habere rationem pœnæ.Sed hæc ratio nō probat de ipſo formali peccati, quod eſt malitia: hæc enim ſecundum ſe præciſe placere non poteſt, nec probat de omni materiali, quia aliquid non ſecundum ſe appetibile,ſed propter aliud,poteſt eſſe peccatum. Al.j vt D. Thom. 1 part. quæſt. 48.artic. 5. ad 4.Capreolus,& Viguerius ſupra aliter explicant,dicentes,ad rationem pœnæ requiri, quod ſit malum ſubiecti, & non actionis, deformitatem autem culpæ eſſe malum actionis ideo non poſſe eſſe poenam. Sed contra, quia deformitas claudicationis poſſet infligi, vt poena. Vnde Reſpondeo de ratione poenæ eſſe, vt poſſit inferri homini ſimpliciter, & omnino inuito ac repugnanti, & quia id non poteſt competere peccato, quia de eſſentia peccati eſt eſſe voluntarium, & liberum. Vnde Aug. 2. de liber. arbitr. cap. 14. veritatem & ſapientiam nemo amittit inuitus: ideo poenam eſſe non poſſe, & ſic poteſt intelligi ratio de malo actionis, & ſubiecti, quia de ratione poenæ eſt eſſe malum ſubiecti, non actionis liberæ, & voluntariæ peccatum autem importat malitiam actionis liberæ & voluntariæ. Vide Caietan. Medinam, Zumelem, & Palac. qui conantur defendere rationem D. Thomæ artic. 2. licet eam reijciat Vazquez diſput.140. cap. 4.

Ad. 3. arg. Ad. 3. Reſpond. non eſſe ſimile, quia priuatio gratię,vt damnum peccatoris placere poteſt:non vero eius inobedientia.

Aduerte autem optime Scotum & Herreram ſupra dixiſſe,ſi Deus in poenam peccati præcedentis ſubtraheret auxilium neceſſarium ad vitandum ſequens: lædi libertatem ac proinde actum hominis peccatū non fore.

SECTIO. III.

Vtrum aliquod peccatum puniatur pœna æterna.

15 RESPOND. de fide eſſe aliquod peccatum,nempe mortale,puniri pœna æterna,ſcilicet ſenſus,& damni.Marci.9.*Bonum eſt tibi luſcum introire in regnum Dei,quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis, vbi vermis eorum non morietur,& ignis non extinguetur*, & ibidem: *Bonum eſt tibi debilem introire in vitam, quā duas manus habentem ire in gehennam, in ignem inextinguibilem*, & Iudith. 16. *Dabit ignem, & vermes in carnes eorum, vt vrantur & ſentiant vſque in ſempiternum.* Marci.3. *Qui autem blaſphemauerit in Spiritum ſanctum non habebit remiſſionem in æternum, ſed reus erit æterni delicti.* Pſalm. 48. *Laborabit in æternum & viuet adhuc in finem.* Iſai. 24. *Claudentur ibi in carcere, & poſt multos dies viſitabuntur*, id eſt adhuc punientur, vt late tractat Anton. Perez, certa. 9. expoſitiuo, fere per totum Pſalm. 139. in miſerijs non ſubſiſtent. Math. 25. *Ite maledicti in ignem æternum.* & ibidem. *ibunt hi in ſupplicium æternum*, & quinque virginibus fatuis; *clauſa eſt ianua*, & 2. Theſalonicen.1. *Qui pœnas in interitu æternas dabunt.* Iſai. vltim. *Vermis eorum non morietur & ignis eorum non extinguetur.* 1. Corinth. 6. *Qui talia agunt regnum Dei non poſſidebunt.* Apocal.14. *Fumus tormentorum eorum aſcendet in ſecula ſeculorum.* Eccleſ. 11. *Vbi ceciderit lignum. &c.* Vbi Hieronym. Olimpiod. Lyra, Vatab. Caietan. Eadem veritas patet ex ſymbolo Athanaſij, & ex Concil. Lateranen. ſub Innocen.3.cap. 1.relato in cap. firmiter de ſumma Trin. & cap.1. maiores de baptiſmo, & epiſto. Sophronij recepta in 6. ſynodo actione. 11.Trident.ſeſſio.6. cap.14.& 15. & can. 30. & ſeſſio.14 canone.5.& ex communi conſenſu fidelium, & vniuerſali traditione eccleſiæ. Hanc veritatem docuere Cyprian. tract. de reſurrectione Chriſti, Chryſoſtom. hom. 23. 25.& 31.in epiſtol. ad Rom. in expoſitione morali, & hom.9. in 1. ad Corinth. 2. in primam ad Theſalon. Theophilus epiſto.2. Paſchalii, quæ habetur tom. 1. biblioth. ſanctorum. Auguſtin. 12. ciuit. capit.20. & lib. 2. c. 2.17.18. 23.& 24. & in id Pſalm. 49. ignis ante illum præibit, & in Enchirid. cap. 67. & de fide, et operibus à cap.14. Cyprian. lib. de laudibus martyrij, Iuſtin. M. apolog. 1. et 2. pro chriſtianis.Theophila. in id Luc. 16. *& ſupra hæc omnia inter nos & vos iactus ingens firmatus eſt, vt hi qui volunt hinc tranſire ad vos, non poſſint, nec inde tranſcendere ad nos.* et in locum citat.2. Theſ.1.Greg.15.moral.c.9.alias.11.et 4. dialogi c.43.et 44.Hiero.poſtea citandus, et alij paſſim,vide Ant.Perez cert.9.expoſitiuo.c.7.et 8.

Hinc merito quidā dānantur, quod dixerint ſupplicia inferni aliqn̄ finē habitura eſ- 16
ſe;tribuitur Origeni ho.8.in Ioſue,et to.18.in Ioan.in id Ioan.8.quo ego vado, vos non poteſtis venire,et 1.Periarchon.c.6.et Epheſ.1.et 2.vt referunt Hierony.ibi,et ep.ad Pamachiū et Occeanū.c,2.et ep.ad Auitū, quæ eſt 56. et 1.contra Pelagian.c.9.poſt mediū, et ep. contra Vigilantiū.Theophilus etiam Alexandri. lib.2.paſchali, Aug.de hęreſib.c.43.et 21.ciuit. c.17.vbi Viues Theophilact. in loca Pauli ad Epheſ. citata, Caſtro de hæreſibus verbo infernus, et verbo Baptiſmus hæreſi. 2. Sanderus. 7. de viſibili monarchia hæreſi. 46.

De error. æternitatē Orig. circa pœnarum.

D.Tho.

D.Tho.4.contra gent.cap.144.& 4. diſt 46. q. 2.ar.3.q.2.Ledeſina.2.4.q.vltim.ar.2.Epiphan. Philaſtrius,& alij apud Caſtrum verbo beatitudo hæreſi.3. Ioannes Arboreus. 14. Theoſophiæ,c.10.& 11. vel Origeni,vel Origeniſtis eundem errorem tribuunt. Quamuis multi dicunt id Origeni ab æmules,vel Origeniſtis impoſitum:ab illis, vt nomen eius polluerēt: ab his vt tam inclyto nomine pro veritate poſſent mendacia venditare, vt Sixtus. 5. biblioth.annotatione.131. Medina in hac.q. 87. art.3.Sotus.4.d.45 q.2.ar.2.& d.50.ar.1. poſt. 4. concluſ. Pamphilus apologia pro Origene. Picus in apologia.q.7.a.1. in 2.hæreſ.Origeni aſcripta, Iacobus Merlinus in apolog. pro Orige. Ruffin. apolog. pro eodem, Euſebius & Dydimus. Nam ipſe Origen. epiſt. ad Alexandrinos relata à Ruffin. ſupr. conqueritur quòd multa illi falſo ſint impoſita, & aſcripta, & æternitatem poenarum docuit Origenes hom.14.in Ioſue.14.& 18.in Numeros.1.& 14.in Ezechielem,& de Lucifero ait.1.Periarchon,cap.6.& ep. citata à Hieronym. apologia contra Ruffinum, *Diabolum poſſe ſaluari, nec mente captus dicere poteſt*: & dialogo contra Cerdonem Valent. negat ſe tenere diaboli poenas terminandas,& tract. 9. in Matheum refert,ſed non approbat oppoſitum, & hom. 35.in Lucam ait,*Multum debenti, vt decem millia talenta,infinita ad reddendum ſæcula numerabũtur*. Quamuis de quibuſdam damnatis nõ eſſe æterno cruciandos videatur dicere. homi. 13,& 14.in Lucam,& 1.Periarchon.c.6.&lib.4. ad finẽ, & Epheſ.1.& 2. & aliqui dicũt Origenem non ſenſiſſe, nullum peccatum mereri poenam æternam:ſed eius æternitatem ex diuina miſericordia remitti, aut æternitatem poenæ ſenſus negaſſe, damni conceſſiſſe, & Vazq.ar.3.huius.q.87.Origenem varium fuiſſe,& interdum contraria interſe docuiſſe:potuiſſe etiam hunc errorem fuiſſe diſcipulorum Origenis,& ideo inter eius errores connumerari.Sic enim Theophilact. in id Lucæ. 16.n. 26 *Vt hi,qui volunt hinc tranſire ad vos, non poſſint*,& in id.2.Theſal.1.*In igne flamma dantis vltionem*.Non origini:ſed origeniſtis tribuit hunc errorem. Vide Sixtum ſupra, & Genebrardũ incollectaneis de rebus Origenis,quę eius operibus præfixit, Anton. Perez certam. 9.expoſitiuo.c.1.Hierony.etiam Epheſ.1.2. & 4.tenere videtur,etiam dæmones tandem reparandos,vt refert Sixtus lib.6. annot. 290. & Ruffinus.1.contra Hieronym.ei imponit,aliquos damnatos, ſaluandos: quia ſcilicet in Iſaia(& habetur in gloſſa interlin. in id Iſaiæ 14.tu autem proiectus es)cum dæmone ſic lo-
17 quitur.¶*Et ſi omnis anima aliquando habebit requiem,tu nunquam habebis*;ſed hoc per exaggerationem dictum,ait D.Tho.4.d.46.q 2. Pſal. tamen.23.idem videtur docere Hieronym.& Ambroſ.Epheſ.3.vt ei tribuit Eraſmus in annotatio ad Origenem, & eundem errorem Hieronymo tribuit Stanislaus Pannonius,vt commemorat Sixtus 6.biblioth.annot.295.& lib.5.annot.229 Sed ab hac calumnia ſufficiēter purgat ſe Hierony. apologia contra Ruffin.epiſt.ad Pamach.c.3 & epiſt.ad Auitum.c.1. & 5 Ionæ.3.Tren.1.Eccleſiaſtis.11. probãs multis argumentis,omnes damnatos ſine fine puniendos, & nũquam ſe dixiſſe oppoſitum ex propria ſententia,ſed referendo aliorum expoſitiones,quod patet ex verbis eius in id Iſaiæ.14.*reges omnes gentium*:& quando dicit peccatores chriſtianos eſſe liberandos ab igne intelligit de igne Purgatorij, vt exponit Zumel hic.a.3.& alij.Vide Sixtum lib.6.annot.290.& 298.¶Alij relati à Caſtro verbo infernus hæreſi. 2. dixere, homines qui peccarunt poſt Chriſti aduentum eſſe æterno cruciandos, eos vero, qui ante aduentum Chriſti peccarunt, tandem liberandos, vel per Chriſtum dum deſcendit ad inferos,fuiſſe liberatos, vt referunt Irene.lib.1.c.29.Epiph.hæreſi.44.Auguſ.lib.de hæreſ.c.79.Caſtr. v. infernus hæreſi. 2. qui hoc tribuit Armenis ſed Iren.& Epiphan. Marcioni. fundamenta horum ponit Anton.Perez illo c.1.n.11.& c.4.à num.42.eos autem reijcit c.7.n. 64.& eorum argumenta ſoluit.c.11.à nu.88.Alij apud Phanon.in Philãtropia,& apud Sixtum lib.6.annot.290. dixere fidelium crimina temporaliter tantũ punienda,quorum fundamenta ponit Anton. Perez,c.1.num.11.& c.5.a. n.58 euertit autem. c.7.à.n.64.& c.14.à nu 106.Vide Sixtum.3. Biblio.annot.293.& lib 5.annot. 229. Amodeus etiam quidam dixiſſe fertur, damnatos non eſſe certos de æternitate ſuæ poenæ:ſed de bonitate Dei ſperare. Quod eſt contra ſcripturam Sap.4.& 5.Alij dixere aliquando leuandas,vel interrumpendas damnatorum præſertim chriſtianorum poenas iterum redituras in eundem ſtatum: quorum fundamenta refert Perez,c.1.nu.11.& c.6.à n.66. ſed eos confutat.c.6.à n.64.& c.16 à n.114.

Veritas catholica eſt poenas damnatorum fore æternas ſine interruptione, vel remiſſione,etiam ſi quis ob vnum tantum peccatũ damnatus fuerit, quamuis hunc caſum eſſe impoſſibilem aliqui catholici cenſuerint dicentes,pie credendum eſſe, quod *Deus* enim, qui vnicum tantum peccatum mortale habuerit,antequam moriatur, conuertet; quia hoc videtur pertinere ad miſericordiam & paternam charitatem *Dei*. Hoc nullis prolatis auctoribus refert Zumel ar.3.dicto.2,quod nec approbat, nec reprobãt; ſed ſine fundamento aſſeritur, maxime quando vnum mortale multis æquipollet.

Intel-

Intellige catholicam doctrinam de lege ordinaria an vero præter legem ex diſpenſatione diuina aliquorũ damnatorũ pœnæ inter dum finẽ habeant ſtatim diſcutiemus.

SECTIO. IIII.

An præter legem ex diſpenſatione diuina Traianus, vel alij damnati ab inferno liberati ſint.

18 PRO parte affirmãte eſt Damaſce. ſer. d defunctis vbi probat, dãnatis aliquando ꝓdeſſe ſuffragia, quia Traianus liberatus fuit ab inferno precibus B. Gregorij & Falconilla idolorum cultrix precib. B. Theclæ virginis prothomartyris. Refertque ex Palladio, vt etiam in vitis Patrum habetur, à Machario caput gentilis cuiuſdã inuentum in via, quod ei dixit, qñ ꝓ mortuis offers preces, interim aliquod leuamẽ ſentimus. Aliã etiã hiſtoriã ex eodem Paladio commemorat in qua refert quendã mortuum ab ignis tormentis liberatum cuiuſdã ſancti viri precibus. Palac. 4. d. 45. diſp vlt. Hæc reijcit tũ quia ibi citatur Gregorius Damaſce poſterior, tum quia non eſt credibile aliquem ſanctorũ pro infidelibus oraſſe, quos ſciebat in peccato mortali fuiſſe defunctos, & conſequenter ſalutem aſſequi non valere. Sotus etiam ead. d. q. 2. a. 2. ait eam hiſtoriam ſibi eſſe creditu difficillimam, quia Gregorius non dubitabat Traianum eſſe in inferno, & eſſe peccatum mortale orare pro illo. Medina etiam Codice de oratione tit. de hls pro quib. orandum eſt, & Abulẽſis. 4. reg. q. 57. dubitant de fide illius hiſtoriæ. Ledeſm. 2. p. 4. q. 73. a. 1. & Petrus Mexia in vita Traiani, Cæſar Baro. 2. tomo annalium in hiſtoria eccleſiaſtica Hiſpa. centuria. 2. c. 1. Valentia. 2. 2. diſp. 6. q. 2. puncto. 8. & 3. p. diſp. 11. q. 1. puncto 2. in fine putant, eſſe fabulam, Canus 11. de locis. c. 2. ait ſermonem quidem eſſe Damaſce. Sed hiſtoriã eſſe fabuloſam, cum nemo latinorum illius meminerit, deceptumq. fuiſſe Damaſcenum ab aliquo peregrino, qui ei retulerit eſſe toto orbe vulgatam.

19 Nota tñ fuiſſe duos Damaſc. vt ſcribit Tritemius in Damaſc. fol. 39. Caſtro verbo Chriſtus hæreſi. 6. in fine Sraphilus, & Lindanus in tabella de auctoribus. 4. ſæculi. Primus, qui claruit ſub Theodoſio ſeniore anno. 390. Volaterranus lib. 16. antropologiæ. Vincentius Beluacen. & Antoninus in hiſtoria, licet Sabellicus æneade. 8. lib. 2. dicat ſecũdum quoſdam floruiſſe ſub felice Papa. 3. tempore Grego. Nazian. ſecundum alios vero ſub Conſtantino tempore Synodi Nicenæ, quia Suidas qui floruit tempore illo in ſuo lexico inſeruit vitam Ioan. Damaſceni, ſed hæc vita ab alijs huic lexico inſerta eſt, ſicut, & multa alia, vt ait Volaterranus lib. 19. Hic non ſolum præceſſit Gregoriũ, qui floruit anno. 600. ſub Mauricio Imperatore, & Phoca Tyranno, vt referunt Tritemius, Platina, Onuphrius, Beda, Hermanus, ſed etiam anteceſſit Chryſoſtomum, qui floruit anno. 411. Vnde iſte Damaſcenus non potuit eſſe auctor illius ſermonis in quo Chryſoſtomus, & Gregorius citantur. Secundus Damaſcenus floruit poſt Gregorium, & ſcripſit libros de hæreſibus contra Iconomachos, qui poſt ipſorum mortẽ damnati ſunt in concilijs generalibus. 4. 5. 6. & 7. Vnde lib. 3. inuehitur contra imperatorem Iconomachum, ſcilicet Leonem patrem Cõſtantini Copronymi, & citat. 5. & 6. ſynodum Hic Damaſ. interfuit. 7. ſynodo contra Iconomacos, in qua ſecundum quoſdam appellatur Ioannes Nanzuri, & vixit ſub Conſtanti. Copronymo, & Leone vt ait Zonoras *Græcus* auctor. 3 annalium in vita eiuſdem Conſtantini, qui fuit filius, & imitator Leonis. 5. Nicephorus argumentis librorum, qui non exſtant à 19. vſque ad. 24. Ioannes Patriarcha Hieroſolymitanus lib 21. & 22. Beſarion oratione ad concilium Floren. Iouerius ſuper. 7. ſynodo Canus. 11. de locis. cap. 2. licet Henriquez lib. 9. ſummæ, c. 15 §. 5. dicat vnum tantum fuiſſe Ioannem *Damaſcenum*, cuius ſunt ſunt omnia opera, quæ modo ſub eius titulo extant, poſterior Gregor. qui vixit ſub Theodoſio. 3. tempore. 2. ſynodi Nicenæ, & Irenæ Imperatrices, & Leonls Papæ. 3. & Iconomachos vocat Thymoleontes à Leone 3. Imperatore, qui eã hæreſim excitauit huius eſt liber contra Iconomachos, vt agnoſcit Caſtro ſup. & Claudius de eucha. repeti. 5. c. 4. quia eiuſdẽ ſtyli eſt cũ libris d fide orthodoxa, & quia lib. 3. c. 17. & lib 3, c. 14. & 15. inuehitur contra Iconomachos damnatos in 6. ſynodo, ꝙ bene probat Cano. ſup. cũ Paulo diaco. lib. 2. Ioan. patriarcha in vita Damaſc. apud Suriũ die. 6. Maij. Zonor. ſup. Niceph. lib. 12. c. 30. fi. lib. 20. in arg. Sander 7. monarch. ſub *Leone* papa. 3. Huius *Damaſc.* ſunt libri de fide orthodoxa (licet oppoſitũ ſentiat Iouerius) ſtylus enim eorũ, & librorũ cõtra Iconomachos eſt idem. Itẽ in libris de fide orthodo. citat Cyrillũ, qui fuit poſterior primo Damaſc, & mentionẽ facit ſynodi Calcedonẽſ. quæ fuit anno. 455. & eiuſdẽ Damaſc. eſt ille ſermo; vt cõcedit Canus ſup. & oẽs ſcholaſtici ab antiquo Præpoſitiuo vſq. ad DD. huius tẽporis. Nec auctori eſt abrogãda fides, qui in teſtes vocat totum oriẽtẽ, & occidẽtẽ, & eãdẽ hiſtoriã retulit ãte an. 400. Ioã. diaco. qui fuit poſtea ſum. Põti. lĩ. 2. vitæ Grego. c. 44. vbi ait, hanc narrationem

repetiri

reperiri apud aliquas Anglorum eccleſias, ſed Romanos ei fidem non habere:eamq; recipiunt Nauar.c. quando notab.22.nu.43. in quibuſdam æditionibus Nauar. hoc non habetur in alijs vero eſt c.22.de oratione.D.Th. 4.d.45.q.2.a.2.q.1.ad.5.ſeu additio.q.71.a.5. ad. 5.& 1.d.43.q.2.ar.2.ad.5.Duran.4. d.45. q. 2. ad argum.Richard ar.2.q.1. Nicolaus de Orbellis.q.1.Carthuſ.q.2.& 3.d.31.q.6.in fine. *Summæ* in fine.c.de damnatis Albert.2.p. ſummæ de homine.q.77.Gab.lect.56.in canonem lit. V. Viguerius cap.16.§ 4.verſ.35.dicens,eſſe cõmuniter receptam. Illeſcas in vita Gregorij Cordub. lib. 1. q. 51. Caſſaneus in cathalogo gloriæ mundi part.10.conſideratione 27. Sixto.6.biblioth.annot.47.Rebuſſ.in concord. citans alios,& Alphonſus Ciaconius, Hiſpane Chacon,Dominicanus libello de ſaluatione Traiani.Henriquez lib.9. ſummæ, qui eſt de miſſa.cap.16. qui citat Ledeſmam.2. part.4.q. 16.a.13.& q.3.ar.2. Lucam de Penna. Ioannem Fab.& Benedictum in c.Raynunt. de teſtam.

20 Ait autem Ioannes Diaconus Gregor.nõ oraſſe pro Traiano; ſed cum vidiſſet ſculptã hiſtoriam iuſtiſſimi Principis multo tempore in lachrymas prorupiſſe quouſq; veniret in eccleſiam S.Petri,Deũ vero adieciſſe quod oratio non præſumpſit: *Deſiderium enim pauperum exaudit Deus*. Sequẽti nocte apparuiſſe ei dominum, ipſique reuelaſſe,ob eius lachrymas Traianum ab inferni poenis liberatum. Vnde immerito.Abulen.4.reg. ca.4.q.57. ait, Gregorium peccaſſe orãdo pro Traiano;ideo, perpetuum ſtomachi,& pedum dolorẽ, prætequam in miſſa, ſubſtinuiſſe, & licet oraret pro Traiano expreſſe & abſolute,poſſet excuſari ignorantia, quã nõnulli etiam poſt eum habuere, vel quia diuino inſtinctu id fecit, vel quia petiuit liberationem mediante reſurrectione,& poenitentia. Nam vt ait Bon. citatus à Carthuſ.4 d.45.q.1.& D. Tho. citatus ab eodem.q.2. & Gab. lectione illa. 56. & Altiſiod.ſupra.quando apoſtoli, vel alij ſancti ſuſcitabant infideles, animæ eorum egrediebantur ab inferis,& per baptiſmũ, & poenitentiam ſalutem cõſequebantur.Vnde Sotus probabile putat fuiſſe ad vitam reuocatum,& breui tempore poenitentiam egiſſe, ideo orientem, & occidentem potuiſſe eſſe teſtem, ſicut fuiſſe teſtatur Damaſcenus. Sed obijcit Carthuſ.4.d.45.q.1.mirum eſſe, quod nõ indicauerit Gregorio,quæ ſibi acciderant neq; Gregorio gratias egerit.Reſp.tamẽ ideo forte totum orientem & occidentem teſtem fuiſſe ſecundum Damaſcenum, quia ad vitam reuocatus.Gregorio,& alijs apparuit ſuã liberationem à poenis inferni indicauit, ſed pauci,et temperatiſſime ne tempus breue ſibi conceſſum, in alio quam in poenitentia conſumeret,Ioannes Diaconus ait,ſolum liberatum à poena ſenſus,et manere cum poena damni,quod non poteſt dici ſi ſuſcitatus fuit vt poenitentiam ageret; nec placet, ſic Deum veniam dimidiaſſe. Nec credo, quod D.Tho.refert vt probabile,ſolum fuiſſe liberatum à poena vſque ad diẽ iudicij:nec quod ait Sotus,poſtea tedijſſe ad poenas,ne prædeſtinatio diuina mutaretur:nec quod alij dicunt in alio loco ab inferno per 500. annos orationem Gregorij expectaſſe. Toto igitur illo tempore fuit in inferno, et meritis Gregorij reuocatus ad vitam poenituit, vt alij damnati ſuſcitati ab Apoſtolis, et alijs. Nec enim credibile eſt quod ait Sotus 4. d.45. q. 1. ar.4.cõcl.5. neminem ſuſcitatum ex inferno, nec ex coelo nec ex puerorum limbo,ſed tantum ex limbo patrum et purgatorio. Ex omnibus enim locis contingit ſuſcitari,quamuis ex coelo et limbo patrum ſuſcitentur cum confirmatione in gratia,vt Surius to. 3. in Iunio refert de ſancta Chriſtina virgine, quæ à coelo reuocata eſt. Alias beneficium reſurrectionis eſſet ſanctis detrimentum,qui vero ex alijs locis reuocantur,manent communiter indifferentes ad vtrumlibet.

Alia de Traiano, et ſimilibus, vide apud Nauar.illo c. ſeu notab. 23. de oratione ſuper cap quando.nu.43.et ſequentibus,et Henriq. ſupra.et Azor lib.9.c.31.q.2.

Ex quibus patet ad exemplum Falconillæ, ad aliud vero Macharij.R. vel dæmonem in capite illius gentilis mentitum fuiſſe, vel vt 21 ait Gabr.ſupr. illud leuamen ſolum fuiſſe(vt ibi dicitur)eis concedi vt mutuo ſe viderent, vel vt alij dicunt,gaudere quòd non omnino eſſent obliuioni traditi, quod tamen leuamen ſeu gaudium nullatenus poenam ſenſus minuebat.Sed quomodo Macharius pro gentilibus orabat? Reſpondetur, quia ignorabat illos defunctos in ſua infidelitate deceſſiſſe,aut licitum,et vtile eſſe pro damnatis orare,vt leuamen aliquod acciperent,vel orabat ex peculiari Dei inſtinctu,et inſpiratione;aut tantum orabat virtualiter,deſiderando, vt ſi fieri poſſet leuamen aliquod haberent.

Poſt hæc ſcripta legi Bellarminum tom. 1. 22 lib.2.de purgatorio. cap.8. vbi ait, ſi hiſtoria illa defendi debet, oportere dicere Traia- *Bellarmin.* num non fuiſſe damnatum abſolute ad inferos, ſed ſolum punitum in inferno ſecundũ præſentia eius demerita,& ſuſpenſam ſententiam propter præuiſas B. Gregorij preces, et præterea non immediate ex inferno ad coelum tranſijſſe, ſed prius corpori vnitum, et tunc baptizatum,et poenitentiam in hac vita egijſſe:iſta enim eſt communis ſolutio D. Thom.Durandi,Richardi,et aliorum.4.d.45. Quia tamen Traianum reſurrexiſſe ſine teſte dicitur

Digitized by Google

dicitur: nec enim vllus veterum huius rei me
minit,& repuguat Damaſceno expreſſe aſſe-
renti,de inferno ad cælum tranſiſſe, non au-
tem ad hanc vitam redijſſe,& ſi pœnitentiam
egit,in inferno illá egiſſe ideo Bellarmi. ma-
gis acquieſcit Cano,& Soto hanc hiſtoriam
reijcientibus,non obſtaote apologia Ciaco-
nis. Mouetur autem primo, quia quotquot
hanc hiſtoriam admiſerunt, id fecerunt pro-
1. *Ratio.* pter Damaſceni auctoritatem:at librum illū
non eſſe Damaſceni,probatur,nam in eo non
ſolum auctor dicit Traianum, & Falconillá
ex inferno damnatorum ad regnum cœlo-
rum tranſiuiſſe,ſed etiam multos alios,qui in
infernum deſcenderunt,quia fide diuina ca-
ruerint,à Christo conuerſos,& ſaluatos,quá-
do ad inferos deſcendit, quod per ſe erroneū
eſt,& contrarium Damaſceno.2. de fide, c. 4.
vbi dicit,hominibus id eſſe mortē, quod fuit
angelis caſus,Secundo,quia nullus auctor la-
tinus hiſtoriæ eius meminit vt Paulus Diaco
2. *Ratio.* nus, Anaſtaſius Bibliothecarius, Marianus,
Scotus, Ado, ac ne ipſe quidem Beda, qui
B. Gregorij ſtudioſiſſimus fuit. Imo in ipſa
Romana eccleſia,& in eius archiuis nulla
huius rei memoria extabat, quando Ioannes
Diaconus vitam Gregorij ex archiuis Roma-
nis diligentiſſime collegit:tamen lib. 2. c. 44.
dicit hanc hiſtoriam repertá in eccleſia qua-
dam Anglorum,nec fidem certam illi habi-
tam à Romanis.Tertio, quia Gregor. 34. mo-
ral.c.12.alias c.13.diſſerre docet,non poſſe ora-
ri pro infidelibus defunctis ſicut nec pro dia
3. *Ratio.* bolo,quia in æterna, & irreuocabili damna-
tione ſunt.Reſpondet Abulen.4.regum. q.57.
Grego.peccaſſe mortaliter. Sed abſurdiſsimū
eſt,& fere blaſphemum;cum conſtet Grego-
rium ſanctiſsimum,& prudentiſsimum fuiſſe.
Deinde ſi mortaliter peccauit orando, quo-
modo fuit exauditus? Vnde Ciacon. Reſpon.
Gregorium non peccaſſe orando,ſed meruiſ-
ſe potius,quia licet ordinarie non liceat ora-
re pro damnatis,licet tamen ex peculiari in-
ſtinctu diuino.Sed contra quia eadem hiſto-
ria refert,Gregorium propter hoc peccatum,
punitum fuiſſe perperoo dolore ſtomachi, &
pedum.Reſpon.Ciacon. hunc dolorem non
fuiſſe datum Gregorio in poenam,ſed ne ela
tio illi ſubreperet. Sed contra: nam Petrus
Diaconus, quem ipſe citat ex libro quodam
Bibliothecæ Vaticanæ,dicit Gregorio ab An
gelo dictum fuiſſe, quod quia præſumpſerat
hoc petere,laboraret vſque ad mortem dolo
re,&c.Quarto,quia argumenta Ciaconis nō
concludunt,ipſe enim nititur præcipue his te
4 ſtibus.Primo teſtimonio Petri & Ioannis dia
conorum, Gregorij, quod extare dicit in bi-
bliotheca vaticana.Secūdo,teſtimonio in no
minati auctoris, qui ſcripſit vitam B. Grego-
rij, quæ præponitur operibus eius impreſſis
Baſilicæ anno. 1564. qui auctor videtur vixiſ-
ſe tempore Beati Gregorij, 3. teſtimonio Da-
maſceni. 4. Ioannis Diacon. 5. D.Thomæ. 6.
Birgittæ.7. Mecthildis.

Primum teſtimonium valde ſuſpectū eſt,
quia ſi illud eſſet Petri diaconi, non diceret
Ioannes Diaconus,hiſtoriam hanc non ex-
tare in Romana eccleſia,ſed ſolum apud An- 25
glos. Præterea iſte Petrus dicit Gregorium à
Deo petiuiſſe, vt quotquot ſepellirentur in
eccleſia ſanctæ Andreæ in Cliuo ſcauri non
poſſent damnari,dummodo fidem tenuerint
chriſtianam & impetraſſe:Grego.autem non
ita oraſſet, nam pro defunctus cum fide for-
mata non opus erat,pro defunctis autem ſine
charitate quis credat?Item totum illud fraga-
mentum redolet nouitatem; ideo ſuppoſitū
videtur:vocet enim Gregorium Diuum,quod
eo tempore erat inuſitatum. Item anteponit
Cardinales epiſcopis,quod repugnat Ioanni
diacono qui in vita Gregorij ſcribit ex Car-
dinalibus promoueri ſolere à Gregorio mul-
tos ad Epiſcopatum,& ad gradum altiorem,
alia quoque habet ſigna nouitatis. Tertium
teſtimonium iam eſt reiectum .Quartum eſt
contra ipſum Ciaconem. Nam Ioannes dia-
conus dicit,animam Traiani non fuiſſe libe-
ratam de inferno, ſed ſolum id obtinuiſſe, vt
in inferno exiſtens non pateretur pœnam ig-
nis.Ciacon autem vult eam eſſe in cœlo bea
tam.Quintum eſt etiam contra ipſum, nam
B.Thomas,vbi ex profeſſo hoc tractat nem-
pe.4.d.42.q.2.probabiliſſimum putat, animā
Traiani liberatam ſolum à pœna inferni vſq.
ad diem iudicij ac deinceps cruciandam cū
cæteris.Sextum eſt valde obſcurum: nam Bir
gitta non dicit Traianum eſſe ſaluum,ſed ſo-
lum eleuatum ad gradum altiorem, vbi indi-
cat in inferno aliquid ſalutis recepiſſe. Septi-
mum eſt expreſſe cōtra ipſum nam Mecthil-
des dicit ſe petiuiſſe à domino, quid egerit
cum animabus Sampſonis, Salomonis, Ori-
genis, & Traiani. Et reſponſum eſſe, Deum
velle eſſe omnibus incognitum, quid ſua li-
beralitas cum illis egerit. Si ergo Deus vult
eſſe incognitum, non eſt credendum aucto-
ribus,qui aſſerunt Traianū eſſe in cælo.Adde
quod Deus in hac reuelatione coniungit Tra
ianum cum Origene: at in prato ſpirituali,
quod citatur à ſeptima Synodo, & à Ioanne
diacono lib.2 cap. 45. vitæ Gregorij narratur
alia reuelatio,qua Origenes viſus eſt in ge-
henna ignis cum Ario,& Neſtorio,& 5. ſyno
dus,cap.1.dicit anathema Origeni, ſicut Ario
& Neſtorio,& cæteris hæreticis. Hæc Bellar-
minus.

Verum aliquis Traiani ſtudioſus poſſet ad
1. rationem reſpondere cum Azor ſupra non
conclu

24 concludere cum ex Græcis patribus nonnulli ſenſerint aliquos infideles in inferno exiſtentes Chriſto domino ad inferos deſcendẽte,& prædicante conuerſos,& ſaluatos fuiſſe de quo alibi. Quod vero idem Damaſcenus dicit;quod hominibus eſt mors, angelis eſſe caſum põt intelligi de lege ordinaria in qua putarunt aliqui Græci diſpenſatum fuiſſe cũ Chriſtus ad inferos deſcendit. Ad. 2. R. caſu aliquo fieri potuiſſe, vt illa hiſtoria Romæ non haberetur,vel non reperiretur,ſed apud Damaſcenum & eccleſiam aliquam Anglicanam: de quibus non eſt credibile,abſque fundamento eam cõfinxiſſe, quorſum enim? Ad 3.R.Gregorium,licet non peccauerit mortaliter,potuiſſe peccare venialiter ex ignorantia,& præſumptione leuiter culpabili, perſuadendo ſibi ſine ſufficiẽti ratione fortaſſe eius lachrymas,vel orationes præter legem exaudiendas eſſe,& ideo dolore illo ſtomachi, pedumq. punitum. Quamuis Henriquez dicat in vicem pœnæ quam paſſurus erat Traianus facta quadam commutatione affectum fuiſſe Gregorium dolore illo,qui large dici poteſt poena,& Medi.Cordub.& Nauar.negant,dolorem illum inflictum Gregorio ob cauſam Traiani,ſed ob alias cauſas. Ad. 4.R. primum teſtimonium non eſſe paruipendendũ, quamuis enim illud opus eſſet Petri diaconi, dicere potuit Ioannes diaconus,hiſtoriam illam non extare in Romana eccleſia, ſed apud Anglos,quia Petrus diaconus,vel nondum illud ſcripſerat,vel ex eccleſia Anglicana aut externis alijs illud ſumpſerat,ſicut & ipſe Ioannes diaconus,& quod Petrus diaconus dicit de ſepelliendis in eccleſia S. Andreæ, poteſt referri ad pœnas purgatorij,nec vocare Gregoriũ, diuũ, eſt ſufficiẽs ſignũ nouitatis, & recte potuit Cardinales anteponere epis, quia in aliquo ſunt ſuperiores neque id negat Ioannes diaconus,& cur quis illud opus fingeret, & ſupponeret in eccleſia vaticana? Idem eſt de 2.de quo nihil dicit Bellar.3.iam defendimus. De.4. teſtimonio dici poſſet ,licet in aliquo eſſet contra Ciaconem:in alio tamen ipſi fauere;nimirũ in eo quod precibus,vel lachrymis B. Gregor. aliquo modo liberatus fuerit Traianus à pœna inferni.De modo autem liberationis ſunt variæ opiniones,nã cõmunis opinio pro qua multos citat Henriq.ſupr.§.3. quos & nos citauimus ſentit,poſt mortẽ detentam alicubi fuiſſe ei⁹ animam ad tempus, vt poſtea lachrymis,& orationibus B.Grego. à Deo preuiſis in corpus rediens pœnitentiã ageret, & ſaluaretur, ſed §. 4. ait Henriquez probabilius eſſe non fuiſſe penitus liberatam à damnatione,ſed poenam ſenſus ſuſpenſam in ea fuiſſe per aliquod tempus: puta dum vixit Gregor. vt ait Ioannes diaconus,vel vſque ad diem iudicij,vt ait Abulen. quod probabilius ſuppoſita hiſtoria putat Bellarmin. inter eos etiam qui dicũt,penitus liberatam à damnatione,ſunt variæ ſententiæ de modo,& ordine.Nam Medin.Cordub.Nauar.& alij communiter dicunt,redijſſe corpus, & poenitentiam egiſſe.Ledeſma autem.2.parte.4.q.3.a.2. quod & innuit Sixtus. 6. Biblioth. annot. 47. putat animam illam à limbo translatam ex priuilegio nulla reſurrectione, vel poenitentia præuia,quia ſuſcitatio non refertur à Damaſceno,nec ab alio antiquo hiſtorico, vt ex Bellar.notat Henri.illo. § 4 nec apoſtoli aut alij ſuſcitarunt aliquos tandiu defunctos ſicut Traianus,qui obijt anno Chriſti.118. Gregorius autem anno.604.quare vita excellerat Traianus ante mortem Gregorij. 490. annis. De. 5. teſtimonio conſtat, maxime eſſe pro Ciacone,quia licet *D.* Tho. probabile cenſuerit Traianum ſolum fuiſſe liberatum à pœna ſenſus vſque ad diem iudicij:tamen abſolute docet liberatam in perpetuum. De. 6.teſtimonio dico non concludere, quòd Traianus fuerit omnino ſaluus,quamuis ſic poſſet intelligi,eleuatum ad gradum altiorem. §7.teſtimonium maxime fauet: nam in eo inſinuatur, Traianum ex Dei liberalitate præter legem fuiſſe ſaluatum,ſicut Sampſon ſecundum cõmunem opinionem pro qua multos citat Hẽri.ſupra § 3.qui etiam alios citat pro Salomone:de Origene idem ſentiunt multi, reuelatio autem de viſione Origenis in inferno ſi vera eſt,intelligi poteſt de exiſtentia in inferno ſecundum deputationem, & præſentem iuſtitiam,quando hæreſim habuit,vel de exiſtentia in inferno ad tempus, aut in parte illa inferni, quæ eſt purgatorium, & 5. Synodus anathema dicit Origeni pro eo tempore,quo putauit fuiſſe in hæreſi. Sed vt alij timeant, omnia hæc voluit Deus incerta eſſe.

Hoc igitur modo defendi poteſt, Traianum à pœna inferni precibus, vel lachrymis Gregorij liberatum, ſed oppoſitum præter ſuperius citatos tenet Suarez.3 p.to.2.diſp.43. ſect. 3.& to.4.diſp. 48. ſect. 4. non quidẽ quòd Damaſc.ſit antiquior Greg. vt exiſtimauit Med. 3 p.q.52.a.6.verius enim eſt Damaſcen. vixiſſe tẽpore Iconomachorũ imperãte Leone Iſauro,& ſub Greg 2.de quo late Billius in vita *Da*maſ.ſed propter rationes Cani,Soti.& Bellar.

SECTIO. V.

Quibus de cauſis peccatum aliquod puniatur pœna æterna.

SED quod diximus,peccatum ali- 25
quod puniri pœna æterna, difficile admodũ eſt, quia crudele videtur, & cõtra ordinẽ diuinæ iuſtitiæ,peccato tam breui, & malitiæ finitæ æternã pœnam

Digitized by Google

nã tetribuere.¶Conf.1. ex gloſſa Aug.in id Pſ.
81.*ex vſuris,& iniquitate,&c.* quæ ait, *Vſuras eſſe*
peccata,quia magno nobis cũ fœnore pœnas pariunt:
Deus enim plus exigit in pœnis, quã cõmiſſum ſit in
culpis. Vnde Apoc.18. *Reddite illi duplicia ſecũdũ*
opera eius,in poculo, quo miſcuit vobis, miſcete illi
duplũ;ergo pœna eſt im̃proportionata culpæ,&
ſic eſt iniuſta. Saltẽ videtur aliena à miſericor
dia Pſ.76. *Cogitaui dies antiquos, &c. nunquid in*
*æternũ proyciet Deus,&c.*lege. Cõf.2.quia delin
quẽs ſeruus à iuſto domino id circo cedi præ-
cipitur,vt emendetur;ideo vapular, vt corri-
gantur:damnati autem corrigi non poſſunt,
quo ergo fine ſemper ardebunt? an vt alij cor
rigantur? ſed hoc poſt iudicium vniuerſale
locum non habet. ¶Hanc quæſtionẽ ex hoc
duplici capite ſcilicet proportione pœnæ ad
culpam, & fine propter quem pœna infertur,
verſat Greg.4. dialogi,c.44. quem tranſcribit
Beda,to.8. lib. variarum quæſtionum q. 10.&
quidem ex.2.cap.non eſt tanta difficultas. Re
ctẽ enim Reſpon. *Illos æterno ardere,vt iuſti om-*
nes videant in Deo gaudia,quæ percipiunt, & in il-
lis ſupplicia, quæ euaſerunt, quatenus in æternũ tã-
to magis debitores ſe cognoſcant,& in æternum ma-
la puniri conſpiciant, quæ eius adiutorio vicerunt.
De hac re bene etiam agit Pariſienſis lib. de
legibus.cap.22.Dur.4.d.46.q.2.ad.2,*D.*Thom.
3.contra gentes.c.143.& 144.Zumel hic. Male
ergo Platonici,quos ſecut⁹ eſt Maro.*6.Ænei-*
dos apud Aug.21.ciuit.ca.13.dixere oẽs pœnas
eſſe purgatorias,& ordinari ad emendationẽ
ideo nullas eſſe perpetuas, & quidem aliquæ
ad aliorum emendationem tantum ordinan-
tur, *Nam ſtulto flagellato ſapiens ſapientior erit.*
Prouerb.19. quod, & de perpetuis verum eſt
quatenus homines in hac vita conſiderantes,
pœnas damnatorum fore perpetuas, emen-
dẽtur.Plato tamen dialogo de Retho. plane
fatetur æternas pœnas, ſed intelligit tyran-
norum,non aliorum vt patet apud Euſeb.12.
præparation.c.3. Sed ex primo capite maior
difficultas eſt,pro qua ſtatuto, vt certiſsimũ,
in malorum punitione nullam eſſe apud Deũ
iniquitatem,vt docet Auguſt.1.retract.cap.9.
& de fide contra Manich.cap.9. de natura bo
ni contra Manich.cap.30. & 31.& ex illo Ro.
3. nunquid iniquitas apud Deum, ad idem ad
duci poteſt id Deuteron.32.*Iuſtus & rectus do-*
minus. idem probatur. Nam etiamſi tormen-
tum,& damnum illatum culpam excederet,
non eſſet Deus iniuſtus priuatiue: quia cum
ſit abſolutus dominus omnium faciendo,de
eis quidquid ei placuerit, nullam iniuriam
irrogat:vt notant fere omnes hic, & Herre.2.
diſp.42.q.2.not.3.ſi autẽ pęna excedret culpã,
eſſet iniuſtus negatiue,id eſt nõ ſeruaret iuſ-
titiã,& æquitatẽ quantũ ad illũ exceſſum pu-
nitionis, & ſi per impoſſibile id nulla honeſ-
ta ratione faceret, eſſet immitis, & crudelis
nõ ſolũ autẽ hæc crudelitas, ſed etiã illa iniuſ
titia mere negatiua longe eſt a Deo,q potius
ex cõmuni Theologorũ,ſemp punit citra cõ-
dignũ,& quod attinet ad iuſtitiã patet ex Deu
te.25. iuxta menſurã delicti erit & plagarum
modus,& Apoc.18. *Quantũ glorificauit ſe, & in*
delitijs fuit,tantũ date ei tormentũ & luctũ. & Iſa.
27.*In menſura contra mẽſurã cũ adducta fuerit,iu-*
dicabit eã. ¶Vt autẽ æternitas pœnarũ non vi- 26
deatur excedere culpæ grauitatẽ, varias ratio
nes aſsignat D.Th.q.87.a.3.& a.4.ad 3.& art. 5.
3.cont.gent.c.143.& 144.& opuſc.2. c.183. & 2.
d.42.q.1.ibi *D*uran.q.7.Albert.& alij Ledeſ. 2.
4.q.vlt.per totã ex D.Th.4.d,46.q.6.a.5. Ægi-
di.op.de prædeſt.c.15.Antonin.1.p.tit.5. c.3.§ 2.
Altiſio.1.ſum.c.15.q 2.Alens.2.p.q.127.mẽbr.3.
& 7.Ant.Perez cert.9.expoſ.c.10.n.86.Herrer.
2.diſp.42.q.2.Sayr.lib.2 c.13.n.8. Picus apolog.
q.2.Richar.de *S.*Vict.lib. de poteſtate ligãdi.
c.3.Somnius tract.de præceptis in genere. c.8.
& 9. omnes iuniores in hac q 87.a.5.Vaz.Zu-
mel,Valen.Medi.& alij. ¶1. Et cũmuniter ra- *1. Ratio.*
tio,qua vtuntur Altiſ.Antoni.Alens. Richar.
Ægid.& D.Tho.eſt quia.p. m. habet infinita-
tẽ quandã quatenus eſt contra Deũ,qui eſt in
finitus:ergo debetur ei pœna infinita in dura
tione: qa in intẽſione dari nõ põt, nec debet.
Sed cõtra hanc rationẽ arguitur,quia.p.m.nõ *Obiectiões*
habet malitiã infinitã ſimpliciter, ſed ſecun. *cõtra illam*
dũ quid, vt poſtea videbimus, ſicut quilibet 1.
actus charitatis habet infinitã bonitatem ſe-
cundũ quid tantũ:ergo.p.m.nõ debet correſ-
põdere infinita poena ſecundũ durationem.
Si dicas,talẽ poenã ſolũ eſſe infinitã ſecundũ
quid,cũ ſolũ ſit infinita extenſiue ſecundũ tẽ
pus,& ſyncathegorematice ſicut p̃petua pri-
uatio viſus,auditus,& ſimiliũ bonorũ naturę,
vel fortunæ,vel induſtriæ, & ſic bene propor
tionari peccato habẽti malitiã infinitã ſecun 2.
dũ quid. Cõtra hãc ſolutionẽ arguit̃. ¶2.Quia
etiã.p.venia. habet hanc infinitatẽ ſecũdum
quid,præſertim ſi habeat Deũ pro obiecto, vt
vt odiũ *D*ei,infidelitas, deſperatiove non ple
ne deliberata:tñ non debetur ei poena æter-
na:ergo nec mortali.¶3.Quia etiã ſi poena nõ 3.
ſit ęterna,erit infinita ſecundũ quid eo modo
quo culpa:ergo p eã ipſa culpa ſufficiẽter erit
punita. Antecedẽs patet:nã priuari Deo ad tẽ-
pus eſt poena infinita ſm̃.quid,quia priuat ſũ-
mo bono ad tempus,& talis priuatio infinite
excedit priuationẽ tẽporalẽ cuiuſcũq. alteri⁹
boni.¶4.Quia põt dari ignorãtia.l.inaduertẽ- 4.
tia inculpabilis đ Deo,& tũc homo peccaret
m. cõtra legem humanã, vel naturalẽ furãdo
vel occidendo:quæ ignorantia excuſaret illũ
à deformitate ſic ignorata:ergo tunc excuſa-
ret à peccato vt eſt contra Deum; & ſic tale
peccatum,quod non haberet infinitam mali-
tiam

Digitized by Google

tiam non eſſet puniendum pœna æterna. Alias nullum peccatum mortale eſſet ſufficienter punitum poena quantumcumque acerba, modo eſſet finem habitura. quod videtur durum & certe in Repub. humana nulla eſt tan grauis culpa, quæ per poenam finiti temporis acerbiſſimam non ſit ad æqualitatem punita: ergo idem eſt in Repub. diuina, quæ non eſt ſeuerior. ¶ 6. Quia vno peccato ſufficienter punitur aliud, præſertim minus vel æquale, quia tunc culpa & poena proportionantur: ergo tunc priori peccato non eſſet danda alia poena.

27 Defendendo hanc. 1. rationem, ad has obiectiones reſpondendum eſſet. Ad primam vt ibi reſponſum eſt. Ad ſecundam autem peccatum mortale quadrupliciter eſſe contra Deũ, 1. vt legiſlatorem in re graui. 2. vt honorandum, quia per tranſgreſſionem legis diuinæ in re graui, notabiliter & grauiter læditur diuinus honor. 3. vt amicum, nam qui tranſgreditur legem diuinam in re graui, & notabiliter lædit diuinum honorem, contra leges amicitiæ facit, & indignus eſt diuina amicitia, ex quibus conſequitur eſſe. 4. contra Deum, nimirum vt finem: inimicus enim Dei non debet frui ipſo, ſed perpetuo angi & dolere de eius amiſſione. Peccatum vero veniale ſolum eſt contra Deum ſecundum quid, quia tranſgreditur eius legem in re leui, vel modo imperfecto, nimirum ſine plena, & notabili deliberatione & libertate, ideo leniter lædit diuinũ honorẽ, nec homo eo fit indignus diuina amicitia, quia amicitia Dei, leui đ cauſa nõ debet diſſolui; eſſet enim quædã veluti inconſtantia & leuitas in Deo, ideo nec debet priuare fruitione diuina, quæ fundatur in amicitia diuina. Reſpon. 2. quod quia peccatum veniale eſt contra Deum ſecundum quid & imperfecto modo, ideo reſpondet ei poena æterna & infinitæ extenſionis, modo tamen imperfecto, ſcilicet conditionaliter ſi coniungatur peccato mortali vel originali. Quod poſtea diſcutietur. Ad tertiam Reſpondetur, priuari Deo ad tempus non eſſe poenam infinitam ſecundum quid, quia ad carentiã Dei, etiã ſine à peccato futurã per aliquod tẽpus ſolũ addit maius tẽpus, ꝙ eſt quid finitũ. Et præterea fruiturus Deo in perpetuũ nõ reputat magnũ malum carere eo ad tempus. ¶ Ad quartam Reſpon. aliquas eſſe circũſtantias, quæ dant bonitatem vel valorem, quamuis non ſint cognitæ, vt dignitas perſonæ operantis, quæ prouenit à gratia vnionis, vel à gratia habituali, eleuat actum ad finitum, vel infinitum valorem meriti & ſatisfactionis, quamuis non ſit cognita, & ſimiliter periculum malæ educationis prolis & alia damna quæ per ſe, & quaſi intrinſece ſunt coniuncta fornicationi, ſtupro, vel adulterio, dant ſuam deformitatem actui, licet nec ſint cognita, nec culpabiliter ignorata. Et ratio eſt, quia hæc omnia afficiunt actum quaſi intrinſece ideo parum refert, eſſe cognita vel incognita. Ideo qui ea cognoſcit, non peccat notabiliter grauius quam qui ea ignorat, & propterea non tenetur hanc cognitionis circunſtantiam confiteri. Similiter ergo circunſtantia diuini legiſlatoris dat circunſtantiam tranſgreſſioni legis, licet nec ſit cognita nec culpabiliter ignorata, quia eſt quaſi intrinſeca ipſi tranſgreſſioni. Nullius enim legis tranſgreſſio habet rationem culpæ niſi quatenus eſt tranſgreſſio legis diuinæ, à qua omnis alia vim capit. Adde quod legiſlator in imponendis poenis reſpicit ad ea quæ per ſe, & communiter contingũt, & non ad ea quæ per accidens & raro: & quia per ſe & communiter circunſtantia diuini legiſlatoris eſt cognita, vel culpabiliter ignorata ab eo qui alioqui ſcit, actum eſſe contra legem vel regulam aliquam, ideo quamuis per accidens & in aliquo raro caſu hoc non inueniatur, imponitur æterna poena quaſi ſemper reperiretur. Vnde eandem deformitatem habet & conſequenter eandem poenam meretur peccatum mortale in cognoſcente actu Deum, & in eo qui inuincibiliter eum ignorat, vel inculpabiliter eum non conſiderat. Alioqui circunſtantia huius cognitionis in infinitum aggrauaret, & eſſet neceſſario confitenda contra omnem Eccleſię conſuetudinem.

Ad quintam Reſpondetur Rempub. non poſſe exacte punire peccatum mortale, vt eſt contra Deum; neque debet quia non expediret communi bono tantam inferre poenam, quantam meretur, ideo Reſp. ſolum punit iuxta exigentiam communis boni: Deus autem ixta exigentiam peccati ſimpliciter & abſolute, & ideo poena æterna: nam quælibet temporalis quãtumcumque acerba eſſet minor quam culpa.

Ad ſextam Reſpondetur, malitiam infinitam in eſſe moris, quam præcedens peccatum habet, punienda in eſſe infinita malitia in eſſe naturæ, & nõ in eſſe moris qualẽ habet peccatũ mortale ſequens, quia hanc poenam peccator ipſe paruipendit, nihil enim æſtimat eſſe moris; ſed naturæ. Ideo vnum peccatum non punitur ſufficienter alio, maxime quia vt diximus vnum peccatum non eſt ſecundũ ſe poena alterius: ſed ſecundũ permiſſionem antecedentem vel ſecundum aliquẽ effectum conſequentem.

2. Ratio, qua vtuntur D. Thom. Anton. 28
2. Ratio.

propter quod tradidit illos in paſſiones ignominiæ, ideſt peccata ignominioſa, quæ dicũtur paſſiones, ideſt pœnæ, & 2. Theſalon.2 *mittet illis operationem erroris & cætera*, & Apocalypſi. 22. *qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc*, & Pſalm. 68. *appone iniquitatem ſuper iniquitatem eorum*. Idem docet Iſido.2.de ſum.bono.cap.39.Gregor.25. moral.cap.12.num.1.& Chryſoſt.ho de Adam & Eua.Bernar.ſerm.de diuerſis affectionibus. §2.Quia ad rationem pœnæ ſufficit eſſe damnum illatum, vel permiſſum propter culpam alicuius; ſed interdum Deus propter vnã culpam, permittit aliam ſecundum ſe ipſam: ergo vna culpa ſecũdum ſe, eſt pœna alterius. Nec valet dicere, culpam non poſſe eſſe pœnam, quia culpa eſt voluntaria; pœna autem inuoluntaria. Vt inquiunt. Auguſt.1.de lib.arb c.1. de fide ad Petrum c.21.Anſel.de conceptu virginali cap.4.D.Thom.hic art.2.1 p.q.48. art.5. & 3.cõtra gen.c.141.Non, inquam, valet; quia ad rationem pœnæ nõ requiritur eſſe omnino inuoluntariam; ſed ſatis eſt eſſe aliqua ratione inuoluntariã: id vero habet ſecundum ſe omnis culpa: diſplicet enim aut diſplicere poteſt quatenus eſt malum quoddam naturæ rationalis & contra eius inclinationẽ, vt docet Aug.3 de lib.arb.c.13.D.Tho. de malo q.1. art.4. Damaſcen.& alij: ergo omnis culpa ſecundum ſe poteſt eſſe pœna. Vnde Auguſt.1. confeſ.c.12.iuſsiſti & ſic eſt vt omnis animus inordinatus ſibi ipſi pœna ſit, ideſt malum quoddã pœnale, quod reſpectu culpæ præcedentis eſſet pœna, ſi ob illam culpã permitteretur à Deo.3.Probat Valentia, quia priuatio gratię ſub vna ratione eſt culpa habitualis; ſub alia vera pœna, vt ſuperius diximus & in paruulis fatetur Durand.2.d.30.q.3 ergo ſimiliter peccatum actuale poteſt eſſe ſub vna ratione culpa, & ſub alia pœna: nẽpe culpa, vt actio; pœna, vt paſsio permiſſa à Deo, vt eo damno puniatur peccator.

Pro hac ſententia Medina Canus, & alij
10 nonnulli referunt Caiet.in id.2.reg.12.ſuſcitabo ſuper te malum de domo tua, quia dicit Deum eſſe auctorẽ peccati, quatenus eſt pœna, & eſſe pœnam, vt paſsio eſt, & in id.2.reg. 16.dominus præcepit ei, vt malediceret Dauid. Sed reuera Caiet. aperte tenet ibi, peccatum non eſſe pœnã ſm̃ ſe; ſed ratione alicuius antecedentis, comitãtis, vel cõſequentis, quæ eſt cõn. noſtra, quã etiã tenet. Vazq. diſp.146. c.3.citans pro ſe Magiſtrum.2.d. 36. vbi id tenet Dur.q.2.Palac.diſp.vni.Capr.q.vni.a.3.ad 2.Aureoli cõtra 1.concl.Alber.a.1.& 2.Vigue. c.18.§.1.verſ.2 D.Th.hîc ar.2.vbi Caiet. Medi. Zumel & alij cõmuniter. Altiſiod.lib.2. tract. 5.c.5 q.3.Alexand.1.p.q.40.men b.2. ad.3. &.5. Herrera ſupra.

11 Prob.1.ex Dioniſ.c.4.di. nomi. par.4. *plecti non eſt peccatum, ſed fieri dignum ſupplicio*.2. quia nullus vnam iniuriam ſibi irrogatam alia ſui oſtenſione vlciſcitur: cum is, qui vlciſcitur, gratia ſui operetur, vt dicit Ariſt.1.ethic.c.10. vnam autem ſui offenſionem alia vindicare non eſſet gratia ſui operari; ergo Deus vnum peccatum non punit alio. §3.Quia poena placet infligenti tanquam iuſta & æqua, Deo autem culpa placere aut æqua, iuſta ve videri non poteſt: ergo nõ poteſt vno peccato aliud punire.4.de ratione pœnæ eſt poſſe inferri omnino repugnanti: peccatum autem dari non poteſt in omnino repugnante: ergo non poteſt habere rationem poenæ. Sic intellige, rationem D.Thom. Capreo. Pala. & aliorum aſſerentium, ideo peccatum ſecundum ſe non poſſe eſſe poenam, quia de ratione peccati eſt voluntarium, de ratione autem poenæ inuoluntariũ. §5.Omnis poena inflicta à Deo, iuſte & laudabiliter eſt inflicta, vt notat Aug.1.retract.c.9.& 3.de libero arb.c.18. de fide contra Manich.c.9.lib.83.quæſt.q.82. & ſumitur ex Dion ca.4. di.no. dicente, puniri nõ eſſe malum, ſed fieri poena dignum: at peccatum nõ poteſt iuſte infligi: ergo §Conf.1. quia poena reſtituit rectum ordinem quem culpa deſtruxerat. 2. eth.& lib.10.c.vlt.& D. Th. hac.q.a.1. ſed per peccatum ſecundum ſe non reſtituitur rectus ordo: ſed magis deordinatur peccator, & ſit minus ſubditus Deo: ergo peccatum ſm̃ ſe nõ poteſt eſſe pœna peccati. Conf.2.quia pœna poteſt placere vt damnum puniti: malitia autẽ nec vt damnũ puniti placere Deo poteſt: ſed tantũ ob alios fines: ergo malitia præciſa ab alijs damnis non põt eſſe pœna. Conf.2.quia omnis pœna eſt à Deo, vt docet Aug.1.de lib.arb.ca. 1.& patet Iſaiæ.45. 12
ego dominus faciens pacẽ & creans malum, ideſt pœnã. Amos.3.ſi eſt malum in ciuitate, quod nõ fecerit dominus. Vnde cum Auguſtinus li.83.quæſtionum q.21.dixiſſet, Deum nõ eſſe auctorẽ mali, poſtea.1.retractat.ca.26.declarat, ſe fuiſſe locutũ de malo culpæ, & non pœnæ, quia pœna bona eſt, & à Deo iuſte malis infligitur. Nec valet ꝙ dicunt Canus Valentia Scot. & Gabr.ad pœnã ſatis eſſe, ꝙ ſit à Deo deferente & permittente: Nam vt obijciunt Caiet.Pala.Zumel & alij, ſic culpa etiã eſt à Deo, aliquo autẽ modo pœna eſt à Deo, quo nõ põt eſſe culpa: ergo pœna debet eſſe à Deo vt faciẽte & iuſte decernẽte & volẽte, vel certe permittẽte illã vt eſt damnũ puniti. Vnde Baſſolis Gab.& alij reſp pecc.vt eſt pœna, eſſe à Deo pluſquã permiſsiue, nẽpe à Deo, vt faciẽte, & volẽte; quia vt pœna, non eſt culpa eo quod anima paſsiue tãtũ ſe habet ad illud & ponunt exẽplum in peccato crucifigentiũ Chriſtũ, ꝙ vt actio erat peccatũ & nõ à Deo niſi permiſsiue, ſecus vt paſsio. Sic ergo quod peccator

peccator patiatur hanc pœnã bonũ eſt, & à Deo fit. Hanc doctrinam reijciunt Canus & Vaz. eamq. eſſe peſſimã ait Zumel hîc & q.79 a.2. diſp.4 quia inordinatio & culpa vt recipitur in anima, reddit eam peccantem, malam & culpabilem: Deo autem auctore nemo fit deterior, teſte Aug. li.83. quæſtionum q.3. Item ſi Deus ſimpliciter, & proprie eſt cauſa inordinationis vt recipitur in anima; ergo ipſe facit animam inordinatã, & peruerſam, & peccator põt dicere, ille me implanauit & peccare fecit, &c. imo cũ inordinatio illa, & actus inordinatus: & vnio ipſorũ cũ anima, ſicut & cætera accidentia eadẽ actione fiãt, & vniãt quia eorum eſſe eſt ineſſe, & quia in ſuo eſſe pendent ab inhærentia, & inhærẽtia ab ipſis, ſi Deus abſolute eſt cauſa, vt inſint animæ, etiam eſt cauſa vt ſint abſolute: ergo Deus eſt abſolute, & pluſquã permiſſiue cauſa peccati, vt peccatum eſt, maxime cum peccatum non conſiſtat in actu inordinato abſolute, ſed vt inhærente animæ. Vnde extra animam non poteſt eſſe peccatum: conſequens autem eſt abſurdum: ergo culpa ſeu inordinatio, vt paſſio eſt, non eſt à Deo. Item ſecundum aduerſarios inordinatio, & malitia moralis ſecundum ſe eſt pœna, quia ſecundũ ſe nocet, & eſt mala animæ: malitia autem moralis intrinſece includit actionem animæ: nam de ratione mali moralis eſt eſſe libere à voluntate: ergo inordinatio illa non ſolum, vt paſſio, ſed etiã vt actio, eſt à Deo, quod aduerſarij negant. Præterea ſi vt recipitur in anima poteſt eſſe proprie à Deo propter peccatum præcedens: ergo etiam nullo peccato præcedẽte poterit eſſe proprie à Deo, ac proinde non vt malum pœnæ, ſed vt malum quoddam morale, quod eſt abſurdum, & contra ipſum magiſtrum, & alios, qui licet concedant peccatum poſſe eſſe à Deo, vt pœnam, negant tamen poſſe eſſe à Deo vt peccatum eſt. Item actio & paſſio ab eodem fiunt, vt patet in calefactione actiua, & paſſiua, maxime ſecundum eos, qui exiſtimant actionem, & paſſionem ſola ratione diſtingui: ergo ſi peccatũ, vt paſſio, eſt à Deo, etiam vt actio, & idem eſt de ipſa inordinatione actiua & paſſiua: ergo ſi Deus facit vt animus ſit inordinatus, ipſe deordinat animum. Item tam voluntaria eſt inordinatio vt actio ſicut eſt vt paſsio, quia vtraque ratione ſolum eſt voluntaria conſecutiue, & in cauſa, quæ eſt actus, ad quem ſequitur: ergo ſi vt actio, non poteſt eſſe pœna, quia eſt voluntaria idem erit dicẽdum de illa vt paſſio eſt. Ad exemplum autem de peccato crucifigentium Chriſtum, Reſpondet Canus in eo paſsionẽ eſſe bonã, & ideo à Deo eſſe potuiſſe. At vero peccatum ſiue actiue, ſiue paſſiue ſumatur, malum eſſe ideo non poſſe eſſe à Deo. Clarius & maluis dici ut crucifixionem paſſiuam id eſt, Chriſtum crucifigi non fuiſſe bonum, nec à Deo proprie & ſimpliciter, nec enim Deus fecit, vt Chriſtus crucifigeretur, ſed vt Chriſtus permitteret, & pateretur ſe crucifigi, nec reſiſteret crucifixioni, nec ipſam recuſaret, ſed illi potius ſe offerret. Si quis ergo defendere vellet priorem ſententiam aliter deberet reſpõdere: nempe ad poenam ſatis eſſe, quod ſit damnum permiſſum vt damnum, & propter peccatũ præcedens, idq. poſſe competere malitiæ peccati præciſæ ab omnibus alijs damnis. 13

6. Principaliter ſuadetur ſententia noſtra, quia pœna per ſe cedit in bonum perſonæ, cui eſt iniuria illata, vel ſaltem non cedit in detrimentum ipſius, & per ſe ordinatur ad bonum commune, & reparationem ordinis per peccatum amiſſi. Hæc vero peccato non conueniunt præciſo ab alijs damnis: ergo ſecundum ſe non poteſt eſſe pœna.

Vnde ſiue particula, in quantum, ſumatur ſpecificatiue, ſiue reduplicatiue, nũquam eſt verum quod peccatum inquãtum peccatum poteſt eſſe pœna peccati. Vnde iſtum modũ loquendi negat Magiſter. 2. d.36. ſed an ſenſerit, peccatum ſecundum ſe eſſe pęnam peccati. R. varias fuiſſe de hoc opiniones vt retulimus, quia obſcure loquutus fuit. Vazq. putat pro noſtra opinione eſſe. Nam c.2. docet, peccatum vt ſic, non eſſe pœnam peccati, ſed vt infert corruptionem boni ex Aug. d prædeſt. ſau. c.10. & c.5. docet quamuis in nullo præiudicium fiat veritati, ſi dicamus peccatum eſſentialiter eſſe pœnã peccati, id eſt in ſua eſſentia denominationem pœnæ ſuſcipere; tamen nullo modo affirmãdum eſſe, quod peccata in quantum peccata, ſint pœnæ: ſed vt vt ſunt priuationes bonorum: eſſe autem priuationes cauſaliter, & actiue tantum, vt dixerat in calce diſtinctionis præcedentis, & c. 7, docet, iram & inuidiam, & ſimilia peccata eſſe pœnas quatenus inferunt aliquam afflictionem ex Aug. lib.83. quæſtionum. q. 77. Communiter tñ pro 1. opinione citat, nec immerito, quia docet ipſammet inordinationem eſſe damnum, quod, alijs præciſis, permitti in pœnam poteſt.

Ad 1. Argum contrariæ opinionis reſpondetur, ſcripturas & patres loqui de peccato ſecundum aliquid antecedens, comitans vel conſequens. 14 *Ad 1. argu. 1. Opinionis*

Ad 2. R. culpam non poſſe eſſe poenam à Deo illatam quia Deus non poteſt culpam infligere aut cauſare ſimpliciter, ſed tãtum permiſſiue. Item reſpectu nullius poſſe eſſe poenam, quia culpa ſemper & neceſſario eſt voluntaria, poena autem debet eſſe inuoluntaria quod ſic aliqui explicant ex Ferrar. 3. *Ad 2. arg.*

contra gent.c.158.& D.Tho.ca.141. de ratione pœnæ eſt ita eſſe inuoluntariam, vt ſecũdum ſe non placeat, ſed potius diſplicear, peccatũ autem ſecundum ſe, & præciſo quocunque alio placere poteſt: ergo ſecundum ſe non poteſt habere rationem pœnæ. Sed hæc ratio nõ probat de ipſo formali peccati, quod eſt malitia: hæc enim ſecundum ſe præciſe placere non poteſt, nec probat de omni materiali; quia aliquid non ſecundum ſe appetibile, ſed propter aliud, poteſt eſſe peccatum. Alij vt D. Thom. 1 part. quæſt. 48.artic. 5. ad 4. Capreolus, & Viguerius ſupra aliter explicant, dicentes, ad rationem pœnæ requiri, quod ſit malum ſubiecti, & non actionis, deformitatem autem culpæ eſſe malum actionis ideo non poſſe eſſe poenam. Sed contra, quia deformitas claudicationis poſſet infligi, vt poena. Vnde Reſpondeo de ratione poenæ eſſe, vt poſſit inferri homini ſimpliciter, & omnino inuito ac repugnanti, & quia id non poteſt competere peccato, quia de eſſentia peccati eſt eſſe voluntarium, & liberum. Vnde Aug. 2.de liber. arbitr. cap. 14. veritatem & ſapientiam nemo amittit inuitus: ideo poenam eſſe non poſſe, & ſic poteſt intelligi ratio de malo actionis, & ſubiecti, quia de ratione poenæ eſt eſſe malum ſubiecti, non actionis liberæ, & voluntariæ peccatum autem importat malitiam actionis liberæ & voluntariæ. Vide Caietan. Medinam, Zumelem, & Palac. qui conantur defendere rationem D. Thomæ artic. 2. liceteam reijciat Vazquez diſput.140. cap. 4.

Ad. 3. arg. Ad. 3. Reſpond. non eſſe ſimile, quia priuatio gratię, vt damnum peccatoris placere poteſt: non vero eius inobedientia.

Aduerte autem optime Scotum & Herreram ſupra dixiſſe, ſi Deus in poenam peccati præcedentis ſubtraheret auxilium neceſſarium ad vitandum ſequens: lædi libertatem ac proinde actum hominis peccatũ non fore.

SECTIO. III.

Vtrum aliquod peccatum puniatur pœna æterna.

15

RESPOND. de fide eſſe aliquod peccatum, nempe mortale, puniri pœna æterna, ſcilicet ſenſus, & damni. Marci.9. *Bonum eſt tibi luſcum introire in regnum Dei, quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis, vbi vermis eorum non morietur, & ignis non extinguetur,* & ibidem: *Bonum eſt tibi debilem introire in vitam, quã duas manus habentem ire in gehennam, in ignem inextinguibilem,* & Iudith. 16. *Dabit ignem, & vermes in carnes eorum, vt vrantur & ſentiant vſq; in ſempiternum.* Marci.3. *Qui autem blaſphemauerit in Spiritum ſanctum non habebit remiſſionem in æternum, ſed reus erit æterni delicti.* Pſalm. 48. *Laborabit in æternum & viuet adhuc in finem.* Iſai. 24. *Claudentur ibi in carcere, & poſt multos dies viſitabuntur,* id eſt adhuc punientur, vt late tractat Anton. Perez, certa 9. expoſitiuo, fere per totum Pſalm. 139. in miſerijs non ſubſiſtent. Math. 25. *Ite maledicti in ignem æternum.* & ibidem. *ibunt hi in ſupplicium æternum,* & quinque virginibus fatuis, *clauſa eſt ianua,* & 2. Theſſalonicen.1. *Qui pœnas in interitu æternas dabunt.* Iſai. vltim. *Vermis eorum non morietur & ignis eorum non extinguetur.* 1. Corinth. 6. *Qui talia agunt regnum Dei non poſſidebunt.* Apocal.14. *Fumus tormentorum eorum aſcendet in ſecula ſæculorum.* Eccleſ. 11. *Vbi ceciderit lignum. &c.* Vbi Hieronym. Olimpiod. Lyra, Vatab. Caietan. Eadem veritas patet ex ſymbolo Athanaſij, & ex Concil. Lateranen. ſub Innocen.3.cap. 1. relato in cap. firmiter de ſumma Trin. & cap.1. maiores de baptiſmo, & epiſto. Sophronij recepta in 6. ſynodo actione. 11. Trident. ſeſſio.6. cap.14.& 15. & can. 30. & ſeſſio.14 canone.5.& ex communi conſenſu fidelium, & vniuerſali traditione eccleſiæ. Hanc veritatem docuere Cyprian. tract. de reſurrectione Chriſti, Chryſoſtom. hom. 23. 25.& 31.in epiſtol. ad Rom. in expoſitione morali, & hom.9. in 1. ad Corinth. 2. in primam ad Theſalon. Theophilus epiſto.2. Paſchalii, quæ habetur tom.1. biblioth. ſanctorum. Auguſtin. 12. ciuit. capit.20. & lib. 2. c. 2.17.18. 23.& 24. & in id Pſalm. 49. ignis ante illum præibit, & in Enchirid. cap. 67. & de fide, et operibus à cap.14. Cyprian. lib. de laudibus martyrij, Iuſtin. M. apolog. 1. et 2. pro chriſtianis. Theophila. in id Luc. 16. *& ſupra hæc omnia inter nos & vos iactus ingens firmatus eſt, vt hi qui volunt hinc tranſire ad vos, non poſſint, nec inde tranſcendere ad nos.* et in locum citat. 2. Theſ.1. Greg.15. moral.c.9. alias.11. et 4. dialogi c.43. et 44. Hiero. poſtea citandus, et alij paſſim, vide Ant. Perez cert.9. expoſitiuo. c.7. et 8.

Hinc merito quidã dãnantur, quod dixerint ſupplicia inferni aliqñ finẽ habitura eſ- 16
ſe; tribuitur Origeni ho.8. in Ioſue, et 10.18. in *De error.*
Ioan. in id Ioan.8. quo ego vado, vos non po- *æternitati*
teſtis venire, et 1. Periarchon. c.6. et Epheſ.1. et *Origi. circa*
2. vt referunt Hierony. ibi, et ep. ad Pamachiũ *pœnarum.*
et Occeanũ. c.2 et ep. ad *A*uitũ, quæ eſt 56. et 1. contra Pelagian. c.9. poſt mediũ, et ep. contra Vigilantiũ. Theophilus etiam Alexandri. lib.2. paſchali, Aug. de hęreſib. c.43. et 21. ciuit. c.17. vbi Viues Theophilact. in loca Pauli ad Epheſ. citata, Caſtro de hæreſibus verbo infernus, et verbo Baptiſmus hæreſi. 2. Sanderus. 7. de viſibili monarchia hæreſi. 46.

D.Tho.

D.Tho.4.contra gent.cap.144.& 4.diſt.46. q.
2.ar.3.q.2.Ledeſma.2.4.q.vltim.ar.2.Epiphan.
Philaſtrius,& alij apud Caſtrum verbo bea-
titudo hæreſi.3. Ioannes Arboreus. 14. Theo-
ſophiæ,c.10.& 11. vel Origeni,vel Origeniſtis
eundem errorem tribuunt. Quamuis multi
dicunt id Origeni ab æmules,vel Origeniſtis
impoſitum;ab illis, vt nomen eius polluerẽt:
ab his vt tam inclyto nomine pro veritate
poſſent mendacia venditare, vt Sixtus. 5. bi-
blioth.annotatione.131. Medina in hac.q. 87.
art.3.Sotus.4.d.45 q.2.ar.2 & d.50.ar.1. poſt. 4.
concluſ. Pamphilus apologia pro Origene.
Picus in apologia.q.7.a.1. in 2.hæreſ.Origeni
aſcripta, Iacobus Merlinus in apolog. pro
Orige. Ruffin. apolog. pro eodem, Euſebius
& Dydimus. Nam ipſe Origen. epiſt. ad Ale-
xandrinos relata à Ruffin. ſupr. conqueritur
quòd multa illi falſo ſint impoſita, & aſcrip-
ta, & æternitatem poenarum docuit Orige-
nes hom.14.in Ioſue.14.& 18.in Numeros.1.&
14.in Ezechielem,& de Lucifero ait.1.Periar-
chon,cap.6.& ep. citata à Hieronym. apolo-
gia contra Ruffinum, *Diabolum poſſe ſaluari, nec mente captus dicere poteſt*: & dialogo contra
Cerdonem Valent. negat ſe tenere diaboli
poenas terminandas,& tract.9. in Matheum
refert.ſed non approbat oppoſitum, & hom.
35.in Lucam ait, *Multum debenti, vt decem mil-
lia talenta,infinita ad reddendum ſecula numerabũ-
tur.* Quamuis de quibuſdam damnatis nõ eſ-
ſe æterno cruciandos videatur dicere. homi.
13.& 14.in Lucam,& 1.Periarchon.c.6.&lib.4.
ad finẽ, & Epheſ.1.& 2. & aliqui dicũt Orige-
nem non ſenſiſſe, nullum peccatum mereri
poenam æternam:ſed eius æternitatem ex di
uina miſericordia remitti, aut æternitatem
poenæ ſenſus negaſſe, damni conceſſiſſe, &
Vazq.ar.3.huius.q.87.Origenem varium fuiſ-
ſe,& interdum contraria interſe docuiſſe:po
tuiſſe etiam hunc errorem fuiſſe diſcipulo-
rum Origenis,& ideo inter eius errores con-
numerari.Sic enim Theophilact. in id Lucæ.
16.n.26 *Vt hi,qui volunt hinc tranſire ad vos, non
poſſint*,& in id.2.Theſal.1.*In igne flamma dantis
vltionem*.Non origini: ſed origeniſtis tribuit
hunc errorem. Vide Sixtum ſupra, & Gene-
brardũ incollectaneis de rebus Origenis,quę
eius operibus præfixit, Anton. Perez certam.
9.expoſitiuo.c.1.Hierony etiam Epheſ.1.2. &
4.tenere videtur,etiam dæmones tandem re-
parandos,vt refert Sixtus lib.6. annot. 290. &
Ruffinus.1.contra Hieronym.ei imponit,ali-
quos damnatos, ſaluandos: quia ſcilicet in
Iſaia(& habetur in gloſſa interlin. in id Iſaiæ
14.tu autem proiectus es)cum dæmone ſic lo
17 quitur.¶*Et ſi omnis anima aliquando habebit re-
quiem,tu nunquam habebis*;ſed hoc per exagge-
rationem dictum,ait D.Tho.4.d.46.q 2. Pſal.
tamen.23.idem videtur docere Hieronym.&
Ambroſ.Epheſ.3.vt ei tribuit Eraſmus in an-
notatio ad Origenem, & eundem errorem
Hieronymo tribiunt Stanislaus Pannonius,vt
commemorat Sixtus 6.biblioth.annot.290.&
lib.5.annot.229.Sed ab hac calumnia ſufficiẽ-
ter purgat ſe Hierony. apologia contra Ruf-
fin.epiſ.ad Pamach.c.3.& epiſt.ad Auitum.c.1.
& 5 Ionæ.3.Tren.1.Eccleſiaſtis.11. probãs mul-
tis argumentis,omnes damnatos ſine fine pu
niendos, & nũquam ſe dixiſſe oppoſitum ex
propria ſententia,ſed referendo aliorum ex-
poſitiones,quod patet ex verbis eius in id Iſa
iæ.14.*reges omnes gentium*:& quando dicit pec-
catores chriſtianos eſſe liberandos ab igne in
telligit de igne Purgatorij, vt exponit Zumel
hic.a.3.& alij. Vide Sixtum lib.6.annot.290.&
298.¶Alij relati à Caſtro verbo infernus hæ-
reſi. 2. dixere, homines qui peccarunt poſt
Chriſti aduentum eſſe æterno cruciandos,
eos vero, qui ante aduentum Chriſti pecca-
runt, tandem liberandos, vel per Chriſtum
dum deſcendit ad inferos,fuiſſe liberatos, vt
referunt Irene.lib.1.c.29.Epiph.hæreſi.44.Au
guſ.lib.de hæreſ.c.79.Caſtr. v. infernus hære-
ſi. 2. qui hoc tribuit Armenis ſed Iren.& Epi-
phan. Marcioni. fundamenta horum ponit
Anton.Perez illo c.1.n.11.& c.4.à num.42.eos
autem reijcit c.7.n.64.& eorum argumenta
ſoluit.c.11.à nu.88.Alij apud Phanon.in Philã
tropia,& apud Sixtum lib.6.annot.290. dixe-
re fidelium crimina temporaliter tantũ pu-
nienda,quorum fundamenta ponit Anton.
Perez,c.1.num.11.& c.5.a. n.58 euertit autem.
c.7.à.n.64.& c.14.à n.106.Vide Sixtum.3. Bi-
blio.annot.290.& lib 5.annot.229. Amodeus
etiam quidam dixiſſe fertur, damnatos non
eſſe certos de æternitate ſuæ poenæ:ſed de bo
nitate Dei ſperare. Quod eſt contra ſcriptu-
ram Sap.4.& 5.Alij dixere aliquando leuan-
das,vel interrumpendas damnatorum præſer
tim chriſtianorum poenas iterum redituras
in eundem ſtatum: quorum fundamenta re-
fert Perez,c.1.nu.11.& c.6.à n.60. ſed eos con-
futat.c.6.à n.64.& c.16 à n.114.

Veritas catholica eſt poenas damnatorum
fore æternas ſine interruptione, vel remiſ-
ſione,etiam ſi quis ob vnum tantum peccatũ
damnatus fuerit, quamuis hunc caſum eſſe
impoſſibilem.aliqui catholici cenſuerint di-
centes,pie credendum eſſe, quod *Deus* eum,
qui vnicum tantum peccatum mortale ha-
buerit,antequam moriatur, conuertet; quia
hoc videtur pertinere ad miſericordiam &
paternam charitatem *Dei*. Hoc nullis prola-
tis auctoribus refert Zumel ar.3.dict.n.2,quod
nec approbat, nec reprobat; ſed ſine funda-
mento aſſeritur,maxime quando vnum mor
tale multis æquipollet.

Intel-

Intellige catholicam doctrinam de lege ordinaria an vero præter legem ex diſpenſatione diuina aliquorũ damnatorũ pœnæ interdum ſiōe habeant ſtatim diſcutiemus.

SECTIO. IIII.

An præter legem ex diſpenſatione diuina Traianus, vel alij damnati ab inferno liberati ſint.

18 PRO parte affirmãte eſt Damaſce.ſer.đ defunctis vbi probat, dãnatis aliquando ꝓdeſſe ſuffragia, quia Traianus liberatus fuit ab inferno precibus B. Gregotij & Falconilla idolorum cultrix precib. B. Theclæ virginis prothomartyris. Refertque ex Palladio, vt etiam in vitis Patrum habetur, à Machario caput gentilis cuiuſdã inuentum in via, quod ei dixit, qñ ꝓ mortuis offers preces, interim aliquod leuamẽ ſentimus. Aliã etiã hiſtoriã ex eodem Paladio commemorat in qua refert quendã mortuum ab ignis tormentis liberatum cuiuſdã ſancti viri precibus. Palac. 4.d. 45.diſp vlt. Hæc reijcit tũ quia ibi citatur Gregorius Damaſce poſterior, tum quia non eſt credibile aliquem ſanctorũ pro infidelibus oraſſe, quos ſciebat in peccato mortali fuiſſe defunctos, & conſequentet ſalutem aſſequi non valere. Sotus etiam ead.d.q.2.a. 2.ait eam hiſtoriam ſibi eſſe creditu difficilem, quia Gregorius non dubitabat Traianum eſſe in inferno, & eſſe peccatum mortale orare pro illo. Medina etiam Codice de oratione tit. de his pro quib. orandum eſt, & Abulẽſis. 4. reg. q.57. dubitant de fide illius hiſtoriæ. Ledeſm. 2.p.4.q.73.a.1.& Pettus Mexia in vita Traiani, Cæſar Baro.2.tomo annalium in hiſtoria eccleſiaſtica Hiſpa.centuria.2.c.1. Valentia.2. 2.diſp.6.q.2.puncto.8.&3.p.diſp.11. q.1.puncto 2.in fine putant, eſſe fabulam, Canus 11.de locis.c.2. ait ſermonem quidem eſſe Damaſce. Sed hiſtoriã eſſe fabuloſam, cum nemo latinorum illius meminerit, deceptumq. fuiſſe Damaſcenum ab aliquo peregrino, qui ei retulerit eſſe tuto orbe vulgatam.

19 Nota tñ fuiſſe duos Damaſc. vt ſcribit Tritemius in Damaſc. fol.39. Caſtro verbo Chriſtus hæreſi.6.in fine Staphilus, & Lindanus in tabella de auctoribus. 4. ſæculi. Primus, qui claruit ſub Theodoſio ſeniore anno.390. Volaterranus lib. 16. antropologiæ. Vincentius Beluacen.& Antoninus in hiſtoria, licet Sabellicus æneade.8.lib.2. dicat ſecũdum quoſdam floruiſſe ſub felice Papa.3. tempore Grego. Nazian. ſecundum alios vero ſub Conſtantino tempore Synodi Nicenæ, quia Suidas qui floruit tempore illo in ſuo lexico inſeruit vitam Ioan. Damaſceni, ſed hæc vita ab alijs huic lexico inſerta eſt, ſicut, & multa alia, vt ait Volaterranus lib.19. Hic non ſolum præceſſit Gregoriũ, qui floruit anno. 600. ſub Mauricio Imperatore, & Phoca Tyranno, vt referunt Tritemius, Platina, Onuphrius, Beda, Hermanus, ſed etiam antraceſſit Chryſoſtomum, qui floruit anno. 411. Vnde iſte Damaſcenus non potuit eſſe auctor illius ſermonis in quo Chryſoſtomus, & Gregorius citantur. Secundus Damaſcenus floruit poſt Gregorium, & ſcripſit libros de hæreſibus contra Iconomachos, qui poſt ipſorum mortẽ damnati ſunt in concilijs generalibus. 4. 5. 6. & 7. Vnde lib. 3. inuehitur contra imperatorem Iconomachum, ſcilicet Leonem patrem Cõſtantini Copronymi, & citat. 5. & 6. ſynodum Hic Damaſ. interfuit. 7. ſynodo contra Iconomacos, in qua ſecundum quoſdam appellatur Ioannes Nanzuri, & vixit ſub Conſtanti. Copronymo, & Leone vt ait Zonoras Græcus auctor. 3. annalium in vita eiuſdem Conſtantini, qui fuit filius, & imitator Leonis. 3. Nicephorus argumentis librorum, qui non exſtant à 19. vſque ad. 24. Ioannes Patriarcha Hieroſolymitanus lib 21. & 22. Beſarion oratione ad concilium Floren. Iouerius ſuper. 7. ſynodo Canus.11.de locis.cap. 2. licet Henriquez lib. 9. ſummæ, c.16.§.5. dicat vnum tantum fuiſſe Ioannem *D*amaſcenum, cuius ſunt ſunt omnia opera, quæ modo ſub eius titulo extant, poſterior Gregor. qui vixit ſub Theodoſio.3. tempore.2. ſynodi Nicenæ, & Irenæ Imperatricei, & Leonis Papæ. 3. & Iconomachos vocat Thymoleontes à Leone 3. Imperatore, qui eã hæreſim excitauit huius eſt liber contra Iconomachos, vt agnoſcit Caſtro ſup. & Claudius de eucha. repeti.3.c.4. quia eiuſdẽ ſtyli eſt cũ libris đ fide orthodoxa, & quia lib. 3.c.17.& lib.3,c.14. & 15. inuehitur contra Iconomachos damnatos in 6. ſynodo, ꝙ bene probat Cano. ſup. cũ Paulo diaco. lib.2. Ioan. patriarcha in vita Damaſc. apud Suriũ die. 6. Maij. Zonot. ſup. Niceph. lib.12.c.30.ſi. lib. 20. in arg. Sander 7. monarch. ſub Leone papa. 3. Huius *D*amaſc. ſunt libri de fide orthodoxa (licet oppoſitũ ſentiat Iouerius) ſtylus enim eorũ, & librorũ cõtra Iconomachos eſt idem. Itẽ in libris de fide orthodo. citat Cyrillũ, qui fuit poſterior primo Damaſc, & mentionẽ facit ſynodi Calcedonẽſ. quæ fuit anno. 455. & eiuſdẽ Damaſc. eſt ille ſermo; vt cõcedit Canus ſup. & oẽs ſcholaſtici ab antiquo Præpoſitiuo vſq. ad DD. huius tẽporis. Nec auctori eſt abrogãda fides, qui in teſtes vocat totum oriẽtẽ, & occidẽtẽ, & eãdẽ hiſtoriã retulit ãte an.400. Ioã. diaco. qui fuit poſtea ſum. Põti. li. 2. vitæ Grego.c.44. vbi ait, hanc narrationem

reperiri

Digitized by Google

reperiri apud aliquas Anglorum eccleſias, ſed Romanos ei fidem non habere: eamq. recipiunt Nauar. c. quando notab. 22. nu. 43. in quibuſdam æditionibus Nauar. hoc non habetur in alijs vero eſt c. 22. de oratione. D. Th. 4. d. 45. q. 2. a. 2. q. 1. ad. 5. ſeu additio. q 71. a. 5. ad. 5. & 1. d. 43. q. 2. ar. 2. ad. 5. Duran. 4. d. 45. q. 2. ad argum. Richard ar. 2. q. 1. Nicolaus de Orbellis. q. 1. Carthuſ. q. 2. & 3. d. 31. q. 6. in fine. *Summæ* in fine c. de damnatis Albert. 1. p. ſummæ de homine. q. 77. Gab. lect. 56. in canonem lit. V. Viguerius cap. 16. § 4. verſ. 35. dicens, eſſe cõmuniter receptam. Illeſcas in vita Gregorij Cordub. lib. 1. q. 51. Caſſaneus in cathalogo gloriæ mundi part. 10. conſideratione 27. Sixto. 6. biblioth. annot. 47. Rebuf. in concord. citans alios, & Alphonſus Ciaconius, Hiſpane Chacon, Dominicanus libello de ſaluatione Traiani. Henriquez lib. 9. ſummæ, qui eſt de miſſa. cap. 16. qui citat Ledeſmam. 2. part. 4. q. 16. a. 13. & q. 3. ar. 2. Lucam de Penna. Ioannem Fab. & Benedictum in c. Raynunt. de teſtam.

20 Ait autem Ioannes Diaconus Gregor. nõ oraſſe pro Traiano; ſed cum vidiſſet ſculptã hiſtoriam iuſtiſſimi Principis multo tempore in lachrymas prorupiſſe quouſq. veniret in eccleſiam S. Petri, Deũ vero adieciſſe quod oratio non præſumpſit: *Deſiderium enim pauperum exaudit Deus.* Sequẽti nocte apparuiſſe ei dominum, ipſique reuelaſſe, ob eius lachrymas Traianum ab inferni poenis liberatum. Vnde immerito. Abulen. 4. reg. ca. 4. q. 57. ait, Gregorium peccaſſe orãdo pro Traiano; ideo, perpetuum ſtomachi. & pedum dolorẽ, præterquam in miſſa, ſubſtinuiſſe, & licet oraret pro Traiano expreſſe & abſolute, poſſet excuſari ignorantia, quã nõnulli etiam poſt eum habuere, vel quia diuino inſtinctu id fecit, vel quia petiuit liberationem mediante reſurrectione, & poenitentia. Nam vt ait Bon. citatus à Carthuſ. 4. d. 45. q. 1. & D. Tho. citatus ab eodem. q. 2. & Gab. lectione illa. 56. & Altiſiod. ſupra. quando apoſtoli, vel alij ſancti ſuſcitabant infideles, animæ eorum egrediebantur ab inferis, & per baptiſmũ, & poenitentiam ſalutem cõſequebantur. Vnde Sotus probabile putat fuiſſe ad vitam reuocatum, & breui tempore poenitentiam egiſſe, ideo orientem, & occidentem potuiſſe eſſe teſtem, ſicut fuiſſe teſtatur Damaſcenus. Sed obijcit Carthuſ. 4. d. 45. q. 2. mirum eſſe, quod nõ indicauerit Gregorio, quæ ſibi acciderant neq. Gregorio gratias egerit. Reſp. tamẽ ideo forte totum orientem & occidentem teſtem fuiſſe ſecundum Damaſcenum, quia ad vitam reuocatus. Gregorio, & alijs apparuit ſuã liberationem à poenis inferni indicauit, ſed pauci ſet temperatiſſime ne tempus breue ſibi conceſſum, in alio quam in poenitentia conſumeret, Ioannes Diaconus ait, ſolum liberatum à poena ſenſus, et manere cum poena damni, quod non poteſt dici ſi ſuſcitatus fuit vt poenitentiam ageret; nec placet, ſic Deum veniam dimidiaſſe. Nec credo, quod D. Tho. refert vt probabile, ſolum fuiſſe liberatum à poena vſque ad diẽ iudicij: nec quod ait Sotus, poſtea redijſſe ad poenas, ne prædeſtinatio diuina mutaretur: nec quod alij dicunt in alio loco ab inferno per 500. annos orationem Gregorij expectaſſe. Toto igitur illo tempore fuit in inferno, et meritis Gregorij reuocatus ad vitam poenituit, vt alij damnati ſuſcitati ab Apoſtolis, et alijs. Nec enim credibile eſt quod ait Sotus 4. d. 45. q. 1. ar. 4. cõcl. 5: neminem ſuſcitatum ex inferno, nec ex coelo nec ex puerorum limbo, ſed tantum ex limbo patrum et purgatorio. Ex omnibus enim locis contingit ſuſcitari, quamuis ex coelo et limbo patrum ſuſcitentur cum confirmatione in gratia, vt Surius to. 3. in Iunio refert de ſancta Chriſtina virgine, quæ à coelo reuocata eſt. Alias beneficium reſurrectionis eſſet ſanctis detrimentum, qui vero ex alijs locis reuocantur, manent communiter indifferentes ad vtrumlibet.

Alia de Traiano, et ſimilibus, vide apud Nauar. illo c. ſeu notab. 23. de oratione ſuper cap quando. nu. 43. et ſequentibus, et Henriq. ſupra. et Azor lib. 9. c. 31. q. 2.

21 Ex quibus patet ad exemplum Falconillæ, ad alium vero Macharij. R. vel dæmonem in capite illius gentilis mentitum fuiſſe, vel vt ait Gabr. ſupr. illud leuamen ſolum fuiſſe (vt ibi dicitur) eis concedi vt mutuo ſe viderent, vel vt alij dicunt, gaudere quòd non omnino eſſent obliuioni traditi, quod tamen leuamen ſeu gaudium nullatenus poenam ſenſus minuebat. Sed quomodo Macharius pro gentilibus orabat? Reſpondetur, quia ignorabat illos defunctos in ſua infidelitate deceſſiſſe, aut licitum, et vtile eſſe pro damnatis orate, vt leuamen aliquod acciperent, vel orabat ex peculiari Dei inſtinctu, et inſpiratione; aut tantum orabat virtualiter, deſiderando, vt ſi fieri poſſet leuamen aliquod haberent.

22 *Bellarmin.* Poſt hæc ſcripta legi Bellarminum tom. 1. lib. 2. de purgatorio. cap. 8. vbi ait, ſi hiſtoria illa defendi debet, oportere dicere Traianum non fuiſſe damnatum abſolute ad inferos, ſed ſolum punitum in inferno ſecundũ præſentia eius demerita, & ſuſpenſam ſententiam propter præuiſas B. Gregorij preces, et præterea non immediate ex inferno ad cœlum tranſijſſe, ſed prius corpori vnitum, et tunc baptizatum, et poenitentiam in hac vita egijſſe: iſta enim eſt communis ſolutio D. Thom. Durandi, Richardi, et aliorum. 4. d. 45. Quia tamen Traianum reſurrexiſſe ſine teſte

dicitur

Digitized by Google

dicitur: nec enim vllus veterum huius rei meminit, & repugnat Damaſceno expreſſe aſſerenti, de inferno ad cælum tranſiſſe, non autem ad hanc vitam rediiſſe, & ſi pœnitentiam egit, in inferno illã egiſſe ideo Bellarmi. magis acquieſcit Cano, & Soto hanc hiſtoriam reijcientibus, non obſtante apologia Ciaconis. Mouetur autem primo, quia quotquot hanc hiſtoriam admiſerunt, id fecerunt propter Damaſceni auctoritatem: at librum illũ non eſſe Damaſceni, probatur, nam in eo non ſolum auctor dicit Traianam, & Falconillã ex inferno damnatorum ad regnum cœlorum tranſiuiſſe, ſed etiam multos alios, qui in infernum deſcenderunt, quia fide diuina caruerint, à Christo conuerſos, & ſaluatos, quãdo ad inferos deſcendit, quod per ſe erroneũ eſt, & contrarium Damaſceno. 2. de fide. c. 4. vbi dicit, hominibus id eſſe mortẽ, quod fuit angelis caſus. Secundo, quia nullus auctor latinus hiſtoriæ eius meminit vt Paulus Diaconus, Anaſtaſius Bibliothecarius, Marianus, Scotus, Ado, ac ne ipſe quidem Beda, qui B. Gregorij ſtudioſiſſimus fuit. Imo in ipſa Romana eccleſia, & in eius archiuis nulla huius rei memoria extabat, quando Ioannes Diaconus vitam Gregorij ex archiuis Romanis diligentiſſime collegit: tamen lib. 2. c. 44. dicit hanc hiſtoriam repertã in eccleſia quadam Anglorum, nec fidem certam illi habitam à Romanis. Tertio, quia Gregor. 34. moral. c. 12. alias c. 13. diſerte docet, non poſſe orari pro infidelibus defunctis ſicut nec pro diabolo, quia in æterna, & irreuocabili damnatione ſunt. Reſpondet Abulen. 4. regum. q. 57. Grego. peccaſſe mortaliter. Sed abſurdiſsimũ eſt, & fere blaſphemum; cum conſtet Gregorium ſanctiſsimum, & prudentiſsimum fuiſſe. Deinde ſi mortaliter peccauit orando, quomodo fuit exauditus? Vnde Ciacon. Reſpon. Gregorium non peccaſſe orando, ſed meruiſſe potius, quia licet ordinarie non liceat orare pro damnatis, licet tamen ex peculiari inſtinctu diuino. Sed contra quia eadem hiſtoria refert, Gregorium propter hoc peccatum, punitum fuiſſe perpetuo dolore ſtomachi, & pedum. Reſpon. Ciacon. hunc dolorem non fuiſſe datum Gregorio in poenam, ſed ne elatio illi ſubreperet. Sed contra: nam Petrus Diaconus, quem ipſe citat ex libro quodam Bibliothecæ Vaticanæ, dicit Gregorio ab Angelo dictum fuiſſe, quod quia præſumpſerat hoc petere, laboraret vſque ad mortem dolore, &c. Quarto, quia argumenta Ciaconis nõ concludunt, ipſe enim nititur præcipue his teſtibus. Primo teſtimonio Petri & Ioannis diaconorum, Gregorij, quod extare dicit in bibliotheca vaticana. Secũdo, teſtimonio innominati auctoris, qui ſcripſit vitam B. Gregorij, quæ præponitur operibus eius impreſſis Baſilicæ anno. 1564. qui auctor videtur vixiſſe tempore Beati Gregorij. 3. teſtimonio Damaſceni. 4. Ioannis Diacon. 5. D. Thomæ. 6. Birgittæ. 7. Mecthildis.

1. Ratio.

2. Ratio.

3. Ratio.

4

Primum teſtimonium valde ſuſpectũ eſt, quia ſi illud eſſet Petri diaconi, non diceret Ioannes Diaconus, hiſtoriam hanc non extare in Romana eccleſia, ſed ſolum apud Anglos. Præterea iſte Petrus dicit Gregorium à Deo petiuiſſe, vt quotquot ſepelirentur in eccleſia ſanctæ Andreæ in Cliuo ſcauri non poſſent damnari, dummodo fidem tenuerint chriſtianam & impetraſſe: Grego. autem non ita oraſſet, nam pro defunctus cum fide formata non opus erat, pro defunctis autem ſine charitate quis credat? Item totum illud fragmentum redolet nouitatem; ideo ſuppoſitũ videtur: vocat enim Gregorium Diuum, quod eo tempore erat inuſitatum. Item anteponit Cardinales epiſcopis, quod repugnat Ioannĩ diacono qui in vita Gregorij ſcribit ex Cardinalibus promoueri ſolere à Gregorio multos ad Epiſcopatum, & ad gradum altiorem, alia quoque habet ſigna nouitatis. Tertium teſtimonium iam eſt reiectum. Quartum eſt contra ipſum Ciaconem. Nam Ioannes diaconus dicit, animam Traiani non fuiſſe liberatam de inferno, ſed ſolum id obtinuiſſe, vt in inferno exiſtens non pateretur pœnam ignis. Ciacon autem vult eam eſſe in cœlo beatam. Quintum eſt etiam contra ipſum, nam B. Thomas, vbi ex profeſſo hoc tractat nempe. 4. d. 42. q. 2. probabiliſſimum putat, animã Traiani liberatam ſolum à pœna inferni vſq. ad diem iudicij ac deinceps cruciandam cũ cæteris. Sextum eſt valde obſcurum: nam Birgitta non dicit Traianum eſſe ſaluum, ſed ſolum eleuatum ad gradum altiorem, vbi indicat in inferno aliquid ſalutis recepiſſe. Septimum eſt expreſſe cõtra ipſum nam Mecthildes dicit ſe petiuiſſe à domino, quid egerit cum animabus Sampſonis, Salomonis, Origenis, & Traiani. Et reſponſum eſſe, Deum velle eſſe omnibus incognitum, quid ſua liberalitas cum illis egerit. Si ergo Deus vult eſſe incognitum, non eſt credendum auctoribus, qui aſſerunt Traianũ eſſe in cælo. Adde quod Deus in hac reuelatione coniungit Traianum cum Origene: at in prato ſpirituali, quod citatur à ſeptima Synodo, & à Ioanne diacono lib. 2 cap. 45. vitæ Gregorij narratur alia reuelatio, qua Origenes viſus eſt in gehenna ignis cum Ario, & Neſtorio, & 5. ſynodus, cap. 1. dicit anathema Origeni, ſicut Ario & Neſtorio, & cæteris hæreticis. Hæc Bellarminus. 25

Verum aliquis Traiani ſtudioſus poſſet ad 1. rationem reſpondere cum Azor ſupra non conclu

24 concludere cum ex Græcis patribus nonnulli ſenſerint aliquos infideles in inferno exiſtentes Chriſto domino ad inferos deſcendẽte, & prædicante conuerſos, & ſaluatos fuiſſe de quo alibi. Quod vero idem Damaſcenus dicit, quod hominibus eſt mors, angelis eſſe caſum pōt intelligi de lege ordinaria in qua putarunt aliqui Græci diſpenſatum fuiſſe cũ Chriſtus ad inferos deſcendit. Ad. 2. R. caſu aliquo fieri potuiſſe, vt illa hiſtoria Romæ non haberetur, vel non reperiretur, ſed apud Damaſcenum & eccleſiam aliquam Anglicanam: de quibus non eſt credibile, abſque fundamento eam cõfinxiſſe, quorſum enim? Ad 3. R. Gregorium, licet non peccauerit mortaliter, potuiſſe peccare venialiter ex ignorantia, & præſumptione leuiter culpabili, perſuadendo ſibi ſine ſufficiẽti ratione fortaſſe eius lachrymas, vel orationes præter legem exaudiendas eſſe, & ideo dolore illo ſtomachi, pedumq. punitum. Quamuis Henriquez dicat in vicem pœnæ quam paſſurus erat Traianus facta quadam commutatione affectum fuiſſe Gregorium dolore illo, qui large dici poteſt poena, & Medi. Cordub. & Nauar. negant, dolorem illum inflictum Gregorio ob cauſam Traiani, ſed ob alias cauſas. Ad. 4. R. primum teſtimonium non eſſe paruipendendũ, quamuis enim illud opus eſſet Petri diaconi, dicere potuit Ioannes diaconus, hiſtoriam illam non extare in Romana eccleſia, ſed apud Anglos, quia Petrus diaconus, vel nondum illud ſcripſerat, vel ex eccleſia Anglicana aut externis alijs illud ſumpſerat, ſicut & ipſe Ioannes diaconus, & quod Petrus diaconus dicit de ſepelliendis in eccleſia S. Andreæ, poteſt referri ad pœnas purgatorij, nec vocare Gregoriũ, diuũ, eſt ſufficiẽs ſignũ nouitatis, & recte potuit Cardinales anteponere epis, quia in aliquo ſunt ſuperiores neque id negat Ioannes diaconus, & cur quis illud opus fingeret, & ſupponeret in eccleſia vaticana? Idem eſt de 2. de quo nihil dicit Bellar. 3. iam defendimus. De. 4. teſtimonio dici poſſet, licet in aliquo eſſet contra Ciaconem: in alio tamen ipſi fauere; nimirũ in eo quod precibus, vel lachrymis B. Gregor. aliquo modo liberatus fuerit Traianus à pœna inferni. De modo autem liberationis ſunt variæ opiniones, nã cõmunis opinio pro qua multos citat Henriq. ſupr. §. 3. quos & nos citauimus ſentit, poſt mortẽ detentam alicubi fuiſſe eius animam ad tempus, vt poſtea lachrymis, & orationibus B. Grego. à Deo preuiſis in corpus rediens pœnitentiá ageret, & ſaluaretur, ſed §. 4. ait Henriquez probabilius eſſe non fuiſſe penitus liberatam à damnatione, ſed poenam ſenſus ſuſpenſam in ea fuiſſe per aliquod tempus puta dum vixit Gregor. vt ait Ioannes diaconus, vel vſque ad diem iudicij, vt ait Abulen. quod probabilius ſuppoſita hiſtoria putat Bellarmin. inter eos etiam qui dicũt, penitus liberatam à damnatione, ſunt variæ ſententiæ de modo, & ordine. Nam Medin. Cordub. Nauar. & alij communiter dicunt, redijſſe corpus, & poenitentiam egiſſe. Ledeſma autem. 2. parte. 4. q. 3. a. 2. quod & innuit Sixtus. 6. Biblioth. annot. 47. putat animam illam à limbo translatam ex priuilegio nulla reſurrectione, vel poenitentia præuia, quia ſuſcitatio non refertur à Damaſceno, nec ab alio antiquo hiſtorico, vt ex Bellar. notat Henri. illo. § 4 nec apoſtoli aut alij ſuſcitarunt aliquos tandiu defunctos ſicut Traianus, qui obijt anno Chriſti. 118. Gregorius autem anno. 604. quare vita exceſſerat Traianus ante mortem Gregorij. 490. annis. De. 5. teſtimonio conſtat, maxime eſſe pro Ciacone, quia licet *D.* Tho. probabile cenſuerit Traianum ſolum fuiſſe liberatum à pœna ſenſus vſque ad diem iudicij: tamen abſolute docet liberatam in perpetuum. De. 6. teſtimonio dico non concludere, quòd Traianus fuerit omnino ſaluus, quamuis ſic poſſet intelligi, eleuatum ad gradum altiorem. §7. teſtimonium maxime fauet: nam in eo inſinuatur, Traianum ex Dei liberalitate præter legem fuiſſe ſaluatum, ſicut Sampſon ſecundum cõmunem opinionem pro qua multos citat Hẽri. ſupra § 3. qui etiam alios citat pro Salomone: de Origene idem ſentiunt multi, reuelatio autem de viſione Origenis in inferno ſi vera eſt, intelligi poteſt de exiſtentia in inferno ſecundum deputationem, & præſentem iuſtitiam, quando hæreſim habuit, vel de exiſtentia in inferno ad tempus, aut in parte illa inferni, quæ eſt purgatorium, & 5. Synodus anathema dicit Origeni pro eo tempore, quo putauit fuiſſe in hæreſi. Sed vt alij timeant, omnia hæc voluit Deus incerta eſſe.

Hoc igitur modo defendi poteſt, Traianum à pœna inferni precibus, vel lachrymis Gregorij liberatum, ſed oppoſitum præter ſuperius citatos tenet Suarez. 3 p. to. 2. diſp. 43. ſect. 3. & to. 4. diſp. 48. ſect. 4. non quidẽ quòd Damaſc. ſit antiquior Greg. vt exiſtimauit Med. 3 p. q. 52. a. 6. verius enim eſt Damaſcen. vixiſſe tẽpore Iconomachorũ imperãte Leone Iſauro, & ſub Greg 2. de quo late Billius in vita *Damaſ.* ſed propter rationes Cani, Soti. & Bellar.

SECTIO. V.

Quibus de cauſis peccatum aliquod puniatur pœna æterna.

SED quod diximus, peccatum ali- 25
quod puniri pœna æterna, difficile
admodũ eſt, quia crudele videtur,
& cõtra ordinẽ diuinæ iuſtitiæ, pec
cato tam breui, & malitiæ finitæ æternã pœ-

nam

Digitized by Google

tiam non eſſet puniendum pœna æterna. Alias nullum peccatum mortale eſſet ſufficienter punitum pœna quantumcumque acerba, modo eſſet finem habitura. quod videtur durum & certe in Repub. humana nulla eſt tam grauis culpa, quæ per pœnam finiti temporis acerbiſſimam non ſit ad æqualitatem punita: ergo idem eſt in Repub. diuina, quæ non eſt ſeuerior. ¶ 6. Quia vno peccato ſufficienter punitur aliud, præſertim minus vel æquale, quia tunc culpa & pœna proportionantur: ergo tunc priori peccato non eſſet danda alia pœna.

27 Defendendo hanc 1. rationem, ad has obiectiones reſpondendum eſſet. Ad primam vt ibi reſponſum eſt. Ad ſecundam autem peccatum mortale quadrupliciter eſſe contra Deũ, 1. vt legiſlatorem in re graui. 2. vt honorandum, quia per tranſgreſſionem legis diuinæ in re graui, notabiliter & grauiter læditur diuinus honor. 3. vt amicum, nam qui tranſgreditur legem diuinam in re graui, & notabiliter lædit diuinum honorem, contra leges amicitiæ facit, & indignus eſt diuina amicitia, ex quibus conſequitur eſſe. 4. contra Deum, nimirum vt finem: inimicus enim Dei non debet frui ipſo, ſed perpetuo angi & dolere de eius amiſſione. Peccatum vero veniale ſolum eſt contra Deum ſecundum quid, quia tranſgreditur eius legem in re leui, vel modo imperfecto, nimirum ſine plena, & notabili deliberatione & libertate, ideo leniter lædit diuinũ honorẽ, nec homo eo fit indignus diuina amicitia, quia amicitia Dei, leui de cauſa nõ debet diſſolui; eſſet enim quædã veluti inconſtantia & leuitas in Deo, ideo nec debet priuare fruitione diuina, quæ fundatur in amicitia diuina. Reſpon. 2. quod quia peccatum veniale eſt contra Deum ſecundum quid & imperfecto modo, ideo reſpondet ei pœna æterna & infinitæ extenſionis, modo tamen imperfecto, ſcilicet conditionaliter ſi coniungatur peccato mortali vel originali. Quod poſtea diſcutietur. Ad tertiam Reſpondetur, priuari Deo ad tempus non eſſe pœnam infinitam ſecundum quid, quia ad carentiã Dei, etiã ſine à peccato futurã per aliquod tẽpus ſolũ addit maius tẽpus, quod eſt quid finitũ. Et præterea fruiturus Deo in perpetuũ nõ reputat magnũ malum carere eo ad tempus. ¶ Ad quartam Reſpon. aliquas eſſe circũſtantias, quæ dant bonitatem vel valorem, quamuis non ſint cognitæ, vt dignitas perſonæ operantis, quæ prouenit à gratia vnionis, vel à gratia habituali, eleuat actum ad finitum, vel infinitum valorem meriti & ſatisfactionis, quamuis non ſit cognita, & ſimiliter periculum malæ educationis prolis & alia damna quæ per ſe, & quaſi intrinſece ſunt coniuncta fornicationi, ſtupro, vel adulterio, dant ſuam deformitatem actui, licet nec ſint cognita, nec culpabiliter ignorata. Et ratio eſt, quia hæc omnia afficiunt actum quaſi intrinſece ideo parum refert, eſſe cognita vel incognita. Ideo qui ea cognoſcit, non peccat notabiliter grauius quam qui ea ignorat, & propterea non tenetur hanc cognitionis circumſtantiam confiteri. Similiter ergo circumſtantia diuini legiſlatoris dat circumſtantiam tranſgreſſioni legis, licet nec ſit cognita nec culpabiliter ignorata, quia eſt quaſi intrinſeca ipſi tranſgreſſioni. Nullius enim legis tranſgreſſio habet rationem culpæ niſi quatenus eſt tranſgreſſio legis diuinæ, à qua omnis alia vim capit. Adde quod legiſlator in imponendis pœnis reſpicit ad ea quæ per ſe, & communiter contingũt, & non ad ea quæ per accidens & raro: & quia per ſe & communiter circumſtantia diuini legiſlatoris eſt cognita, vel culpabiliter ignorata ab eo qui alioqui ſcit, actum eſſe contra legem vel regulam aliquam, ideo quamuis per accidens & in aliquo raro caſu hoc non inueniatur, imponitur æterna pœna quaſi ſemper reperiretur. Vnde eandem deformitatem habet & conſequenter eandem pœnam meretur peccatum mortale in cognoſcente actu Deum, & in eo qui inuincibiliter eum ignorat, vel inculpabiliter eum non conſiderat. Alioqui circumſtantia huius cognitionis in infinitum aggrauaret, & eſſet neceſſario confitenda contra omnem Eccleſiæ conſuetudinem.

Ad quintam Reſpondetur Rempub. non poſſe exacte punire peccatum mortale, vt eſt contra Deum; neque debet quia non expediret communi bono tantam inferre pœnam, quantam meretur, ideo Reip. ſolum punit iuxta exigentiam communis boni: Deus autem ixta exigentiam peccati ſimpliciter & abſolute, & ideo pœna æterna: nam quælibet temporalis quãtumcumque acerba eſſet minor quam culpa.

Ad ſextam Reſpondetur, malitiam infinitam in eſſe moris, quam præcedens peccatum habet, punienda in eſſe infinita malitia in eſſe naturæ, & nõ in eſſe moris qualẽ habet peccatũ mortale ſequens, quia hanc pœnam peccator ipſe paruipendit, nihil enim æſtimat eſſe moris; ſed naturæ. Ideo vnum peccatum non punitur ſufficienter alio, maxime quia vt diximus vnum peccatum non eſt ſecundũ ſe pœna alterius: ſed ſecundũ permiſſionem antecedentem vel ſecundum aliquẽ effectum conſequentem.

2. Ratio, qua vtuntur D. Thom. Anton. 28

Richar. *2. Ratio.*

Ægidius, & D. Thom. Sayrus, Herrer. & alij ſupra.

Sed hanc rationem impugnat Altiſiodo. quia vt pœna eſſet proportionata culpæ, deberet, qui in ſuo æterno peccauit, in ſuo æterno, vel in alio æquali puniri; æternum autem Dei eſt infinite maius: ergo non videtur ſeruari proportio. Sed ipſemet Reſpondet ex verbis Gregorij, quod homo per totam æternitatẽ, & non ſolũ in hac vita, ſi poſſet peccaret: ideo p totã æternitatẽ debet puniri. Sed contra quia multi ſunt, qui cum peccant non habent voluntatem peccandi in æternum, etiam ſi in æternum viuerent, ſed vel non cogitant de hoc, vel proponunt poſtea conuerti, & non peccare in æternum: ergo in
6. his ratio hæc non procedit, ac proinde nec in alijs, qui hos in culpæ grauitate finite tantum excedunt, imo interdum exceduntur, quia alia ratione eorum peccata ſunt minus grauia, quam aliorum, & præterea hæc ratio videtur etiam procedere in peccato veniali. Reſpond. vt in prima ratione diximus, legiſlatorem imponere pœnas iuxta ea quæ per ſe, & communiter contingunt, communis autem diſpoſitio peccantis mortaliter eſt velle ſemper viuere, vt ſemper creaturis, etiam illicite fruatur, ob id æquum eſt, & rationi conſentaneum, vt pœnæ æternæ grauibus peccatis ſtatuantur. Nec improportionatæ ſunt illis in ratione mercedis, & meriti, licet ſint improportionatæ induratione, vt nec æterna beatitudo in ratione mercedis eſt improportionata actui meritorio, licet ſit improportionata in duratione. Vnde etiam in Repub. temporali ſæpe ſtatuũtur pro meritis & demeritis breuibus præmia & ſupplicia æterna. Quod ad hoc propoſitum probat Auguſtin. 21. ciuitat. cap. 11. Hugo. 2. de ſacramentis parte. 14. capit. 5. Durand. 4. diſtin. 46. quæſt. 2. Altiſiod. Antonin. D. Thom. ſupra. Valentia hic diſputa. 6. quæſt. 17. puncto. 4. Antonius Perez illo num. 86. D. Thom. q. 87. artic. 3. Nam quædam delicta habent pœnam mortis, quæ pœna nunquam finietur, niſi homines ſupernaturaliter reſurgerent, quod ignotum eſt multis talem pœnam decernentibus. Si dicas, ſolum priuare vita ad tempus, quo naturaliter viuere poſſent: reliquum enim conſequitur ex natura rei. Contra. Nam etiam ſi poſſent homines perpetuo viuere, poſſent vita priuari, ſi eſſent Reipub. pernicioſi, & multo melius fama, & alijs rebus, quibus ipſi, vel eorum ſucceſſores perpetuo vti poſſent. Poſſẽt etiam priuari vſu matrimonij atque adeo perpetua ſucceſſione, quam haberẽt etiam, ſi mundus in æternum duraret, exilium etiam perpetuum peccantis, & omnium ſucceſſorum ipſius ſtatuitur pro nonnullis delictis: ergo non requiritur ad iuſtitiam pœnæ, proportio eius, & culpæ in duratione.

Quarta ratio, nam qui peccat mortaliter, 34
contemnit, vel negligit præmia æterna, & 4. ratio.
præfert illis bona temporalia: ergo non mirum ſi priuetur æternis bonis, & dolorem æternum propter eorum amiſſionem pati cogatur. Hæc ratio, etiam habet calumniam: nam quidam peccant ſine vlla cogitatione, vel culpabili ignorãtia huius veritatis, quod æterna bona per quodlibet peccatum graue amittantur, & præterea nunc inquirimus, cur Deus ſtatuerit hanc pœnam cuilibet peccato graui, cum improportionata videatur. Reſpondet, non eſſe improportionatam in ratione mercedis, & meriti, ſed tantum induratione, vt diximus, & ea poſita cum peccatores communiter illam cognoſcant, non mirum ſi in illos executioni mandetur.

Quinta ratio, quia damnati, per mortem ſunt obſtinati in malo, & ſemper odio ha- 35
bent *Deum* iuxta id, ſuperbia eorum, qui te 5. Ratio.
oderunt, aſcendit ſemper, & Apocal. 16. blaſphemauerunt *Deum*, qui habet poteſtatem ſuper has plagas, iuſtitia autem exigit, vt etiam ait Gregorius, rebellibus & contumacibus pœnam non relaxari. Hac ratione vtitur Antoninus, ſed non eſt intelligendum, eos æterno puniri pro peccatis, quæ in inferno committunt, quia extra viam non eſt meritum nec demeritum, vt dicit Anſelm. 1. cur *Deus* homo, cap. 20. & lib. 2. fere per totum, ſed quia per peccatum mortale homines in ſtatum obſtinationis ſe coniecerunt. Non obſtat hoc ignoraſſe, vel non cogitaſſe, ſufficit enim ex natura rei id conſequi ad mortem in peccato mortali, vt etiam ex natura rei cõſequatur æternitas pœnæ.

6. ratio, quia *Deus* eſt æternus & anima æterna: ergo præmia, & ſupplicia debent eſſe æterna, vt iuſtitia Dei in æternum, & in æternis reſplendeat, nec circa res æternas tot varietates exiſtant, quot neceſſe eſſet dare ſi præmia & ſupplicia finem haberent, deberent enim merita & demerita, in præmia & ſupplicia in infinitum ſuccedere, vt dicebat Origenes: neque vnquam homines eſſent vere felices, cum ſemper de futuro timerent, nec vere infelices, cũ ſemper d futuro ſperarent, & ſic de peccatis, & meritis parum curarent, maxime cum nec modo nimium curent ſciẽtes præmia, & ſupplicia eſſe æterna. Confir. cum *D.* Thom. 3. contra gentes. cap. 44. Anima enim vnitur corpori ad agendum propter finem ſuum: ergo natura rei exigit, vt ſi in hac vita ad ipſum conſequendum non laboret, in æternum eo caret, & ſuæ negligentiæ pœnas det.

5. Quinto arguitur, quia ſi peccatum mortale
eſſet malitiæ finitæ, poſſet pro illa ſatisfacere
ad æqualitatem creatura puta, & per obſe-
quia finita numero,& magnitudine:hoc au-
tem eſt contra Anſel. 1. cur *Deus* homo, fere
per totum,præſertim cap. 21. vbi docet tanti
ponderis eſſe peccatum, eo quod nec pro cō-
ſeruando toto mundo faciendum eſt, vt per
nulla obſequia etiam ſi alias eſſent indebita,
poſſet pura creatura pro illo ſatisfacere. Ad
idem eſt Pariſien. lib. cur *Deus* homo cap. 7.
& *D*. Tho. 3. part. q. 1. ar. 2. ad. 2. & alij in ma-
teria de incarnatione docentes,ſolum *Deum*
potuiſſe ad æqualitatem ſatisfacere pro pec-
cato,quia peccatum continet malitiam infi-
nitam:omne autem obſequium creaturæ eſt
6. valoris finiti. ¶ Sexto arguitur, quia dari poſ-
ſunt meritum,& ſatisfactio infinita ſimplici-
ter, vt in Chriſto data fuere :ergo etiam dari
poſſunt demeritum,& peccatum ſeu offenſa
infinita ſimpliciter, & ratio eadem videtur,
quia ſicut meritum & ſatisfactio Chriſti fue-
re infinita ſimpliciter exinfinitate merētis,&
ſatisfacientis,ita peccatum mortale videtur
habere malitiam infinitam ex infinitate *Dei*
7 offenſi. ¶ Septimo ſi peccatum mortale non
habet malitiam infinitam ſimpliciter: ergo
finite excedit veniale: ergo cum veniale ſo-
lum mereatur pœnam temporalem, mortale
non merebitur æternam.

8. Octauo arguitur,quia hæc videtur ſenten
tia grauiſſimorum doctorum. Pariſien. lib. de
34 legibus cap. 21. late docet, malitiam peccati
mortalis eſſe infinitam, quia obligatio illud
vitandi eſt infinita,& is qui eo offenditur,ſci-
licet Deus,eſt infinitus.Inter alia inquit. *Si* a-
liquis peccaret in aliquem æqualem ſibi, pro
culdubio aliquantum peccaret in eum, & ſi
idem, vel ſimile peccatum committeret in
maiorē,magis, & quanto in maiorem, tanto
magis,&c.quare ſi in infinitū,& in infinitum
magis: quia igitur Deus in infinitum maior
eſt quocunque alio, in infinitum magis pec-
catur quoties peccatur in Deum, quam pec-
cetur in hominem eodem genere peccati v.
g. ſi occiditur Deus, & occiditur homo, qui
non eſt Deus,in infinitum magis peccatum
eſt occiſio *Dei* quam occiſio hominis. Eo-
dem modo ſi conſpuitur Deus, & conſpuitur
homo, vel percutitur, vel vulneratur. Quare
ſi contemnitur Deus, & contemnitur homo,
vel offenditur *Deus*, & offenditur homo, in
infinitum maius peccatum eſt tam offenſa,
quam contemptus Dei,offenſa,vel contemp-
tu hominis: quia ergo omni peccato mor-
tali offenditur, & contemnitur *Deus*, quia
eius mandatum,& voluntas præteritur, mani
feſtum eſt omni peccato mortali in Deum
infinite peccati,vel ſaltem in infinitum ma-
gis, quam peccaretur in hominem, ſi homo
offenderetur, vel contemneretur. Hæc Pari-
ſien.

Altiſiodor. ſecundæ ſummo. tract. 28. cap.
4. quæſt 1. in fine, ait,omne peccatum mor-
tale eſſe infinities maius, quam veniale, &
qui peccat mortaliter, in infinitum magis
peccare,quam qui peccat venialiter, eodem
modo loquuntur *D*. Thom. quæſt. 87 ar. 5 ad
1. vbi Conrad. Caietan.& alij,& quæſt. 72. ar.
5. ad. 1. Albert. 2. par. tract. 18. quæſt. 114. mem
br. 4. ar. 3. in fine. Bonauen. 2. d. 35. in expoſi.
litteræ,num. 3. & diſt. 42. ar. 2. quæſt. 1. in fine.
Antonin. 3. pat. tit. 14. cap. 19. §. 14. & commu-
niter *Doctores*. 4. diſt. 16. vbi Argentin. quæſt.
vnic. ar. 4. ad. 5. Scotus. 4. diſtin. 21. quæſt. 1. Ri-
chard. 2. diſt. 42. quæſt. 2. in fine. *Ægid*. 2. diſt.
24. parte. 2. quæſt. 2. at. 5. ad. 1. Pariſienſis tract.
de virtutibus cap. vltimo ad finem. Viguer.
cap. 18. §. 1. verſic. 1. in fine. Item D. Thom.
quæſt. 87. art. 4. argum. 2. & eius ſolutio. ad
quam remittit. Medina ibi ad. 1. ait, peccato
mort. quia eſt infini um ex parte aueſionis
reſpondere poenam infinitam in duratione,
licet non in acerbitate, quia eſt finitum ex
parte conueſionis.

Bellarmin. 1. de amiſſione gratiæ, cap. 14.
ait mortale habere malitiam infinitam,quia
auertit à Deo; veniale non: & Alenſis. 2.
part. quæſtio. 127. membro. 3. ait peccatum
mortale eſſe improportionale veniali, & in-
finite ipſum excedere in deformitate, quia
veniale continet deformitatem ſub *Deo*,
mortale vero ſupra Deum, vel contra Deum,
offendit *Deum*, & priuat *Deo*; deformitas
enim menſuratur ex eo,qui offenditur, & ex
bono quod amittitur, ideo ait puniri pœna
æterna cum tamen veniale ſolum puniatur
pœna temporali. & 3. parte quæſt. 1. membro
6. artic. 2. ad. 1. ait peccatum mortale haberē
infinitam malitiam, idem tribuitur Alber.
3. diſt. 18. artic. 4. & diſt. 20. artic. 6. Id vero
aſſerit aperte Richard. 3. diſt. 20. art. 1. quæſt.
4. Bonauen. ar. 1. quæſt. 3. argumen. quodam
ſecundi ordinis,quod cōcedit:idem inſinuat
in corpore dicēs, tam grauem eſſe offenſam,
quæ fit *Deo*,ob excellentiſſimam eius digni-
tatem,quod nulla creatura poteſt recompen
ſare aliquid ei æquale,& q. 4. ait nullam crea
turam poſſe ſatisfacere pro illa injuria ſatiſ-
factione plena,quia illa offēſa,& iniuria om-
nino excedit puram creaturā. Citatur Rich.
lib. de incarnatione Verbi. c. 8. ſed non eſt ad
rem. Secus Gerſon. alph. 61. litt. C. ſeu de vita
ſpirit. p. 3. lect. 1. corol. 6.

Vera tamen opinio, & communis eſt pec- 35
catum mortale non habere malitiam ſim- *2. Opinio Auctoris.*
pliciter infinitam. Vazquez,diſput. 99. cap. 8.
diſput. 100. cap. 5. q. 87. art. 4. in commentario.

etiam ſi eſſent duæ malitiæ quantitas vnius eſſet ſumenda ex quantitate alterius, quantũ eſt in actu malitiæ moralis & culpæ, tantum debet eſſe offenſæ & iniuriæ diuinæ: ſed malitia moralis eſt finita: ergo & iniuria. Confi. etiam quia malitia iniuriæ, quæcumque illa ſit, etiã eſt priuatio bonitatis finitæ, eſt enim priuatio alicuius boni quod Deus deberet habere in creatura: ergo etiam eſt finita.

38 Nec 2. valet dicere (quamuiſqid eſſet veriſimilius) malitiam moralem conſiſtere in priuatione bonitatis debitæ, & quia bonitas obedientiæ & conformitatis ad legem Dei, licet ſi finita, eſt infinite debita, ideo malitiam mortalem eſſe infinitam. Non inquam hoc valet, quia debitum & obligatio illa non eſt infinita, alioqui eſſet æqualis in omnibus præceptis; quod eſt falſum, nam in omnibus præceptis Dei ſiue obligent ſub mortali, ſiue ſub veniali, datur latitudo in obligatione, & quædam obligãt magis alia minus, & ideo debet homo vnum alteri præferre, cum occurrere ſimul videntur & vtrumque implere nõ poteſt, & conditionale hoc propoſitum, ſi alterutrum eſſet faciendum potius furarer, quam occiderem eſt, bonum, propoſitum vero contrarium eſt malum. Dices, ius Dei, vt illi obediamus eſt infinitum: ergo obligatio obediendi in nobis eſt infinita. R. ius illud etiam eſſe finitum ſimpliciter quoad intenſionem, licet ſit infinitum extenſiue, quia poteſt ad infinita obligare & magis quam infinitę creaturæ poſſibiles.

39 Tertio, quia ſic omnia peccata ſaltem mortalia eſſent paria, & vnum non eſſet grauius alio; quod eſt error ſtoicorum contra fidem, vt ſuperius vidimus diſputatio. 5. ſectione. 1. ſequela probatur, quia vnum infinitum non eſt maius alio, & ideo qui tenent, omnia opera Chriſti eſſe ſimpliciter infiniti meriti, docent omnia eſſe æque meritoria. Confirmatur, quia infinitum non poteſt creſcere in infinitum, ſed peccatum mortale poteſt creſcere in infinitum ex intenſione, extenſione, aduertentia libertate, & alijs circumſtantijs aggrauantibus: ergo peccatum mortale non eſt infinitum, ſimpliciter in ratione malitiæ & offenſæ. Confirmatur etiam quia malitia peccati mortalis non eſt infinita ſimpliciter ob rationem ſpecificam, nec ob rationem indiuidualem: ergo nullo modo eſt ſimpliciter infinita. Prima pars antecedentis probatur, quia vna ſpecies malitiæ, verbi gratia, furti, non continet alias ſpecies formaliter, nec eminenter: ergo non eſt infinita ob ſuam rationem ſpecificam, & alioqui cum peccatum veniale, & mortale contingat eſſe eiuſdem ſpeciei, malitia peccati venialis tunc eſſet infinita ſimpliciter. Secunda vero pars antecedentis probatur, quia malitia huius furti mortalis poteſt in indiuiduo creſcere, & non continet malitias omnium indiuiduorum eiuſdem ſpeciei, & multo minus aliarum: ergo hoc furtum ratione indiuidualis malitiæ non eſt ſimpliciter infinite malum.

Quarto ſi peccatum mortale haberet malitiam infinitam ſimpliciter, illam haberet ab obiecto ſeu perſona, contra quam peccatum committitur. Hoc autem eſt impoſſibile, quia vnum obiectum etiam ſi excedat aliud infinite; non ideo dat bonitatem vel malitiam infinite excedentem, alioqui infinite maius peccatum eſſet odiſſe Deum, vel non amare ipſum quando tenemur, quam odiſſe; vel non amare proximum, quando tenemur illum diligere. Quod falſum eſt, & contra omnium ſenſum, præſertim contra Altiſiodor. ſummæ. tractatu 20. quæſtione. 4. vbi docet, obligationem diligendi Deum non eſſe infinite maiorem, quam diligendi proximum, & ideo non eſſe infinite maius peccatum non diligere Deũ, quam non diligere proximum, quando teneor.

Quinto. ſi quodlibet mortale habet malitiam ſimpliciter infinitam: ergo meretur pœnam ſenſus infinitam non ſolum in duratione; ſed etiam in intenſione, & non plus pœnæ merentur omnia peccata, quam vnum mortale minimum. Confirmatur, quia pœna damni, quæ reſpondet mortali ex parte auerſionis, eſt ſimpliciter finita: eſt enim priuatio diuinæ viſionis: ergo & mortale ex parte auerſionis eſt malitiæ ſimpliciter finitæ. 40

6. Quod magis diſplicet *Deo*, & eſt contra præceptum magis obligans, magis *Deum* offendit: ſed vnum peccatum magis diſplicet *Deo*, & eſt contra præceptum magis obligans quam aliud: ergo magis *Deum* offendit: ergo non eſt infinitum ſimpliciter in genere offenſæ.

Septimo non omne peccatum mortale eſt directe, aut ſcienter contra *Deum*; ſed interdum indirecte & virtualiter, vt cum homo non habet odio Deum, nec vult offenſam eius, niſi materialiter, & ignorans eo actu offendi Deum, aut violari eius legem, aut id non conſiderans, ita vt inaduertentia, vel ignorantia ſit omnino inculpabilis. Conſtat enim poſſe dari ignorantiam & inaduertentiam, ſeu inconſiderationem Dei ac proinde legis ipſius, & iniuriæ, quæ ei per peccatum mortale irrogatur, vt diximus agentes de ignorantia. Aliquando igitur illarum rerum inaduertentia, vel ignorantia erit omnino in-

Digitized by Google

ſice, ſed non motaliter, quia exterior actus non habet aliam malitiam moralem, quam actus melior à quo proficiſcitur, qui eſt finitus & limitatus in genere moris. Hæc ille. n. 93. addit autem num. 94. etiam ſi peccatum eſſet deſtructiuum Dei, quantum de ſe eſt, ſi Deus eſſet deſtructionis capax; adhuc non inde colligitur infinita malitia ſimpliciter, ſed tantum obiectiue, nam licet actio ſit damnificatiua, ſi tñ de facto nõ eſt dãnũ illatura & hoc præuidetur, non multum aggrauat actionem moralẽ, &c. Hæc poſteriora verba ſumpſit ex Suarez ſupra. Dictum vero Chryſoſto. in argumento citatum hyperbolicum vel potius metophoricum eſt, ſicut & illud Pauli, rurſus crucifigentes filium Dei. Caiet. ſolum ponit peccatum eſſe deſtructiuum Dei, ſicut actus charitatis eſt poſitiuus Dei, quod non eſt verum niſi in peccato odij vel iræ contra Deum, & licet eſſet verum in omni peccato, ſolum argueret in eo infinitatẽ ſecundum quid, qualis eſt in actu charitatis, & certe illa argumentatio: peccatum de ſe eſt contriſtatiuum Dei, triſtitia autem auferret Dei beatitudinem, quæ eſt eius eſſe, ergo deſtrueret Deũ, ergo peccatum habet malitiam infinitam, nullius eſt momenti: tum quia ſimilis fieri poteſt in peccato veniali: tum quia nec peccatum habet vim contriſtandi Deum, licet contriſtaret omnem, qui Deus aut beatus non eſſet. Nec triſtitia aliqua auferret Dei beatitudinem, nam cum triſtitia aliqua poteſt eſſe beatitudo & fuit in Chriſto. Nec ſi deſtrueret Dei beatitudinem, Deum deſtrueret: quia in illo euentu beatitudo Dei non eſſet eſſe Dei, & licet deſtrueret Deum; tamen peccatum non haberet infinitam malitiam moralem ſed naturalem, quia haberet infinitam vim diſtructiuam, & alioqui etiam actus bonus haberet infinitam bonitatem moralem, quia de ſe eſſet lætificatiuus Dei, & lætitia Dei eſt ſua beatitudo & beatitudo eſt eſſe Dei, & ſic eſſet poſitiuus ipſius Dei. Cõſtat autẽ hanc argumẽtationẽ eſſe nullã: ergo idem de alia dicendum eſt, & ſimiliter falſum puto, dicere quod peccatum quantum in ſe eſt aufert à Deo eſſe legislatorem, iuſtum, ſapientem & potentem; licet interdum peccator velit ſi fieri poſſet in Deo nõ eſſe facultatem vel vſum ferendi leges ne illis eum obligaret, aut in eo non eſſe iuſtitiam vindicatiuam, ſapientiam & cognitionem delictorum, potentiam ve puniendi ne ipſum puniret, quæ voluntas etiam ſi praua ſit, non eſt ſimpliciter infinite mala. Rurſum peccator ſibi ipſi non infert dãnum infinitum ſimpliciter, ſed ſecundum quid, quatenus priuat ſe iure videndi Deum gratia & amicitia Dei, vel reparabiliter, vt communiter contingit, vel irreparabiliter, vt per finalem impœnitentiam, in quo euentu etiam infert pœnam damni infinitam ſecundum quid quia eſt priuatio viſionis, quæ eſt infinita ſecundum quid, & ipſa eſt perpetua & infinita in duratione. Ex quibus non arguitur peccatum mortale eſſe ſimpliciter infinitæ malitiæ: ſed ſecundum quid, & ſic intelligitur D. Tho. q. 87. a. 4. dicens, mortale peccatum eſſe infinitum ex parte auerſionis, quia ſcilicet eſt notabilis auerſio à Deo, vt legiſlatore & conſequenter vt amico & fine.

43 Ex quibus patet ad 4. omnes enim illæ infinitates non reddunt peccatum mortale infinitum ſimpliciter, ſed ſecundum quid & prima. 2. 5. & 6. etiam in veniali reperiũtur: quod tamen conſtat non habere malitiam ſimpliciter infinitam. *Ad. 4.*

Ad. 5. Ad. 5. R. etiam ſi mortale peccatum ſolum ſit infinitum ſecundum quid, creaturam puram non poſſe pro illo ad æqualitatem ſatiſfacere, quia illa infinitas ſecundum quid eſt maior quibuſcumque obſequijs puræ creaturæ. De quo vide Suarez Cabreram & alios. 3. p. q. 1. a. 2. Quod vero peccatum mortale pro nullis bonis mundi faciendum ſit, non prouenit ex eo quod habeat malitiam infinitam ſimpliciter: nam idem eſt in peccato veniali quod eam non habet, ſed quia implicat contradictionem peccatum eſſe licitum: vide Cabreram illo. §. 5. n. 91.

Ad. 6. Ad. 6. R. aliquos non admittere meritum & ſatisfactionem Chriſti fuiſſe infinita ſimpliciter, alios vero eo admiſſo negare eſſe ſimile, quia magis creſcit valor operis ex dignitate operantis quam bonitas vel malitia ex obiecto vel ex dignitate perſonæ quę amatur vel offenditur: reddere autem huius rei ſufficientem rationem eſt ſanæ difficile de quo lege Suarez. 3. p. q. 1. a. 2. diſp. 4. ſect. 4. Ad. 2. & Zumel. q. 87. ar. 4. dub. 3. §. Caietanus ad finem, & § ad. 2. confirmationem: nos enim nolumus modo hac in re immorari, quia pertinet ad materiam de incarnatione, vbi id late tractabimus. Vnum tãtum dico, rationes diſcriminis quæ afferuntur, non eſſe ſatis apertas, & ſi nulla admittatur, potius dicendum eſſe, meritum Chriſti non fuiſſe infinitum ſimpliciter, quam malitiam peccati mortalis eſſe ſimpliciter infinitam.

Ad. 7. Ad. 7. R negando conſeq. quia maxime expedit, vt peccata grauia vitentur; ad quod neceſſe eſt imponere poenam æternam: ſi enim eſſet ſpes finis in poena, non multum curarent homines de illa: leuia autem caueri non multum intereſt, ideo pro illis non imponitur æterna poena. Cur vero peccatum mereri poſsit poenam infinitam ſecundum durationem, & non ſecundum intenſionem ſectione ſequenti videbimus.

Ad. 8. R.

in actum, ſeu motum deliberatum aut primo primum. Non ergò ſemper peccator vult formaliter aut implicite deſtructionem aut non eſſe Dei.

Ad.1.in oppoſitum Reſp. ſenſum D.Thomæ
45 eſſe, quòd peccatum ſiue mortale, ſiue veniale, (nam loquitur de peccato in genere) non ſolum opponitur bono creaturæ, ſed etiam Dei: priuat enim ipſum obedientia, honore & reuerentia. Roman. 2. per præuaricationem legis Deum inhonoras, & D.Tho. quæſt. 73. articul.8.ad 2. licet Deo nullus poſſit nocere quantum ad eius ſubſtantiam: poteſt tamen nocumentum attentare in ijs, quæ Dei ſunt, violando ſacra, extirpando fidem &c. quamuis hæc bona extrinſeca non augeant intenſiue bonum diuinum cum contineantur eminenter in bonis intrinſecis Dei, & ideo. Prouerb.9 dicitur, ſi ſapiens fueris, tibi metipſi eris, ſi autẽ illuſor, ſolus portabis malum, & Iob. 22. Inquit Eliphaz, quid prodes Deo etiamſi iuſtus fueris, aut quid ei conferes, ſi immaculata fuerit anima tua, & cap. 35. ait Heliud, ſi peccaueris, quid ei nocebis, & ſi multiplicatæ fuerint iniquitates tuæ, quid facies contra eum, porro ſi iuſte egeris quid donabis ei? Homini qui tui ſimilis eſt, nocebit impietas tua, & Auguſt.11.ciuit. quem refert, & ſequitur Alenſis.2.pat.quæſt.100.m.8. art.1. virium, inquit, quo reſiſtunt Deo, qui eius appellantur inimici, non Deo ſed ipſis malum eſt, ideſt, noxium vt ipſe Auguſt. explicat ſtatim. Similiter docet Ambr.Epheſ.4.& Grego. 25.moraliũ in verba citata. Iob. 22. ait Deum non indigere noſtra iuſtitia ſecundũ id Pſ.15. Deus meus es tu; quoniam bonorum meorum non eges. Et licet peccata diminuerent intenſiue diuinum bonum aggregatum ex bonis intrinſecis & extrinſecis, non ideo inferret triſtitiam ſicut nec mala extrinſeca, quæ intenſiue minuunt bonum beatorum, cõtriſtãt illos, nam ſummum gaudium de beatitudine impedit triſtitiam, quę oriri poſſet ex malis iſtis, eo quod cõparatione beatitudinis parui momenti ſunt.

Ad.2.Reſp.ſenſum D. Thomæ eſſe, quod peccatum, ſiue mortale, ſiue veniale, priuat ordine ſubiectionis creaturæ ad Deũ & ideo ſub diuina voluntate cadere non poteſt, adeo enim eſt debitus ordo ille, vt nulli voluntati etiam diuinæ licitum ſit velle, quod creatura non ſit ei obediens & ſubiecta.

Ad.3.Reſp.D.Thomam intelligi de bono extrinſeco, quod non ſolum ſit bonum creaturæ, ſed etiam ipſi Deo: quamuis, vt diximus, nunquam augeat reuera bonum intenſiuum Dei, ſicut dicitur, *Deum*, & mundum non eſſe maius bonum intenſiue quam ſolus Deus.

Ad.4.Reſpondetur, nomine iniquitatis intelligi eo loco, vt ſæpe alibi, moleſtiam & incommoditatem, quaſi Deus diceret (vt ibi exponit Hierony.) quid vobis moleſtus fui, vt dicitur. Micheæ.6. popule meus quid feci tibi, aut in quo contriſtaui te &c. & Theodore. explicat, qua iniuria vos affeci? & licet homo interdũ in ſuo iudicio erroneo aſcribat Deo iniuſtitiam, vel aliud malum, nõ eo ipſo vult illud Deo explicite aut implicite.

Ad.5. Reſpon. non omnis peccator dicit in corde ſuo, non eſt Deus, ſed aliquis: qui licet in iudicio auferat eſſe Deo, non ideo auferet illud in affectu explicito vel implicito.

Ad.6. Reſp. in loco illo ad Epheſios nomine Spiritus Sancti poſſe intelligi ſpiritum & animam ipſius met Pauli, vt exponit magiſter ibi. Si autẽ nomine *Spiritus* Sancti Deus vel diuina perſona intelligatur, ſenſus ſecundum Chryſoſto. & Anſelm. erit, Spiritũ Sanctum contriſtari, cum aliquis homo iniurijs afficitur, dicente domino, quod vni ex minimis iſtis feciſtis, mihi feciſtis & Paulo ad Theſalon.4. qui nos ſpernit, nõ homines, ſed Deũ ſpernit. Vel Spiritus Sanctus contriſtari tunc dicitur, cum recedit à nobis, in quibus erat per gratiam & illi diſplicimus contemnentes ſalutaria monita illius vt explicant Amb. & Anſelmus, & licet concederemus peccatũ quantum ex ſe eſt contriſtare Deum hoc ſenſu, quod ſi aliquid poſſet Deum contriſtare, peccatum cõtriſtaret ipſum; veluti, ſi cœlum eſſet calefactibile, ab igne calefieri poſſet, tamen non inde ſequeretur, peccatum de ſe eſſe deſtructiuum Dei, ea enim triſtitia nõ extingueret Deum, ſicut, nec nos quælibet triſtitia extinguit & alioqui etiam peccatum veniale eſſet deſtructiuum *Dei*, quia eodem ſenſu de ſe eſt contriſtatiuũ *Dei*, imo omne malum noſtrum eſſet deſtructiuum *Dei*, quia mala vnius amici quantum eſt de ſe alterum amicum contriſtant, & ſane in illo loco geneſis mala pœnæ noſtræ videtur deplorare *Deus*, nempe mundi deſtructionem, non mala ipſa culpæ. Vide Auguſt. & Chryſoſto. ibi. Illæ autem metaphoræ fellis, amaritudinis, exacerbandi, irritandi, & exaſperandi ſolum ſignificãt, iram *Dei* concitari, quia iram noſtram comitari ſolet cõmotio flauæ & atræbilis, ac proinde amaritudo & acerbitas in guſtu.

SECTIO. VII.

Vtrum peccatum mortale ſit puniendum pœna infinita ſecundum intenſionem & acerbitatem.

Com-

tione. Sic enim loquitur. Iam igitur declaratum eſt tibi quia omnis peccans mortaliter infinitam cõtumeliam, vel iniuriam irrogat Deo: infinitę autem iniuriæ vel contumeliæ infinita de iure debetur pœna: hoc autem intelligitur de infinita in duratione: cum enim omnis virtus humana ad agendum finita eſſe videatur, non videtur ei poſſe infligi infinita in acerbitate pœna. Qua propter in infinitate durationis compenſabitur ex neceſſitate acerbitatis infinitas &c.

48 *2. Opinio authoris.* Vera tamen ſententia eſt peccato mortali non deberi pœnam ſenſus infinite intenſam, ſed finite tantum. D.Th.q.87.art. 4. vbi Caiet. Contad. Medina, Vazquez, Carbonius & alij. Zumel dub.3. Valentia diſpu.6.q.17.puncto.4. Argentina.3.diſt.20.quæſt.vni.art.2.

Ante probationem opinionis noſtræ ſupponimus contra recentiores illos ſuperius citatos, friuolum eſſe qood dixere, omne peccatum mortale reddere hominẽ dignum pœna infinita intenſiue; nõ tamen eam mereri, quia ad merendum requiritur pactũ aut lex. Nam licet fortaſſe ad meritum bonum requiratur pactum, promiſsio, aut lex. (Quod tamen merito negat Vazquez ſupra, & in materia de. gratia efficaci etiam confutabimus, tamen ad malum meritum, ſeu demeritum, ſtultum eſt legem, pactum, promiſsionẽ, aut potius comminationem requirere; ſic enim, vt infert Vazq. nulla extante comminatione peccatum nullam mereretur pœnam, qood abſurdum eſt. Præterea quia ſequeretur peccatorem nunc non mereri annihilationem, nec vt ſtatim ſine remedio damnaretur, quia reuera nulla eſt lex, vel comminatio Dei, quæ talem pœnã ſtatuat. Præterea, quia ad rigorẽ iuſtitiæ vindicatiuæ non requiritur obligatio puniendi, quæ ex abſoluta comminatione in Deo oriri poſſet, maxime cum ea obligatio nõ eſſet de iuſtitia aut fidelitate, ſed ex ſimplici veritate ſeo veracitate, & conſtantia. Quis eoim ita deſipiat, vt putet, ex eo quod quis alicui ſerio comminetur pœnam, oriri in eo obligationẽ iuſtitiæ, vel fidelitatis ad illam exequendam. Non enim eſt iniuſtus, vel infidelis niſi qui alteri volenti aut petenti, & ius habenti negat promiſſum. Impertinens ergo eſt ad demeritum promiſsio, ſeu comminatio pœnæ, & ita ſi peccatum reddit hominem dignum pœna ſenſus intenſiue infinita, etiamſi Deus non fuerit eam comminatus, merebitur homo talem ac tantam pœnam: Dei enim volũtas punitiua, vel comminatio ſicut non auget malitiam actos, ita nec demeritum. Ex quo etiam erit conſequens, vt ſi verum eſt, quod aliqoi putant, non repugoare infinitam intẽſionem ea retribuenda ſit peccatori, vel ſaltẽ, cum non repugnet, quotidie intenſius & intenſius puniri per totam æternitatẽ, pœnam ſenſus eſſe ſic intendendam in infinitum: licet enim Deus puniat citra condignom, ſeu minus quam peccatum mereatur iuxta communem ſententiam Theologorum, de qua infra, non tamen punit infinite minus, quo tamen modo puniret, ſi daret pœnam ſenſus finite intenſam pro peccato, quod mereretur illam cum infinita intenſione cathegorematice, vel ſyncathegorematice.

Hoc igitur ſuppoſito poenã peccato mortali debitam non eſſe infinitam intẽſiue, probat Zumel: quia nec ignis inferni, nec aliquod inſtrumentum creatom poteſt efficere infinitam intenſionem, nec potentia, in qua eſt dolor, poteſt habere infinitum dolorem cum ipſa ſit finita. Sed, quod attinet ad ignem & alia inſtrumenta, non vrget, quia vel ſolũ ſunt inſtrumenta moralia, vel etiã ſi ſint phyſica, tamen ſi infinitus dolor eſſet poſsibilis, poſſent illum efficere per infinitam virtutem Dei illis communicatam inhærentẽ vel aſsiſtentem, vel Deus efficeret infinitum dolorẽ ſine inſtrumentis, ſi peccata illum mererentur. Quod etiam attinet ad potentiam appetitiuã licet ſit apparentius, non cogit, quia ſecundũ communem opinionem potentia illa poteſt materialiter & effectiue concurrere ad infinitum actum ſaltem ſi à Deo infinite iuuetur ad agendum, Alij vero dicunt poſſe plus; & plus recipere, non vero plus & plus efficere in infinitum. Quod ſi ita eſt & peccatum meretur infinitã pœnam intenſiue, Deus efficiet cum potentia id ad quod efficiendum, vel recipiendum adiunari à Deo potentia valet. Aliter ergo veritas illa probatur. ¶1. Quia malitia peccati mortalis eſt ſimpliciter finita: ergo meretur poenam finitam ſecundum intenſionem, licet infinitam ſecundum durationẽ. Conf. quia vix poſſumus ſaluare, quod iuſte infligi poſsit pro peccato mortali poena infinita ſecundum durationem: ergo huic difficultati non eſt addendum, quod debeatur ei poena infinita ſecundũ intenſionẽ. ¶2. Alias omnia peccata mortalia, eſſent meritoria æqualis poenæ, immo & omnia ſimpliciter nam fundamenta Almai. Altiſiod. & aliorum in venialibus etiam procedunt. ¶3. Alias vel damnati nunc patiuntur infinite minorem poenam, quam meruerint, & ſic parum iuſtitiæ ſeruaretur in eorũ punitione, vel puniuntur reipſa poena infinite intenſa, ac proinde omnes æqualiter, quod nõ eſt tutum in fide, quæ inæqualitatem in tormentis inferni plane agnoſcit. Conf. quia vel infinita intenſio eſt poſsibilis, & ſic retribuenda erit peccatis, ſi illam mereantur, vel eſt impoſsibilis & ſic non poteſt cadere ſub merito. Item poenam in infinitum augeri non cadit ſub merito, 49

ſicut

quod pœna damni reſpondet auerſioni & pœna ſenſus conuerſioni. *De* quo agit Zum. hac.q.87.ar.4.dub.1. & Herrera.2. diſp.42. q.3. vbi recte docet, in peccato.m. conuerſionem eſſe auerſiuam, & auerſionem conuerſiuam & tam auerſionem, quam conuerſionem puniri poena ſenſus, licet peculiariter hæc poena accomodetur conuerſioni, & poena damni auerſioni. Itaq. ad arg.1. dicimus odiũ *Dei* ex parte conuerſionis ad creaturam nullã habere infinitatem, ſed totam infinitatem eſſe ex parte auerſionis, licet autem ex parte conuerſionis eſſet aliqua infinitas, ea tamen eſſet ſecundum quid, & inferret malitiam infinitam ſecundum quid, ideo poena ſenſus non eſſet infinita intenſiue. Similiter velle occidere infinitos homines non continet conuerſionem infinitam, ſed auerſionem, & licet daremus conuerſionem eſſe infinitam, non ideo demeritum eſſet infinitum vel poenæ infinitæ ſecundum intenſionem, ſicut nec velle ſaluare infinitos homines continet meritum infinitum vel gloriæ infinitæ, quia non quælibet pars obiecti cum alijs tantam bonitatem vel malitiam confert actui quantam ſe ſola & ſeorſum eidem conferret, & ideo licet vnus homo ſeorſum vnum gradum conferret, tamen infiniti non conferunt infinitos, quia cum minori aduertentia conatu & appropriatione reſpondet actus ſingulis hominibus: ſimiliter nec volitio eliciendi actũ bonum vel malum cum infinita intenſione excedit infinite volitionem eliciendi illum cum finita intenſione, vt docuimus tractatu de bonitate & malitia, & tradit Zumel hic. a. 4.dub.3. Medina & alij.

52 *Ad.2.arg.* Ad.2. Reſpondet Zumel illo dubio.3. procedere in augmento gloriæ, gratiæ & charitatis, eſſeque calculatorium & inutile, de cuius inefficacia egit.1.par.quæſt.95. ar.4. diſp.1. & 1.2.quæſt.114.ar.8.diſput.2. Secundo ait & bene, dici poſſe quod non reſpondet ſingulis inſtantibus durationis peccati certa poena, niſi forte vltimo inſtanti & primo: nam rationabilius eſt toti durationi adæquate reſpondere certum gradum poenæ & partibus eius proportionabiliter in quantum continentur in ipſis ipſa inſtantia continuatiua, ſed de hac re late egimus in hoc tractatu diſcutientes quomodo duratio peccatum aggrauet, & in tractatu de bonitate & malitia, & tractatu de gratia, & tractatu de charitate. 2. 2. quæſt. 24.artic.6.& 7. in quibus locis de hac re communiter tractatur.

Ad.3.arg. Ad.3. Reſpondet Medina hac.q.87. ar.4. in ſolutione vltimi, quod licet poena ſenſus quę reſpondet mortali peccato finita ſit, tamen aliquo modo eſt alterius rationis à poena.p.v.& ideo quantũcũq; iſta creſcat, non æquabit illã: ponit exẽpla in perfectione hominis & equi: albedinis & nigredinis: lucis meridianæ & matutinæ: charitatis patriæ & viæ: ſuperficiei & lineæ. Vnde colligit, poenã ſenſus peccatorum venialium eſſe infinite minorem poena peccatorum mortalium ad hunc ſenſum, quod nunquam pro peccatis venialibus tanta intenſiue erit poena ſenſus, quanta pro vno ſolo mortali. Sed hæc ſolutio nõ placet, quia vel poena ſenſus reſpõdẽs mortali & veniali eſt eiuſdẽ rõis, vel ſi eſt diuerſæ, adhuc in intenſione ſunt ꝓportionabiles, nã inter albedinẽ & nigredinẽ & qualitates intenſibiles eſt proportio in intenſione, ita vt ſint æque intenſæ vel vna incerto gradu intenſior alia: eadem ergo eſt in his poenis ſenſus; nec eſt ſimile de linea & ſuperficie, quia linea nullã habet latitudinẽ: in longitudine autem proportionãtur & homo in certo gradu perfectionis excedit equum: quẽ tamẽ repugnat equo, & ideo equus nõ põt attingere eſſentialẽ perfectionẽ hominis. Lux vero matutina ex cauſis poſſet eſſe maior quam meridiana vt ſi in meridie ſint denſæ nubes, &c. Et charitas habitualis in via poteſt æquare et excedere charitatẽ patriæ, actualis vero non poteſt illam ęquare, quia viſio Dei magis iuuat ad intenſionẽ actus quã omnia quæ in via iuuare poſſunt: ſemper tñ certo exceſſu charitas actualis patriæ excedit charitatę vię, ſic intellige *D.*Th.2.2. q 24.a.7 ad.3. dum ait, charitatẽ viæ nõ poſſe ęquari charitati patrię:

2. Ergo ad arg. R. licet veniale et mortale non habeãt proportionem quantũ ad poenã damni, vermẽ conſcientiæ vel durationẽ poenæ ſenſus: tñ quantum ad intenſionẽ habere proportionem et poenam ſenſus multorum venialium ęquari poſſe in intẽſione, poenæ ſenſus vnius mortalis. Conr.q 87.a.5.ad.1. Victor. et Caie.q.88.ar.4. Capre.2 d.5 q.viii. ar.3. ad 7. citans Grego. *A*riminen. Dur.4.d.21.q.2. ad.1. Alber.2.d.42.a.4. *A*lmai.3. mor.c.23. *S*ayr. lib.2.c.13.n.18. D. autem Thomas cum formidine loquitur.q.87.a.4. dicens, forte quoad poenã ignis mortale et veniale eſſe proportionabilia, ſed in hac.q.a.5.ad.1. ait, nõ differre in infinitum ex parte conuerſionis: quo indicat, in poenis ſenſus, quæ reſpondent conuerſioni, nõ eſſe infinitũ exceſſum ſed ꝓportionem aliquam quoad intẽſionem. Semper tñ pro vno mortali acerbior eſt poena ſenſus quam pro vno veniali, quia ſemper eſt deterius, etiam ſi actus ſit remiſſior et materia leuior: poteſt enim veniale peccatum ex imperfecta deliberatione, eſſe intenſius et habere materiam longe maiorem.

Circa id vero quod dixit Med. poenã ſenſus in pecca. veniali et mortali eſſe diuerſæ rõis. Nota loquẽdo de poena corporali falſũ eſſe,

nam

nam corpora damnatorum calorem & dolorem ſenſibilem eiuſdem ſpeciei habebunt propter peccata mortalia & venialia,& ſimiliter dolor animæ,quo compatietur corpori eiuſdem ſpeciei erit,quia idem habebit obiectum nempe calorem & dolorem externum eundem in ſpecie. Idem eſt de dolore detentionis, quem habent animæ in purgatorio propter peccata venialia & animæ inferni propter mortalia & venialia,& de dolore ob carentiam beatitudinis,quia animæ purgatorij dolẽt de carentia temporali beatitudinis animæ vero inferni de carentia perpetua,iſtę autem carentiæ ſunt eiuſdem rationis. Dolor tamen de carentia gratiæ & aliarum rerum eſt in animabus inferni,& non purgatorij,& hæc pœna in damnatis eſt alterius rationis ab omni ea,quam animæ purgatorij habent propter peccata venialia.

53 Ad quartum & quintum argumentum patet ex dictis ad.1.

Ad.4.& 5.arg.

Ad.6.arg. Ad.6.R.ſimiliter militare in peccato veniali,vnde conſtat non concludere,& ſi vim haberet,etiam probaret,lege humana imponi poſſe quamcumque poenam pro quacumque culpa.quod falſum eſt. Vnde ad argumẽtum Reſpondet Zumel illo dubio.3 poenam poſſe dupliciter cõſiderari.1.vt malum quoddam eſt.2.vt remedium contra inordinationem culpæ per depreſſionem peccantis.1.modo ſemper ſuperari à culpa. Vnde D.Thom.1.p.q.48.ar.6.Caieta.Bañes,& alij ibi D. Thom. de malo q.1.ar.5.Dur.2.d.37.q. vltima, Carth. ibi citans Richardum, Ægidius.q.3. ar.3. & alij communiter dicunt,maius malum eſſe culpam quam poenam,& ideo magis deteſtabilem & minus eligibilem. Secundo autem modo adæquare ipſam ſecũdum proportionem, vt ſi poena ſit tanta quantam exigit culpa. Idem clarius & breuius ſic diceretur:culpa abſolute ſemper eſt maius malum poena, poſſunt tamen habere æqualitatem proportionis, vt ſi tanta ſit poena,quantam exigit culpa. Pro quo aduerte malum conſiſtere in priuatione boni debiti, vnde creſcere poteſt malitia tàm ex augmento boni,quo priuat, quam ex augmento debiti,& quidem ex priori capite interdum poena eſt deterior peccati,quam culpa, quia excludit maius bonum, ſic priuatio gloriæ eſt maius malum quocumque peccato,quia excludit ab eo maximum omnium noſtrorum bonorum,quod eſt beatitudo, quamuis humanitati Chriſti maius bonum eſt vnio hypoſtatica, quam beatitudo,& ideo ex hoc capite maius malum illi eſſet priuari tali vnione quam priuari beatitudine. Culpa vero ex.2.capite ſemper eſt deterior,quia ſemper homo tenetur magis vitare & fugere culpam etiam venialem, quam poenam & quodcumque aliud malum,& ſic eligibilius eſt non eſſe quam peccare. Rich. 4.d 50.ar.4.q.2.Bonau.ar.1.q.2.Palud.q. vni.a. 2.Scotus.q.2.D.Thom.q.2.ar.1.Carthuſ.q.1.in fine. Sotus.q.vni.ar.5.concluſ.5. Ledeſ.2. 4.q. 100.ar.3.Dur.4.d.47.q.7.nu.14.& q.5.& d.50.q. 1.& 2.Anton.3.par.titu.14 §.4. Almain. 3. moral.c.29.Capreol.4.d.17.q.1.& 2.d.28.q.1.Henric. quodlib.1. q. 20. Ægid. & alij ſupra citati Hierony.in id Hieremiæ.20. maledicta dies in qua natus ſum. Anſel.1.cur Deus homo. c. 21.& omnes,& res eſt clara:quia implicat eſſe licitum eligere culpam: ergo appretiatiue ſemper eſt deteſtabilior quam poena, ideo deterior qua ratione malam importat debitum formæ qua priuat,licet non qua ratione excludit bonum,quia maius bonum operantis excludit ſæpe poena quam culpa ſed operans debet magis attendere ad præcepta poſita pro bono communi vel diuino, quam ad propriũ,bonũ & ideo debet præeligere pœnã & præferre obſeruãtiam præceptorũ proprio bono & magis dolere debet de peccato quã de alijs malis, vt docent Richard. 4. d 17.q.1. ad.3.Aleo.4.par.q.46.membro.1.ar.6. Anton. 3.par.titu.14.c.18 §.4.Vega.13.in Trid.c.24.Cordub.lib.1.q.2.D.Thom.quodlib.1.ar.29. Naua. c.1.n.21.Maior.2.d.42.q.17.dub.2.Carthuſ.4.d. 17.q.4 Dur.q.9.nu.14.Argeo.q.1.a.3.Alber. Innoc,& alij.

Vtrum autem ſimpliciter ſemper ſit ius maius malum culpa quam poena, vel 54
quam non eſſe,& ſimilia mala:quidam videntur dicere non eſſe comparabilia ſimpliciter & abſolute iſta duo mala;ſed ſemper reſpondendum cum diſtinctione, ſed ſi comparentur abſolute & ſimpliciter dicunt aliqui in quibus videtur Scotus ſupra, aliquod aliud malum poſſe eſſe deterius aliqua culpa:alij vero,vt Almain.3.moral. c.vltim, dicunt oppoſitum,ſed q.eſt de nomomine & parui momenti præſertim ad præſentem controuerſium. Alia de illa diximus tractatu de beatitudine diſputantes,in quonam beatitudo conſiſtat? & quod ſimpliciter maius malum ſit culpa colligitur ex Aug.4.de ciuit.c.2.Chryſoſt.epheſ.5.hom.19.Hieronym.Iſaiæ.11. & alijs patribus dicentibus peccatum,aut ſolum eſſe malum aut maximum:& ratio eſt quia licet alia mala interdum priuent maiori bono quam culpa: tamen culpa priuat bono magit debito:& ideo ſimpliciter eſt maius malum. Vt etiam docuimus diſputatio.5. ſect.15. num.144.

An vero deterius & deteſtabilius ſit omnino non eſſe quam miſerum eſſe pars affir- 55
mans videtur *Auguſ*.3.de lib.arb.c.6.& 7. vbi ait,maius Dei beneficium eſſe creare hominem, quem Deus præſcit peccaturum eſſe, quam

Digitized by Google

quam foret non create illũ ne peccaret, idq. probat,quia vnicuiq.melius eſt eſſe quanuis in ſumma miſeria , quam omnino non eſſe, cum non eſſe ſit nihil,& hominem non reddat meliorem. Ratio etiam eſſe poteſt, quia non eſſe excludit eſſe, quod eſt fundamentũ omnium bonorum corporis & animæ : ergo eſt maius malum quam eſſe miſerũ cum quo ſe compatiuntur,eſſe,& multa alia bona. Alij vero tenent oppoſitum,quia non eſſe, vel nõ eſt malum,vel non eſt maximũ malum, alioqui antequã eſſemus, eramus mali,quia omnino non eramus,& omnia quæ nõ ſunt,malum maximum haberent, præſertim ſi nunquam fuiſſent,nec futura eſſent. Miſeria autẽ eſt maximum malum:ergo deterius & deteſtabilius eſt miſerum eſſe quam omnino non eſſe . De hac quæſt. doctores citati.4. d.50.& alibi , & nos in materia de beatitudine vbi 2.opinionẽ ſecuti ſumus:quæ eſt communis eam tenet Scotus ſupra, D.Thom, hac quæſt. 87.articul.4.ad. 1. Caietan. & alij ibi Auguſt. ſerm.26.ad fratres in Eremo,& 5.cõtra Iulian. c.8.Nyſſ.lib.ſeu oratione de infantib.& colligitur ex Math.26.& Marci.14. melius erat ei ſi natus non fuiſſet: circa quæ verba. Hieron. Mat.26.ait,melius eſt nõ ſubſiſtere quã male ſubſiſtere,& quanuis ambigue loquatur Hieronym.Marci.14.idem tamen ſentit vt puto. Eodem teſtimonio *D*.Bern. ſer.35. in cantica verſus finẽ probat: damnatis deterius eſſe ſic eſſe quam omnino nõ eſſe. Eodẽ modo explicantur verba illa à Gloſſa Mat.26.vbi Lyra,& D.Th.cũ Theoph Marci.14.Ianſe.c.132.cõcordiæ. Ad Aug.poteſt dici intelligendũ de miſerijs huius vitæ,melius enim eſt eſſe in hac vita cum quamcunq. miſeria(ſaltẽ excepta culpa)quã omnino nõ eſſe,& maius beneficium Dei eſt creari hominẽ peccaturũ quã nõ creari,quia poſſet homo non peccare & frui innumeris bonis.quod vero peccet & mala alteri⁹ vitæ incurrat,ſibi imputet,nõ auctori ſuo nec beneficio creationis. Alia quæſtio eſt , an nõ eſſe ſeu mors eligi aliquãdo poſſit aut debeat propter bonum comune,vel honorẽ Dei, vel aliã cauſam?certũ eſt poſſe , vt omnes docẽt neq.id negat *D*ur.4.d.17.q.6.videAriſt.3.Ethi. c.9.lib.4.c.3.& quæ ex eo & Auerroe adducit Henri.ſup.Id demũ aduerte permiſſione vni⁹ peccati nõ ſatis aliud puniri etiã minus:alioqui*D*eus non poſſet iuſte aliã vltionẽ exigere,nec reipſa illam ixigeret:quod falſum eſt.

56 *Ad.7.* Ad.7.R.quanuis nulla pœna ſit ſufficiens ad ſatiſfaciendum pro p.m.quia ad ſatiſfaciẽdum requiritur volũtaria ſuſceptio vel acceptatio pœnæ,& proportio ſubiecti,quam p.m. excludit. Quanuis item nulla duratio poenæ ſufficiat ad ſatiſfaciẽdum pro m. p. ſi duratio finita ſit,quia p.m.meretur pœnam infinitam in duratione:tamen aliquã intenſionẽ pœnæ ſufficientem eſſe ad ſatiſpatiendum,modo ſit infinitæ durationis,quia pecc.mort. meretur infinitã pœnã in duratione, nõ in intẽſione.

Ad.8.Reſpondetur,maius malum eſſe pœnam æternam quam annihilationem , vt ex dictis ad 6.conſtat,quod ſaltem eſt verum de pœna æterna infinite intẽſa,vnde ex eo quod peccatum mortale mereatur annihilationẽ, non ſequitur mereri pœnam æternam infinite intenſam. *Ad.8.*

Ad.9.Reſpondet Vazquez pœnam damni quæ conſiſtit in priuatione gloriæ ad quam quis antea ius habebat , non eſſe pro ſe debitam peccatis,quod ait ſe explicuiſſe diſp.100. capit.3.&.5.eam autem potuiſſe in infinitum augeri per merita vel alio modo:pœnam vero damni perſe debitam peccato eſſe finitam quia ſolum conſiſtit in hoc, quod eſt negari illi gloriam ſeu non dari illi ſiue antea habuerit ius ad gloriam,ſiue non , ſed hæc ſolutio difficultatem habet : nam ſi totum illud damnum,ſcilicet expoliari toto illo iure, vel totum illud impediri,ne effectũ habeat; iuſte retribuitur cuilibet peccato mortali, toto illo dignus eſt peccator , totumq. illud meretur,neque peccatum videtur aliter expoliare gratia,priuareq.illo iure , vel illud impedire ne ſortiatur effectum,niſi meritorie:ergo peccatum meretur totum illud damnum & nocumentum , & ita Gregor. Arimin.1.diſtin.17. quæſtione.5 artic.2.dub 2.in obiectione contra.4.concluſionem reſpondendo ad confirmationem primi argumenti docet,peccatorem mereri priuationem totius gratiæ præhabitæ Reſponderi poteſt illud damnum eſſe à peccato non quidem meritorie,ſed tanquam à conditione, ſine qua non expedit homine dari aut conſeruari gratiam aut gloriam. Vnde ſi vt aliqui poſsibile arbitrantur,Chriſtus, vel purus aliquis homo haberet infinitam gratiam in eſſe gratiæ,vel etiam in eſſe qualitatis,aut infinitam gloriam,ſeu viſionẽ Dei, & peccaret mortaliter, redderetur dignus priuatione & expoliatione totius illius gratiæ, & gloriæ,& ſimiliter ſi humanitas Chriſti peccaret redderetur digna priuatione vnionis hypoſtaticæ, non quia peccatũ m. illam mereatur,ſed quia rerum natura poſtulat, vt dona illa non ſint in peccatore,qr ideſt indecẽs & indecorũ. Sic poſſet ſolutio illa Vaz. defẽdi. *Ad.9.*

2.Poſſet ad argu.principale reſpõderi. Reuera eſſe impoſsibile hominem purũ habere infinitã gratiam in eſſe qualitatis:aut in eſſe gratiæ. Item in homine *D*eo eſſe impoſsibilem infinitam gratiam in eſſe qualitatis: impoſsibile etiam eſſe in eo peccatum, vnde reuera expoliationem infinitæ gratiæ nõ poſſe cadere ſub merito peccati mortalis, & 57

eſto caderet,id eſſet ſub conditione impoſſi-
bili ſaltem de potentia ordinaria, & ideo nō
eſſe magnum aut mirabile,ſecus, quod pecca
tum mortale mereatur infinitam pœnam ſen
ſus,non ſolum in duratione,ſed etiam in in-
tenſione,vnde hoc non eſt cōcedendum,imo
ex eo quod demus mereri tantum damnum,
& pœnam ſenſus infinitam in duratione,de-
bemus negare mereri infinitam in intenſio-
ne,ne nimium demus cuilibet peccato mor-
tali. Ex quo patet etiam ad.1.Conf.non enim
Conf.1. eſt magnum,mereri damnum illud ſub con-
ditione naturaliter impoſſibili viuendi am-
plius,& amplius in infinitū in ſtatu viatoris:
eſſet tamen maximum mereri pœnam infini
Conf.2. te intenſam. Ad.2.Confirm.Reſpon. pœnam
damni eſſe infinitā,ſecundū quid,quia conſi
ſtit in priuatione formæ Infinitæ ſecundum
quid, & ideo nō eſſe abſurdū cadere ſub me-
rito peccati mortalis,quod etiam eſt infinitū
ſecundum quid, quatenus eſt violatio legis
diuinæ, & grauiter eam violat, ex parte ma-
teriæ,& deliberationis.

SECTIO. VIII.

Vtrum Deus reipſa puniat citra condignum.

58 RESPON. affirmanter cum Magiſt.
& omnibus Theologis.4.d.46.vbi
D.Tho.quæſt.2.art.2. quæſt.1. ad.1.
& 1.par.quæſt.21.artic.4.ad.1.Magi
ſter adducit Caſsiodo. Pſalmo.51. & Aug.21.
ciuit.cap.24. Ad idem eſt Pſalmus.76. aut cō-
tinebit in ira ſua miſericordias ſuas,& Abac.
3.cum iratus fueris,miſericordiæ recordabe-
ris. Iob.11.& intelligeres,quod multo minora
exigaris ab eo,quam meretur iniquitas tua,
& cap.35.nec vlciſcitur ſcelus valde. Quod nō
debet ſic intelligi,vt ex pœnis ab æterno taxa
tis pro ſingulis peccatis aliquid ſemper remit
tatur,quia lex *Dei* ſemper ſeruatur niſi in ea
diſpenſetur,quod raro fit,ſed quia ſemper re-
mittitur aliquid de pœna,quam peccatū me-
retur. Vt docet Arimin. 1. d. 17. q.5. ad confir-
mationem quandam poſt.4. concluſionem.
Quod vero dicitur. Apoc.18.quantum glorifi-
cauit ſe,& in delitijs fuit, tantum date ei tor-
mentum,& luctum,& Deut.25 iuxta menſu-
ram delicti erit & plagarū modus, & Mat.7.
in qua menſura menſi fueritis remetietur
vobis,non eſt ita intelligendum vt abſolute
totam pœnam,quā meretur culpa,retribuat
Deus,ſed excepta nōnulla remiſsione propor
tionali in omnibus,vt v.g. omni peccatori re
mittatur centeſima,vel milleſima pars pœnæ
vt etiam in ipſa punitione miſericoadia Dei
reluceret,ſicut in remuneratione relucet etiā
miſericordia,quia meritum ipſum fundatur
in gratia,& miſericordia Dei, & quia Deus
remunerat vltra cōdignū,vt dicemus quæſt.
vltima huius partis. Vbi etiam diſcutiemus,
an in punitione & remuneratione ſeruetur
forma iuſtitiæ commutatiuę an diſtributiuæ.
De quo etiam tractatur prima parte quæſt.21.
artic.1.

Aliqui in quibus ſunt *Durand.*& Gregor.
Arimin.citandi ſectione ſeq. Caietan. quæſt. 59
87.artic.5. Valen.diſp.6.quæſt.17.puncto. 4. in
fine, addūt, puniri damnatos citra condignū
quia non annihilantur,cum tamē id merue-
rint,ſed hoc non placet, quia ſi annihilaren-
tur,minus punirentur,quam modo, quia de-
terius eſt miſeros eſſe quam omnino non eſ-
ſe:ergo non eſt gratia & miſericordia, quod
non annihilentur, quamuis miſericordia ſit,
quod peccatores non conſumantur morte
iuxta id Trenorum 3. miſericordiæ domini,
quia non ſumus conſumpti. Sed an peccator
mereatur annihilationem,ſequenti ſectione
dicetur.

SECTIO. IX.

An peccator annihilari mereatur.

DVRAND.4.diſt.46.q.3. num.7. & 60
Grego.Arimin.1.17.d.quæſt.5.a.2.
dub.2.obiectione contra.4. con-
cluſionem reſpondendo ad con-
firmationē.1.argum.fol.116.lit.G.docent pec-
catorem mereri annihilationem,idem tenet
Caieta.q.87.a.5.quem citat & ſequitur Valen
tia diſp.6.q.17.pu.4.in fine. Hoc reijcit Petrus
de Aliaco.1.q.9.a.3. quia incōpatibilia nō ca-
dunt ſub merito, ſed annihilatio eſt incōpati
bilis cum pœna, quā damnati meruerunt &
modo patiuntur:ergo nō cadunt ſub merito.
Sed facile reſponderi poſſet, incompatibilia
*non cadere ſub merito copulatiue,vel vt ſimul ea re-
tribuantur,ſed disiunctiue*,ita vt iudex,quod li-
buerit,iuſte retribuere poſsit. Et ſic probabi-
les eſt prior ſententia,ſed adhuc probabilius
eſt,peccatum non mereri proprie annihila-
tionem,quia miraculoſa & indecentia non
cadunt ſub merito; annihilatio autem mira-
culoſa eſt,& indecens,ideo nunquam adhuc
legitur à *Deo* aliquid fuiſſe annihilatum,
quamuis autem,vt diximus ſect.7.ad.6.melius
eſſet ijs,qui ſunt in inferno,non fuiſſe,vel nō
eſſe quam ſic eſſe,ſecus tamen pueris lymbi,
vt docet Nyſſenus oratione de infantibus,&
Auguſtin.5.contra Iulian.cap. 8.D. Tho.q.85.
artic.1.ad.5. Vnde ſequitur,annihilationē eſſe
maiorem pœnam, quam quæ modo infertur
propter

propter peccatum originale. Vnde non placet qund dixerat *D.*Thomas.4.d.46.q.2.ar.2. quæſtiuncula.1.ad.4.peccatum originale puniri citra condignum,quia merebatur non ſolum carentiam viſionis,ſed etiam anihilationem iuxta id Tren.3. miſericordiæ *D*omini, quia non ſumus conſumpti,qui tamen locus non de annihilatione, ſed de corruptione, nec de peccato originali, ſed de actualibus loquitur.Vnde melius *A*ltiſiod.1.ſummæ.c.15.q.2.ait originale puniri citra condignum, quia propter illud poſſet iuſte puer manere cum minori *D*ei & aliarum rerum notitia quam nunc habeat.Ex quo infert,ad miſcendã miſericordiã in eorũ punitione dari pueris maiorem notitiam Dei, & creaturarum quam haberent in puris naturalibus alioqui enim integre punirẽtur, niſi forte dicas ideo puniri citra condignum, quia dabuntur eis corpora incorruptibilia & quodammodo impaſſibilia,et nunc dantur eis media, quibus parentes & alij poſſent eos ab originali liberare,& interdum vita priuantur ne actualia peccata committant & in ipſis moriantur. Nam in his & alijs huiuſmodi miſcetur diuina miſericordia.

Addit Altiſiod Deum nec de potentia abſoluta poſſe integre de cõdigno punire: quia eſſet peccatum contra miſericordiam nihil eius miſcere in punitione,nam iuſta commune proloquium, culpa eſt proſequi culpam totã,et à fortiori eſſet culpabile in Deo,qui ſumme miſericors eſt.Item quia, vt ait Paulus,Deus negare ſeipſum non poteſt,negaret autem ſe vt iuſtum,ſi non puniret, & miſericordiam ſi poenam non temperaret.

61 Longe tamen probabilius eſt, quod alij dicunt potuiſſe abſolute puniri ad æqualitate & integre iuxta condignum. Prob.1. alias poena quam peccatum meretur,à nullo poſſet infligi & ſic impoſſibile caderet ſub merito.¶ Secundo, quia apud nos non peccaret qui totum rigorem poenæ exequeretur,cum expediret.¶ Tertio, quia poſſet Deus totam poenam ex pura miſericordia remittere: ergo & ex pura iuſtitia nihil remittere, quamuis enim pronior ſit ad miſericordiam, non tamen ad eam neceſſitatur ſicut nec ad iram. Imò communiter & bene dicitur poſſe ob aliquem honeſtum finem punire vltra condignum,quis enim ei imputabit ſi perierint nationes,quas fecit.*Sap.*12. Sed illud, vltra, non haberet rationem poenæ, quia non eſſet debitum. *A*liqui etiam docent, Deum poſſe prohibere quodlibet peccatum mortale ſub grauiori,& grauiori poena in infinitum,quam ſecundum ſe mereatur, & ſuppoſita illa lege,totam illam poenã fore debitã condignam, proportionatam et æqualem culpæ cuiuis, ſed hoc non placet, quia Deus non poteſt maiorem,& maiorem obligationem imponere ad aliquid faciendum vel omittendum,vt dicam in materia de legibus,ſi autem non imponeret maiorem obligationem quam nunc habemus, culpa non eſſet maior:ergo non eſſet magis meritoria, & ſic non mereretur maiorem poenam,quamuis ſi Deus ſtatuiſſet,vt Dominus, accibiorem dolorem inferre, & homo id ſciens & aduertens peccaret, ex probali vel certo periculo incurrendi maius illud nocumentum grauius peccaret, & ſic grauiorem poenam mereretur. Et ſic verum eſſe poſſet quod ait Vega.14.in Trid.cap.26.ſi aliquid quod ex ſe eſt peccatum veniale vt verbum otioſum,prohiberetur à *D*eo ſub poena ęterna,eo ipſo fore mortale,nimirum ex nocumento præuiſo ab eo qui nullam ſpem haberet vitandi illud detrimentum.

SECTIO. X.

Vtrum poena damni ſit æqualis in omnibus damnatis.

PRima opinio negat. Hanc tenẽt 62
*A*bulen.Matt.25.q.639.& 640. Almain.3.moral,c.23.29. & vltimo 1.Opinio.
circa finem,& 4.diſt.22.q.1.cum Dion.Ciſtercienſi,Palac.4.d.22.q. vnica diſt.46.q.vnica.Scotus.4.d.16.q.1.ar.2.poſt.2. concluſionem,& d.50.q.vni.ar. 4. poſt.1. concluſionem,vbi Scotus.q.6.prope finem, ſeu.§.ad 1.q.lit.M.& O.Supplementum.d.44. q.3.art.1. norab.2.& alijs,& diſp.50. q.2.a.2.prop.4.& a.3.Ledeſma.1.4.q.29.a.1.circa.3.con. Zumel in hac.q 87.a,4.dub.2. Medina & nonnulli alij eodem art.& q.73.a.2.& 3.p.q. 88.a.1. Viguer.c.16.§.4.verſic.35.Richar.4. d.50.arti.5. q. vlti. Maior.q.2.dicens,paruulos (qui pro æquali peccato patiuntur,) æqualem poenam damni habere:ſecus adultos quando pro inæqualibus peccatis eam patiuntur.Addit,non eſſe maiorem in eo qui decidit à maiori gratia; quia non propterea eſt illi deterior priuatio gloriæ.Herre.2.diſp.32.q.2. cum *S*coto putat inæqualitatẽ ſumi, quia carentia gloriæ eſt vni magis inuoluntaria quã alteri vel quia abſtulit maiorẽ gloriã,ad quã fuerat ordinatus Suadetur.¶ 1. Alias tantam poenam dam- 1.arg.
ni pateretur puer in ſolo originali decedens, quantã Iudas aut Lucifer,imo & anima purgatorij haberet tantã poenã ſecundũ intẽſionã,licet nõ ſecũdũ durationẽ.¶2.Quia poena 2.
vt ſic intrinſece reſpicit culpã & & quo maior eſt culpa,eo eſt maior: ſed in vno eſt maior culpa quã in alio: ergo & poena damni.

3 3.Quia pœna damni reſpondet auerſioni vt dicit D.Tho.hac.q. 87.a.4. Sed auerſio eſt inæqualis : ergo & poena damni. Minor patet quia quo quis magis conuertitur ad vnũ terminum, magis recedit ab alio.

4. 4.Maculæ licet ſint priuationis totales eiuſdem formæ, ſunt tamen inæquales, quia reſpiciunt peccata actualia inæqualia, vt dicit D.Tho.q.86.ar.1.ad.3.ergo ſimiliter pœnæ damni.

5. 5.Alias pro duplici peccato omnino æquali non daretur maior pœnæ dãni, quã pro vno.

6. 6.Ergo eadem poena punitur habẽs ſolum mortale & habens mortale & originale.

7. 7.Ergo pro originali & multis venialibus daretur tãta poena quãta ꝓ originali & vno mortali, quia poena damni, per te, eſt ęqualis: poena vero ſenſus pro multis venialibus poteſt æquare poenam ſenſus pro vno mortali vt dictum eſt ſuperius.

8. 8.Inæqualibus meritis reſpõdet inæquale præmiũ eſſentiale: ergo & inæqualibus demeritis & peccatis inæqalis poena damni eſſen-
9. tialis.¶ 9.Quia carentia gloriæ & exilium à regno Dei inductum ob grauiora delicta, magis cruciat, magisq; eſt infame, ignominioſum, turpe, & indecorum: ergo eſt maior poe-
10 na damni.¶ 10.Quanto maiora vel plura ſunt impedimenta habendi formam, ſubiectum eſt magis elongatũ ab illa, & quaſi magis priuatum illa, ſed quo ſunt plura vel maiora peccata, ſunt ſunt maiora impedimenta gratiæ & gloriæ: ergo ſubiectum magis eſt ab illa elongatum & quaſi magis priuatum illa & ſic maiorem habet poenam damni, quę in
11 priuatione gratiæ & gloriæ conſiſtit.¶ 11.Qui à maiori gratia & meritis excidit & maius ius ad gloriam perdidit, cenſetur maiori gloria priuatus, ergo ſaltem in hoc eſt maior priuatio gloriæ & ſic maior poena damni, quia maius damnũ patitur & magis illo cruciatur.

Secunda & probabilior opinio eſt, poenã
63 damni in omnibus damnatis æqualem eſſe.
2.Opinio. Victoria in ſumma.q.100. Capreol.4. d.21. q. 2.ar.3.Baſſol.q.2.in fine.Palud.q.1.ar.2. con.2. Bonau.ar.1.q.2.Gabr.q.vnica, concl.3. in fine. Dur.q.1.nu.8.Vazq.in hac.q.87.a.4. & fuſius diſp.100.c.5.Alenſis.3.p.q.57.memb.3.(loquendo de poena damni eſſentiali, de qua ſolum loquimur modo) Angles.q.de poenitentia artic.vlti.difficul.2.Medina Cod.de poenit.q.8. in fine. Azor to.1.lib.4.c.24.q.3.Probatur quia vt docet D.Th.q.73.a.2.& de malo.q.2.a.9.priuatio totalis non ſuſcipit magis & minus, licet in vno habeat plures vel maiores cauſas quam in alio, vt patet in tenebris, quæ ſunt totalis priuatio lucis: hæ enim nõ ſunt maiores vel minores ex pluribus vel maioribus impedimentis, ſi in aere nulla prorſus eſt lux. Sed poena damni eſt totalis priuatio & carentia diuinæ viſionis: ergo nõ ſuſcipit magis & minus. Reſpondent Almai. Palac. Ledeſ. & alij putam priuationem totalem non ſuſcipere magis & minus ex eo quod cauſæ ſint maiores & minores, vt patet de tenebris. Secus priuationẽ cũ ordine ad cauſam, quo pacto poena damni eſt priuatio, nam de ratione poenæ eſt ordo ad culpam, ideo ſi maior eſt culpa, carentia diuinæ viſionis in ratione poenæ erit maior. Contra quia nec iſte ordo eſt maior: non enim minus dicitur illa carentia illata propter culpam, ſeu effectus culpę, quãdo culpa eſt minor quam dum eſt maior, & alioqui poena damni in puero eſſet maior, quam in aliquibus damnatis propter peccata actualia propria, quia illata eſt puero propter peccatum actuale Adæ (quod etiam inuoluitur in originali peccato) at vero alijs illata eſt propter actualia propria minora peccato Adæ. Item alioqui non recte D.Tho.hac.q.87. ar.4.argumento ſed contra ex eo quod peccato reſponderet poena infinita ſecundum quãtitatem ſeu intẽſionem, intuliſſet tãquam abſurdum, poenas omnium peccatorum mortalium eſſe æquales, quia reſponderi poſſet, eſſe inæquales ex cauſis, quia vna procederet ex maiori peccato quam alia, nam ſecũdum aduerſarios poena eo ipſo quod pro maiori peccato inferatur, maior eſt. Cõf.1.nam quod effectus proueniat à pluribus vel maioribus cauſis, nõ facit ipſum eſſe maiorem etiam in ratione effectus, niſi res producta ſit in ſe maior, vt patet de calore proueniente à calore motu & lumine valde intẽſis: nõ.n.eſt maior in rõe effectus quam qui procederet à ſola vna cauſa remiſſa, ſi calor in ſe eſt æque remiſſus, idem ergo eſt de poena, itaque nõ eſt maior in ratione effectus vel poenæ ex eo præciſe quod inferatur ob plures vel grauiores culpas. Conf.2. quia præmium etiam in ratione præmij non eſt maius, eo quod detur propter actum magis meritorium, niſi id quod datur, in ſe ſit maius: ergo idem eſt dicẽdum de poena. Imo ſicut qui beneficium aliquod accepiſſet, ſi maiora haberet merita quam alius qui ob minora merita accepiſſet æquale, quodam modo diceretur minus remuneratus, quia remuneratio licet non eſſet minor abſolute eſſet, minor proportionaliter, ita in poena dicendum eſſet.

2.Principaliter probatur hæc veritas, quia
ſi poena in rõe poenæ creſcere formaliter ex 64
delicto, implicaret cõtradictionẽ aliquod delictũ puniri minori poena quã mereatur, nã quãtumcũq. paruũ eſſet damnũ vel tormẽtũ illatũ propter tale delictum, tanta eſſet poena quãta delictũ; cũ poena in ratione poenæ creſcat ex delicto præciſe ſumpto. Vnde ſi delictũ

Digitized by Google

delictum eſt, vt vnum; pœna erit vt vnum, & ſic æqualis, ſeu proportionata delicto. Vnde rurſus ſequeretur, nullum eſſe peccatũ, quod non puniatur ſufficienter in foro humano & diuino, interno & externo per vnum Aue Maria. Quæ omnia ſunt abſurda. §3. Probatur ex Iacobi.2. qui offenderit in vno factus eſt omnium reus, quod intelligitur quoad poenam damni, vt docent D.Tho.3.par.quæſt.88. art.1 Victo Baſſol, ſupra, & alij communiter, eo quod pœna damni nõ erit minor in ſe, quam ſi homo in omnibus offendiſſet Deum. Dico, in ſe; quoniam in aliquo maior eſſet nempe, in ſua ſtabilitate & firmitate: eſſet enim difficilius auferibilis, ſicut tenebræ à pluribus, vel maioribus impedimentis cauſatæ, difficilius remouentur, item eſſet maior in ſuis effectibus. Ita Gabriel. & Angles ſupra & hoc tantũ intẽdit Sotus ſupra, vt patebit legenti. Probatur, quia pueris lymbi carentia diuinæ viſionis nullam vel modicam infert triſtitiam vt ſupra vidimus, ijs vero qui ſunt in inferno, infert inæqualem, alias nõ haberent maiorem triſtitiã de carentia diuinæ viſionis Lucifer, vel Iuda, quã alij, item vnus maiori odio, ira indignatione & inimicitia Dei eſt excluſus à regno & priuatus cõſpectu diuino quã alius: ergo haber maiorẽ triſtitiam, ſicut in humanis, qui maiore odio indignatione, & ira regis in exilium mittitur, magis de exilio triſtatur. Præterea illi vidẽt, plures & maiores eſſe cauſas ſuæ damnationis quam aliorũ & ſic quãtum eſt ex parte eatũ magis ſibi hætere pœnã illã & ſic pœna illa magis eos cruciat & contriſtat. Præſertim cũ magis etiã eos infamet, maioremq. ipſis afferat ignominiã, quatenus cognoſcitur ob plura, vel grauiora delicta eſſe inductam. Et talem triſtitiam Gabriel & Baſſolis appellant pœnam ſenſus, Sotus vero & alij eam referunt ad pœnã damni, & vtrũq. quodã modo verum eſt, nam ea triſtitia partim fit ab igne vt inſtrumento phyſico, vel morali Dei, & ſic eſt pœna ſenſus, partim cõſequitur naturaliter ex carentia diuinæ viſionis & ſic reducitur ad pœnam damni, quaſi effectus naturalis illius, quamuis formaliter ac proprie tenera ſit pœna ſenſus, quia in ſenſu, ſeu dolore damni conſiſtit. Et infamia illa quam patitur maior peccator, nõ tam ex ipſa pœna damni quã ex eius cauſa, vel ex pœna ſenſus maiori maiorẽ cauſam indicante prouenit. Vnde quod infamia, pudor & ignominia ſit maior, parum referre videtur, vt pœna damni maior dicatur. Quamuis autem pœna damni ſecundum ſe in omnibus ſit æqualis, cũ elongatio iſta, auerſioq. à Deo, vt amico & fine & Dei à peccatore eſt maior in vno quã in alio, vt ait, Angleſia citato diffic.1. quia im potentia obtinendi amorẽ, gratiã Dei, & beatitudinẽ in vno eſt maior quã in alio. Dicunt et iã Baſſol. & Palacius, eum qui excidit à maiori gratia, maiorem triſtitiã habiturũ, quod verum eſt cæteris paribus, non tamẽ abſolute & ſimpliciter, vt docent Almai. et Ledeſ. ſup.

Ad 1. argum. aduerſæ partis. R. non eſſe incommodũ loquẽdo de pœna damni, vt præſcindit ab effectibus & firmitate ſua, eſſe æqualem intẽſiue in omnibus damnatis; imo & in animabus purgatorij ſecũdũ Capreol. Palud. & Duran. in extenſione autẽ in damnatis eſt maior quã in animabus purgatorij, quia illi perpetuo, hæ ad tẽpus carent diuina viſione. 65 *Ad.1. arg.*

Ad.2. R. ſicut actio reſpicit agens, & paſſio patiens; nõ tñ eſt maior, aut perfectior præciſe eoquod ſit à perfectiori agente, vel in perfectiori paſſo, ita licet pœna reſpiciat culpã, non præciſe ex eo quod maior ſit culpa; ideo quodcunq. illi retribuitur, eſt maior pœna, licet ſemper maior culpa mereatur maiorẽ pœnam, & pœna adæquata maiori culpæ, ſit maior quam adæquata minori: ſed pœna damni nũ eſt adæquata culpæ mortali, ideo duæ culpæ mortales inæquales, poſſunt eſſe æquales in pœna damni. *2. Argum.*

Ad.3. R. pœnam damni reſpondere auerſioni habituali, quæ conſiſtit in priuatione gratiæ & hanc priuationem nõ ſuſcipere magis aut minus; ſecus eſt de auerſione quaſi elongationis ab amicitia & viſione Dei: hæc enim ſuſcipit magis & minus ſicut auerſio elõgationis vnius corporis ab alio: quæ eo maior eſt quo maior eſt diſtantia, ſeu maius ſpaciũ eſt interiectũ. Fateor etiã in auerſione actuali à Deo vt legiſlatore eſſe magis & minus, ſed poena damni non reſpondet huic auerſioni, niſi ſecundum quod infert habitualem conſiſtentem in priuatione gratiæ; & ideo eſt æqualis in omnibus. Deinde cum auerſio; & conuerſio actualis ſit eadem & eandem habeat malitiam, eadem omnino poena reſpõdebit vtriq. licet ſecundũ accommodationẽ vt diximus, poena damni reſpõdeat auerſioni & poena ſenſus cõuerſioni, nõ tñ oportet; vt quælibet poena reſpondens maiori culpa, ſit maior, ſed ſatis eſt vt poena adæquata; quæ hic eſt aggregatũ ex poena ſenſus & damni, ſit maior. *Ad.3. arg.*

Ad.4. R. non eſſe ſimile de poena et de macula, quia macula intrinſece inuoluit peccatum actuale poena vero nõ, ſed ordinẽ ad illud, vt quæſt.88 diximus. *Ad.4. arg.* Ad.5. R. in poena damni ſim ſe nullũ poſſe eſſe exceſſũ, quia eſt totalis priuatio gloriæ, et potiſſime reſpõdet auerſioni habituali, quæ eſt totalis priuatio gratiæ et non ſuſcipit magis et minus, et ideo nõ eſſe incõueniens, q. pro duplici peccato non detur maior poena damni quam pro vno, modo detur ſimpliciter maior poena propter maiorem poenam ſenſus. *Ad.5. arg.*

Ad. 6.arg. Ad.6.Reſpond. propter rationem adduc-
tam non eſſe incommodum, quod infer-
tur.

Ad.7.arg. Ad.7.R. non eſſe inconueniens quod tam
intenſa pœna ſenſus reſpondeat multis venia
libus, quam intenſa reſpódet vni mortali: ac
proinde, quod intenſiue tâta ſit omnino pœ-
na originalis & multorum venialium, quan-
ta originalis & mortalis: extéſiue autem erit
maior pœna ſenſus pro mortali quam pro ve
nialibus iuxta tenentes, veniale coniunctum
originali puniri pœna tantum temporali, iux
ta alios vero tenentes, pœnam venialis con-
iuncti cum originali, per accidens eſſe æter-
nam, dicendum eſt non eſſe inconueniens;
quod per accidens tanta omnino pœna ſen-
ſus, & damni reſpondeat originali & venia-
libus quanta originali & mortali.

66 Ad. 8. Reſpondetur præmium eſſentiale
Ad 8. arg. eſſe vnicum & poſſe ſuſcipere magis & mi-
nus, ideoque maiori merito totum præmium
eſſentiale maius reſpódere: at pœna eſſentia-
lis eſt duplex, ſcilicet damni, & ſenſus &
prior non poteſt ſuſcipere magis & minus
ideo totus exceſſus debet eſſe in pœna eſſen-
tiali ſenſus.

Ad.9. Reſpódetur, probare pœnam damni,
Ad. 9.arg. eſſe maiorem ſecundũ effectum in vno quam
in alio: non tamen ſecundum ſe, vt iam ex-
plicuimus.

Ad.10.arg. Ad.10. Reſpondetur, licet qui habet maio-
ra peccata, ſit magis elongatus à gloria & ma
gis incapax illius, vere tamen non eſt magis
priuatus gloria: ſicut, qui habet maiora impe
dimenta audiendi, licet ſit magis elongatus à
viſione & magis incapax illius, tamen non di
citur magis priuatus viſione.

Ad.11. arg Ad.11. Reſpondetur, licet propter illud ar-
gumentum Abulenſis quæſt. illa.639. & ſup-
plementum ſupra, cenſuerint pœnam damni
eſſe maiorem in eo, qui cecidit à maiori gra-
tia, & iure ad gloriam, tamen oppoſitum eſt
tenendum cum Zumel quæſtione.87. artic.4.
dub.2. Vazquez diſput.100. cap.3. & .5. Almai.3.
moral. cap. vltimo, quia vterque priuatus ma
net totaliter gloria, licet gloria maior fu-
erit debita vni quam alteri, ſeu magis debi-
ta aut poſſibilis vni quam alteri. Hoc autem
parum refert, ſi enim in aere & aqua nulla
ſit lux; æquales erunt tenebræ etiamſi aer ha-
buerit maiorem lucem, vel maiorem capaci-
tatem, & quaſi maius ius ad lucem. Similiter
æque cæcus eſt qui habuit minorem aptitu-
dinem ad habendam potentiam viſiuam, vel
fuit tantum capax minoris gradus, & qui ha-
buit maiorem capacitatem, vel ad maiorem
gradum viſus. Et certe ſi is, qui à maiori gra-
tia decidit, maiorem pœnam damni habet,
contingere poterit, vt qui plura & maiora
peccata habuit minorẽ habeat pœnam dam-
ni, quod eſt abſurdum.

SECTIO. XI.

Vtrum veniali peccato debeatur pœna infinita ſecundum durationem ſaltem in damnatis propter mortale, vel originale habentibus ſimul peccatum veniale.

TRIPLEX eſt opinio: prima venia-
li, per ſe deberi pœnam æternam: 67
ex miſericordia tamen Dei, quâ *1.Opin.*
Deus vtitur erga iuſtos, reſponde-
re ei tantum pœnam temporalem, hi referẽ-
tur, & reijcientur diſputatione ſeq.
2. Opinio, eſt peccatum veniale de facto non *2.Opin.*
puniri æterna pœna per ſe, nec per accidens:
ſed tantum temporali, ideoque in inferno ali
quando finiri pœnam illius, ſicut & mortalis
iam dimiſſi in hac vita quoad culpam &
quoad pœnam æternam. Ita tenent Scotus.4.
diſtin.21. quæſtio.1.§. in iſta quæſtione, & diſt.
15. quæſt.1.§ de 4. Mayrones diſt. 21. quæſt.2. &
alij ſcotiſtæ & nominales ibi, & diſt. 15. & .16.
vbi Gab. quæſtione.5. articu.1. & artic.3. dub.2.
& diſtin.18. artic.3. dub. 2. Maior diſtinctione
21. quæſt.1. Almain. ead. diſtin. quæſt.1. & 3. mo-
tal. cap.23. Vega.14. in Trident. cap. 16. Nauar.
de pœniten. diſt.6. cap.1.§. ſacerdos num.27. &
28. citans doctores Pariſienſes & cap.1. in prin
cipio num.43. Medina, Codice de poenitẽtia
tract.2. titulo de côfitendis peccatis veniali-
bus ad.4. fol. 30. & Codice de ſatisfactione
q.2.§. vlti. Imo quanuis Gerſon lect. 1. de vita
ſpirit. alphab.61. lit. C. quanuis teneat peccato
veniali, ex natura ſua deberi poenam æternã:
tamẽ probabile exiſtimat, reuera eius poenã
ex diuina miſericordia etiã in inferno finiri,
& ſimiliter poenã p.m. dimiſſi quoad culpã.
Alij vero licet id negent de poena peccati
venialis non dimiſſi in hac vita quoad culpã, 68
tamen id affirmant de poena mortalis & ve- *1. Argu.*
nialis dimiſſi in hac vita quoad culpam. Dur.
4 d.21. q.2. & d.22. q.1. ad.3 & D.Th. d.22. q.1. a.2.
ad.5. Sed Dur. opinio ſuadetur.1. quia licet Deus
remuneret vltra condignum: nô tamen punit
vltra condignum, ſed citra, vt ſupra vidimus:
peccatum autem veniale non meretur æter-
nam poenam: ergo in nullo euentu punitur
æterna poena; nô enim poteſt iuſte à Deo vel
homine puniri aliquod peccatũ vltra quam
mereatur, ex eo quod ſit alteri coniunctum:
cum ex conſortio alterius non reddatur gra-
uius, aut maius, maxime ſi vtrũq. eſt habituale
nã ſicut in actualibus, ex quibus proceſſerũt,
nũ pôt dici, vnũ fuiſſe circũſtantiã aggrauãtẽ
alterius

alterius,preſertim ſi non fuerunt ſimul com-
miſſa,ita nec in ipſis habitualibus,quæ mora-
liter cenſetur eadem cum actualibus,nec ha-
Conf.1. bēt nouum meritum,vel demeritum. Conf.1.
quia cum quis paſſus fuit totam pœnam quā
meruit & lex preſcripſit pro aliquo peccato,
non poteſt ab eo iure exigi alia pœna;cū non
debeat ampliorem pœnam & data tali pœna
extinguatur debitum,& ius exigēdi pœnam,
ſed peccatum veniale ſolū meretur pœnam
tēporalem,ſolamq.illam impoſuit lex:ergo
nō punitur pœna æterna. Conf.2.ex alijs pœ-
2 nis vel debitis,quæ poſtquā ſunt ſoluta,nullū
ius eſt in creditore,vel iudice ad amplius exi-
gendum, etiam ſi debitor non ſit in gratia &
amicitia illius.Conf.3.nam ſi quis damnatus
3 ſit ad triremes per triennium & ad perpetuū
exilium elapſo in triremibus triennio,ſolum
manet ei ſoluenda pœna exilij.Ergo cum ho-
mo propter veniale damnetur ſolum ad pœ-
nam temporalem,quia veniale illam ſolam
meretur,& propter mortale ad pœnam æter-
nam,elapſu certo tempore expirat pœna pec
cati venialis & ſolū manet pœna peccati mor
4 talis.Conf.4 quia peccatum veniale ſecluſa
liberalitate,vel eſt puniendum æterna pœna,
vel non. Si Primū:ergo non differt à mortali:
ſi ſecundum:ergo *Deo* nulla vtente liberali-
tate ſolum reſpondebit ei temporalis pœna.
Gratia autem in ſubiecto ſolum eſt neceſſa-
ria ad liberalem remiſſionem : ergo etiā illa
non data punietur peccatum veniale ſola tē-
porali pœna,& ſi per accidens puniretur æter
na,per accidens excederetur in punitione &
ille exceſſus licet à Deo vt domino poſſet in-
fligi ſine peccato,non tamen à Deo,vt iudice
vel vt iuſte puniente.Conf.5.alias in puris na
5 turalibus pœna peccati venialis ſemper eſſet
æterna,quia ſubiectum nullam habet gratiā,
per quam fiat liberalis remiſſio culpæ morta
lis aut venialis.Conf.6.nam dicere pœnā ve-
6 nialium eſſe æternam in homine non haben
te gratiam,eſt dicere,ex gratia & amicitia pœ
nam,quæ alias eſſet æterna,fieri temporalem
ac proinde veniali per ſe reſpondere poenam
æternam,per accidens vero ex coniunctione
ad gratiam reſpōdere ei poenam temporalē,
quod videtur abſurdum.Conf.7.quia veniale
7 nunquā punitur per accidens intēſiori poena
quam per ſe: ergo neque longiori & diutur-
niori.

69
2. Argum 2.Si pro mortali iam dimiſſo quoad culpā
datur poena æterna : ergo poena æterna non
fuit ſimpliciter & abſolute remiſſa per poeni
tentiam,ſed ſub conditione, quod homo nō
incideret in aliud peccatum mortale,in quo
decederet.Hoc autem videtur abſurdū, quia
ſicut in ſcriptura poenitēti promittitur abſo-
lute remiſſio culpæ;ita remiſſio poenæ æter
næ. Conf. quia ſicut per peccatum mortale
ſubſequens æternitas poenæ,quæ erat remiſ-
ſa, redit in ſententia aduerſariorum,ita poſ-
ſet dici,redire intenſionem poenæ.

3.Argu.quoniā in contrarium nulla vrget, 3. Argum.
ratio,quia hæc opinio ſi recte defendatur,nō
contendit in inferno fieri aliquam condona-
tionem,vel remiſſionem,imo neq.ſatisfactio
nem,ſed ſatiſpaſsionem, ac proinde nullam
admittit redemptionem,neq. poenæ debitæ
relaxationem aut mitigationem,nec conce-
dit, animū iudicis precibus placari, ſed nihil
vltra debitam poenam exigere, quanuis ma-
le Scotus & Mayrones remiſsionem & redē-
ptionem concedant,ergo nō eſt cur prædicta
ſententia reijciatur.Propter hæc argumenta,
hanc ſententiam ſuſtinet quidam doctiſsimi
iuniores,alij vero dicunt eſſe valde probabilē
præſertim iſtendo in ratione. Hanc etiam
ſententiam vt probabilem defendit Maior.4.
diſt.21.queſt.1.licet oppoſitam quoq.vt proba
bilem defendat.

3. Opinio eſt peccata venialia, in quibus 70
damnati deceſſerunt, punienda eſſe poena 3. Opinio.
æterna : item poenā peccatorum mortalium
vel venialium quæ in hac vita non ſunt ple- 1
ne dimiſſa futuram æternam in damnatis. *D.*
Tho.hac q.87.a.5.ad.2.& 3.& 3.p.q.87.art.4.&
4.d.16.q.2.a.1.quæſtiuncula.3.& diſt.21.q.1.a.2.
quæſtiuncula.3.ad.4.& de malo q 5.art.7.ad.8.
& q 7.a.10.Adrian.in.4.in materia de ſatiſfac-
tione Caiet.to.2.opuſ.6.q.2.& 3 p.q.87.ar.4.&
in hac quæſt.87.a.5.vbi Conrad.Victoria, Me
dina,& alij.Zumel diſp.vnica.Vazq. diſp.141.
Valen.diſp.6.quæſt.17.puncto.4.Soto.4.d.15.a.
2.ad.3.& art.4 & diſt.19.quæſt.1.art.4.prope fi-
nem,Richardus 2.diſt.42.art.2.quæſt.2.ad.5.&
4.d.16.a.5.q.2.& diſt.21.art.2.q.3.Bonau. artic.2.
quæſt.1.fi.2.diſt.42.a.2.q.2.Richard.de Sancto
Victore tract.de differentia peccati mortalis
& venialis.Viguerius cap.16.§.4.verſ.8.&cap.
18.§.3.verſ.6.Syluester ſatisfactio.§.7. Petrus
de Soto lectione.18.de poenitentia.Alenſis.2.
par.quæſt.124.membro.9.& 4.par.q.69. mem.
3.art.3.§ 4.& quæſt.15.mem.3.art.3. Altiſiod. 2.
ſummæ tractat.28.capit.4.quæſtio.3.Ledeſma
1.par.4.quæſtione.28.art.4.Angles q.de ſacra.
poenitentiæ artic.5.Capreol.4.diſtin.16.q.1.a.
3.ad.1.argumentum.2.loco poſitum contra.3.
concluſionem,& d.16. quæſtione.1. ad quod-
dam argumentum contra. 3. concluſionem.
Herrera,quanuis *Scoti* diſcipulus.2. diſp. 42.
quæſt.5.Azor to.1.lib.4.capit.10.quæſt.5. Sayr.
lib.2.cap.13.numero.11.tribuens Maiori. 4. d.
21.q.1.ſed male, ſolum enim dicit, eſſe pro-
babilem.Alber.2.diſtinctione.42.articul. 4.&
4.diſtinctione.21.art.8.&.in ſum.p.2.tract. 18.
m.4.a.4.Sua.3.p.to.4.diſp.11.ſect.2.n.11.&ſeqq.
Palacios diſtinctione.16.articul.2.& 2.diſtin.

42.q.vnica.Præpoſitiuus apud Gerſonem, & Altiſiod.ſupra & partim Durandus opinione 2.relatus:ait enim,veniale non dimiſſum hic quoad culpam coniunctum mortali,in inferno puniri pœna æterna:negat tñ pœnam peccati mortalis & venialis dimiſſi quoad culpá in hac vita,fore œternam in inferno. Quod etiam tenuit D.Tho.2.diſt.22.q.1.a.1.ad.5. vbi rationē diſcriminis reddit,quia veniale ideo in inferno œternaliter punitur:quia ſemper manet;cum non ſit ibi aliquid,quod culpam delere poſsit,ſed pœna ex hoc ipſo quod ſoluitur,expiatur. Concedit tamen Duran. 4.d. 16.quæſt.2.num.7.&.10. veniale coniunctum mortali poſſe remitti quoad culpam & pœná manente.m.& idem ait,in hac vita,& in aliá de v.coniuncto cum originali.Item Paludan. quæſtio.1.artic.1.in fine,ſeu numero.22.&.23. licet concedat, peccato veniali coniuncto cum mortali reddi pœnam æternam: tamen de coniuncto cum originali id negat: quia quando coniungitur mortali in alia vita, nō poteſt homo diligere Deū ſuper omnia, etiá, vt auctorem naturæ:& ideo non eſt amicus Dei,vel naturali amicitia, & conſequenter veniale in ipſo non eſt remiſsibile: quia omnis remiſsio fit per amicitiam ſaltem naturalem. At vero quando eſt coniunctum ſoli originali,poteſt homo diligere Deum,vt auctorem naturæ viribus ipſius naturæ:& ideo eſſe ei gratus & amicus amicitia naturali,& propter illam obtinere remiſsionem peccati venialis.Hoc probabile putat Suar. 3. par. to.4. diſp.11.ſect.2.num,16.

71 *1.Concl.* In hac re dico.1.Peccato veniali, etiá nullatenus dimiſſo in hac vita, ſeiūcto à mortali & originali,de facto retribuetur poena tēporalis. Eſt de fide,quia in eius ſubiecto erit gratia,atque adeo dignitas gloriæ & tandem gloria;cum qua nulla eſſe poteſt poena.Colligitur etiam ex.1.Cor.3.ipſe autem ſaluus erit;ſic tamen quaſi per ignem:& Mat. 5. qui dixerit fratri ſuo,Racha.&c.& ex alijs locis ſcripturæ & patrum, quibus docemur,quædam peccatá puniri ſola poena temporalī.

2.Concl. Dico.2. peccatum veniale non meretur æternam poenam decedenti in gratia: patet alioqui cum in illo ſolum puniatur temporaliter,infinite minus punietur quam meretur 2.Vix poſſumus intelligere,quod mortali debeatur æterna poena:ergo non eſt de veniali aſſerendum.¶3.Quia peccatum mortale eſt leue,leue autem non eſſet,ſi mereretur æternam poenam ſenſus,ac proinde damni; quæ in eo qui patitur propter propriū actū,coniunctæ neceſſario ſunt, ita vt qui patitur æternam poenam ſenſus patiatur æternam poenam damni & econtra. Hæc concluſio magis patebit diſputatio.ſequenti, vbi late oſtēdemus quędá peccata ex natura ſua eſſe venialia & mereri pœná tantū tēporalē ſaltē ſubiecto decedenti ſine mortali & originali.

Dico.3.valde probabile eſt quod præter au- 72 *3.Concl.*
ctores.1.opiniones docuere Palud. & Duran. citati in.3.peccato veniali cūiuncto cum originali ſolo poſt hanc vitam non reſpondere æternam pœnam & ratio adducta à Durand. & Palud.confirmari poteſt Quia exiſtens in originali & veniali non debet priuari bonis magnis poſitiuis mere naturalibus:hæc enim nō amittit propter veniale,quia leue eſt; nec propter originale:quia voluntate alienā cōtractum eſt,& poſitiua mere naturalia independenter à voluntate capitis tributa ſunt humanæ naturæ,ideoq. homo ille habet ius ad cognitionem naturalem Dei ſine triſtitia æterna: qualem cognitionem haberēt animæ ſeparatæ puerorum in pura natura, ac proinde in tali homine peccatum veniale non punitur æterna pœna ſenſus,quæ triſtitiam perpetuam inuoluit.Sed pœna ſenſus temporalī quæ temporalem triſtitiam adiunctam habet.Conf.2.quia peccatum mortale videtur tantæ malitiæ,vt mereatur, pœnam venialis alioqui temporalem,œternizari: at originale,quia ſola voluntate Adæ contractum eſt, ſolum meretur priuationem donorum ſupernaturalium,quæ dependenter ab Adamo nobis communicanda erant, ideo veniale coniunctum ſolo originalī non videtur puniendum pœna æterna.Conf.3.nam in puris naturalibus decedens in ſolo veniali non puniretur pœna æterna, ſed propter originale non incurrit damnum in bonis pure naturalibus: ergo etiam decedens cum originali & veniali non debet œterno propter veniale puniri. Quamuis appoſitū dixerit Zumel quæſt. 87.art.5.diſp.vnica concl.4.ex D.Tho.de malo,quæſt.5.art.2.ad,8.& Caieta.3.par.quæſt.87. art.4.de quo plura dicemus hoc tract. diſput. vlt.ſect.7.

Dico.4.1.opinio propter eius auctores & 73
rationes non omnino eſt improbabilis. *4.Concl.*

Dico.5.ſecurius, & ſaltem in auctoritate *5.Concl.*
ſiſtēdo,probabilius eſt, peccato veniali coniuncto cum mortali in alia vita reſpondere æternam pœnam ſenſus.Prob.1.quia pro hac ſententia ſunt plures & grauiores doctores *Prob.1. ab auctoritate.*
quam pro contraria.¶2.Quia habet pro ſe rationes aliquas nō contemnendas. Prima qua vtuntur D.Tho.Bon.Alenſ.Alber. Richar. de *2.per rationes.1.ratio.*
media Villa,Richar.Victorinus Suar. & alij communiter, eſt: quia durante culpa debet durare pœna, ſed durante culpa mortali durat etiam culpa venialis: ergo durare debet eius pœna, culpa autem mortalis ſemper durat:ergo & pœna venialis ſemper durat.Huic rationi triplex ſolutio aſſignari pōt.

Prima

¶1. Etiam ſi duret venialis culpa habitualis,
non debere durare pœnam:quia iam eſt ſuf-
ficienter punita culpa per temporalem pœ-
nam:cum non mereatur æternam.Sed hæc ſo
lutio non ſatisfacit,quia ſimiliter dici poſſet,
durante culpa mortali,non debere durare e-
ius poenam,cum tamen vt ſuperius vidimus,
potiſſima ratio,quare culpæ mortali reſpon-
deat poena æterna,eſt,quia mortalis culpa ha
bitualis ſemper durat. Et ſane poena, quam
homo non ſolum omnino inuitus, ſed impa-
tiens, blaſphemās, à voluntate iuſtiſſima Dei
diſcordans patitur, indigna videtur vt acce-
ptetur à *Deo*,eaque contentus vlteriorē non
infligat. Quæ ratio etiam procedit de poena
peccati mortalis iā in hac vita dimiſſi quoad
culpam,nam talem poenam eodem modo pa
tiuntur damnati:ergo ea nō acceptatur à *Deo*
ad prædictum effectum. ¶2.Solutio Scoti Ga-
brielis,Mayronis,& aliorum eſt,culpam ha-
bitualem venialem nihil aliud eſſe,quam rea
tum poenæ ſeu ordinationem, & deputatio-
nem ſeu obligationem ad poenam tempora-
lem, qua inflicta non dicitur homo ordina-
tus ſeu obligatus ad vlteriorem poenam, &
ideo manet omnino ſine culpa habituali.

74 Sed neque iſta ſolutio ſatisfacit, quia pro-
babilius eſt,culpam habitualem mortalē, aut
venialem non eſſe reatum poenæ, ſed pecca-
tum actuale non condonatum, nec compen-
ſatum ſatisfactione ſufficiēti:ſed hoc ſemper
verificatur in damnatis,qui hīc non obtinue-
runt remiſſionem,vel deletionem culparum
venialiū:ergo ſemper in eis manet culpa ha-
bitualis venialis.Confir.quia ſi peccatum ve-
niale eſt reatus ad pœnam temporalem: ergo
reatus ad poenam temporalem,qui ſæpe ma-
net dimiſſo quoad culpam, & poenam æter-
nam peccato mortali, erit peccatum veniale,
imo non differret eſſentialiter à culpa mortā
tali habituali,quia ſicut reatus ad poenā æter
nam ſecundum prædictos auctores eſt tota
culpa habitualis ita videtur, quod reatus ad
poenam tēporalem ſit pars ipſius culpæ mor-
talis,& eiuſdem rationis cum illa, quæ quidē
ſublata ſit ex parte,& ex parte maneat:& ſal-
tem in peccato veniali videtur ſequi,ſi culpa
eſt ipſe reatus poenae,culpam remitti & dele
ri ſucceſſiue, quia ſucceſſiue deletur reatus
poenæ, & ſic ſemper manebit in purgatorio
culpa venialis, donec tota poena ſit ſoluta.
Quod licet admittere videantur Scot. Gabr.
Ioan.Med. & alij auctores primæ ſententiæ:
eſt contra Doctores in materia de indulgen-
tijs.Præterea eſt contra D.Tho. Bonauen.Ri-
chard.Palud.4.d.21.Herrer.Sotum,ſuprà,& à-
lios diſtinguentes in peccato veniali remiſ-
ſionem culpæ,& remiſſionem poenæ. Quod
probabilius tandem,quia dictis ſanctorū con
formius,cēſuit ipſe Scotus,idem tenet *Suarez*
ſupra,& latius ead.diſpu.11.ſect.1.n.5.& *6. Du-*
ran.4.d.21.q.2.Sotus d.15.quæſt.2.ar.2.Ledeſm.
quæſt.28.ar.1.D.Tho.de malo, quæſt.7. ar. 11.
Alenſ.4.p quæſt.15.m.5.§.2. ad. 4. Cordub. lib.
5.quæſt.8.& 11.(licet probabile cenſeat oppo-
ſitum)fauet Auguſt.de vera & fal.pœnit. c.18.
in genere diſtinguens remiſſionem culpæ &
pœnæ,& certe ſi in mortali diſtinguūtur, cur
non etiam in veniali, in quo etiam diſtingui-
tur culpa, macula ſeu peccatum habituale à
reatu poenæ.Præterea ſi in alia vita poteſt to-
taliter deleri peccatum veniale ſine mortali,
luendo poenam: ergo,& in hac vita poterit
deleri ex parte,luendo partem poenæ, & per
ſatisfactionem poterit deleri totaliter: quod
licet concedant Scotus,Gabr.Nauarrus, Ioan
nes Medina,& alij, tamen merito impugna-
tur à Thomiſtis,3.p.q.87.ar.4.*Soto*.4.diſt.15.q.
2.ar.4.qui ait,eſſe errori proximum, cui cen-
ſuræ fauet id Geneſ.4.*Reſpexit dominus ad Abel,*
& ad munera eius:& Iſai.1. *Quo mihi multitudo,*
&c.& cap.58.*Ieiunauimus,& non aſpexiſti*. Eccl.
34.*Dona impiorum non probat altiſſimus*.1.Corin.
13.*Si charitatem non habeam,nihil ſum, &c*: Aug.
2.contra Creſconium dicens,*elemoſynas,& alia*
ad mundanda peccata fruſtra fieri ſine charitate. Idē
21.ciuit.cap.vltimo.Vnde Ierem.4. *Nouate vo-*
bis nouale,& nolite ſerere ſuper ſpinas,id eſt pecca
ta mortalia, & Matth. 18. Si non dimiſeritis,
nec pater meus dimittet vobis.Ex quibus lo-
cis colligitur, per viam ſatiſfactionis nō tolli
peccatum veniale,nec poenam temporariam
ex iuſtitia, nec ex miſericordia exiſtenti
in peccato mortali. Alias etiam in infideli-
bus extra eccleſiam delerentur peccata venia
lia,& obligatio ad poenam temporalem per
ſatisfactiones, vel ſatiſpaſſiones aliquas, quod
eſt abſurdius.

Tertia ſolutio eſt Gerſonis, Deum ſua mi- 75
ſericordia remittere dānatis venialia quoad
culpam & poenam æternam,nec videtur hoc
abſurdum,quia Deus erga illos vtitur miſeri-
cordia puniens citra condignum, & Aug. 21.
ciuit.cap.24.& in Enchirid. vt refert Magiſ-
ter.4.d.46.probabile putat, aliquod leuamen
adhibendum, vel interponendum cruciatib.
damnatorum:& inter homines aliquādo le-
ues offenſæ remittuntur grauioribus retētis.
Sed cōtra,quia eodem modo poſſet dici, nul-
lam poenam in inferno infligi pro venialib9,
veriſimile enim eſt,*Deum*, ſi æternitatē poe-
næ venialium remittit, modicam partem nō
exigere, conſequens licet aſſeruiſſe quidam
videantur apud Mayronem ſupra, nullo mo-
do concedendum videtur ergo. Præterea re-
miſſio venialis non fit ſine beneficio diuinæ
gratiæ,& merito Chriſti.1.Ioan.2.ipſe eſt pro
pitiatio,&c. idem c.4.& Roma. 3. quem pro-

poſuit propitiatorem,&c.& cap.5.& Hebr. 9. vt & latius probat Vega.15.in Triden. cap.10. Suarez.3.par.to.4.diſput.11.ſect.2.num.7.Azor tom.1.lib.4.c.10.quæſt.3.Herret.2.diſpu. 42. q. 5.prop.1.& aperte docet Bernar. ſerm. de cœna domini dicens, impoſſibile eſſe venialia dilui niſi per Chriſtum Ieſum.Et Trid. ſeſſio. 15.cap.8.ait,ſatisfactionem pro poena tempo rali eſſe per Chriſtum,ex quo eſt omnis noſtra ſufficiẽtia.Sed damnati ſunt membra abſciſa,& remotiſſima à Chriſto: ergo nō adeo ipſis applicatur meritum ipſius, vt ex eo habeant remiſſionem omnium venialiũ quoad culpam & pœnam,maxime ſi, vt ait Gerſon, poena æterna illis erat debita. Cōfir.alias licet pro damnatis orare, vt leuius puniantur, quod licet conceſſerit Maytones apud Victoriam inſcriptis huius.quæſt.87.ar. 5. tamen id nos alibi impugnauimus, & eſt contra traditionem eccleſiæ, vt teſtatur Auguſt. 21. ciuit. cap.14. *Deinde Deus* peccata venialia iuſtorum punit in purgatorio:ergo non eſt veriſimile remittere venialia exiſtẽtibus in inferno,vt colligit Maytones.2. diſt. 21.quæſt.2.

76 Secunda ratio pro concluſione eſt, quia

2. Ratio. magna cōſolatio eſſet damnatis,ſi omnis pœna peccatorum venialium, item peccatorum mortalium in hac vita dimiſſorum eſſet finē habitura:& poſt iudicium aliquando ſimpliciter haberent minorem poenam, quia licet tunc adijceretur eis cruciatus corporum, tamen detraheretur magna pars cruciatus animæ:item non omnino eſſent in termino, ſed ſolum quoad damnationem pro mortalibus non dimiſſis quoad culpam in hac vita, quod licet Maytones illa. quæſt. 2. admittat, non placet,& videtur contra id eccleſiaſtis.11. vbi ceciderit lignum.&c.

3. Ratio. Tertia eſt Valentiæ, & Sayri quoniam vt quis poenam peccato debitam integram tandem perſoluat, non videtur fieri poſſe niſi Deus eam ſolutionem poenæ aliqua ratione acceptet, ratamque habeat, ſic vt nihil amplius ab homine requirat:non eſt autem vel rationi,vel catholicæ fidei conſentaneū,credere,quod *Deus* aliquid acceptet à peccatore,& inimico damnato.

4. ratio. Quarta.Ratio eſt, quia veniale peccatum aliquo modo eſt infinita offenſa Dei:ergo aliquomodo meretur infinitam poenam, ſcilicet in duratione,non abſolute;ſed ſub conditione,quod iungatur peccato mortali, vel etiam originali, vt aliqui volunt. Confirmant non nulli, quia licet veniale non mereatur abſolute, & quantum eſt de ſe æternam poenam,quia non aufert gratiam, quæ eſt principium vitæ,tamē meretur æternam poenam ſub conditione,quod maneat in ſtatu,in quo remitti ac deleri non poſſit, nimirum coniunctum mortali, vel originali.

Quinta ratio eſt,quia iuſta lex, & accommodata diuerſis ſtatib. eſſe videtur,vt in ami- 77
co,& voluntarie eam ſuſcipiente aut ferente *5. Ratio.*
reſpondeat veniali peccato modica poena, vt ſit in hac vita; in amico verò non voluntario,& libere, ſed neceſſario eam ſuſcipiente aut ferente ſit longe maior, vt in purgatorio vbi anima non poteſt punitionem,vel vitare, vel impatienter ferre:in inimico vero & hoſte ſit æterna. Itaque ſicut poena purgatorij incomparabiliter excedit poenam huius vitæ quamuis vtraque ſit in amico, ita poena inferni cum ſit in hoſte, incomparabiliter ſuperet poenā purgatorij, nimirum, quia ſit æterna. Et hoc intendit Altiſiodoren. ſupra cum Præpoſitiuo dicens.Per peccatū veniale quātum in ſe eſt non meretur homo poenā temporalem præciſe, nec poenam æternam præciſe:ſed ſecundum quaſi diuerſa fora diuerſas meretur poenas, quia quantum ad forum inferni meretur poenam æternam, quantum ad forum præſentis vitæ, & purgatorij meretur poenam temporalem tantum, ſicut aliquis paruo furto meretur Pariſijs mutilationem auris Carnoti truncationem pedis.

Sexta ratio.Zumelis,Bartholo.Medinæ, & aliorum eſt, quia homo quandiu debitum nō *6. ratio.*
ſoluit in carcere debet eſſe : peccator autem in inferno nunquam ſoluit poenam venialiũ:ergo ſemper debet in illo carcere pro illis puniri.Sed non vrget,quia dici poteſt, peccatorem poena temporali ſoluere pro venialibus.Item eum, qui non poteſt debitum reale ſoluere,ſi conſtiterit,non eſſe ſoluendo, data poena quam debebat,ſi in culpa fuit, à carcere extrahendum eſſe, niſi alia ratione perpetuum carcerem mereatur: pro debito autem illo,quod ſoluere nequit nulla poena in ipſo carcere affici debere. ¶Septima ratio aliorum
eſt,quia peccans venialiter ſi in eo & morta- *7. ratio.*
le decedat, virtualiter vult manere æternaliter in peccato veniali, vel eius reatu:ergo dignus eſt æterna poena pro veniali. Zumel autem non vult admittere talem affectum virtualem, & merito : quia communiter homo cum peccat venialiter, non habet, aut non attendit periculum manendi perpetuo in peccato veniali,vel eius reatu:ergo non vult virtualiter manere ſemper in illo.

Obſeruandum autem eſt has rationes non 78
militare in peccato veniali coniuncto cum *Not.*
ſolo originale,ſuppoſito, quod quis poſſit decedere cum ſolo veniali,& originali,vt dicemus ad finem huius tractatus. Nam decedēs in originali,& veniali non habet neque habuit vnquam hoſtilem animum erga Deum, ſed contraxit habitualem culpam lethalem ex actu Adæ,vnde non mirum ſi nō puniatur æter-

æterna pœna propter peccatum veniale, ſed obtineat remiſſionem eius quoad culpam, & partem aliquam pœnæ, propter dilectionem naturalem, quam habebit in deceſſu à corpore, & quidem non ſine applicatione meritorum Chriſti, quæ ſicut applicantur illis vt reſurgant in corporibus impaſſibilibus, & perfectis, quæ in ſtatu puræ naturæ nõ haberent, melius illis poſſunt applicari ad obtinendam per naturalem dilectionem Dei, & deteſtatione peccati, remiſſionem peccatorum venialium, vt in puris naturalibus obtinerent. In hac tamen vita non concederem, peccatum veniale remitti manenti in originali, ſicut enim modo dilectio naturalis non ſufficit ad remiſſionem, & deletionem peccati mortalis, quæ tamē ſufficeret in ſtatu puræ naturæ, nam in altiori ſtatu merito exigit *Deus* altiorem diſpoſitionem, ita etiam in hac vita non ſufficit naturalis Dei dilectio ad delendum, & remittendum peccatum veniale, ſed requirit hominem eſſe in gratia & ſupernaturaliter operari, in alia autem vita eſt contentus dilectione naturali, quam ſolam homo habere poteſt, alioqui enim afficiendus eſſet homo poena æterna, & ſic peccatum originale ei noceret in bonis mere naturalibus, ſiquidem in pura natura peccato veniali non coniuncto cum mortali, non reſpondet ęterna pœna.

De loco autem, in quo poenam ſenſus ſi eſſet temporalis, paſſurus eſſet decedens in ſolo originali, & veniali. Quidam Magiſter Salmanticenſis publice aſſeruit, fore purgatorium, & inde finita poena migraturum hominem in lymbum puerorum. Sed acriter reprehenditur à Zumel ar.5. diſpu. vnic. concluſ. 4. quia purgatorium eſt locus animarum ſanctarum, vbi illę de ſua ſunt ſalute ſecutæ, vt cõtra Lutherum tractat Roffens. ar.38. probabilius ergo eſt, punitionem illam futurã in ipſo lymbo. Vbi eſt ignis ſecundum ſubſtantiam, & in eo caſu eſſet etiam ſecundum operationem, & torqueret animam, tamen non diceretur purgatorius, quia non tranſmitteret hominem purum ab omni poena, & culpa ſicut locus vbi animæ ſanctæ patiuntur, nec ibi eſſet aliqua remiſſio per indulgentias, ſatisfactiones, orationes fidelium, vel beatorum ſicut in purgatorio.

79 *Ad. 1. arg. 2. Opinion.* Ad.1. autem argu.1. opinionis. Reſpõ.1. cum Altiſiod. & Præpoſitiuo ſupra, licet veniale mereatur ſimpliciter & abſolute ſeu pro omni foro, & ſtatu poenam æternam: mereri tamen illam conditionaliter dandam, ſub hac, ſcilicet conditione, quod homo in mortali etiam decedat. ¶2. Reſp. propter veniale per ſe non dari poenã æternam, ſed ratione mortalis, quod tantæ eſt malitiæ, vt peccatum veniale reddat irremiſſibile, atque adeo æterna poena puniendum, & hoc forte eſt, quod refert Altiſiod. ſupra, dixiſſe aliquos, peccatum veniale mereri poenam æternam qualitatiue & non actiue, ſi enim vellent dicere, ipſum veniale ex coniunctione ad mortale qualificari & fieri in ſe meritorium pœnæ æternæ falſum eſſet, & merito reijceretur ab Altiſio. quia mortale non eſt circunſtantia peccati venialis, nec reddit ipſum maioris poenæ meritorium. Si vero vellent dicere, ex coniunctione ad mortale qualificari in ſuo effectu, quia pœna temporalis, quam ipſum meretur, æternizatur ob mortale, quod meretur illam æternizari, probabilis ſententia eſt: & iuxta vtramque ſolutionem intelligi poteſt, quod communiter dicitur, peccato veniali per ſe deberi poenam temporalem: per accidens autem, vt coniungitur cum mortali, deberi ei poenam æternam. Neque vlla eſt liberalitas, vel gratia, quod animabus purgatorij, vel eorum, qui mortui ſunt in originali, & veniali non detur pro venialibus æterna poena, ſed eſt iuſtitia, & à fortiori idem eſt de eo, qui in pura natura moreretur cum ſolo peccato veniali, ac proinde in amicitia naturali Dei: ei enim poena deberet eſſe tẽporalis. Quomodo autem tunc *Deus* animas pro mortalibus & venialibus torqueret, ipſe nouit. Ex quibus patet ad.6. priores confirmationes primi argumenti. ¶ Ad ſeptimam vero Reſpond. non eſſe ſimile de intenſione, & de duratione, nã magis expedit bono cõmuni, vt intelligatur, poenas venialium ex coniunctione ad mortalia reddendas eſſe æternas, quam reddendas eſſe paulo intenſiores: ſic enim magis deterrentur homines a peccatis mortalibus, & venialibus, & ſtatus damnationis manet inuariabilis in poena eſſentiali, & non eſt nimiũ ex illa coniunctione æternizari poenas venialium; modo negemus etiam intendi.

Ad.1. argum. Reſpon. Palud 4. diſt.15. q.1. ar. 3. dub. vltim. & Capreol. q.1. art.3 ad. 1. 2. ordinis contra.3. concluſionem, & Caiet. opuſc. citato, poenitenti imperfecte non remitti poenam æternam abſolute, & ſimpliciter, ſed cõmutandi eam in temporalem amicabiliter ſoluendam in gratia, hic vel in purgatorio, & ideo ſi homo committat poſtea aliud mortale, & in ipſo decedat, poena peccati prius dimiſſi erit æterna, neque hoc eſt contra id. Ezech.18. & 33. in quacunque hora ingemuerit peccator, omnium iniquitatum eius non recordabor, intelligitur enim de eo, qui integre poenituit. Talis enim nunquam ob præterita peccata punietur, quia perfecte & integre ſunt ei dimiſſa, & ſine poenitẽtia ſunt dona *Dei*. Ro. 11. & abſurdum eſt, eum, qui à debito liberatus eſt, (ſcilicet abſolute) eodem 80 *1. Concluſ.*

iterum

iterum obligari, vt habitur extrauag. inter cunctas de priuilegijs. Sed pœna reſpondens peccatis mortalibus, vel venialibus dimiſſis hic quoad culpam ſemper eſt remiſſior, quã ſi ſic dimiſſa non eſſent, vt ait Valentia. Satis tamen probabile eſt, quod auctores ſecundæ ſententiæ dixerunt, poenã peccatorum mortalium in hac vita remiſſorum quoad culpã, & quoad æternam pœnam, non fore æternã in damnatis propter ſequentia peccata. ¶ Ad

Ad 3. 3.Reſp.iam fuiſſe allatas ſatis apparentes rationes:ſed quia non ſunt euidẽtes aut certæ, fatemur ſententiam oppoſitam non eſſe improbabilẽ. ¶Aduerte tñ circa hanc ſectionẽ: Conceſſo, quod p.v. coniunctum mortali puniendum eſt æterna poena, punitionẽ futurã citra cõdignũ quoad intenſionẽ, vt notat Zumel a.5.diſp.vnic.ad.1. cum D. Tho. de malo: q.7.a.10.ad.7.

SECTIO. XII.

Vtrum dimiſſo peccato mortali quoad culpam, & quoad poenam æternam remaneat reatus pœnæ temporalis.

81 RESP. affirmatiue, quando poenitẽtia hominis eſt imperfecta, ita D.Thom.& omnes alij hic q. 87.a.6.& 3.p.q.86.a.4. & in additã ad.3.p.q.13.Sot.4.d.13.q.1.a.4.& d 19.a.1.Roffẽs. a.4.5.& 19.contra Lutherũ.patet ex Trid.ſeſſi. 14.c.8.& cap.12. vbi definitur neceſſitas ſatiſfactionis pro poena tẽporali poſt remiſſionẽ culpę mortalis.idẽ ſeſs.6.c.14.& can.30.& ſeſſio.25.decreto d̃ purgatorio.Breuiter patet ex 2.reg 12.vbi Dauid dimiſſa culpa adhuc punitur morte filij.& Mat.3.ac Luc.3. facite fructꝰ dignos pœnitentiæ, id eſt fructus pœnitentię, dignos relaxatione poenæ tẽporalis ſoluẽdæ hic vel in purgatorio.& Ro.6. ſicut exhibuiſtis mẽbra veſtra,&c. Vnde & Dauid poſt obtentã veniã ait, *Amplius laua me,&c.* Pſ.50. & Manaſſes poſt conuerſionẽ.2.Paralip.33.Punitus eſt in populo, Ierem.15. Vide. Valen.diſp.6. q.17.punct.5.Ioan,Med.tract.1 de poenit. q.9. Vegã.13.in Trid.a.c.36.vſq.ad finẽ libri.Suar.3. p.to.4 diſp.10.ſect.3.

SECTIO. XIII.

Vtrum omnis poena ſit propter aliquã culpam ſaltem alienam.

82 RESP. affirmatiue, loquendo de poena proprie dicta.D.Tho.q.87.ar.7.& omnes ibi, Valentia.diſp.6.q.17.puncto.1. Auguſt.1.re tract.c 9.ad finem. Sed obijcies.1.quia in religionibus,& alijs communitatibus ſæpe imponuntur poenæ pro tranſgreſſionibus, quæ nõ ſunt culpæ:ergo non omnes pena eſt propter aliquam culpam propriã, vel alienã. ¶2. Quia ſapientiæ.12.dicitur:ipſum quoq.qui non debet puniri condẽnas. ¶3.Quia omnia vitæ humanæ incõmoda & tormenta dicũtur poenę; tamen ſæpe ob nullã culpã inferuntur, vt in Iob cernitur.

Ad.1.Reſp.bene Zumel.a.7.ſtatuta religionum quorum tranſgreſſio non eſt culpa, non eſſe proprie poenalia, nec poenã proprie imponere, ſed tranſgreſſores cogere ad aliquid patiendum, quia ea conditione ad religionẽ admiſſi ſunt, vt ad talem paſſionem cogi, & obligari poſſent, vt docet D.Tho.2 2. q.186.a. 9.Adde ſuperiores auctoritate Pontificis talia ſtatuta, & præcepta facere aut imponere poſſe, ſicut quicumq. principes poſſunt leges aliquas huiuſmodi condere, quæ ad opus nõ obligent, ſed ad ſubeundam aliquam veluti pœnam, ſi iniunctum opus non faciant.

Ad. 2.Reſpond.legendum eſſe, eum quoq. qui non debet puniri, condemnare, exterum æſtimas à tua virtute, vt habent Biblia Sixti Quinti,& multi codices Græci, & Latini, & quadrat contextui, & docent Ianſen. Sa, Lorinus,& alij ibi. Si autem legamus, condemnas, exponetur cum Ianſenio, & *Sa*, eos qui non habent peccata publica, propter, quæ ab hominibus iudicentur poena digni, iuſte puniri à *Deo* propter eorum peccata occulta. Lyranus exponit de poena impropie ſumpta ordinata, non ad punitionem, ſed ad præſeruationem, medicinam, vel probationem: alij exponunt de Chriſto, qui ſine ſua culpa morti traditus eſt. Alij exponunt, eũ qui non eſt puniendus in hac vita, cõdemnas ad poenam æternam. Vide Zumel.a.7.& a 8. in fine.

Ad 3.Reſpon. omnes calamitates, labores & miſerias huius vitæ ſaltem eſſe poenas peccati originalis, vt docet *D.*Thom.ar.7. in corpore, & clarius ad.1.& Zumel a.8.diſpu. vnica in fine. Vnde Paulus: ſtipendia peccati mors; non tamen omnes afflictiones, & tribulationes veniunt propter alia peccata eorum, qui illas ſuſtinent; ſed quædã ſunt afflictiones quibus homo afficitur vt puniatur, aliæ vt corrigatur, aliæ vt præſeruetur, aliæ vt purgetur, vel in ſe proficiat, aliæ vt alijs exemplo ſit, aliæ vt paſsionis Chriſti recordetur, aliæ ob alios fines. Sic Med.& Zumel, & paſsim ſancti,& Interpretes Iob dicunt, ipſum contra amicos aſſeruiſſe nõ ſemper tribulationes propter peccata hominum, qui illas patiũtur, aduenire, ſed alias ob cauſas, ſed ſi aliquæ nullã ob culpam veniront, non dicerentur proprie pœnæ, ſed late tantum.

SECTIO. XIIII.

Vtrum vnus iuſte puniri poſſit pro peccato alterius etiam poena mortis, vt filius pro patre, vxor pro viro, ſeruus pro Domino ſubditus pro rege, &c.

83 DE hac re vide Pradum & Villalpandum Ezech.18. Vazq.q. 87.ar. 7.& diſp.135.Azor to.1.lib 4.c.32.q. 3.Herrer.2. diſp. 42.q.5. & 6. Non agimus modo de pœna ſatisfactoria, quam volūtarie vnus ꝓ culpa alterius ſuſcipere poteſt & ſoler, quo pacto Chriſtus aliqua opera fecit & aliquos labores ſuſcepit, vt pro hominibus ſatisfaceret. Hæc.n.poena ſatisfactoria nō eſt ꝓprie & ſimpliciter poena, vt ait D.T. q.87.a.7.vbi quidam, quos ſequitur Herr.ſup. q.5. rationem reddunt quia voluntaria eſt, poena autem proprie dicta inuolunteria eſſe debet, ſed banc rationem reijcit Vazq. quia ſecundum quid.ſeu ſecundum aliquam rationem inuoluntaria eſt; id quod ſufficit ad rationem poenæ, ſi cætera adſint. Aliam rationem aſſignat Vazq quia non eſt malum reſpectu eius, pro cuius culpa aſſumitur. Sed ſi malum filij cenſetur patris, licet ſimpliciter ſit bonum patris, quando ordinatur ad eius ſalutem & libertatem, cur malum amici ſatisfacientis nō cenſebitur malū eius, pro quo fit ſatisfactio; ideoque ſimpliciter erit poena, licet ad bonum eius ordinetur, niſi aliquid aliud deſit? Herrera vero ſup. rationem reddit quia poena proprie dicta ſemper eſt propter culpam eius qui illam patitur. Sed hoc falſum eſſe conſtabit. Melior ratio eſt, quia poena proprie dicta infligitur in vindictam, ſatisfactio vero in compenſationem. Alia ratio eſt quia poena debet eſſe malum reſpectu eius qui peccauit, ſatisfactio autem per ſe ſolum nocet ſatisfaciēti. Alia ratio reddi poſſet quod ad rationem poenæ proprie dictæ requiritur à iudice, vel eius authoritate infligi pro patientis vel alterius culpa; id quod non habet ſatisfactio, quam priuata perſona propria auctoritate accipit: ſecus ſi iudex vt puniret vnum, alium, qui eius amicus vel conſanguineus eſt, affligeret: talis enim afflictio tūc eſſet iure proprie & ſimpliciter poena cōparatione eius qui culpam commiſit. Sic forte afflictiones Chriſti dici potuere poena peccatorum noſtrorum: nam Iſaiæ.53.dicitur, propter ſcelus populi mei percuſſi eum, & Ro.8. qui proprio filio ſuo non pepercit. Si vero quis affligeretur, nō ob punitionem alicuius delicti proprie, vel alieni, ſed ad medicinam vel alios fines illa non eſſet proprij poena: ſecus ſi ſimul eſſet in punitionem & in medicinam: nam punitio etiam eſſe poteſt medicinalis. Colligitur ex D.Tho. & aliis.a.8. Hoc ſuppoſito de poena punitiua, quæ eſt proprie poena, inquirimus, an aliquis interdum illā patiatur pro peccato alterius. Seu an vnus vere & realiter ac iuſte puniatur ſeu puniri poſſit pro peccato alterius.

Dico.1.Deus aliquando punit peccata parē- 84
tum in filijs, regis in ſubditis & vnius partis cō- 1.Concl.
munitatis in alia parte. Vazq. diſp.135. Valen. diſp.6.q.17.puncto.2.D.Tho.Med. Zumel, & lij.q.87.ar.7.& 8.idem tenet D.Tho.q.81.ar.2. ad.1.& ar.2.ad ſecundum.2.2 q.108. a. 4. ad. 1. 2.& 3.& 164.ar.1.ad.4.& 3.p.q.14.ar.1.ad.3. Couarru.2.var.c.8.Caſtro.2.de iuſt.hæret. pun. c. 10.& 11.Adrianus quodlib.12.Abulen. Matt.5. q.330.& duabus ſequentibus, & Ioſue.6. q.30. 31.& alijs, & c.7.q.53.& 71.Turrecrem.c.vndecumque.56.d. Cordub.lib.1.q. 54. argumen.4. contra.1.concluſionem. Simancas titu. 29.n. 2.citans Euripidem.Aug.lib.5.quęſtionum veteris teſtam.q.48.& lib.6.q.8.& 9. in Ioſue.4. & q.42.in Deutero.6.contra Iulian. c.4.& 12. poſt medium, in Enchirid. c. 46.& 47. in id Pſal. 84. auerte iram tuam à nobis, & in id Pſ.105.peccauimus cum patribus noſtris, et in Pſal.108. in memoriam redeat iniquitàs: & ep.75 ad Auxilium relata cap.ſi habes.24.q.3. Euſeb.12.præparation.c.25. Iuſtinus.q.138. Gregor.15.moral.c.22.alias.31.Ambro.lib.de Noe. c.22.Leo ep.86, Plutarch.lib. de ſera numinis vidincta.Cælius lib.6.lectionum antiq. c. 14. Gratianus.24.q.3.in principio, & 1.q.4.§. item peccato, Magiſter.2.d.36. Cicero ad Brutum. Lyra Exod.20.Ezechiel.18. Ioan. Arboreus.6. Theoſoph.c.9.Alenſ.3.p.q.41. memb.4.ar.1.& 1.p.q.19.memb.3.ar.4.Herre. ſupra. q.5. Lyrā Ezech.18.Bonau.2.d.23.q.1. Ægid.q.1.ar.2. Richar.a.1.q.2.Dur.q.1.Argen.q.1.a.4.Gab.q.1.a. 2.Alb.&alij.

Prob. quia peccatum Cham punitum eſt 85
in eius filio Chanaan Geneſ.9.peccata ſodo- Prob.
morum in filijs eorum igne conſumptis Geneſ.19.quod etiam in Dathan & Abiron contigiſſe ſcimus nomerorum.17.propter peccatum Dauid mortuus fuit eius filius.2. Reg.12. paruulum autem ſine originali mortuum veriſimile eſt, & ibidem dicitur, quam ob rem non recedet gladius de domo tua vſque in ſempiternum, & 2.Reg.21. ordinatione diuina ob peccatum Saulis occiſi ſunt ſeptem de eius ſtirpe & facta eſt fames in Iſrael tribus annis cap. 24. propter peccatum Dauid percuſſit Deus populum eius Hieremiæ.5.pecca a Manaſſe puniuit in populo. 4. Regum.5.

in fine

in fine ob peccatum Giezi adhæret ſemini eius lepra in ſempiternum. Propter peccata parentum filij Amalechitarum & Canaoeorum innocentes interfecti ſunt in ingreſſu filiorum Iſrael, vide etiam de paruulis Beniamin Iudicum. 20. & Iabes Galaad Iudicum. 21 hinc illud, ne recorderis peccata mea, nec parentum meorum. Tobiæ. 3. & Ieremiæ. 2. fruſtra percuſſi filios veſtros diſciplinam non recepiſtis: ſic enim legit Acacius, vbi vulgata habet, non receperunt. Trenorum. 5. patres noſtri peccauerunt & non ſunt & nos iniquitates eorum portauimus, & Pſal. 108. fiant filij eius orphani & vxor eius vidua, &c. in memoriam redeat iniquitas patrum eius, &c. propter peccatum Salomonis, filij eius regnum minutum fuit. 1. Reg. 12. Propter peccatum Achab Regis Iſrael, eius poſteri afflicti ſunt. 3. Reg. 21. ob delictum Achan, filij eius interfecti ſunt Ioſue. 6. & 7. & percuſſit *Deus* multos de exercitu Iudæorum. *Alia* exempla ponemus cum Azor infra. Vnde Exod. 20. dicitur. Ego ſum Deus Zelores viſitans iniquitatem patrum in filios in tertiam & quartam generationem his, qui oderunt me. Idem habetur Exod. 34. & Deut. 5. & Ieremiæ. 32. Qui facis miſericordiam in millibus & reddis iniquitates patrum in filios filiorũ poſt eos. Idem ſignificatur Ioannis. 9. neque hic peccauit, neque parentes eius, &c. Rationem reddit *D.* Tho. 2. 2. ſupra, quia propter coniunctiooem naturalem vel politicam, aut affectiuam parentum & filiorum, principum & populorum, partiumque eiuſdem communitatis inter ſe, damnum & cruciatus vnius cenſetor alterius, & ita in eo culpa altersus punitur à *Deo.*

86 Sed contra eſt. 1. id Ezech. 18. quid eſt quod parabolam veritis in prouerbium in Iſrael dicentes, patres comederont vuam acerbam & dentes filiorum obſtupuerunt, &c. anima quæ peccauerit: ipſa morietur filius non portabit iniquitatem patris & pater non portabit iniquitatem filij. Idem habetur Ierem. 31. & quamuis Auguſt. 6. contra Iulian; c. 12. Videatur exponere de tempore gratiæ, in quo filij iuſti ob peccatum Adæ non detinentur in lymbo ſicut antea detinebantur, tñ expoſitio hæc non videtur omnino germana, quia detentio in lymbo nec mors erat; nec pro peccato alieno infligebatur iuſtis, ſed pro originali proprio, quod aliquando habuerant, vt docet ipſe Aug. 4. contra duas epiſtolas Pelagianorum. c. 4. vbi etiam dicit fuiſſe proprium Chriſti occidi pro peccato alieno & Pelagianos abſtuliſſe à Chriſto hanc prærogatiuam, dũ dixere, paruulos non mori propter peccatũ propriũ, ſed Adæ. Præterea Ezechiel aperte loquitur de tẽpore legis veteris vt etiã ibi & Tren. 5. explicat Hier. Chryſoſt. ho. 29. in Gen. Anſel. de cõceptu virg c. 25. qui omnes docent. loca in quibus ſcriptura ait, propter peccata parentum puniri filios, vſq. ad. 3. 4. generationem, intelligi, quia vſque ad 3. vel 4. generationem ſolent filij parentũ peccata imitari, quam expoſitionem habet etiã Aug. q. 42. in *Deuter.* et lib. contra *A*dimantũ c. 7. to. 6. Chryſoſt. Mat. 23. ho. 77. et Pſal. 84. *D.* Tho 2. 2. q. 108. a. 8. ad. 1. Greg. 15. mor. c. 22. alias 31. Hierony. in id tren. 5. patres noſtri peccauerunt et non ſunt, et nos iniquitates eorum portauimus, et Ezech. 18. Ierem. 31. et Lyra Exod. 20. Rabanus et alij multi. Conf. quia ſcriptura aperte teſtatur *Deum* nõ punire iuſtos cũ impijs Gene. 18. Malach. 3. Ierem. 18 Eccleſ. 33. et ſcelera parentum non debere nocere filijs. *A*ug. lib de bono coniugali. c. 16. Chryſo. ho. 3. in Matt. Hier. ep. ad Pamachium, et alij apud Gratian. 56. d. Item Paul. Galat. 6. generatim ait, vnuſquiſque onus ſuum portabit. Itẽ hoc videtur magis conſonũ diuinæ benignitati et iuſtitiæ, cum enim culpa non ſit communis, non debet poena eſſe communis.

Propter hæc et alia, quę ex ſanctis et iure canonico adduci poſſent, multi tenẽt, nec poenã corporalem infligi à Deo, niſi propter propriã culpã: quamuis cũ adeſt propria culpa, ſimul inferri poena poſſit propter culpam alienam, et numquam maior inferatur, quam ſit culpa eius, cui infligitur. Nec refert quod parentes ſint mortui, adhuc enim filiorum damna reputãtur eorũ. Admittit hæc opinio Deũ propter peccata parentum aliqua bona filijs negare, quæ tñ nec ex natura, nec ex cõmuni lege gratiæ, filijs debeantur, quamuis communitet non deerit aliqua cauſa ex parte filiorum, ob quam illis denegentur. 87

Hanc ſententiam probabilem putat Azor to. 1. lib. 4. c. 32. q. 3. Sed obijcit ſibi. 1. quia Exo. 20. et *Deut* 5 filij ob peccata parentum dicuntur poenas luere vſq. ad. 3. et 4. generationẽ. 2. quia Gen. 7. infantes diluuio perierunt, et Gene. 19. incendio Sodomitico. Exodi. 9. ob peccatum Regis et aliorũ occiſi ſunt primogeniti Ægiptiorum, quorum aliqui infantes erant. Num. 16. tota familia Core, Datham, et Abiron, ob principium contra Moiſem ſeditionem interijt. et 1. Reg. 15. ob peccatũ Amalecitarum, paruuli iuſſu Dei ſunt interfecti, et Ioſue. 7. ob peccatum Acham imperauit Dominus, vt tota eius domus etiam cum paruulis deleretur, et 2. Reg 12. filius Dauid interijt ob peccatum patris. 1. Reg. 4. ob peccatũ filiorum Heli magna clade affectus eſt populus *Dei.* 3. Reg. 14. peccatũ Ieroboã in eius familia punitur, et 3. Re. 16. peccatũ Baaſſa Regis Iſra. et 2. Reg. 12. Propheta dixit Dauidi, nõ recedet gladi9 de domo tua vſq. in ſempiternũ: et poſteri

Digitized by Google

& poſteri Achab ob peccatum eius pœnas dederunt. 3. Reg. 21. Canaam maledictus eſt propter Cham.Geneſ.9.Glezi peccante,lepra eius tranſmittitur ad poſteros. 4.Reg.5. Odiũ Dei in Eſau tranſijt ad filios.Malach.1.Iudæis dixit Chriſtus, Math. 24. donec veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus,&c.& cap. 27. dixerunt Iudæi Pilato, ſanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros.¶Ad.1.obiection.reſpond. Azor,parentes puniri in filijs in.3. & 4. generationem,quia eo vſque ſolent filij parẽtum peccata imitari:vel ea phraſi ſolum ſignificari ſemel iterum,ac tertio puniam parentes,& filios peccantes: vt Amos. 1. & 2. ſuper tribus ſceleribus non parcam,&c.Phraſis eſt ſignificans, ſi ter tantum peccaſſent cõdonaturum, ſed quia quarto peccarunt , non remiſſurum. Et Aug.q.42.in Deut.exponere, in.3. & 4. generationem,id eſt , in multus:nam numerus ſeptenarius,qui ex. 3. & 4. conſtat , ſignificat magnam multitudinem. ¶Ad.2.obiect.Reſp. paruulos,& alios,qui non commiſerant peccata actualla,punitos propter originale, & ſimul interdum ob peccata parentum,ſed ſi nõ habuiſſent peccatum ea pœna dignum nullo modo in ipſos punirentur parentes ſecundũ Azor.Probabilis eſt eius opinio. Sed priorem tuendo.

88 Ad. loca Ezech. & Ieremiæ. Reſpon. Aug. quæſt.8.in Ioſue,& 42.in Deuter.non tã quærendo quam aſſerẽdo, an ita dici poſſit, quod puer natus ante peccatum patris non portet iniquitatem eius;ſecus natus poſt eius peccatum,ſed non placet , quia in vtroq. eſt æqualis innocentia, & peccata, parentũ proximorum non traducuntur in poſteros per originem.Greg.vero.15.moral.c.21. alias 31.& Aug in Enchirid.c.46. exponunt:filius non portabit iniquitatẽ patris in nouo teſtamento poſt baptiſmum,quia aperietur ei ianua regni cæleſtis, quæ tamen non aperiebatur olim per circuncifionem.idem Gloſ. ord.& Lyra,Ezech.18 .Sed quia ibi ſermo erat de parentibus proximis,alij reſpondent, Intelligi de pœna ſpirituali,& æterna qua quidẽ vnus pro peccato alterius non punitur. D.Tho.quæſt.81.a. 2.ad.1.& 2.2.q.108.ar.4.ad.1.Alenſ.2.par.quæſt. 39 memb.3.a.4.§.1. Lyra,Caſtro,Valen. Medi. Adrian.& Vazquez.diſp.135.c.2. Aug.epiſt.75. ad Auxilium,& 6.contra Iuli. c.12.& Arbore. ſupra.Sumitur etiam ex.2.Cor.5. *Omnes ſtabūt ante tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſq́, propria corporis,prout geſſerit,ſiue bonũ,ſiue malum*, & Galat.6.*Vnuſquiſq́, onus ſuum portabit*. Sed hæc interpretatio merito reijcitur ab Azor , & Zumel,& nonnullis alijs recentioribus:quia ibi reuera erat ſermo de morte corporali , nam cum Iudæi dicebant, patres noſtri comedetũt vuã acerbam, &c. ſine dubio non agebant de malis animæ,ſed corporis,& fortunæ, quæ in captiuitate , vel deuaſtatione pertulerunt, quare quod Deus ait : filius non portabit, etc. intelligitur , etiam de malis corporis , vel fortunæ. Vnde Zumel , Adrian. Cordub. & Vazq. ſupra. Maſſius Ioſue.6. exponunt,filius non portabit iniquitatem patris,quia malum filio illatum,nõ erit pœna comparatione illius. Sed contra, quia nec illi antea dicebant eſſe pœnam cõparatione ipſorum. Vnde exiſtimo,Deum promittere ſe deinceps pro aliquo tempore non puniturum in filijs parentum peccata. Male etiã auctores primæ opinionis explicarunt locum Exod. 20. vt intelligatur de filijs imitantibus peccata parentũ, nam ibi dicitur viſitans iniquitatem patrum in filios in 3.& 4.generationem, iniquitatem dixit patrum:ergo ea eſt,quæ in filijs punitur. Vnde ad patres refertur pœna dum additur, his qui oderunt me , vt conſtat ex Græco , & Hebræo,vt etiam ad parentes refertur præmium dum ſubiungitur,faciens miſericordiã in millia his qui diligunt me:ergo non fit ibi mentio de peccatis filiorum vſque ad. 3. & 4. generationem imitantium parẽtes , ſicut nec de bonis operibus filiorum. Vnde Populus ille ſæpe ,ponebat Deo merita Abrahę, Iſaac, & Iacob.Igitur locus ille loquitur de filijs etiam ſi non imitentur parentes , quáuis Deus propter peccata parẽtum ſolum puniat filios communiter vſque ad. 4. generationem propter meritã autem parentum conferat bona, vſque ad milleſimam,tum quia remunerat vltra, cõdignum;tum quia in miſericordia nulla exigitur cauſa ex parte noſtra. Male etiam aduerſarij cedes paruulorum referũt ad peccatum eorum originale , tum quia in multis iam erat deletum,tum maxime, quia propter illud ſolum merebantur mortem via naturali venturam,nam propter originale ſolum merentur priuari bonis ſupernaturalibus in Adã receptis,& naturalibus, quæ ex illis ſupernaturalibus dimanarent. Sed pro maiori explicatione obſerua. ¶Primo damnum illatum alicui præciſe propter culpam alienam, non habere rationem pœnæ comparatione illius. Quo multi putant ſe ſatisfacere Aug. Gloſſæ ordinariæ,Hierony. Gregor.& Concil.Toletano, & multis decretis Pontificum relatis à Cordub.ſup.in quibus dicitur, vnum pro alterius peccato non puniri. ¶Secundo, quod cũ anima hominis non ſit à patre,ſed à Deo, nõ punitur filius propter peccatum patris,in bonis animæ neceſſarijs, ſecus in alijs vt in aliqua carentia doctrinæ,vt docet Zumel , ſupr. ¶Tertio,quod in paruulis innocentibus congruentius puniuntur parentes , quã in adultis,quia tunc clarius eſt parentum peccata puniri,& quia adulti interdũ ſuis bonis operib. Meren-

Digitized by Google

Merentur euadere punitionem quam poſſent pro peccatis parentum ſuſtinere, & hoc videtur intendere Grego. ſupra. Item cōgruentius puniuntur parentes in filijs vſq. ad.4.generationem quam deinceps, quia vt bene dicit D. Tho. ad.1. parentes videre poſſunt illam punitionem, & de illa dolere, & propter illam corrigi. Item propter rationem ſupetius aſſignatam. Quamuis autem per.3. & 4. generationem vniuerſas intelligat Aug. quæſt. 42. in Deuter. tamen recte id reijcit Vazq. quia: cum proprius ſenſus facilis ſit, non opus eſt ad figuratos ſenſus confugere. 4. Obſerua cū Caſtro, & Vazq. quamuis parentes mortui ſint, poſſe filiorum mala in inferno, vel purgatorio ſentire: quamuis Aug. in id Pſal. 108. fiãt filij eius orphani, tantum dicat, ſi huiuſmodi pœnas mortui ſentiunt, cumulum eſſe malorum, quæ patiuntur: ſi vero nō ſentiunt, formidinem eſſe bonorum. Sed quamuis eas nō ſentiant, & ſic non inferant illis pœnam ſenſus, erunt pœnæ damni. Sic enim Ariſt. 1. ethi. cap.11. ait proſperitates & aduerſitates poſterorum, & amicorum aliquid defunctis afferre, licet non eos felices efficere, docuerit cap. 10.5. Obſerua paruulos nō ſoldm priuari gratia, & gloria ob peccatum originale propriū in quo decedunt, ſed etiam propter peccatum Adæ ſecundum Vazq. diſp.135.cap.1. nu.5. & c.2.nu.9. 6. Obſerua ex D.Tho.ar.8.Medin. & Zumel ibi. Abulen. Adrian. Couar. & Caſtro, raro vel nunquam puniri aliquē pro peccato alterius ſine vllo proprio, niſi hoc ſit vtile ipſi innocenti, *alioqui enim cur Deus non puniret peccatorem in ſe ipſo*, cum facile poſſet?

89 Dico.2. cum ſolus Deus ſit dominus vitæ, & membrorum, & bonorum naturæ, ſolus

2. Concluſ. poreſt filium in his pro peccato patris punire occidendo, mutilando, verberando, & c. vt ait D.Tho.2.2.q.108.ar.4. ad.2. Caſtro, Arbor. Simancas, Cordub. Couar. ſupr. q.1. n. 7. Marſil. 1.q.46. Scotus.4.d.41. Zumel hic q.87.a. 8. diſp. vnica, concl.1. Vazq. diſp.135.c.3. Alenſis.3.p. q. 41.memb.4.a.1.ad.7. Herrer. 2.diſp.42.q.6. Palud.4.d.41.q.3.ar.3.ad.2. Turrec. c. vndecumq. 56. D. Auguſt. epiſt.75.ad Auxil. relata. c. ſi habes.24.q.3. Vnde male Lyra in id Deuter. 24. non occidentur patres pro filijs; nec filij pro parentibus, putat aliquando licere filios morte afficere pro parentum peccatis, quia Iudicum 20. pugnantibus decem tribubus contra tribum Beniamin, occiderūt etiam paruulos, & mulieres innocentes, quod ſcriptura non reprehendit, & Ioſue.7. pro furto Achan vxores, & filij eius combuſti ſunt. Nec enim verū eſt, quod quidam à Lyra relati dixere, filios Achan non fuiſſe occiſos, ſed terroris cauſa ad ſpectaculum adductos, cū ſcriptura dicat lapidauit eum domus Iſrael, & cuncta, quæ illius erant, igne conſumpta ſunt: ergo filij etiam combuſti ſunt, vt communiter interpretantur Lyra, & alij. Ioſue.7. Aug. q.8. in Ioſue. Et ad locum Deuter. reſpondet Lyra, ibi non prohiberi occiſionem filij pro peccato patris in medicinam, & exemplum aliorum, ſed ſolum in pœnam. Sed contra, quia ſic etiam liceret occidere patrem pro peccato filij. Item ſi filius pro patre poteſt occidi in medicinam, & exemplum aliorum: ergo & in pœnam patris. Item, vt argumentatur Vazq. mortem vt pœnam illorum infligi filijs pro peccato patris eſt implicatorium: ergo non id vetatur, ſed infligi abſolute. Vnde dico, q́ nec iure belli poſſunt auctoritate humana innocentes occidi, niſi indirecte, quando ſit neceſſarium ad conſequendam victoriam cōtra Rempub. nocentem, ita Herrer. & alij cōmuniter. Vnde Deut.20. iubet victori populo, ne mulieres, & paruulos occidāt, & ſi quādo occiſi ſunt innocentes ſine auctoritate diuina, id fuit iniuſtum, vt in bello Iſraelitarum aduerſus tribum Beniamin: quare doluerunt ſuper interfectione vnius tribus: & in bello Iabes Galaad, Iudic. 20. & 21. ſecus auctoritate diuina, vt Ioſue. 6. & 1. reg. 15. Illud autem factum decem tribuum excuſari non poteſt, licet à ſcriptura non reprehendatur. Ad aliud de Achan Reſpondetur communiter cum Aug. quæſt.8. in Ioſue, id factum fuiſſe non iudicio humano, ſed diuino, cuius Ioſue fuit tantum executor & promulgator, etiā Reſpondent Vazq. & Zumel, licet probabile putent, filios Achan non fuiſſe occiſos, alioquī non diceret ſcriptura, lapidauit eum omnis Iſrael, ſed lapidauit eos, nec congregatum ſuper eum, ſed ſuper eos aceruum lapidū, credibile enim non eſt, illum fuiſſe lapidatum; filios autem, qui erant innocentes, igne fuiſſe conſumptos, quæ pœna erat grauior. Quod autem filij adducti cum patre ſint ad Vallē Achor factum eſt, vt timore ſupplicij perterriti peccata parentum non imitarentur, quod eſſe conſuetum Hebræis patet Daniel. 13. vbi Suſannam cum ad ſupplicium duceretur comitati ſunt parentes, filij, & conſanguinei, nō vt cum illa paterentur, ſed ob finem dictum; & in maiorem Suſannæ confuſionem atque tormentum Herrer. autem, & alij admittunt filios fuiſſe combuſtos, ſed præcepto Dei, qui iuſſit comburi totam eius ſubſtantiā, ſub qua filij comprehenduntur.

Ex his merito Herrer. Vazq Zumel, & alij inferunt cum Caſtro, Couar. ſupr. ſtulte ſatis 90
Honorium. & Arcadium imperatores in l 5. ſeu quiſquis. C. ad legem Iuliam maieſtatis, vt refertur c. ſi quis cum militibus. 6. q. 1. dixiſſe. *Lenitate imperatoris vitam condonari filijs eorum, qui imperatoriam læſerunt maieſtatem, poſſent*

ſent enim occidi, ne imitatores eſſent criminis paterni: & ratio ſi ſiuola eſt: eadem enim liceret occidere omnes filios hæreticorum, latronū, & ſimilium. Non igitur ex leniate: ſed ex iuſtitia fit, vt filij eorū, qui læſerunt imperatoriā maieſtatē, vita non priuentur, vnde cū Pontifex. c. vergentis de hæreticis eo argumento vtitur, quod ſi filij, qui læſerunt imperatoriam maieſtatem, puniuntur priuatione bonorum, & eis vita codonatur ex benignitate legum, potiori ratione filij hæreticorum puniri poſſunt priuatione bonorum; argumētatur Pontifex ad hominem, quantum ad id, quod de vita dicitur, & non approbat illam ſententiā, vel vt ait Herrera Pont. approbat ſanctionē: ſed nō rationē illam. Imo vt rectè dicit Duran. ſupra, peccatum patris non trāſit ad filium quoad priuationē bonorum tēporalium, quorum iam eſt dñs, & poſſeſſor, ſed quæ habiturus erat à patre. Idē dicit Couarr. Herr. & alij, & Zumel ait, nec pœnæ infamię, priuationis bonorum fortunæ, & officiorum puniri filios directè pro peccatis parētum: ita vt filijs immediate imponatur talis pœna: ſed mediate, conſequenter, & indirectè, vt quando pater priuatur bonis ſuis, vel notatur infamia filius conſequenter priuatur hæreditate & fama. Vnde D. Tho. 2. 2. q. 108. ar. 4. ad 2. ait. Tertio interdum punitur vnus pro altero, quia bonum vnius dependet ex bono alterius, ſicut in crimine læſæ maieſtatis filius amittit hæreditatem pro peccato parentis. Sed hæc doctrina Zumelis non eſt omnino vera quia infamia iuris, quā vnus interdum patitur pro peccato alterius non reſultat naturaliter ex infamia alterius; ſed humana diſpoſitione: ergo tūc directè infligitur malum vni pro peccato alterius. Idem eſt quādo filij propter parentum peccata fiunt irregulares, & inhabiles ad ordines, dignitates, officia, aut beneficia, & in alijs multis caſibus.

Iuxta hæc rectè Leonardus noſter in ſumma de virtutib. cardinalib. 28. agens de hypotheca, & pignore dub. 7. ait. Poteſt homo liber dari obſes præſertim in cauſa belli, vt ſtetur pactis, quod ſi Reſp. vel princeps, qui illū tradidit, violet pactum abſq. culpa obſidis, non poteſt id circo interfici, iuxta id Exod. 23. inſontē & iuſtum non interficies, nec mutilari, nec flagellis cedi, quia hæc ſine culpa directè irrogari non poſſunt: poteſt tamen ſpoliari bonis, & detineri, & in ſeruitutem rapi, ſi chriſtianus non ſit, ſicut alij innocentes in bello: de quo plura 2. 2. q. 40. a. 1. dub. 7. Pari modo, qui fideiuſſit pro reo, cui periculum capitis, vel mutilationis impendebat, vt à carcere ad tempus liberetur, ſi reus abſq. culpa illius fugā capeſſat, non poteſt loco rei poena capitis, vel mutilationis, vel flagellorum plecti, quia hæc ſunt ſupplicia criminum: nō ſolutiones debitorum, & quia non intendit ſe ad hoc obligare, ſed ſolum ad pœnam pecuniariā, ad quā condemnaretur à iudice imo nec potuit ſe ad illa obligare, cū non ſit dominus vitæ, & membrorum: eſt cōmmunis teſte Iulio Clario. l. ſi ſententiarum. §. finali. quæſt. 46. num. 18. Hæc Leonardus. Sed an auctoritate humana puniri poſſit vnus pro peccato alterius latius tractabitur tract. ſeq. diſp. de lege pœnali. 69.

QVÆSTI. LXXXVIII. DE PECCATO VENIALI PER COMPARATIONEM AD MORTALE.

Art. 1. *Vtrum peccatum v. conuenienter diuidatur cōtra mortale.*

Art. 2. *Vtrum peccatum mortale, & veniale differant genere.*

Art. 3. *Vtrum peccatum veniale ſit diſpoſitio ad mortale.*

Art. 4. *Vtrum peccatum veniale poßit fieri mortale.*

Art. 5. *Vtrum circunſtantia poßit efficere de veniali mortale.*

Art. 6. *Vtrum peccatum mortale poſsit fieri veniale.*

Diſput. 16. De diſcrimine peccati mortalis & venialis.

SECTIO. I. *Quis fuerit hac in re ſtoicorum, & Iouiniani error.*

1\. *Oīa peccata eſſe paria decreuere Stoici, et Iouin. ac ꝑinde diſcrimē mortalis et venia. peccati negarunt.*

STOICI omnia peccata paria eſſe cēſuerunt, vt refert Cypr. ep. 52. ad Antonianū. Ambr. 1. de pœnit. c. 1. Hiero. ep. 4. ad Celantiā. c. 1. & nulli alij philoſophorū ita cenſuit, vt notauit Aug. ep. 29. ad Hiero. addēs Iouiniā. hæreticū in aſſerenda parilitate peccatorū Stoicū fuiſſe, licet in aucupādis, dſendēdiſq. voluptatib. fuerit Epicureus. Libro quoq. de hæreſib. c. 82 ait Iouinia. hac in re Stoicos fuiſſe ſecutū. Eūdē errorē Iouinia. tribuit Hieron. 1. 2. cōtra Iouinianum non procul à fine dicens. *De eo*

autem quod niteris approbare, conuitium & homicidium Racha & adulterum, otioſum ſermonem, & impietatem vno ſupplicio repenſari, iam ſupra tibi reſponſum eſt, & infra. Non tibi habebunt tantas gratias, quos de humili in ſublime eleuas, quantum iraſcuntur, quos propter leue, quotidianumque peccatum in exteriores tenebras retruſiſti. Vnde Bellarmin. 1. de amiſſione gratiæ. cap. 4. valde miratur Caſtrum verbo peccatum hæreſi. 8. aſſerentem, hunc errorem de peccatorum æqualitate nuſquam à Hieronymo duobus libris cōtra Iouinianum ipſi Iouiniano adſcribi. Nam per multas paginas lib. 2. non ſolum hunc errorem Iouiniano tribuit, ſed etiam omnia eius argumenta proponit, & ſoluit: & Auguſt. epiſtol. 29. ait hunc Iouiniani errorem præclare à Hieronym. confutatum. Hic error veram differentiam peccati mortalis, & venialis deſtruit, quoniam ea ex inæqualitate peccatorum ſumitur, vt videbimus. Cōfutatur à Hieronym. 2. contra Iouinian. præſertim. cap. 16. & 2. contra Pelagianos, à Bellarmino, lib. citato cap. 5. à iunioribus quæſt. 73. art. 2. & à nobis in hoc tractatu. diſput. 5. ſectione. 1. & abunde ex dicendis contra Pelagium, & alios refelletur.

SECTIO II.

Quid in hac re Pelagius ſenſerit, & qualiter confutandus.

2\. *Pelagius omnia p. m. eſſe putauit.* PELAGIVS quolibet peccato iuſtitiam amitti docebat, ac proinde omnia peccata eſſe mortalia, & quoniā multos eſſe iuſtos, negare nō poterat, affirmabat, hominem in hac vita ſine omni peccato viuere poſſe, & illum ſolum, qui omni peccato careat, iuſtum eſſe. ita refert Hieronym. 1. & 2. contra Pelagianos. Vnde Auguſtin. de hæreſibus cap. 88. ait. In id etiam progrediuntur, vt dicant, vitam iuſtorum in hoc ſæculo nullum omnino habere peccatum, & ex his eccleſiam Chriſti in hac mortalitate perfici, vt ſit omnino ſine macula, & ruga; quaſi non ſit Chriſti eccleſia, quæ in toto terrarum orbe clamat ad Deum, dimitte nobis debita noſtra.

3\. *aliqua peccata ſut venialia, quæ nō priuant gratia nec gloria. 1. Proba. ex ſcripturis.* Hic error facile confutatur probando in iuſtis eſſe aliqua peccata, quæ gratiam & iuſtitiam non excludunt, nec vita gratiæ aut gloriæ priuant. Quod primo probatur ex diuinis litteris. Prouerb. 24. *Septies in die cadit iuſtus.* Vbi recte Beda, Eccleſiaſt. 7. *Non eſt homo iuſtus in terra, qui faciat bonum, & non peccet.* Matth. 12. *Qui dixerit verbum in Spiritum ſanctum, non remittetur ei in hoc ſæculo, nec in futuro.* Ex quo conſtat quædam peccata remitti in alio ſæculo, nimirum ea in quibus iuſtus moritur, & aliquādo vixit, nam iniuſtis nullum peccatum in alia vita remittitur, & ita iuſtis venialia remitti poſt hanc vitam docent Gregor. 4. dialog. cap. 13. & 39. Bernar. ſerm. 66. in cantic. Auguſt. quem citat, & ſequitur D. Th. de malo. quæſt. 7. artic. 11. argum. ſed contra. Idem docet Alenſ. 4. part. quæſt. 65. membro. 3. artic 3 ex Auguſt. de vera & falſa poeniten. cap. 4. Palacios. 4. diſt. 21. quæſt. 1. affert teſtimonia Nyſſeni oratione, *Quod non ſit dolendum &c.* & Philonis Iudæi. 2. de monarchia, & eſt communis ſententia. 4. diſt. 21. & 3. part. q. 87. a. 1. Ad rem etiam eſt id Ioan. 13. *Qui lotus eſt, non indiget, niſi vt pedes lauet* Quod Aug. ibi dictum putat, quoniam, qui à mortalibus mundus eſt, tantum indiget, detergere puluerem venialium. Deinde ad Epheſios. 5. dicitur, *Non habentem maculam neque rugam.* Vbi per rugam peccatum veniale intelligūt Auguſt. ſerm. 25. de verbis Apoſtoli, & in Enchirid. c. 43. & lib. de bono coniugali, cap. 6. & paſſim alibi, & cæteri communiter. Ad idem eſt 1 Corin. 3. *Si quis ædificauerit ſuper fundamentum hoc, lignum fœnum & ſtipulas ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem.* Vbi per lignum, fœnum, ſtipulas ſignificari peccata venialia docebimus inferius cum D. Thom. quæſt 89 artic 2. Ambroſ. ſerm. 10. in Pſal. 118. Hierony. 2. contra Iouinia. Auguſt. 21. ciuitat. cap. 26. Gregor. 4. dialogi. cap. 39. & alijs. Idem probat Hieronym. 2. contra Pelagianos ex Hebr. 5. Vbi ſacerdos iubetur offerre ſacrificium pro ſuis peccatis. Nam ſi iuſtus non eſſet, non iuberetur offerre ſacrificium, ſi vero vacaret omni culpa, non iuberetur offerre pro ſuis peccatis, & 2. contra Iouinian. c. 16. probat ex. 1. Ioan. 5. *Qui ſcit fratrum ſuum peccare peccato non ad mortem.* Quod explicat de peccato veniali, vt & quidam recentiores ibi, nam Bernard. ſerm. de cœna domini verſus finem peccata venialia appellat peccata nō ad mortem Quod vero ait Ioannes petat, & dabit ei vitam peccāti non ad mortem, ita poteſt intelligi, vt vitā dicatur dare, quia remouet peccatum veniale, quod eſt diſpoſitio ad mortale, & ſic præſeruat à morte ſpirituali. Sic per peccatū ad mortem intelligi poſſet omne. p. m. cum Hieron. 2. contra Iouinian. c. 9. peccata Dauidis, & filij prodigi vocante, ad mortē. Alij tam melius cēſent peccatū ad mortē eſſe finalem impœnitentiam, vel cum ipſa coniunctum. Aug. 1. tetract. c. 19. de correptione & gratia. c. 12. Gregor. 6. mor. c. 31. Magiſt. 4. d. 43. vbi cōmuniter ſcholaſt. D. Th. de malo. q 3. a. 15. ad. 3. Lyra interlin. & alij, & videtur Hierony. in id Ieremi. 14. Noli orare pro populo hoc in bonum

Magis

Magis vrget, quod dicitur. 1. Ioan.1. Si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, et veritas in nobis non eſt. Vbi Ioannem loqui de peccatis iuſtorum, quæ cũ diuina gratia ſtare poſſunt, docet Auguſt.de natura & gratia.ca.36.vide etiã illum.c.35.37.& 38.Itẽ Iacobi.3.in multis offendimus omnes, ſcilicet, etiam iuſti, vt exponunt Beda,& alij.ibi,& Aug. de natura & gratia,c.36.& ſer.82.de tempore,& Prouerb.10.in multiloquio non deerit peccatum, & Prouerb.20. *Quis poteſt dicere, mundum eſt cor meum, purus ſum a peccato?* & Paulus. 1. ad Timoth. 3.& ad Titum. 1. vult diaconos, & epiſcopos eligi, qui ſint ſine crimine, ideſt, peccato mortali, quoniam ſcilicet, ſine omni veniali eſſe non poſſunt, vnde Greg.21.moral. ca.9. *In hac vita multi ſine crimine, nullus ſine peccato eſt.* Sic etiam Paulus. 1. Corinth. 1. ſperat illos vſque in finem cõfirmandos eſſe ſine crimine, quia ſine veniali diu eſſe non poterant, vt probabimus fuſe in materia de gratia. Pſalm.31.dicitur, pro hac orabit ad te omnis ſanctus in tẽpore opportuno, id eſt, pro remiſſiõe peccati venialis, vt interpretantur multi, quoniam ſancti remiſſionem ſuorum peccatorum mortalium quoad culpã, quæ iam remiſſa pie credunt, non petent abſolute, & ſimpliciter, ſed ſub conditione, ſi iam remiſſa non ſunt. Item Pſal.98. *Moyſes & Aaron in ſacerdotibus eius, & Samuel inter eos, qui inuocant nomen eius; cuſtodiebant teſtimoniũ eius, & præceptum, quod dedit illis Deus tu propitius fuiſti eis*, ſcilicet, dimittẽs eis omnia peccata quæ cum gratia habebant, ſeu venialia. Pro quibus etiã apoſtoli orare iubẽtur. Math.6. *Dimitte nobis debita noſtra.* & ca.7. Significantur nomine feſtucæ, quid autem vides feſtucam in oculo fratris tui, & trabem quæ in oculo tuo eſt, non conſideras, quod etiam habetur. Luc.6.item. Mat.13.dicitur, *Excolantes culicem, camelum autem glutientes*, & Lucæ.12. *Non exies inde, donec etiam nouiſſimum minutum reddas.* Mat.5. *Nouiſſimum quadrantem.* Vbi Tertul.lib.de anima, ca.17.per nouiſſimũ minutum, vel quadrantem intelligit modica peccata in purgatorio punienda.& Hierony. Mat.5.minuta peccata.& Origen.ho.35.in Lucam modica debita. Cypri.lib.4. ep. 2. Ambr. Luc.12. Euſeb.Emiſſen.ſeu potius Cæſarius Arelaten.ho.3.de Epiphan peccata in purgatorio expianda. Item Iacobi. 1. *Peccatum cum conſummatum fuerit, generat mortem*; ergo antequã conſũmetur plena deliberatione, veniale eſt, & mortem animæ non generat. Vide Bedam ibi. Item Math.5. *Qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio, qui dixerit Racha, reus erit conſilio, qui dixerit, fatue, reus erit gehennæ ignis*: ergo priora peccata non inducebant mortẽ animę. De hoc loco recte Maldona.& alij.ibi, & Bellarm. 1. de amiſs.gratiæ.c.9.Baron.to.1.ſub anno Chriſti. 32.pag.125.

§2. Probatur ex ſanctis nam præter alios, quos obiter referendo ſcripturæ teſtimonia citauimus, iuſtos habere aliqua peccata ac proinde eſſe aliqua peccata, quæ gratiã nõ excludant, nec gratia aut gloria priuent, aperte docet (& ex eo loco colligit) Chryſoſt. in id Pſ.141 *Non intres in iudiciũ cum ſeruo tuo, quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens.* & ho.16.in id Mat.5. *Omnis, qui iraſcitur fratri ſuo, &c.* Vbi Hilar. Theoph.& alij. Ambr.2.de pœnit.c.10.& Pſ.1. Hiero.in id Mat.7.quid autem vides feſtucã. Aug.21.ciuit.cap.26.27. & vlt.in enchirid. ca. 64.& 78. de fide & operibus cap. 15.2.contra duas epiſt. Pelagia.c.14 & lib 3.c.3. ſer.41.de ſanctis, lib.de bono coniugali c. 6.& 9.Greg.21.mor.c.4.alias.5.& c. 9. & 4. dialogi. c.33.& 39.Cyprian.ſer.de eleemoſyna.Baſil in pſ.114.Nazian.oratione.2.in Iulian. vltra medium. Caſſia.collat.22. c. 13. Bernard. ſerm. de cœna domini. Richa. Victo. lib.de differentia p.m. & venialis. Anſel.1.Cor. 3. Orige hom. 6. in Exod. 14. in Leuit. 12. in Iere. 25. in Numeros. 4.

2. Prob. ex Sanctis.

§4. Prob.ex Concil. Mileuit. cap. 6.7. & 8. Trident. ſeſſion. 6. cap. 11. 13.15 & ſeſſion. 14. capit. 5. & 7.

4 Prob. ex concilijs.

§5. Probat. ex tradit. nam ab initio eccleſiæ non ſolum recepta eſt diſtinctio peccatorum, grauiũ, & leuium, mortalium, & venialium, ſed etiam ſacramentalia ad delenda peccata venialia, inſtituta, & recepta ſunt, Quintus à Petro Pontifex Alexan.1. aquæ luſtralis meminit. c.aquam de cõſecratione.d.3. orationis vero dominicæ ad hunc effectum mentionem fecit Concil. Tolet. 4. can.9.et Aug.ep.108.ad Eleuſianum, et in Enchirid.c.7.et vniuerſaliter de remedijs contra peccata venialia diſſerunt copioſe ſcholaſtici.4.d.16.et 3.p. quæſt.87. artic.3. et alibi ſæpe cum de pœnitentia & remiſſione peccatorũ diſſerunt.

5. Prob. ex traditione eccleſiæ.

§6. Probari poteſt hæc res ex ſcholaſticis, qui Pelagij ſententiam hæreticam cenſent Bellarmin.1. de amiſſione gratiæ, capit. 5. Vega. 14.in Triden.2. cap.3. Medina; Zumel, et alij recentiores hic quæſt.88.artic.1. Valentia diſputa.6. quæſt. 18. puncto. 1. Vazquez diſputa. 142.2. cap. 1. Roffens. art. 32. contra Luther. Soto.4. diſt. 15. quæſt. 2.art. 1. Ledeſma. 1. 4. quæſt.28.artic.1. dub.1. Azor tom.1.lib 4. cap. 8.et 9. 5.

6. Prob ex ſcholaſticis

7. Prob. veritas catholica illis rationibus, quibus paulo poſt oſtendemus, aliqua peccata natura ſua eſſe venialia.

7. Prob. ex ratione.

8. Probatur hæc veritas, quia fundamenta Pelagianorum parui momenti ſunt, et facile diluuntur à Bellarmino. 1. de amiſſione gratiæ. capit.6. Primum ſumitur ex teſtimonijs,

8. Prob. ex ſolutione argu.in cõtrarium.

quæ docet hominem debere eſſe perfectum. Deuter.18. Tu autem perfectus eris coram domino Deo tuo. Mat.5. Eſtote pfecti, ſicut pater veſter cæleſtis perfectus eſt. 2. eſt ex teſtimonijs, quæ dicunt iuſtos eſſe immaculatos, vel debere omni macula carere. Pſal. 14. *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo aut quis requieſcet in monte ſancto tuo? qui ingreditur ſine macula, & operatur iuſtitiã.* Pſ. 17. Ero immaculatus cum eo, & obſeruabo me ab iniquitate tua. Pſal, 118. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. Epheſ.1. Elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem vt eſſemus ſancti, & immaculati. 3. Ex. 1. Ioan. 3. *Qui natus eſt ex Deo, peccatum non facit, quia ſemen ipſius manet in eo, & nõ poteſt peccare, quia ex Deo natus eſt.* 4. Ex Luc.1. *Erant autem iuſti ambo incedentes in omnibus mandatis, & iuſtificationibus domini, ſine querela, quaſi dicat ideo fuiſſe iuſtos, quia incedebant in omnibus mandatis, &c.* Vbi S. Ambr. inuehitur in eos, qui putant, homines nõ poſſe abſq; peccato viuere. Sed ad 1. R. perfectio eſt triplex. 1. conſiſtens in operibus ſuper erogationis & conſilij, & non præcepti, vt Math.19. *Si vis perfectus eſſe, vade, & vende, &c* hoc enim non præcipitur, vt docet Auguſt. epiſt. 89. q. 4. Ambr. lib. de viduis. Hieron: lib. contra Vigilantium. 2. conſiſtens in abſtinentia à venialib. hæc præcipitur non vnico præcepto, ſed multis obligantibus ſub veniali, quæ in hac vita non poſſunt diu omnino ſeruari, vt in materia de gratia dicemus: quorum tranſgreſſio non excludit gratiam, & iuſtitiam. 3. conſiſtens in abſtinentia à mortalibus, & hæc haberi debet, & poteſt ab omnib. in hac vita, de hac nonnulli exponunt id. Math.5. *Eſtote perfecti.* Et Gene.6. *Noe vir iuſtus atq; perfectus fuit:* Et Deuter. 18. *Tu autem perfectus eris.* Et Philip.3. *Quicunq; perfecti ſumus.* 1. & 3. perfectio nõ excludunt peccata venialia. Nã apoſtoli perfecti erant, iuxta locum nunc citatum ad Philip 3. & 1. Cor. 2. Sapientiam loquimur inter perfectos. Tamen dicebãt, ſi dixerimus, quia peccatum non habemus. Et in multis offendimus omnes, & docentur orare, dimitte nobis debita noſtra. ¶ *Ad.* 2. R. *Aug.* lib. de perfectione iuſtitiæ ſanctos in hac vita dici immaculatos, non quod nullas contrahant maculas, ſed quia cupiunt & curant nullas contrahere, & ſi quas contrahunt, per orationem tergunt. Alij reſpondent veniale peccatum nullã inducere maculam, vt docet D. Tho. q. 89. a. 1. ſed facilius. R. dici immaculatos, quia nullã habeant maculam notabilem, & grauem ſed leuem, & hanc rarã, citoq; tranſeuntẽ. ¶ Ad. 3. R. *Aug.* 2. de peccato. merit. c. 7. Apoſtolũ loqui de iuſtis, & filijs *Dei*, vt ſic Bern. ver. ſer. 1. ſeptuageſimæ ait, loqui de prædeſtinatis, & velle, illos non peccare permanenter ſeu non manere in peccato vſque ad mortẽ. Sed ſecundũ Bellar. melius. Reſ. *Aug.* tract. 5. in ep. Ioan. & Hieron. 1. cõtra Pelagia. iuſtum peccare non poſſe retenta gratia, p. m. repugnante gratiæ. ¶ *Ad.* 4. R. Aug lib. de perfectione iuſtitiæ, & lib. de gratia Chriſti. cap. 48. & 49. Zachariã, & Eliſabeth Vixiſſe ſine querela apud homines, ſed non ſine peccato veniali apud *Deum*, & Ambroſiũ, aut poſtea ſententiã ſuam humiliter correxiſſe, aut ſolum ſignificare voluiſſe, poſſe homines ſine peccato viuere, non abſolute, ſed ſecundum quendam modum, ita vt homines non poſſint eorum peccata notare, vel de illis cõqueri. Nã idẽ Ambroſ. in commentario Iſaiæ, quẽ Aug. eo loco citat, aperte ſcribit, neminem in hac vita ſine peccato, aut omnino immaculatum eſſe poſſe. Ex priuilegio autem B. Virgo omni peccato etiam veniali caruit, vt docet Bellarminn. dicto. c. 6. & latius Caniſius. 1. de B. Virgine. c. 10. & lib. 4. c. vltim. Vega. 14. in Trid. c. 17. & Suarez. 3. par. to 2. quod non perſequor, quia ad materiam de incarnatione ſpectat.

SECTIO. III.

Reſpondens alijs fortioribus argumentis contra ſuperiorem doctrinam militantibus.

SED contra id quod diximus nõ omnia peccata eſſe mortalia, fortius arguitur. 1. ex Mat. 5. *Qui contempſerit vnum de mandatis iſtis minimis, minimus,* ideſt nullus, *vocabitur in regno cælorum.* Sed quodlibet peccatum eſt trãſgreſſio alicuius mandati: ergo excludit à regno cælorum: ergo. Reſp. Chriſtum loqui de præceptis obligantibus ſub mortali: à ſe tamen latis, quæ modeſtię, & humilitatis cauſa vocat minima, vt explicat Theophilactus, & Euthimius, ibi, & Chryſoſt. ho. 16. vel ecõuerſo præcepta legis veteris appellat minima, quia præcepta legis nouæ longe excellẽtiora ſunt, ſic exponit Anſel. ibi, & Aug. 1. de ſermo domini in monte. c. 18. Valen. hic diſp. 6. q. 18. punct. 1. Vel minima præcepta dicuntur, quæ ad domini paſſionẽ & humilitatẽ credendã pertinẽt, licet eadem ſint magni momenti, vt explicat Hilarius. Vel minima vocantur reſpectu aliorum obligantium ſub mortali, amplius tamẽ. Sic Apoc. 2. per primam charitatem, & Timothei. 5. per primam fidem non intelligitur prima abſolute, & reſpectu omniũ, ſed aliquarũ vel quia licet eſſent in ſe maxima: reputabãt à multis minima, nã ſcriptura ſæpe loquitur de

6. *Soluuntur alia argu. quæ magis pro Pelag. vrgent.*

de rebus ſecundum æſtimationem vulgi, vt probat Martinez.2. hypotypoſcon regula.2. Iuxta has.5. expoſitiones minima præcepta dicuntur, quæ obligant ſub mortali, et minimus in regno cœlorum, qui æterna poena dignus eſt, quanuis ſit in eccleſia militante, quæ ſæpe dicitur celorum Regnum, vt quando confertur ſagenæ ex omni genere piſciũ congreganti.¶ Poſſumus per minima præcepta intelligere obligantia ſolum ſub veniali quæ, qui ita ſoluerit, et violauerit, vt ſimul doceat deprauando verbum *Dei* ad ſua peccata defendenda, minimus vocabitur in Eccleſia, ideſt æterno ſuplicio dignus, fauent Hier. ibi, et Aug.1. de ſer. Domini in monte. c. 16. dicentes, ſugillari ibi ſcribas & phariſeos, qui diuina præcepta explicando corrũpebãt, vt cum dicebant diligendum proximum, ſed odio proſequendum inimicum, de hoc loco vide Bellarm.1. de amiſſione gratiæ. c.12. 2. arguitur ex Ioan.13. *Si non lauero te non habebis partem mecum*, quod Aug. ibi & Bero. ſerm. de cœna Domini intelligunt de lotione à venialibus colligentes id ex illis verbis, qui lotus eſt, non indiget, niſi vt pedes lauet: ſed eſt mũdus totus: ergo venialia excludũt à parte, ſeu hæreditate Chriſti, & regno cœleſti, quare erunt mortalia ex natura ſua, licet ſiot venialia ab euentu ex miſericordia *Dei*.

R. Venialia excludere à regno cæleſti non abſolute: ſed quouſque abluantur quoad culpam & pænam: quia, *nihil coinquinatum intrabit in illam ciuitatem*. Apoc.21.

Quod ſi velis cum Baſilio lib. de bap. c. 2. intelligere excluſionem abſolutam à gloria, qualis mortale peccatum conſequitur; de materiali pedum lotione verba illa accipies, ita vt in Petro mortale peccatum eſſet ſi nõ obediret ea in re imperio Chriſti. Vide Bellarm. ſup. ¶ 3. arguitur ex Deuter.17. maledictus qui non permãſerit in omnibus quæ ſcripta ſunt in libro legis huius. Et Ezech. 18. anima quæ peccauerit ipſa morietur. Ro.6. Stipendium peccati mors. Iacobi.2. qui offenderit in vno factus eſt omnium reus. R. in his locis ſermonem eſſe de tranſgreſſione plene deliberata præceptorum obligantium ſub mortali, ſeu de tranſgreſſione graui, nam de leui ratio quodammodo non habetur, quia quod parũ eſt pro nihilo reputatur. Vide Bellarmin. illo. c. 12. Valen. diſp.6. q.18. puncto.1. & *Azor* to.1. lib.4. c.8. q.2. qui ſic etiam reſpondet ad alia loca ſcripturæ, vt Sap.1. os quod mentitur, occidit animam Pſal.5. perdes omnes qui loquũtur mẽdacium. Iacobi.1. peccatum cum conſummatum fuerit, generat mortem. 1. Ioan.3. qui facit peccatum ex diabolo eſt, qui natus eſt ex Deo, peccatum non facit, qui nõ obedit filio, non videbit vitam et ad alia loca ſimilia. ¶ 4. arguitur ex Baſil. in quæſtionib. compendio explicatis interrogatione. 4. vbi 7
ait, nullum peccatum eſſe contemnendum vt paruum, cum Paulus ſcripſerit per tranſgreſſionem legis Deum in honorari, & ſtimulum peccati eſſe mortem, & quæſt.293. ait, in nouo teſtamento nullam inueniri differentiam grauium & leuium peccatorum.

R.1. Baſilium aperte diſtinxiſſe inter mortale & veniale. Iſai.5. in fine & oratione.3. de ieiunio circa princip. ex quo loco ſumitur explicatio aliorum, vt videlicet ſolum loquatur de mortalibus peccatis, velitque in veteri teſtamẽto pro quibuſdam impoſitam poenam corporalis mortis, pro alijs vero clare ſolam pecuniariam vel nullam, in nouo vero pro omnibus impoſitam clariſsime eſſe eandẽ poenam æternæ mortis, quæ tñ quoad poenam ſenſus pro cuiuſq. grauitate maior, vel minor erit, & loqui de peccatis mortalibus colligunt aliqui, quia docet ſeruandum eſſe in illis ordinem correptionis, quem tamen in venialibus ſeruare opus nõ eſt. ¶ R.2. Velle ex venialibus nullum eſſe cenſendum leue malum, cum ſit deteſtabilius quolibet malo temporali. R.3. non certo conſtare an illæ quæſtiones cõpeodio explicatæ ſint Baſilij: a ſcriptæ enim olim Euſtachio Sebaſteno, vt tradit Sozomenus.3. hiſt. c.13. Nicepho. lib. 9. c.16. & lib.13. c.29. & q.1. & 95. videtur author negare traditiones non ſcriptas quare probabile eſt, illum authorem non eſſe probatæ fidei. Vt recte notauit Bellarm.1. de amiſſione gratiæ. c.13. & Vega.14. in Trid. c.5. ait, librum illum non eſſe Baſilij. Alij dicunt illã interrogationem et reſponſionem.293. non eſſe Baſilij, ſed inſertã eius libro. ¶ 5. arguitur ex Hier. ep.14. ad Celantiã. c.1. vbi videtur aſſerere, nullum eſſe cenſendum leue, et v.p. cum omne cedat in cõtemptũ *Dei*, et ſane neſcio, inquit, an poſſumus leue aliquod peccatũ dicere, ꝙ admittitur in *Dei* cõtemptum. Sed hoc exaggerando dictum eſt, vt diligentius caueãtur leuiores culpæ, quæ cum ſint offenſæ Dei diligentiſſime vitandæ eſſent, præſertim cum deteſtabiliores ſint omni tẽporali damno, et ſæpe ſint cauſę peccatorũ mortaliũ: nam qui modica negligit paulatim decidit. Eccleſ. 19. ¶ 6. argui. ex Hier.2. contra Pelag. dicente. Ira, ſermonis, iniuria et interdũ iocus iudicio, Cõcilio, et gehennæ ignibus deputaotur. R. hoc non ita eſt accipiendũ, quaſi ſingula hęc peccata plectantur his omnibus poenis, ſed ira et iocus iudicio, vt conſtat ex loco Matth.5. q ſé ibi Hier. interpretabatur, quãuis ex circũſtantijs iocus, et ita ex obiecti grauitate, mortalia eſſe poſſent et gehenna puniri. ¶ 7. argu. ex Chryſoſt. ſer. de leuiũ peccatorũ periculis to.5. docente, etiã leuia peccata eſſe vitanda,

quæ docet hominem debere eſſe perfectum. Deuter.18.Tu autem perfectus eris coram domino Deo tuo.Mat.5.Eſtote pfecti,ſicut pater veſter cæleſtis perfectus eſt. 2. eſt ex teſtimonijs,quæ dicunt iuſtos eſſe immaculatos, vel debere omni macula carere. Pſal. 14. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo aut quis requieſcet in monte ſancto tuo?qui ingreditur ſine macula, & operatur iuſtitiã. Pſ. 17. Ero immaculatus cum eo, & obſeruabo me ab iniquitate tua.Pſal,118. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. Epheſ.1,Elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem vt eſſemus ſancti, & immaculati. 3. Ex. 1.Ioan. 3. *Qui natus eſt ex Deo, peccatum non facit,quia ſemen ipſius manet in eo,& nõ poteſt peccare,quia ex Deo natus eſt.* 4.Ex Luc.1. *Erant autem iuſti ambo incedentes in omnibus mandatis, & iuſtificationibus domini,ſine querela,quaſi dicat ideo fuiſſe iuſtos, quia incedebant in omnibus mandatis. &c.*Vbi S.Ambr.inuehitur in eos,qui putant, homines nõpoſſe abſq peccato viuere.Sed ad 1.R. perfectio eſt triplex. 1. conſiſtens in operibus ſuper erogationis & conſilij,& non præcepti.vt Math.19. *Si vis perfectus eſſe,vade,& vẽde,&c.*hoc enim non præcipitur,vt docet Auguſt.epiſt.89.q.4.Ambr.lib.de viduis. Hieron: lib.contra Vigilantium.2. conſiſtens in abſtinentia à venialib. hæc præcipitur non vnico præcepto,ſed multis obligantibus ſub veniali,quæ in hac vita non poſſunt diu omnino ſeruari,vt in materia de gratia dicemus:quorum tranſgreſſio non excludit gratiam,& iuſtitiam. 3. conſiſtens in abſtinentia à mortalibus,& hæc haberi debet, & poteſt ab omnib. in hac vita,de hac nonnulli exponunt id.Math.5.*Eſtote perfecti.*Et Gene.6.*Noe vir iuſtus atq́, perfectus fuit*: Et Deuter. 18. *Tu autem perfectus eris.* Et Philip.3.*Quicunq́, perfecti ſumus.* 1. & 3. perfectio nõ excludunt peccata venialia. Nã apoſtoli perfecti erant, iuxta locum nunc citatum ad Philip.3.& 1. Cor. 2. Sapientiam loquimur inter perfectos.Tamen dicebãt,ſi dixerimus,quia peccatum non habemus. Et in multis offendimus omnes,& docentur orare, dimitte nobis debita noſtra. ¶*Ad.* 2. R. *Aug.* lib. de perfectione iuſtitiæ ſanctos in hac vita dici immaculatos,non quod nullas contrahant maculas,ſed quia cupiunt & curant nullas contrahere,& ſi quas contrahunt, per orationem tergunt.Alij reſpondent veniale peccatum nullã inducere maculam, vt docet D. Tho.q.89.a.1.ſed facilius. R.dici immaculatos,quia nullã habent maculam notabilem, & grauem ſed leuem,& hanc rarã,citoq.tranſeuntẽ.¶Ad.3.R.*Aug.*2.de peccato.merit.c.7. Apoſtolũ loqui de iuſtis, & filijs *Dei*, vt ſic Bern.ver.ſer.1.ſeptuageſimæ ait,loqui de prædeſtinatis,& velle,illos non peccare permanenter ſeu non manere in peccato vſque ad mortẽ.Sed ſecundũ Bellar.melius.Reſ.*Aug.* tract.5.in ep.Ioan. & Hieron.1. cõtra Pelagia. iuſtum peccare non poſſe retenta gratia,p.m. repugnante gratiæ.¶*Ad*.4.R.Aug lib.de perfectione iuſtitiæ,& lib.de gratia Chriſti.cap. 48.& 49. Zachariã, & Eliſabeth Vixiſſe ſine querela apud homines,ſed non ſine peccato veniali apud Deum,& Ambroſiũ, aut poſtea ſententiã ſuam humiliter correxiſſe, aut ſolum ſignificare voluiſſe, poſſe homines ſine peccato viuere,non abſolute, ſed ſecundum quendam modum, ita vt homines non poſſint eorum peccata notare, vel de illis cõqueri.Nã idẽ Ambroſ.in commentario Iſaiæ,quẽ Aug.eo loco citat,aperte ſcribit,neminem in hac vita ſine peccato, aut omnino immaculatum eſſe poſſe. Ex priuilegio autem B. Virgo omni peccato etiam veniali caruit, vt docet Bellarminn.dicto.c.6.& latius Caniſius. 1. de B.Virgine.c.10.& lib.4.c.vltim. Vega.14.in Trid.c.17.& Suarez.3.par.to 2. quod non perſequor, quia ad materiam de incarnatione ſpectat.

SECTIO. III.

Reſpondens alijs fortioribus argumentis contra ſuperiorem doctrinam militantibus.

SED contra id quod diximus nõ omnia peccata eſſe mortalia, fortius arguitur.1.ex Mat. 5. *Qui contempſerit vnum de mandatis iſtis minimis,minimus,* ideſt nullus, *vocabitur in regno cælorum.*Sed quodlibet peccatum eſt trãſgreſſio alicuius mandati : ergo excludit à regno cælorum:ergo. Reſp.Chriſtum loqui de præceptis obligantibus ſub mortali:à ſe tamen latis,quæ modeſtię, & humilitatis cauſa vocat minima,vt explicat Theophilactus,& Euthimius,ibi,& Chryſoſt.ho.16.vel ecõuerſo præcepta legis veteris appellat minima, quia præcepta legis nouæ longe excellẽtiora ſunt, ſic exponit Anſel.ibi,& Aug.1. de ſermo domini in monte.c.18.Valen.hic diſp.6. q. 18. punct. 1. Vel minima præcepta dicuntur,quæ ad domini paſſionẽ & humilitatẽ credendã pertinẽt, licet eadem ſint magni momenti, vt explicat Hilarius. Vel minima vocantur reſpectu aliorum obligantium ſub mortali,amplius tamẽ. Sic Apoc.2.per primam charitatem, & Timothei.5.per primam fidem non intelligitur prima abſolute,& reſpectu omniũ, ſed aliquarũ vel quia licet eſſent in ſe maxima:reputabãt à multis minima, nã ſcriptura ſæpe loquitur de 6.

Soluuntur alia argu. quæ magis pro Pelag. vrgent.

de rebus ſecundum æſtimationem vulgi, vt probat Martinez.2. hypotypoſcon regula.2. Iuxta has.5. expoſitiones minima præcepta dicuntur,quæ obligant ſub mortali, et minimus in regno cœlorum, qui æterna poena dignus eſt,quanuis ſit in eccleſia militante, quæ ſæpe dicitur celorum Regnum,vt quando confertur ſagenæ ex omni genete piſciū congreganti.¶ Poſſumus per minima præcepta intelligere obligantia ſolum ſub veniali quæ,qui ita ſoluerit, et violauerit, vt ſimul doceat deprauando verbum *Dei* ad ſua peccata defendenda,minimus vocabitur in Eccleſia, ideſt æterno ſuplicio dignus, fauent Hier.ibi,et Aug.1.de ſer.Domini in monte.c.16.dicentes,ſugillari ibi ſcribas & phariſeos, qui diuina præcepta explicando corrūpebāt, vt cum dicebant diligendum proximum, ſed odio proſequendum inimicum, de hoc loco vide Bellarm.1. de amiſſione gratiæ. c.12. 2.arguitur ex Ioan.13.*Si non lauero te non habebis partem mecum*,quod Aug.ibi & Bern. ſerm. de cœna Domini intelligunt de lotione à venialibus colligentes id ex illis verbis,qui lotus eſt,non indiget,niſi vt pedes lauet: ſed eſt mūdus totus:ergo venialia excludūt à parte, ſeu hæreditate Chriſti,& regno cœleſti, quare erunt mortalia ex natura ſua,licet ſint venialia ab euentu ex miſericordia *Dei*.

R. Venialia excludere à regno cæleſti non abſolute:ſed quouſque abluantur quoad culpam & pænam:quia,*nihil coinquinatum intrabit in illam ciuitatem*.Apoc.21.

Quod ſi velis cum Baſilio lib. de bap. c. 2. intelligere excluſionem abſolutam à gloria, qualis mortale peccatum conſequitur;de materiali pedum lotione verba illa accipies, ita vt in Petro mortale peccatum eſſet ſi nō obediret ea in re imperio Chriſti. Vide Bellarm. ſup.¶ 3.arguitur ex Deuter.17. maledictus qui non permāſerit in omnibus quæ ſcripta ſunt in libro legis huius.Et Ezech. 18. anima quæ peccauerit ipſa morietur. Ro.6. Stipendium peccati mors.Iacobi.2.qui offenderit in vno factus eſt omnium reus.R.in his locis ſermonem eſſe de tranſgreſſione plene deliberata præceptorum obligantium ſub mortali, ſeu de tranſgreſſione graui, nam de leui ratio quodammodo non habetur, quia quod parū eſt pro nihilo reputatur. Vide Bellarmin. illo.c.12.Valen. diſp.6. q.18. puncto.1. & *Azor* to.1.lib.4.c.8.q.2. qui ſic etiam reſpondet ad alia loca ſcripturæ,vt Sap.1. os quod mentitur,occidit animam Pſal.5.perdes omnes qui loquūtur mēdatium. Iacobi.1.peccatum cum conſummatum fuerit, generat mortem. 1. Ioan.3. qui facit peccatum ex diabolo eſt,qui natus eſt ex Deo,peccatum non facit, qui nō obedit filio,non videbit vitam et ad alia loca

ſimilia. ¶ 4. arguitur ex Baſil.in quæſtionib. 7
compendio explicatis interrogatione. 4. vbi ait,nullum peccatum eſſe contemnendum vt paruum,cum Paulus ſcripſerit per tranſgreſsionem legis Deum inhonorari, & ſtimulum peccati eſſe mortem,& quæſt.293.ait, in nouo teſtamento nullam inueniri differentiam grauium & leuium peccatorum.

R.1.Baſilium aperte diſtinxiſſe inter mortale & veniale.Iſai.5.in fine & oratione.3.de ieiunio circa princip.ex quo loco ſumitur explicatio aliorum,vt videlicet ſolum loquatur de mortalibus peccatis,velitque in veteri teſtamēto pro quibuſdam impoſitam poenam corporalis mortis, pro alijs vero clare ſolam pecuniariam vel nullam, in nouo vero pro omnibus impoſitam clariſsime eſſe eandē poenam æternæ mortis,quæ tū quoad poenam ſenſus pro cuiuſq. grauitate maior, vel minor erit,& loqui de peccatis mortalibus colligunt aliqui, quia docet ſeruandum eſſe in illis ordinem correptionis, quem tamen in venialibus ſeruare opus nō eſt. ¶ R.2. Velle ex venialibus nullum eſſe cenſendum leue malum, cum ſit deteſtabilius quolibet malo temporali. R.3. non certo conſtare an illæ quæſtiones cōpendio explicatæ ſint Baſilij:a ſcriptæ enim olim Euſtachio Sebaſteno, vt tradit Sozomenus.3. hiſt.c.13. Nicepho.lib.9.c.16.& lib.13.c.29.& q.1.& 95.videtur author negare traditiones non ſcriptas quare probabile eſt,illum authorem non eſſe probatæ fidei. Vt recte notauit Bellarm.1. de amiſſione gratiæ.c.13 & Vega.14.in Trid.c.5. ait, librum illum non eſſe Baſilij.Alij dicunt illā interrogationem et reſponſionem.293.non eſſe Baſilij,ſed inſertā eius libro.¶ 5.arguitur ex Hier. ep.14.ad Celantiā.c.1.vbi videtur aſſerere,nullum eſſe cenſendum leue, et v.p.cum omne cedat in cōtemptū *Dei*,et ſane neſcio,inquit, an poſſumus leue aliquod peccatū dicere, quod admittitur in *Dei* cōtemptum. Sed hoc exaggerando dictum eſt, vt diligentius caueātur leuiores culpæ,quæ cum ſint offenſæ Dei diligentiſſime vitandæ eſſent, præſertim cum deteſtabiliores ſint omni tēporali damno, et ſæpe ſint cauſę peccatorū mortaliū:nam qui modica negligit paulatim decidit.Eccleſ.19. ¶ 6.argui.ex Hier.2.contra Pelag.dicente.Ira, ſermonis,iniuria et interdū iocus iudicio,Cōcilio,et gehennæ ignibus deputantur.R. hoc non ita eſt accipiendū,quaſi ſingula hęc peccata plectantur his omnibus poenis, ſed ira et iocus iudicio,vt conſtat ex loco Matth.5. q ié ibi Hier.interpretabatur,quāuis ex circūſtantijs iocus,et ita ex obiecti grauitate, mortalia eſſe poſſent et gehenna puniri ¶7.argu. ex Chryſoſt.ſer. de leuiū peccatorū periculis to.5.docente,etiā leuia peccata eſſe vitanda.

Digitized by Google

quia licet leuia ſint,occidunt & inducunt cõtemptum Dei, maxime cum quidquid leue quis dixerit,cõparatiõe tñ peioris ſit leue,& ho.40.ad populum ait,non eſſe leuius furari duos,obolos,quam magnam auri quantitatem,& Aug.de vera & falſa pœnit.c.7.tom.4 peccata venialia eſſe leuia Dei miſericordia & Bern.ſer.1.in conuerſione Pauli vbi ait,Cauete ne quis parua reputet, quamlibet parua ſcienter committere conuincatur.Nemo dicat,non eſt magnum,ſi in his maneam venialibus,leuibusq. peccatis:hæc eſt enim impœnitentia,& blaſphemia in Spiritum ſanctum.

R.Chryſoſt.in.1.teſtim.velle,peccata venialia ex ſe,ratione circunſtantiæ effici mortalia & occidere animam:vel ſentit inducere mortem animæ diſpoſitiue, non meritorie, per ſe,& immediate,& ideo non eſſe contemnenda,maxime cum ſecundum ſe ſint mala deteſtanda ſuper omnia mala temporalia,eo quod vitatio illorum eſt magis debita ex præcepto & lege Dei.& ideo quantũ ad hoc nõ ſunt leuia niſi comparatione mortalium peccatorum,quæ magis vitare tenemur.In.2. autem teſtimonio loquitur de eo,qui animum habuit furandi multum. Ad Aug.R.Velle venialia peccata ex miſericordia Dei fieri parua quoad effectum inferendi p.m.quod neglecta inferrent,ſed ex miſericordia Dei fit, vt non negligantur.¶Ad Bern.R.1.ex contextu conſtare loqui de mortalibus minus grauibus:quæ ſunt venialia ex cauſa, ideſt minus indigna venia,eo quod ex ignorantia vel fragilitate comiſſa ſunt,vel certe quia alijs minora ſunt.¶ R.2.loqui hiperbolice ex magno Dei amore ad oſtendendam nullam Dei offenſam eſſe paruifaciendam,ſed omnem diligentiſsime vitandam.

SECTIO. IIII.

Quid de peccato mortali & veniali ſenſerit Vvicleph.

8 *Confutatur Vvicleph aſſerẽs omnia peccata prædeſtinatorũ venialia eſſe: reproborum autem mortalia.*

VVicleph fiſit diſtinctionem inter mortale & veniale peccatũ, qualẽ Theologi ponunt,& dicit eſſe frequentẽ in ore vulgariũ & prælatorum,qui melius norunt extorquere diuitias pro peccatis quam emundare ab illis & frequenter balbuciunt de peccatis. Addit iudicio ſuo ſecundum quod ex ſcripturis colligi potuit,omne peccatum præſciti eſſe mortale, & omne peccatum prædeſtinati eſſe veniale. Hunc errorẽ refert & refellit Vuald.to.2. qui eſt de Sacramentis à c.159.Vega.14.in Trid. c. 3.Bellarm.1.de amiſſione gratiæ.c.4.& 7.Med. Zumel,Vazq.Valen. & alij recentiores, hac q.88.arti.1.& quidem in præſcitis aliqua eſſe peccata venialia,conſtat quia in eis ſunt multa peccata leuia ex genere, & ex circunſtantia leuis materiæ,& ex imperfecta deliberatione, quæ non auferunt gratiam,nec inducunt reatum æternæ poenæ,imo quorum veniam ſæpe conſequuntur. Quinimo & originalis peccati & mortalis interdum veniam obtinent per contritionẽ vel ſacramenta, etſi tandem in aliquo lethali decedant: nõ ergo omnia reproborũ peccata lethalia ſeu mortalia ſunt. Non autẽ omnia prædeſtinatorũ peccata eſſe venialia patet:nã Ire.li.1.c.31. Tertul.li. de præſcrip.hæreti.Epiph.hæreſi.46. Aug. lib. de hæreſ.c.25.& alij numerant Tatianũ inter hæreticos eo quod negauerit,Adã ſaluum eſſe,quem tñ conſtat mortaliter peccaſſe & à gr̃a excidiſſe,vt definit Trid.ſeſs.5 §.1.& ſumitur ex Ro.5.per vnũ hominẽ peccatum intrauit in mundum & per peccatũ mors, & illud Geneſ.2.in quacũq. die comederis ex eo morte morieris,etiã de morte animæ interpretantur Amb.lib.de parad.c.9. Aug.13.ciuit.c.12. & 15.Greg.lib.5.ep.14.Imo lapſum fuiſſe in hæreſim ſeu in fidelitatẽ & fidẽ amiſiſſe, docet Bellar.illo.c.7.ex Tertul.2.contra Marcio. Amb. ed.33.e ſororẽ Marcellinã,& 7.in Lucã.c.47. Aug.14.ciui.c.17.& 1.in Iulianũ.c.2. (vbi Aug. probat teſtim.Olympi Epiſc.Hiſpani.) Proſpero reſp.ad.3.dub.Genueſiũ. Similiter Dauid prædeſtinatus fuit, imo omnes Prophetæ. Luc.12.cum videritis Abrahã,Iſaac, & Iacob, & omnes prophetas in regno Dei,ante adulteriũ etiã & homicidiũ fuit iuſtus actorũ. 13. ſuſcitauit illis Deus Dauid Regem, cui teſtimoniũ perhibens dixit:inueni Dauid filium Ieſſe virum ſecundũ cor meum:tñ per peccatum à gratia excidiſſe recte probat Bellarmi. ſupra ex ſcriptura & patrib.ergo in prædeſtinato poſſunt eſſe peccata mortalia, idem probat exemplũ Petri.qui etiam per peccatũ gratiam amiſit & eam per poenitentiam reparauit, & ſimiliter Paulus, & Magdalena, qui omnes fuerunt prædeſtinati.

Deinde reprobi aliquando ſunt in gratia, vt definit Triden. ſeſſione.6. can. 17. ergo & prædeſtinati interdum erunt in peccato mortali,ac proinde non omnia eorum peccata ſunt mortalia & alioqui eo ipſa quod ſciemus aliquem eſſe in peccato mortali, vt ſcire poſſumus, ſecundum Trident. ſeſſione. 6. capi.12. ſciemus non eſſe prædeſtinatum.

Non ergo omnia prædeſtinatorum peccata venialia ſunt,niſi venialia appellas à poteſtate aut euentu.Pro quo aduerte peccatum quatuor modis veniale dici poſſe.1.à poteſtate:ideſt cuius venia obtineri poteſt,ſic omnia peccata in hac vita venialia ſunt,quia quãdiu viuimus,eorũ veniã cõſequi poſſumus, 2. ab euentu; quia reuera eorum venia obtinetur: ſic 9

Veniale. p. quatuor modi dici ſur.

Digitized by Google

ſic Ambroſ.lib.de paradiſo, c.14. peccatū Euæ veniale appellauit,& Auguſt. de vera & falſa pœniten.c.18.& lib.21.ciuit.c. vlt. dixit peccata mortalia per poenitentiam fieri venialia. Pro hac acceptione Vega.14.in Trid.c. 2. citat Magiſtrū,& Chryſ.Tertio,à cauſa excuſante, & extenuāte peccatū,ſcilicet ignorātia.l. fragilitate,ob quā peccatum eſt minus indignū venia.vt patet in Paulo.1.Tim.1. miſericordiā conſecutus ſum,quia ignorans feci in incredulitate.Vide Bernard.ſerm 1. in conuerſione Pauli poſt medium. Quarto à leuitate & exiguitate ſua, ob quam non meretur magnam poenam,qualis eſt priuatio gratiæ & gloriæ,& ideo ſemper patet ei locus ad veniam, etiam in alia vita.Et ècontra peccatum.m.dicitur à morte animæ,quam meretur, de qua Sayr.lib.2.c.13.n,2.exponit id Sap.16. homo ꝑ malitiā occidit animam ſuam Hiere.31. vnuſquiſque in iniquitate ſua morietur Ezech. 18. anima,quæ peccauerit,ipſa morietur. Ro.6, Stipendium peccati mors.1. Cor.15. Stimulus mortis peccatū eſt.Iacob 1.peccatū,cū conſumatū fuerit, generat mortē.Geneſ.2. In quocunq. die comederis, morte morieris. Pſ. 48. Sicut oues in inferno poſiti ſunt,mors de paſcet eos.& Apocal. 20. Hæc eſt mors ſecunda! De definitione autē pecca.m.& venialis agit Sayr.ibi.n.3.& 4.Sed id omitto,quia clarū eſt. Hæc eſt cōmunis acceptio peccati venialis; ſed iuxta. 2. acceptionem verum eſt peccata omnia prædeſtinatotum venialia eſſe,ſi vero ſenſus Vvicleph fuit,etiam ſi homo decedat nulla illorum facta poenitentia,remitti illis à Deo,& non imputari, turpiſſime errauit in re,& non tantum in modo peculiari loquendi,ſpreto communi loquēdi Theologorum, & patrum in ſcriptura fundato , qui mortale vocant,quod inducit ſtatim priuationem gratiæ, & poſtea ſi non deleatur per poenitentiam, priuationem gloriæ. Sic etiam ſenſiſſe videtur, reprobato nunquam vllum remitti peccatum,et ſic ab euentu omnia eius pecca- eſſe mortalia , et nullum veniale. Nota illas acceptiones venialis præter primam poſitās eſſe à D.Thom.hac.quæſt.88. art. 2. et ab omnibus recentioribus ibi à Vega illo c.2. Angl. 2.d.37.q.3.a.2.diffic.1. Sayr.lib.2.c.13.n.1.

SECTIO. V.

Nullum eſſe peccatū natura ſua veniale falſo docuere hæretici huius temporis; & nonnulli catholici.

10 LVTHERVS, Melācton, Tilmanus, Magdeburgenſes, kemnitius, Caluinus, et alij huius ſæculi hæretici ſenſerunt, in habente fidem ſeu potius vanam quandā fiduciā, omnia peccata eſſe venialia ab euentu,hoc eſt etiāſi nulla ſubſit eorū pœnitentia,remitti, & non imputari, & ſolam infidelitatē oppoſitā illi fiduciæ eſſe peccatum mortale ab euentu,ita vt illis imputetur.In reliquis vero omnia eſſe eo modo mortalia. Item in omnibus omnia peccata eſſe mortalia ex natura ſua, licet ex diuina miſericordia, & benignitate habentibus vanam illām fiduciam non imputentur.Excipiunt motus non voluntarios ſeu potius non liberos,quos nos dicimus non eſ- eſſe vere & proprie peccata:illi vero aiunt eſſe vere & proprie peccata,ſed venialia ex ꝓpria natura. Loca,& verba horum auctorum refert late Bellarmi.1.de amiſſione gratiæ.ca. 4 Vega.14.in Triden.c.3.Prateolus in elencho hæreſum lib.2.verbo Lutherus:& lib.3.verbo Caluiniſtæ,n.4.Valen.hic diſp 6. q.18. puncto 1 Vazq.diſp.142. c.1. Caſtro verbo peccatum. hæreſi.10.11.& 12.Medina,Zumel,& alij recentiores.Azor to.1.lib.4.cp.8.quæſt.2. Sayr.lib.2. cap.13. nu. 22.Huic errori ex parte conſenſere nonnulli catholici dicentes,omne peccatum ex natura ſua eſſe mortale, ſed ex Dei benignitate peccata leuiora eſſe venialia Ita tenuiſſe videntur Gerſon.3.p.tract. de vita ſpiritua. lect.1.corol.1.3.&.4. Alphabeto.61.lit. A.& ſequentibus. Almain.3.moral.c.20. Roffens. ar. 32.contra Lutherum.Gab.2.d.41.q.vnica. ar.3. dub. 1. & expreſſius Michael Baius Theologus Louanienſis,vt patet in bulla Pij.5.& Gregor.13. contra ipſum edita anno.1579. in qua inter alios iſte Baij articulus damnatur.*Nullum eſt peccatum natura ſua veniale,ſed omne peccatum meretur pœnam æternam*. Refert Bellarminus ſupra.c.10.Valen.illo puncto.1. Eandē ſententiam Herueo quodlib.5. q.32. vel.33. & Alenſi tribuit Palacios.2.d.42.diſp.vnica,pag. 380.columna.1.ſed nihil apud Herueum , vel Alenſem inuenio.

*D*ico tamen.1. aliqua ſunt vera peccata natura ſua venialia,Prob. 1. ex bulla nunc citata.2. ex ſcriptura,concilijs,& patribus, qui venialia peccata appellant modica , leuia , exigua, & ea comparant rebus leuiſsimis , quadranti,rugæ,culici,feſtucæ,fœno,ſtipulæ,&c. vt patet ex Eccleſ. 19. qui modica ſpernit, paulatim decidit,& ea multis alijs ſcripturæ locis adductis.ſectio. 2. & ex Trident. ſeſſ. 6. cap.11. vocante hæc peccata leuia. Tertullia. lib. 4. de anima, cap. 17. ea appellat modica. Hieronym.Math.5.minuta:& 2. contra Iouinian. cap.16. leuia. Aug.de natura & gratia. c.8.& 12.leuia,& leuiſſima de ſpiritu, & littera c.36.leuiora in Enchirid. cap. 71. quotidiana,breuia & leuia. ſermo. 41. de ſanctis minuta. 21. ciuitat. cap. vltimo minima. Diuus 11

Chryſoſt. ſer. de leuium peccatorũ periculis
to.5.& Gregor.21.moral.c.4.alias.5.minutiſſi-
ma,& tenuiſſima, Orige.hom.35.in Lucam,ſi
parum,inquit,eſt quod peccas, ſet ieris dam-
no minuti:ſimiliter loquitur Beda in id Iaco-
bi 3.in multis offendimus omnes:paruitas au-
tem eſt naturalis, & non ex miſericordia, &
inſtitutione diuina in peccatis:ergo talia pec
cata ex natura ſua ſunt parua ac proinde ve-
nialia. Tertio, ſi ex natura ſua eſſent morta-
lia,licet ex diuina miſericordia non imputa-
rentur ad mortem,reuera eſſent magna debi-
ta,& cõſtituerunt homines reos & debitores
mortis,& gehennæ,quod eſt falſum, vt patet
illis verbis Mar.5.reus erit iudicio, cõcilio,ge
henna:ſolũ enim.3.gradus iræ dicitur gehen-
na dignus,& Orig.ho.35. in Luc. qui parũ de-
bet.&c.¶4 Quia Aug.ſer. 41. de ſanctis cõpa-
rat ea puſtulis,& ſcabiei, quæ non ſunt mor-
bi natura ſua lethales. ¶5. Quia communiter
hæc peccata dicũtur venialia, id eſt,venia di-
gna:ergo non diſſolutione amicitiæ, & eter-
na morte. Vnde Aug.in enchirid.c.22 menda
cium officioſum, ait eſſe veniale, quia bene-
uolentia illum excuſat ſcilicet à malitia gra-
ui,& mortali:ergo non ideo eſt veniale, quia
Deus illud non imputat ad mortem, ſed po-
tius Ideo nõ imputat ad mortem,quia natura
12 ſua eſt veniale. ¶6. In ſcriptura nulla interdũ
ratio habetur peccatorum venialium nimi-
rum ob ſuam paruitatẽ, vt cum quis dicitur
ſine macula,etiam ſi habeat pec.venia. & qui
implet omnia mandata obligantia ſub mor-
tali,abſolute dicitur implere omnia manda-
ta,vt apud Iacobum Qui offenderit in vno fa
ctus eſt omnium reus: & Lucæ. 1. incedentes
in omnibus mandatis, & iuſtificationib. dñi
ſine querela,& Rom.13. qui diligit proximũ
legẽ impleuit: ergo talia peccata natura ſua
ſunt parua,& venialia.¶7.Si omnia illa pecca
ta merentur poenam æternam, cum ſolũ pu-
niantur poena tẽporali, infinite minus puniẽ
tur,quam mereantur,quod dedecet diuinam
iuſtitiam.Cõfir.quia vt infra videbimus ægre
defendi poteſt, peccata mortalia etiam gra-
uiſſima mereri æternam poenam: ergo non
debemus id aſſerere de venialibus,ſed cũ cer-
tum ſit ea nõ priuare gratia,aut gloria,ne mi-
racula fingamus, dicamus id eſſe ſecundum
exigentiam naturæ, & ſane non eſſet expe-
diens eum in gratia conſeruare, qui dignus
eſſet eius priuatione. Vnde Ierem.22. ſi fuerit
Iechonias, vt annulus in manu dextera mea
inde euellã eum,ſcilicet ſi fecerit aliquid ta-
li poena dignũ,& Ezech.18.Si auerterit ſe iuſ-
tus à iuſtitia ſua,nunquid viuet.¶8.Quia ſicut
inter homines ſunt quædã offenſæ leues; quæ
ex natura rei non dirimunt amicitiam, nec
eius diſſolutionẽ merentur,aut exhæredatio-
nem filij,aut eiectionẽ ex paterna domo, ita
erga Deum ſentire debemus, & alioqui eius
amicitia ex natura rei non eſſet fixa & ſtabi-
lis, cum non poſſit homo diu cauere omnia
venialia.Et ſane incredibile, & Deo indignũ
videtur, vt propter quamcunque offenſam ſi
iuſte agere velit,debeat amicitiam dirimere,
& æternis cruciatibus addicere. Et duriſſima
eſſet amicitiæ lex, contra quam nõ poſſet le-
uiter peccari.Ergo licet Deus poſſit pro qua-
libet offenſa imo ſine illa quemlibet annihi-
lare, vel æternis tormentis adigere propter
ſuum dominium ſupremum: tamen id non
quælibet peccata merentur.

Nono. Si ſolum pendet ex voluntate
Dei,quæ peccata ſint venialia, & quæ morta 13.
lia,cum de hoc reuelationem nõ habeamus;
nullam certam regulam habebimus ad cog-
noſcendum,quæ ſint venialia,& quæ morta-
lia, ſed ſicut homicidia, & adulteria ſcimus
eſſe mortalia ita poſſumus opinari de furto
oboli de verbo otioſo,etc. Conf.quia ex ſcri-
ptura habemus,*Deum* reddere vnicuiq.ſecũ-
dum opera ſua:ergo ſi omnia peccata meren
tur poenã æterna,omnia punit poena æterna,
licet puniat citra condignum remittens ali-
quid de intenſione poenæ. ¶10. Mirũ profec-
to eſt,Deum etiam in rebus alioqui indifferẽ-
tibus, & leuiſſimis, non poſſe facere legem
cuius tranſgreſſio non ſit natura ſua morta-
lis. ¶11.Demus aliquẽ furari obolum,vel men
tiri iocoſe cum plena,vel ſine plena delibera
tione,ſcientẽ ſe agere cõtra rationẽ,ſed mere
naturaliter,& inuincibiliter ignorando *Deũ*,
vel eius legem aut infinitatem, peccabit ille,
vt vidimus diſp.2.non eſt autem vnde graui-
tatem poſſit tale peccatum contrahere: ergo
erit leue,imo etiam ſi addas,cognitionem di-
uinæ legis, & infinitatis non propterea erit
notabiliter grauius:alioqui etiã in furto gra-
ui ea conſideratio notabiliter aggrauabit, &
erit neceſſario cõfitenda.Ergo non erit natu-
ra ſua mortale,& graue, ſed leue tñ,& venia
le.¶12 Probat Zumel,quia lex naturæ eſt im-
mutabilis, & indiſpenſabilis: ergo ſi omnia
peccata natura ſua ſunt mortalia nullo pote-
rit diuina miſericordia fieri veniale. Sed hæc
ratio non viget, quia id non eſſet mutare le-
gẽ naturalẽ,vel in ea diſpenſare, ſed iure pu-
niendi cedere, vel vti nolle.¶13. Tamẽ Petrus
de Soto,& Vaz.melius argumentantur, quia
ſi omne peccatum aſſeritur mortale,eo quod
habeat infinitã malitiã ex infinitate *Dei* offe-
ſi,ſequitur omnia peccata eſſe paria, quia v-
nũ infinitũ ſimpliciter, nõ eſt mai⁹ alio eiuſ-
dẽ generis,vna linea nõ poteſt eſſe maior alia
linea infinita;vnus actus Chriſti nõ potuit eſ-
ſe magis meritorius, quam alius,quia omnes
erant infinite meritorij.

14.Prob.

14 14. Prob. ex conſenſu omnium ſcholaſticorum, qui docent aliqua peccata ex natura ſua eſſe venialia cum Richardo Victorino lib. de differentia peccati m. & venialis. D.Thom. q. 87. artic. 5. quæſt. 88. artic. 1. & 2. 3. p. q. 86. art. 4. de malo, quæſt. 7. art. 1. 2. diſt. 42. quæſt. 1. art. 4. Durand. quæſt. 6. & 7. Bonauent. q. 1. Richard. art. 6. quæſt. 2. Palac. diſp. vnica. Scot. diſtin. 21. quæſt. 1. Alenſ. 2. par. q. 123. Alber. 2. p. tract. 18. q. 114. memb. 4. art. 2. & 3. Vualden. de ſacramentis à ca. 154. Caſtro verbo peccatum hæreſi. 11. Vega 14. in Trident. c. 15. & 16 Petrus de Soto, lectione. 6. de peccatis. Bellarmin. 1. de amiſſione gratiæ capit. 9. & ſequentibus. Caietan. Conrad. Med. Zumel, & alij quæſt. 88. artic. 1. Vazquez diſp. 142. cap. 2. Valent. diſput. 6. q. 18. puncto. 1. Decan. a. 11. contra Caluinum. §. ad 5. quæſtionem. Azor tomo. 1. libr. 4. capit. 8. & 9. Sayr. libr. 2. cap. 13. num. 20. Angles. 2. diſt. 37. q. 3. artic. 2. diffic. 6. Qui fere omnes oppoſitã ſententiam damnant tanquam improbabilem, temerariam, periculoſam, errori proximam vel etiam erroneam aut hæreticam.

SECTIO. VI.

Reſpondetur obiectionibus quibus ſuaderi poteſt omne peccatum natura ſua eſſe mortale.

15 *1. Argum.* SED contra ſuperiorem doctrinã obijcio. 1. omne opus bonũ quãtumcunq. paruum meretur vitã æternam. Mat. 10. quicunq. dederit vni ex minimis iſtis calicem aquæ frigidæ non perdet mercedem ſuam, ergo & omne opus malum meretur mortẽ æternam, & ſic eſt mortale peccatum natura ſua, & inducet mortem ſi remota miſericordia iudicetur.

Solutiones Bellarmin. Reſpond. Bellarmi. 1. de amiſſione gratiæ c. 12. ad finem. ¶1. Chriſtum non dixiſſe quicunq. dederit &c. habebit vitam æternam, ſed non perdet mercedem ſuam. ¶2. Quamuis dixiſſet, habebit vitã æternam, potuiſſe id prouenire ex miſericordia & liberalitate, leui autem peccato non poſſet mors æterna reſpondere, niſi ex crudelitate quæ in *Deum* cadere nequit. ¶3. Dare calicem aquæ frigidæ ex charitate, opus eximium eſſe. Sed hæc licet ſatisfaciant loco Mathæi, non ſatisfaciunt doctrinæ Theologorum aſſerẽtium, opus bonũ quantumcunq. paruum mereri vitam æternã ſaltẽ ſi ſit plene deliberatum: ergo ſimiliter opus malum meretur mortem æternam, ſaltem ſi ſit plene deliberatum. Vnde Reſpondeo, vel

Solutiones auctoris. opus bonum, quod non eſt plene deliberatũ, aut leuem habet materiam, nõ mereri vitam æternam per ſe; ſed per accidens præmiũ eius eſſe æternum propter coniunctionem cũ gratia & merito vitæ æternæ: ſicut multi dicunt, veniale coniunctum mortali, vel originali, per accidens puniri pœna æterna. Vel nõ eſſe ſimile quia opus bonum non eſt meritorium niſi in homine habente gratiam, & niſi relatum ſit ex charitate in Deum, vnde ſemper habet aliquid magnum, quo eleuetur ad merendum vitam æternam, peccatum autem veniale, non habet quid magnum à quo eleuetur ad merendum mortem æternam, niſi fiat mortale ex relatione mortali in malum finẽ, vel ex alia circunſtantia: manens ergo veniale nunquam meretur mortem æternam.

2. Argumentator, quælibet culpa eſt maius malum qualibet pœna, quoniã ob nullũ malum vitandũ eligi licite poteſt: ergo, quælibet culpa poteſt iuſte puniri qualibet pœna temporali & æterna: ergo quælibet eſt natura ſua lethalis. 16 *2. Argum.*

Reſpondent Bellarm. & alij eodem lib. cã. 14. culpam etiam leuiſſimam eſſe maius malũ quam pœna etiam grauiſsima, quia culpa eſt malum ſimpliciter ſeu morale, & nulla ratione eſt eligibilis, pœna vero ad vitandam culpam eligi poteſt, & à Deo intenditur propter bonum iuſtitiæ Sed non ideo cuilibet culpæ iuſte reddi poteſt quæcunq. pœna; nam culpa non debet puniri alio æquali malo, ſeu re mala ſimpliciter, qualis eſt alia culpa, ſed malo minori, quale eſt pœna, licet proportionali, ita vt graui culpæ reſpondeat grauis pœna, & leui leuis, quemadmodum paſsiones debent eſſe proportionatæ ſubiectis, & arte facta artis non tamen æquales: ſicut ergo dicit Aug. 3. contra Iulian. ca. 18. *Deum* ſine malis meritis neminem damnare poſſe, quia iuſtus eſt, ita quia iuſtus eſt, dicimus nõ poſſe grauem pœnam inferre ſine graui culpa; poteſt tamẽ iure pleni dominij etiam ſine culpa priuare hominem vita corporali & ſpirituali gratiæ, & gloriæ, ſed talis priuatio non habebit rationẽ pœnæ. Reſpondent. 2. Aliqui, ſed male, maius malum eſſe ſubiecto ſummam miſeriam ſeu pœnam æternam, quam culpam venialem, imo & mortalem; quia priuat maiori bono, nam beatitudo quæ priuat ſumma miſeria eſt maius bonum quã rectitudo qua priuat peccatum, ſed quia moraliter eſt magis debita quælibet rectitudo cuius priuatio eſt mala moraliter, quã ipſa beatitudo, ideo eius carentia eſt magis deteſtabilis appretiatiue, quam ſit deteſtabilis ſumma miſeria. Vt cunque ſit, peccatum veniale non meretur pœnam æternam, imo vt ait, Vazquez diſput. 142. cap. 2. nec annihilationem quę minor eſt quam pœna æterna.

3. Argumentator peccatum veniale habet 17

 3. Argum.

malitiam infinitam: ergo meretur infinitam pœnam in duratione, ſeu æternam. Antecedens patet, quia quāto perſona, cui irrogatur iniuria, eſt maior, offenſa eſt maior: ergo cum perſona diuina ſit infinita, quæcunque eius offenſa eſt infinita. Itē, quia propter nullum bonum etiā infinitum committere licet peccatum veniale: ergo nō minus eſt odibile peccatum veniale, quam ſit amabile bonum infinitum, ſed bonū infinitum eſt infinite amabile: ergo peccatum veniale eſt infinite odibile, ac proinde infinite malum. Reſpondet Bellarmin. illo cap. 14. peccatum veniale nō habere malitiam infinitam, quia non auertit à Deo, vt vltimo fine, ſicut peccatum mortale, quod ideo dicitur habere malitiam infinitam quia auertit à Deo infinito, vt ab vltimo fine. Quod autem non liceat pro vllo bono etiam infinito adipiſcendo committere peccatum veniale, non eſt quia malitia eius ſit infinita ſed quia eſt malitia moralis & implicat malum morale eſſe licitū. Sed adhuc manet difficultas, quia ideo peccatum mortale auertit ab vltimo fine, quia habet malitiam infinitā, & hanc habet, quia auertit à Deo, vt legiſlatore: ergo cum peccatum veniale auertat à Deo, vt legiſlatore, etiam habebit malitiam infinitam, & ſic punietur pœna æterna & infinita. Reſp. malitiam vtriuſque peccati eſſe infinitam, non ſimpliciter, ſed ſecundū quid, quia vtrumque auertit a Deo, vt legiſlatore & vtriuſq. pœna eſt infinita ſecundū quid, quia etiā priuat Deo vt fine, ſed diuerſo modo nam mortale, quia graue, priuat Deo in perpetuū, & cum pœna ſenſus perpetua: veniale autem quia leue, priuat Deo ad tempus, & cum pœna ſenſus tēporali & finienda. Nec ideo peccatum quodcunque eſt deteſtabile ſuper omnia appretiatiue, quia ſit infinite malum ſed quia eſt malum morale, quod repugnat licite amari, & recte Vazq. ſupra ait, nec peccatum veniale, nec mortale habere malitiam infinitam. Valentia diſp. 6. quæſt. 8. puncto. 1. in 5. argumento & eius ſolutione videtur dicere, peccatum omne habiturum malitiā infinitam, eo quod offendit infinitam Dei maieſtatem, niſi aliunde extenuaretur ex leuitate materiæ, imperfectione actus, benignitate Dei, & fragilitate hominis.

8 §4. Argumentor, peccatum veniale poſſet à Deo nunquam remitti, cum remiſsio nō ſit debita, ſed gratis fiat, ergo poſſet ſemper & per totam æternitatem puniri: ergo meretur pœnam æternam, vnde ſi ante mortem non ſit remiſſum, punitur ſupplicio ſempiterno, ſecundum D. Thom. quæſtione 87. artic. 5. & alios. Reſpondet late Bellarmin. illo cap. 14. peccatum mortale perſe eſſe irremiſſibile, quia tollit gratiam, quæ eſt principium vitæ ſpiritualis, & recuperari proprijs viribus non poteſt, & quandiu manat illa macula & priuatio, manet reatus, & dignitas pœnæ, ac proinde pœna ipſa & ſic pœna peccati mortalis perſe loquēdo eſt perpetua. At vero peccatum veniale non eſt perſe irremiſsibile: cū non excludat gratiam & charitatem, qua manente per actum dilectionis obtineri poteſt eius remiſsio, vt ſane obtinebitur, ſi homo in gratia decedat, quia gratia & merita viua, quę ipſam comitantur, poſcunt gloriam, & conſequenter ablationem peccati venialis, quod impedit gloriam, & cuius remiſsionem Deus promiſit, ſi remiſeritis, inquit, peccata eorū, dimittet & pater vobis delicta veſtra, & orare præcipit, dimitte nobis debita noſtra ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris, & de hac miſericordi remiſſione venialiū, inquit, Aug. de correptione & gratia cap. 13. in iudicio miſericordiam bonis meritis iuſtorum eſſe reddendam, & Vazq. diſp. 142. ca. 2. veniale eſſe de ſe remiſsibile, quia amicitia, & ius, quod iuſtus habet ad gloriam, petit, vt aliquādo tollatur hoc impedimentum, & homo à peccato veniali repurgetur. Per accidens tamē peccatū veniale eſt irremiſsibile, videlicet in eo qui decedit ſine gratia, quia tunc impoſſibile eſt obtineri gratiā qua remittatur, & ſic per accidens pœna eius eſt perpetua, quia dū manet culpa, merito durat pœna. Addūt aliqui, in puris naturalibus peccatum veniale eſſe remiſsibile etiā ſine gratia, & actibus ſupernaturalibus, per actus elicitos viribus naturæ ab homine habente rectitudinē naturalem. Alij reſpondent Deū potuiſſe nō remittere veniale, & quandiu nō remitteret, habiturum eſſe ius puniēdi illud pœna temporali, qua finita extingueretur debitū, nō per remiſsionē, ſed per ſatiſpaſsionē, & iam nō poſſe amplius puniri, ſed ſi homo eſſet in gratia, & meruiſſet gloriā, illa eſſet ei reddēda, ſi vero decederet in peccato orig. vel mort. puniri deberet æterna pœna damni, vel etiā ſenſus. Sed de facto ſemper Deus decedenti in gratia remittit veniale quoad culpā in alia vita, ſi in hac nō eſt remiſſum, quia in inſtāti ſeparationis animæ à corpore, ſaltē ſi doleat de veniali cōmiſſo, Deus cōmutat poenā eius in aliam leuiorem, dimittendo 3. 4. 5. vel aliam partem pœnæ in omnibus iuſtis, ex amore charitatis quo illos proſequitur.

4. Argum.

§5. Argumentor, quia Deus poſſet furtū vnius oboli prohibere ſub poena æterna: ergo pecca. veniale, pōt puniri poena æterna, ac proinde eſſet mortale ex natura ſua. R. poſſe Deū ſtatuere, vt qui furtū oboli commiſerit, priuetur gratia & gloria & cruciectur æterno cruciatu, cæterū fortaſsis nō poterit pro illa culpa imponere illam poenam, quandiu materia illius culpę eſt leuis in ſe, & 19

5. Argum.

in

in omnibus circunſtantijs, multi enim arbitrantur, Deum nec de potētia abſoluta in materia omnino leui imponere poſſe obligationem grauem, & ſub mortali. Alij vero exiſtimant, poſſe illam imponere de potentia abſoluta, vt ſupponere videtur Gab. 2. d. 22. q. 1. a. 3. dub. 1. de quo differemus in tractatu de legibus. Certum tamen eſt de potētia ordinaria, & naturali in materia vndequaq. leui non poſſe eſſe obligationem grauē ſub poena graui. Quia materia leuis non habet naturalē capacitatem cuiuſcũq. obligationis, ſed proportionatæ, & indecens aut tyrannicum eſſet tā diſtricte exigere minima quæq. & ita ex Medina quæſt. 73. ar. 3. dixi diſp. 5. ſect. 2. in principio. Si tamē Deus ſtatuiſſet priuare in perpetuũ gratia & gloria irremiſſibiliter, tunc quidem, qui id attendens furaretur obolũ, peccaret mortaliter contra charitatē ex circunſtātia damni, quod incurrit, ratione cuius, materia, quæ per ſe eſt leuis, redderetur grauis, hac ratione in primis parentibus eius pomi, mortalis fuiſſe videtur, & ita ſentiunt multi. Si tamen inuincibiliter ignoraret, vel non aduerteret tale damnum, ſolum peccaret venialiter, & propter tale peccatum non poſſet priuari gratia, vel gloria à Deo vt iudice, ſecus vt ab abſoluto domino. Deinde, licet aliqui afferment, in materia leui Deũ poſſe imponere grauē obligationem, tñ exiſtimãt, eos, qui peccarent ſine plena deliberatione in materia illa leui. l. etiā in graui, venialiter tantum peccaturos, neq. Deũ poſſe efficere, vt peccatũ impfecte, & leuiter deliberatũ, mortale ſit. Aliud argumētum, quod hic proponi poſſet, inuenies ſolutum ſect. 8.

SECTIO. VII.

Peccata plene deliberata circa materiā grauem non eſſe venialia ex diuini miſericordia nõ imputante illa, ſed vero imputari etiā in habentib: fidē.

20 Aduerſus id quod hæretici huius tēporis aſſerebāt, peccata plene deliberata, & habētia materiā grauem venialia eſſe ab euentu, ideſt, non imputari ad poenā fidelib. ſiue habentib. vanā illā fiduciā, quod ſibi ſint remiſſa peccata: recte argumentatur Bellar. 1. de amiſſione gratiæ. c. 8. & alij, & ſic licebit argumētari. 1 fides illa nõ iuſtificat, vt videbimus in materia de gratia, imo nec vera fides catholica, ſi à dilectione, cõtritiõe, & recto ſacramētorũ vſu ſeparet. ergo nõ efficit, vt peccata illa nõ imputet. 2. Quia Lutherani fatētur, de venialib. agi in illis verbis Matth 6. *dimitte nobis debita noſtra*, tamen imputantur, quia ſi non imputarētur iuſtis, nõ opus eſſet petere eorũ remiſsionē, & ſimiliter illi fatentur in illis verbis. 1. Ioã. 1. ſi dixerimus, quia peccatum nõ habemus &c. ſermonem eſſe de venialib. tamen clarum eſt imputari, cũ ſubiungatur. ſi confiteamur peccata noſtra, fidelis eſt & iuſtus, vt remittat nobis peccata noſtra & emundet nos ab omni iniquitate, & Conf. quia in his locis reuera eſt, ſermo de peccatis leuibus: ergo ſi illa imputantur, multo magis grauia. Idem cõfirmatur ex Pſ. 31. pro hac, ideſt, remiſſione peccati orabit ad te omnis ſanctus, & Pſal. 98. tu propitius fuiſti eis, & vlciſcens in omnes adinuentiones eorum, ſi vlciſcebatur eorũ peccata, imputabat donec purgata eſſent. 3. Conf. ex Ioan. 13. qui lotus eſt, non indiget niſi, vt pedes lauet, de quo loco recte Aug. tracta. 56. in Ioan. ¶3. Quid abſurdius dici poteſt, quā habētibus vanam illam fiduciam non ſolũ remitti præterita peccata, ſed ſequētia non imputari? imputantur ergo ita vt ſi homo iterum nõ ſe diſponat ad eorum remiſsionem, in infernũ deſcendat.

4. Quia etiam fidelibus, & fidem retinentibus dicitur. Math. 5. qui dixerit fratri ſuo, fatue, reus erit gehennæ ignis, & Math. 25. ite maledicti in ignem æternum, eſuriui enim &c. Quod ponderans Auguſt. de fide & operib. ca. 1. concludit: erit ergo æterna combuſtio, & eos in illam ituros veritas dicit, quorum non fidem, ſed bona opera defuiſſe declarauit. Conf. nam Paulus. 1. Corin. 6. Epheſ. 5. Gala. 5. enumerat aliquot genera peccatorũ præter infidelitatem & ſubiungit, qui talia agunt, regnum Dei non poſſidebunt, & loquitur etiam & maxime de fidelibus, & Cõf. iterum quia idem opus, ſi cætera ſint paria, maius peccatum eſt in homine fideli quam in alijs: aggrauatur enim ex ipſa fide & cognitione veritatis; ergo ſi furta, homicidia &c. imputantur infidelibus, vt patet Romanor. 1. quia cõtra lumen naturæ peccant; multo magis fidelibus, qui etiam peccant contra lumē fidei. Vnde Luc. 12. ſeruus ſciens voluntatem dñi ſui, & nõ faciens, plagis vapulabit multis, 22 qui autem non cognouit & fecit digna plagis, vapulabit paucis, & Heb. 10. quāto magis putatis deteriora mereri ſupplicia qui filium Dei conculcauerit & ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit, in quo ſanctificatus eſt, & ſpiritui gratiæ cõtumeliā fecerit, et 1. Tim. 1. miſericordiam conſecutus ſum, quia ignorans feci in incredulitate. Vide diſputatio. 14. ſectione 15.

¶5. Nonne fidelibus dicitur. Zachar. 1. conuertimini ad me et ego conuertar ad vos, et Luc. 13. niſi poenitentiam egeritis, omnes ſimiliter peribitis

petibitis, & Pſal. 7. Niſi conuerſi fueritis, gladium ſuum vibrauit: & Math. 18. Quicunque ſcandalizauerit vnum de puſillis iſtis, qui in me credunt, expedit ei, vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris, & eod. c. qui non remittit fratribus dicitur tradendus tortoribus, & 1. Ioã. 3. qui nõ diligit, manet in morte, & ſcitis quoniam omnis homicida non habet hæreditatem in regno Chriſti, & Dei; ergo etiam fidelibus imputantur peccata niſi conuertantur, & pœnitentiam agant. ¶6. Adam iuxta communiorem opinionem fidem retinuit, tamen vt conſtat, & notauit Trid. ſeſſi. 5. §. 1. propter ſuum peccatum amiſit ſanctitatem, & iuſtitiam, & incurrit *Dei* iram & indignationem, & captiuitatem ſub poteſtate diaboli: ergo alia peccata præter infidelitatem imputantur. Quod etiam colligitur ex Ezechiel. 18. Si auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua, nunquid viuet. Et Sap. 16. homo per malitiam occidit animam ſuam, et Rom. 6. an neſcitis, quoniã cui exhibetis vos ad obediendũ ſerui eſtis ei, cui obediſtis, ſiue peccati ad mortẽ, ſiue obeditionis ad vitam: Et Eccleſ. 15. ante hominẽ vita et mors, bonum, et malum, quod placuerit, dabitur illi. Et generatim odio eſt *Deo* impius, et putas eius, et odit Deus omnes operãtes iniquitatẽ, diligentes autem ſe, et eius ſermonum obſeruatores diligit: ergo alia peccata præter infidelitatem imputat, vnde Triden. ſeſſio. 6. can. 27. merito damnat ſententiam, quæ affirmat per ſolum peccatum infidelitatis auferri à renato gratiam, et induci reatum æternæ poenæ.

SECTIO. VIII.

Vtrum mortale & veniale peccatum differant per reatum poenæ æternæ & temporalis.

22 RESPON. affirmatiue ex Hieronym. 2. contra Iouinian. cap. 16. Chryſoſtom. homil. 16. in Math. Gregor. 25. moral. cap. 5. alias. 4. et cap. 9. et patet ex dictis in ſuperioribus nẽpe pecatum mortale mereri, et niſi ante mortem deleatur, actu inferre poenam æternam: veniale autem ſolam temporalem ſaltem per ſe loquendo.

Aduerte autem Primo, concluſionem eſſe veram, ſiue nomine reatus intelligatur deſtinatio ad poenam, ſiue dignitas poenæ aut deſtinationis ad poenam.

¶2. Hoc non eſſe primarium diſcrimen inter mortale & veniale, ſed vnum eſſe peccatum graue, alterum leue: nam ex eo quod peccatum aliquod ſit graue, meretur pœnam æternam; & ex eo quod mereatur pœnam æternam, ſequitur deſtinari actu ad illam. ¶3. Grauitatem & leuitatẽ, licet primo diſtinguant peccatum mortale & veniale, tamen hæc nomina mortale & veniale nõ ſignificare illud primum diſcrimen, ſed ſecundarium, quod ſumitur ex reatu. Itaq. mortale ſignificat dignitatẽ mortis conſiſtentis in priuatione æternæ gratiæ, & gloriæ, veniale autem carentiam huius dignitatis, ſeu non mereri tantam punitionem, quod eſt quaſi eſſe dignum venia, & remiſsione, ideſt, nõ imputatione ad tantam pœnam, ſed ad minorem nempe tẽporalem. ¶4. Mortalitatem & venialitatem, ſeu reatũ, & dignitatem pœnę æternę, & temporalis nõ diſtinguere eſſentialiter actus malos in eſſe naturæ, quod contendit D. Thom. quæſt. 72. arti. 5. & Sayr. lib. 2. capit. 13. num. 6. quia actus in eſſe naturæ ab obiecto formali, vel materiali ſpeciem ſumunt: pœna autem, vel reatus pœnæ nõ intrant rationem obiecti formalis, nec materialis, ſed per accidens ſe habent, & poſſunt non conſiderari, quãdo quis peccat: ergo actus in eſſe naturæ ab his ſpeciem non capiunt, quod autem nec in eſſe moris, patet, quia in eadem ſpecie malitiæ inueniri poteſt latitudo, ita vt vna ſit grauis propter materiæ & deliberationis magnitudinem, alia vero leuis propter materiæ, vel deliberationis paruitatem. Mortale autem & veniale, vt ſic diſtingui penes reatum & ordinem dignitatis ad diuerſas pœnas, ſatis ſignificat D. Thom. dicto articulo. 5. & clarius Scotus 4 diſt. 21. q. 1. Gabr. d. 16. quæſt. 5. artic. 1 ¶5. Aduerte, quod licet pœna peccati mortalis ſit infinite maior in duratione, tamen in intenſione pœna venialis peccati poteſt eſſe æqualis aut maior.

Sed contra concluſionem obijcies, quia 23
minus malum eſt æterna pœna ſenſus quam *Obiectio.*
carentia diuinæ viſionis ad breue tempus, ſed peccatum veniale meretur hoc: ergo & illud maior patet, quia extrema ſupplicia toleranda eſſent, vt vel tempore breuiſsimo daretur copia videndi Deum. Vnde Auguſt. ſermone 2. de omnibus ſanctis, ſi quotidie oporteret nos tormenta perferre, ſi ipſam gehennam paruo tempore tolerare, vt Chriſtum videre poſſemus, nonne dignũ erat pati omne, quod triſte eſt, vt tanti boni participes haberemur: Conf. quia pœna damni eſt alterius ordinis quam poena ſenſus: ergo nulla poena ſenſus etiam ſi ſit æterna, æquari poteſt vel minimæ poenæ damni, ſeu carẽtiæ diuinę viſionis etiã ad breuiſsimum tempus: ergo Deus inte poſſet

ſet pro peccato veniali inferre æternam pœnam ſenſus loco pœnę temporalis conſiſtentis in breui carentia diuinæ viſionis, ſeu non priuando diuina viſione, ſi eſſet compatibilis cum pœna ſenſus. Reſpondent aliqui carentiam diuinæ viſionis ad tẽpus eſſe maius malum phyſice, & realiter quã quælibet pœna ſenſus, cuiuſcunque intenſionis & durationis, eo quod viſio Dei eſt bonũ maius quam, quod excluditur pœna ſenſus; ſed ſecundum prudentiam & rectam æſtimationem moralem non eſſe maius malum: alioqui per momentum, ſeu iſtum oculi differri Dei viſionẽ poſt mortem eſſet maior pœna, quam ſi quis in longiſsima vita toleraret omnia tormenta damnatorum, ac proinde magis purgaretur anima per illam breuiſſimam moram & retardationem viſionis quã per omnia illa tormenta in hac vita tolerata, & ſic quæcunque retardatio purgaret omnia peccata venialia, & omnes pœnas mortalium dimiſſorum in hac vita, item ſi carentia quæcunque diuinæ viſionis ad tẽpus eſt maior pœna quam quæcunque pœna ſenſus, ſequeretur in homine qui deceſſit in peccato mortali veniale poſſe puniri pœna æterna ſenſus quantumcunque intenſa, quia non punitur carentia diuinæ viſionis cum hæc correſpondeat p.m. & maiorẽ vim videtur habere argumentum in homine condito in puris naturalibus: in illo enim carentia diuinæ viſionis nõ eſſet pœna, quia nõ fuit eleuatus ad facultatem vidẽdi Deũ: ergo pro quolibet veniali poſſet puniri pœna ſenſus quantumcunq. acerba & intenſa, itẽ, quia ſi propterea quæcunq. breuiſsima carentia viſionis Dei eſt pœna maior quacũq. pœna ſenſus, quia eſt altioris ordinis, ſimiliter dicendũ eſſet, quemlibet actũ quantumuis remiſſum charitatis ſatisfacere pro pluribus & grauioribus venialibus quam omnia tormenta tolerata per actus aliarum virtutum ſine actu charitatis etiam longiſſo tẽpore, quia actus charitatis ſecundum entitatem ſuam perfectior eſt. Cõfirmant exemplo. Nam abſciſio vnius digiti, vel auriculi, præſcindendo à dedecore eſt malum phyſice maius qualibet pœna pecuniaria, eo quod integritas corporis eſt bonum phyſice maius quibuscumque diuitijs, nihilominus ſecundum æſtimationem moralem maius malum eſt, ac proinde maior poena ſpoliari ampliſsimis diuitijs & relinqui in ſumma egeſtate quam pati abciſionem vnius digiti, vel auriculæ.

Sed exiſtimo etiam phyſice maius eſſe ma-
24 lum pati acerbiſsimos dolores perpetuo, vel diu quam carere ad tẽpus in hac vita; vel in alia cõſpectu Dei. In ijs enim quæ perſe ſunt bona & appetibilia & non in ordine ad humanos vſus, idẽ eſt melius phyſice & moraliter, ſeu ſecundum prudentem & humanam æſtimationem, quia in eo caſu tota humana æſtimatio fundatur in naturis rerum, ſic ergo cum in præſenti caſu nõ attendantur humani vſus, ſed naturæ rerum, ſi carentia temporalis viſionis diuinæ non ſuperat ſecundum moralem æſtimationem omnia mala poenæ, nec erit deterior phyſice omnibus illis, & ita cẽſeo, non propter rationes allatas, quæ non nihil peccant in forma, & in materia, ſed quia maius malum eſt carere diu, vel in æternum paruis bonis, quam ad momentum, vel breuiſsimo tempore maximis, cuius rei innumera poſſent exempla proferri & cuiq. paſsim occurrunt. Ad argumentum: ergo R. carentiã viſionis Dei ad breue tempus non eſſe maiorem poenã quibuſcunq. tormentis, neq. Aug. dicit, quælibet tormenta toleranda eſſe pro breui Dei viſione, ſed ad breue tempus etiam gehennam tolerandam eſſe, vt Deum videre poſſemus. Ad Conf. R. carentiam diuinæ viſionis, licet ſit malum maius ſecundum ſuã ſpeciem, vel ordinem quàm poenam ſenſus, tamen phyſice, & moraliter ſi duret breuiſsimo tempore & poſtea in æternum ſit videndus Deus, non magni æſtimari, vnde prudenter multi optant dilatiõnẽ mortis & cõſequenter diuinæ viſionis, vt ſibi, vel ſuis inferiora bona comparent in hac vita, vel comparatis fruantur, vnde non poſſet Deus iure cõmutare carẽtiam breuem diuinæ viſionis debitam peccato veniali, in poenam æternam, vel longiſsimam ſenſus, præſertim valde intenſam.

SECTIO. IX.

Vtrum mortale & veniale differant quòd mortale contra legem ſit; veniale vero non.

SCOTVS 2.d.21.q.1.§.dico ergo, affirmat, pecc. mort. & veniale differre, quia mortale eſt cõtra præceptum; veniale vero dumtaxat contra conſilium, quem ſequitur Gab.4.d.16. q.5.a.1.notab.1.& 2.d.22.q.1.a.3.dub.1. Ait autẽ Vazq. diſp.143.c.1. ſe nullum alium auctorem pro ea differentia inuenire potuiſſe. Sed eadẽ ſententia eſt Baſſolis.2.d.22.q.vni.dub.1. & in re idem eſt, quod dicunt aliqui, mortale eſſe contra legem, vel præceptum, veniale autem præter Alenſis 2.p.q.123.alias 106. membro. 1. §.4. qui incipit contra 5. definitionẽ, & quæſt. 126. memb.3. vbi ait, otium, ſecũdum quod eſt peccatum veniale, nec opponi præcepto nec prohibitioni. Pro eadem ſententia citatur 25

Albertus.2.par.ſum. tract.18.q.115.& ab alijs q. 114.mem.3.ad.1.eam tenent expreſſe Magiſter 2.diſt. 35. vbi definitiones peccati traditas ab Aug.& Amb.per contrarietatem ad legē Dei, intelligendas putat de ſolo mortali peccato. Pariſienſis tract.de virijs prope initium.Gloſ. c.ſic enim 28.q.1.verbo illicitum.Gab.2.d. 22. q.2.d.b.1.Bonanen.4.d.16.par.1.art. 3. quæſt.1. Medina,quæſt.88.art.1.poſt.6.concl.tribuit *D. Thomæ* ibi ad.1.&.2.& Magiſt.ſup.& vniuerſis Theologis Bonauent.2.diſt. 35. in expo litteræ dub.ſeu num.3.&.d.2.art.2.q.1.in corpore & ad 1.Rich.art.2.q.2.D.Tho.q.1.art.4.ad.4.& 2.2.q.104.art.2.ad.1.& quæſt.105.art.2.ad.1.hac quæſt.88.art.1.ad.1.Conrad ibidem.Fauet Altiſiodoren.lib.2.ſummæ tract.28.cap.2.q.3.dicens,primos motus eſſe peccata, & non eſſe lege prohibitos ſed cohibitos,ſatis tamen ſtatim ſe explicat dicens non habere omnimodam cōtrarietatem ad legem ſed aliqualem, & ſic poſſe intelligi illam definitionem peccati traditam ab Auguſt. peccatum eſt dictū factum,vel concupitum contra legem Dei, & quod dicit Paulus, ſentio aliam legem in membris meis repugnantē legi mentis meæ, & cap.4.ad.1.inquit Altiſiod peccatū veniale repugnat legi,vt dictum eſt.

26 Illa tamen opinio ſuadetur ex Mat.19.ſi vis ad vitam ingredi ſerua mandata,ſed qui tantum peccat venialiter,ad vitam ingredietur: ergo non violat mandata,ad idē eſt Prouerb. 19. qui cuſtodit mādatum cuſtodit animam ſuam,qui autem negligit viam ſuam,mortificabitur & Eccleſ.15.ſi volueris ſeruare mādata,ſeruabunt te,& 1.Ioan. 2. qui dicit ſe noſſe Deum,& mandata eius non cuſtodit mendax eſt.Si quis dixerit quoniam diligo *Deum*, & mandata eius non cuſtodit, mendax eſt, ſed qui ſolum peccat venialiter nouit & diligit *Deum*:ergo mandata eius cuſtodit, & nūllū violat,& 1.Ioan.3.qui non obedit filio, non videbit vitam,ſed qui ſolum peccat venialiter videbit vitam:ergo obedit filio,& in mandatis charitatis omnia alia continentur, vt patet Mat.22.Marci.12.& Ioa. 15.imo.Rom.13. qui diligit proximum,legem impleuit:plenitudo legis eſt dilectio,ſed qui peccat tantum venialiter,diligit Deum,et proximū:ergo legem implet,& non violat illam,nec aliquod eius præceptum: alioqui omnium eſſet reus: nam vt ait Iacobus cap. 2. qui totam legem ſeruauerit,offenderit autem in vno, factus eſt omnium reus,& Luc.1.erant iuſti ambo ante Deum incedentes in omnibus mandatis & iuſtificationibus domini ſine querela. Tamē habebant peccata venialia: ergo per venialia non violantur mandata.

Nihilominus dico,peccatum veniale eſſe
27 contra præceptum,& contra legē:ita Vega 14.in Triden.cap.13.Sayr.lib.2.cap. 13. num.23. Angles quæſt.de ſacramento pœnit.articul.5. diffic.1.dub.1.Henric.quodlib.3.q. 21. Angeſt. cap.9.mor.commento.2.Herrer.2.diſp.42 q.5. Vazquez hic diſp.143.Zumel quæſt.88.artic.1. diſp.3.Azor tomo.1.lib.4.cap 8.quæſt.3. & ſequentibus & cap.9.quæſt.2.Durand.2.diſt.42. quæſt.6.ad.1. Maior quæſt. 6. quæſito.2.& ad dubium.2.alias quæſt.8.§ circa hanc.Caietan. 2.2.quæſt.104.art.2.& hic quæſt. 72. artic. 5.& quæſt.88.art 1.Medina,ibi poſt.6.con. Altiſio. ſupra, Almain.3.moral.cap.20.Nauar.prælud. 7.num.16.& præludio.9.nu.7.Petrus de Soto, lectione.6.de peccatis.Gerſon de vita ſpirit. parte 3.lectione.5.Adrianus quodlib. 6. art.2. Pyghius.4.eccleſiaſt.Hierarc.cap.2. Victoria. relect.de poteſt.ciuili num.18.&.19.Caſtro. 2. de lege pœnali cap 5.&.23 idem tenet Bellar. 1. de amiſſione gratiæ, quamuis enim cap.11. approbauerit doctrinam Theologorum dicentium venialia cuiuſcunq. generis ſint,nō eſſe contra legem,ſed præter legem, & ideo non eſſe ſimpliciter peccata:tamen cap.12.ait in ſe eſſe ſimpliciter & abſolute peccata,licet ſi cum mortalibus conferantur,non ſint ſimpliciter,& abſolute peccata, ac proinde nec legi contraria.Sicut accidens in ſe abſolute eſt ens,ſed comparatione ad ſubſtātiā, nō eſt ens,nec ſubſtantia creata comparatione diuinæ eſt ſimpliciter ens & Angelus verbo peccatum, numero. 1. licet de veniali ex genere dicat non eſſe contra legem,ſed præter, quia non obſeruat modum rationis à lege ſancta intentum,tamen de veniali ex ſurreptione, et ex leuitate materiæ aperte docet eſſe contra legem et præceptū. Idem ait Syluester ibi q.3.et verbo præceptum.§.2.

Prob.1.quia omne mēdaciū etiam veniale 28
prohibitū eſt in ſcriptura,vt late probat Aug. libris de mendacio et contra mendacium ex eccleſiaſt.7.*noli velle mentiri omne mendacium: aſsiduitas enim illius non eſt bona*,& Leuit.19.*non mentiemini, nec decipiet vnuſquiſq. proximū ſuum.* §2.Quia ad rationem peccati non ſufficit eſſe contra conſilium alioqui vxorem ducere, habere proprium,eſſe ſui iuris et ſimilia,quæ ſunt contra euangelica conſilia virginitatis, cōtinētiæ, paupertatis etc.eſſent peccata venialia,quod ſane eſt hæreticū,vt patet.1. Cor. 7.*ſi nupſerit virgo non peccabit*. Ergo ad rationē peccati requiritur vt opus ſit cōtrà præceptū in quo enim alio ſita eſſe poterit ratio peccati Cōf.quia de omni remeliori hic et nunc etc. eſt conſiliū:ergo ſi peccatū veniale eſt quod eſt contra conſiliū,quoties quis non facit, id quod melius iudicat, peccaret venialiter, hoc autē eſt abſurdiſsimum:ergo.Conf. etiā, quia ſi peccatum veniale eſſet præter mitti e conſilia,iam non eſſent mera cōſilia ſed præcepta

Digitized by Google

cepta ſiquidẽ obligarent ſub culpa et pœna, quanuis leui. Vnde ¶3 Prob. quia peccatũ definitur per contrarietatem & deuiationem à lege: vt patet ex illa definitione Auguſtin. 22. cõtra Fauſtum c.27. *peccatum eſt dictum, factum, vel concupitum contra legem Dei*, & ex alia Ambroſij lib. de paradi. c. 8. *peccatũ eſt prauaricatio diuinæ legis & cæleſtium inobedientia mandatorũ*, & Romanor. 3. *Vbi non eſt lex, nec prauaricatio*, & 1. Ioa. 3 *peccatum eſt iniquitas*, græce, anomia, ideſt declinatio, & deuiatio à lege. Ad quod alia multa attulimus s diſputatione. 2. ſect. 4. Conf. quia omne peccatum eſt contra rationem dictãtem, obiectum eſſe turpe: ratio autem eſt lex. Romano. 2. *cum enim gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis ſunt faciunt, ipſi ſunt ſibi lex &c.* Ergo omne peccatum eſt contra legem. ¶5. Iurare ſine vlla neceſsitate vel vtilitate, eſt cõtra præceptum Chriſti. Mat. 5. *ego autem dico vobis, non iurate omnino, ſit autem ſermo veſter eſt, eſt, non, non*: quanuis etiam in his verbis contineatur conſiliũ non iurandi ſine cauſa, aut neceſſitate magna, ſeu notabili. Iurare autem ſine cauſa, neceſſitate, vel vtilitate eſt peccatum veniale: ergo veniale eſt contra præceptũ. Conf. nam in illis verbis Exod. 20. *non furtũ facies*, etiã leuia furta prohibentur & in illis, *non falſum eſt teſtimonium dices*, etiam prohibentur falſa teſtimonia leuia & generatim in omnibus præceptis negatiuis etiam leuia peccata ex materia, vel ex deliberatione imperfecta prohibentur: ergo etiã peccata venialia ſunt cõtra præcepta, & hoc eſt, quod dicitur mendacium leue eſſe contra veracitatem, furtum leue contra iuſtitiam, motum infidelitatis imperfecte deliberatum contra fidem, ideſt, cõtra præcepta harum virtutũ. Vnde Bernard. lib. de præcepto & diſpenſatione colum. 8. & 9. ait, eſſe contra minima præcepta, idẽ Baſilius in regulis breuiorib. interrogatione. 4. hoc idem ſupponere videntur doctores communiter dicentes, aliquas leges, canones, ſtatuta vel præcepta obligare tantum ſub veniali D. Tho. 2.2. q. 186 artic. 9 ad. 1. vbi Caiet. Antoninus. 3. par. tit. 16. cap. 1. & §. 13. Henri. quodlib. 3. quæſt. 21. Maior 4. diſt. 38. quæſt. 19. Angelus verbo religioſus num. 28. Sylueſt. verbo præceptum num. 21. & plerique alij vt tractatu de legibus conſtabit. Deinde in iudicio ſolum eſt reddenda ratio de obſeruatione legis, ſed reddenda eſt ratio de verbo otioſo, Mat 12. ergo eſt contra legẽ.

29 Neq. auctores qui dicunt, venialia nõ eſſe contra legem aut præceptum, in re nobis aduerſantur: ſolũ enim intendunt, nõ eſſe magnopere aut notabiliter contra legem, vt magnam & notabilem, ſeu notabiliter & magnopere obligantem. Item non eſſe contra legẽ neceſſariã, ad ſeruãdam amicitiam & gratiã, vel obtinendam gloriã, cum propter venialia non diſſoluatur amicitia cum Deo, nec amittatur gloria, & hoc eſt, quod dicunt aliqui, nõ eſſe contra finem præcipuum legis & hominis, cum non ſit contra eius ſpiritualem ſalutem æternam, aut temporalem: neq. eſſe contra ea quæ neceſſario ſunt facienda, vt quis conſeruet gratiam & conſequatur vitã æternam, ſed contra ea quæ in ordine ad eiuſmodi finem ſunt tantum de conſilio, & vtilia: ſic Scotum explicat Herrer. ſupra, & merito, vt patet legenti Scotum. Vnde Alenſis ſupra, nõ omnino negat, concupiſcentiam venialem eſſe prohibitã, ſed tantum negat eſſe ſimpliciter & directe prohibitam, quia videlicet præcipue prohibetur propter peccatũ mortale, cuius cauſa eſſe poteſt, & ſolet, & Bonauent. 4 diſtin. 16. art. 3. quæſt. 1. de ſolo veniali ex genere ait, non eſſe contra præceptum, ſcilicet, graue, & 2 diſt. 35. in litera dub 3. ait, eſſe contra legem conuenire peccato mortali & veniali, ſed analogice & ſecundum prius & poſterius. Ad fundamenta autem primæ opinionis. R. ad ſalutẽ æternam & conſeruandã amicitiã *Dei* non opus eſſe ſeruare omnino mãdata, ſed ita ſeruare illa, vt nullum lethaliter tranſgrediamur, & ſic ſeruat qui quanuis peccet venialiter, in nulla re notabili & notabiliter ſeu magnopere debita deficit plena deliberatione, nihilque facit cum ea deliberatione, quod notabiliter ſit contra charitatẽ Dei vel proximi, vel ſuam'is legem implet quantum ſatis eſt ad ſalutem, & vt non fiat omniũ mãdatorũ reus ac pœna æterna dignus; licet nõ impleat eã integre, cõplete, omni ex parte et quãtũ requiritur ad vitãdũ omne peccatũ.

An vero qui peccat venialiter, faciat ſimpliciter et abſolute contra legem, an tantum ſecundũ quid, et cum addito diminuente, vt cum dicimus ethiopem eſſe album ſecũdum dentes, ſed nõ ſimpliciter et calidum vt duo, frigidum vero vt 6. non dicitur calidum ſimpliciter; ſed ſecundum quid. Quidam negant eſſe ſimpliciter contra legem. Caietan. quæſt. 88. art. 1. Zumel ibi diſp. 3. Medi eodem art. Petrus de Soto, Angles et Alenſ. ſupra, et multi recentiores. Alij affirmãt, vt Vega. 14. in Trid. c. 13. qui mihi magis probantur, quia vt ſtatim dicemus, peccat. veniale in ſe ſimpliciter eſt peccatũ: ergo ſimpliciter competit ei definitio peccati, quæ eſt eſſe cõtra legẽ; licet cõparatione mortalis nõ ſit ſimpliciter peccatũ nec cõtra legẽ, vt Bellar. recte docuit, ſicut autem calor remiſſus licet ſit ſimpliciter calor; non denominat calidũ ſimpliciter, ſed ſecundum quid, ita peccatum veniale non denominat ſimpliciter violatorem legis, vel peccatorem ſed ſecundũ quid propter ſuã imperfectionẽ vt magis conſtabit ſect. ſequenti. 30

Sectio

SECTIO. X.

Sectio. 10. Vtrum peccatum veniale & mortale in eo differant, quod alterum ſit ſimpliciter peccatum: alterum, vero non ſimpliciter, ſed ſecundum quid.

31 ÆGidius.2.d.42.q.1.a.3.ad.1.&.2.aperte docet, peccatũ veniale non eſſe ſimpliciter peccatum; ſed ſecũdũ quid idem ſignificat Caiet. 1.2.q.88.a.1.dicẽs peccatum.v.eſſe ſecundum quid cõtra legẽ, & ſic explicat *D*.Th.ibi ad.1. aſſerentem, non eſſe contra legẽ ſcilicet ſimpliciter, & ideo D.Th.ibidem dixit, diuiſionẽ peccati in mortale & veniale non eſſe generis in ſpecies, ſed analogi in ſua analogata, quorũ vnum participat ſimpliciter nomẽ analogũ, alterum vero ſecundũ quid. Zumel etiã eod. a.diſp.3.docet veniale nõ eſſe ſimpliciter peccatum, quia nõ eſt ſimpliciter contra legem ſed ſecundum quid. Pro eadẽ ſententia Azor to.1.lib.4.c.8.q.4.citat Albertum, & Altiſiodorenſem relatos ſectione præcedenti: eandẽ tenet Petrus de Soto lect.6.de peccatis. Suadetur, quia in ſcriptura nomine peccati abſolute prolato intelligi ſolet mortale vt.1.Ioan.3. qui facit peccatũ ex diabolo eſt, qui natus eſt ex *D*eo peccatum nõ facit. Ezechiel.18 anima quæ peccauerit ipſa morietur. Ro.6.ſtipendia peccati mors. §2. Opin. ait, eſſe ſimpliciter & abſolute peccatum. Ita tenet *D*uran.2.d.42.q.6.quia ſimpliciter & abſolute eſt contra legẽ idem Vega.14.in Trid.capit.13.quos ſequitur Azor, c.cit. q. 4.dicens profecto negari nõ poteſt quin ſcripturæ veniale dicant abſolute, ſimpliciter & ſine vlla adiectione peccatum, vt patet.1.Ioan.1.*ſi dixerimus quoniã peccatũ non habemus, ipſi nos ſeducimus &c.*& Iacob.3.*in multis offendimus omnes*, quibus locis ſermo eſt de peccatis venialibus, & Ioan.20.quorum remiſeritis peccata nomine, peccatorum venialia, etiam comprehenduntur; alioqui per claues non remitterentur, vt inferunt. Vega & Azor ſupra, quamuis Medi.& alij putent ſolum eſſe ibi ſermoni de mortalibus propter verba ſequentia, quorũ retinueretis retẽta ſunt, quod venialibus videtur aptari nõ poſſe, ſed de hoc alibi. Mirum autem eſt, quod Medi.dicat peccatũ veniale eſſe abſolute & ſimpliciter pec. tamen non eſſe ſimpliciter & abſolute cõtra legem, cum eſſe peccatum & eſſe contra legẽ ſit idem, nec alicui poſsit cõpetere ſimpliciter definitum quin ei abſolute cõpetat definitio. *D*einde ſi veniale nõ eſſet ſimpliciter peccatum, falſum eſſet, eccleſiã inſtituiſſe aquã benedictã ad remiſsionem peccatorum, ſed ſemper addẽdum eſſet, venialium; neq. Chriſtus dixiſſet reddituros nos rationẽ de omni verbo otioſo, quia ſolum reddenda eſt ratio de peccatis, neq. abſolute peccata venialia dicerẽtur à doctoribus debita offenſa & lapſus neq. Pelagius in Concilio Paleſtino coactus fuiſſet anathematizare hanc propoſitionem filij. *D*ei non poſſunt vocari, niſi qui omnino fuerint ſine peccato, neque Aug. libris de mẽdacio & contra mẽdacium dixiſſet abſolute, omne mendacium eſſe peccatum. Neq. pœnę 32
venialium eſſent abſolute pœnæ, quia pœna abſolute ſumpta reſpõdet peccato, abſolute ſumpto. ꝟ peccata venialia ſimpliciter ſunt actus voluntarij & liberi circa materiã indebitam, a recta ratione deuiant & ſunt pœna, & reprehenſione digni & Deo diſplicent: ergo ſimpliciter ſũt peccata, & ita tenet Bellar. t.de amiſsione gratiæ cap. 12 docens, peccat. venialia in ſeipſis eſſe ſimpliciter peccata, ſed collatione mortaliũ non eſſe ſimpliciter peccata, & ſic cõciliari poſſunt auctores vtriuſq. ſententiæ: conciliari etiam poſſunt dicendo, in ſe, & ſecũdũ ſe eſſe ſimpliciter peccata, nõ tamẽ denominare ſimpliciter peccatores ſicut albedo dentium, vel remiſſa ſimpliciter eſt albedo, tñ non denominat hominẽ ſimpliciter album propter imperfectam intenſionẽ vel extenſionem. Porro vt Vega Bellar. Azor alijq. notarunt, non recte ex eo quod peccatum ſecundũ *D*.Tho. analogice dicatur de peccato veniali & mortali, colligunt aliqui, veniale nõ eſſe ſimpliciter nec proprie peccatũ. Nam ens analogice dicitur de Deo & creaturis ſubſtantia & accidenti, tñ omnia iſta ſunt proprie & ſimpliciter entia, maxime ꝙ D.Thom. non loquitur de analogia ſtricte ſumpta ſed latiſsime, prout analogum dicitur, ꝙ habet inferiora valde inæqualia, quomodo etiã dici ſolet in genere latere æquiuotiones, quamuis genus non dicatur proprie æquiuoce nec analogice de inferioribus, ſed vniuoce, & ita de analogia improprie ſumpta D. Thomam interpretatur Azor. Ex quibus patet bene Medi.q.88.a.1.poſt.6.conc. dixiſſe peccatum.v.eſſe ſimpliciter peccatum, licet male dixerit, nõ eſſe ſimpliciter contra legẽ. Ad fund.1.opin. R. licet per antonomaſiam interdum nomine peccati intelligatur mortale ſicut nomine philoſophi Ariſtot. & nomine Poetæ Virgil. tñ etiã venialia eſſe ſimpliciter peccata ſicut alij ab Ariſtot. ſunt ſimpliciter philoſophi, & alij à virgilio Poetæ.

Sect. V. veniale & mortale in eo differant quod mortale ſit offenſa Dei veniale autem non.

Bona:1.

Digitized by Google

3 BOnau.2.d.42.a.2.q.2. ad vltimum, negat peccato veniali *D*eum offendi, quia non offenditur niſi cõtemnatur: veniali autem non contemnitur. Vega.14. in Tridenti. c. 13. ait, hoc quamuis à magno alioqui vero, eſſe incaute dictum, quia veniale peccatum diſplicet *D*eo ac proinde ipſum offendit, vnde propter peccata venialia dicitur Iacobi.3. in multis offendimus omnes, & ita venialia eſſe Dei offenſam docet *S*cotus.2.d.21.q.1. *A*ngeſt.c.9. mor. commento.2. Sayr.lib.2.c.13. nu.6. in fine. Angles.2.d.37. q.3.art.2.diffic.3. qui duo etiam dicunt, incaute locutum Bon. Et D. Tho. ait, veniale peccatum diſplicere Deo, non tamen perſonam venialiter peccantem, quia gratiã Dei retinet. Capreolus ait *D*eum offendi peccato veniali, ſed non offendi in peccantem. Azor to 1.lib.4.c.8.q.5. ait hæc omnia pie interpretanda eſſe. Quoniam peccato dicitur Deus offendi eo quod ipſi diſplicet, & quia diſplicet, id punit, & damnat: ſicut etiam dicitur peccatis iraſci; quia ea vlciſcitur. Quia igitur Deus veniale debitis pœnis plectit, & quia ipſi diſplicet, eo offenditur, & quoniam illud etiam vindicat, ei iraſci quoque dicitur. Eodem modo Deus odio habet peccatũ veniale, quoniam vult debita pœna mulctare, & vlciſci: ita etiam in peccantẽ ob peccatum veniale: pœna temporali animaduertit, & ideo quoque, ei dici poteſt iratus & offenſus, non vt homo eſt aut Dei amicus, ſed quia venialem culpam admiſit.

Ego non dubito quin veniale peccatum ſit ſimpliciter offenſa Dei eo modo quo peccatum mortale. non tamen in eodem gradu; quia veniale eſt offenſa leuis, ſicut mortale eſt offenſa grauis, nec mirum quia inobedientia omnis eſt quædam legiſlatoris offenſa, lædit enim legiſlatorẽ in bono extrinſeco quod eſt obedientia, vnde illud, per præuaricationem legis Deum inhonoras. Ratione huius offenſionis perſona ipſa diſplicet & eſt infenſa & *D*eus illi iraſcitur & vult illam punire. An vero ira ſit proprie in *D*eo, tractat. de paſſionibus diſputatum eſt. *D*ur.4.d.21.q.2. in veniali non agnoſcit rationem offenſæ, quia nomine offenſæ videtur intelligere priuationem gratiæ & amicitiæ erga hominem, qui peccauit. Sed nos offenſæ nomine intelligimus prouocationem ad iram, ſeu iniuriam qua quis ad iram prouocari ſolet. Capreol.4. d.21.q.1.a.3 ad a:gu. *D*ur. contra.3. concluſ. nomine offenſæ in peccato veniali intelligit carentiam cuiuſdam nitoris, in qua peccatum veniale habituale, ſeu macula peccati venialis conſiſtit, ſicut in peccato mortali nomine offenſæ intelligit carentiam gratiæ habitualis & amicitiæ diuinæ.

SECTIO. XII.

An veniale peccatũ differat à mortali quòd vnum ſit contra amicitiam Dei: alterum vero non.

REſpondet Azor to.1.lib.4. c.8. q.6. veniale peccatum non eſſe contra amicitiam Dei: hoc eſt, amici- 34
tiam hominis cum Deo non dirimere, neque diſſoluere: nam gratiam & charitatem non tollit: negari tamen non poſſe quin Deo diſpliceat, & ab eo improbetur, prohibeatur & puniatur. Sed diſtinctis Reſpondetur. Amicitiam Dei dupliciter ſumi.1. pro amicitia, quam Deus habet erga hominem.2. Pro ea, quam homo habet erga *D*eum, & vtraque eſſe poteſt vel actualis, vel habitualis, aut quaſi habitualis. Contrarietas etiam ad vtramque poteſt eſſe vel ad illam ſecundum ſe vel ad opus illius.

Dico ergo.1.p.v. non eſt contrarium amicitiæ habituali hominis ad Deum, vel Dei ad hominem. Quoniã hæc amicitia conſiſtit in habitibus gratiæ & charitatis, nam per habitum charitatis formaliter reddimur amatores *Dei*, & per habitũ gratiæ Deus quodãmodo amat nos, eo quod ratione illius vult nobis gloriam. Iſti autem habitus nec phyſice, nec moraliter expelluntur per venialia peccata. ¶ *D*ico.2.p.v eſt contrarium feruori charitatis, id eſt quem efficit & ad quem inclinat charitas, ſeu amicitia hominis ad *D*eum. Vocatur feruor charitatis, actus charitatis, quo volumus obedire Deo, etiam in rebus non neceſſarijs ad ſalutem. Peccatũ autẽ veniale contrarium eſt huic feruori, quia eſt inobedientia, quæ ſaluti non derogat. Vnde.3. dico, p.veni. eſſe contrariũ feruori charitatis *D*ei erga hominẽ, qui ante volebat homini ſalutẽ ſtatim poſt mortem, modo autem vult ſalutẽ non ſtatim poſt mortem. Sed præmiſſo purgatorio, niſi in hac vita homo ſatisfecerit.

SECTIO. XIII.

V. peccatum v. differat à mortali in eo quod vnum auertat à Deo: alterum non.

DICO.1. peccatum veniale auertit à Deo vt legiſlatore, vt pec- 35
catum mortale, licet minus grauiter ex parte obiecti & materiæ vel modi. Dico.2 peccatum veniale non auertere à Deo vt fine vltimo reddendo, ſcilicet

indignum illo & reum æternæ mortis, & priuationis gloriæ, ſicut p.m. ſed tantum reddendo dignum retardatione gloriæ donec homo ſit plene purgatus. ¶ 3. Peccatum. v. non auertere nec alienare à Deo vt amico, nec vt fine vltimo, ſicut p.m. vt docent Bon. 2. d. 42. a. 2. q. 1. Argentina. q. 1. a. 2. con. 1. Azor to. 1. lib. 4. c. 8. q. 7. & alij, quos referemus & ſequemur. q. 16. & res eſt nota, an vero peccans mortaliter conſtituat vltimum finem in creatura; non vero peccans venialiter, tractatu. 1. diximus; & ſect. 17. dicemus.

SECTIO. XIIII.

An veniale & mortale in eo differant, quod hoc macula ſit vel maculam relinquat in anima; illud vero non.

36. Dico. 1. p.v. non relinquere maculã habitualem quæ conſiſtat in priuatione alicuius qualitatis permanentis, ſicut p.m. quod relinquit poſt ſe priuationem gratiæ habitualis quæ eſt nitor animæ, & in hoc ſenſu non relinquere maculam ſicut mortale, docet D. Tho. q. 89. a. 1. & 3. p. q. 87. a. 2. ad. 3. Bon. 2. d. 42. a. 2. q. 1. Argenti. q. 1. a. 2. con. 1. ad. 2. Azor to. 1. lib. 4. c. 8. q. 8. Alenſ. 2. p. q. 107. memb. 1. a. 1. & 4. p. q. 15. memb. 13. ar. 3. §. 4. Sayr. lib. 2. c. 13. nu. 6. Sotus. 4. d. 15. ar. a. q. 2. Valen. diſp. 6. q. 16. pun. 1. §. quinto ſequitur, Vazq. diſp. 139. c. 5. Angles. 2. d. 37. q. 9. a. 2.

*D*ico. 2. peccatum veniale actuale relinquit maculam quandam moralem habitualem, ſicut peccatum mortale in puris naturalibus, quia eſſet verum, peccaſſe & peccatum illud moraliter manere, quandiu non eſſet condonatum ſeu remiſſum, nec ſufficienter compenſatum.

*D*ico. 1. ipſum peccatum actuale ſiue mortale ſiue veniale per ſe eſt quædam macula quatenus includit priuationem rectitudinis & conformitatis ad legem, in qua ſuperius diximus, formaliter conſiſtere peccatum actuale. Iuxta hæc Alenſ. Bon. Argen. & Azor, Sayrus, Sotus, Valen. Angles, Vazqu. dicunt, peccatum cauſare ſeu ponere in anima aliquam maculam. Quod ſi D. Thom. q. 1. æſt. 89. articulo. 1. negat relinqui maculam ex veniali, intelligendus eſt de macula, quam p. mortali tribuerat quæſt. 87. art. 1. & 2. vt ait Sayr. ſed de macula plura dicam. diſput. ſeq. ſect. 2.

SECTIO. XV.

An peccatum veniale & mortale in eo differant, quód hoc peccatorem hominem conſtituat, illud vero non.

Reſpon. licet ſecundum quid qui peccat venialiter præſertim pluries, & qui eſt in peccato veniali habituali, dici queat peccator, nõ 37.
tamen ſimpliciter & abſolute, ratio eſt quia in oppoſitis denominatio abſoluta ſumi ſolet ab eo, quod prævalet, homo autem qui tãtum habet peccata venialia, eſt vere iuſtus per gratiam habitualem, nec habet magnum aliquod peccatum, & ideo non dicitur ſimpliciter peccator, ſed ſolum qui habet p.m. vel originale, vt notat Azor to. 1. lib. 4. c. 8. q. 9. ex Scriptura. 1. Corin. 6. neſcitis quia iniqui regnum Dei non poſſidebunt. Et Pſal. 6. odiſti omnes qui operantur iniquitatem perdes omnes qui loquuntur mendacium. Sap. 10. odio ſunt Deo impius & impietas eius. Ioan. 15. vos mundi eſtis, ſed non omnes. Idem docet Vega. 14 in Trid. c. 13.

SECTIO. XVI.

An mortale & veniale peccatum in eo differant quód mortale ſit deordinatio circa finem, veniale autem circa media.

D. Tho. hac. q. 88. a. 1. 2. 5. & alijs, & q. 72. a. 5. & q. 87. a. 5. ad. 1. & q. 88. ar. 5. & de malo. q 7. a. 1. ait p.m. hoc differre à venialibus quód mortalia auertunt à Deo, habentq. inordinationẽ circa vltimum finẽ, venialia vero non auertunt à Deo & tantũ habẽt deordinationem circa ea, quæ ſunt ad finem. Idem docent multi recentiores referentes pro ſe Alenſ. 2. p. q. 123. alias 106. memb. 1. §. 3. verſus finẽ, & q. 124. alias 107. memb. 2. Alber. 2. p. tract. 18. q. 114. memb. 4. a. 1. Dur. 2. d. 42. q. 6. a. 2. n. 11. Rich. ead. d. a. 3. q. 2. Caie. Conr. & alios hác. q. 88. a. 1. & 2. citari etiam poteſt Stapleton. tomo. 2. de iuſtificatione lib. 12. de diſcrimine peccatorũ. c. 5. Probant autem hanc ſententiã, quia tunc infirmitas eſt mortalis, qñ tollit principiũ vitæ quod eſt anima: ergo ſimiliter tunc. p. erit mortale quando abſtulerit principiũ vitæ ſpiritualis, 38
quod

quod eſt finis vltimus. Conf. quia ſicut principiũ in ſpeculabilibus, ita finis in agibilibus 7.Ethico.cap.8.ergo peccatum, quod auffert finẽ, auferr principium vitæ moralis, agibilis & ſpiritualis, & ideo mortale eſt.

Sed in primis doctrina illa D.Thomæ non eſt intelligenda, vt mortale habeat pro obiecto finem ſeu Deum, veniale vero media ſeu
58 ea, que ſunt ad finem, ſeu creaturas, ſic enim falſa eſſet, vt docent Richar.4.d.16.art.2.q.2. Scotus 2.d.21.q.1.§.dico ergo.Gab.d.22.q.1.colum.penult.Vega 14.in Trid.ca.12. Herrera 12. diſp.42.quæſt.5.Maior.2.d.42.q.6.quæſito Secundo Med.q.88.art.1.vbi Zumel diſp.3. Vaz. diſp.143.Valent. diſp.6.q.18.puncto primo ad finem: quia tam circa Deum quã circa creaturas poteſt eſſe veniale ex leuitate materiæ, & ex imperfecta deliberatione, vt patet in motibus repẽtinis infidelitatis, deſperationis, & odij, & in omiſsione rei leuis, quam ex charitate Dei teneretur quis facere: & peccatum mortale poteſt verſari circa creaturas imo & circa media vt patet in auaritia quæ verſatur circa pecunias quæ ob aliud amantur. Nec valet, quod reſpondent Caiet.& Conrad.D.Th. non aſſignare diſcrimen inter omnia mortalia & venialia, ſed inter mortalia & venialia ex genere ſeu perſe. Nam D.Thomas vniuerſe, vel indefinite loquitur: propoſitiones autem doctrinales indefinitæ æquipollent vniuerſalibus & circa creaturas poſſunt dari nõ ſolũ venialia perſe & ex genere ſuo: ſed etiã mortalia vt furtum, homicidiũ, detractatio, contumelia & ſimilia. Imo & circa *Deum* poteſt dari veniale ex genere vt defectus attentionis in oratione & reuerentiæ ſeu neceſſitatis in iuramento, quamuis Vazq. dicat circa Deum non dari venialia ex genere, quod verum eſſe poteſt de venialibus oppoſitionem habentibus cum virtutibus Theologicis, quæ ſunt fides, ſpes, & charitas: ſecus cum moralibus, quæ *Deum* reſpiciunt vt religio, pœnitẽtia &c. Et ſic etiam poſſet limitari, quod ait, Suarez.3.p.tom.1.diſp.4.ſectione.9.alias.11.veniale non eſſe proprie contra *Deum*, nec circa Deum in ſeipſo, ſed circa media ad illum potius verſari. *Doctrina* ergo D. Tho. ita intelligenda eſt vt peccata mortalia auertant hominem à Deo, vt fine vltimo, reddẽdo hominem indignum illo, & incapacem illius, ſi in eo ſtatu moriatur; itemq. vt ab amico, quia priuant gratia & charitate, ac proinde amicitia Dei ad hominẽ & hominis ad *Deum*. Venialia autem nõ ſic auertunt à Deo, ſed à medijs quibuſdam non neceſſarijs ſed vtilibus valde ad habẽdã Dei amicitiã & fruẽdũ *Deo*, vt fine vltimo, licet ſint neceſſaria ad fruẽdũ *Deo* ſtatim poſt mortem & nulla expectata purgatione, Ita exponunt Valen. Vaz. Zumel, Med.& alij, & hoc eſt quod dicunt *Duran.*& Maior ſupra, mortale tollere charitatem, quę eſt vita animæ, veniale vero non, ſed eius feruorem impedire. Et Richar.4.d.16.q.2.mortale tollere ordinem ſimpliciter neceſſarium ad ſalutem, veniale vero ordinem vtilem tãtum & congruum ad illam melius conſequẽdam. Hoc etiam eſt quod dixerunt Scotus, Baſſolis, & Gab. ſectione.9. citati, veniale eſſe contra conſilium, mortale vero cõtra præceptum. Et Alen.ſ.illa.q.124. alias.107. memb.2.veniale eſſe quando diligitur creatura citra *Deum*: mortale vero cum diligitur ſupra *Deum*, vel æqualiter cum *Deo*, ideſt quando homo non præfert graue Dei præceptum & conſequenter amicitiam *Dei*; ſuæ commoditati temporali. Et.1.p.q.19.memb 8.mortale omnino ſeparare à *Deo*, veniale vero efficere vt anima minus efficaciter adhæreat Deo per charitatem quia feruori charitatis opponitur. Sic etiam intelligendum eſt quod dicunt *D.* Thom.3. contra gentes. capite. 145. Ferrarie.ibi Bon.2.d.42.a.2.q.1.Alber.a.3.Cai. q.72.a.5.Altiſiod.2.ſum.tract. 28. c.2. mortale auertere à Deo: veniale autem non. Et ſumitur ex Trid. ſeſſ.14.c.5.vbi de mortali loquens docet à Deo auertere.

2.Vt res iſta melius intelligatur. *Dico* radicale ſeu primariũ diſcrimẽ inter p.m.& v. eſ- 40 2.Con.
ſe, quod mortale plena deliberatione fit contra præceptũ grauiter obligans, qua parte grauiter obligat: v.autẽ eſt contra præceptũ vt leuiter obligat, vel ſi eſt contra præceptũ vt grauiter obligans, non habet plenã deliberationẽ. Sumitur ex Rich. Victorino lib. de differ. p.m.& v. dicente, mortale eſſe quod cõmitti nõ põt ſine graui corruptione ſui, læſione proximi, vel contẽptu Dei. quod vero nihil horũ habet v. eſſe, & ideo m. deberi per ſe pœnam æternã: nõ autẽ v. Sumitur etiã ex D.Th.q.88. a.2.Cai.ibi & in ſumma verbo præceptũ.Dur. & Bon.ſup, Vega.14.in Trid.c.12. *Dixi* contra præceptũ grauiter vel leuiter obligans, & nõ in materia graui vel leui, quoniã in materia graui põt ponere leuẽ obligationẽ nõ ſolum ius poſitiuũ diuinũ vel humanũ, vt videbim' tractatu de legibus, ſed etiam naturale, vt patet in prodigalitate famæ vel diuitiarũ: nã ad non prodigendum iſta, quamuis ſint grauia, ſolũ eſt obligatio leuis. Ecõtra vero in materia leui põt, ſecundũ aliquos imponere *Deus*, vel etiam homo, obligationem grauẽ. Mortale ergo auertit, hominẽ plene deliberantẽ à Deo, vt legislatore grauiter obligante. Veniale vero non. Et ex hoc diſcrimine prouenit vt peccatum mortale auertat à Deo vt amico, & vt fine vltimo, veniale vero non. Mortale autem auertere à *Deo*, vt vltimo fine intellige, modo explicato, ſcilicet

reddendo hominẽ indignum fruitione Dei, & reuera priuandũ illum gloria, ſi in eo ſtatu moriatur, quo non obſtante poteſt homo in mortali exiſtens appetere abſolute fruitionẽ Dei tanquam vltimi finis, & ſperare illam ſub conditione conuerſionis finalis, & quærere media ad conſequendum vltimum finẽ: quia nec.p.m.nec veniale poteſt ad talem finem aſſequendum conducere; ſed vtrumque nocet ſuo modo. Male ergo aliqui dixeri mortale peccatum, dici mortale quia priuat *Deo*, vt obiecto motiuo, & vt principio agẽdorum, ſeu actionum moraliũ & ſpiritualiũ, per modum obiecti motiui & formalis: ſolum enim priuat illo ſecundum dignitatem & exercitium aſſequendi illum, vt expoſitũ eſt, & ſecundum gratiam & amicitiam, qua fieri deberet, vt *Deus* exhiberet ſe homini fruendum.

SECTIO. XVII.

Vtrum veniale & mortale peccatum in eo differant, quod mortale conſtituat vltimum finem in creatura, veniale vero non.

DE hac refuſe dixi tract. 1. breuiter nunc, dico.1. communiter actus
41. peccari venialis non habet *Deum*
1.Con. pro fine, cui nec pro fine, cui⁹ gratia. In hac con. neminem diſſentire poſſe exiſtimo, quia contingit hominem plus iuſto comedere ꝓpter delectationẽ guſtus otioſe; loqui propter voluptatẽ vel cõmoditatem aliquam nulla habita ratione boni diuini, neque intendendo frui Deo: ergo in tali actu Deus nec eſt finis, cui, nec, cuius gratia, ac proinde creatura eſt finis vltimus cui, &, cuius gratia, in tali opere, per quod nullus vltimus finis ſimpliciter ſeu totius vitæ intenditur aut excluditur, & hoc eſt quod quidam dicunt; peccatum veniale non conſtituere vltimum finem (ſcilicet ſimpliciter, vel totius vitę) in creatura: per peccatum autẽ mortale conſtituitur quodammodo vltimus finis ſimpliciter & totius vitæ in creatura, quia cum priuet omne fruitione Dei, facit vt homo ſola creatura frui poſſit. Et in hoc ſenſu verum eſt quod ait Bon.2.d.42.q.1.in.p.v. non contineri ſimpliciter auerſionẽ à *Deo*, neque per illud cõſtitui vltimũ finẽ in creatura, licet quodãmodo auertat à *Deo* quatenus retardat. Item in.p.v, neq. eſſe fruitionẽ, neque vſum creaturæ ſed abuſum. Idem fere dicit Gab.4.d.16.q.5.a.5, Argentina.2.d.42.q.1.art.2.con.1.quos citat & ſequitur *Azor* to.1.lib.4.cap.8.q.7. Nec valde diſſimile eſt, quod dicit Alb.2.p.ſummæ tract.18.q.114.memb.4.a.1. veniale auertere actualiter à Deo, ſcilicet vt à legiſlatore, licet non cauſet ſimpliciter auerſionem in perſona ſicut mortale, & quod dicit Alenſ.2.p.q.123.memb.1.§.4. in fine, quod licet.p.v.ſecundum ſe non ſit ordinatum ad Deum, tamen peccans venialiter non priuatur iuſtitia ſicut peccans mortaliter, quia veniale non deformat perſonam ſimpliciter, nec tollit rectitudinem eius erga *Deum*, licet deformet actum, & quod ait Rich.2.d.42.a.2.q.2.veniale.p.nec actu nec habitu referri in *Deũ* quia nõ eſt referibile, ſed in illo amari creaturam, vt finem, quamuis non ita vt anteponatur Deo.

§2. Dico, interdũ.p.v.habere pro fine, cui, vel cuius gratia ipſum Deum, vt ſi quis leui- 42.
ter mentiatur, vt obtineat à ſacerdote Sacra- 2.Con.
mentũ baptiſmi, vel pœnitentiæ, aut à prælato vel monaſterio aliquo habitum religionis quæ vult propter gloriam Dei, vel propriam beatitudinem, nam licet peccatum non poſſit ſeruire per modum meriti ad conſecutionem beatitudinis: poteſt tamen, etiam ſi mortale ſit, conducere per modũ medij remoti afferentis aliquam occaſionem, vel medium, aut remouentis impedimentum aliquod ad conſequendã beatitudinem, vt bene docent aliqui recentiores hic & circa.q.18. Sed interrogabis an omne p.v.referatur à iuſto ſaltem habitualiter in Deum. Quidam affirmant ex D.Tho.q.88.a.1.ad.2.3.& 4.vbi Conr. & 2.2.q.24.a.10.ad.2.vbi Caiet. Med.1.2.q.1.a.5.

Suaderi poteſt.1. quia Paulus.1.Cor.10.præcipit omnia in gloriam *Dei* fieri: ergo niſi iuſtus ſaltem habitualiter referat peccatum veniale in gloriam Dei, violabit hoc præceptum, & ſic peccabit mortaliter & non erit iuſtus.

2. Quia Aug lib.83.quæſtionũ.q.30.ait, humana peruerſitas eſt frui vtendis & vti fruendis atqui peruerſitas ſonat p.m.vt inquit D. Th. ergo ſi peccans venialiter refert peccatum veniale in creaturã, peccat mortaliter, quia fruitur illa.

3. Quia Aug.10.cõfeſſ.c.29.loquens cõ Deo ait, min⁹ te amat qui tecũ aliquid amat quod nõ propter te amat, ſed charitas nõ minuitur p.v.ergo creatura quæ in.p.v. amatur, ſaltem habitualiter amatur propter Deum, vt infert ibidem D.Thomas.

4. Finis vltimus iuſti eſt Deus ſed in finem vltimum referri omnia poſſunt & debent: ergo. §5. Quia ſi vltimus finis.p.venialis ſaltem habitualiter non eſſet Deus, eſſet creatura &

ſic

Digitized by Google

ſic iuſtus qui etiam habet Deum pro vltimo fine, haberet ſimul duos fines vltimos. Imo neuter eſſet vltimus finis, quia vnus ſine altero non plene ſatiaret appetitum. §6. Quia iuſtus habet charitatem, qua poteſt omnia ſua referre in Deum: ergo peccatum veniale refert habitu in Deum.

43 Aliqui recentiores non ſine magno fundamento reijciunt hanc doctrinam *D.* Thomæ, quia ordinare actu peccatũ veniale in Deum nõ poteſt prouenire à charitate: ergo habens charitatem non ordinat habitu peccatum veniale in Deum. Nec ſatisfacit Caietan. 2. 2. q. 24. ar. 10. ad. 2. dicens, licet ex parte peccati venialis repugnet referri in Deum, non tamen ex parte charitatis, ideo iuſtum habitualiter referre peccatum veniale in Deum per habitum charitatis, non inquam ſatisfacit, tum quia ſatis eſſet repugnare omnino ex parte peccati venialis, vt negemus peccatum veniale poſſe ex charitate referri in *Deũ*, tum quia talis repugnantia potius prouenit ex charitate: nam per alium actum, & habitum peccatũ veniale in Deum referri poſſet, vt 2. concluſ. oſtendimus.

44 Neq. vero ſatisfacit, quod ait Medi. ſupra. Peccatum veniale non poſſe referri in *Deum* ex Charitate proxime & immediate; ſecus remote & mediate quatenus peccatum veniale ordinatur ad perſonam, vel bonum aliquod peccantis, quod quidem per charitatem poteſt referri in *Deum*. Nam is tantum refert remote ex aliquo habitu aliquid in aliquem finẽ, qui ex virtute actus, qui proceſsit ab illo habitu, eligit illud, ſed qui peccat venialiter, ex virtute nullius actus charitatis eligit obiectum peccati venialis præſertim quando eſt malum: ergo peccatum veniale, nec remote medio obiecto ſuo refertur in Deum ex charitate, ac proinde nec perſona, vt peccans venialiter, quod tamen neceſſe erat vt media perſona diceretur peccatum veniale referri in Deum ex charitate Conf. quia relatio alicuius operis in aliquem finem ex aliquo habitu, ſiue ſit proxima, ſiue remota, eſt actus elicitus à tali habitu: relatio autem peccati venialis in Deum non poteſt eſſe actus elicitus charitatis cum ſit mala: ergo non eſt ab habitu charitatis. Exiſtimo tñ doctrinã *D.* Th. alio modo recte defendi poſſe, quem nonnulli ex noſtris amplectuntur. Quamuis peccatum veniale ex charitate in Deum referri non poſsit volendo illud facere propter Deum; bene tñ volendo eo, poſtquam commiſſum eſt, vti ad gloriam Dei, puniendo illud, vel erubeſcẽdo de illo, vel manifeſtando per illud diuinã patientiam & bonitatem qua Deus peccantem tolerauit & expectauit. vt pœnitentiã ageret &c. & eodem modo referri poteſt in Deum mortale peccatum præteritum non vero præſens, quia deſtruit charitatem, & ſic non eſt referibile in Deum per habitum, vel actum charitatis ſimultaneum, ſecus per aliũ ſimultaneum habitum bonum.

Argum. ergo D. Tho. & ſequacium, quatenus doctrinam à nobis traditam confirmant, admittimus, quatenus vero fieri poſſent ad probandum peccatum veniale poſſe ex charitate referri in Deum volendo ipſa perpetrare propter gloriã Dei, reijcimus tanquã infirma & inutilia falſumq. probare nitentia.

Ex ſuperioribus ſectionibus ſatis conſtat, in quibus nõ differant pecatũ m. & v. ſed breuiter explicandum modo eſt, in quibus differunt: de quo Sayr. lib. 2. c. 13. n. 24. & ſeqq. Primo ergo differunt, quia. m. priuat gratia & charitate, quibus digni reddimur vltimo fine & illum meremur: V. vero non. *D.* Tho. q. 88. a. 1. Vazq. diſp. 143. c. 4. Philiar. de offic. ſacer. p. 2. lib. 3. c. 2. Tolet. tract. de peceat. c. 2. Coro. p. 1. c. 1. n. 2. *A*ngles. 2. d. 37. q. 3. ar. 2. diffic. 6. Sayr. illo. num. 24. qui etiam ad hoc adducit Mai. Alen. Dur. Rich. & D. Tho. dicentes. V. non eſſe contra charitatem, ſed contra eius feruorem. *S*ecundo differunt, quod. m. eſt cum plena deliberatione contra præceptũ grauiter obligans & neceſſarium ad conſeruationem charitatis; v. non. Tertio quod mor. conſtituit vltimũ finẽ in creatura. v. non. Sayr. n. 26. ſed quomodo ſit intelligendũ, iã diximus. 4. quòd. m. meretur pœnã æternã. v. non. Quomodo autẽ cognoſci poſsit, an. p. aliquod ſit. m. an. v. vide Sayr. n. 27, & ſeqq.

SECTIO. XVIII.

An peccatũ analogice dicatur de mortali & veniali.

ALiqui abſolute & generatim docent. p. analogice dici de. m. & v. probant. 1: quia id docet D. Th. hac q. 88. a. 1 ad. 1. & ar. 3 ad. 1 Bona. 2. d. 35. in expoſitione litteræ. n. 3. ſeu dub. 3. *A*lbert. 2. p. ſummæ tract. 18. q. 114. memb. 4 a. 2. in fine. Capr. 2. d. 43. q. vni. a. 1. con. 1. et a. 3. ad argu. Duran. contra illam Conr. Caiet. et Med. q. 88 a. 1. vbi Zum. diſp. 4. Vega. 14. in Trid. c. 13. Pet. de Soto lect. 6. de peccatis. Bellarm. 1. de amiſsione gratiæ. ca. 11. in fine. et c. 12 in princ. Suarez 3. p. to. 1. diſp. 4. ſect. 9. alias 11. 45 *1. Opinio.*

2. Quia veniale dicitur. p. per attributionẽ ad. m. ſicut morbus ad mortem et diſpoſitio ad formam, vnde ſi non eſſet poſſibile mortale non eſſet poſsibile. v. ſicut nõ eſſet poſsibilis alteratio, ſi nõ eſſet poſsibilis generatio et corruptio. Cõf. quia ſi non eſſet poſsibile

album ſimpliciter, non eſſet poſsibile album ſecundum quid: ergo ſi non eſſet poſſibilis tranſgreſſio legis ſimpliciter, non eſſet poſſibilis tranſgreſſio legis ſecundum quid, qualis eſt peccatum veniale: ergo peccatum analogice dicitur de mortali & veniali.

Sunt qui hanc analogiam appellent pro-
46 portionalitatis proprie dictæ, qualis eſt analogia entis dicti de ſubſtantia & accidenti *Deo* & creaturis, & putant conſiſtere in hoc quod quamuis ratio peccati ſit præciſa à veniali, & mortali, ſicut ratio entis à ſubſtantia & accidenti, *Deo* & creaturis, tamen eſt de intrinſeca ratione modorum, vel differentiarum, quibus conſtituuntur mortale & veniale, & eorum ſpecies, ſicut ratio entis eſt de ratione omnium modorum & differentiarum, quibus Deus & creatura ſubſtantia & accidens, eorumque ſpecies conſtituuntur.

Alij vero dicunt, eſſe aoalogiam proportionis & attributionis, in qua peccati ratio conuenit eſſentialiter & intrinſece mortali tantum, quia in hac analogia nomen peccati accipitur pro illa actione, quæ perſonam auertit ab vltimo fine & tollit amicitiã, violatq. præceptũ: & hæc ratio peccati in mortali reperitur formaliter: ſed in à veniale ſola denominatione extrinſeca, rationem autẽ huius denominationis & attributionis eſſe putant primo, quia veniale diſponit ad mortale. ¶ 2. Quia ſimile eſt mortali aliquomodo: nam in genere auertendi perſonam & violãdi amicitiam & pręceptum, veniale eſt quædam inchoatio mortalis.

47. *Duran*. vero 2. d. 42. q. 6. aſſerit veniale ple-
2. Opinio. ne deliberatum vniuoce cõuenire cum mortali in ratione peccati, at vero veniale propter indeliberationem, non ſic conuenire cũ mortale: ſed dici peccatum per analogiam ad mortali: nam ſi non eſſet poſſibile peccatum mortale, non eſſet poſſibile veniale ex indeliberatione. Item quia veniale ex indeliberatione non eſt ſimpliciter voluntarium. Sed ſecundum quid. Pro hac opinio. Sayrus lib. 2 cap. 13. num. 5. citat Vegam ſupra, & Ioſephum Angl. 2. diſt. 37. quæſt. 3. artic. 2. difficul. 3. & Maiorem. 2. diſt 42. quæſt. 6. in. 2. quæſito, ad dubi. *1*. Sed meam ſententiam, quia ma-
48. iora me vocant, paucis accipe. ¶ 1. In ſummo
1. Concluſ. philoſophico, ſeu metaphyſico rigore, & proprietate, peccatum vniuoce, & non analogice dicitur de mortali & veniali. Ita docent Maior. 2. diſt. 42. quæſt. 6. quæſito. 2. *Azor* to. 1. lib. 4. cap. 8. quæſt. 4. Vazquez hic diſput. 144. cap. 3. Zumel. quæſtio. 88. artic. 1. diſputatio. 4. Palacius, 2. diſt. 42. diſput. vnica. Valentia hic diſputat. 6. quæſt. 18. puncto. 2. Sayrus libro. 5. cap. 13. num. *6*.

Aliqui probant, quia omne peccatum veniale eſt ſimpliciter peccatum & voluntariũ, & contra legem: ergo vniuoce conuenit cum mortali in ratione peccati. Sed aduerſarij negant antecedens, & melius negari poteſt conſequentia, nam ens ſimpliciter conuenit accidenti, & creaturæ, tamẽ analogice dicitur de *Deo*, & creaturis; ſubſtãtia, & accidenti. ¶ 2. ergo probatur, quia actus ſtudioſus vniuoce dicitur de omnib. actib. ſtudioſis, ergo & vitioſus de omnib. vitioſis. Antecedẽs videtur negare Caiet. diceos, actus eutrapeliæ non eſſe ſimpliciter ſtudioſos, nec cõuenire vniuoce, 53.
ſed analogice tantum cum alijs actib. ſtudio- 1. Obiectio
ſis, qui ſunt magni momenti, ſeu materiam grauem habent, ſed hoc falſum eſt, vt merito docet Vaz. ſic enim dare paruam eleemoſynã non eſſet ſimpliciter bonum, neq. conueniret vniuoce, ſed aoalogice tantum in ratione boni cum hoc, quod eſt dare magnã eleemoſynã. Falſo etiã Capr. ſup. ait, actus virtutis plene & ſemiplene deliberatos in eadẽ materia, ſolum conuenire analogice in bonitate morali, nam vtriq. ſunt vere & proprie liberi, & conſentanei rationi, licet vnus ſit liberior alio: ergo conueniunt vniuoce in bonitate morali.

3. Quia furtũ paruũ, & magnũ vniuoce conueniunt in ratione iniuſtitiæ, licet vnum ſit parua iniuſtitia, aliud magna: ergo, & in ratione peccati, licet vnũ ſit magnum peccatum aliud vero paruũ. Conf. quia furtũ magnũ, & maximũ, nõ ſolũ in ratione iniuſtitię, ſed etiã in ratione peccati vniuoce conueniunt: ergo ſimiliter furtũ magnũ, & paruũ. ¶ 4. Quia peccatũ ſm̃ eandem rationẽ præciſam ab inferiorib. dicitur de. p. m. & veniali, & conſtitutiua horũ peccatorum præſcindi poſſunt à ratione peccati, nã mentiri iocoſe, vel officioſe, & mentiri pernicioſe præſcindi poſſunt ab illa ratione communi, quæ eſt aduerſari, legi, & rationi: ergo nullũ eſt fundamentũ fingendi hic analogiã proportionalitatis, vt in ente ꝙ propter ſuã tranſcendentiã includitur in cõſtitutiuis ſuorum inferiorum, aut ſine illo cõcipi non poſſunt. Confir. quia non minus poteſt præſcindi ratio peccati ab omnibus peccatis mortalibus, vel ab omnibus venialibus quam ab vno veniali, & alio mortali, ergo ſicut propter talem præciſionem peccatum vniuoce dicitur de omnibus mortalibus, & de omnibus venialibus, ita de mortali, & veniali.

Confir. 2. quia nec analogia attributionis ſeu proportionis hic fingi poteſt, cum peccatum veniale proprie, & per intrinſecam denominationẽ ſit peccatũ, & ſine vllo ordine ad mortale: cũ ſine vllo ordine ad illud, & pręſcindendo omnino ab illo, imo quãuis illud eſſet

omnino

omnino impoſsibile adhuc veniale peccatū,
quodcunque illud ſit, eſſet contra legem &
rationem. *Demus* non eſſe poſsibile furtum
magnū aut plene deliberatū, nunquid prop-
terea furtum paruum, vel imperfecte delibe-
ratum erit impoſsibile, vel denudabitur à ra-
tione peccati? ridiculum eſt prorſus: ergo pec
catum leue & veniale non eſt peccatum per
relationem, vel attributionem ad mortale. Li
cet poſsit dici peccatum mortale analogice,
quia eſt diſpoſitio ad peccatum mortale, &
cauſa illius: ſolet enim nomen propriū cauſæ
tribui effectui, & ſicut pratum analogice dici
tur ridere propter apertionem florum, quæ
eſt ſimilis apertioni oris, ita peccatum venia-
le propter aliquam ſimilitudinem in nocen-
do animæ, dici poteſt analogice peccatum
mortale, peccatū vero in communi nō ana-
logice, ſed proprie, & vniuoce dicitur de pec
cato mortali & veniali. ¶5. Peccatum morta-
le & veniale poſſunt eſſe eiuſdem ſpeciei in
genere moris, vt ſectione ſequenti oſtende-
mus: ergo & eiuſdem generis proximi & re-
moti, quale videtur eſſe peccatum in cōmu-
ni, ſicut genus proximum, vel proximius ad
omnem iniuſtitiam commutatiuam & diſtri
butiuam, grauem & leuem eſt iniuſtitia.

49 Dico. 2. late loquēdo de analogia & mora-
2. Concl. liter ſeu Theologice, propter magnā inæqua-
litatem quæ eſt inter pecc. m. & veniale tum
in ſe, tum maxime in effectibus ſuis, peccatū
veniale dicitur non vniuoce, ſed analogice
tantum eſſe peccatum, quemadmodum pro-
pter inæqualitatem magnā, quæ ſolet eſſe in-
ter ſpecies, dicimus in genere latere æquiuo-
cationes: veniale enim eſt quid paruum & le-
ue, quod propter ſuam paruitatē quaſi nihil
reputatur & non conſtituit ſimpliciter pec-
catorē, ſicut nec albedo remiſſa, vel dentium
tantum, conſtituit hominē ſimpliciter albū;
neq. priuat vita gratiæ, aut gloriæ. Quando er-
go D.Tho. vel alij dicunt, peccatum veniale
analogice dici peccatū, vel intelligitur, quod
analogice dicatur pecc. m. quia analogice eſt
cauſa mortis: nempe non per ſe ſicut morta-
le, ad quod diſponit, licet nō inferat illud ne
ceſſario, ſed per ipſum peccatum, quod pro-
prie eſt mortale, eo quod eſt ſufficiens cau-
ſa mortis, & ſtatim aufert vitam gratiæ,
& ſi in illo decedat, priuat illum vita glo-
riæ. Vel loquitur *D.* Thom. de analogia la-
te & improprie dicta. ſic *D.* Thomā interpre-
tantur Azor, Palac. Vaz. Zumel. At vero Va-
lentia diſpu. 6. q. 18. pun. 2. ait, D.Tho. loqui de
peccato ſecūdum rationem offenſæ, quæ cō-
ſequitur eſſentiā peccati, & non ſecundū ra-
tionē ſuā eſſentialem, quæ eſt eſſe cōtra legē,
& ſane ipſe *D.* Th. q. 88. a. 3. ad 2. plane fatetur
peccatum veniale eſſe ſimile p. m. in genere
quatenus importat defectum debiti ordinis
dicet aliter & aliter, & 2. diſt. 42. quæſt. 1. ar. 3.
in corpore, & ad. 1. quamuis doceat, pecca-
tum dici analogice de mortali & veniali, ta-
men ait, differre ſicut perfectum & imperfec-
tum in eodem genere, quod etiam dicit Ca-
preol. diſt. 43. ar. 1. con. 1. & Vega ſupra non di-
cit, peccatum veniale ſolum eſſe peccatum
analogice, ſed tantum ait, licet ſecundum D.
Thomam peccatum dicatur analogice de
peccato mortali & veniali, ſicut ens de Deo
& creaturis: tamen veniale abſolute eſſe pec-
catum ſicut creatura abſolute eſt ens, & Bon.
loco ſuperius citato non dixit, peccatum di-
ci analogice de mortali & veniali, ſed non
clandi in definitione peccati tradita ab Aug.
quia non eſt contra legē, & Pet. de *Soto* mihil
de analogia dicit, ſed ſolum docet, licet ve-
niale ſit prohibitum aliquo præcepto, tamen
non eſſe ſimpliciter, ſeu proprie contra le-
gem ſeu præceptum, quia non contra finem
præcepti qui eſt charitas, nec contra le-
gem quæ diſponit charitatem Dei & proxi-
mum. Negando proprie eſſe contra præcep-
tum inſinuat, analogice tantum eſſe peccatū,
quia quod non eſt proprie contra præceptū,
non poteſt eſſe peccatum proprie, ſed tātum
analogice, quod tamen in rigote falſum eſt,
quamuis enim datemus, peccatum dici analo
gice de mortale & veniali negari nō poteſt,
quod veniale peccatum ſit proprie peccatū,
ſicut creatura proprie eſt ens, quamuis ens di
cicatur analogice de *Deo* & creatura. Quan-
uis Suarez & Bellar. ſupra etiam dicant, pec-
catum veniale non eſſe proprie peccatum, in
iuriam. aut offenſam Dei.

SECTIO. XXI.

Vtrum peccatum mortale & venia- le poſsint eſſe eiuſdem ſpeciei.

PArtem negantem in.ſ.ſcat Alenſis.
2. p. q. 124. memb. 3. in fine, dicens 50
veniale niſi tranſeat in genus vel *1. Opinio.*
ſpeciem mortalis non poſſe per ſe
ipſum excludere gratiam, & Vega. 14. in Trid.
c. 11. dicens, ex natura ſua & intrinſeca ratio-
ne differre venialia à mortalibus: & eorum
differentiam in motibus pluſquam ſpecificā
videri, quia mortalia directe repugnant iuſti
tiæ, & amicitiæ diuinæ; non autem venialia,
&c. Idem ſignificat Aureolus apud Capreol.
2. d. 43. a. 2. in argum. Aureoli contra 2. con. &
apud Caiet. 1. 2. q. 72. a. 5. circa ad primum, ſed
clarius id tenent pauciſſimi quidam recētio
res & Nauar. præludio. 9. n. 6. in quibuſdā edi-
tionibus, &. c. 17. n. 3.

Tenendū tamē eſt, peccatū mortale & ve- 51
niale poſſe eſſe eiuſdem ſpeciei. Ita ſentit *2. Opinio.*

D.Tho.q.72.ar.5.ad, 1. vbi ait, nihil prohibet in eadem ſpecie inueniri aliquod peccatum mortale,& veniale ſicut primus motus in genere adulterij eſt peccatum veniale, & verbum otioſum,quod pletunq. eſt veniale,poteſt eſſe mortale,& idem intendit ad.2.& Caietanus vtroque loco. Et tam ipſe quàm D. Tho.q.77.a.8.ad.2.idem tenet Caietan. q.88. ar.1.dub.1. Petrus Bergom. in cõcordantijs *D.* Tho.n.1008.& ipſe *D.*Tho.hac q.88. a.2. in fine. Vbi etiam Caiet.Contra.Medin. Zumel,& alij.Valent. diſp.6.q. 2. puncto.a.& q.18. puncto.2.Richardus.4.d.16.a.2. Zumel. q. 88. ar.5. Viguer.c.18 §.1.verſ.1.in fine,& §.3. in princip. Capreol.2.d.43.quæſt.vnica.con.2 & ad argument. Aureoli. contra eandem concluſionẽ. Ludouicus Lopez.1.p. inſtuctorij cõſcientiæ c.5.Vazquez hic diſp.144.ca.3. & in comentario.a.5.q.88.& diſp.54.c.1.

Et quidem quando peccatum eſt veniale ex ſola indeliberatione, eſſe eiuſdem ſpeciei cum mortali,facile probatur, quia habẽt idẽ obiectum materiale & formale eodem modo repugnans legi, quamuis non eodem gradu libertatis voluntas tendat in illud:ergo nõ eſt vnde talia peccata poſſint differre ſpecie, ſiue in genere naturæ , ſiue in genere moris. ¶2.Actus boni plene deliberatus, & non plene deliberatus in eadem materia.ſunt eiuſdẽ ſpeciei:ergo,& mali. Conf nam ſi actus plene,& non plene deliberati,ſiue boni, ſiue mali ſemper differrent ſpecie aut pluſquam ſpecie in eſſe moris,vel etiam naturæ,facile quis dicere poſſet pro plene deliberatis ponendos eſſe habitus ſtudioſos, vel vitioſos naturales & ſupnaturales diuerſos ab illis, qui ponũtur pro nõ plene deliberatis:id quod nemo dixerit. ¶3.Poſtquam actus eſt peccatũ.m. quantũcumq. creſcat aduertentia, & deliberatio rationis,& libertas actus,nunquã variatur eius ſpecies, ergo ſimiliter qñ peccatum erat veniale,& creſcente deliberatione, & libertate ſit mortale,non variatur eius ſpecies. Confir. quia viſio eadẽ etiã numero poteſt ſucceſſiue eſſe clara,& obſcura,idem calor intẽſus & remiſſus:ergo idem actus in eſſe naturæ,& moris poteſt eſſe perfecte & imperfecte deliberatus. ¶4.Alias peccatũ ex ſola indeliberatione eſſet veniale ex genere ſuo, & ſic pperam DD.cõmuniter diſtinguerẽt p. v. ex genere à venialibus ex indeliberatione.

52 Quod autẽ.p.v.circa materiã paruã ſit eiuſdẽ ſpeciei cũ mortali circa materiam magnã eiuſdẽ ratiõis,vt furtũ paruũ & magnũ. Prob. 1.quia id expreſſe docet D.Th.q 18 a. 11. & oẽs ibi.Zumel,& Vaz.ſup.*D.*Th.de malo.q.7.a.4. a.Quia magnũ,& paruũ non differunt ſpecie ſm̃ Ariſt.in prædicamentis:ergo furtũ magnũ & paruum ſunt eiuſdem ſpeciei. Confir.nam obiecta nullo modo differunt ſpecie:ergo neque actus, ſiquidem actus ſpeciem ſumunt ab obiectis. ¶3. Actus dãdi elemoſynã paruã & magnam non differunt ſpecie in eſſe naturæ vel moris:ergo neque actus furandi rem paruam & magnam & alioqui diſtincti habitus poni poſſent ad furta grauia & leuia,eleemoſynas paruas & magnas. ¶ 4. Quia eadem viſione ſpecie imo & numero videri poteſt res magna & parua:ergo eadem actione voluntatis ſpecie & numero in eſſe naturæ & moris amari poteſt magna & parua quantitas furti vel eleemoſynæ. Vnde merito quod Nauarrus in quibuſdam editionibus dixerat præludio.9. ſummæ nu. 6. Semper peccatum veniale & mortale differre ſpecie in eſſe moris,in alijs editionibus ſublatum eſt & rationes,quibus illud muniebat,ommitto,quia leuiſſime ſunt.

Sed oppones.1. D.Thomam pluribus locis 53.
relatis ſectione præcedenti docuiſſe pecca- *1. Obiectio.*
tum dici ænalogice de mortali & veniali, ſi-
cut ens de ſubſtantia & accidenti,ſed analo-
gata omnio differunt ſpecie: ergo peccatum 2.
mortale & veniale ſemper differunt ſpecie.
¶ 2.Quia *D.*Tho.hac.q.88.ar.5.docet,circun-
ſtantiam non poſſe facere de veniali morta-
le,niſi transferat in aliam ſpeciem, & addat
deformitatem alterius generis, ſed plena de-
liberatio & magnitudo materiæ faciunt de
veniali mortale: ergo transferunt in aliam
ſpeciem & ſic peccatum veniale ex paruita-
te materiæ eſt diuerſæ ſpeciei à peccato mor
tali habente magnam materiam, & peccatũ
veniale ex imperfecta deliberatione, à mor- 3.
tali plene deliberato.¶3.Quia D.Tho.eadem
quæſt.88.ar.6.in fine corporis,ait,quia à ratio
ne deliberata haber ſpeciem moralis actus,
inde eſt quod per talem ſubtractionem ſol-
uitur ſpecies:ergo ſentit,mortale eſſe diuer- 4.
ſę ſpeciei à veniali ex indeliberatiõe.¶4.Quia
*D.*Tho.eadem.q.a.4.ad.4.ait.Diſpoſitio,quæ
ſit habitus, eſt ſicut imperfectum in eadem
ſpecie ſicut imperfecta ſcientia dum perfici-
tur,ſit habitus; ſed veniale peccatum eſt diſ-
poſitio alterius generis,ſicut accidens ad for
mam ſubſtantialem in quam nunquam mu-
tatur:ergo iuxta D.Thom.veniale & morta-
le differunt ſpecie.¶ 5. Peccatum formaliter 5.
cõſiſtit in auerſione,ſed auerſiones,quæ ſunt
in mortali & veniali differunt ſpecie:ergo &
peccata ipſa formaliter ſumpta. ¶ 6. Quia 6.
mortale ſemper habet deformitatem pecu-
liarem nempe diſſoluere amicitiam & con-
ſtituere reum æternæ mortis:ergo ſemper ha
bet peculiarem ſdeciem moralem à circun-
ſtantia,quid,ſeu nocumenti quod infert, ſal-
tem quando talis circunſtantia præuiſa fuit,
vel præuideri potuit. Conf. nã omne mortale
præ-

præfert bonum creatum amicitiæ diuinæ quod minime habet veniale: ergo continet peculiarem deformitatem & iniuriam Dei, & ſic habet aliam ſpeciem. § 7. Circunſtntiæ non mutantes ſpeciem non ſunt neceſſario confitendæ: ſed omnes circunſtantiæ transferentes actum de mortali in veniale, ſunt neceſſario confitendæ: ergo mutant ſpeciem, vt magnitudo materiæ & deliberationis. § 8. Quæ ſunt eiuſdem ſpeciei, vni & eidem opponuntur: ſed veniale & mortale non opponuntur eidem; quia mortale opponitur gratiæ & charitati, & illas excludit; non vero veniale.

54 Ad.1. R. D. Thomam non loqui de analogia proprie & in rigore accepta, ſed latiſſime, vt dixi ſuperiori ſectione, hanc autem etiam in rebus eiuſdem ſpeciei reperiri poſſe, vt ſi quis diceret, albũ analogice dici de albo ſimpliciter & de albo ſecundum dentes tantum.

Ad.1. obiectionem.

Ad.2. § Ad.2. R. D. Tho. loqui de veniali ex genere non de veniali ex leuitate materiæ, vel ex imperfectione deliberationis, & ita explicat Caiet. ibi, qui recte etiam ibi docet, cum quis mentitur iocoſe propter adulterium, efficere actum alterius ſpeciei in eſſe naturæ ab eo, qui mentitur iocoſe propter alium finem, quia finis intrinſecus diuerſus diuerſificat ſpecie actum in eſſe naturæ, ſemper tamen mendacium iocoſum retinet ſpeciem moralem ſumptã ab obiecto, ſiue addatur alia, vt cum refert ad adulterium, ſiue non.

Ad.3. § Ad.3. R. D. Thomam loqui de ſpecie fundata in malitia morali, non de ſpecie ipſa moralis malitiæ: cum enim quis habet motum imperfecte deliberatum adulterij, actus habet ſpeciem venialitatis, cum autem perfecte deliberatũ, actus habet ſpeciem mortalitatis, ideſt reatus, et dignitatis ad carentiam gratiæ & gloriæ, & æternitatem pœnæ, & iſtæ ſpecies fundantur in paruitate et magnitudine malitiæ moralis, quæ ad eandem ſpeciem malitiæ moralis pertinent, quod vero ait Caiet. eodem ar.6. actum imperfecte deliberatum non eſſe eiuſdem ſpeciei cum deliberato, directe, ſed tantum reductiue, eo modo, quo embrio eſt eiuſdem ſpeciei reductiue cum homine, quia eſt eius inchoatio, non mihi placet, quia motus adulterij imperfecte deliberatus, directe ponitur ſub aliqua ſpecie, et non niſi fornicationis et iniuſtitię, ſicut mot⁹ plene deliberatus: ergo vterque eſt directe ſub eadem ſpecie, neque mirum cum habeat idem obiectũ materiale et formale.

Ad.4. Ad.4. R. D. Thomam loqui de veniali ex genere, quod vere eſt diſpoſitio alterius generis à mortali, ad quod diſponit, vel loquitur de ſpecie, quæ non ſit moralis ſecundũ ſe ſed fundata in mortalitate aliqua, ſcilicet de venialitate et moralitate ſecundũ ſe: quæ ſpecies in mortali et veniali ſemper eſt diuerſa, non tamen ſpecies malitiæ moralis.

Ad 5. R. peccatum non conſiſtit formaliter in auerſione à Deo, vt fine: ſed vt legiſlatore: et hæc auerſio poteſt eſſe eiuſdem ſpeciei in peccato mortali et veniali, licet illa ſemper ſit ſpecie diuerſa. *Ad.5.*

Ad.6. R. quod diſſoluere amicitiã et cæt. nõ eſt deformitas moralis, ſed pœna et effectus grauitatis peccati ſeu malitiæ moralis: quam incurrit homo etiam ſi quando peccauit, nõ aduerteret, nec ſciret, aut teneretur aduertere et ſcire proceſſuram eſſe ex tali actu. Licet autem tunc aduertat eiuſmodi damnum, non inde contrahit actus ſpecialem malitiam, niſi videret tale nocumentum eſſe irreparabile, quia ſi hoc videret, peccaret mortaliter contra pręceptum charitatis, quo tenetur nõ ſe reddere inhabilem ad conſecutionem vitæ æternę, quando vero ſcit, damnum eſſe reparabile per pœnitentiam, non ſolum non peccat mortaliter contra charitatem propriam, et deformitate mortali diſtincta ab illa quam actus habet ex obiecto, ſed neque venialiter peccato prodigalitatis: non enim eſt prodigalitas, cum quis pro aliqua commoditate notabili quamuis vetita, expendit vel deſtruit bona aliqua, vel priuat ſe illis præſertim ad breue tempus, ſed quando nullo fine honeſto vel commodo id facit. § Ad conf. R. non irrogari *Deo* ſpecialem iniuriam præferendo ſola voluntate, non iudicio bonum aliquod temporale alicui poſſeſſioni habituum gratiæ et charitatis, maxime quando videt facile redire poſſe ad amicitiam habitualem in dictis habitibus ſitam, et alioqui ſiquis motu imperfecte libero præferret voluntate temporalem commoditatem amicitiæ diuinæ, peccatum veniale haberet ſpecialem aliquã deformitatem diſtinctam à malitia adulterij, furti vel homicidij, quæ tamen eſſet eiuſdem ſpeciei cum ea, quæ ſuperaddi fingitur peccato iniuſtitię, quæ eſt in furto, adulterio, et homicidio. *Ad.6.*

Ad.7. negatur maior abſolute, vel limitatur ad circuuſtantias, quæ non transferunt actum de veniali in mortalem, tales enim ſemper debent manifeſtari in confeſsione, quia in ea exponenda eſt omnis culpa mortalis, quidquid ſit de reliquis, quæ ſupponendo culpam mortalem illam, augent intra eandem ſpeciem. 55 *Ad.7.* § Ad.8. Reſpondet Capreol. interdum quæ ſunt eiuſdem ſpeciei, non eidem opponi, nam calor remiſſus et intenſus ſunt eiuſdem ſpeciei, tamen hic opponitur formę ſubſtantiali aquæ, ille vero non. Hæc doctrina vera eſt de oppoſitione per modum indiſpoſitionis phyſicę vel moralis, qualis eſt inter

ter peccatum mortale & gratiam,atque charitatem,in oppoſitione autem veræ contrarietatis quæcumque ſunt eiuſdem ſpeciei, eiſdem opponuntur. Quanuis autem daremus,omne peccatum veniale eſſe diuerſum ſpecie in aliquo eſſe moris à peccato mortali,non concederemus, quod aliqui nituntur, eſſe diuerſum ſpecie in eſſe naturæ, nec obſtat quod in vno anteponatur commoditas aliqua diuinæ amicitiæ,in alio vero: nō tum quia in vtroq. poteſt ante poni, vt ſi vnum ſit volitio plene deliberata anteponendi cōmoditatem amicitiæ, aliud vero ſemiplene deliberata. Tum maxime,quia illa antepoſitio in peccato mortali communiter non eſt formalis,ſed virtualis,nempe volendo actum cui annexa eſt priuatio gratiæ, & charitatis, vnde tantum eſt volita in cauſa & ita non poteſt dare ſpeciem actui in eſſe naturæ, ſicut nec quando efficio actū,cui eſt annexa diſſolutio amicitiæ cum Petro,neceſſe eſt eſſe alterius ſpeciei phyſicæ,ab eo cui annexa nō eſt. Et infra videbimus eundem actum non ſolum ſpecie ſed etiam numero poſſe tranſiri à veniali ad mortalem & econuerſo. *Dices* modus tenendi poteſt variare ſpeciem phyſicam in actibus voluntatis,ſicut in actibus intellectus aſſenſus,quo deduco propoſitionē aliquam ex principijs euidenter cognitis,differt ſpecie phyſica ab aſſenſu, quo deduco eā ex eiſdem principijs probabiliter tantum cognitis: ergo ſimiliter in voluntate, actus poſſunt ſpecie phyſica differre ex ſolo modo tendendi etiam ſi obiectum materiale & formale ſit idem: ergo ita poterunt ſpecie phyſica differre venialis & mortalis voluntas furandi. R. Quidquid ſit de antecedenti, & de prima conſequentia,negatur ſecunda conſequentia,quia veniale & mortale ex magnitudine & paruitate materiæ,eodem modo tendunt in ſua obiecta,quæ ſolum differunt, vt magnum & paruum in eadem ſpecie, & ſic actus non habent vnde diſtinguantur ſpecie, & idem eſt quando vnus eſt plene,& alius ſemiplene deliberatus circa idem obiectum. Nam modus tendendi, ſcilicet deliberatio, idem eſt ſpecie, & ſolum differt ſecundum magis & minus, vt albedo maior & minor, certe in actibus bonis,vel indifferentibus maior & minor deliberatio non variat ſpeciem phyſicam: ergo nec in alijs. Imo idem actus in eſſe naturæ poteſt tranſire à deliberato in indeliberatam & econtra,vt ſæpe in ſuperioribus docuimus. Sed iuxta probabiliorem & communiorem ſententiam amare ſalutē propter ſe,& propter aliud ſunt actus ſpecie phyſica diuerſi ex modo tendendi, ſicut aſſenſus principij & concluſionis. Idem eſt de volitionibus eiuſdem rei propter diuerſos fines, & quando vna petit eſſe à principio ſupernaturali,alia vero non.

SECTIO. XX.

Quibus notis venialia a mortalibus diſcerni valeant.

Dico.1.ſemper definite, an peccatū ſit mortale,an vero veniale,difficillimum & periculoſiſſimum eſſe, vt docet Aug.21.ciuit.c.vlti.prope finem,cuius verba ſunt. Sed quis iſte ſit modus,& quæ ſint illa peccata,quæ ita impediūt peruentionem ad regnum Dei,vt tamen ſanctorum amicorum meritis impetrent indulgentiam,difficilemum eſt inuenire, periculoſiſſimum definire. Ego vſque ad hoc tempus cum inde ſatagerem ad horū indaginem peruenire, non potui, & fortaſſe propterea latent,ne ſtudium proficiendi ad omnia peccata cauenda pigreſcat,&c.& in Enchirid.c.78. quæ ſint,inquit, leuia & quę grauia peccata, non humano,ſed diuino ſunt penſanda iudicio. Ratio autem huius eſt,quia peccatum tātum eſt veniale ob leuitatem obligationis, deliberationis, vel materiæ; quando autem obligatio,deliberatio, vel materia cenſenda ſit modica & leuis dificilimum ac periculoſiſſimum eſt definire, facile enim poterimus decipi & propterea inter doctores ſunt ſæpe diſcrepantes opiniones de aliquo,ſit ne mortale an veniale. 56 1.Con.

Dico.2. nihilominus aliquæ regulæ tradi poſſunt quibus aliquomodo venialia à mortalibus diſcernantur. *De* quibus videre licet Antoninum.3.p.tit.17.c.18.Gab.4.d.15.q.13. ar. 2.Summiſtas verbo peccatum. Vbi Syluest.§.3.Caſtro.1.de lege poenali.cap.5. Vega. 14. in Trid.c.12.Nauarr.præludio.9.num.7. Valent. hic diſp.6.q.18.pun.3.Petrus de Soto lectione 10.de peccatis,Stapleton.to. 2. de iuſtificatione lib.12.de diſcrimine peccatorū.c.5.D.Tho. hac.q.88.a.2.Richardus Victorinus lib.de differentia peccati mort.& venialis. 2.Con.

Vnde dico.3 quod peccatum ſit mortale ex genere,colligi poteſt.1.ex grauitate verborum vel pœnarum,ſub quibus in ſacris litteris prohibetur,vt cum dicitur dignum morte vel excludere à Regno *Dei*,aut eſſe abominabile,vt Rom.1.Galat.5.Ezechiel.18.Matt.5. 1. Corinth. 6. Epheſ. 5. cum vero mitioribus verbis vtitur ſcriptura,ſignum eſt venialem eſſe culpam,vt cum de ſtultiloquio & ſcurrilitate ait Paulus,ad Epheſ.5. ad rē nō pertinere. Aug.in Enchirid.c.citato.ex ſcriptura probat,copulam maritalem habitam voluptatis cauſa ad vitandas tentationes Sathanæ, eſſe pecca- 3.Con.

peccatum veniale. Nam 1. Cor. 7. inquit Paulus, reuertimini in id ipſum, ne tentet vos Sathanas, hoc autem dico ſecundum veniam, non ſecundum imperium. Quis inquit Aug. eſſe peccatum neget, cum dari veniam facientibus Apoſtolica authoritas fateatur? Sed certe ibi Apoſtolus nihil de voluptate dicit, ſed de vitanda Sathanæ tentatione, propter quẽ finem ad coniugem accidere licitum procul dubio eſt, vt in materia de matrimonio cum alijs docuimus. Indulgentia autem aut venia in Paulo non peccati remiſſionem, ſed operis illius permiſſionem, conceſſionem, aut etiam conſilium ſignificat, vt Salmeron eodem cap. diſp. 10. in fine cum OEcumenio & alijs exponit & ex ipſo contextu perſpicuum eſt. Probat etiam Auguſt. illo. c. 78. Enchiridij, ex 1. Cor. 6. eſſe peccatum aliquod leue in iudicio cum altero contendere, ſaltem ex amore rerum ad ſæculum pertinentium. Ait enim Paulus: quare non magis iniuriam accipitis, quare non magis fraudem patimini. *De* quo loco vide Salmeron. 1. Corinth. 6. diſp. 9. Addit Auguſt. in Enchirid. c. 79. quædam eſſe, quæ leuiſſima putantur, niſi in ſcripturis demonſtrarentur opinione grauiore, quis enim dicentem fratri ſuo, fatue, reum gehennæ putaret, niſi veritas diceret. Matt. 5., idem ait de obſeruatione menſium & annorum: quam eſſe peccatum mortale colligit ex Galat. 4. refertur Aug. c. quis exiſtimaret. 16. q. 7. ¶ 1. Aliquod peccatum eſſe mortale colligitur ex eo quod materia grauis ſit & expediat ad cõmune bonũ & gloriam Dei in ea eſſe grauem obligationem. Sicut expedit in materia religionis, iuſtitiæ, miſericordiæ, fidei, obedientiæ, caſtitatis & charitatis. In veracitate autem, eutrapelia & liberalitate, qua parte opponitur prodigalitati, non expedit obligationem eſſe grauem, quare etiam ſi quis prodigat magnam pecuniam vel famam, non propterea peccabit mortaliter, niſi per accidens aliquid aliud adiungatur, quia licet materia ſit grauis, tamen in tota illa expedit obligationem eſſe leuem. ¶ 3. Ex auctoritate Eccleſiæ, ſanctorum, & ſcholaſticorum.

57
4. Con. Dico. 4. in aliquibus peccatis nulla eſt materia leuis, vt in homicidio & infidelitate, fornicatione, pollutione. Ita communiter recentiores & aliqui addunt, odium Dei, ſed nõ caret difficultate, quia velle aliquam alioqui leuem Dei offenſam vel inobedientiam, eo quod eſt malum, licet extrinſecum Dei, qui me punit, eſt velle illud ex odio, tamen non videtur mortale ſed veniale ob leuitatem materiæ: homicidium etiam hominis quem euidenter ex reuelatione Dei ſcio intra horam eſſe alioqui moriturum, & quod ſine magno cruciatu, aut incommodo fieret, videtur veniale ex leuitate materiæ. Sed de hac re nihil modo definio.

Dico. 5. ex parte materiæ non ſolum eſt cõſideranda quantitas abſoluta, ſed etiam proportionalis, quando ex illa creſcit ipſa iniuria. Idem enim verbum magis eſſet contumelioſum, vel diffamatorium reſpectu vnius quam reſpectu alterius, vt ſi de prælato eccleſiaſtico, vel rege dicatur eſſe mendacem, vel alapa ipſi infligatur, maior erit contumelia, vel infamia, quam ſi hæc dicantur, vel fiant circa hominem plebeium, in furto etiam attendenda eſt quantitas proportionalis quando ex ablatione eiuſdem quantitatis pecuniæ vnus patitur maius detrimentum quam alius, quia vnus cogetur ieiunare vel nimis abſtinere aut aliqua incommoda ſubſtinere; non vero alius. Imo aliqui dicunt, nullam eſſe certam quãtitatem furti abſolutam, quæ reſpectu cuiuſcumque, quantumcumque diues fingatur, ſufficiat ad peccatum mortale. Sed hoc ego falſum credo, vt in materia de furto dicam. Illud quoque certum puto, materiam, quæ eſt grauis reſpectu rapinæ, poſſe eſſe leuem reſpectu furti, & quæ eſt grauis reſpectu furti facti cum animo non reſtituendi, poſſe eſſe leuem reſpectu furti facti cum animo reſtituendi. Sunt etiam nonnulli, inter quos Valentia loco citato, qui putant, Deum in materia leui ponere poſſe obligationem grauem, & reuera fuiſſe impoſitam in abſtinentia à ligno ſcientiæ, ita vt vnius tãtum pomi eſus propterea fuerit grauiſſimum peccatum mortale, & aliqui dicunt idem in humanis præceptis poſſe contingere; quod tractatu de legibus examinabo, & ibidem cõſtabit non ſolum excuſare ab impletione præcepti humani cauſam rationabilem & iuſtã, vel quam bona fide putat quis iuſtam, vt docent Valentia ſupra, & Caiet. verbo præceptum & 2. 2. q. 143 a 3. Nauarro in Manual prælud. 9. n. 14. et alij, ſed etiã ab impletione præcepti diuini: alioqui talis cauſa rationabilis et iuſta nõ eſſet ſic ex cauſa rationabili: licet non baptizati vel non confiteri etiam in articulo mortis, etc.

Dico. 6. quanta debeat eſſe libertas aut deliberatio, vt actus aliquis malus peccatum mortale ſit, ſolus Deus nouit, ſcimus, eam quę prorumpit in externos actus, vel diuturna eſt, communiter eſſe ſufficientem ad mortale, ſed de ea quæ interius manet, et ſubita eſt, quãdo ſit tanta, quantã mortale peccatum requirit, ignoramus. Sunt qui ſentiant, in materia leui, niſi plena ſit deliberatio, nullum prorſus eſſe peccatũ, ſed id omnino falſum eſt, nã omnis actus, qui libere attingit malum obiectũ, vt ſic, eſt act⁹ moralis rõe libertatis et mal⁹ rõe obiecti turpis apprehẽſi: ergo eſt pecc.

SECT.

tione gratiæ & gloriæ, & æterna poena damni, eo ipſo eſt dignus æterna poena ſenſus, maxime ſecundum cõmunem ſententiam, quæ ait, culpa habituali etiam veniali durante in æternum, poenam ſenſus debere eſſe æternã: ergo illius peccatum reuera eſſet mortale. Conf. nam ſi quodlibet peccatum agnoſcentis Deum, ſi materia eſt grauis, mortale eſt; ignorantis autem inuincibiliter Deum veniale: ergo ſi ignorans inuincibiliter *Deum* ſumma crudelitate, & libidine vellet deuaſtare plurima regna, minus peccaret, minuſq. puniend⁹ eſſet, quam qui Deum agnoſcens, ſemel fornicaretur, quod eſt incredibile: ergo. Et hæc videtur ſententia patrum, quia pro eodem ſumunt peccatum graue, & mortale, leue, & veniale: ergo cum in eo euentu quædã peccata eſſent grauia, etiam eſſent mortalia. Et ſane ſi daret cognitio, & conſideratio *Dei*, etiam ſi daretur ignorantia, vel inconſiderãtia inculpabilis diuinæ legis, peccatũ aliquid haberet vnde contrahere poſſet infinitaté, q̃ aduerſarij petũr in p.m. ſcilicet, *Deũ* qué homo agnoſceret eſſe infinitę dignitates, & offẽdi blaſphemia, odio ipſius, infidelitate, idololatria, &c. Ergo dari poſſet aliquod peccatũ mortale, & dignum æterna poena damni, & ſenſus: quo enim perſona offenſa grauior eſt etiam eius offenſio eſt grauior, licet contra
61 eius leges non ſit, ſed alterius vel rationis.

Ad fundamentum autem aduerſariorum Reſpond. ex infinitate perſonæ offenſæ contrahi infinitatem quandam, quæ quidem nõ eſt infinitas ſimpliciter, ſed ſecundum quid, & eſt communis peccato mortali, & veniali, quod fit cum cognitione, & conſideratione Dei, & diuinæ legis, præſertim quãdo directe eſt contra *Deum*, vt motus ſemiplene deliberatus odij *Dei*, infidelitatis, deſperationis, blaſphemiæ, idololatriæ, &c. Vel motus plene deliberatus negligendi in materia leui diuinum cultum, & ſimilia, quæ ad debitum *Dei* honorem, vel gloriam pertinent. Vnde ea infinitas ſecundum quid, & obiectiua nõ ſufficit ad conſtituendum peccatum mortale aut reddendum hominem dignum æterna poena damni, & ſenſus, ſed aliunde prouenit, vt diſp. præcedenti dictum eſt.

62 Sed dicunt aliqui homicidium, quod committeretur cum ignorantia, vel inaduertentia inculpabili, & Dei, & diuinæ legis, licet reuera eſſet peccatum mortale, dignumque priuatione gratiæ, & gloriæ, & poena æterna damni ac ſenſus, tamen non fore complete peccatum mortale, quia careret quadam notabili malitia, imo & infinita, quam habet peccatum commiſſum cum ſciẽtia & cognitione *Dei*, non enim eſſet iniuria *Dei*, ſicut eſſet in alio euentu. Et aliqui dicunt illam malitiam ſpecialem eſſe iniuſtitiæ, alij eſſe odij Dei, & contra charitatem Dei. Sed hæc doctrina ſingularis eſt & falſa omnino. Probatur. 1. quia ſic paſſim homicidia, adulteria, &c. eſſent quidem peccata mortalia, ſed incompleta & habentia notabiliter aut infinite minoré malitiam quam commiſſa cum cognitione Dei, & diuinæ legis, & denique carentia quadam ſpeciali malitia notabili vel infinita, quæ quidem quãdo adeſt, eſſet in confeſſione exprimenda, ita vt homo deberet dicere occidi vel adulterium feci cũ cognitione Dei, vt infiniti & diuinæ legis. Hoc autem eſt contra communem vſum & ſenſum totius eccleſiæ: ergo. ¶ 2. Quia ſi peccatum graue ex eo quod fiat cum cognitione Dei, contrahit ſpecialem malitiam contra charitatem vel iuſtitiam erga Deum: ergo ſimiliter peccatum leue: par enim ratio eſt, quod tamen aduerſarij negant aſſerentes, eam ſpecialem malitiam eſſe communem omnibus peccatis grauibus cum cognitione Dei cõmiſſis, & eiuſdé ſpeciei in omnibus, & minime reperire in peccatis leuibus, ideoq. ſemper differre ſpecie ſecundum illam ſpecialem malitiam. ¶ 3. Quia ſic omne peccatum ſaltem graue commiſſum cum cognitione Dei haberet duplicem malitiam grauem & mortalem, quod nouum & inauditũ eſt. ¶ 4. Quia qui ſcienter violat legem hominis, non agit contra charitatem, vel iuſtitiam illius, ſed contra virtutem in cuius materia eſt præceptum illius: ergo nec qui violat legem Dei agit cõtra charitatem vel iuſtitiam Dei, ſed contra illam virtutem in cuius materia eſt præceptum Dei. Confirmatur quia eiuſdé omnino ſpeciei eſt homicidium prohibitum à ſola ratione, & à Deo vel homine, aut etiã angelo cuiuſcumq; hierarchię ordinis, & gradus, ſi iuriſdictioné haberet: ergo ex eo quod quis ſciat & conſideret eſſe prohibitum à Deo, non contrahit ſpecialem malitiam contra charitatem & iuſtitiam Dei, ſed adhuc eſt contra ſolam iuſtitiam hominis ſeu contra ius quod ratio, & lex Dei vel hominis, vel Angeli illi contulit.

¶ 5 Si ex eo quod peccatum ſcienter committitur contra legem Dei, ſpecialem habet malitiam: ergo omnia peccata quæ directe ſunt contra Deum, vt odij, infidelitatis, irreligionis, &c. habebunt duas malitias ſpecie diſtinctas, vnam ſumptam à perſona diuina ſecundum ſe, aliam vero ab eadé vt legiſlatrice: quod non eſt admittendum. ¶ 6. Quia quando ſeruamus legem *Dei*, non exercemus erga illum virtutem ſpecialem iuſtitiæ: ergo nec quando illam violamus, exercemus ſpeciale vitium iniuſtitiæ, ſicut nec ingratitudinis, vel odij, &c. & alioqui omne

pecca-

peccatum ſcienter commiſſum contra legem Dei, præter deformitatem ſumptam ex propria materia, vt furti, homicidij &c. haberet tres illas deformitates iniuſtitiæ, odij, ingratitudinis, vel etiam alias impietatis, irreligionis, &c. Quod eſt plane abſurdum & ſequela patet quia non eſt maior ratio de vna quam de alia. ¶ 7. *Si* vera iniuſtitia erga Deũ eſſe poteſt & in quolibet peccato inuenitur, vt eſt contra legem Dei; ſequitur, in multis pecatis aliam ſpeciem iniuſtitiæ erga Deum inueniri, vt ſunt contra dominium Dei. v. g. cum quis ſe occidit, vel inutilat invito Deo, quia ipſe ſolus eſt Dominus vitæ & membrorum. Imo quoties quis inuito Deo abvtitur pecunia vel fama vel potentijs ac membris corporis, & cum alium occidit, mutilat ſpoliat, infamat, &c. Quia ipſe eſt ſupremus omnium Dominus, & reſpectu illius nullus habet ius & dominium, ſed tantum reſpectu aliarum creaturarum, quæ iniuriam homini irrogant priuando illum fama, bonis fortunæ, &c. hoc autem eſt falſum: ergo nec ex eo quod quis faciat contra legem Dei committit ſpeciale peccatũ iniuſtitiæ contra Deum, ſed tantum generali ratione, qua omne vitiũ appellatur iniuſtitia & omnis virtus iuſtitia.

Conf. nã ſatisfacere Deo pro offenſa propria, non eſt actus iuſtitiæ propriedictæ ſicut ſatisfacere hominibus: ſed pertinet ad virtutem pœnitentiæ, & ſimiliter dare Deo debitum honorem non pertinet ad virtutem iuſtitiæ propriedictæ ſed ad religioné ergo nec obedire *Deo* pertinebit ad iuſtitiam aliquã proprie dictam erga Deum, nec violare eius legem ad peculiarem iniuſtitiam: erga eundem, ſed ad vitium, in cuius materia præceptum extiterit, vel ad ſpecialem inobedientiam, ſi fiat ex affectu repugnandi præcepto, ſeu non ſubijciendi ſe illi.

63 8. Pro nobis eſt Zamel hac. q. 88. a. 2. in commentario. Refert enim ſententiam aſſerentium omnia mortalia eſſe eiuſdé ſpeciei atomæ in malitia auerſionis ab vltimo fine, ſcilicet Deo, & in hac malitia differre ab omnibus venialibus, eamq pertinere ad odiũ Dei, quia ad idem vitium pertinet malitia circunſtantiæ volitæ directe & volitæ indirecte. Et ait, eam opinionem nunquam ſibi placuiſſe, quia furtum graue & leue, deliberatum & indeliberatum ſolum differunt in quantitate materiæ, vel deliberationis, quantitas autem non trahit ad aliam ſpeciem, ex D. Thom. quæſt. 7 artic. 3. ad. 3. & quæſt. 18. art. 11. ait etiã, totam malitiam peccati mortalis conſiſtere in oppoſitione plene deliberata, & in materia graui ad legem, ſeu rationem, venialis autem in oppoſitione ad legem ſeu rationé in materia leui, vel ſine plena deliberatione, & ideo nullam eſſe ſpeciem malitiæ in peccato mortali, quæ non ſit in veniali, ſed quæ in vno eſt magna & grauis, in alio eſt modica et leuis: effectu autem ſunt diuerſi ſpecie, quia vnum peccatum priuat. gratia & gloria & ſubijcit æternæ pœnæ, aliud vero nõ, ſed corporali. Sic priuatio formæ non ſequitur ad eſſentiam caloris, ſed ad gradum, quantitatem & intenſionem certam ipſius, & mors non ſequitur ad eſſentiam febris præciſe, ſed ad febrem intenſam in certo gradu, & vir generat non vero puer, quanuis eſſentia & natura vtriuſque ſit eadem.

SECTIO. XXIII.

Vtrum veniale peccatum ſit diſpoſitio ad mortale & qua ratione.

Reſp. cum D. Thom. hac. q. 88. art. 3. 64
Caie. Contra. Med. Zumel, Vazq. & alijs ibi, Valen. diſp. 6. q. 18. pu. 2. in fine. *A*nton. 1. p. tit. 10. c. 1 §. 3. Angl. 2. d. 37. q. 9. a. 1. diffic. 2. con. 2. Sebaſt. Medices in ſum. peccat. p. 1. tit. 1. q. 11. Sayr. lib. 2. c. 13. nu. 17. Veniale diſponere ad mortale. Quod quidem de veniali ex indeliberatione reſpectu mortalis, quod plena deliberatione verſatur circa idem omnino obiectum, & de veniali ex paruitate materiæ reſpectu mortalis, quod in eadem ſpecie verſatur circa magnam materiam, res eſt clara: tum quia talia venialia generant vel augent habitus vitioſos ad talia mortalia ſe extendentes: ergo promptiorem reddunt animum ad illa: tum quia vnũ poteſt tranſire in aliud accedente deliberatione plena, vel extenſo actu ad maiorem materiam, aut certe voluntas furandi quid leue, per ſe ipſam & immediate inclinat animum ad voluntatem furandi quid graue propter ſimilitudinem, vt hic etiam locum habeat quod Ariſto. de elementis dixit, inter ſymbola faciliorem eſſe tranſitum. Et qui furta leuia commiſit, cum maneat inclinatus ad retinenda omnia illa, facile labitur in. p. m. vnius retentionis omniũ, quæ quatuor peccatis venialibus furatus eſt. Sed idẽ d veniali ex obiecto probatur: quia hoc in mortale ex circuncunſtantia facile tranſit, nam qui mendacijs aſſueſcit, non recedet ab eis, etiam ſi in damnum proximi eſſe conſpiciat, nec dubitabit cea iuramento confirmare. Item ad conſequẽdum obiectum p. v. fieri ſolent multa. p. m. Item multa venialia ſunt occaſiones mortalium, vt curioſus aſpectus pulchræ fœminæ, lectio rerum turpiũ, auditio vel prolatio verbi obſceni, ſeu laſciui. &c. Itẽ dum venialia cõmittuntur, creſcunt amores creaturarum,

quibus

quib. à Deo retrahimur,& animus minus firmatur in virtute minuſq. augetur in eo charitas,quã ſi bona opera peccatis venialib. contraria exerceret,vnde facile labitur homo in m.præſertim cũ Deus propter venialia,multa neget auxilia,quæ concederet vitãti illa. His ergo modis veniale eſt diſpoſitio,via,inchoatioq. reſpectu mortalis Quod confirmari ſolet ex illo eccl.19. *Qui modica ſpernit,paulatim decidit*. Vbi quamuis de temporali lucro operarij ſermo ſit,tñ ſentẽtia generaliter prolata eſt,& ideo de venialibus peccatis intelligi etiam poteſt cũ D.Tho.& alijs dicto.a.3. Greg. 10.moral.c.14.&'3 p.paſtoralis admonitio. 34 gloſſa ordin.Lyra,& Ianſenio.ibi.

65 Id ipſum ex alijs patrib.confirmatur. *A*ug. enim ſer. 44. de tẽpore poſt mediũ, Noli, inquit,deſpicere peccata tua , quia parua ſunt, nã etiã pluuiarũ guttæ , ſed flumina cõplent, & moles trahunt,& arbores cũ ſuis radicibus tollunt,& in id pſ. 66. gentes in terra dirigit, docet,quotidie orationib. & ieiunijs exhauriendã eſſe aquam,quæ per rimulas intrat in ſentinas,ne obruat,& in id pſ.39.Cõprehenderunt me iniquitates meæ, &c. multiplicatæ ſunt ſuper capillos capitis mei, inquit ſi vitaſti grandia,caue ne obruaris arena. Vide illũ ſerm.88.de tẽpore prope initium, & ſer.41. de ſanctis.tract.12. in Ioan. pſ. 129. lib. de decem chordis.c 11. & epiſt. 108. ad Seleucianam , & habetur.c.tres ſunt de pœnit.d.1.ſer.4.de igne purgatorij.& 21 ciuit.c.27.Chryſoſt. ſerm. de ſeuum peccatorum periculis, & hom. 87. in Math.& 8.in.1. ad Corinth. & 1. ad Populum Antiochenum,& ho 2.in Geneſim,& Hieronym.ad Celãtiam ep.1. c. 1.& epiſt.ad Cteſiphontem,& in epitaphio Nepotiani.Bern. in id cantic. Tempus putationis aduenit. ſer.59. virtutem ait languere,& ſuffocari,niſi crebro amputentur ſurgentium vitiorum capita. Aliqua ex his locis habet Caniſius in catechiſmo.c.de expiatione peccatorum. §. 2. Vide etiam Iſidorum.3. ſentent. ſiue de ſummo bono.c.10.Baſil. oratione.3.de ieiunio.prope initium,& in regulis breuiorib. interrogatione. 4.Nazian. Cæſarium, Euſebium Emiſſen.Ioã. Climacum. Plutarchum,Senecam,Plautum. Plinium,& Eraſmum,apud Carthuſ.1.d.17. q. 9 § hæc poſitio,& apud Medinam , & Zumelem illo.ar.3.qui de vitandis leuibus peccatis multa dicunt,& non raro docent,peccata leuia ad grauia diſponere.

66 Aduerte autem ex *D*.Tho.illo.a.3.ad.3. bonum opus poſſe etiam diſponere ad mortale, non per ſe ſicut diſponit peccatum veniale, ſed per accidens, quia ex eo occaſio ſumi põt peccandi mort. Si obijcias,peccatum veniale nõ diſponere directe ad mortale,vt inquit,D. Thom. in corpore eiuſdem articuli : ergo tũ diſponit indirecte ac proinde per accidens ſicut interdũ opus bonũ. Reſpõdet Vaz. 1. cũ Conr.& D Tho.ſolũ loqui de veniali ex genere,vt patet ex contextu & docent etiam Cai. & Zumel, nam de veniali ex leuitate materiæ vel imperfecta deliberatione clarum erat diſponere directe:non vult ergo *D*.Thom.ad 3. veniale ex genere diſponere per modum cauſę per ſe ad mortale,ſed ex ſe habere quod diſponat indirecte,bonum autem opus id habere ex malitia operantis;qui ex bono,vnde occaſionem boni deberet ſumere , ſumit occaſionem mali. § 2.Reſpondet Vaz.*D*.Tho.in corpore non docuiſſe quod veniale ex genere ſemper diſponat indirecte , ſed interdum diſponere indirecte, nimirum remouendo prohibens,ſcilicet feruorem charitatis & actualem timorem Dei, quibus impediri poſſet p.m.interdum vero directe & per ſe,cum tamen opus bonum nunquã directe & per ſe diſponat ad p.m.ſed tantum indirecte,per accidens,& occaſionaliter. Priorem interpretationem magis probat Zumel,licet paulo aliter illam explicet. Aliam expoſitionẽ habet Cai.Sed non oportet in his rebus,quæ parui ſunt momẽti,nimis immorari. Quomodo autẽ ex virtutibus occaſio elationis ſumitur,tra 67
ctat Caſſia.li.11.p multa capite,& coll. 5. c.10.

*A*duerte etiam.p.v.non diſponere ad mortale,ſicut ſumus calor diſponit ad formã ignis:tũ quia pluribus cõmiſſis,non eſt neceſſarium cõmitti mortale:tũ quia mortale quandoq. cõmititur nullo præcedente veniali. Vnde veniale non eſt ad mortale neceſſaria,aut neceſſitans diſpoſitio,ſed tantũ quaſi reddẽs animũ faciliorẽ & propenſiorẽ ad p.m. §3.Aduerte,non quoties veniale diſponit ad mortale,conſtituere in magno,& aperto vel probabili periculo illius,ac proinde nec effici mortale ratione periculi præuiſi.

SECTIO. XXIIII.

Vtrum idem numero actus poſſit de v.p. fieri peccatum mortale.

D. Tho. hac.q.88.a.4.plane docet idẽ numero peccatum ſiue internum,ſiue externum.non poſſe de veniali in mortale tranſire,ita vt idem prius veniale ſit , poſtea vero mortale. Idem videntur ſentire Altiſio. lib.2.tract.28.c.4.q.2.Gerſon alphab.61. lit.C. Alber.2.p.tract.18.q.114 memb.4.a. 4. Anton, 1.p.tit.10.c.1.§ 3 Palud.4.d.16.q.1.in fine.Rich. a.2.q.2.Ægid.2.d.24.p.2.q.2.a 5.Vale. hic diſp. 6.q.18.pun.2.Conr.hac.q.88.ar.4. Vig c.18 §.3. in prin.Sylu,verbo pecatum. §.4. Fauent qui dicunt,actum internum non poſſe eundem 68

numero

numero fieri de bono malũ, quos retulimus tract. de bonitate & malitia humanorum actuum, nam eadẽ eſt ratio, idemq. vtriuſq. ſententiæ fundamentum, nimirum, quia vt actus tranſeat de bono in malum, vel de veniali in mortalem, debet mutari voluntas attingẽdo obiectum ſub aliqua conditione, vel circunſtantia, ſub qua antea non attingebatur, quia non cognoſcebatur, ſi autem voluntas mutatur, iam actus eius eſt alius numero: ergo idẽ numero actus internus non tranſit de bono in malum, nec de veniali in mortalem.

69 1. Con. Dico tamen. 1. actum externum, vel etiam internum alterius potentiæ quam voluntatis eundem numero in eſſe naturæ, poſſe de veniali fieri mortalem. Ita tenet Vaz. diſp. 145. c. 2. dicens, eſſe omnibus ſcholaſticis indubitatum. Idem tenent Zumel art. 4. Victoria Valen. & alij recentiores & Palud. Ægid. Anton. & Rich. ſup D. Tho. hac q 2. 4. Azor to. 1. lib. 4. c. 9. q. 9. Probatur quia eadem numero operatio perſeuerans quæ prius erat venialis, adiũcto fine mortali fiet mortalis, ſimiliter concupiſcentia appetitus ſenſitiui, quæ prius propter imperfectum conſenſum rationis & voluntatis erat venialis, accedente pleno cõſenſu fit mortalis, vt ex D. Tho. Bona. Contad. & alijs referemus.

2. Con. Dico. 2. actum elicitum voluntatis eundẽ in eſſe naturæ, poſſe trãſire de veniali in mortalem, Almai. 3. mor. c. 21. Victo. Zum. & Vazq. ſup. & pleriq. recentiores Thomiſtæ, & docere debent, qui aſſerunt, poſſe eundem actum elicitum voluntatis in eſſe naturæ ſpectatum tranſire de bono in malum, vt Caiet. & Med. q. 19. a. 1. & q. 20. a. 6. Duran. 2. d. 40. q. 3. Carthuſ. Bon. Sotus Maior & Capreol. citati a Vazq. ſup. & diſp. 56. c. 2. & a nobis tract. de bonitate & malitia humanorum actuum, ſed Paluda. ſupra, videtur ſentire, eundem numero actũ internum non poſſe tranſire de bono in malum, nec de veniali in mortalem: ſed vtrumq. eſſe poſsibile, breuiter probatur, quia mutata conſcientia poteſt perſeuerare idem numero actus elicitus voluntatis, illa autem mutatiõ ſufficiet, vt operatio quæ erat bona fiat mala, & quæ erat venialis fiat mortalis: ergo idem

80 numero actus voluntatis trãſibit de bono in malum, vel de veniali in mortalem, & quod mutata conſcientia perſeuerare poſſit eadem numero operatio elicita voluntatis, patet quia poteſt manere idem obiectum materiale & formale, ita vt voluntas idem velit, & ex eodem motiuo, ſeu fine intrinſeco, quamuis varietur finis extrinſecus, vel cernatur de nouo obiectum eſſe prohibitum, aut alio modo prohibitum, aut cernatur in eo aliqua circunſtantia, quæ antea non cernebatur: ergo operatio elicita voluntatis eadem numero erit, quia non variatur ſpecifice aut numerice niſi variato obiecto materiali, quod in ſe ipſo attingit, vel formali, ſub quo & ratione cuius attingit materiale.

3. Dico eundem actum externum in genere moris fieri poſſe de veniali mortalem, ita 70 3. Con.
vt non amiſſa ſpecie morali, in qua erat p. veniale, fiat mortale; ita Vazquez, Victor. & alij. Patet, ſi retento priori fine & motiuo imperetur à voluntate ex alio fine & motiuo mortali, vel actus interior, quo imperabatur, fiat de veniali mortalis.

4. Dico eundem actum internum in eſſe 4. Con.
moris ſpectatum fieri poſſe de veniali mortalem in ſenſu præcedentis concluſionis. Ita Victor. Vazquez, Zumel, Almain. & multi alij. Prob. quia idem actus elicitus voluntatis, qui prius erat peccatum veniale ex indeliberatione vel paruitate materiæ, redditur mortale peccatum adueniente deliberatione vel extenſione ad grauiorem materiam, vt eadẽ numero viſio poteſt fieri clarior & ad maiorem materiam extendi. Idemque contingere poteſt adueniente noua prohibitione vel eius cognitione, vt volitio comedendi carnes intemperate tali hora, quæ erat p. v. fiat. p. mortale intra eandem ſpeciem moris adueniente præcepto prælati vel eius cognitione, adueniẽte autem voto vel iura merito fiet. p. mortale alterius ſpeciei retẽta ſpecie, in qua erat & adhuc manet peccatum veniale. Ex intenſione autem vel duratione actus elicitus voluntatis non poteſt fieri de veniali mortalis ſecundum Vazq. & quod attinet ad intenſionem putat eſſe contra Bon. 4. d. 16. p. 2. ad. 3. q. 1. vbi ait, propter nimiam libidinem vel voluptatem veniale poſſe fieri mortale. Idem ſub expreſſo nomine maioris intenſionis docuit Zumel, ſed magis probo opinionem Vaz. alioqui q magna intẽſione vellet iocoſe mentiri vel acum furari vel imperfecta deliberatione occidere, peccaret mortaliter: quod eſt abſurdum vide infra ſect. 29. Item internus actus venialis, ſi imperetur actu mortali, idem manens in genere moris tranſibit de veniali, in mortalem, ſiue addita noua ſpecie ſiue intra eandem. Item quando prohibitum primo ſub veniali, poſtea prohibetur ſub mortali & materia eſt capax vtriuſque obligationis, quia eſt grauis, tunc veniale intra eandem ſpeciem tranſit de veniali in mortalem. Idem eſt ſi ignorantia leuiter culpabilis tranſeat in grauiter culpabilem. Vel ſi actus venialis de nouo ſit, vel intelligatur inducere notabile periculum peccati mortalis, aut qui non intelligebatur fieri in loco ſacro vel cum ſcandalo, iam ſic fieri intelligatur.

Ex quibus colliges, falſo Sayrum lib. 2. c. 13. nu.

Digitized by Google

nu.15.dixiſſe, nullum peccatum veniale idem numero manens in eſſe moris, poſſe fieri mortale, vel econtra & contrariam opinionem ſine vllo ſolido fundamento traditam eſſe à Vazquez, & eſſe contra *D.*Thom. Altiſiodo. Gerſon. Valent. Antonin. Conrad, ſupra, & Bonauentur. 4. diſtinctione. 16. parte. 2. artic. 3. quæſtio. 1. ad. 2. numero. 90. (quem Saytus ait, falſo à Vazquez pro contraria ſententia citatum) Alenſ. parte prima quæſt. 19. membro. 2. & parte. 2 quæſtione. 107. mem. 3. Medina. 1. 2. quæſtio. 19. artic. 1. difficul. 3. con. 1. Item ait Saytus eius ſententiam non ſolum eſſe veram de actibus internis voluntatis, in qua re cum D. Thom. conuenit Richard. 2. diſtinctione. 40. articul, 2. quæſtione prima, Capreol. quæſtio. vnica concluſione. 3. & ad argumenta contra illam. Fer. 3. contra gen. capit. 10. §. circa. 3. ſed etiam de actibus externis voluntatis: quia operatio exterior habet eſſe moris ab affectu: hic autem ſemper eſt alius numero, cum actus tranſit de bonu in malum, vel de veniali in mortalē, aut econtra, vt fatetur Durando. 2. diſtinct. 40. quæſtione. 3. numero. 4. in fine, licet initio videatur oppoſitum dicere. Sed certe Saytus non intellexit Durand. aperte enim docet, eundem actum numero internum voluntatis poſſe tranſire de bono in malum, in quibuſdam caſibus, licet in alijs neget, & Bonauentura ſolum dicit, peccatum veniale per eſſentiam, non poſſe fieri mortale per eſſentiam; ſed alijs modis. Alenſ. male citatur, *D.* Thom & multi alij male exponuntur: ratio Sayri friuola eſt, quia licet cum actus tranſit de bono in malum, de veniali in mortalem eſto daremus ſemper mutari aliquomodo cognitionē, non ſequitur, ſemper mutari volitionem in eſſe naturæ, imo nec moris, ita vt habeat aliam ſpeciem moris deſtructa priori.

Sed quid ſibi vult *D.*Thom. cum ait, eun-
71 dem numero actum non poſſe tranſire de veniali in mortalem? ¶ 1. Aliqui dicunt velle, veniale ex genere non poſſe fieri mortale ex genere, licet poſsit fieri mortale ex circunſtantia, ita illum interpretatur Vazquez, quãuis cum formidine. ¶ 2. Alij ipſum interpretantur, vt actus internus mere elicitus, qui nullomodo eſt imperatus, manens idem in eſſe moris non poſsit regulariter tranſire de veniali in mortalem, quia regulariter variatur motiuum. Sed hæc expoſitio non placet, quia nec regulariter variatur motiuum, nec ſi varietur, perit ſpecies malitiæ, quæ antea erat in actu: quocunque enim fine quis occidat, actus retinet ſpeciem peccati homicidij: magis conducit hoc ad defendendum, quod idem actus in eſſe naturæ non poteſt regulariter tranſire de veniali in mortalem, quia motiuum variat actum in eſſe naturæ, ſed falſum eſt, vt dixi, regulariter variari motiuum. ¶ 3. Alij interpretantur *D.* Thom. vt veniale præſertim ex genere, nunquam fiat mortale, niſi in voluntate ſit alius numero actus ſeu conſenſus formalis, vel interpretatiuis in illam circunſtantiam, qua peccatum transfertur de veniali in mortale, ac proinde niſi ipſe actus externus, qui erat peccatum veniale, ſit quaſi alius numero eo quod ſubeſt nouo conſenſui formali, vel interpretatiuo voluntatis, & hoc eſt eſſe alium moraliter, ſeu iuxta morem loquendi & communem æſtimationem hominum, & in hoc ſenſu idem actus in genere moris, non poteſt tranſire de veniali in mortalem, quæ explicatio eſt ipſius D. Thomæ de malo q. 7. artic. 3. & 4. & Victoriæ in hac quæſtione. 88. artic. 4. vbi D. Thom. illam inſinuat, & clarius Conradus & Medina, & iuxta eam explicari poſſunt alij auctores, vt Antonin. Paludan. Richard. Ægid. Viguerius, Valentia, & ſic etiam poteſt intelligi D. Thom. quæſtio. 20. articul. 6. dicens, eundem numero actum non poſſe tranſire de bono in malum.

Iuxta hæc explicari debet D. Thom. in 72
hac quæſtione. 88. artic. 4. ad 2. dicens, motum ſenſualitatis, qui erat peccatum mortale, eundem numero non fieri mortalem, quando accedit conſenſus rationis, qui eſt peccatum mortale. Non enim eſt ſenſus, quod motus ſenſualitatis, etiamſi conſeruetur per conſenſum formalem & poſitiuum, quo voluntas velit habere illum motum, non fiat peccatum mortale, hoc enim falſum eſt, vt docet Conradus ibi ex *D.* Thom. quæſtione. 74. articul. 8. ad. 2. ſed quod iam non cenſetur eſſe idem omnino actus; cum ſubſit alij actui voluntatis, quam quaſi inducit, & ita cenſetur alius actus, ita explicat Conradus.

Hinc etiam intelligitur Bonauentura. 4. diſtinctione. 16. parte. 2. artic. 3. quæſtio. 1. & . 2. diſtinguens triplex veniale. Primum ex ſurreptione, quod putat eſſe veniale, quia tunc vitari non poteſt, inſinuans ideo eſſe veniale, quia fuit liberum in cauſa. Secundum cogitationis & delectationis, quod putat eſſe veniale, quia non fit cum pleno conſenſu rationis. Tertium eſt veniale ex genere, quod eſt veniale, quia non eſt contra præceptum, ſcilicet, graue vt ebrietas (inquit) & mendacium iocoſum. Hoc ſuppoſito ait, cum quæritur, vtrum mortale fiat veniale? ſi quæſtio ſit, an hæc culpa per eſſentiam fiat illa Reſp. eſſe impoſsibile, ſi vero quæratur, an illud quod alias erat veniale, poſsit eſſe mortale. Reſpondetur veniale ex ſurreptione ſemper eſſe. v. ſci-

kee licet

licet dum manet illa ſutreptio, & defectus plenæ deliberationis: veniale vero cogitationis ſeu delectationis adueniente pleno conſenſu rationis & voluntatis fieri mottale, veniale vero ex genere fieri mottale propter nimiam libidinem & complacẽtiam, quo nomine non videtur Bonauentura intelligere intenſionem actus, ſed velle videtur quãdo veniale multum placet, ſæpe iterari & ideo inducere aliquod mortale, quia plura venialia obruunt, vt inquit Auguſt. non per ſe ſed quia diſponunt ad mortale non diſpoſitione neceſſitatis, ſed pronitatis. Hæc eſt ſententia Bonauenturæ ſumpta fere ex Alenſi. 2. parte quæſt. 124. alias. 107. membro. 3. & 1. parte quæſt, 19. memb. 8 & Altiſiod. 2. ſummæ, tract. 28. capit. 4. quæſt. 2. ſed aduerte, actum internum, qui eſt pecc. mortale ex fine proprio, nõ poſſe fieri venialem mutatione finis, quidquid dicat Almain. 3. moral. cap. 21. pro ſe citans Gab. probatur, quia mutato tali fine non manet ille actus internus, vt ſæpe docuimus hoc tract. & tom. 1. & ita tenet Azot tom. 1. lib. 4. cap. 9. quæſt. 9. citans Ochamum quodlib. 3. quæſt. 15. & Gab. 3. diſtin. 23. quæſt. 1. art. 1. & 4. diſtinct. 16. quæſt. 4. articu. 3. dubio. 4. Idem ait Azot quando mutantur aliæ circunſtantiæ: quod verum eſt, ſi in ſe ſunt volitæ, quia tunc tranſeunt in rationem obiecti: mutato autẽ obiecto in ratione obiecti, non manet idem actus: ſi autem mutatur finis extrinſecus, id eſt mutuatus ab alio actu interno imperante, poteſt idem actus internus tranſire de veniali in mortalem & econtra. Idem eſt variatis circũſtantijs, ſi non tranſeunt in rationem obiecti.

SECTIO. XXV.

Vtrum plura venialia poſsint conſtituere vnum mortale.

73 *1.Senten.* *1. Argum.* PRO parte affirmante eſt. 1. Aug. ep. 108. ad Seleucianam, vbi ait. Peccata venialia ſi crebra ſint, ita nos grauabunt, & oppriment, ſicut vnum grande peccatum. Refertur. ca. tres ſunt de pœnitẽtia diſtin. 1. vbi gloſſa ait, multa venialia conſtituere vnum mortale, quia ſingula quæ non pro ſunt, ſimul collecta iuuant. Eadem videtur doctrina Auguſt. tract. 12. in Ioan & tract. 1. in. 1. canonicam Ioannis. Pſalm. 118. concione. 3. & Pſal. 119. & lib. de decem chordis cap. 11. & ſerm. 244. de tempore, & ep. 29. ad Hieronymum. Sed præcipue ho. de igne purgatorij relata à Gratiano. diſt. 25. §. Nunc autem verſiculo alias. Vbi in numero peccatorum mortalium dicit conſtituendam eſſe ebrietatem, ſi aſſidua ſit. Vnde occaſionem ſumpſit Gratianus dicẽdi, multa peccata procedere ex deliberatione, quæ niſi ſæpius iterata, & in conſuetudinem deducta fuerint, non perdunt æternaliter. Fauet etiã Anſelm. in id Epheſ. 5. non habentem maculam, neque rugam.

Secundo, quod malitia mortalis eſt ſimpliciter finita: ergo tot poſſunt multiplicari venialia, vt eam adæquent. *2. Argum.*

Conf. Conf. quia furtum graue & leue ſolum differunt ex magnitudine & paruitate materiæ: ſed exceſſus materiæ ad materiam eſt finitus: ergo & peccati ad peccatum, ac proinde adeo poterit augeri venialium peccatorum numerus, vt vni mortali æquiualeant, & eodẽ modo arguitur de furto perfecte deliberato & non deliberato circa eandem materiam, nam exceſſus libertatis eſt finitus: ergo & malitiæ, & ſic compenſari poterit multitudine venialium,

Tertio, qui furatur ſingulis diebus aſſem, tandem cum collegerit magnam ſummam, erit in peccato mortali: tamen ſingula furta fuerunt venialia: ergo plura venialia conſtituunt vnum mortale, idem eſſet ſi ſingulis diebus vnum racemum ex vinea alterius furaretur, ſimile argumentum fit in eo qui vouit recitare ſemel quotidie angelicam ſalutationem; nam ſingulis diebus eam ommittens, ſemper peccat venialiter; tandem tamen erit in peccato mortali, & idem eſſet ſi vouiſſet dare quotidie vnum aſſem in eleemoſynam: nam tandem ea promiſſione neglecta peccatum mortale committeret. *3. Argum.*

Quarto, quia herus ita abijciet à ſe famulum, & amicus amicum propter multas leues offenſas, ſicut propter vnam graue: ergo & Deus. *4. Argum.*

Quinto, quia non eſt inconueniens ex multis numero vel ſpecie diuerſis, etiamſi non ſint ſimul, vnum aliquid artificiale, vel morale conſtitui, vt patet in domo reſultante ex varijs rebus & in contractibus matrimonij & ſimilibus, & in ſacramentis, quæ componuntur ex varijs conſenſibus, verbis, vel rebus non ſimul exiſtentibus: ergo non erit abſurdum dicere vnum peccatum mortale ex multis venialibus etiam diuerſo in tempore factis, coaleſcere, ſiue numero, ſiue etiam ſpecie diuerſis. *5. Argum.*

Certum tamen & indubitatum eſt, vt in-
inquit Medina quæſtione. 88. articul. 4. 74
Vega. 14. in Trid. capit. 11. multa venialia, nec *2.Opinio.*
for-

formaliter,nec virtute ſeu æquiualenter cõſtituere vnum mortale et ſecundum aliquns iuniores oppoſitum eſt in fide periculoſum.

Prob.1. Prob.1.quia incunctanter & vnanimi conſenſu doctores omnes docent,plura venialia vnum mortale non conſtituere D Thom.hîc art.4.&.2.diſtin.24.vbi Carthu.quæſt. vltima. Ægid.part.2.quæſtio.2.artic.5. & omnes alij. Sylueſt.Angel.Roſella,Armilla,Tabien.verbo peccatum.Bonauent.Palud.Richard. Antonin.Viguerius,Altiſiod.Almain.locis citatis ſectione præced.Scotus.4.diſtin.21.quæſt.1 Viual.in append.ad Candelab.cap.vlti. Ioan. Friburg. in ſum. confeſſorũ lib.3.tit.34. q.151. Couar.c.alma.§.7.num.6. Archid.c. tres ſunt de pœnitent.diſtin.1.& ibi Nauar.nu. 6. ſum. Piſ.v.peccatum num 2.Roſel.num.5. Antoni. 1.parte.titul.10.cap.2.Caniſ.in ſum.tit.de pec. capit.8.& alij quos refert & ſequitur Sebaſt. Medicis in ſum.peccat.par. 1.titul. 2. quæſt.11. Sayr.lib.2.cap.13.num.18.Vazquez diſput.146. cap.1 &.2.Nauar.Conſil.75.de regular.nu. 27. Caietan.Contad.Medina, Zumel, Valeotia, circa artic.4.quæſt.88.Azor tomo.1.lib.4.cap. 9.quæſt.12.Alen.4.pat.quæſt.15.memb. 3. art.1. 5.&.2 parte quæſt.107.memb.4.Angles.2.diſt. 37.quæſt.9.art.1.difficul.3.

Secundo quia Concil.Mileuit. cap.6. &.7. *Prob.2.* & Trident.ſeſſ.6.cap.11.& can.23.abſolute docent, in iuſto eſſe peccata venialia,& interdum patres docent,in hominibus iuſtis eſſe multa peccata venialia,iuxta id in multis offendimus omnes,& ſepties in die cadit iuſtus ergo nec multa peccata venialia excludunt gratiam,ac proinde non conſtituunt vnum mortale.

Prob.3. Tertio alias de neceſsitate ſalutis teneremur confiteri venialia, cum eſſent plura, & probabile eſſet iam cõſtituiſſe mortale:quod tamen eſt contra Trident.& vſum, ac traditionem eccleſiæ, & eſſet onus intolerabile plenumq. ſcrupulis.

Prob.4. Quarto impoſsibile eſt hominem non cõmittere multa venialia ſaltim longo tempore,& quando ſunt multæ tentationes & occaſiones,vt in ſæcularibus paſsim contingit ergo impoſsibile eſſet hominem diu in gratia conſeruari,quod eſt abſurdum.

Dices retractet ipſe & deleat per pœnitẽtiam peccata venialia, & ſic ſequentia cum prioribus vnum mortale nõ conſtituent.Cõtra,quia hoc eſſet valde difficile: difficillime enim exuit animus omnem prauum affectũ, vnde nunquam ſcriptura propter multitudinem venialiũ, quæ iuſto tribuit,docet,eum gratiam amittere,aut priuari gloria.

Quinto peccatum veniale meretur tãtum pœnam damni & ſenſus temporalem & finitam in duratione:ex pluribus autem meritis finitis non reſultat vnum meritum infinitum ergo nec ex multis peccatis venialibus vnum mortale. Conf.quia plura finita numero & magnitudine vnum infinitum exæquare non poſſunt:ſed peccatum mortale eſt infinitum quatenus meretur infinitam pœnam in duratione,venialia autem ſunt finita numero, et etiam magnitudine, quatenus ſolum merentur pœnam finitam in duratione:ergo nõ poſſunt collecta æquare ſeu conſtituere peccatum mortale. Conf.etiam quia nulla pœna peccati.v.eſt proportionabilis cum carentia diuinæ viſionis,vt oſtendit.S.Thom.ſupra,ex Chryſoſt.homil.47.ad pop.et 24. in Math. et ep.5.ad Theodor.aſſerente,hanc eſſe pœnam omnium maximam. Hæc autem reſpondet peccato mortali:ergo nulla venialia poſſunt æquiualere mortali.

Sexto ſi plura venialia funditus euertunt gratiam et charitatem:ergo ſingula eam minuent, et qui haberet maiorem gratiam et charitatem,tardius ex multis venialibus conflaret mortale,vel veniale æquale auferret ab eo maiorem gratię portionem,quam ab alio habente minorem gratiam. quæ omnia abſurda ſunt.

Septimo,cum numerus venialium requiſitus et ſufficiens ad mortale eſſet ignotus;quoties peccaremus venialiter,exponeremus nos periculo conſummandi peccatum mortale, et ſic peccaremus mortaliter: quod etiam eſt abſurdum.

Alia argumenta ommitto, quia minoris momenti ſunt,quibus Medina,alijque vtuntur.

Non tamen leue fundamentum noſtræ 75
ſententiæ eſt,nullum fuiſſe auctorem, quem ſciam,qui contrariam expreſſe tenuerit,quãuis enim venialibus minui charitatem non nulli ſenſerint:quod probabilius eſſe docuit Altiſiod.lib.3.tract.3.cap.5.et tenuiſſe videtur Dioniſ. Ciſtercienſis. 1.d.17.q.5. et probabile cenſuit Victo. relectione de augmento charitatis,parte ſecunda,tamen ipſimet docent, per venialia, quantumcunque multiplicentur,nunquam abſumi gratiam et charitatem; quia vel minuitur per partes proportionales minores ſemper ac minores,vel peruenitur ad minimam charitatem,quæ nec tolletur nec minuetur per venialia; quia illam radicitus euellere eſſet maior pœna, quam culpa venialis mereatur, eo quod ab illa pendeat æterna vita.Sunt etiam alij, qui dicant, vltimum peccatum, quo aufertur vltimo pars charitatis, quamuis alioqui eſſet veniale,tñ ex circumſtantia huius nocumẽti

Digitized by Google

mortale reddi. Ita Carthuſ.1.diſtin.17.quæſt.9.
verſus finem.§. inſuper dico, & ait expreſſe
traditum eſſe à ſanctis in verbis quæ ipſe re-
tulerat, & à nobis initio huius ſectionis ad-
ducta ſunt, quæ tamen tantum ſuadent ve-
nialia eſſe diſpoſitionem inclinantē ad mor-
tale. Cæterum venialia charitatem minuere
fuiſſe videtur aliorū ſententia, nam ſuppreſ-
ſis auctorum nominibus eam referunt Pa-
lud. & Victo. ſupra, & Bañes 2. 2. quæſtio.24.
art.10. eam tribuit doctori euidam Pariſienſi.
Vbi tamen D.Tho. & omnes docemus, cha-
ritatem venialibus non minui. Quod eſt com
mune.1. diſtin. 17. vbi Bonauent. & Durand.
Gab.4.diſtin.16.quæſt.5.artic.1. Capreol. ead.
diſtin.ad.5. Conrad.1.2.quæſt.89. art.1. Albert.
Ægid. Palud. Pariſienſis & alij apud Carthuſ.
ſupra, & probatur, quia peccatum leue non
meretur tam grauem pœnam, nec expediret
propter venialiā paulatim amitti omnes vir-
tutes infuſas. Et gratiam, & vltimū.p. alias ve
niale non poſſet eſſe mortale ex circunſtan-
tia damni, niſi Deus præter exigētiam rerum
pro culpa leui imponeret pœnam grauiſſi-
mam, aut plus damni inferret quam peccata
ipſa mereantur, & qui inuincibiliter ignora-
ret tale damnum, vel de illo non cogitaret,
non peccaret mortaliter, quia ei non impu-
taretur tale damnum imo etiam ſi illud ſci-
ret non peccaret mortaliter, quia cum tale
damnum facile per pœnitentiam poſſit repa-
rari, non aggrauat notabiliter peccatum, nec
transfert illud à veniali in mortale, ſicut nec
peccatum mortale modo aggrauatur nota-
biliter ex eo quod fiat ab homine iuſto, qui
per illud amiſſurus eſt gratiam. Deinde ſi poſt
certum peccatorum numerum, quod alioqui
eſſet veniale, fieret mortale, cum ſemper ti-
meri poſsit, veniale, quod committitur im-
mediate ſequi poſt talem numerum, ſem-
per timeri poſſet, ac quæ alioqui eſſent ve-
nialia, fiot mortalia, quod eſſet duriſſimum:
ergo quod alioqui eſſet veniale, ratione talis
nocumenti non fit mortale.

76 Ad primum argumentum primæ opinio-
nis Reſpondetur cum *D.*Thom. quæſt.88. art.
4. ad.1. Antonin. Medina, Armil. Paludan. Ve-
ga, Conarrub. Nauar. Friburg. Vlual. & fere
omnibus citatis pro.2. ſententia, Auguſtinum
ſolum intendere, venialia neglecta & multi-
plicata ſolere per modum cauſæ diſpoſitiuæ
efficere ſeu inferre aliquod mortale, & hanc
eſſe eius mentem plane colligitur ex locis ci-
tatis; ſed maxime ex lib de pœnitentiæ medi-
cina cap.2. & 3. & de vera & falſa pœnitentia
cap.7. & .8 & docet Chryſoſt. homil.8. in.1. ad
Corinthios & ſermo. de leuium peccatorum
periculis & præſertim hoc accidit, quando

Ad.1. arg. .Opinio.

ex multis furtis venialibus reſultat magna
quantitas, cuius retentio eſt peccatum mor-
tale.

Ad.2.

Ad. 2. quidam dicunt, malitiam mortalis
peccati eſſe ſimpliciter infinitam; venialis ve
ro finitam: ideo nulla venialia poſſe mali-
tiam peccati mortalis exæquare. Sed iam in
ſuperioribus oſtendimus neutrius malitiam
eſſe ſimpliciter infinitam, ſed vtriuſque eſſe
infinitam ſecūdum quid ſeu obiectiue: quo-
modo amor Dei, lumen gloriæ & alia huiuſ-
modi habent bonitatem infinitam ſecundū
quid. Vnde.2. Reſpon. ad argumentum, quod
licet vtrumque habeat malitiam ſimpliciter
finitam, tamen quia mortale eſt deliberate
& in rē graui contra legem *Dei*, habet ex na-
tura ſua diſſoluere amicitiam & per modum
diſpoſitionis mortalis priuare gratia & cha-
ritate & gloria ac proinde reddere dignum
æterna pœna ſenſus, quia expedit, vt qui per
proprium actum carent gratia & gloria, &
ſunt inimici *Dei*, perpetuo patiantur ali-
quam pœnam ſenſus, ita Alenſ. Antoninus
ſupra & Pariſien. tractat. de virtutibus capit.
vltimo, & Bonauentura. 2. diſtinctione. 42.
artic.2. quæſtio. 2. & ita licet mortale in ſua
morali malitia finite excedat veniale: tamen
in ratione diſpoſitionis ad remotionem gra-
tiæ & gloriæ, & in ratione meriti æternæ
pœnæ ſenſus & damni improportionabiliter
& infinite illud excedit: ſimiliterq. dolor de
peccato mortali, & vermis conſcientiæ de
illo improportionabiliter excedit dolorem,
& vermem conſcientiæ de peccato veniali,
& eſt ſimile in calore, vt.8. qui finite exce-
dit in intenſione calorem, vt quatuor, tamen
in ratione diſpoſitionis ad formam ignis ex-
cedit illum infinite & improportionabili-
ter. Per hæc patet etiam ad Confirm. ſecundi
argumenti.

Ad.3. Reſpond. illum qui paulatim furan- 77
do peruenit ad quantitatem notabilem, ſi
ſingula furta externa ſint venialia omnino
nunquam furando peccare mortaliter, neq.
amittere gratiam charitatem aut ius ad glo-
riam, quando vero ſingula, vel vltimum ſit
mortale dicemus ſectione.27. vbi etiam de
alijs caſibus in argumento poſitis differe-
mus.

Ad.3.

Ad. 4. Reſpondetur inhumanum eſſe fa- 78
mulum, vel amicum abijcere propter leues
defectus vix euitabiles, licet multi ſunt, &
licet homini id liceret, vel quia eſſe in eius
famulatu, amicitia ve non multum intereſt,
vel quia nullo iure tenetur famulū, vel ami-
cum conſeruare, tñ Deo id nō licere: quia fir-
miter propoſuit & promiſit neminem, niſi id
eius poſcant demerita, amicitia ſua priuare,
id vero

Ad.4.

id vero non merentur leues defectus etiamſi multi ſint, quia priuare amicitia ſua magnum malũ ſeu damnum eſt, ideo *Deus* ob leues defectus neminem amicitia ſua priuat etiã ſi multi ſint, & multominus punit ob tales defectus pœna æterna ſenſus & damni, quia talis pœna culpam excederet.

Ad.5. Ad.5. Reſpon. non propter illud inconueniens, ſed propter alia adducta, ſententiam illam reijciendam eſſe.

SECTIO. XXVI.

Vtrum ſit peccatum mortale, velle committere omnia vel plurima peccata venialia, vt multa leuia furta, &c.

79 *1.Opinio.* Loquimur ſecluſo propoſito, vel periculo committendi peccatum mortale, & ſecluſis finibus & circunſtantijs quæ etiam propoſitum committẽdi vnicum veniale redderent mortale,

Quidam iuniores exiſtimãt nõ eſſe peccatum mortale. Quod ſuadetur. ¶1. Quia nulla venialia etiã collectiue ſumpta æquiualent vni mortali: ergo propoſitum committendi illa non æquiualet propoſito peccandi mortaliter, & ſic nõ eſt peccatũ mortale. ¶2. Actus interior nunquam habet maiorem malitiam quam eius obiectum, ſed obiectum dicti propoſiti non habet formaliter nec æquiualenter malitiam mortalem: ergo neque dictum propoſitum.

3. Peccatum mortale non poteſt eſſe cum decreto non peccãdi mortaliter, ſed tale propoſitum poteſt eſſe cum decreto non peccãdi mortaliter, vt ſi quis ſtatuat apud ſe volo dicere mille mendacia: nolo tamen peccare mortaliter: ergo illud propoſitum cõmittẽdi omnia, vel plurima venialia non eſt peccatũ mortale. ¶4. Si aliqua ratione eſſet mortale, maxime, quia tenemur tendere ad perfectionem: ſed nec religioſi ad hoc tenentur: ergo illud non eſt p.m.ni. Prob. ex D.Th. & Caiet. 2.2. q. 186. art.9. & quæſt.184. art.5. ad.2. Aſtenſi lib.6. cap.47. quem refert & ſequitur Angelus verbo religioſus num. 27. Sylueſt. religio. 1. numero.8. verſus finem Palacios. 4. diſtin. 38. quæſtio.1. Cordu. in expoſitione regulæ Beati Franciſci cap.1 quæſt.3. qui & alij multi docent: religioſos non peccare mortaliter, quamuis religionem non quærant niſi illis medijs ad quæ obligantur ſub mortali ex legibus *Dei naturalibus*, vel *diuinis*, aut ex ſtatutis Eccleſiæ aut propriæ religionis, aut ex votis.

5. Quia non videtur contra quam virtutum aut ex quo vitio peccetur mortaliter volendo committere multa peccata venialia, ſi opus fuerit ad obtinendas diuitias, honores, vel aliquid huiuſmodi.

Alij dicunt, primo certum eſt eſſe mortale velle committere tot peccata venialia vnius generis, vt in illis contineatur obiectum ſufficiens peccati mortalis, vt velle furari per menſem ſingulis diebus nummum argenteum, quia actus ſumit grauitatem ab obiecto: tunc autem actus habet obiectum graue: ergo eſt peccatum graue, ſeu mortale. 80 *2. Opinio.*

2. Dicunt, mortale eſſe velle committere alia omnia peccata venialia quoties libuerit, vel commodum illi fuerit. Colligere nituntur. 1. ex *D.* Thom. 3. parte quæſtio. 87. articul.1. ad.1. dum ait, vnumquemque Chriſtianum debere habere propoſitum ſe præparandi ad peccata venialia mouenda: ergo peccabit habendo contrarium propoſitum. Sicut qui tenetur non odio habere & Alexand. 4. parte quæſt. 65. memb 3. §. 1. & artical. 4. §. 2. ait, teneri nos aliquando pœnitere de venialibus commiſſis ne tranſeant in libidinem & Bonauentura. 4. diſtin. 16. artic. 3. quæſtio. 2. in corpore ait eſſe quædam venialia quę multiplicata augent libidinem & de huiuſmodi venialibus teneri hominem pœnitere ne multiplicata afferant hoc periculum. Illum quantum ad hoc ſequitur Carthuſi. 4. diſtinct. 16. quæſtio. 1. §. quæritur & §. in quibus. Idem fere docuit Antoninus 2. parte titul. 9. cap. 4. § 3. in fine, & magis cap. 3. §. 3. ſic etiam neceſſarium eſſe pœnitere de venialibus, quando periculum eſſet ne affectio peccati venialis trahat ad mortale, docet Richard. 4. diſtinct. 16. artic. 5. quæſtio. 1. Angel. pœnitentia num. 7. Syluest. numero. 4. ſed in pœnitentia includitur propoſitum vitandi peccatum: ergo aliquando neceſſarium eſt propoſitum vitandi peccata venialia, & ſic erit mortale velle committere illa. Nam iſti doctores de neceſſario ad ſalutem & de obligatione ſub mortali plane loquuntur vt legenti conſtabit.

Præterea Sotus. 4. diſtin. 15. quæſt. 2. artic. 1. colum. penult. §. hic animaduertendum, ait, forte eſſe mortale ratione periculi velle omnia venialia contemnere & non loquitur de contemptu formali, & directo; de hoc enim non eſt dubium, mortale eſſe vel vnicum veniale contemnere. ſed contemptum appellat deponere omnem curam vitãdi venialia, vt contextus indicat, & propter 81

eandem rationem videntur idem ſentire gloſſa c.tres ſunt,verbo,opprimant,de pœnitent.diſt.1.& ſupplamentum verbo ornatus, & apud Syluest. verbo peccatum numero.4. dicunt enim contemptum plurium veniali ũ eſſe mortalem culpam.

Peculiariter vero raligioſos peccare mortaliter,ſi ex cõſuetudine transgrediantur præcepta prælati,aut ſtatuta regulæ etiam alias non obligantia ſub mortali, docet Antonin. 3.p.tit.16.cap.1.§.9.ex Ioanne Dominico. Angelus verbo obedientia colum.2.ex Richard, quodlib.1.quæſt.19.Sotus ſupra, & valde Fauet Syluester verbo peccatum numer.4.& de transgreſſione regularum,quæ proxime diſponit ad tranſgreſſionem votorum,religio.1. q.12.in fine,& D.Thom.2.2.q.184.artic.5 ad.2. & quæſt.186.art.2.ad.1.& Caietan. vtrobique aiunt,quemlibet Chriſtianum teneri tendere ad perfectionem ſecundum ſuum ſtatum.Sed qui proponis peccare venialiter quoties libuerit,aut commodum fuerit,non tendit ad perfectionem ſeundum ſuum ſtatũ:ergo peccat mortaliter.

82 Secundo ſuam ſententiam probant auctores ipſius,quia propoſitum huiuſmodi eſt de re,in qua eſt manifeſtum periculum peccandi mortaliter: ergo eſt mortale:conſequentia patet quia voluntas conſtituendi ſe in periculo mortalis mortale eſt. Antecedens autem patet,quia veniale eſt diſpoſitio ad mortale & affert eius periculum:ergo multitudo venialium magnum adducit periculum, vt ipſa experientia confirmat, videmus enim eos qui à frequentia venialium non abſtinẽt,in mortalia ſæpe ruere, quid ergo erit de illis,qui ſine fræno in venialia ruunt?& ſane vt inquit D.Tho.ſupra propter magnam inclinationem ad ſenſibilia,niſi aliquomodo conemur ad perfectionem tendere vitando aliqua impedimenta illius, grauiſſimũ imminet periculum peccandi mortaliter,& ita inter ſpirituales viros celebratum eſt, regredi eum qui progredi nõ conatur,vt docet Aug. ep.143.ad *Demetriadem* & Bernard.ep.254.& 341.exemplum eſt in eo,qui contra vim profluentis aquæ remigat,quam niſi conetur vincere,in loca aſpera impelletur, & quidem ſi quis omnia peccata venialia cum fœminis committere non dubitauerit, moraliter erit impoſsibile quin ad aliquod mortale peccatum pertrahatur,& ſic in alijs peccatorum generibus: ergo qui proponeret committere omnia illa venialia,mortaliter peccaret ratione periculi,quod amat.Neq. huic ſententiæ aduerſatur Argentina 4.diſtin.16.quæſtio. vnica articul. 4. docens,non eſſe obligationem pœnitendi de venialibus, nam hoc intelligitur per ſe & ſecluſo periculo,quod per pœnitentiam vitari neceſſe ſit:ideo Paludan. Gabr.& alij ead.diſtin.& Antoninus 3.p.tit.14 de pœnitentia venialium mentionẽ nullam fecerunt. Venialia tamẽ ex genere,vt mendacia officioſa,vel iocoſa non inducunt communiter eiuſmodi periculum, etiamſi multa ſint, præſertim quando non ſunt in affectu virtuali,vel formali,ſed ſolum manent quãtum ad maculam,vel reatum.

Ad argumenta autem primæ ſententiæ Reſpondent auctores huius ſecundæ ſententiæ.Ad.1.&.2.peccata venialia ſecundum ſe, & per ſe non poſſe eſſe obiectum ſufficiens volitionis mortalis, ſecus quatenus habent annexum periculum magnum peccati mortalis,quo pacto habent malitiã obiectiuam mortalem & proportionatam interno actui, & propoſito mortali.Ad.3.ex errore contingere poſſe aliquem velle repugnantia, quia eorum repugnantiam ignorat; ſicque eum qui neſcit eſſe peccatum mortale ratione periculi, propoſitum committendi omnia venialia poſſe habere ſimul propoſitum efficax vitandi omnia mortalia; ſecus ſi rem bene calleat.Ad.4.non ſolum religioſos, ſed omnes Chriſtianos teneri ad cauenda venialia, quæ magnũ afferunt periculum peccati mortalis & ea ratione debere ad perfectionẽ tendere.Ad.5.Reſpondent, decretum committendi omnia venialia cum periculo peccandi mortaliter,qua ratione amplectitur illud periculum eſſe mortale contra charitatem,vel contra illam virtutem,contra quam eſſet velle peccare mortaliter abſtrahendo ab omnibus peccatis mortalibus. 83

Sed auctores huius ſecundæ opinionis fruſtra laborauerunt,nec enim auctores primæ negant propoſitum illud,ſi abſolutum ſit, ſæpe eſſe peccatum mortale ratione periculi, ſed dicunt,per ſe loquendo & remoto periculo mortale non eſſe & ſimiliter non eſſe mortale proponere conditionaliter facere peccata venialia,quæ libuerit,modo non habeant annexum periculum peccati mortalis aut aliam circunſtantiam, qua reddantur mortalia,& hoc verum eſt etiam in furtis minimis hoc modo:ego vellem cõmittere pluſſima furta minima,ita tamẽ vt in nullo eorũ peccarem mortaliter, vt quando vltimum complens quantitatem notabilem fieret ſine aliorum memoria; iſte autem actus volo cõmittere multa furta modica peccatum eſt mortale, quia ex vi illius tota collectio eorum procedere poteſt, & ita ſingula furta licet eſſent venialia ſecundum quid:tamen ſimpliciter eſſent mortalia, quia procederent ex voluntate illa abſoluta mortali ſicut ſectione præcedenti dictum eſt. Quod magis explicabitur ſect ſeq. 84

Ex

85 Ex dictis patet eſſe peccatũ mortale velle abſolute vno & eodem actu ommittere quotidie vnum Aue Maria, ad quod teneatur ex voto, vel ex præcepto eccleſiæ, vel ex pœnitẽtia, quia ex illis omnibus omiſſionibus conflatur ſicut ex paruis furtis vna materia grauis, ſecus ſi conditionaliter quis vellet ita eas orationes omittere vt nunquã peccaret mortaliter ſed venialiter tantum. Idem eſt quando quis vellet in die ieiunij ſæpius comedere: ſemper tamen parum cibi ſumendo, nam volũtas abſoluta eſſet peccatũ mortale: cõditionata vero in qua conditione interueniret quod omnes ſumptiones eſſent veniales, non eſſet peccatum mortale. Si vero nulla voluntate complecteretur omnes illas modici cibi ſumptiones vltima eſſet peccatum mortale, iuxta Vazquez diſputatio. 146. c. 2. cõtra alios, qui putant nõ eſſe ſimile in vltimo furto minimo, quia in eo interuenit voluntas explicita vel implicita retinendi magnam aliquam ſummam, vt ſuperius expoſuimus, at vero in vltima ſumptione cibi modici nulla eſt voluntas formalis, vel interpretatiua quæ magnam aliquam materiam habeat pro obiecto. Si quis vero intemperanter agat cõtra ſuam ſalutem capiendo ſæpius cibum, qui aliquantulum nocet, diſtinguendum eſt, nam ſi ratione vltimi ſuppoſitis præcedẽtibus incidit homo in grauem infirmitatem; qui non ignarus huius euentus, ſæpius vteretur eo cibo, in vltimo vſu peccaret mortaliter, & ſic verum eſt, quod abſolute ait Vazq. Vltimam ſumptionẽ cibi nocentis ſaluti eſſe p. m. quamuis omnes ſumptiones per ſe parum nocumẽti afferant. Si vero vltima ſumptio non affert notabilem infirmitatẽ, ſed verbi gratia aliquẽ dolorẽ capitis, vt præcedẽtes, nõ peccat mortaliter ſm aliquos in illa ſũptione eſto illud nocumẽtũ cũ alijs præcedentibus, ſi iungerentur in eadẽ volitione, illam mortalem redderet: quia in illo alio euentu nulla in vltima ſumptione cibi interuenit volũtas, quæ priores complectatur, quaque ſumptio vltima mortalis reddi poſſit.

SECTIO XXVII.

Quando peccet m. qui multa leuia furta committit.

86 DE hac re agit Rebellus lib. 3. qui nunc typis mãdatur, de obligationibus iuſtitiæ, & charitatis q. 15. ſect. 4. & 5. Leſsius. 2. de virtutib. c. 12. dub. 6. 7. 8. & 9. Sayr. lib. 2. c. 13. nu. 19. & ſeq. Angeſt. in moral. c. 9. §. 3. Vaz. hic diſp. 146. c. 1. Azor to. 1. lib. 4. c. 9. q. 12. ſum. Corona c. 1. n. 88. Suar. 3. p. to. 5. ſect. 2. Valen. 2. 2. diſp 5. q. 10. pu. 5. in fine. Vega. 14. in Trident. cap. 11. Sunt vero hac in re multæ difficultates, quæ claritatis gratia ſigillatim tractandæ ſunt. 1. Difficultas, an qui ſurripit minima cum animo maiora furãdi, ſi poſſet, peccet mortaliter. Reſp. cum Leſsio dub. illo. 6. in fine, peccare mortifere, nõ illo actu, quo vult furari hoc nimium: ſed alio huic cõiuncto, talis enim habet duos actus voluntatis, vnum abſolutũ, quo vult hanc rem paruam furari, & hæc volũtas exit in actum externum, eſtque ſolũ peccatũ veniale: alterum conditionatum ſcilicet, vellem maiora auferre, ſi poſſem: & hæc velleitas eſt peccatum mortiferum; ſed non exit in actum externum. Vnde talis fur non inuolueretur ſententia excõmunicationis latæ in eos, qui rem notabilem furati eſſent, vt ait ibidem Leſsius. Adde, nec latæ ſimpliciter in eos, qui furati eſſent; quoniam hæc ſolum fertur in eos, qui furtum m. exterius commiſerint; pro internis enim aut venialibus nemo excommunicari valet. Iuxta hæc bene ſum. Coron. ſupra exponit Hiero. c. fin. d. 13. aſſerẽtem, furtum nõ ſolum in maioribus: ſed etiam in minoribus iudicari debere, vt Hiero. intelligatur, quando fur habet animum maiora furandi, vnde ſubdit: non enim quod furto ablatũ eſt; ſed mena furãtis attẽditur. Quod vero dicitur. § gallinæ inſti. de rerũ diuiſione, actionẽ dari pro furto vnius gallinæ, explicat; quando per reſpectũ ad perſonã, locũ, vel tẽpus nõ parui æſtimatur: nam ſimpliciter minima leges paruifaciunt. Sed ſiue detur actio, ſiue nõ, quãdo res eſt leuis, etiamſi animo maiora ſurripiendi furtũ factũ ſit, veniale eſt; licet interius peccatũ conſiſtens in actu illo cõditionato, lethale ſit.

87 2. Difficul. eſt verũ is, qui minutis furtis abſolute intendit ſurripere quantitatẽ notabilis pretij, peccet mortifere? R. eũ, qui per furta minima intendit diteſcere aut cõquirere notabilem pecuniæ quantitatem peccare mortifere in illa intentione, & quouis externo furto minuto ex eius vi procedente. Ita tenet Leſsius ſup. dub. 7. & ait eſſe communem doctorum ſententiam: quã quidẽ tenent Valent. 2. 2. diſp. 5. q. 10. pu. 5. Bañes. 2. 2. q. 67. a. 6. Tolet. lib. 5. c. 16. n. 4. Azor ſup. Nauar. c. 17. n. 140. alias 139. Angeſt. § cit. ſed limitat ita, vt qui à multis ſic vult magnam quantitatem ſurripere, parum à quolibet ſurripiendo, nec peccet m. nec teneatur reſtituere: quod tamen in praxi non facile à ſe concedendum ait Leſsius illo dub. 7. Primo, quia alioqui nõ peccarent mortifere, qui vtuntur ponderibus, & menſuris iuſto minoribus: q. videtur contra in Prou. *in ſtatera doloſa abominatio eſt apud Deum*, & Deut. 25. *non habebis in ſacculo diuerſa pondera, maius & minus, &c. abominatur enim Deus eum qui facit hoc.* Vbi ſatis inſinuatur eſſe p. m. ſecundo

Margin notes: *1. Difficul.* — *2. Difficul.*

quia præbet occaſionẽ hominibus; vt ex eræ
alieno diteſcere ſtudeant. §5. Quia eſt contra
communem ſent. DD. vt contra Tolet. Azor;
Bañes, Valent. & Nauar. ſupra, Ioan. Medi. C.
de reſt. q. 10. io fine putat, *id nõ eſſe m. ſi id ille in
fraudem legis de non furando non faciat: ſed quia
forte nõ habet alias, vnde ipſe & familia ſua viuat.*
Quam ſentent. ait, Leſs. teneri poſſe. 1. ſi illius
hominis cooditio ſit talis, vt alij teneantur ei
ſuccurrere, vt docet Ange. v. furtum num. 37.
Armil. num. 10. & alij. 2. qoando conſtat illos,
à quibus accipit, ſi ooſſent hominis ſtatũ, oõ
fore inuitos circa rei ſubſtantiam, etſi circa
modum inuiti ſint, dum diſplicet occulta ſur-
reptio, vel fraus. Alias non eſt tuta. Sed credo
nec in. 1. caſu excoſari à mortali, oiſi oeceſſi-
taseſſet extrema, vel quaſi extrema, vel illi da-
re tenerentur de iuſtitia, in quo euentu nec
venialiter peccaret ſurripiens. Nec refert, ꝙ
ille nulli eorum infert notabile damnum: ſa-
tis enim eſt ex illis paruis damnis ſingulorũ
conflari vnum magnum damnum illius com-
munitatis. Vt fuſius Leſsius ſupra. Qui vlte-
rius pergens: probat, etiã furta ſingula parua
eſſe tunc lethalia peccata: quia procedunt ex
intentione mortifera, ſuntque eius executio-
oes partiales, ideo enim furta iſta committit,
vt ſenſim ad magnam quãtitatem perueniat:
quod autem fit ex intentione mortali, morta-
le eſt. Notat autem Leſs. in ſingulis non com-
mitti oouum p. m. ſed contiouari iam cœptũ;
omnes enim illæ acceptiooes & deteotiones
acceptorum cenſentur vna continua execu-
tio illius prauæ voluntatis: ſed committi no-
uum p. m. in ſingulis, & ſimul continuari exe-
cutiooem mortiferæ inteotionis: itaq. quãq.
voluntariam acceptionem eſſe, eſſe intrinſe-
ce peccatum veniale; denominatione autem
extrinſeca eſſe m.: vnde fieri poſſe, vt is qui ſic
furatur, non magis peccet, quam ſi vno actu
eandem quantitatem furaretur: ſed potius mi-
nus, ſi cætera ſint paria. In his verbis nõ vult
Leſſius, actũ externum aliquando eſſe pecca-
tũ mortale intrinſeca denominatione, id eſt
malitia ipſi iohærente, aut illi perſe compe-
tente; nullus enim actus eſt malus, niſi à mali-
tia intrinſeca voluntati: ſed vult furta illa
etiam vt voluntaria & includentia volunta-
tem, ad ipſa relata, vt ſic, non eſſe lethalia; ſed
quantum eſt ex parte ſua eſſe venialia: licet
voluntas, qua fiunt, alia ratione illis extrin-
ſeca ſit peccati mortale, & tota eorum collec-
tio, quia vnam materiam grauem conficit,
ſit vnum peccatum mortale. Iuxta quam do-
ctrinam ex pluribus peccatis externis intrin-
ſece & perſe non mortalibus, ſed venialibus
conflatur vnum mort. quando quodlibet ex-
trinſece eſt mort. quia fit intentione conſti-
tuendi ex ille & alijs vnã notabilem quanti-
tatem. Huic doctrinæ conſonat Toletus 5.
ſummæ cap. 16. num. 4. vbi ait, quando is, qui
furatur, accedit cum animo furandi notabi-
lem quantitatem, & quia paruam inuenit,
paruam furatur, eſt pecc. mort. non ratione
furti: quia etiam ſi nihil inueniret, eſſet mort.
ſed ratione animi, cum quo accedit. Vult er-
go Tolet. furtum rei paruæ, etiam in eo qui
magnam furari intendebat, non eſſe mort. in
ſe, ſed in ſua intentione & idem diceret ſi
magnam ſummam inueniſſet, quam paula-
tim furaretur; ſcilicet primum furtum non
eſſe mortale in ſe; ſed in ſua intentione: quia
ex eo quod intentio illa quantum ad reliqua
non mandetur executioni, propter defectum
materiæ, vel impedimenta extrinſeca, vel
mutationem voluntatis; non efficit vt illud
primum furtum ſit grauius aut leuius: ſi autẽ
in illo ſiſteretur; eſſet tantum in ſe v. pecca-
tum, & ideo inſufficiens ad excomunicatio-
nem: ergo idem eſt ſi vlterius procedatur:
quãuis ſi vlterius procederetur, fieret ex mul-
tis leuibus furtis vnum graue, & mortale: nõ
autem ex mendacio & verbo otioſo, eadem
intentione intentis, quia illa non intendun-
tur, vt ex illis reſultet vnum magnum ma-
lum: neque ipſa illud componere poſſunt.
Si petas an qui ſic magnam quantitatẽ à plu-
rimis corraſit, teneatur reſtituere? Certum
mihi eſt, teneri ad reſtituendum ijs à qui-
bus accepit, ſi commode poſsit, ſin minus ve-
ro pauperibus, vel pijs operibus. De quo vide
Leſsium illo dub. 7. in fine & c. 14. dub. 6. res
enim eſt facilis.

3. Tamen & magna difficul. eſt. An is, qui
per furtà minima nõ intendit acquirere rem 88
notabilem, ſed ex occaſione ea cõmittit, pec- 3. *Difficul.*
cet mortifere. Dico. 1. Antequam perueniat 1. *Concl.*
ad quantitatem notabilem, non peccat mor-
tifere. Ita Leſſius illo dub. 8. & omnes, & eſt
manifeſtum: quia materia illa eſt leuis, &
non cõſummat nec complet magnum dam-
num, nec vſurpatur intentione inferendi gra-
ue damnum: ergo non habet vnde ſit letha-
lis. Dico. 2. quando furtum, quo materia gra-
uis conficitur & completur, fit cum igno- 2. *Concl.*
rantia vel inaduertentia inculpabili vel le-
uiter culpabili furtorum præcedentium, in
tali furto nullum interuenit peccatum mor-
tale. Ita Suarez ſupra dub. 1. Rebell. Vazquez
Leſsius, & alij & res eſt clara, quia in men-
te & voluntate iſtius illud furtũ non vnitur
cum præcedentibus, & perſe habet materiam
leuem: ergo non eſt vnde ſumat notabilem
grauitatẽ. Tota difficultas eſt, quãdo ille re-
cordatur præcedẽtiũ furtorũ, vel recordari
debuit & potuit, ſed ſua culpa nõ recordatur,
an in eo furto cõplẽte materiã grauẽ interue-
niat p. m. 1. Opinio abſolute negat. Nau. ca. 17.
num. 1. *Opin.*

nu.140. alias.159. & ſum. Corona initio citata. & fauet Sa.v.furtum, & eſt ſatis probabile. Idque expreſſe docet Toletus lib.5. c.16. nu.4. & Nauar.conſil.75.de regul.n.27. Pro qua opinione eſt magnum arg. quia licet ille meminerit furtorum præcedentium: tamen præſens voluntas non terminatur ad illa, ſed ſolum ad leuem materiam præſentem; nec modo infert notabile damnum, ſed partem, ex qua, & præcedentibus reſultat vnum notabile damnum: ergo nõ eſt vnde tale furtum, vel voluntas illius notabilem malitiam accipiat.

¶2. Opinio ait, tale furtum eſſe veniale per ſe, & comparatione voluntatis formalis, à qua procedit, ſed cum eo inueniri peccatũ.m. nempe voluntatem interpretatiuam retinẽdi magnam quantitatem, quæ ex iſta & præcedentibus conflatur: quia cum ille teneatur ſub.m. reſtituere magnam illam ſummam, & non reſtituat nec velit illam reſtituere, iam tũc peccat.m. ipſam retinendo ſeu non reſtituendo. Vnde retentio huius vltimæ quantitatis, quaſi extrinſeca denominatione eſt peccatum mort. quia fit vna virtuali intentione ſeu voluntate retinendi magnam ſummam ex hac & præcedenti conflatam, ſicut dicebamus in 2. difficultate, furta minima facta intentione perueniendi ad magnam quantitatẽ eſſe in ſe, & per ſe venialia, ſed extrinſeca denominatione eſſe peccata lethalia. Ita docent Leſſius illo dub.8. Sayr. illo nu.19. Vazq. diſp.146. c.2. Vega.14. in Trid. cap.11. Quam opinionem qua parte aſſerit ibi dari peccatum mort. retẽtionis, veram exiſtimo in eo euentu, in quo quis teneretur ſub.m. & poſſet eodem momẽto non retinere illam ſummam: aut tunc formaliter vallet neque præſentem, neque præteritã ſummam reſtituere tempore quo ad id ſub.m. tenetur. Sed ſæpe non tenetur quis eodem momento reſtituere, vel quia nõ poteſt abſolute, vel quia non poteſt commode, & tunc ait Leſſius, ſi ille homo proponat ſuo tempore reſtituere, non peccare mor. in tali furto. Interdum etiam tenetur quis eodẽ momento reſtituere, ſed non ſub.m. nam licet teneamur reſtituere cum primum commode poſſumus, tamen ſub.m. ſolum tenemur, non nimis reſtitutionem differre: ergo tunc non erit.m. ſuſpendere voluntatem reſtituendi, licet eſſet.m. habere actum contrarium: & tũc vel nullum eſt.p.m. vel vltimum furtum relatum ad formalem voluntatem faciendi illud ſuppoſitis præcedentibus eſt peccatum.m. Et priorem partem huius diſiuncti tenent Nauar. & Corona. Poſteriorem autem partem tenet.3. Opinio ſtatim referenda.

89. 3. Opinio. 3. igitur opinio eſt, furtum complens notabilem materiam eſſe peccatum.m. ex eo præciſe, quia illam conſummat, & complet: quia ad peccatum.m. ſufficit ponere, vel complere & conſummare materiam grauem. Hæc opinio eſt communis, & mihi valde probabilis, quam tenent Suarez, Valen. Azor, & Rebellus initio citati, & Ioan.Med. C.de reſtit.q.10. Sotus 5.iuſt.q.3.a.3.ad.3. & 4.d.22. q.1.a.2. caſu.3. Cord.in ſum.q.70. Bart. Med. hac q. 88. ar.4. Pet.Naua.3.de reſtit.c.1. n.50. & ſeqq. Maior. 4.d.25. & 26. Couar.1.var. c.12. Petrus Ledeſ. 2. 2.tract.8.c.20.to.2. ſummæ. citãs Bart. Medina & Orellanam. Idem docuit *Angeſt.* ſupra, quãdo minuta illa furta eſſent ab eadem perſona, iam enim diffic.2. vidimus, ipſum tenere non eſſe.m. velle corradere magnam ſummã à diuerſis, paruum quid à ſingulis accipiẽdo. Azor vero, & cæteri idem dicunt, ſiue ab vna ſiue à diuerſis magnam ſummam ſurripiat; pro hac opin. Rebellus citat Hierony. dicentem nihil refert paulatim, vel ſimul quempiam interimas, vel ſpolies. Sed ſimul interimere, vel ſpoliare eſſet. m. ergo & paulatim: atqui non eſt. m. in principio: ergo in fine. Confir. nam ſi Titium leuibus ictibus grauiter lædas; ſi ex dolio paulatim vinum effundas, & tandem dolium exhaurias, ſi promiſiſti quotidie vnum aſſem dare pauperibus, vel quotidie dicere ſalutationem angelicam, & ſæpius omiſiſti tãdem peccas. m. vt ait *Azor* ſupr. Si paulatim ſinas labi tempus ad ſatisfaciendum præcepto miſſæ, vel horarum neceſſarium, tandem peccas mortaliter, idem ſi habes præceptum non abeundi, & paulatim in longinquum diſcedis. Ergo ſimiliter in furtis. Secus, inquit Azor, quãdo materia per partes non creſcit, quia ſingula peccata per ſe integram materiam, & obiectum habet; vt mendacia, verba otioſa, leues nugæ, riſus immoderatus, ſermo inurbanus, abſurdus ſonus, intempeſtiuus inceſſus. Aduertunt Rebellus, & Leſſius etiam ſi ad hoc magna illa ſumma per magna interualla collecta ſit, vltimum furtum complens magnam ſummam mortale eſſe; ſed ad p.m. maiorem quantitatem requiri quando per magna interualla collecta eſt; ſic Nauar. ait magis peccare eum, qui ſimul, vel breui tempore, vel animo perueniendi ad magnam quantitatem magnam ſummam colligit, quam qui per magna interualla vel per occaſionem. Ratio eſt, quia in priori modo ſumendi dominus eſt magis rationaliter inuitus. Vnde etiam obligatio reſtituendi ſub.m. à minori quantitate incipit in vno modo furandi quam in alio. Vt iidem affirmant, vnde Leſſius ait, ſi is mortifere peccat, & ad reſtitutionem ſub.m. tenetur, qui ab eodem aufert.10. ſimul, vel per partes de induſtria, requiretur.15. vel.16. aut etiam.20. vt quis ſub.m. teneatur reſtituere acquiſitum per minuta furta fortuita præſertim ſi longis inter-

uallis ſint facta, & Rebellus ait. Si per interualla trium, vel quatuor annorum familiaris, vel extraneus pro ſe, vel alijs furta iſta committeret, non peccaret.m. niſi quantitas eſſet ſaltem duplo maior, quam alloqui eſſet ad m. requiſita. Addit Leſſius cum Nauarro, maiorem quãtitatem requiri ad peccandum. m. ſola retentione quam acceptione. Item maiorem requiri quantitatem in furtis filiorum à parentibus, quam famulorum à dominis, & in furtis famulorum, quam externorum. Addunt præterea Leſſi. & Rebell. & bene, furta eſculentorum, & poculentorum, quæ committuntur à famulis, & ancillis, etiam ſi ſenſim perueniant ad notabilem quantitatem, non eſſe peccata.m. quando non diſplicet domino ipſa acceptio, vel conſumptio, ſed modus accipiendi, quia ea concederent, ſi peterentur. ita etiam Nauarr. cap. 17. nu. 138. alias 139. & commentario. 2. de regular. nu. 20. Caiet. v. furtum. §. 1. Petrus Nauarra 3. de reſtit. ca. 1. dub. 6. nu. 221. quia dominus non eſt inuitus circa ſubſtantiam acceptionis; ſed circa modum. Quod valde notandum eſt pro furtis filiorum, vxorum, famulorum, amicorum, & ſimilium, qui per verecundiam, vel timorem non audent petere. Si tamẽ ſurripiãt ad eum vſum, ad quem ipſe nullo modo voluiſſet cõcedere, vt ad venditiones, donationes, compotationes, ludos, erit. m. quando perueniatur ad magnam quantitatem; quia acceptio eſt domino inuoluntaria, non ſolum quoad modum; ſed etiam quoad ſubſtantiam. Leſſi. ibi, & c. 41. n. 80.

90. *4. Diffic.* Eſt tamen 4. difficul. ſi quis poſtquam ventum eſt ad magnam quantitatem, addat furta parua, erunt ne mortifera? Aliqui affirmant; ſi homo aduertat ex nouo furto, & præcedentibus notabilem quantitatem reſultare, quia notabile damnum præcedens vult facere maius. Nec ex furto præcedẽti, quo cõpleta eſt quantitas notabilis, excuſatur ſequens à culpa.m. etiam ſi tunc homo non habeat, vnde reſtituat, quia cum non habeat, vt tenetur, animum reſtituendi quando poſſit, cenſetur velle retinere totam illam ſummam: & hoc procedere putant, non ſolum ſi fur ſciat, ſed etiam ſi probabiliter iudicet, vel æque dubitet, an quantitas fiat notabilis. Melius ait Leſſius illo dub. 8. Vazq. & alij, illa furta per ſe non fore mortifera. Ratio eſt, quia non conſummant notabilem quantitatẽ, ſed conſummatã augent, vel nouum mortale inchoant: vnde Leſſi. ait, ſi ad notabilem aliam quantitatem aſcendant, erit nouum. p. m. ſimiliter ſi homo velit retinere illa minuta cũ alijs, erit p.m. ſi velit retinere eo tempore quo ſub. m. tenetur reſtituere illa: vſque ad illud tamen tempus non tenetur concipere propoſitum reſtituendi, ſed ſatis eſt non habere contrarium.

An vero ſi reſtituat id, ſine quo reliquum erit modica quantitas, peccet. m. proponendo retentionem reliqui. R. negatiue, quia leuitas materiæ excuſat à m. vt ſi debens. 100. argenteos reſtituat. 99. non peccat. m. retinendo vnum. Id probabilius cenſet Rebellus, quamvis dicat, oppoſitum, quod videtur Io. Med. C. de reſtit. q. 10. Cordub. in ſum. quæſt. 70. Lopez in inſtructo. conſcien. p. 1. cap. 39. q. 2. tutius eſſe. Certum autem mihi videtur, eũ qui paulatim ab eodem magnam quantitatem furatus eſt, teneri ſub. m. ad reſtitutionẽ ipſius, vel ſaltẽ eius partis, qua reſtituta, quod reliquum eſt non ſit notabile: & hoc verum eſt etiam ſi in nullo furto mortaliter peccaſſet. ita Nau. c. 17. nu. 140. Rebell. & Leſſi. ſupr. quidquid in contrarium dicat Lopez ſupra, cui fauere videtur Cordub. & Sa, v. furtum, dicens, qui per vices pauca aliqua furatur, cũ ventum eſt ad notabilem ſummam, tenetur reſtituere, licet quidam id probabiliter negent.

Corolar. Ex dictis patet quando quis per occaſionẽ furando à pluribus ſurripit magnam quantitatem, in furto leui complente notabilẽ quãtitatem peccare. m. & teneri ſub. m. ad reſtitutionem, vt difficul. 2. diximus contra Angel. quando ex induſtria ſurripit à pluribus modicũ, vt magnam conflet quantitatem. ita tenet Petr. Ledeſma, Medin. Orell. Valen. Rebell. Leſſi. Azor ſupr. Maior. 4. diſt. 15. queſt. 25. col. penult. Bañes. 2.2. q. 67. a. 6. Sotus. 5. inſt. q. 3. ar. 3. ad. 3. Cord. Lopez, Ioan. Med. & Vazq. ſupra. Addunt autem Rebell. & Leſſi. maiorem quãtitatem requiri, quando quis à diuerſis minuta furatur, quam quando ab vno: quia illi diuerſi parum læduntur, & minus rationabiliter ſunt inuiti, & parum curant rerum modicarum caſu ſurreptarum reſtitutionem: imo ait Rebell. eo maiorem requiri, quo plures fuerint domini. Vnde veriſimile eſſe putat, non eſſe m. ſi quis à magna ciuitate minus vno aureo ſic furaretur, ſi ſimplex fur eſſet. Si enim falſato pondere, vel menſura furaretur, minor quantitas ſufficeret, ad m. & ad obligationem reſtituendi ſub. m. quia violator iuſtitiæ, & fidei publicæ eſſet, & rationabiliter magis eſſent inuiti ciues de illo furandi modo.

Addit etiam Rebellus, quando damna illa parua diuerſorum per magna interualla temporis ab eodem facta ſunt; licet notabilem quantitatem conficiant, furem, vel damnificatorem non peccare. m. in vltimo damno cõplente notabilem quantitatem: & idem ait, ſi in diuerſo negotij genere, vel ex diuerſo fine illata ſint: quia eſt oppoſito innumeri confeſſariorum.

ſartorum,& pœnitétium ſcrupuli orirentur, cum nemo ſit,præſertim artifex, qui ſimilia damna, tum in rebus fortunæ, tum in fama plurimis non intulerit:quæ ſimul ſumpta notabile damnum efficerent.

91 *5. Difficul.* 5. Difficultas eſt. An qui ſimul. 4. volitionibus vellet inferre eidem,vel diuerſis quatuor damna parua;vnum tamen magnum conſlantia,peccaret mor. Reſp. Angeſt.ill o. c.9. mor. §.3. peccare mort.quia quælibet illarum volitionum ex cōſortio reliquarum,quæ ſunt veluti circunſtantiæ ipſius,eſt.m.ſed melior ratio eſt; quia vel tunc non ſunt. 4. volitiones, ſed vna,vel ſi ſunt. 4. æquiualent vni, & pro vna reputantur,& in homine eſt vna voluntas virtualis habendi illas.4.volitiones,& cōſequenter furandi totam illā ſummam. Quare licet nulla illarum volitionum formalium per ſe eſſet peccatum mor. tamen vt ſubeſt huic voluntati virtuali, & interpretatiuæ, quælibet eſt pecc.mor.& ſimiliter actus ex ea proueniens.Idem eſſet ſi vno actu vellet quis furari partem notabilis quantitatis, & alio retinere aliam,quam furto prius acceperat.

92 *6. Difficul.* 6. Difficultas, vtrum quando plures vni p minuta furta graue damnum inferunt,ſinguli peccent mortifere,& teneantur ſub. m. reſtituere,vt in vulgari exemplo deuaſtationis vineæ,cum multi prætereūtes botrum vnum, vel duos carpunt.

1. Concluſ. Dico.1. ſi id fiat communi conſilio,ſinguli peccant mortifere,& tenentur ſub.m. totum, ſeu in ſolidum reſtituere,ſi alij non reſtituāt. Leſſius ſupra dub.9.Vazq. Pet.Ledeſ. vterque Medi. Cord. Lopez, Rebell. & Maior ſupra. Couarr.1.vari.c.3.nu.12.Suarez.3.p.tom.5.diſp. 20.ſect.2. dub.1.nu.5.Quia quilibet tūc eſt cauſa totius damni.Idem eſſet, ſi quis nihil per ſe acciperet, ſuo tamen præcepto, vel conſilio alios ad damnum notabile per modicas partes inferendum induceret, ſiue eodem tempore,ſiue diuerſo.

2. Concluſ. Dico.2. ſi caſu id fiat ita vt alter alterius non ſit conſcius,nemo peccat mortifere neq; tenetur ſub.m. ad reſtitutionem. Nauar. cap. 17. nu.130.Leſſi.& alij communiter, quia nemo eſt cauſa faciens,aut ſcienter aut cum ignorantia notabiliter culpabili conſummans notabile damnum. Sed quid ſi aduertant ſuo furto alijs factis, vel faciendis coniuncto notabile damnum eſſe inferendum? Multi affirmant,tunc ſingulos mortifere peccare, & ad reſtitutionem ſuæ partis ſub. mort. teneri Mai.4.d.15.quæſt.25 Ioan.Medi. de reſtit. q 8. & q 10.§.ad.1.caſum Cord in ſum.q 70.Lopez 1.p.inſtructo.conſcien.c. 93. Sayr.lib.2. cap.13. num. 10. Angeſt. Rebell. Couarr. Suarez, & Vazq. ſupr. aliqui pro ea citant Pet. Nauar. 3 de reſti.c.1.nu.48.& ſuadetur, quia ſi aduertas magnum damnum ę pluribus per minuta furta dari,vel datum iri, & ipſe nihilominus fureris,ad illud cooperaris, & auxilium præbes:atqui hoc eſt pecc.mor.Deinde quantum ſpectat ad materiæ grauitatem,perinde eſt, quòd multi ſimul ex certa ſcientia damnum inferant,ac illud ex conuentione inferre:ſed ſi ex conuentione, mortifere delinquerent: ergo ſimiliter,ſi ex certa ſcientia. Vnde vlterius ſequitur,teneri quemque ad reſtitutionē ſuæ partis ſub.p.m. quia retinendo cooperatur cum alijs ad retentionem rei notabilis: debet ergo ſub. m. fieri reſtitutio, donec res retenta non fuerit amplius notabilis pretij. Cōf.quia licet quātitas ab vno quoq.accepta, per ſe conſiderata,parua ſit,tamen vt pars magni nocumenti:quòd alia via reparari non poteſt, grauis materia moraliter cenſetur. Hæc ſententia limitatur ab ipſo Rebello. vt locum non habeat,ſi inter furtum meum, & aliorū notabilis ſit intercapedo: vt ſi poſt tres vel. 4. menſes,poſtquam alij furati ſunt,furor:quia more humano talia furta non coniunguntur ad efficiendum vnum damnum, ſi alia cauſa vnionis non interueniat: ideo in eo euentu non pecco mortaliter,nec ad reſtitutionem obligor ſub.m. Addit Quòd ſi ita concurrant ſeorſum,vt nemo de damno notabili p alios illato, vel inferendo ſciat, poſtquam tamen vni eorum conſtiterit de damno illato notabili,quidquid repugnet Nauarra ſupra, iuxta communem,tenebitur ſeam parté, licet non dicam, reſtituere, niſi notabilis intercapedo interueniat: per quam tñ a reſtitutione ſub veniali non excuſabitur; ſed ſi vnus reſtituat ſuā partē, & reliqua quantitas per ſe nō ſufficiat ad.m. probabilius eſt, alios non teneri ſub.m.ad reſtitutionem, vt tenet Maior. 4. d. 15.q.26.col.3. nec excommunicationem cōtra non reſtituentes latam incurrere.

Dico tamen. 3. quando vnus non fuit cauſa:vt cæteri damnum inferrent,etiam ſi ſciret alios accipere,accepiſſe, vel accepturos, non 93. *3. Concluſ.* peccauit mortifere modicum accipiēdo, nec tenetur ſub pec.m. ad reſtitutionem. Pro hac ſententia à nonnullis citatur Couarr.c. Alma mater parte.1.§.9. nu. 2. illatione. 4. quoniam ait, excommunicationes generaliter latas cōtra eos,qui furtum commiſerunt, non ligare eos, qui furando, venialiter ſolum peccauerunt,nimirum,quia tales non tenentur reſtituere ſub mortali: ad excommunicationem autem mortale peccatum requiritur.Sed quādo notabile damnū per furta minima à multis illatum eſt vno de alijs ſciente,expreſſe Couar.1.variarum cap.3.nu.12. tenet,eum,qui modicum quid furatus eſt,peccare mortaliter, & ad reſtitutionem ſub mortali teneri, vnde quod dixit in c. alma mater intelligendum

dum videtur quando alij damnum notabile intulerunt, hic vero paruum.

Hanc tamen. 2. ſententiam expreſſe tenet Nauarr. in ſumma cap.17.nu. 130. & Petrus de Nauarra.3.de reſtitutione.c.1.dub.5.nu. 49. & ſequentibus, & dubio.8.per totum. Petrus Ledeſma.2.2.tract.8. c.20. ad finem.2. parte ſuæ ſummæ, & Leſſius.2.de virtut. c.12. dub. 9. dicens, colligi ex Soto.4.d.22.q.1.a.2.caſu.3. quã etiam inſinuat Sotus.4.iuſtit.q.7.a.3. vbi in caſu de vinea, in quo putat ſub excommunicatione reſtituendum eſſe, ait, quod ſi arguas, excommunicationem non licite imponi niſi pro peccato mortali, Reſpondetur id eſſe p ſe verum ratione culpæ, ſecus autem ratione emergentis damni, quando fit graue: ergo tenet, tunc non eſſe mortale non reſtituere, licet.4.d.22.q.1.ar,2.dixerit, eſſe mortale ratione excommunicationis.

Hæc ſententia probatur. 1. quia ſi aliqui p ſe notabile damnum intulerunt ſufficiens ad mortale, ego vero furatus ſum obolum. v. g. non peccaui mortaliter, vt fatetur Couar. ca. alma mater. Vaz. Say. & alij etiã ex aduerſarijs & res videtur notiſſima; alioqui, qui obolum furatur à rege à quo multi magna furantur, mortaliter peccaret, maxime quando dubitaret an illo leui furto aliquod notabile damnum regis conſumaretur, ex multis, quæ illi inferuntur: ſed ille cum alijs infert notabile, & notabiliſſimum damnum: ergo ſimiliter quando alij per ſe non inferũt notabile damnum, ſed partem eius, hic qui paruin furatur, non peccat mortaliter. Et ratio eſt manifeſta, quia non eſt cauſa totius notabilis damni, ſed partis ac proinde eius peccatum habet materiam omnino leuem; quamuis ea ſit pars materiæ grauis. Conf. quia eſſe cauſam partialẽ damni notabilis non eſt eſſe cauſam eius ſimpliciter: ſed ſecundum quid. ergo non eſt peccatum mortale, ſiue ſit cauſa illius damni accipiendo, ſiue retinendo. Et in ablatione famæ ſeu non reſtitutione res videtur clara: ſi enim ego verum, vel falſum dicendo, abſtuli nonnihil famæ, parum tamen: & alij ſimiliter, licet ex omnibus illis damnis graue aliquod conflaretur, idque ego ſcirem, nõ peccarem mortaliter, nec tenerer ad reſtitutionem ſub mortali: ergo idem eſt in ablatione, & reſtitutione pecuniæ, & aliorum bonorũ fortunæ. Confir. 1. nam ſiquis det obolum in eleemoſynam ſciens alios multos tantundem daturos, atque ſic conflandum eſſe bonũ notabile pauperis; non ideo plus meretur notabiliter, quam ſi id ignoraret: ergo ſimiliter cum infero leue damnum alteri ſciens, alios tantundem inferre, intuliſſe, vel illaturos, & ſic conflandum eſſe damnum notabile, non plus notabiliter pecco, quam ſi de alijs nihil ſcirem, ſed in vno caſu non peccarem mortaliter, vt clarum eſt, & omnes fatẽtur: ergo nec in alio. Conf.2. quia aliorum peccatum, cuius ergo cauſa non fui, mihi nocere non debet, eo quod illud nouerim, ſed ſi mihi non innotuiſſet peccatum alterius præſens, præteritũ, vel futurum; non peccarem mortaliter in illo modico furto, nec tenerer ſub. m. reſtituere: ergo nec cum innotuit; maxime ſi damnũ non ſciui illatum, ſed inferendum ab alijs. Tunc enim non ego, ſed illi conſummant notabile damnum, ego autem illud inchoo. Cõfirmat.3. Leſſius alioqui ſi ſciens alium abſtuliſſe. 9. auferas vnum, infinite amplius peccabis auferendo vnum, quam ille auferendo nouem: quod per ſe eſt abſurdum.

Deinde quando vnus in vno genere, vel negocio, vel vno fine alius vero in alio damnum rerum fortunæ infert, aut vnus hodie alius poſt aliquot menſes, vel annos, & cum magno temporis interuallo, ſi quiſque damnum modicum inferat, licet ex vtroque damnum notabile reſultet, & reſultare ſciant damnificantes, nemo eorum mortaliter peccat, nec ſub mortali tenetur reſtituere, vt probat optime Rebellus ſupra, quia quis non videat, in quos ſcrupulos ex oppoſita ſententia pœnitentes, & confeſſarij inciderẽt, cum vix ſit pœnitens, qui cum alijs per longum vitæ decurſum grauia damna plurimis non intulerit, per ſe modicum damnum inferendo: ergo ſimiliter quando in eodem genere, & ex eodem fine, & eodem vel non admodum diſtanti tempore plures, per partes modicas notabile detrimentum in bonis fortunæ, vel in fama, aut honore inferunt, non peccant mortaliter, nec ſub mortali ad reſtitutionem tenentur, vnitas enim generica negotij, vel finis, aut ſimultas, aut modica temporis diſtantia, ſicut ad magnitudinem damni eſt impertinens, ita ad peccatum mortale in vſurpatione, vel non reſtitutione impertinens videtur. Præterea noſtræ ſententiæ fauet Sa verbo furtum dicẽs, excommunicatio lata ob furtum, intelligitur ſi ex ſe ſit mortale peccatum, ſcilicet rei notabilis &c. Sentit ergo, eos, qui nihil notabile abſtulerunt, non peccare mortaliter.

Dices, ſi quis hominem vulneribus alio-
rum aut morbo iam pene mortuum, ita vul- 94
neraret, vt ex illo, & alijs vulneribus interi- 1. Obiectio.
ret, peccaret mortaliter, licet illud vuln⁹ per
ſe leue eſſet, quia cum alijs notabile damnũ
conſummat, & idem eſſet, vt ait Sayr. lib. 2.
c.13.nu.20. Si quis ſæpius intemperate comedens vltimo leui exceſſu grauem infirmitatem, vel lethalem incurrat: ergo ſimiliter, qui furto ſuo leui cõſummat notabile damnum, quod leuibus aliorum furtis cæptum eſt. Reſ.

non

Digitized by Google

non eſſe ſimile, quia in caſu illo ex mea percuſſione ſequitur mors, quæ eſt graue damnum extrinſecum omnibus vulneribus: at vero in noſtro caſu ex furto meo nullum graue damnum nouum ſeu extrinſecum ſequitur: ſed ex illo furto, & præcedentibus tanquam ex partibus intrinſecis vnum furtum magnũ componitur, cui ego nõ cooperor, niſi in parte modica, leuiter, & ſecundum quid: imo nec proprie facio notabile dãnum, ſicut qui addendo vnum pedem facit, vt linea ſit.10. pedum non dicitur proprie facere lineã decem pedum, & qui dat vnum argenteum habenti 9. non dicitur dare.10. argenteorum ſummã, licet illam compleat.

2. Obiectio. Dices ergo cum aliqui vineam per furta modica vaſtauerunt, & prælatus ſub excommunicatione præciperet, vt omnes vaſtatores reſtituerent, nullus eorum incideret in excommunicationem non reſtituendo, & ſic inutilis, & ſuperflua eſſet talis cenſura.

Reſpond. in primis illam cenſuram non ferri in eos, qui leue tantum damnum intulerunt, ſed graue, qui ſub mortali reſtituere tenebantur, etiam ſemota cenſura: deinde ferri poſſet in eos, qui licet leuiter delinquerint in acceptione, tamen grauiter delinquet non contra iuſtitiam, ſed contra charitatem non reſtituendo, quia ſi ipſi reſtituant, alij ſuo exemplo reſtituent, & ſic notabile damnum reparabitur. In quo euentu reſtitutio rei leuis eſt materia grauis propter effectum quem illatura eſt: & forte hoc ſolum vult Leſſius ſupra: dicens, prælatum poſſe ſub.m. & excommunicatione obligare ad reſtitutionem rei leuis, vt graue damnũ reſarciatur. Quando vero rei modicæ reſtitutio profutura non eſt ad notabilis damni reparationem, non erit peccatum mortale non reſtituere, ſed veniale tantum, quia materia eſt omnino leuis ideo cenſura non incurretur, niſi quis dicat, quòd inſinuat Leſſius ſupra, prælatum in materia leui propter iuſtam cauſam, & grauem finem poſſe imponere grauem obligationẽ; & hac poteſtate vti quando talem excommunicationem imponit, & generatim quoties in materia leui imponit poenam excommunicationis, vel aliam eiuſmodi, quæ peccatum mortale requirit, obligare ſub mortali vt docet Couar. cap. alma mater. p.2. §.9. nu.5. Sed bene reijcitur a Suarez: quia nemo poteſt imponere obligationem grauem in materia leui, cum ſit incapax illius, vt in tractat. de legibus oſtendemus, & ſuadet Suarez: quia præceptum naturale non poteſt in leui materia grauem obligationẽ inducere: ergo neq. humanum. Confirmo, quia nulla iuſta cauſa eſſe poteſt imponendi grauem obligationem in materia leui, dum ex circunſtantia non fit grauis. Vnde merito Suarez reijcit Sotum. 4. d.22. q.1. artic. 2. in caſu de vinea aſſerentem, quamuis accipere non fuerit mortale crimẽ; quia vero pro graui damno excommunicatio fuit iuſta, quicumq. tenetur ſub peccato mortali, quod abſtulit reſtituere. Quod etiã expreſſe docuit Petrus Ledeſma. 2 2. 11 act. 8. c. 20. pag. 691. in fine, & pag. ſeq. in princip. vbi ait, in eo euentu obligationem reſtituẽdi ſub mortali ſolum ex vi excommunicationis oriri; ablata autem ſententia excommunic. ſolum eſſe obligationem reſtituendi ſub veniali. Ex dictis facile reijciuntur duo modi, quibus aliqui dicunt, cenſuram excommunicationis incurrere poſſe eum qui modicũ quid furatus eſt, ſi non reſtituat. Primus eſt quãdo ille etiam ſecluſo præcepto, & cenſura eccleſiæ grauiter peccaret contra iuſtitiã omittendo reſtitutionem. Secundus eſt quando prælatus eccleſię in materia leui propter grauem finem temporalem, vel ſpiritualem, grauem obligationem imponeret. Nam nũquam eſt contra iuſtitiam leue illud damnum non reſtituere, & Prælatus nec propter finem grauẽ ſpiritualem vel temporalem poteſt in materia leui, & ſuam leuitatem retinente imponere obligationem grauem, ſecus ſi materia fiat grauis, vt ſit rei leues reſtitutio, quando hîc & nunc deſeruiet, vt alij reſtituãt, & ſic notabile damnum reparetur.

Obijcies 3. Ergo fieri poteſt, vt quis magnum damnum accipiat, & tamen nemo teneatur ſub.m. reſtituere R. Leſſius concedendo totum: nec enim hoc abſurdum videri debet, qñ damnũ à multis datum eſt: cũ etiã locum habeat quando ab vno ſolo abſque culpa lethali irrogatum eſt, vt ſupr. oſtenſum eſt c.7. dub.6. ¶ Dico. 4. Si quis non ſuaſione, vel hortatione, ſed ſolo ſuo exemplo cauſa fuit alijs, vt modica etiam furarentur, & ſic notabile damnum fieret, non peccauit mortifere, nec tenetur ſub.m. totum, vel partem damni reſarcire. Oppoſitum colligi poteſt ex Leſſio; quia cum moderatione docet, cõſcium damni ab alijs inferendi non peccare mortifere, nec teneri ſub.m. ad reſtitutionem, ſi ſuo exẽplo, vel hortatione non fuit cauſa damni ab alijs inferendi. Sed Con. probatur; quia ille non peccat.m. peccato ſcandali, cum non inducat alios ad peccat. m. nec peccato iniuſtitiæ: quia non tenetur ex iuſtitia abſtinere à malo exẽplo, ſed ex charitate: vnde ſequitur non teneri etiã ſub. v. ad reſtitutionẽ damni ab alijs illati: quia obligatio reſtituendi ſolũ fundatur in damnificatione iniuſta. 3. Obiectio. 4. Concluſ.

7. Difficul. an qui vouit ſingulis diebus dare paruã aliquam eleemoſynam, vel recitare orationem dominicam ſæpius id omittens, tandem peccet mortifere. Reſp. affirm. quod 7. Difficul.

quantum

quantum ad eleemoſynam conceſſere Sotus 7.iuſtit.quæſt.3.ar.1. Angles in 4.quæſt. de voto.a.2.diffic.2.Arag. 2.2. quæſt. 88.ar.3. Corona tract.de voto.n.8.& etiam de oratione domi. contra Sotum Sayrus,lib.1.cap.13.num.21. Vazq.hic diſp.146.c.2. Valen.2.2.diſput. 6.q.6. punct.4.Rodrig.1.p.ſum.cap.99.con.1. Lopez in inſtruct.conſcien. c.42. citans Canum, & alij. Prob.quia eadem eſt ratio de eleemoſyna, & oratione Dominica; & qua omittens roſarium totum quod ex voto tenetur recitare intra diem peccat.m.ergo,& qui omittit centum orationes dominicas quas dicere tenetur intra 6.meſes.Item,quia creſcente materia in furto tandem committitur. m. ergo, in oratione. Aduerte, Azorem to.1.lib.11.ca.9. q.3. vti diſtinctione, quando eleemoſynæ, vel orationes ſunt,vel non ſunt onera temporis, ſed parum referre videtur.

SECTIO. XXVIII.

Vtrum ratione contemptus peccatum alioqui veniale,ſit mortale, & quomodo.

95 Doctores paſſim affirmant, Bernard. lib. de præcepto, & diſpenſatione cap. 14. & ſerm. 1. in conuerſio.Pauli. Antonin.1.par. titul. 10.c.1.§.3. Palud.4.diſt.16.quæſt.1. in fine. Collectarius.cap.1.de conſtitutio,& alij apud Angelum verbo in obedientia, & verbo peccatum.§. 4.Syluester verbo peccatum. quæſt.3. & 4. Armill.num.13. D. Thom.hac. quæſt.88. art.5. ad.1. Nauarr. præludio. 9. num. 15. Sayrus lib.2. cap.13. num.15. Corona. cap. 1. par. 1. num. 23. Philiarch. de offic. ſacer. par.2. lib. 3. capit. 1. Medin. quæſt. 88. artic.2. & 4. Medicis in ſumm.pec.p.1.c.1.tit.1.q.11.

Sed varijs modis explicatur contemptus iſte.1. enim Bernard. ſentire videtur, contemptum iſtum eſſe in quolibet peccato ſcienter facto ſeu plene deliberato, vt colligitur ex tracta.de præcepto & diſpenſatione colom.5. late,& colum. 9. præſertim ex illis verbis. Si iubente mihi ſeniore,vt ſileam, verbum forte per obliuionem elabitur, reum me fateor, inobedientię,ſed venialiter:ſi ex cōtēptu ſciēs & deliberās ſponte in verba prorumpo, præuaricatorem me conſtituo criminaliter. Hoc duriſſimum merito multis videtur, & contra omnes fere Doctores, & contra rationem, quæ dictat eſſe aliqua ex ſuo genere leuia aut leuiſſima,licet ſcienter, & cum plena deliberatione fiant,vt verbum otioſum,mendacium iocoſum, vel officioſum, furtum leue, & ſimilia. Vnde Bernardum explicant, quod per exaggerationem dixerit, eſſe criminale id eſt magnum peccatum intra latitudinem venialis peccati, vel quod per contemptum non intellexerit peccatum fieri cum ſcientia & deliberatione plena, ſed ex quadā dedignatione,& diſplicentia ſubdendi ſe legi, vnde in eodem libro inquit: non ergo qualiſcumque mandati præteritio criminalem facit inobedientiam, ſed repugnare, ſed nolle obedire, & multa alia ex quibus conſtat,nō omnia peccata plene deliberata eſſe mortalia aut ex contemptu, vel cum contemptu, ſed ea quæ fiunt tumore ſuperbiæ,& ex affectu non ſe ſubijciendi legi iuxta vltimum modum dicendi,quem afferemus.

3. Gerſon lectio. 5. de vita ſpirit. animæ parte. 3. alphab. 61. littera. F. & ſequentibus, 96. ex Altiſiod. diſtinguit triplicem contemptū. 1. appretiare rem minus iuſto. 2. negligere eam,& de ea non curare.3.iraſci rei tanquam vili, & eam aſpernari. Primus malus, ſecundus deterior, tertius peſſimus. 1. eſt vere, vel interpretatiue in omni peccato etiam veniali. 2. in mortali & veniali accidere poteſt. 3. qui eſt proprie contemptus, non videtur fieri cum deliberatione completa abſque peccato mortali. Diſtinguit etiam agere cum contemptu, ex contemptu ſicut agere cum ignorantia, & ex ignorantia: agere ex contemptu eſt ita agere, vt ſi non interuenitet contemptus, homo non ageret. Agere ex. 1. contemptu, vel ex.2. etiam cū deliberatione completa interdum eſt mortale, interdum veniale. Agere ex.3. contemptu cum plena deliberatiōe ſemp eſt mortale. Eſt enim ac ſi diceret ego in deſpectum veſtrum, & quia ſic præcipitis, agam in oppoſitum. Sed difficile eſt intelligere quomodo quis velle poſſit agere in oppoſitum ea ſola ratione, quia aliquid ei præcipitur, niſi ad vltimum dicendi modum recurramus. *D*einde ad videndum an interueniente contemptu peccet homo mortaliter, nihil refert ſecundum Gerſon agere cum contemptu,vel ex contemptu, quia loquendo de 3. contemptu, vtrumque putat eſſe mortale, cum tamen alij ſolum dicant eſſe mortale agere ex contemptu. *D*einde in 3. contemptu inuoluit iram erga rem tāquam vilem;cum tamen ira non videatur neceſſaria ad contemptum,nec reſpiciat rem, vt vilem,ſed ſit appetitus vindictæ. Vnde ſententia Gerſonis obſcura eſt.

5. Quarto. Antoninus.3. parte, titul.16. cap.1. §.8. citat,& videtur ſequi Ioannem Dominicum dicentem, contemptum mortalem in religioſo eſſe voluntariam ſine cauſa continuatam aliquandiu tranſgreſſionem regulæ 97.

cum

tum intentione continuandi tranſgreſſione. Sed vt vera ſit iſta ſententia explicanda eſt hoc modo, vt contemptus ſit nulla alia cauſa quàm, quia renuit ſubeſſe regulæ aut legi, illam tranſgredi, vt ſolent tranſgredi, qui cum facile poſſint ſe accommodare regulæ,
101 paſſim illam violant. Nam Antoninus ibi ſequitur D. Thomam 2.2. quæſt. 186. artic. 9. ad 3. vbi declarat contemptum eſſe renuere ſubijci ordinationi, regulæ vel legi, & ſubiungit Antoninus, Ioannes Dominicus hoc declarat per exempla, &c. ergo iſti cum D. Tho. ſentiunt: cuius ſententiam inferius approbabimus. Et certe in conſuetudine peccandi, vel tranſgrediendi non eſſe poſitum contemptum, qui ſit peccatum mortale, expreſſe docet idem Antoninus, 2. parte, titul. 10. cap. 1. §. 3. licet ſentiat, ſæpe adiunctum eſſe conſuetudini, qua aliqui peccant, vel tranſgrediuntur regulam aut legem, ſine vrgenti motiuo, aut cauſa, & ſine vllo dolore, vel remorſu conſcientiæ, vel affectu emendationis, quo pacto intellige, quod ait. 2. parte titulo. 9. capit. 3. §. 5. mortalem contemptum eſſe recitare diuinum officium ex conſuetudine indeuote, quamuis tantum ſit veniale, ſemel aut iterum dicere illud indeuote. Sic etiam intellige, quod ait Richard. quodlibet. 1. q. 19. peccare ex contemptu mortali eſſe peccare ex conſuetudine, quo pacto loquuntur etiam gloſſa, capit. tres ſunt de pœnitent. diſ. 1. verbo, opprimunt, & ſupplementum verbo, ornatus, apud Syluestrum verbo peccatum. num. 4. Sotum. 4. diſtinct. 15. quæſt. 2. articul. 1. column. penultim. §. Hic aduertendum, nam in rigore non ſufficit ad contemptum mortalem peccare ex conſuetudine, ſeu habere conſuetudinem peccandi, nam ſi quis ex ignorantia, ira, vel alia paſſione, aut negligentia ſæpius peccet eodem genere peccati, vel diuerſo, non erit peccatum mortale contemptus; vt docet *D.* Thom. 2. 2. quæſt. 186. artic. 9. ad. 3. Caietan. ibi, & artic. 2. §. ad euidentiam. Syluester religio. 1. num. 8. ex Archidiacon, poſt Turrecremat. Antoninus. 1. part. titul. 10. capitul. 1. §. 3. Nauarr. capit. 23. num. 42. Angel. verbo contemptus, & ratio eſt clara, quia repetitio verbi orioſi. v. g. non facit vt peccatum præteritum ſit mortale, cum illud iam non ſit, nec vt peccatum præſens ſit mortale, quia non eſt circunſtantia præſentis, & quia etiam ſi eſſet circūſtātia, eſſet quid leue, & ſæpe nō ocurrit menti, neque vero aggregatum ex vtroque eſt mortale, quia multa venialia non faciunt vnum mortale, qua ergo ratione peccare ex conſuetudine erit peccare ex contemptu mortali? ſi dicas, quia eodem actu explicito, vel implicito amplectitur voluntas materiam ſufficientem ad mortale, vt in furtis expoſuimus. Certe nec hoc eſt peccare ex contemptu. Nam peccatum ex contemptu condiſtinguitur peccato ex neceſſitate, ignorantia, paſſione, & negligētia. Vt ex Nicolao Papa cap. excellentiſſimus. 11. quæſt. 3. & ex communi modo loquendi Doctorum conſtat. At furtorum repetitio, & multiplicatio illa ex ignorantia, vel paſſione prouenire poteſt: ergo non ſemper eſt ex contemptu.

Quinto. Alij explicant mortalem tranſgreſſionem ex contemptu eſſe cum contemnitur auctoritas præcipientis. Archidiac. cap. vtinam. 76. *D.* Geminianus, cap. generali de electione in 6. num. 10. & 11. Angel. verbo contemptus. §. 1. Sed limitat Archidia. ſi tranſgreſſio eſt huiuſmodi vt impediatur finis præcepti. Sed etiam eſt obſcurum, quid ſit contemnere auctoritatem prælati, ſi enim eſt vilipēdere, & parui æſtimare illam quaſi inſufficientem ad obligandum, contemptus erit grauis culpa, quia ad peccatum infidelitatis pertinebit, vel ad vitium oppoſitum ſtudioſitati, ad quod ſpectant temeraria iudicia, quæ in hac materia grauiſſima poteſtatis obligandi pernicioſa ſunt, & lethalia. Si vero contemnatur auctoritas alicuius prælati, vel quia exigua eſt comparatione poteſtatis diuinæ, vel hominis maiorem poteſtatem iuriſdictionem habentis, vt ſi quis contemnat auctoritatem ædilis, vel apparitoris, quia infima eſt, hoc certe nullum peccatum erit. Si vero ſit non exhibere prælato proportionatum honorem, & reuerentiam. Hoc interdum erit mortale, interdum veniale iuxta quantitatem iniuriæ, inurbanitatis, vel irreuerentiæ, etiam ſi id proueniat ex eo, quod illum cenſet indoctum, ignobilem, puſillanimem, vitioſum, &c. Siue ex alio capite, & talis exiſtimatio ſicuti & iudicia temeraria circa defectus aliorum hominum, interdum erit peccatum mortale, interdum veniale prout fuerint rationes iudicandi, de quo vide Caiet. verbo contemptus. 98.

Sexto. Nauarrus. capit. 23. num. 42. quem ſequitur Sayrus illo. num. 15. in fine, ait, tunc peccare mortaliter ex contemptu, quando principaliter quis ad peccandum mouetur ex eo quod legem, aut eius auctorem paruipēdit. Sed de paruipēſione auctoritatis proxime diximus, iam de paruipenſione legis dicamus. Primo enim ſi lex ſit *Dei*, & illam paruipendas, iudicando eam inutilem, vel iniuſtam, peccatum mortale erit contra fidelitatem, vel ſtudioſitatem, quia non poſſunt eſſe rationes ſufficientes, aut valde apparentes 99.

parentes ad tam de miſſe iudicandum de Deo: reputare etiam iniuſtam aut inutilem legem ſuperioris interdum erit mortale, interdum veniale peccatum; interdum vero nullum pro quantitate, & pondere rationum, quib. ad tale iudicium quis moueatur. Si vero paruipendatur lex, id eſt, minoris æſtimetur quam aliæ, quia materia illius recte iudicatur leuis, ipſaque lex non omnino neceſſaria ad ſalutem, & ex hac conſideratione pronior redditus ad peccandum, peccet, id non eſt peccatum mortale, ſed veniale, vt recte Sotus. 4. diſtinct. 15. quæſtio. 2. articul. 1. column. penultim. §. hic aduertendum, Caietanus. & Armill. verbo contemptus.

100 Septimo. Gloſſa capit. tres ſunt de poeniten. diſtinct. 1. verbo opprimant, ait, peccatum veniale ex contemptu fieri mortale, quia vilipenſio, & contemptus venialium eſt peccatum mortale: hoc approbat ſupplemen. verbo ornatus: ſed reprobatur à Syluestr. verbo peccatum. quæſtio. 4. quia vilipenſio venialium non eſt peccatum mortale, niſi forte in religioſo, qui tenetur habere propoſitum proficiendi: quia nullibi eſt præceptum, quod iſtam curam habeamus, ſed cōſulitur tantum.

Octauo. Ergo D. Thom. 2. 2. quæſtio. 186. articul. 9. ad. 3. & Caietan. ibi Syluester religio. 1. quæſt. 12. Angel. verbo contemptus in principio. Sylueſt. Roſella, Tabien. Caietanus, & Armilla, eodem verbo. Antoninus. 3. parte, titul. 16. capit. 9. Medina in hac quæſ. articul. 4. Sylueſt. verbo peccatum. quæſt. 4. & alij dicunt, tunc peccatum alioqui veniale eſſe mortale ex contempto, quando ideo homo peccat, quia renuit ſe ſubijcere legi. & in idem redit, quod ait Caietan. 2. 2. quæſt. 104. articul. 2. & verbo contemptus, & Gerſon ſupra, quando quis ideo peccat, vt tranſgrediatur præceptum prælati. Sed hoc non caret difficultate, quia nihil poteſt eſſe motiuum operandi, niſi aliqua ratio boni, in hoc autem quod eſt non ſubijcere ſe legi, ſeu illam tranſgredi, nulla continetur ratio boni: ergo hoc præciſe ſumptum non poteſt eſſe motiuum. Deinde ſi velis tranſgredi præceptum prælati in re leui, vt illi moleſtiā inferas, non eſt peccatum mortale, vt docent Caietan. & Armill. verbo contemptus.

Secundo, ſi nolis ſubijci legi obliganti ſub veniali ne tot legibus graueris, ſed libertate aliqua in exercitio fruaris, non videtur hoc peccatum mortale: in quo ergo conſiſtit contemptus legis, qui etiam in materia leui ſit peccatum mortale? Reſpondent aliqui, in eo, quod nolis ſubijci legi quamuis leuiſſimæ, vt ſaltem quantum ad id te geras, vt non ſubditum *Deo*, vel quod in te eſt, moleſtiā infestas Deo, vel de illo vindictam ſumas, vel ſimili alia apparenti ratione boni, quæ contineat peculiarem audaciam, & ſuperbiam directe contra *Deum*.

Alij reſpondent, ſi quis ſolo amore libertatis à lege quoad exercitium, tranſgrediatur legem in materia alioqui leui, peccare mortaliter, quia materia, quæ eſt leuis reſpectu ordinarij modi peccandi, in quo intenduntur maiores aliæ commoditates, eſt grauis reſpectu huius modi peccandi, in quo motiuum eſt leuiſſimum, & inutiliſſimum. Hoc exiſtimo eſſe de mente *D.* Thom. & aliorum communiter: iuxta quam interpretationem concedunt multi, vt Medina hic artic. 4. contemptum aliquem poſſe eſſe peccatum veniale, nempe quando materia non ſolum eſt leuis reſpectu aliorum modorum peccandi, ſed etiam reſpectu huius. Vnde Gabriel. 2. diſtinct. 22. quæſtio. 1. dub. 3. ad vltimum ait, Adam in ſtatu innocentiæ potuiſſe peccare ex contemptu, qui non eſſet peccatum mortale. Item Caietan. & Armilla verbo contemptus, dicunt, duplicem eſſe contemptum legis: alterum abſolute, & ſimpliciter, ſcilicet abſolute nolle obedire ſuperiori & hunc eſſe peccatum mortale, alterum ſecundum quid, ſcilicet, nolle ſubijci, & obedire in re minima, & hoc eſſe peccatum veniale. Valentia. 2. 2. diſputat. 10. quæſtio. 4. aliter interpretatur contemptum ſimpliciter, & ſecundum quid. Contemptum ſimpliciter appellat nolle viuere. Regulariter, id eſt, in ea forma vitæ, in qua ſit ſubiectus prælatis habentibus auctoritatem puniendi ipſum pro violatione regulæ, & hunc contemptum ait eſſe peccatum mortale, quia eſt contra votum in profeſſione factum caſtitatis, obedientiæ, & paupertatis in vita regulari. Contemptum vero ſecundum quid, nolle obſeruare hanc aut illam regulam, & hoc ait, non eſſe peccatum mortale, imo nec veniale, quando regulæ religionis non obligant ſub peccato, & ita interpretatur. Caietan. ibi, qui hac diſtinctione vtitur, quidquid ſit de his, certum eſt, contemptum non plene deliberatum, nō eſſe peccatum mortale. De hac materia dicam alia tract. de legibus. 101

SECTIO. XXIX.

Quomodo peccatum alioqui veniale reddatur mortale ex eo, quod in eo conſtituitur vltimus finis.

PECCA-

02 PEccatvm veniale ex genere fieri mortale, ſi in eo conſtituatur vltimus finis, docet D. Thom. de malo quæſtione.7.articul.1.ad ad.5.& in hac, quæſtione.88.articul.2 3 &.4. Caieta. artic. 5. Petrus de Snto lect. 7.de peccatis. Antonin.1.parre titul.10.cap.1.§.3. & alij poſtea referendi. Quidam autem explicant conſtituere vltimum finem in aliquo peccato eſſe velle illud ſub ratione mali moralis, ſeu peccati, & peccare propter peccare, hic modus dicendi falſo à Victo. & Zumel ar.4. ttibuitur Almaino.1. moral. capit. 28. & Gerſoni de vita ſpirituali lectione.1. Sed iam tomo.1. oſtendimus malum ſub ratione mali appeti non poſſe. Deinde quanuis peccatum alioqui veniale, ſub ratione peccati leuis appeti poſſet, & ſic appeteretur, non videtur ex eo tale peccatum mortale reddi.

Alij explicant, conſtituere vltimum finem in peccato veniali eſſe ferri in illud maximo conatu & intenſione quaſi eſſet vltimus finis. Ita Adrianus quodlibet.7.articu.2.& in 4.quæſtione 2.de pœnitentia. Petrus de Soto lectione.14.& 15.de perfectione contritionis. conſonat Medina quæſtio.5. de pœnitentia articul.3. Fauet Hieronym.1.contra Iouinianum, relatus cap. origo.32. quæſtio. 4. ſed in materia de charitate.2. 2. quæſtione.26.artic. 3. cum communi oſtendimus non eſſe peccatum diligere intenſius creaturam, quam Deum, vt communiter diliguntur filij & propria vita, vt recte explicat Auguſt.21.ciuit. ca. 26 in fine. Similiter in materia de contritione cum communi oſtendimus non eſſe obligationem dolendi intenſius de peccato, & offenſa Dei quam de quolibet alio malo & in hac diſp. ſectione.24.cum Vaz. docuimus peccatum veniale ex ſola intenſione actus nõ poſſe fieri mortale, itaq; quantacũq; intenſione velit quis, iocoſe mentiri, non peccaturum mortaliter: ergò veniale non fit mortale, ex intenſione actus, & alioqui innumeri ſcrupuli & perplexitates emergerẽt quia cum intenſionis gradus ſint ignoti, non poſſet conſtare quando peccatum eſſet mortale. Item Paulus monet vt viri diligant vxores, ſicut Chriſtus dilexit Eccleſiam, ſed Chriſtus dilexit Eccleſiam intenſe: ergo ſic poſſunt viri diligere vxores & ſane nullum eſt præceptum in contrarium, & ſimiliter nullum eſt præceptum graue & ſub mortali prohibens intenſionem affectus in mẽdacio iocoſo. Fateor quo maior fuerit affectus in intenſione, peccatum fore maius; ſed nunquam intenſio tanta erit vt de veniali reddatur mortale, alioqui qui magna intenſione vellet iocoſe mentiri peccaret mortaliter. Dices multi docẽt intenſionem in peccato mortali tantam eſſe poſſe vt illud notabiliter aggrauet & ſit circunſtantia neceſſario cõfitenda: ergo ſimiliter peccatum veniale poteſt ex intenſione notabiliter aggrauari & fieri mortale. R. quidquid ſit de antecedenti, nullam eſſe conſequentiam, quia intenſio peccati mortalis eſt intenſio rei magnæ, & ideo magna appretiatiua, & ita poteſt notabiliter aggrauare. ſecus intenſio peccati venialis: quæ eſt intenſio rei leuis, & ideo eſt leuis appretiatiue. Male ergo Zumel.a.4. docuit. veniale, ex intenſione poſſe reddi mortale: & melius oppoſitum docuerat.a.1.diſput.4. imo in eodem.ar.4. quibus locis late impugnat illam doctrinam Adrian. & Vaz.d.145 ca. 2.& in cõmentario.a.5. docet ex intenſione. p. v. non poſſe fieri mortale. quod putat eſſe contra Bona.4.d.16.p.2.a.3.q.1.in corpore, & ad.2. vbi ait veniale fieri mortale per libidinem & complacentiam. Sed magis eſt contra Altiſiorenſem lib 2.tract.28.c.4.q.2.arg.2.& eius ſolutione, & q.1.ad finem.

Melius ergo alij explicant conſtituere finẽ vltimum in peccato veniali eſſe appretiatiue illud diligere pluſquam Deum ſeu amicitiam Dei, & ius ad eius fruitionem, & ita vt nihil penſi habeat mortaliter Deum offendi, modo rem cupitam vſurpet & ea per fruatur Valen. diſp.6.q.18 pun.3.in fine. Naua.præludio.9. nu. 16. Vaz.hac.q.88 a.5. Sayr.lib.2.c.13.n.12. Angl. 2.d.37.q 9.a.1.diffic.3. Coron.p.1.c.1.n.23. Medi. hac.q.88.a.2 Viual.4.in append.ad candelab. c.vlt. Philiar.de offic.ſacer.p.2.lib.3.cap.1. Zumel.a.1.diſp.4.& ar.4.ſumitur ex D.Tho.q.87. a.5.& 2.2.q.142.ar.2. & 132.a.3. & 2.diſt. 24. q. 3 ar.6. Syluester verbo peccatum.q.3. Angel. 4. Armil.13. Roſſell.5. Palud.4. diſt. 16. quæſt.1. in fine Antoninus 1.par.titu.10.cap.1.§ 3. Ægidius 2.diſt in.24.parte.2.quæſt.2. art. 5. Medicis in ſum.peccat. parte.1. titu.1. quæſt. 11. Sic intelligenda ſunt teſtimonia ſcripturæ & patrum in quibus amor honoris, & inanis gloriæ & aliorum huiuſmodi damnatur tanquã mortale peccatum, ſcilicet quando tantus eſt appretiatiue, vt propter res iſtas non dubitet homo grauiter Deum offendere, vt in Pſalm. Dominus diſſipabit oſſa eorum qui hominibus placent, & Paulus, ſi hominibus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem. Et Ioan.5. Quomodo poteſtis credere qui gloriam ab hominibus quæritis. Vnde Auguſt.5. ciuit.c.14.ait, vitium inanis gloriæ tam inimicum eſſe piæ fidei, ſi maior in corde ſit cupiditas gloriæ, quam Dei timor, vel amor, vt dixerit Dominus, quomodo poteſtis credere, &c. Sic etiam intelligitur, quod ait Auguſtin. capite.3. §. criminis diſtinctione. 25. nullum peccatum eſt veniale, quod non fiat mortale dum placet. Sic etiam poteſt intelligi, quod ait Bonau. 4.

d.16.p.2.ar.3.q.2.ait, mortale poſſe fieri veniale per libidinem, complacentiam, ſeu placitũ. Nam Ægid. ſupra, idem eſſe putat, veniale fieri mortale per complacentiam & per conſtitutionem vltimi finis in ipſo, ad modum explicatum. Et ita putat peccaſſe mortaliter primos parentes in eſu ligni vetiti, qui alioqui eſſet peccatum veniale. Sic etiam intellige Richardum. 4.d.16.ar.2.q.2.in fine, vbi ait, propter multiplicationem venialium intantum poſſe intendi voluntatem quod quiſcat in illa deordinatione ſicut in fine, tunc autem nõ eſſe peccatum veniale ſed mortale, quod etiá docet Altiſiodo.2. ſummæ tract.28. c.4.q.1. agens de repetitione ebrietatis, quam putat non eſſe peccatum mortale ex genere ſed veniale.

SECTIO. XXX.

Vtrum diuturnitas vel frequentia p. venialis reddat illud mortale & an ebrietas ſit peccatum mortale ex genere ſuo.

124 RAtio dubitandi eſt, quoniam Aug. ſer.4. animarum ſeu de igne purgatorij relatus c. vnũm oratium.25 d. ait, ſi diu teneatur iracundia & ebrietas, ſi aſſidua ſit, tranſire in numerum peccatorum mortalium, & Pan. c. audiuimus, de reliqui. & vene. ſan. & in. c. à crapula de vita & honeſt. cleri. & in. c. in ſacris col. fin. de his, quæ vi, ait, nullum peccatum eſſe adeo veniale, quin conſuetudine fiat. m. quam refert & ſequitur Marquardus de Suſanis de cœlibatu. p.3.c.1.n.6. cum quo tranſit Albericus in dictionario. v. peccatum in princ. & Aluar. Pelag. de planctu Eccleſiæ lib.2.c.81. & alij, quos refert Couar. c. alma mater de ſen. exc. lib.6.2.p. relectionis. §.7.n.6. verſ. Tertio tenentes. Quibus concinit Magiſt.2.d.24.§ ita que, dicens: quædam ſunt, quæ ſi tantum ſemel fiant vel faciẽda diſponantur, damnant; quædam vero non, niſi ſæpius fiant, vel facienda decernantur, vt de otioſo verbo & huiuſmodi. Sed certiſsimũ eſt, conſuetudinẽ ſolam non ſufficere, vt quæ alioqui eſſet venialia, fiant mortalia. Quoniá hoc ex pluribus venialibus fit vnũ. m. vt ſect. 25. vidimus; nec vltimum peccatum, quod alioqui eſſet. v. fit. m. ex eo quod alia præceſſerint, ſaltẽ quia tunc inuincibiliter ignorantur, vel nõ cogitantur præterita, vel vltimũ nõ cõſummat vnũ graue damnũ nec cõplet vná materiá grauẽ, vt ſect.27. dictũ eſt. Et ita cõſuetudinẽ aut frequentiá per ſe non ſufficere vt quod alioqui eſſet. v. fiat. m. docet Couar. ſup. Viual. in appendice ad candelab. cap.22. quod eſt vltimum. Io. Friburg. in ſumm. confeſſor. lib. 3. tit. 34. quæſt.151. Archid. cap. tres ſunt de pœnit. d.1. & Nauar. ibi. num.6. Vazq. & Azor infra. Scot.3. diſt.29. quæſtio.1 Gabr. 4. diſtinct. 16. quæſt.5. art.3. dub.5. Almain.3. moral. cap.21. de quo plura dicam tractat. de legibus diſputando an ſæpe ſeu ex conſuetudine violare legem in materia leui, ſit mort. Pro loco autem Auguſt. aduerte, quod diuturnitas iracundiæ non reddit illam mortalem formaliter, ſed indicium eſt plenæ deliberationis, qua poſita iá iracundia, qua appetitur notabilis vindicta nõ excuſatur à p.m. maxime, quod oſtenſio eius ſcandalũ, & graué aliorũ moleſtiá aliaq. incommoda adducere ſolet. Ideo Aug. loco cit. dixit, diuturná irá eſſe. p.m. vt interpretatur D.Tho.a.5. ad.1. ¶Quod vero attinet ad ebrietatem D.Th. de malo.q.2. a.8. ad.3. & q.8.a.4. ad.1. & 2.d.24.q.3.a.6. Altiſiod. lib.2. tract.28. c.4.q.1. ad.2. Bonau.4. d.16. art.3. q.1. & alij dicunt, non eſſe mortalem ex genere ſuo.

Nihilominus cenſeo eſſe. p. m. ex genere, ita, vt vel ſemel inebriari. p.m. ſit, quia id notabilé continet turpitudinẽ, & damnũ eſt per ſe notabile, cũ homo non poſſit etiá ſi opus ſit, breui ad ſobrietatẽ redire, & Aug. frequentiá ebrietatis requirit, vt ſignum, quòd nõ excuſetur aliquis à p.m. per ignorantiá, quia videlicet neſcietit ea quantitate vini obruendum eſſe iudiciũ. Ita D.Tho. in hac. q.88. ar.5. ad.1. & 2.2.q.150.a.2. vbi Caiet. Cõrad. hic. a.5. gloſſa. 25.d.§ alias verbo plus accipit. Anto. 2. p. tit.6.c.5. Angel. Sylueſt. & cæteri Summiſtæ verbo ebrietas. Nauar. c.23. nu.121. Valent. 2.2. diſp.9.q.3. punct.2. Petr. Ledeſ.2.2. tract.25. c.5. Vaz. hac. q.88.a.5. Azor, to.1. lib.4.c.9.q.11. inter quos, qui optime probant, ſunt Valentia, & Antoninus.

Colligi poteſt ex Paulo. 1. Corinth. 5. & 6. 105.
vbi ebrioſos dicit eſſe fugiendos, & non eſſe poſſeſſuros regnum Dei, & Galat.5. ebrietatẽ numerat inter opera carnis de quibus prædicit, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non poſſidebũt, ſed cum in poſteriori loco comeſſationes numeret cum ebrietatibus, & priori loco auaros, & ebrioſos coniungat; comeſſatio autem, & auaritia non ſint mortalia ex genere, non conſtat certo ex his locis ebrietatem eſse peccatum mortale ex genere, licet probabiliter ſuadeatur, præſertim cum reliqua omnia vitia, quæ ibi numerantur, ſint mortalia ex genere. Vnde in cap. ante omnia, & c. crapula de vita & honeſt. clericorum interdicitur clericis ebrietas. Si autẽ aliqñ eſſet neceſsaria ad ſalutem, cui non poſset alijs

Digitized by Google

alijs medijs cõmode ſubuenire licitũ eſſet inebriari, vt docet Syl. ebriuntũ. q.3. Val. & Petrus Ledeſ. ſupra Nauarr. ſupra n.119. & colligitur ex D. Thoma 2.2. q.150. a a. ad.3. vbi Caiet. ſicut etiam eſt licitum amputare ſibi membrum aliquod cauſa conſeruandi vitam. Cur autem non ſimiliter propter ſalutem & vitam tuendam licet vnquam procurare pollutionem recte Thomas Sanchez to.3. de matr. diſp. 17. n. 16. de quo iam diximus diſp. 6. ſect. 11. n. 83. Tenendo ergo ebrietatem eſſe ex genere ſuo. p. m. quod dixit *Aug.* ſupra ebrietatem eſſe crimen ſi aſſidua ſit, recte exponit *Azor*, non velle; aliter non eſſe crimen, ſed non eſſe crimen quod impedimento ſit ad epiſcopatũ, de quo dixit Ariſtot. oportet epiſcopum ſine crimine eſſe. D. Tho. a.5. ad.1. aliter explicat Aug. ſcilicet ebrietatem cum aſſidua eſt, non poſſe per ignorantiam excuſari à mortali: ſecus cũ non eſt aſſidua: nam homo vim vini expertus ſatis non eſt Si autem diceremus ſemel inebriari non eſſe peccatum mortale, idem dicẽdum eſſet de frequentia & repetitione: quia frequentia venialium non ſufficit per ſe ad peccatum mortale, ita docet Altiſiod. ſupra, vnde quod dixit Aug. ſupra ebrietatem ſi nimia vel aſsidua ſit, peccatum mortale eſſe, explicat, quia per aſſiduitatem homo ita illi afficitur vt illam præponat Deo, id eſt eius amicitiæ & charitati & legibus ſub mortali obligantibus, nec dubitet eas frangere vt inebrietur, quod eſt in illa vltimum finem conſtituere ad modum explicatum ſectione præcedenti. Si quis vero dicat, vltimam ebrietatem qua conſlatur notabile damnum hominis in carentia vſus rationis, eſſe peccatum mortale, ſicut vltimum furtum complens notabilem quantitatem diximus eſſe mortale peccatum. R. non eſſe ſimile, quia in illo vltimo furto inuenitur formalis vel virtualis voluntas retinendi magnam ſummam inuito domino, vel conſummatur notabile damnum vel materia grauis, & ideo in eo eſt p. m. vt ſect. 27 vidimus ſecus in ebrietate: nam in vltima ebrietate nihil illorum reperitur. Idem eſt in vltima ſententia quam profert iudex excommunicatus, de quo male aliqui aſſerunt, ſi vnã vel alterã ſententiam pronuntiat in excõmunicatione, non peccare m. ſecus ſi multus.

SECTIO XXXI.

Vtrum veniale peccatum poſsit ex circunſtantia aliqua fieri mortale.

D. Tho. q. 88. a. 5. ait, ſolam circunſtantiam, quæ trahit ad aliam ſpeciem
poſſe facere de veniali mortale. 106
Sed contra 1. quia veniale fit mortale quando in eo cõſtituitur vltimus vt ſi diximus cum *D.* Th. & alijs ſect. 29. hæc autem circunſtantia non cõſtituit actum in alia ſpecie. Reſpondet Caiet. negando minorem quia obiectum v.g. mendacium iocoſum quod antea appetebatur propter aliud, iam appetitur propter ſe, & ita dat actui aliam ſpeciem. Sed merito reijcitur à Vaz. ibi & ab alijs. ¶1. Quia quod malũ obiectũ appetatur propter ſe vel propter aliud nõ variat actũ in genere moris, vt patet in homicidio volito propter ſe vel propter aliud. ¶2 Quia verbũ iocoſum propter ſe appeti põt ſine cõſtituatur in eo vltimus finis ad modũ ſupertius explicatũ. ſ. ita illud amãdo, vt nõ dubitet homo offendere Deũ mortaliter vt iocoſe mẽtiatur. 2um. vero ar. 5 omiſſo Caie. dupliciter ad arg. R. 1. quando quis in mendacio conſtituit vltimum finem, fieri de veniali mortale, ſed illam non eſſe circunſtantiam, ideo nihil afferri contra D. Tho. ¶2. Reſpondet illam eſſe circunſtantiã & trahere ad aliam ſpeciẽ nõ ex parte obiecti, ſed ex parte operantis, qui appetit propter ſe id quod erat appetibile propter aliud. Sed, 1. ſolutio friuola eſt, quia illa cõſtitutio vltimi finis in mendacio põt fieri manente eodem actu in eſſe naturæ & moris: ergo eſt vere circunſtantia. ¶2. autem, quia omnis circunſtantia præter intenſionem & durationem tenet ſe ex parte obiecti, neque aliter confert ad malitiam actus: ergo illa conſtitutio finis non eſt circunſtantia tenens ſe ſolum ex parte operantis, & conf. quia per illam amatur aliquid vltra mendacium: proponit enim homo non omittere peccatum mortale ſi eo indiguerit ad mendacium, ergo
circunſtãtia addita, ex parte obiecti ſe tenet. 107
Vnde aliter ad arg. R. D. Thomam loqui de veniali ex obiecto, quod non poteſt fieri mortale, niſi per circunſtãtiam, quæ pertineat ad aliam ſpeciem, qualis eſt conſtituere finẽ vltimũ in illo: nam per talẽ conſtitutionem homo eſt paratus ad faciendũ idem ipſum ſi eſſet p. m. vel aliud peccatum mortale, & ſic induit aliam ſpeciem malitię. ¶2. tamen arguitur contra concluſionem ex Rich. 4. d. 16. ar. 2 q. 2. quia ex ſola circunſtantia, Quid, id eſt quantitate, furtum veniale redditur mortale, & inanis gloria inquit Richardus, tanta eſſe poteſt, vt ſit peccatum mortale intra eandem tamen ſpeciem Et auget Vazquez difficultatem, quia aucta materia veniale poteſt fieri mortale: ergo & aucta intentione: tunc autem peccatum non transfert in aliam ſpeciem: ergo Reſpõdet Vaz. *D.* Tho. loqui de veniali ex genere, nõ de v. ex paruitate materiæ,

quale eſt furtum paruum. Deinde addit quando furtum quod in parua materia eſſet veniale,fit mortale, non eſſe eundem actum in eſſe naturæ, ſed alium quo accipitur alia pars rei alienæ,& ita actus, qui erat venialis, non fit mortalis ex circunſtantia magnitudinis materiæ.Licet autem ita communiter accidat,tamen non videtur negandum eandem numero volitionem poſſe ſe extendere ad nouam materiam, ſicut viſio rei magnæ ſi illa creſcat vel paulatim detegatur.Et ſaltem volitio quæ erat rei,quæ æſtimabatur parua in magnitudine molis vel perfectionis ſeu valoris, aucta æſtimatione manere poteſt & ſic peccatum veniale fieri mortale, non variata ſpecie moris,nec ſubſtātia numerica actus in eſſe naturæ & ratione perfecte deliberationis,res eſt conſtans,& quam docet Vazq.ergo veniale poteſt fieri mortale per circunſtantiā quæ non trahat ad aliam ſpeciem, per ſolam autem intenſionem fieri id non poteſt,vt recte ibidem docet Vazq.& nos ſect.29.

108 Addit Vazquez contra Richardum, inanē gloriam intra proprium genus nunquam poſſi adeo creſcere, vt mortale peccatū ſit,ſecus in genere ſuperbiæ,vt ſi quis delectaretur de humana laude,qua prædicaretur vt Deus ſicut Herodes delectabatur actorum,12 de populo acclamante in laudem ipſius, voces *Dei* & nō hominis.

Fere in omnibus dictis circa hoc 2.arg.concordat Zumel illo.a.5.vbi docet D. Tho. ſolū loqui de veniali ex genere,ſed veniale ex imperfecta deliberatione & ex leuitate materiæ poſſe fieri mortale non translato actu in aliā ſpeciem,licet aliqui dicant quantitatem materiæ pertinere ad ſubſtantiam numericam actus in eſſe naturę & deliberationē ad ſubſtātiam ſpecificam actus in eſſe moris,& ideo nō habere rationem circunſtantiæ. Sed vtrumq; horum falſum eſt,iam enim oſtendimus magnitudinem materiæ accidere actui voluntatis in ſuo eſſe naturæ numerico conſiderato, & perfecta deliberatio non facit vt actus ſit alius in eſſe naturæ aut moris & ſic vere eſt circunſtantia.*Si* obijcias *D.*Thom.a.6.dicentem, per ſubtractionem perfectæ deliberationis ſolui ſpeciem,& de mortali fieri veniale. Reſpondet Zumel,a.5.ſolui ſpeciem ex parte operantis,non ex parte obiecti: articulo autem.6. ſolui ſpeciem non quoad eſſentiam ſed quoad grauitatem. *S*ed vtraque ſolutio adeo eſt inanis,vt non indigeat cōfutatione.

5.Reſpondet Caieta.ar.6. ex perfecta & imperfecta deliberatione differre actus ſpecie, non ita vt vtraque ſpecies ſit perfecta in ſuo genere & omnino diuerſa, ſed ſicut ſpecies embrionis reducitur ad ſpeciem animalis perfecti,quod ex illo fit.Sed 4.melius reſpondet Vazq.a.6.D.Tho.non loqui de ſpecie malitiæ moralis,ſed cauſalitatis: quia actus plene deliberatus eſt cauſa ſufficiens mortis ſpiritualis,non vero imperfecte & ſemiplene deliberatus,& idem eſt quod dicunt aliqui,eſſe eiuſdem ſpeciei ex parte conuerſionis, differre autem ſpecie ex parte auerſionis; ſcilicet, quia vnus auertit à Deo vt amico,& fine vltimo: alius vero non,licet auerſio a Deo, vt legiſlatore in vtroque actu ſit eiuſdem ſpeciei, in eaque conſiſtat malitia moralis.

SECTIO. XXXII.

An veniale tranſeat in mortale accedente noua prohibitione diuina vel humana aut voto.

VT ſi mendacium iocoſum ſpeciali *Dei* vel hominis præcepto prohibeatur vel voto quis ſe obliget ad non mentiendum iocoſe. In priori euentu *A*lm.3.mor.c.21.ait veniale trāſire in m. melius ait Azor to.1. lib.4.c.9.q.20. non tranſire in.m. quia præceptum humanū vel diuinum ſuperueniens,cum materia ſit leuis,non obligat ſub.m.licet adducat nonnullam aliquam deformitatem. Idem eſt ſi ſuper ueniat votū,quia votum de re leui ſolum obligat ſub.v.vt communiter traditur in materia de voto.Adde mendacium leue non fieri. m.eo quod dicatur in iudicio externo vel in confeſſione ſacramentali, niſi aliud concurrat,vt in proprijs locis. Quomodocumque autem mendacium quis aſſerat cum iuramento.p.m. ſecundū omnes, vt notat Azor, quia grauis iniuria irrogatur Deo,cum adducitur in teſtem falſi.Sed periurium eſſe minus graue pecccatum quam homicidium (quod cum multis docui diſp.5.ſect.3.n.29.) docet Angeſt.in moral.cap.9.commento. 2. in fine. 109

QVÆST.

QVÆSTI. LXXXIX. DE PECCATO VENIALI SECVNDVM SE.

Art. 1. *Vtrum peccatum veniale cauſet maculam in anima.*

Art. 2. *Vtrum conuenienter peccata venialia per lignum fœnum & ſtipulam ſignificentur.*

Art. 3. *Vtrum homo in ſtatu innocentiæ potuerit peccare venialiter.*

Art. 4. *Vtrum angelus bonus vel malus poſſit peccare venialiter.*

Art. 5. *Vtrum primi motus ſenſualitatis in infidelibus ſint peccata mortalia.*

Art. 6. *Vtrum veniale poſſit eſſe in aliquo cum ſolo originali.*

6 DISPVTATIO XVII. DE EFFECTIBVS ET SVBIECTIS NONNVLLIS PECCATI VENIALIS.

SECTIO I. *An peccatum veniale relinquat poſt ſe maculam aliquam in anima.*

1 DE hac re aliqua dixi diſp.præced. ſect.14.nunc addam aliqua. Peccatum veniale non cauſare maculā ſimpliciter in anima, ſed ſecundū quid, docet D.Th. hac q.ar.1.& 3 p.q.87.a 2. ad 3.& 4.d.21.q.2 a 2 quæſti.1. ad.1. & eiſdem locis maculam.p.m.comparat priuationi debitæ proportionis membrorum & debiti nitoris, maculam vero venialis peccati comparat ſuperinductis impedimentis decoris, veluti ſordibus relicto intrinſeco decore & pulchritudine. Ratio autem huius comparationis eſt, quia.p.v.nullo reali poſitiuo intrinſeco priuat: mortale autem priuat gratia habituali, & alijs habitibus, qui cum illa amittuntur, quod vero ait Aug.lib.de pœn.medicina. c.2. & ſer. 41.de ſanctis, ſi multiplicentur venialia, ita decorem noſtrum exterminare, vt à cœleſtis ſpōſi complexibus nos ſeparēt, intelligitur, diſpoſitiue, vt explicat *D* Tho. hac q.89.a.1.ad.1 Idē ſentit Alber.2.p.ſum. tract. 18. q.114.memb. 4. a.1. *A*len.2.p.q.124.memb.1.a.1.Capreol.4.d.16. q.1.a 3.ad arg.contra.3.con. Antonin.1.p. tit.7. c.2.in prin.Vig.c.18.§.3.verſ.1 Azor to.1. lib.4. c.8.q.8.Conr.Cai.Med.Zum.& alij recentiores.q.89.a.1.Sayr.lib.2.c.13.n.6.*D*.Th. de malo, q.7.a.11.Suar.3.p.to.4.diſp.11.ſect.1 n.4.& ſeqq.

2 Probant Alb.& Alex.ex Grego.dicente, mortale obtenebrat; veniale obſcurat: ſumi etiam poteſt ex Ioan.13.qui lotus eſt, non indigit niſi vt pedes lauet, ſed eſt mundus totus. Quod de venialibus explicat Aug.tract.56 & 57. in Ioā. & ex 1.Io.1.ſi dixerimus quia peccatum non habemus, quod de veniali habituali intelligitur, ſed omne peccatum eſt macula: ergo. p.v. actuale relinquit maculā aliquam in anima. Vnde Prouerb.20 Quis poteſt dicere, mundū eſt cor meum, purus ſum à peccato, ſcilicet ſaltē.v.& apoc.21.nihil coinquinatum, &c. ſcilicet.p.m.vel.v. Sed in quo conſiſtat macula.p. v. dixi circa q.86.vbi D.Tho.de macula peccati ex profeſſo.diſputa. Vide etiam Suar. ſupra, qui ait ſicut in puris naturalibus eſſet.p.m.habituale ſine priuatione gratiæ habitualis, imo ſic poſſet contingere de potentia abſoluta in homine eleuato ad finem ſupernaturalem: in quibus euentis.p.m.habituale eſſet peccatum actuale præteritum non condonatū, nec digne compenſatū. ita nunc. p.v. habituale ſeu macula relicta ex.p.actuali, eſt ipſum peccatū actuale nō condonatū nec digne cōpenſatū: quod moraliter cenſetur manere quādiu nō condonatur aut compenſatur, idem ſentit *A*zor. tom.1.lib.4. cap.10. quæſtio. 2. Gabr.4. diſt.16.quæ5.ar.1 poſt peccatum actuale nullam maculam putat in anima relinqui præter reatum pœnæ, à quo putat dici ſuo modo peccatorem ſeu exiſtentē in peccato veniali,

ſicut etiam d.14.quæſt.1.ar.1.dixerat poſt peccatum mortale hominem dici peccatorem, & exiſtentem in peccato à reatu poenæ, non à priuatione gratiæ: quamuis maneat priuatus gratię: quam ſententiam tenuit etiã Scotus.4.d.21.q.1. de peccato veniali loquẽs, neq. illam reijcit in illis verbis, ſed iſte modus nõ placet, quia videtur ſancti diſtinguere inter remiſſionem cuiuſcumq. culpæ & pœnæ, & maxime inter remiſſionem culpæ, & ſolutionẽ pœnæ, in his enim verbis Scotus reijcit dicentes, remiſſionem venialis culpæ nihil aliud eſſe quam ſolutionẽ poenæ debitæ pro ea, & ipſe docet, aliud quid eſſe, ſed non ſatis explicat, quid illud ſit: dici autem poſſet in opinione Scoti, quod ſicut remiſſio peccati. m. quoad culpam, & non quoad poenam eſt cõmutatio poenæ æternæ in temporalem. Ita remiſſio peccati. v. quoad ſolã culpã eſt cõmutari pœnã diuturniorem in multo breuiorem aut multo leuiorem. Et quidẽ reatum eſſe culpa habitualem venialẽ videtur colligi ex oratione dominica Mat.6. vbi venialia dicuntur debita: de venialib. enim exponit Trid. ſeſſi.6. c.11, Bern. ſer. de cœna dñi. Aug. & alij. Debitũ autem, & reatus pœnæ idem ſunt. Nec huic ſententiæ obſtat, quod ſacramentalia inſtituta ſunt ad remiſſionẽ venialiũ quantum ad culpã, indulgentiæ vero ad remiſſionẽ mortalium, & venialiũ quoad poenam, totum. n. hoc recte ſaluatur in hac ſententia, neque ab ea recedunt, qui dicunt eſſe imputabilitatem actus præcedentis: nã imputabilitas ad pœnã idẽ eſt, quod reatus poenæ.

3. ¶ Alij dicunt peccatũ. v. habituale eſſe habitualem priuationẽ rectitudinis, ſeu conformitatis cum lege inductam ex actu præcedenti, qui ſi factus non fuiſſet, maneret homo habitualiter cõformis, legi; quia verum eſſet dicere non eſſe violatã ab illo, iã vero id non eſt verũ dicere. Hoc tñ non ſufficit ad p. v. habituale, quia poſtquã eſt omnino deletum, adhuc manet iſta priuatio cõformitatis habitualis ad legem, ſeu nõ eſſe verum dicere non violaſſe legem, tamen non manet culpa hababitualis. Vnde melius Suar. iam relatus, & alij dicunt, eſſe ipſam culpam actualem, quæ moraliter cenſetur manere, quandiu non eſt condonata, nec digne, & ſufficiẽter cõpenſata, ita vt offenſus careat omni iure puniendi illã. Duobus enim modis debitũ tolli poteſt, & extingui, nẽpe ſatisfactione ſeu cõpẽſatione, quam alter ex vi illius teneatur acceptare, vel condonatione.

4. Neque obſtat D.Thom. qui quæſt.89.ar.1. maculam peccati venialis conſtituere videtur in carentia nitoris prouenientis ex actibus virtutum: nam conformitas illa cum lege, quæ eſſet in homine ſi non commiſiſſet peccatum veniale, de quo eſſet verum dicere, non violaſſe illam legem, eſt effectus natus prouenire à virtutibus & earum actibus, & huius priuatio eſt macula habitualis, & eſt ipſum peccatum actuale, quod moraliter manet quandiu non condonatur, nec compenſatur compenſatione tollente omne ius ad punitionem. & formaliter conſiſtit in illa priuatione conformitatis habitualis cum lege vt vidimus agentes de formali ratione peccati actualis, ſic reuera conſiſtit omne peccatum habituale in priuatione nitoris nati prouenire ex virtutibus, ſed inſuper peccatum mortale & originale conſiſtit in priuatione gratiæ & virtutum, per quam priuationem quaſi ſubſtantialiter completur, vt dictum eſt, cũ de eſſentia pecc. orig & habitualis mortalis ageramus. Et hinc intelligitur quod ſit remitti ſeu deleri peccatum veniale quoad ſolam culpam. Sicut enim. m. peccatum tunc dicitur deleri quoad ſolam culpam, cum reſtituitur ei gratia & remittitur ſola æternitas pœnę & commutatur pœna æterna in temporalem. Ita peccatum veniale dicitur deleri & remitti quoad ſolam culpam, quando reſtituitur homini diuina familiaritas, quia per peccatum veniale factus eſt indignitus: & remittatur ei æternitas pœnæ ſenſus, quæ deberet peccato veniali ſub conditione quod nõ remittitur mere liberaliter, vel per condignã rettactationẽ in hac vita vel in alia; cui faciẽdæ ex vi gratiæ iuſtificantis & meritorium debentur auxilia ſufficientia. Sic fere remiſſionem venialis quoad ſolam culpam explicat Suar. ſupra n. 6. & Azor illa. q. 2. ſicut autem poteſt Deus infundere gratiam non remiſſa. m. culpa (loquor de potentia abſoluta) ita poſſet reſtituere illam familiaritatem non remiſſa veniali culpa. Porro quod iuſtis. p. v. quoad culpã remittantur, & quomodo, vide D.Tho. de malo. q.7. a.11. & Suar. cũ multis quos refert 3.p.to.4.diſp.11.ſect.4. Herre.2.diſp.42.q.5. not. 2. Azor.to.1.lib.4.ca.11.q.8. imo toto.c.10.& 11. multa dicit de remiſ. venia. quæ omitto, quia pertinẽt ad tract. de pœn. vbi à Suar. & alijs fuſe tractantur.

SECTIO. II.

V. Paulus. 1. Cor. 3. per lignũ fœnũ & ſtipulam, p. v. intelligat.

VErba Pauli ſunt ſecundum gratiam Dei, quæ data eſt mihi, vt ſapiens Architectus fundamentum poſui. Alius autem ſuper ædificat, vnuſquiſque autem videat, quomodo ſuperædificat, fundamentum enim aliud nemo poteſt ponere præter id quod poſitũ eſt, q. eſt Chriſt. Ieſus: 5.

Ieſus. Si quis autem ſuperædificat ſuper fun
damentum hoc, aurum argenteum, lapides
pretioſos, lignum, fœnum, ſtipulam, vnius
cuiusq. opus manifeſtum erit. Dies enim do-
mini declarabit, quia in igne reuelabitur; &
vniuscuiusq. opus quale ſit, ignis probabit. Si
cuius opus manſerit, quod ſuper ædificauit,
mercedem accipiet, ſi cuius opus arſerit, de-
trimétum patietur, ipſe autem ſaluus erit ſic
tamen quaſi per ignem.

Huius loci difficultatem exaggerat Aug.
de fide, & operibus cap.15.&.16.& quæſt. 1. ad
*D*ulcitium. Vtilitatem autem Bellarm. to. 1.
lib.1.de purgatorio cap.4.loco.2. nam ex eo
ſtatuunt catholici duo eccleſiaſtica dogma-
ta, venialia peccata & purgatorium eſſe, con-
tra hæreticos & eorum fautores, qualis in pri
mis fuit Eraſmus, qui annotatione in hunc
locum conatur oſtendere, nec purgatorium,
nec peccata venialia, ex hoc. 1. loco ſtatui
poſſe.

*D*e hoc loco multa hîc art.2. Medi. Zumel,
& alij recentiores; ſed optime Vazq. eodem
a.& Bellarmin. ſupra, & Salmeron. 1. Corin.3.
diſput.6.

6 Ex quibus breuiter nonnulla colligemus,
quæ illi fuſius tractant. Vtitur Paulus meta-
phora duplicis ædificantis ſuper ſolido fun-
damento poſito ab aliquo architecto, vnus
erigit domum ex pretioſa materia quæ igné
non timet, qualia ſunt aurum, argétum, lapi-
des magni pretioſi, vt Iaſpis, porphyreticus
Parius, & alij eiuſmodi. Alter vero ex aſſeri-
bus & ſtipitibus aut tabulis ligneis, eamque
tegit, fœno & ſtipulis, vt pauperes facere ſo-
lent. Si vtrique domui ex iſtis accedat ignis,
prior nihil accipiet detrimenti, & qui ædifi-
cium illud in fundaméto erexit dignus erit
mercede, quòd talem domum fecerit, poſte-
rior autem domus combtretur & ædificator,
ſi in ea forte fuerit, ſi ſaluus eſſe cupiat per me
dium ignem exire cogetur, vbi lædetur ali-
quantulum. Sapiens architectus eſt Paulus
ipſe, vt ex textu patet, fundamentũ eſt Chri-
ſtus fide creditus. Superædificantes ſecundũ
Auguſt. de fide & operibus ca.16.& in enchi-
rid.c.68.& paſſim alibi ſunt omnes Chriſtia-
ni. Idem Bellarmino & Vazq. videntur ſenti-
re Chryſoſt. ho.9 Theophylact. Oecumen.&
Theodoretus in hunc locum. Quos pro hac
interpretatione adducit etiam Salmeró. Alij
per ſuperædificantes intelligunt ſolos magi-
ſtros, doctores & prædicatores, prælatos ſeu
eccleſię miniſtros. Quam interpretationem
merito præferrunt Bellar. Salm. & Vaz. & tri-
buunt Hiero. Ambr. Sedulio, Primaſio, Anſel.
D. Thomæ Caie. Lyræ Carthu. ibi & Hiero. 2.
contra Iouinia. n.44. ad rem auté parũ refert,
quod iſti illi ſint ſuperædificantes, & vtraque
expoſitio eſt bona vt inquit Bellarmin. Per
aurum argentum & lapides pretioſos, omnes
intelligunt bonam doctrinam vel bona ope
ra prædicatorum & aliorum Eccleſiæ mini-
ſtrorũ vel cæterorum Chriſtianorum. Neque
multum refert ad noſtrum inſtitutum, hæc
vel illa intelligere: ſed quid per lignum, fœ-
num & ſtipulam ſignificetur.

1. Sententia eſt intelligi hæretica hæretico 7
rum dogmata. Caluinus, Ochinus, & Petrus
Martyr hęretici. Hanc ſententiam reijciunt
Bellarmin. Salmeron, & Vazq. ¶ 1. Quia hære-
tici non ſaluantur per ignem, ſed damnantur
ad æternum ignem. ¶ 2. Quia hæretici non
ædificant ſuper Chriſtum niſi nominete-
nus. Neque iſta ſententia eſt Ambroſij ibi,
aut Hieronym. in Iſai.5. nam Amb. intelligit
quidem hæreſes & falſa dogmata, ſed per im
prudentiam prolata, & ſine pertinacia: dicit
enim, eiuſmodi doctores ſaluandos per igné
purgatorium. Hierony. vero ſolum ait quidá
hæc de hæreticis intelligunt.

2. Sententia eſt per lignũ, &c. intelligi pec- 8
cata mortalia vel qui ea habent: quorum au-
ctores perpetuo ſeruandi ſunt, in igne tamé
inferni. Chryſoſtom. Theophyla. Theodore
tu, Photius, OEcume ibi, Athana. q.131. ad *A*n
tiochum, & 1. Cor.3. Marcus epiſcopus Ephe-
ſiorum *A*pologia quam in Concilio Floren-
tino obtulit pro Græcis negantibus purgato-
rium, & ipſi Græci ante ſect.1. quam interpre
tationem recte ibi latini reiecerunt, nam no-
men ſalutis in ſcripturis nunquam in malã
partem: ſed in bonam accipitur. Pſ.11. & 79. &
85. & alibi. ¶ 2. Quia illud, per, non ſignificat
manſionem ſed tranſitum non dicit Paulus
ſaluus erit ſic tamen quaſi in igne, Et Chry-
ſoſto. non negauit purgatorium quod ſæpiſ-
ſime conceſsit, ſed præcipue homilia.4. in epi
ſtol. ad Hebræos, & homilia.3. in epiſto. ad
Philipen. & 69. ad populum, & 99. in epiſto.
ad Corinth. peccata autem venialia hom. 24.
& multis alijs locis vt vidimus ſectione præ-
cedenti, in hoc vero loco aliter expoſuit, vt
hæreſim Origenis docentis pœnas gehennæ
non fore æternas, reijceret: male ergo Zum.
hanc 2. expoſitionem probabilem arbitratur.

3. Et poſtrema ſententia per lignum, fœnũ 9
& ſtipulam intelligit peccata venialia prædi
catorum aut auditorum, propter quæ, licet
non damnentur in perpetuum: patientur ta-
men ad tempus in igne nimirum donec ple-
ne purgati ſint. Greg.4. dialog. c.39. habetur. c.
qualis.25.d. vide etiam ſuper.1. Regum. cap.3.
prope finem: Aug. de fide & operib. c.15. & 16.
21. ciuit c 25.& 26. ad *D*ulcitium. q.1. et in En-
chirid. c.68 et 69. et Pſal.37.80.103 et ſer. de ig
ne purga: Hier. in id Amos.4 facti eſtis ſicut
torris raptus de incendio idem Hieronym.

Ambt.Anſel. D.Tho. Haymo. Gagne. Claudius,Sedulius,Primaſ.Caiet.Lyra, Gloſs.otd. Titel Beda,Hugo Cardin.& Victorinus,Carthuſ.Salmeron,& omnes Latini recentiores. 1.Cot.3. Rupert.in id, quod Geneſ. 3. dicitur de gladio verſatili.Alcuin.5. de Trini. cap. 21. Mag. Bona.& alij ſcholaſtici.2.d.21.& omnes recentiotes Theologi cum Tho. in hac. q. ar. 2.Bellarmi. ſupra,qui etiam, & alij tribuunt Origeni.ho.6.& 10.in Exod.14.in Leuit. 12. in letem.& 12.In Ezechiel.& lib. 4.contra Celſum,non longe à principio. OEcumenio in Paulum citanti Baſilium, Theodot. apud D. Tho.op.1. contra errores Græcorum in fine, & apud Gagne.& Cyptiano lib. 4. epiſt. 2. ad Antonianum.Innoc.3.in pſ.37.vt citat Bellarmi.qnamuis Salmerō citat Innoc.5. in 1. Cor. 3.D.Tho. op.3. contra errores Græcorum, & Armenorum.c.9.

10. Quid vero intelligatur pet diem domini, variæ ſunt ſententiæ quas tractant Bellar. & & Salmeron, ſed cum illis eligo illam, quæ quæ per diem domini,diem vniuerſalis iudicij intelligit Quod vero ſequitur, quia in igne reuelatur, ſic intellige, quia tunc erit iudicium vniuerſale manifeſtiſſimum cuius ſignum vltimum erit ignis conflagrationis, & quod faciet dominus veniens in igne iuxta Pſal.66.Ioel.2.2.Petr.3.vel per hunc ignem intelligitur idemmet iudicium,quod tanquá ignis manifeſtat,& de eodem poteſt intelligi quod ſequitur vniuſcuiuſq.opus, quale ſit, ignis probabit. Quamuis hoc vltimum facile poteſt intelligi de igne inferni, & purgatorij ſimul,quia ædificia conſtructa ex auro argen & lapide pretioſo, quæ omnino non tanget hic ignis,eo ipſo illuſtriora reddentur,apparebit namque fuiſſe puriſſima, ædificia vero conſtructa ex ligno,fœno, & ſtipula quoniá ardebunt igne purgatorio, apparebit, cum fundamento Chriſti fide viua crediti,habuiſſe mixta peccata venialia.

Vide alia apud prænominatos auctores. Caſtrum,& Arboreum verbo purgatorium, Martinez. 8. hypotypo. cap.1. Petrum de Soto lectio.1. de purgatorio. Torrenſem. 4. confeſſionis. cap. 1. §.6. Sixtum. 6. bibliothe. annotatione. 258. Valentiam.3. part. diſput. 11. quæſt. 1. puncto.1. Eliſium lib. 1. de purgatorio. Suarez.3.p.to.4.diſp.45. quæ eſt de purgatorio,ſect.1.a. n.14.

SECTIO. III.

Vtrum in ſtatu innocentiæ potuerit eſſe peccatum veniale.

11. PRima opinio affirmat, quam tenet Scotus.2.d.21. q.1. Maior. q.1. Baſſol.q.1.ar.1.Gabr. d.22.q.1.ar.3. dub.1.Hanc opinionem defendit Almain.3.mor.c.22. tanquam probabilem & faciliorē. Vnde in eam propēdere videtur.eandem tanquam probabilem defendit Rich. 2. d.21.a1.3.q.1.Eandem tenet altiſiod.2.ſummæ tract.10 c.5.q.vltima.Quæ eſt 4.principalis,& tract.28.c.2 q.3. incidenti ad.4.Inter quos eſt diſcrimen,nam Maior abſolute & ſine diſtinctione loquitur.Scot. Gab.& Baſſolis dicūt, Adam non potuiſſe perſeuerante ſtatu innocentiæ, & ante quam peccaret mortaliter, peccare venialiter veniali ex genere, & ex leuitate materiæ & ex imperfecta deliberatione:non vero ex ſurreptione appetitus ſenſitiui. Altiſiod.vero negat ex imperfecta deliberatione peccare potuiſſe, & hoc modo hanc ſententiam defendit Almainus. Quid vero ſentiat D. tam.quia maxime huic fauet ſententiæ,dicam in primo argumento huius ſententiæ.

Quæ ſuadetur.1.nam qui poteſt maius poteſt minus ſaltē in eodem genere, ſed Adam poterat peccare mortaliter: ergo & venialiter ſaltem in eodem genere, & mirum eſt quod potuerit mentiri petnitioſe vel cum iuramento:non autem otioſe & ſine iuramento, & quod potuerit optare proximo grande malum:non autem leue. Nec valet dicere quod ſi peccaret venialiter,amitteret ſtatum innocentiæ,ideo in ſtatu innocentiæ non potuiſſe eſſe veniale.Ita Dur.2.d 21.q.9. ſed merito reijciiur à Carthuſ.ibidem.q.6. & ab alijs,tum quia modo non inquirimus an potuerit cum veniali manere ſtatus innocentiæ, ſed an homines habentes illum ſtatum poſſent prius peccare venialiter quàm mortaliter,ſiue deſtructo ſtatu innocentiæ ſiue non:tum quia peccatum veniale non repugnat gratię nec iuſtitiæ originali quæ ſufficerent ad ſtatum innocentiæ,imo ad illum videtur ſufficere non habere nec habuiſſe peccatum lethale,imo ſatis eſt illud non habere Salomon enim ait innocens credit omni verbo,&c. & Dauid ait, innocentes & recti adhæſerunt mihi & Pſ.14.innocens manibus & mundo corde.Si dicas cum Dur.ſtatum innocentiæ ſtricte ſumptum ſupponere pro ſtatu quodam feliciſſimo,in quo nihil eſſet pœnale aut triſte,ſi autem Adam prius peccaret venialiter quam mortaliter,iam haberet aliquid triſte & pœnale,& ſic non haberet ſtatum innocentiæ ſtricte ſumptum.Cōtra quia veniali eſt debita modica pœna & triſtitia, & ea poſſet in aliam vitam reſeruari: ergo ex peccato veniali non deſtrueretur ſtatus innocentiæ:quia maneret gratia & iuſtitia originalis

ginalis & fere tota felicitas illius ſtatus.

2. Principaliter ſuadetur,quia ſi *A*dam haberet donum iuſtitiæ originalis ſine gratia, poſſet peccare venialiter: ergo & cum gratia, conſequentia patet quia gratia non excludit peccatum veniale. Antecedens vero probatur quia gratia perfectius iungit hominem Deo,quam ſolum illud donum ſed gratia compatitur veniali: ergo & illud donum, ſi eſſet ſolum,poſſet eſſe cũ peccato veniali.

3.Quia ſtatus ille iuſtitiæ originalis ſolum auferebat motus appetitus ſenſitiui, antecedentes omnem voluntatem & deliberationem rationis;cum quo ſtabat,quod in voluntate,& in appetitu ſenſitiuo vt ab illa moto, eſſent aliqua venialia ex genere,leuitate materiæ,vel imperfecta deliberatione,vt motus ſemipleni liberi,odij,infidelitatis,deſperationis,&c.Conf.quia Adam potuit peccare ex inconſideratione, cur ergo non ex imperfecta conſideratione & deliberatione.

4.Quia tranſitus fieri ſolet ab imperfecto ad perfectum & ab extremo ad extremum per medium.5 phy.ca.10. & lib.10. metaphy. ergo à gratia ad peccatum mortale potuit fieri tranſitus per veniale:& ab hoc tanquam ab imperfecto in genere peccati potuit perueniri ad mortale, quod in genere peccati eſt quid perfectũ. Conf. quia veniale eſt diſpoſitio ad mortale:prius autem attingitur diſpoſitio quam forma.Conf.etiam ex Origen.in lib. periarchon nullus eorum qui in ſupremo,perfectoque gradu extitit,ſubito & ex toto euacuatur,ſed paulatim potius & per partes.

5.Quia Aug.14.ciuit. c.11.eit, Adam in expertum diuinæ ſeueritatis in eo falli potuiſſe vt credere,veniale eſſe cõmiſſum: ſed hoc non crederet,ſi non poſſet peccare venialiter, ergo id poterat. Quod confir. ex eodem Aug.11 Geneſ.ad lit.c.5.vbi ait,non eſſe arbitrandum quod eſſet hominem deiecturus tẽtator,niſi præceſſiſſet in anima hominis quædam elatio comprimenda, & enarrat quædã alia praua deſideria, quæ hominis deiectionem præceſſerunt. Sed quodlibet peccatum mortale ſufficeret ad ruinam Adami: ergo quæ præceſſere ruinam illius,non mortalia, ſed venialia fuerunt.

12

2.Op: au-
toris.

2.Et probabilior ſententia eſt homines illius ſtatus non potuiſſe peccare venialiter prius quam mortaliter, & in hoc ſenſu verũ eſſe,quod in ſtatu innocentiæ non poterat eſſe veniale peccatum.Hanc tenent *D.* Tho. hac.q.88.a 3.vbi Caiet.Conr.Med,Zum.& alij recentiores,Valentia diſp.6 q.19.puncto.2. Vazq.diſp.148 c.2. & 3. Sotus.1. de natura & gratia.c.6.in fine, in eãdem ſententiam tanquam communiorem propendere videntur Richar.2.d.21.ar.3.q.1.Bonauen.etiam ar.3.q.1.eam expreſſe tenent Alb.eadem diſt.ar.10. Carthuſ.q.6. citans Petrum de Tarantaſia. Alenſ.2.par.q.120. membro.6. Marſil.2. q.14. ar.2. AEgidius.2. diſt.21.q.2. ar.3. Capreol. & Hiſpalen.q 1.*A*rgentina.q.1.a.1. Palac. quæſt. 1.Azor 10.1.lib.4.c.10.q.1.Antonin.1. par. titu. 10.c.1.§.1.

Primo Alenſ.2.p.in ſimili.q.109. memb. 4. ar.3 Marſil.*A*lb.& Bon. ſupra probant, quia quodcumque peccatum committeret Adam eſſet in eo mortale propter plenam cognitionem & deliberationem & altitudinem ſtatus.Hanc rationem merito reijciunt *A*ntoninus,*D.*Thom.Valentia, Vazquez,& alij communiter,quia dignitas perſonæ & altior cognitio non facit de veniali mortale ſecluſo voto,vel præcepto peculiari aut alia obligatione propria illius ſtatus, ſed homines in ſtatu innocentiæ non haberent votum vitandi omnia venialia, nec particulare aliquod præceptum ſeu proprium illius ſtatus: ergo ob rationem illam non omnia eorum peccata eſſent mortalia,ſed niſi aliud obſtaret poſſent peccare venialiter, maxime cum etiam poſito voto vel præcepto peculiari peccatum non plene deliberatum, aut in materia leui non eſſet peccatum mortale, nec apparet quare neceſſum eſſet omnia peccata fieri cum plena deliberatione & cognitione & licet peccatum eſſet plene deliberatum tamen in materia leui non eſſet mortale, vt ſuperius vidimus. Conf.quia ſi altitudo ſtatus facit de veniali mortale,dici poſſet omnia peccata iuſtĩ, religioſi, & prælati eſſe mortalia ob dignitatem perſonæ,& idem peccatum mortale eſſet notabiliter grauius in iſtis,& ſimiliter in angelis quo ſint excellentiores.

2.Probat Bonau.quia eo ipſo quod Adam peccaret quomodocumque, amitteret gratiam,iuſtitiam originalem, & immortalitatem pro ſe,& poſteris,& ſic omne peccatum in illo eſſet mortale ratione damni & nocumenti.Sed non placet,quia non eſt credibile pro quolibiber peccato impoſitam eſſe Adæ tantam pœnam,veniale enim illam nõ meretur, & Deus nõ punit vltra condignum ſed citra.Deinde quia Adam potuit inuincibiliter ignorare aut non aduertere iſtam ſeueriſſimam Dei legem.Saltem in Eua & in poſteris Adæ hæc ratio non procedit: ergo non ſatis probat in ſtatu innocentiæ non potuiſſe eſſe veniale peccatum.

3.Probant Bonau.& Palac.quia tunc omne 13
peccatum eſſet contemptus legis:ergo eſſet mortale:antecedens patet,quia nullum eſſet ex paſſione aut ignorantia, nec ex appetitu alicuius commoditatis præter libertatem à

deſtruerentur ſtudioſi,quo mirum in modum
gloria & decor illius feiicisſimi ſtatus decum
beret,quia homines multi eſſent valde pro-
penſi in peccata etiam mortalia,& in magno
illorum periculo propter prauas inclinatio-
nes habituales,& propter occaſiones peccan
di mortaliter,quas auctores peccarorum ve-
nialium ſibi & alijs darent,& propter aliquos
motus voluntarios carnis pudendos neceſſe
eſſet veſtibus vti & latibula,aut ſolitudinem
quærere & conſpectum vitare,quæ omnia
ſunt abſurda:ergo omne peccati venialis ge-
nus illi ſtatui repugnabat.Quod fuſe proſequi
15 tur Zumel ſupra.

Ad.1.arg.R.cum Alberto & Alenſi,Adam
potuiſſe peccare venialiter non tamen prius
quam mortaliter:ſed ſimul vel poſtea, quia
Deus ſtatuit,quandiu homo in eius gratia &
amicitia perſeueraret, non permittere in eo
hoc vel alia mala.Itaque poterat in maius &
non in minus,quia ad hoc erat impeditus.

¶Ad.2.R.licet gratia ſit excellentius donum
quam iuſtitia originalis, ſi ab illa diſtingui-
tur,quia reddit hominem Dei amicum & dig
num beatitudine ſupernaturali, & opera red-
dit meritoria.& eſt radix virtutum infuſarũ,
& donorum Spiritus ſancti:tamen iuſtitia o-
riginalis excedit in aliquo,quia vel ex ſe vel
ex adiuncta *D*ei prouidentia,vt putat Valen.
Vazq.Zumel,impedit peccata venialia & alia
mala,quæ illa abſente in naturam humanam
incurrerent.Aduertendum tamen eſt contra
aliquos recentiores,iuſtitiam originalem nõ
impedire peccata venialia inclinando volun
tatem ad cauendum illa,nullus enim habitus
poteſt adeo inclinare ad hoc,vt eripiat liber
tatem peccandi venialiter ; quoniam nullus
neceſſitat,ſed habitibus vtimur vt volumus.
*D*einde omnis habitus bonus operatiuus eſt
virtus,ſed iuſtitia originalis non eſt virtus: er
go nec habitus bonus operatiuus:ergo non
præſtat talem effectum inclinando:deinde ha
bitus qui inclinat ad euitandum magnum ma
lum in aliquo genere & plene deliberatum,
ſcilicet pecccatum mortale,inclinat ad vitan
dum leue vel non plene deliberatum, ſcilicet
peccatum veniale,& ad illud inclinat magis
quam ad hoc ſed nullus neceſſitat ad vitan-
dum illud:ergo nec ad vitandum hoc. Conf.
quia ſi iuſtitia originalis inclinaret ad vitan-
dum veniale,deberet eſſe ſub generali aliqua
ratione vt charitas vel iuſtitia legalis,quia ve
niale in varijs generibus reperi poteſt, virtu-
tes autem generales non neceſſitant ad cauẽ-
da vlla peccata,ſicut neque virtutes non ge-
nerales:ergo non obſtante habitu iuſtitiæ o-
riginalis ſi eſt operatiuus & virtus poſſet Adã
venialiter peccare,ſicut mortaliter,niſi aliud
obſtaret.Tenendum eſt ergo, vel obſtare ve-
niali per modum impedimenti naturalis, vel,
quod magis probo, moralis quia adiunctam
habet diuinam prouidentiem de non permit-
tendo peccato veniali,in perſona habente iu
ſtitiã originalem,& quæ nec in ſe nec in ſuo
capite peccauerit lethaliter.

*A*d.3.R.donum illud non ſolum abſtuliſſe
motus appetitus ſenſitiui anteuertentes ratio 16
nem;ſed omnes motus etiam voluntatis non
plene deliberatos in ſe vel in cauſa,quantum
ſatis eſſet ad peccatum mortale.

Ad Conf. R.neminem poſſe peccare ſine
aliqua conſideratione rei in ſe vel in cauſa,et
vt pecet mortaliter neceſſe eſt vt cõſideratio
illa continuat plenam deliberationẽ, & hoc
tantum modo potuiſſe peccare homines ſta-
tus innocentiæ in primo peccato, & ideo il-
lud peccatum non potuiſſe eſſe veniale.

Ad.4.R.ſtando in ſolo ordine naturæ,com
muniter procedere peccatores ex imperfecto
ad perfectum,& à ſtatu innocentiæ ad ſtatum
peccati mortalis per medium veniale,& ſimi
liter in ſtatu naturæ corruptæ : ſed ſtandn in
ordine ſupernaturali, quem *D*eus conſtituit,
in ſtatu naturæ integræ non ſic proceditur,
quia Deus voluit ab amicis ſuis quandiu ami-
citiã conſeruarent, remouere omnia mala ac
proinde peccata venialia, quæ & per ſe mala
ſunt & multa mala ſecum afferunt.Ex quo e-
tiam patet dd vtramq; confirmationem.

Ad.5 R.Aug. loqui de veniali ex euentu,
ideſt,quod habitu tũ eſt veniã:non de veniali,
vt diſtinguitur contra mortale, quod ſcilicet
ob ſuam lenitatem eſt dignum venia.ita *D.*
Thom.hic ar.3.ad.1.

Ad conf.R.cum *D.*Thom. eodem ar. ad. 2.
illam elationem & alia deſideria praua fuiſſe
peccata mortalia,& non præceſsiſſe ruinam
interiorem,ſed exteriorem tantum.

Sed difficultas eſt primo quia ſi Adam non
poterat peccare venialiter,ſuperuacanea erat 17
in illo virtus pœnitentiæ,quæ actum nullum *1.Diffic.*
habere poterat.De hoc late in materia de pœ-
nitententia:modo dico breuiter, in Adamo
fuiſſe infuſum habitum pœnitentiæ,qui licet
non potuerit dolorem elicere de peccatis:po
tuit tamen ſimplici affectu amare compenſa-
tionem peccati proprij apprehenſi, & affectu
efficaci conditionato amare & proponere cõ
penſare & ſatisfacere, ſi forte aliquando pec
catum mortale vel veniale perpetraret.

2.Eſt difficultas, quia ſi *A*dam non potuit
peccare venialiter:ergo nõ fuit liber ac proin *2.Diffic.*
de nec meruit abſtinendo à venialibus & vin-
cendo eorum tentationes:quod videtur fal-
ſum.Reſpondet Zumel, diuinam prouiden-
tiam prædeterminantem phyſice, non dero-
gare libertati:ſed hoc fundamentum eſt fal-
ſum,vt alibi oſtendemus.Deinde ſi ita eſt,cõ-
ceden-

Digitized by Google

cedendum erit Adam abſolute & ſimpliciter potuiſſe venialiter peccare. Reſpondet Vaz. negando conſequentiam quia hæc impoſſibilitas non fuit antecedens ſeu ex aliquo antecedente ſicut Chriſtus ratione vnionis hypoſtaticæ, quæ omnem præceſſit libertatem humanam fuit impeccabilis; ſed fuit impoſſibilitas conſequens, & per auxilia congrua quibus Deus ſciebat infallibiliter hominem eo operaturum, libere tamen. Sed R. ſicut non eſt inconueniens Chriſtum non meruiſſe præciſe per hoc quod à peccato abſtinerit, quia non poterat non abſtinere, quamuis meruerit per voluntatem poſitiuam abſtinendi, quā poterat non habere: ita non eſſe inconueniēs, quod Adam non potuerit mereri præciſe per hoc quod vitaret venialia, ſed tantum in voluntate poſitiua vitandi illa, quia hanc potuit non habere vel R. etiam mereri potuiſſe in vitatione venialium, quia poterat peccare venialiter & mortaliter ſimul, licet non poſſet prius peccare venialiter quam mortaliter.

SECTIO. IIII.

An boni vel mali angeli poſſint vel aliquando potuerint peccare aliquod peccatum quod dumtaxat eſſet veniale.

18 1.Con. IN hac re ſit.1.con. Angeli boni nō poſſunt peccare venialiter, neque potuerunt à multis annis, patet quia ſunt beati & vident Deum à multis annis: beatitudo autē & viſio Dei peccatum nullum compatitur, vt tract. de beatitudine vidimus. In hac conueniunt omnes Theologi. Valen. diſp.6.q.19. puncto. 1. Vazq. Caiet. Conrad. Med. & Zum. hic at.4. vbi Vaz. putat neque D.Tho. ibi neque Alenſem infra loqui de Angelis beatis vel dānatis, ſed tm̄ de viatoribus, alij putant de omnibus loqui, & D.Thomam imitatur Antonin. 1. par. tit. 10. cap.1.§.1.

2.Con. 2.Concl. Angeli mali nunc raro aut nunquā committunt peccatum, quod ſit veniale tantum, quia peccant ex odio, quo ſi poſſent, priuarent Deum omnibus ſuis bonis extrinſecis & intrinſecis & ex ſuperbia quia vellent non eſſe Deo inferiores, &c. Pſal.73. ſuperbia eorum, qui te oderunt, aſcendit ſemper. Ex quo loco Zumel cum alijs colligit, certum eſſe dæmones ſemper peccare mortaliter ex fine & odio in actibus deliberatis. Imo D. Tho: ar.4. vt cōmuniter exponunt recentiores, & Antonin. ſupra. Alenſ.2.p.q.109.memb.4.a.3. dicunt non poſſe peccare peccato vllo quod tantum ſit veniale, ſed hoc pendet ex alia. q. quæ tractatur in materia de Angelis, an dæmones, vel damnati poſſint efficere aliquem actum moraliter bonum, vel ſaltem nō malum moraliter ex circunſtantia finis, de qua quæſtione egit Vazquez 1. parte diſp.241.tom.2. & Valent.1.p.diſp.4.quæſt.15. Zumel.1. p. quæſt. 64. ſunt autem qui tenent, poſſe efficere aliquem actum moraliter bonum ac proinde etiam malum qui non ſit peccatum mortale ex fine iuxta quos tenendum eſt poſſe efficere peccatum, quod dumtaxat veniale ſit & Fauet Valentia hîc de angelis damnatis dicens, non poſſunt ſaltem moraliter loquendo peccare tantum venialiter: quibus verbis inſinuat, id poſſe abſolute & ſimpliciter loquendo.

3.Concluſio probabile eſt angelos, dum erant viatores, potuiſſe peccare venialiter 19
3.Concl. ſeu efficere aliquod peccatum, quod nulla ex parte eſſet mortale, imo probabile eſt primū peccatum ipſorum potuiſſe eſſe veniale præſertim ex genere vel ex leuitate materiæ, ita enim tenent aliqui, & ſuadent quia qui poteſt in maius poteſt in minus niſi impediatur: ſed angelus viator potuit peccare in materia graui: ergo & in leui, cum adhoc nullum habuerit impedimentum, non enim poteſt fingi, quod impedimentum habuerit, nam habitus ſtudioſi efficere id non potuerunt, quia ſuauiter inclinant & voluntas eis vtitur vt ſibi placet, ſicut etiam ſectione præcedenti diximus nullo habitu ſtudioſo potuiſſe Adamū reddi impotentem ad peccandum venialiter priuſquam mortaliter. Item quia argumenta quibus oppoſitum docetur, infirma ſunt vt videbimus. Vnde Vaz. ait ſe nō videre cur angelus in via nō potuerit peccare venialiter pec. veniali ex genere, vel ex leuitate materiæ, licet nō ex ſurreptione: nā ſurreptio prouenit in nobis ex coniunctione animæ cum ſenſibus, & videtur ſentire Vazquez in angelis nullos actus imperfecte deliberatos eſſe potuiſſe, quod expreſſe etiam docet Zumel de omni angelorum ſtatu, eo quod vnico actu & intuitu cognoſcunt finem & medium, ſed ratio hæc non eſt ſatis efficax, nec ego video, cur non poſſent habere aliquos actus imperfecte deliberatos, ſi Deus non impediret, & Valentia vt referemus, aperte docet potuiſſe peccare venialiter ex imperfecta deliberatione.

4.Concluſio probabile eſt angelum in via nec in primo peccato, nec in alio potuiſſe 20
peccare venialiter tantum. Prob. quia ita tenent Alenſ. & Antonin. ſupra. D.Tho. Caiet. 4.Concl.
Conrad. Medina, & alij multi recentiores art. 4. inter quos Alenſis id probat, quia ratione ſuæ dignitatis & altiſsimæ cognitionis omne peccatū angeli in via eſſet mortale. Sed hæc ratio

Digitized by Google

ratio nulla eſt, quia vt oſtendimus ſect. præ-
ced. peccatum alioqui veniale, non redditur
mortale ex altitudine cognitionis, vel ex di-
gnitate perſonæ peccantis.
D. autem Tho. Caietan. Medi. Conrad &
Zumel, probãt, quia vt Angeli non intelligũt
cõcluſiones, niſi in primis principijs, ita neq.
amant media niſi in fine vltimo: vltimus au-
tem finis angeli peccãtis eſt mortaliter ma-
lus: ergo ex illo omnes actiones malæ ipſius
ſunt mortaliter malæ, etiam ſi verſentur cir-
ca obiecta, quæ alioqui non ſunt mortaliter
mala. Hæc autem ratio vt notant Valent. &
Vaz. non videtur prorſus firma. Primo, quia
angelus non ita cognoſcit concluſionem in
principijs, vt quoties cogitat de concluſione
neceſſe ſit, eum cogitare de principijs (poteſt
enim ab alterutra cogitatione intellectum
abſtrahere) ſed ita, vt poſſit quidem ſimul co-
gnoſcere concluſionem in principijs, neque
ad id indigeat diſcurſu, ſicut nos indigemus.
Similiter ergo poſſet angelus amare malum,
quod vt medium eſt referibile in vltimum
finem mortaliter malum, non referẽdo illud
actu, nec virtute in talẽ finem, ſed in aliũ, qui
vel eſſet bonus, vel non mortaliter malus, &
ita non dare actui mortalem malitiam.
Secundo, quia nõ eſt neceſſe quoties quis,
21 etiam ſi angelus ſit, operatur, tendere in finẽ
ſimpliciter vltimum ſeu totius vitæ, & om-
nium ſuarum actionum; ſed ſatis eſt tendere
actu, vel virtute in aliquem finem, qui ſit vl-
timus in ſua ſerie; hic autem in operatione
angeli viatoris potuit eſſe, vel bonus, vel
venialiter tantum malus, ex quo non infice-
retur mortaliter actus. Potuit ergo efficere
peccatum, quod dumtaxat eſſet veniale. Cõf.
nam angelus bonus potuit velle opera virtu-
tis, ſine vlla relatione in finem charitatis: er-
go & opera venialia ex genere, vel leuitate
materiæ, ſine relatione ad finem mortaliter
malum. Confir. quia, licet obiectum, & finis
ex ſe eſſent mortaliter mala, cur non potue-
runt appeti ſemiplena, & imperfecta delibe-
ratione? In quo euentu actus eſſet venialiter
tantum malus ex imperfecta deliberatione,
quod fuiſſe poſſibile his verbis inſinuat Valẽ.
Et certe nõ videtur plane impoſſibile, ange-
lum natura ſua peccabilem, primo peccaſſe
tranſgrediendo præceptum aliquod, vel a-
deo leue, vel adeo leuiter vt tranſgreſſio
22 non eſſet niſi veniale peccatũ. ¶ Tertio. Idem
D. Th. a illo a. 4 arg. ſed cõtra probat, quia ma
ior eſt perfectio angeli, quã hominis in pri-
mo ſtatu ac proinde cũ homo in illo ſtatu nõ
potuerit peccare venialiter, vt ſuperius vidi-
mus, multominus potuit ſic peccare ange-
lus. Sed hoc, inquit Valentia, licet oſtendat,
non poſſe ſic peccare angelum in gloria,
non tamen oſtendit non potuiſſe ſic peccare
ſecundum ſuam naturam præciſam à dono
ſupernaturali quo antecelluerit homini cõ-
ſtituto in ſtatu innocentiæ. Verum hæc ratio
D. Thomæ recte intellecta, ſatis eſt probabi-
lis. Nam in maiori perfectione creauit Deus
angelum quam hominem ſed homini conta
lit ſupernaturaliter vt non poſſet peccare ve-
nialiter, quandiu non peccaret mortaliter &
gratiam *D*ei amitteret: ergo idem de angelo
credendum eſt, quanuis deſtitutus peculiari
dono & prouidentia Dei ſupernaturali poſ-
ſet peccare pure venialiter. Confirm. 1. quia ſi
angeli potuiſſent pure venialiter peccare, ex
tanta multitudine aliqui ſic peccaſſent, ſicut
peccauerunt mortaliter: hoc autẽ eſt falſum:
ergo à Deo acceperũt, vt pure venialiter pec-
care non poſſent. Conf. 2. nam ſi quis eorum
pecaſſet pure venialiter, quid de illo fieret, ſi
de illo non pœniteret in via? puniretur ne in
purgatorio & ob veniale amitteret ſtatum fe
licem, vel in ſtatu felici in purgatorio dice-
retur eſſe: Conf. 3. nam ſecundum *D*. Thom.
& alios multos in primo inſtanti nullus an-
gelus peccare potuit: in tertio omnes iuſti
erant beaudi: ergo qui in ſecundo peccaret
venialiter, maneret inpunitus; nec enim pu-
niretur in cœlo, quia non eſt locus pœnæ; neç
in inferno, quia veniale non meretur infer-
num; nec in purgatorio, quia ob veniale non
eſſent e cœlo deturbandi, & quia purgatoriũ
propter ſolos homines factum eſt.
5. Concl. in puris naturalibus forte angeli
poſſent peccare venialiter. Licet enim Caiet. 23
& Medi. putent, nec in illo ſtatu id fore poſ- *5. Concl.*
ſibile, quia ratio *D*. Thomæ facta de angelis,
quando erant in via, procedit etiam in puris
naturalibus, & Caietani ſententiã valde pro-
babilem putat Zumel eam confirmans, quia
ſecundum *D*. Th. art. 6. puer in primo inſtanti
non poteſt venialiter peccare: ergo nec ange
lus. Alij tamen dicunt, quod in puris natura-
libus poſſent peccare pure venialiter, quia ſi-
cut Adam ex nullo dono intrinſeco fuit im-
pecabilis peccato veniali plene deliberato,
ita & ob eandem rationem dicendum eſt de
angelo cũ multis ſcholaſticis & recentiori-
bus etiã Thomiſtis putantibus, neq. D. Thom.
ſentire oppoſitũ: quãuis enim ex modo natu-
rali operandi angeli probet in via peccare pu
re venialiter non potuiſſe: tamen ea ratione
ſolũ vult oſtendere conſentaneũ fuiſſe natu-
ræ angeli, quod fieret omnino pure veniali-
ter impeccabilis per gratiam, ſicut eſt fere ſic
impeccabilis per naturã. quanquã nõ omni-
no. Neq. putant eſſe ſimilẽ prorſus rationem
de intellectu & voluntate, nam concluſiones
habent neceſſariam cõnexionẽ cũ principijs,
at particularia appetibilia nõ habent neceſ-
ſariam

Digitized by Google

ſariam connexionem cum fine vltimo, nec ordinem neceſſarium ad illum, nec angelus eſt naturaliter determinat⁹ ad cõſiderationẽ illius finis: ergo nec ad referendum actu in ipſum omnia, quæ vult. Vnde nec angelus, qñ peccauit mortaliter, retulit ſe formaliter in vltimum finem creatum, ſed virtualiter vt homines communiter faciunt, imo poſſet mendacium leue ordinare in Deum, & tunc non peccaret mortaliter. *D*icunt ergo hi Thomiſtæ angelum in gratia, & puerum in primo inſtanti ex natura ſua poſſe peccare pure venialiter, ſed ex lege, & diuina prouidentia impeditos. Vtramque opinionem etiam in via D. Thom. problematice defendi poſſe, ait Zumel. Sed ego magis accedo ad opinionem aſſerentẽ, niſi dono aut prouidentia ſupernaturali impediti fuiſſent, pure venialiter peccare potuiſſe, de quo peccato ſi nõ plene pœniterent, & ſatisfacerent in via, poſt viá in loco aliquo purgandos fuiſſe: & idẽ tenere videtur Vaz. quãuis non immerito putat, cõtrariũ ſentire D. Tho. & de Alenſ. dubitat an impeccabilitatẽ iſtá tribuerit angelis propter modum operandi naturalẽ ipſorũ, an propter ſupernaturalem *D*ei prouidentiam. ¶ An vero angelus ſaltẽ mortaliter peccare potuerit in puris naturalib. aut in ſtatu eleuationis, in ordine ad ſola obiecta aut fines ordinis naturalis, alia quæſtio eſt, de qua in materia de Angelis ſunt variæ opiniones, quæ ad rẽ præſentẽ parum refert: ſolũ enim inueſtigamus an in ſtatu, in quo poſſet pecc. m. poſſet etiá venialiter tantum.

SECTIO. V.

Vtrũ primi motus ſenſualitatis in infi delib. ſint peccata mortalia, an vero venialia.

24. SCIENDVM eſt motus primos appellati poſſe, vel eos, qui antevertũt omnem deliberationem, & dicuntur primo primi, vel eos qui anteuertunt deliberationẽ plená, ſed nõ ſemiplenam, atq. adeo ſunt ſemiplene deliberati, & liberi, & vocari ſolent ſecũdo primi.

Quod ad motus primo primos pertinet, ſi qui ſunt, certũ eſt, eos neq. mortale, neq. vllũ peccatũ eſſe in infidelib. aut vllis alijs, vt diſp. 6. ſectio. 1. oſtendi, quia ſine libertate nullum peccatũ eſſe poteſt. De motib. autem ſecundo primis recte docet *D.* Tho. ar. 5. & omnes ibi non magis eſſe peccata in infidelibus, atq. adeo ſicut in fidelib. ſolum ſunt pec. venialia, ita in infidelibus, ná circunſtantia perſonæ, ſcilicet carẽtia fidei, potius minuit, quá aggrauet culpam, ſicut contra dignitas perſonæ culpá aggrauat cæteris paribus, vt inquit. S. Thomas. Vnde peccata fidelium exaggerat Paulus Heb. 10. dicens, quanto magis putatis deteriora mereri ſupplicia, qui ſanguinem teſtamenti, in quo ſanctificatus eſt, pollutum duxerit. Accedit etiam, quod peccata in fidelium minui etiam ſolent propter ignorantiá iuxta id. 1. Timoth. 1. miſericordiam conſecutus ſum, quia ignorans feci in incredulitate.

Dubium tamen eſſe poteſt, an dentur aliqui motus in illicita, qui nullo modo ſint deliberati aut liberi, ac proinde qui nullomodo ſint peccata. Altiſiodorenſis enim. 2. lib. tract. 28. c. 1. & cap. 2. (ſeu potiùs. 3. quia eſt error in numeris) q. 1. incidẽti, expreſſe docet, nullum eſſe motum in illicita, qui non ſit vere liber & potuerit ac debuerit vitari, ac proinde, qui non ſit peccatum, licet enim nullus potuerit vitare omnes hos motus collectiue: poteſt tamen quilibet vitare omnes diuiſiue ſeu ſingulos. Eandem ſententiam tenuit Alenſis. 2. p. q. 125. memb. 2. Albert. 2. d. 36. a. 4. Hæc tamen ſententia communiter reijcitur, nam experientia teſtatur eſſe aliquos motus in illicita, qui nulla ratione caueri potuerunt, imo interdũ aliqui, poſitiue repugnãte volũtate, perſeuerant, ac proinde hos nullo modo eſſe peccata. Cõſtat etiá, licet aliqui maxima quadam diligentia & præuentione caueri potuiſſent; non tamẽ eſſe obligationem adhibendi tãtá diligentiá, ac proinde etiá ſi ſequantur tales motus, nõ imputari ad culpam; quia licet ſint voluntarij & liberi indirecte phyſice; tñ non ſunt voluntarij indirecte moraliter, eo quod non erat obligatio illos impediendi, ſicut, qñ gubernator permittit aliqua mala, quæ poterat, nõ tñ tenebatur impedire: nõ dicuntur ei voluntaria indirecte moraliter, & imputabiliter, ſed phyſice tantum. Hinc falſo Magiſter 2. d. 21. §. porro ait, tentationem quæ ex carne eſt, non fieri ſine peccato, quoniá primus motus ſenſualitatis, tẽtatio carnis eſt, ſæpe tamẽ fit ſine peccato. Male etiá d. 24. c. nunc ſuper eſt, idẽ innuit, dum ait, ſi in motu ſenſuali tãtum peccati illecebra teneatur, veniale ac leuiſſimum eſt peccatum. 25 *Dub. 1.*

Dubium quoq. eſſe poſſet, an in habẽtibus originale peccatũ, ſiue fideles ſint, ſiue infideles, (de his enim omnibus eadẽ eſt ratio) motus omnes in illicita, etiá indeliberati, & carentes omni libertate ipſorũ, qui eos patiuntur, peccata ſint. Fortaſſe enim videbitur alicui omnes eſſe peccata, quatenus ſunt voluntarij & liberi nõ volũtate & libertate propria ſed Adæ: quæ nondum eſt formaliter, vel virtute retractata, in illis vero qui ab originali iuſtificati ſunt iam eſt retractata ſaltẽ virtualiter per receptionem gratiæ habitualis. Sed 26 *Dub. 2.*

Reſp.

Reſpondetur, nec in habentibus originale eſſe peccata, tum quia ad peccatum actuale, nõ ſufficit voluntas & libertas Adæ, ſed propria requiritur: tum quia ſi ad.p. actuale ſufficeret voluntas & libertas *Adæ*, etiam ad hoc vt illi motus non eſſent peccata, ſufficeret eſſe retractatos voluntate libera Adæ, ſicut vere retractati ſunt, tũ demũ quia infuſione gratiæ non retractantur huiuſmodi motus, & tñ in iuſtis nõ ſunt peccata: ergo nec in retinẽtibus.p. origin. quãuis eos nõ retractauerint, maxime cũ adhuc manẽte originali poſſint eos retractare.

27. *Dub.3.* *Dubiũ* præterea eſſe poſſet, vtrum circa res ineuidentes, vt circa res fidei diuinæ, cogitationes, facta & dicta aliqua hominum poſſit intellectus habere motus omnino indeliberatos ac neceſſarios, nullamq. habentes libertatem? R. poſſe ſaltem interueniente poſitiua voluntate mere naturali & neceſſaria; qua eiuſmodi motus intellectus imperentur. Et à fortiori poſſent eſſe ſemiplene tantum liberi ſeu deliberati. Sine vlla autem voluntate poſitiua apparet nullum motum ineuidentem in intellectu eſſe poſſe, quia non eſt à quo determinetur intellectus ad actum euidentem. Et loquimur de actu iudicij & aſſenſus, nõ de actu apprehenſionis, nam hæc ſine vlla poſitiua voluntate dari poteſt: iudicium vero non: niſi forte quis dicat, rationem ineuidentem ſaltem ſi euidens reputetur, vel eius ineuidentia non aduertatur, poſſe determinare intellectũ, ſi nõ reſiſtat poſitiue volũtas, quãuis hoc in 1. actu fidei diuinæ antecedente infuſionẽ habitus non poſſit contingere, quia Deus non dat auxilium fluens carenti habitu fidei diuinæ niſi poſſit credere, & ad credendum voluntate poſitiua plene libera ſeu deliberata, vt eo actu ſe diſponat ad infuſionem habitus: cæteri enim actus non eſſent accommodatæ diſpoſitiones ad habitum recipiendam, quia nõ eſſent plene liberi. Hinc patet, quomodo in iudicijs temerarijs poſſint dari motus primo primi: de motibus autem primo primis & ſecundo primis ſenſualitatis plura diximus diſput.6. An vero omnia opera infidelium ſint peccata, tractant *D.* Tho. & alij 2.2.q.10.a.4. & Vazquez 1.2. tom.2. in materia de gratia diſp.191.c.2.

DISP. XVIII. VTRVM HOMO PERVENIENS AD VSVM RATIONIS ETIAM SI ſit in originali, poſſit peccare ſolo peccato veniali, & ita eſſe ſimul in ſolo p.v. & originali.

SECTIO I. Quid in hac re ſenſerit D. Thomas & quibus fundamentis.

I. *Opi. D. Th.* D. Tho. hic q.89. art.6. putat, puerum conſtitutum in peccato originali cum primum peruenit ad vſum rationis, neceſſario obtenturum gratiam, vel peccaturum mortaliter, & ita non poſſe tunc vel poſtea coniungere veniale peccatum cum ſolo originali. Fundamentum primum *D.* Tho. eſt. Nam aut puer in 1. inſtanti

1 *Eius fundamẽtum.* vſus rationis conuertitur ad Deum, aut non: ſi conuertitur, accipit à Deo gratiam per quã remittitur ei p. orig. Si autẽ puer tunc nõ conuertitur, eo ipſo peccabit mortaliter cõtra præceptũ illud affirmatiuũ Zach.1. conuertimini ad me, & ego cõuertar ad vos. Tenetur enim tunc ſub.m. ſe & omnia ſua in *Deum* referre, quod ſi non faciat, peccabit mortaliter, & ſic non erit in ſolo veniali & originali. ¶ 2 Quia ſi poſſet aliquis eſſe in ſolo origi. & v. demus in eo ſtatu mori: vbi punietur? non enim in inferno, quia ibi ſolũ puniũtur, qui pro m. paſſuri ſunt æternã pœnã ſenſus. Neq. in lymbo puerorũ, quia ibi nõ puniũtur peccata perſonalia, quale eſt veniale, cũ ibi nulla ſit pœna ſenſus. Neq. in purgatorio; cũ hic locus tñ ſit amicorũ Dei & ſuſtinentiũ pœnã tẽporalẽ ſenſus: illud autẽ, p.v. quia nũquã remittit̃ quoad culpam, deberet ſemper puniri pœna ſenſus, quia quãdiu nõ remittitur culpa iuſte, infligitur pœna: ergo. Eandẽ ſententiã tenent aut defendunt Cai. Conr. Med. Zum. & multi alij recen-

Digitized by Google

centiores eodem. a. Victo. releꝫ. de veniente ad vſum rõis. p. 3. n. 13. & 14 & p. 2. n. 11. Capre. 4. d. 16. q. 1. a 3. & 2. d. 40. a. 3. ad arg. Scoti contra. 2. con. Sotus. 2. iuſt. q. 3 a. 10. & 2 de natura & gratia. c. 12. Canus releꝫ. de Sacram. in genere. p. 2. ad. 1. arg. contra 1. & 2. con. Ledeſ. 2. p. 4. q 71. ar. 2. fol. 548. & 1. p. 4. q. 28. a. 4. Naua. c. qñ de conſecra. d. 1. notab. 2. nu. 15. & in Manuali. c. 11. nu. 7. Tabienna peccatũ 3. §. 10. Bañes. 2. 2. q. 10. ar. 1. dub. 2. Sebaſt. Medicis in ſum. pecca. p. 1. tit. 1. q. 12, & loquitur D. Th. de primo inſtanti vſus rationis actualis, & nõ ſolũ potentialis, quantũ eſt ex parte diſpoſitionis habitualis, aut quaſi habitualis organorũ corporis. Si enim facultas deliberandi & vtendi ratione, prout requiritur ad operandũ libere circa obiecta bona et mala moraliter adueniat tẽpore ſomni vel distractionis, in quo illa facultas, quã quidã appellant phyſicã, eſt impedita per ſomnum vel diſtractionẽ; clarũ eſt pro eo inſtanti hominẽ peccare nõ poſſe, quia ante peccatũ voluntas debet eſſe in ſtatu libertatis, ita vt omnibus ſpectatis adhuc poſſit operari & nõ operari. Solũ ergo loquitur D. Tho. de. 1. inſtanti actualis vſus rõis vt interpretatur Val. diſp. 6. q. 19. pun. 3. cũ Victo. & Caie. ſup. & omnes recẽtiores. & alio modo intellectã opinionẽ *D.* Tho. eſſ improbabilem recte ait Valentia ibi.

2 Hanc ſententiã tenuit etiã D. Tho. 2. d. 28. q. 1. a. 3. ad. 5. & in additio. q. 69. a. 7. ad. 6. de veri. q. 24. a. 12. ad. 2. & q. 28. a. 3. ad. 4. de malo. q. 5. a. 2. ad. 8. & q. 7. a. 10. ad. 8. Alber. 2. d. 42. a. 4. ad. 4. Bonau. a. 2. q. 2. n. 45. Vig. c. 18. §. 3. verſ. 5. Abul. to. 7. in Matt. 25. q. 739. Anton. 1. p. tit. 10. c. 1. §. 1. & tit. 13. c. 2. §. 3. in fine. Probabilẽ eam putat Henric quodlib. 3. q. 20. ad. 1. & Val. ſup. & omnes fere vtuntur illa ratione. ¶ Pro hac ſententia fiunt nonnulla alia argu. à Medi. & alijs. 1. Eſt quia in Concil. Floren. in vnione Græcorũ dicitur, illorum animas qui in actuali. peccat. m. vel ſolo origi. decedant, mox in infernũ deſcẽdere: pœnis tñ diſparibus puniẽdas. Si eſſet aliud 3. mẽbrũ peccatoris, videlicet decedens cũ ſolo orig. & v. eius mentionẽ Conciliũ feciſſet. ¶ 2. Ex innoc. 3. c. maiores de bapt. §. ſed adhuc dicente, adultis dormientibus & amẽtibus nõ poſſe dimitti orig. p. ſicut paruulis, per baptiſmũ ſine proprio conſenſu, quia non põt remitti originale ſine. m. ergo ſupponit, adultũ habentẽ orig. habere etiã. m. & conf. ex eodẽ in §. præced. vbi ait, paruulum quia non peccauit proprio conſenſu, non indigere eo ad iuſtificationẽ per baptiſmũ, ſecus docet de amente & dormiẽte adulto: ergo ſupponit habentem orig. etiã habere. m. cõmiſſum proprio conſenſu: & alio qui ſi ille nullo præcedẽte eiꝰ cõſenſu baptizaretur, gratiã cõſeqaeretur. Propter quæ dixit Med. ſententiã *D.* Tho. vt certã à Cõcil. Floren. & Innoc. 3. locis citatis ſupponi. ¶ 3. arg. ſumitur ex Baſil. Pſ. 1. vbi ſic ait. Poſtquam ratio ad perfectũ venit, tunc fit id quod ſcriptũ eſt adueniente mandato. p. reuixit; ego vero mortuus ſum: oriuntur enim prauæ ex carnis affectibus cogitationes noſtris animis ingenitæ. Re vera namq. vbi mãdatũ venit, hoc eſt cognitio bonorũ, ſi prauæ cogitationi nõ fueris dominatus; ſed rõem permiſeris ab affectionibus captiuari, reuixit. p. Vbi Baſil. dicere videtur, ſi in primo inſtanti vſus rõis homo in *D*eũ non conuertatur, conuertendo ſe in bonũ rõis, peccare mortaliter: ex quo ſequitur. v. p. cũ ſolo originali eſſe nõ poſſe. ¶ 4. Arg. eſt quia lex Euangelica & fides debet acceptari cum primum proponitur & promulgatur: ergo etiã lex naturalis quæ in. 1. inſtanti vſus rõis promulgatur, cum quis incipit diſcernere inter bonũ & malũ, ergo ſi non acceptatur peccat homo mortaliter, & ſic nõ erit. v. ſolũ, ſi autẽ acceptatur nõ erit orig. quia erit gratia: ergo non poteſt dari veniale cũ ſolo originali. ¶ 5. Nã qui habet curam alterius, ſtatim atq. alter poſſet male agere, teneretur illũ in bono confirmare: ergo multo magis ſe ipſum: quod faciens iuſtificabitur, omittens autẽ peccabit mortaliter: ergo non põt dari. v. cũ ſolo originali. ¶ 6. Si in. 1. inſtanti vſus rõis non tenetur homo in Deũ conuerti. non peccabit, ſi non conuertatur, neq. vllum violabit præceptũ. ergo ſi moriatur, damnabitur nullũ violans præceptũ: quod eſt abſurdũ. ¶ 7. Henr. ſup. hanc ſententiã probabilem putat hac rõe. Cum puer exiſtens in originali nõ cõtraxerit illud proprio actu, diuinã miſericordiã decet, vt in. 1. inſtanti vſus rõis ita ipſum illuminet & ad ſe inclinet vt reſiſtere aut nõ cõuerti ſit. m. propter cõtemptũ & rebellionẽ: ergo niſi peccet mortaliter, conſtituitur in gratia & liberabitur ab originali & ſic nõ poterit eſſe originale cũ ſolo. v. cui doctrinæ cõſonant alia, quæ idem Henric. docet quodlib. 5. q. 24. & quodlib. 4. q. 29. & quodlib. 8. q. 5.

SECTIO. II.

Qui nam ſenſerint. pecc. v. eſſe poſſe cum ſolo originali & quibus fundamentis.

SVperiorẽ ſententiã eſſe falſiſſimã, ac. v. eſſe poſſe cum ſolo originali, docet Duran. 2. d. 16. q. 2. ad. 1. n. 7. & 10. idẽ probabilius 3
cenſet Henric. quodlib. 5. q. 20. ad. 1. Valen. hic. diſp. 6. q. 19. pun 3. Coſmas Philiar. 2. p. ſummæ lib. 3. c. 3. Angl. 2. d. 14. & ſeq. q. q. 9. a. 3. Vazq. hic diſp. 142. tribuens Rich. 4. d. 14. a. 3. q. 2. Gabr. d. 21. q. 1. § contra hanc poſitionẽ, & *D.* Tho. d. 4. q. 7. idem tenet Bon. 4. d. 21. ar. 1. q. 1. in fine. Palud. d. 16. q. 1. a. 1. in fine. Adria. tit. de remiſsione pec

cato-

catorum poſt hanc vitam.q.3. ad.3. Alexan.4. p.q.65.memb.3.a.4 §.1. in fine.colligitur ex Soto.de natu.& gratia.c.22.longe poſt medium. § quod ſi roges;& probabilem eã putar Bañes 2 2.q.10.a.1,dub.2.& Canus relect. de ſacram. p.2:ad.1.arg contra 1.& 2. concl. eſſe autẽ communem ſcholaſticorũ ſententiam nõ ſolũ docent Valen.& Vazq. ſed etiã Victo ſupr. p.3. n 13 Canus,Medi.& alij Thomiſtæ,& Cordu. lib.2 q.5.ad.4.vbi Cordub.in eandẽ videtur inclinare.Hanc etiã opinionẽ tenet Alenſ. 2. p. q.124.mẽb.9.Richar.2.d.42.a.2.q.2.ad.5. quem videtur ſequi Carthuſ.4 d.45 q.1. Azor to.1. c. 10.q.6.tribuens Soto.4.d.15 q.2.art.4.& Ledeſ. 1.p 4.q.28.a.4.idem docet Suar. 3. p. to.4. diſp. 11.ſect.2.n.14.& ſeqq. tribuens id Alenſi. 3. p. q.15.alias.65.m.3.a.4.§.1.ad penul. & Cord. ſupra.Verba aliqua Suarez habes ſect.4.

Huius ſententiæ fundamenta ſunt: primũ non dari præceptum conuerſionis in bonum in.1.inſtãti vſus rationis.2.eſto detur tale præceptũ:non tñ conuerſionis explicitæ,& ſuper naturalis in Deũ, ſine qua homo non poſſet iuſtificari, proinde etiã ſi impleret tale præceptũ,non iuſtificaretur ab originali, & ideo poſſet habere peccatum veniale cum ſolo originali.3. etiam ſi daretur præceptũ formalis,& ſupernaturalis cõuerſionis in Deum in illo inſtanti:poſſe tñ inuincibiliter ignorari, aut nõ cogitari ac proinde etiam ſi non impleatur,poſſe hominẽ non peccare mortaliter,& ſic habere veniale cum ſolo originali. 4. Eſt hominem prius habere vſum rationis ſufficientem ad peccandum venialiter quam ad peccandũ mortaliter, & ſic ſi ſit in originali,poſſe habere veniale cum ſolo originali. Hæc omnia fundamenta videntur mihi veriſſima;quia vero in illis multa inuoluuntur, & ſimiliter in fundamentis contrarijs aduerſariorum,oportet ſigillatim nonnulla diſputare ex quorum reſolutione, vt puto, perſpicua erit iſta ſecunda ſententia.

SECTIO. III.

Vtrum homo in.1.inſtanti vſus rationis teneatur conuerti in Deum.

4 1.Opin. S. Thom.& eius diſcipuli ſectione 1. relati, & generatim præter Bonauent. omnes, qui dicunt veniale non poſſe eſſe cum ſolo originali præceptum huiuſmodi conſtituunt: inter eos tamen diſſidium aliquod eſt,nam quidam exiſtimant præceptum eſſe de explicito,& formali amore *Dei* ſuper omnia. Capreolus 2. diſtinct.40.quæſt.vnica art. 3.ad argumẽta Durandi contra. 2. concluſionem.Sotus.2.iuſtit. quæſt.3.art.1. Idem videntur ſentire *D* Tho.& Antoninus ſupra,quatenus dicunt,præceptum eſſe puero de conuerſione,qua poſita iuſtificabitur:nam ſine conuerſione explicita non poteſt homo iuſtificari, vt dicemus: eidem ſententiæ magis fauent Canus relectio.de ſacramentis, parte. 2. ad.1. argum.contra. 1. & 2. concluſionem, & Martinus Ledeſ.loco citato, ſect. 1. ex quæſt. *1. Argum.* 71. Suadetur.1.quia nullũ præceptum,niſi charitatis obligat hominem ad conuerſionem in *Deum*. Hoc autem præceptum cum ſit affirmatiuum,& non obliget pro ſemper,maxime obligabit in primo inſtanti vſus rationis; nullum enim commodius tempus eſt: tranſacto ſiquidem illo non manet maior obligatio reſpectu vnius quam reſpectu alterius temporis. Confir.quia inter naturalia maxi- *Confirm.* mum beneficium homini collatum eſt creatio: ergo pro hoc debet agere gratias, quam primum poſſit, & quam primum nouerit à quo illud acceperit, & amare tam inſignem benefactorem. ¶2 Quia ordo naturæ poſtu- 2. lat, vt homo quando inchoat vitam rationalem.incipiat ab intentione vltimi finis, nam ex ea pendet bona inſtitutio vitæ. ¶3. Quia, 3. qui curã gerit aliorũ,tenetur ex officio illorũ virtutib. proſpicere, quã primũ cõmode poteſt:ſed maxime incumbit homini cura de ſeipſi,ergo quam primum cõmode poteſt, tenetur ſibi conſulere per dilectionem Dei ſuper omnia,qua iuſtificetur:nimirum in. 1.inſtanti vſus rationis. ¶4. Quia votum tenemur 4. implere quam primũ poſſumus:ergo & præceptũ diligẽdi *Deũ* ſuper omnia: ergo ſi poſſumus,vel quia poſſumus in.1.inſtanti vſus rationis,tunc tenemur illud implere.

5 *2.Opinio.* Alij ſentiunt non eſſe pro tunc præceptum explicitæ,& formalis conuerſionis in Deum, ſed tantum implicitæ, & confuſæ,quæ fit per formalem conuerſionem in bonum honeſtum in communi,ſeu per propoſitum ſequendi in omnibus,quod honeſtum eſt. Ita Caiet. q.89.a.6.& 2.2 quæſt.10.art 4.dub.1.& q.44.ar. 1.dub.1.ad.3.Bañes.2.2.q.10.a.1.dub.2. Victoria relect. de perueniente ad vſum rationis p.3. n.12. 13.& 14.Zumel quæſt.89 ar.6.diſput.2.dicto.3.Nauar.in ſum. c.11.n. 7.& ca. quando de conſecratione.diſt.1.notab.2.num.15. Medina q.89.a.6.& Canus ſup. & opinionem D. Tho. ſic intellectam probabilem putat Valen.diſp. 6.q.19.punct.3.& Cord.lib.2. q.5.ad.4. Viguer. ibidem citati,quatenus dicũt,præceptum eſſe de conuerſione quę ſi tunc omittatur,peccabit puer mortaliter:nam conuerſio explicita non poteſt cõmuniter tunc haberi: ergo eius omiſ-

omiſſio non erit peccatũ mortale:ergo de ea non loquuntur D.Tho.& alij proxime citati. opinionem *D*.Tho. & aliorum ponentium in puero obligationem conuertendi ſe ad Deum ſaltem implicite, & confuſe in primo inſtanti vſus rationis non eſſe improbabilem docet Vega.9.in Triden.cap.42. vbi male addit,hoc ipſum problema eſſe apud Scotum. 2. d.7.q.vnica ibi enim, niſallor, nihil eſt ad rẽ.

Hæc tamen opinio ſuadetur, quia cognitio boni honeſti in genere,& conuerſio in illud eſt facilis, & ſufficiens, vt cætera opera ſint honeſta ex fine,cognitio autem,& dilectio explicita Dei difficilis eſt,& non neceſſaria, vt ſequentia opera honeſta ex fine ſint: ergo credibile eſt hanc non eſſe præceptam pro primo inſtanti vſus rationis,& hæc videtur opinio Altiſiodorenſis. 3. ſummæ tractat. 3. in fine vbi concludit:concedimus , quod nullus tenetur credere in primo inſtanti ætatis adultæ, iudex enim ſæcularis dat inducias deliberationis,multo fortius iudex æternus, qui in infinitum eſt benignior dat inducias ad credendum in ſe, quantum vero tempus det ad eiuſmodi deliberationem, nullus ſcit. Vnde patet,quod hæc argumentatio non valet,iſte eſt adultus,& non credit in *D*eum, & decedit ſic:ergo damnabitur, quoniam non fuit in mora credendi,& ideo iudicatur paruulus donec tempus deliberationis fuerit elapſum. Hæc Altiſiod. qui etiam de fide viua includente dilectionem loquitur , vt patet ex illo verbo,credendum in ſe, nam credere in *D*eum eſt credendo diligere. Et præterea eadem eſt ratio de actu credendi , & diligen-
7. di : ergo ſi in eo inſtanti nulla eſt obligatio
1. Concluſ. credendi,nec erit diligendi explicite Deum.

Dico primo , puerum in primo inſtanti vſus rationis non habere præceptum ſupernaturalis & explicitæ cõuerſionis in Deum, ita docent auctores ſecundæ opinionis , & omnes citati ſectione.2.Probatur primo,quia non extat de hac re vllum præceptum poſitiuum, vt conſtat : neque vero naturale, quorſum enim imponeretur præceptum naturale pro aliquo inſtanti, in quo neque præceptum ipſum ,nec eius materia moraliter loquendo occurrere poſſet, quodque vix poſſet impleri? Eiuſmodi autem eſſe præceptum diligendi Deum pro illo inſtanti dilectione ſupernaturali , patet , quoniam qua ratione puer præſertim in ſyluis nutritus , vel de ea re nunquam certior factus à parentibus , vel alijs,cognoſcet eſſe præceptum naturale diligendi Deum ſuper omnia in illo inſtanti, proponendo, pro nulla re grauiter ipſum offendere in tota vita ſua? Certe non ſolum aſſenſus,ſed etiam cogitatio huius rei moraliter eſt tunc impoſſibilis,imo etiam cogitatio Dei nedum aſſenſus, quod Deus eſt , & ſuper omnia diligibilis,aut diligendus eſt , præſertim loquendo de aſſenſu qualis requiritur ad dilectionẽ ſupernaturalem.Is enim debet eſſe aſſenſus fidei per quem homo hæc credat, quia dicta ſunt à *D*eo , ad hoc autem , vt ſibi perſuadeat eſſe dicta à Deo requiritur,vt habeat credibilitatis motiua,ipſaque ponderet, quæ omnia in primo inſtanti vſus rationis quomodo fieri poſſunt,ſane multum temporis requirunt:non ergo eſt credibile præceptũ eſſe diligendi *D*eum ſuper omnia in inſtã ti vſus rationis. Nec valet dicere antequam quis cognoſcat Deum , licet ſciat domos fabricare,& ſimilia, non poſſe peccare mortaliter,nec venialiter , quia non cognoſcit legem *D*ei. Vnde Rom.1. Philoſophi dicuntur inexcuſabiles,quia cum cognouiſſent*D*eum, non ſicut *D*eum glorificauerunt. Ita Martinus Ledeſma illa quæſt.71. Imo Sotus ſic explicat,& defendit *D*. Thomam. 2. iuſtitiæ. q. 3.artic.10.& 1.de natura & gratia, cap.21. longe poſt medium: ait enim vſum rationis eſſe quando iam cognitionem habet Dei, diſcretionemque boni & mali,vt auctor eſt ſanctus Thomas. Hoc tamen periculoſiſſime dicitur,ſic enim adulteria homicidia, & alia eiuſmodi facta ab ignorãtibus inuincibiliter , vel non conſiderantibus legem *Dei* , vel *D*eum, non eſſent peccata præſertim mortalia. Item licet daremus talem cognitionem requiri ad rationem peccati etiam mortalis:conſtat tamen non requiri cognitionem ſupernaturalem fidei : ergo ante illam eſt vſus rationis ſufficiens ad peccatum mortale. In quo tempore nulla erit obligatio diligendi*D*eum ſaltem ſupernaliter.

Confir.1. quia Angelus nõ habuit præceptum diligendi Deum in primo inſtanti alioqui ſecundum *D*.Tho.tenentem non potuiſſe tunc peccare,neceſſaria fuiſſet dilectio ac proinde non fuiſſet meritoria, nec diſpoſuiſſet ad gratiam:ergo neq. homo in. 1.inſtanti.

Confir. 2. quia peccator non tenetur ſine vlla mora temporis ſtatim poſt peccatum mortale conuertere ſe in *D*eum : ergo neque puer veniens ad vſum rationis,etiam ſi Deum ex fide cognoſcat.Probatur cõſequẽtia , quia non ſunt minores rationes obligationis in eo,qui mortaliter peccauit, imo aliqualiter maiores:nam nouum beneficium eſt non annihilari ſtatim poſt peccatum , vel non trudi in infernum,ſed tempus pœnitentiæ accipere, & ſic noua obligatio cõſurgit:periculũ etiam incidendi in noua peccata, & moriendi in ſtatu damnationis maius eſt in eo ,qui mortaliter peccauit:ergo ſi hic non tenetur ſtatim poſt mortale conuerti in Deũ,multominus puer in originali, vel in gratia exiſtẽs.

quando

quando venit ad vſum rationis,& certe ſi eſſet tale præceptum, & non eſſet impletum in illo primo inſtanti impleri dberet poſtea, vt cum quis non eſt confeſſus intra annum, tenetur poſtea cum primum commode poſſit,hoc autem non eſt dicendum: ergo nõ eſt præceptum conuerſionis formalis in Deum pro illo inſtanti præſertim ſupernaturalis, Quod magis conſtabit ex ſequentibus.

8. *2. Concluſ.* *D*ico. 2. Homo in. 1. inſtanti vſus rationis non tenetur ſub mortali elicere vniuerſale decretum ſequendi ſemper honeſtum, & fugiendi turpe ſaltem in materia graui, dirigereque omnes ſuas actiones ad honeſtum. ita ſentiunt multi recentiores Valentia hic diſpu.6.q.19.punct.3.& Henric. quamuis ſub dubio,quodlib.5.q.10. ad.1. colligitur aperte ex *D*ur.4.diſt.4.q.7.a.1. & diſt.16. quæſt.2. nu. 7. Philiarcho *A*lex.& Richar. citatis ſection.2. & ex Soto ibidem relato, & referendo concluſione ſequenti. idem omnibus Scotiſtis tribuit Philiarchus, ſupra. ¶ Probatur primo, quia quamuis homo, qui deliberaret de inſtituenda totius vitæ ratione, deberet vel nullum facere decretum vniuerſale, vel illud facere de ſequendo bono honeſto, nihilominus non teneretur hoc decretum vniuerſale facere; cum res ſit grauiſſima, & magno conſilio indigens,& hoc verum eſt etiam ſi in mentem huius rei cogitatio veniret, quæ tamen vix venit in mentem etiam poſt aliquot annos,imo rariſſime aut nunquam occurrit pueris in eo inſtanti cogitatio de vita inſtituenda, & fine omnium actionum eligendo, vt experientia docet,& ratio confirmat,quia ad primas cogitationes illius temporis mouentur à ſenſibus, & ideo prius de ijs cogitant, quæ primo ſenſibus occurrunt, & in quibus antea verſati ſunt. Conf. 1. quoniam videtur alienum à benignitate,& facilitate Dei, vt in illa prima quaſi vigilia rationis ſtatim hominem vrgeat,& opprimat præcepto, quod tũc ſit explendum: ſatis eſt enim (inquit Valent.) vt debeat quis bonum ſibi proponere quando id ſit poſtea neceſſe ad aliquam fortem tentationem vincendam. Confir.2. quia moraliter non poteſt puer cognoſcere tempus obligationis illius præcepti, ac proinde nec ex certa intentione adimplere: ergo non eſt aſſerendum. Antecedens patet, quia nemo vnquam potuit animaduertere primum inſtans,vel tempus, quo incipit vti ratione, & diſcernere inter bonum & malum.

Secundo Probatur hæc aſſertio ſimul cum
9 præcedenti, quia ſi puer etiam baptizatus, vt Victor. Viguer. Caietan. Medin. Zumel, & alij aduerſarij dicunt, teneretur in primo inſtanti vſus rationis ad Deum conuerti, vel formali dilectione, vel ſaltem virtuali contenta in generali decreto ſequendi rationem, ſequeretur, omnes fideles teneri ſub dubio confiteri omiſsionem huiuſmodi conuerſionis, quia nemo eſt, qui recordetur, ſe ſatisfeciſſe illi præcepto. Caietanus hic concedit illatum,additque pueros baptizatos cõmuniter prorumpere in actum fidei, & charitatis in primo inſtanti vſus rationis niſi paſſionibus impediantur. Hoc tamen nulla ratione probat,certumque eſt, ex vi habituum fidei & charitatis non prouenire, vt pueri in primo inſtanti ad *D*eum conuertantur; alioqui idem contingeret adultis in quolibet inſtanti, quia illi habitus non habent maiorem vim ad prorumpendum in ſuos actus in primo inſtanti quam in alijs. Præterea in primo inſtanti communiter non proponitur *D*eus, vt reuelatus, & ſub alijs rationibus requiſitis ad habendum actum fidei explicitum,& ſupernaturalis dilectionis ſuper omnia: ergo communiter in illo inſtanti non datur explicita conuerſio ſupernaturalis per fidem & charitatem. Imo cum communiter tunc nihil proponatur, vt reuelatum, nihil poteſt credi aut diligi per fidem, & ſpem infuſam,non igitur tunc hæ prorumpunt communiter in ſuos actus. Et quod Zumel aſſerit artic. 6. diſput.2. ad confirmationem quarti argumenti, non opus eſſe confiteri hanc omiſſionem in particulari, ſed ſatis eſſe in communi, & in genere accuſando ſe de occultis,ſine fundamento dictum eſt, quamuis idem affirmauerit Caietan. nam communis, & certa doctrina in materia de pœnitentia eſt,ſingulas peccatorum ſpecies in particulari confitendas,eſſe certas vt certas, dubias, vt dubias. Quo argum. Caietanum reijcit Valentia, qui etiam durum,& contra bonorum conſuetudinem eſſe putat, quod concedit Medina, hoc peccatum in ſpecie ſub dubio confitendum eſſe, quia nemo eorũ, qui ſunt timorata conſcientia, valde eſt ſolicitus vtrũ peccando violauerit tale præceptum, nec de hoc ſe accuſat in cõfeſſione,niſi forte per metam fidem opinionis *D*.Tho. vt videtur accidiſſe Nauarro. Vnde cõcludit Valẽ. opinionẽ *D*. Tho. quomodocunq. intelligatur, nimis ſcrupuloſam eſſe,& minus probabilẽ, quam contrariã. Eã etiã reijcit Philiarchus, tũ quia durũ illi videtur aſſerere, quod ſi puer initio vſus rationis curioſe quippiã aſpiciat, qa nõ pri⁹ ſe ordinauit ad vltimũ finẽ,ſed ad alia curioſe peccet. m. diuertit: tũ quia ſi oẽs tũc obligat præceptũ cõuerſionis in *D*eum, facile pueri amittent gratiã baptiſmalẽ: pauciſſimi enim ſunt, qui tunc in Deum conuertantur. Nam præterita conſuetudo, ſocij cum quib. tractãt,colloquia puerilia, & vana magis eos mouent, quam bonum honeſtum, quod

10 illis cõfuſe admodum, & impeifecte illis obijcitur.

3. concluſ. Dico. 3. probabile eſt, quod aliqui recentiores aſſerũt cum Soto. 1. de natura & gratia, c. 21. col. 12. puerum ſi Deum cognoſcat teneri, ſub mortali ſe ad ipſum explicite conuertere intra aliquod tẽpus non admodum lõgũ, ſeu non admodum differre ſuam conuerſionem, præſertim ſi agnoſcat ſe eſſe in originali peccato, ſi vero *Deum* non cognoſcat, teneri ſe conuertere ad bonum honeſtum ſimiliter intra breue tempus. Suadetur quia vt vidimus in materia de poenitentia, qui mortaliter deliquit tenetur ſub. m. non admodum differre conuerſionẽ ſuã eccl 5. Ne tardes conuerti ad dñm, & ne differas, &c. lex etiã diuinæ amicitiæ poſtulare videtur, vt aliqñ ametur amore quodã vniuerſali etiã ſi eius amor neceſſari⁹ nõ eſſet ad ſalutẽ noſtrã, non autem videtur, quo alio tẽpore hoc præceptum obliget, niſi non multo poſt *Dei* cognitionẽ: ergo tenetur homo non multo poſt *Dei* cognitionem dilectione quadam vniuerſali ipſum diligere eo modo quo potuerit, ſcilicet, per virtutes infuſas ſi illas habet vel per auxilia ſupernaturalia, vel per vires naturæ: & quamuis Sotus & alij dicãt ſub diſiunctione hoc præceptum pertinere ad charitatem, vel religionem, melius dixiſſent pertinere determinate ad charitatẽ naturalem, vel ſupernaturalẽ, præcepto enim religionis ſatisfieret colendo Deum adoratione, ſacrificijs, & alijs ſimilib. Qñ quis vero Deum non cognoſcit, & tenetur ſe conuertere generaliter in bonum honeſtum, hęc obligatio non pertinet ad charitatem *Dei*, ſed ad charitatem ſui, nam eius multum intereſt hanc generalem conuerſionem habere, vel certe ad virtutem, ad quam pertinet amare bonum honeſtum in communi, & odiſſe turpitudidem in communi, nam hæc videtur obligare ad non nimis differendum generalem illum ac nobiliſſimum eius actum, & male aliqui dicunt huiuſmodi præceptum ad nullã ſpecialem virtutem pertinere, ſicut enim nullus eſt actus honeſtus, qui non pertineat ad aliquã ſpecialem virtutem, ita nullum eſt peculiare præceptum, quod ad aliquam ſpecialem virtutem non pertineat. *Si* quis vero intra tempus aſſignatum non ſatisfecerit his præceptis cõuerſionis explicitæ vel implicitæ, tenebit̃ poſtea illis ſatisfacere (ſicut, qui non ſatisfecit præceptis reſtitutionis, & confeſſionis intra tempus aſſignatum, tenetur adhuc illis ſatisfacere,) quidquid ſine fundamento dicat Zumel art. 6. diſput. 2. p. 2. & Victoria relectione de puero veniente ad vſum rationis in fine: quamuis hic vtramque partem, vt probabilem defendat. Porro illud Zachar. 1. conuertimini ad me, quod loquitur de cõuerſione à peccatis perſonalibus, vt ait Valent. ſi ad conuerſionem ab originali extendatur intelligendum eſt modo dicto, vt ſcilicet homo poſtquam cognouerit, ſe eſſe in peccato originali, teneatur non multum differre conuerſionem ſuam. Non ergo reijcimus præceptum dilectionis ad ſolum articulum mortis: ſic enim primi homines. 500. vel 1000. annis poſſent licite vixiſſe ſine dilectione Dei. Nec ad feſta cum Scoto. 3. diſtinctio. 37. quæſtio. vnic. nec ad tempus in quo recipitur baptiſmus, vel inſigne aliud beneficium cum Soto. 2. iuſt. quæſt. 3. artic. 10. & 2. naturæ, cap. 22. quem limitat Nauarr. cap. 11. nu. 7. ſed dicimus præceptum dilectionis Dei obligare ad non multum differendum illam. De quo plura in materia de charitate. 11

4. concluſ. Dico. 4. in primo actu libero tenetur quis conuertere ſe implicite in Deum faciendo actum, qui ex natura ſua tendat in ipſum, & ad eius gloriam conducat: ſicut tendit quilibet actus honeſtus: patet quia omnis actus liber debet eſſe honeſtus, & nullus poteſt dari indifferens, vt tractatu de bonitate & malitia dictum eſt. Vbi etiam diximus ad quam virtutem pertineat præceptum nullum habendi actum otioſum, vel indifferentem, & eiuſmodi præceptum obligare tantum ſub veniali. Quoniam vero hoc non ſolum eſt verum in primo inſtanti, ſed etiam in reliquis ideo ad difficultatem huius diſput. nihil intereſt præceptum huius conuerſionis, nec de eo loquitur D. Th. de eo tamen loquitur Caieta. 2. 2. quæſt. 10. art. 4. du. 1. dicens. Ad diligendum *Deum* explicite, vt finem naturæ ſeu vniuerſi non tenetur homo ſemper; cum ſit præceptum affirmatiuum: nec ſtatim quia non tenetur magis ad explicite diligendũ, quã ad explicite cognoſcendum; cõſtat autem, quod poſt multum temporis aduenit homini hæc cognitio naturaliter loquendo. Ad implicite autem diligendum Deum, vt finem naturæ tenetur homo ſtatim, & ſi non ſemper actualiter, quia eſt affirmatiuum, tenetur tamen quando operatur ſemper virtualiter, alioqui peccat venialiter, vel mortaliter defectu debitæ circunſtantiæ vltimi finis. Hucuſq. Caietanus. 12.

ad. 1. argu 1. Opinion Ad. 1. ergo arg. 1. opinionis. R. primum inſtans vſus rationis non eſſe commodum tempus in quo obliget præceptũ dilectionis, quia nec tunc communiter cognoſcitur Deus, nec ſi cognoſcatur, expedit aut natura rei petit, vt tã cito dilectio ipſa exigatur, ſed vt nõ admodum differatur. Et idem eſt de præcepto gratitudinis. Vnde patet ad confirmationem.

Ad. 2. Reſpond. intentionem vltimi finis, ſiue explicitam, ſiue implicitam generalem Ad conf Ad. 2.

non

non adeo neceſſariam eſſe ad vitæ inſtitutionem, vt in 1.inſtanti haberi debeat, ſatis enim eſt ſemper quoties homo operatur, habere honeſtum aliquem finem, ſine malo obiecto, maliſue circunſtantijs.

Ad.3. Ad.3. Reſp quando non eſt graue periculum in mora, nemo tenetur ſibi, vel alteri cõſulere, ſed ſatis eſt non diu differre, quod
Ad.4. maxime expedit. ¶Ad.4. R.ſi in voto nullum tempus præſcriptum eſt, non eſſe vllam obligationem implendi illud ſtatim, ſed non differendi nimis, vt in materia de voto docuimus ex Deut.23. vbi mora reddẽdi votũ prohibita eſt.

Ad fundamẽtum ſecundæ opinionis Reſp.
13. tantum probare, id quod concedimus, non
Ad fund. eſſe obligationem explicitæ conuerſionis in
2. opinionis Deum, in primo inſtanti, & idẽ aſſerimus de conuerſione implicita generali per propoſitum omnis boni honeſti obligatorij, communiter enim tunc nemo cogitat de honeſto vniuerſe, ſed de hoc, vel illo honeſto, aut turpi, & ſatis eſt ſuſpendere omnem actum circa illud, vel amare bonum, & odiſſe malum illud particulare, quod ſe offert Quamuis nõ cenſeamus improbabile, eſſe obligationem, non differendi nimis hanc conuerſionem implicitam, quando explicita nequit haberi propter ignorantiam inuincibilem Dei.

Ex dictis patet falſo Syluestrum verbo oratio. quæſt. 8. docuiſſe, in primo inſtanti non ſolum eſſe præceptum cõuerſionis in Deum, ſed etiam orationis, quem impugnat Nauar. c.quando notab.2.nu.16.

SECTIO. IIII.

Vtrum præceptum conuerſionis explicitæ in Deum pro primo inſtanti, vel alio inſtanti, aut tempore poſsit tunc inuincibiliter ignorari aut non aduerti.

14 VIGVER. cap.18.§.3.verſic.5. ſentit, non poſſe huius præcepti dari ignorantiam inuincibilẽ in.1.inſtanti vſus rationis: ait enim vnicuique in eo inſtanti promulgari. ¶Sed mihi certum eſt qualecumq. ſit illud præceptum. poſſe inuincibiliter ignorari, cum non ſit per ſe notum, nec ex per ſe notis proxime ſequens, imo nec remote ſequatur euidenter, maxime cum multa prima principia non occurrant in primo inſtanti, vel tempore vſus rationis, quamuis ſi occurrerent præberetur illis aſſenſus. Deinde viri doctiſſimi non putant, eſſe tale præceptum quibus credere poterit puer in primo inſtanti vſus rationis: ergo eſto eſſet tale præceptum, poſſet tunc à pueris inuincibiliter ignorari, vt eodem argum. affirmat Valentia diſput. 6. quæſt. 19. puncto 3. idem ſignificat Scotus. 2. inſtit. quæſt.3. art. 10. vbi in quodam argumento ait, quod ſi dicas, ſtatim elucente rationis lumine præceptum charitatis obligare, certe hoc non eſt omnibus, ſed pauciſſimis notum; imo neque vllus vnquam huiuſmodi omiſſionem ſacerdoti confeſſus eſt, & his verbis nihil contrarium poſtea dixit Sotus, quãuis præceptũ cõuerſionis in Deũ in primo inſtãti tanquã probabile poſuerit. Vnde recte Suar. 3. p. tom. 4. diſputat. 11. ſectio.2. num.14. agens de ſententia aſſerente, non poſſe hominem decedere cum ſolo originali, & veniali, ait: *Fundamentum illius reuera eſt creditu difficile nimirum hominem peruenientem ad vſum rationis non poſſe prius peccare venialiter, quam mortaliter: atque adeo puerum non baptizatum, nec vllo modo in fide inſtructum, cum primum peruenit ad vſum rationis, neceſſario aut iuſtificari, & interius illuminari per fidem charitate formatam aut nouum peccatum mort. committere. Quod plane incredibile eſt: quia nec omnes cauſæ neceſſariæ ad iuſtificationem poſſunt moraliter loquendo tam ſubito concurrere, nec etiam eſt aliquod ſufficiens principium vnde oſtendamus, vel tunc neceſſario futurum eſſe illum concurſum omnium cauſarum, quæ ad iuſtificationem neceſſaria ſunt, vel ad peccandum mortal. Quia prima deliberatio, quæ fit per vſum rationis poteſt eſſe circa materiam moralem bonam: non tamen ad iuſtificationem ſufficientem: & eadem ratione poteſt eſſe circa materiam moralem malam: non tamen ad peccat. mort. ſufficientem, ſed tantum ad venial. omitto ſententiam illam ſupponere præceptum dilectionis Dei ſuper omnia obligare pro.1. inſtanti vſus rationis: quod ſuam ſpecialem difficultatem habet præſertim ita reſtringendo illud inſtans, vt non poſſit aliquod breue tempus præcedere, in quo poſſit homo venialiter peccare, maxime ex aliqua ſurreptione, vel humana inaduertentia leuiter culpabili. Denique licet demus, in re eſſe tale præceptũ, poteſt facile ignorari inuincibiliter: & tunc peccari poterit venialiter circa aliam materiam. Propter, quæ, & alia multa probabilius cenſeo, fieri poſſe, vt homo habens originale peccet venialiter priuſquam mortaliter. Hæc ille.*

Sectio.5. V. facienti quod in ſe eſt viribus naturæ in.1 inſtanti vſus rationis, tunc ſine mora tẽporis conferat auxilia quib. ſe poſsit præparare ad gratiam vel illam augere.

15. 1. Opinio. PRIMA ſententia eſt. Si puer in originali antea exiſtens in 1. inſtanti vſus rationis moraliter ſumpto ignoret inuincibiliter Deum, & apud ſe ſtatuat viuere ſecundum rectam rationem, ſtatim illuſtrandum à Deo ſiue interna reuelatione ſiue externa prædicatione, & mouendam efficaciter vt habeat omnem diſpoſitionem requiſitam ad gratiam iuſtificantē; & hoc non eſſe miraculū, ſed regularem, & ordinariam diuinæ prouidentiæ legem. ita videtur dicere Zumel, hac q. 89. ar. 6. diſp. 1. præſertim dicto. 4. §. ſed obſerua, & diſp. 3. p. 2. & diſp. 4. præſertim dicto. 4. & latius to. de gratia, quæſt. 113. art. 4. diſput. 2. in explicatione maiori concl. 4. & 5 licet interdum, vt referemus, doceat oppoſitum.

1. Argum. Suadetur. 1. ex D. Thom. eod. artic. 6. vbi ait, primum, quod tunc homini cogitandum occurrit, eſt deliberare de ſeipſo, & ſi quidem ſe ordinauerit ad debitum finem, per gratiam conſequetur remiſſionem originalis peccati. Quod quidem non poteſt intelligi, ita vt ordinatio illa in debitum finem inferat immediate gratiam, quia illa ordinatio eſt naturalis, vltima autem diſpoſitio ad gratiā debet eſſe ſupernaturalis, ſed quia illa infert auxilia efficacia quibus habeatur de facto, & infallibiliter vltima diſpoſitio ad gratiam. Item de veritat. quæſtio. 14. artic. 11. ad. 1. primi ordinis ait D. Thom. ſi puer nutritus in ſyluis ductum rationis naturalis ſequatur in appetitu boni, & fuga mali, certiſſime tenendum eſt, quod ei Deus, vel per internam inſpirationem reuelaret ea, quæ ſunt neceſſaria ad credendum, vel aliquem fidei prædicatorem ad eum dirigeret, ſicut miſit Petrum ad Cornelium actorum. 10. idem repetit ad ſecundum.

2. Secundo. Quia aliter non poteſt defendi ſententia D. Thomæ de incompoſſibilitate venialis cum ſolo originali, ſi enim puer veniens ad vſum rationis faciat, quod in ſe eſt viribus naturæ, & non adſit ſtatim illuſtratiō ſupernaturalis cum cæteris requiſitis ad obtinendam ſtatim gratiam iuſtificantem, non erit tunc in gratia, nec in peccato mortali, & poterit committere veniale: ergo poterit dari veniale cum ſolo originali: nec enim aſſerendum eſt, illum Dei inimicum in originali manentem, de lege communi præſeruandum tunc eſſe diuinitus ab omni veniali cum nec iuſti, & amici tam mirabili protectione à venialibus præſeruentur.

3. Tertio. Alioqui puer ille in eo inſtanti nō poſſet iuſtificari, ac proinde nec ſaluari, quod eſt falſum, quia Deus nulli negat media neceſſaria ad ſalutem, & in omni momento poteſt peccator conuerti & iuſtificari.

Quarto. Quia quicumq. ſeruat præcepta Dei, poteſt obtinere ſalutem Matth. 19. ſi vis ad vitam ingredi ſerua mandata, ſed puer tūc ſi ſe conuertit ad Deum viribus naturæ, quas ſolas habet, ſeruat omnia præcepta: ergo ſi ſtatim moriatur ſaluabitur: ergo in 1. inſtanti obtinuit gratiam. 4.

2. Sententia aſſerit puerū illum, ſi tunc faciat, quod in ſe eſt virib. naturæ, accepturum in eodē momento omnia auxilia neceſſaria ad ſalutē quib. ſi vtatur diſponendo ſe vltimo ad gratiā, iuſtificabitur, ſi vero nō vtatur peccabit mortaliter, & ita nō erit veniale cū ſolo originali. Itaq. hæc opinio ait, non accepturum ſtatim infallibiliter auxilia efficacia ſeu congrua, ſed ſufficientia tātum. Ita docet Medi. q. 89. ar. 6. m. 1. ſolutione. 2. argumēti Capreoli, & q. 76. a. 2. dub. vlti. ad 2. dixerat ſi quis faciat, quod in ſe eſt in ordine ad totam vitā diſponendo ſe per orationem, & verā pœnitentiam, ſtatim illuminandum eſſe de neceſſarijs ad ſalutem: & fortaſſe Zumel locis citatis in hac. 2. ſententia eſt, quam puto eſſe ſatis conſentaneum D. Tho. hic, & hunc modum dicendi tanquam probabilem ponunt Canus de ſacramen. parte. 2. ad. 1. contra. 1. & 2. concl. & Cordub. lib. 2. q 5. ad. 4. & Sot. 2. iuſt. q 3 ar. 3. 16. 2. Opinio.

§ 3. Opinio ait, nullam eſſe infallibilitatem recipient tunc vel poſtea auxilia congrua, nec ſufficiētia, nec propoſitionem myſteriorum fidei. Fundamentum horum eſt: quia nullum opus factum ſolis naturæ viribus, quamuis ſit moraliter bonum, poteſt mereri de cōdigno aut de congruo gratiam ſupernaturalis auxilij, neq. ad illam proxime, remote vero ad gratiam iuſtificantem præparare, quod tamen neceſſe eſſet concedere, ſi facienti, quod in ſe eſt ſolis naturæ viribus, Deus infallibiliter concederet auxilia ſupernaturalia. quibus ſe præpararet, aut præparare poſſet ad gratiam iuſtificantem in eodem inſtanti, vel poſtea. 3. Opinio.

§ Quarta Opinio non admittit id, quod ſupponimus, hominem poſſe facere, quod in ſe eſt ſeu bene moraliter operari ſolis naturæ viribus & abſq. gratia Chriſti, quæ eſt cogitatio congrua ad eliciendū actum bonum, ſiue ſupernaturalem in ſubſtantia, ſiue naturalem. Quia hæc ſectio multa inuoluit ad tractatū de gratia ſpectātia breuiter aperiā, quod ſentio. 4. Opinio.

1 Ergo dico hominem ſolis naturæ viribus poſſe bene moraliter operari, vt ſuo loco oſtendam. 17. Opi. auct. 1. Concluſ.

2. Dico vltimam diſpoſitionem ad gratiam debere eſſe ſupernaturalem in ſubſtantia, nec ſufficere, ſi ſit ſupernaturalis tantum quoad modum ſeu procedēs à ſupernaturali gratia, & fauore Dei, & multo min⁹ ſi ſit naturalis omnino, q a etiā ſi tūc homo ſupnaturalē habe- 2. Concluſ.

habere non poſſit, & habendo naturalem faciat totum quod poteſt, non iuſtificabitur, vt patet ex D.Thom.quæſt. 112. art.3. in corp. & ad. 1. & quæſt.109. art.6.ad.2. Antonin.4. p. titul. 9. cap.5.§.4. Capreolo. 2 diſt.28. quæſt.1. art.1. concl.5.& artic. 3. in fine.Caietan. Conrad. Medin. Zumel, Valentia, Vazquez, & & alijs,quæſt.109, artic. 6. ad. 2. qui dicunt illud axioma, facienti quod in ſe eſt *Deus* non denegat gratiam,intellectum de gratia iuſtificante,ſolum eſſe verum de faciẽte, quod in ſe eſt ex auxilio ſupernaturali, ſeu gratuito idem docet Bonauent. 2. diſtinct. 28. artic. 2. quæſt.1. in corp.& ad argum. Alber. 2. part. ſummæ quæſt.120. m.1. Marſil. 2.quæſt.18. ar. 3.concl.3.& poſt art.4. in ſolutione.7. argum. Sotus. 2. naturæ.cap. 3. confirmans ex Iob. 6. nemo poteſt venire ad me, niſi pater meus traxerit eum.Vega.8.in Trident.cap.11. & lib. 13. in Trid. cap. 23. prope initium. Bellarmin. lib.6. de gratia & libero arbit. cap. 6. ad.3.obiectionem. Driedo de concordia liberi arbitrij. cap. vlti. circa medium.

18. *Concluſ.* Tertio dico ad iuſtificationem non ſatis eſſe conuerſionem implicitam in Deum etiam ſi ſit ſupernaturalis in ſubſtantia. Oppoſitum videntur tenere Albertus, Antoninus, Viguerius, Nauarrus,locis citatis, ſectio.1. D. Thom. in hac quæſt.89. artic 6.& clarius Caiet.ibidem. Fauet Canus relectione de ſacramentis parte.2. ad.2.minus principale, vbi vt probabile relinquit, quod ſine fide explicita Dei, vel alicuius veritatis ſupernaturalis poteſt homo iuſtificari per fidem implicitam, idem vt probabile defendit Cordub.lib. 2.quæſt. 5.ad.4. Victoria relectione de veniente ad vſum rationis parte ſeu quæſt. 3.num.13. & 14. Imò clare docet ſufficere cognitionem naturalem *Dei* implicitam, & conuerſionẽ in *Deum* ſic cognitum. Et Vega.6.in Triden. cap.22. ait,eos, qui veniunt ad vſum rationis iuſtificari per propoſitum ſeruandi legem naturalem, & lib.9. cap.42.ait,non eſſe improbabilem opinionem *D.*Thom.& ſequacium aſſerentium quemlibet pro principio vſus rationis teneri ſub mortali ſic ſe conuertere ad *Deum*,vel formaliter,vel virtualiter, vt conſequatur Dei gratiam. Sed noſtra concluſio eſt certa, & oppoſitam eſſe damnatam opinionem, & quoſdam, qui illam docuerunt, coactos eſſe palinodiam recantare, docent Medina hac quæſt. art.6.ad quartum pro Capreolo factum,& Caietan.2.2.quæſt.10. art.4. dubio.1.ad.1.expreſſe dicit cognitionem,& dilectionem implicitam Dei excuſare quidem à peccato. Non tñ ad ſalutem ſufficere, & ſic fortaſſe intelligendum eſt,quod ait dicto. ar. 6.ad medium, nihil aliud exigi à puero niſi appetere bonum honeſtum in confuſo. Scilicet,ad implendum præceptum; non vero ad æternã ſalutẽ,nec ad iuſtificationẽ. Martinus etiam Ledeſ.2.4.q.71. a.1. fol. 548. plane videtur exigere explicitam cognitionem,& amorem Dei ſupernaturalem, vt quis iuſtificetur imo videtur exigere cognitionem explicitã Dei,vt quis dicatur habere vſum rationis ſufficientem ad peccatum.

Prob .autem requiri formalem cõuerſionẽ 19.
in Deum,tum quia ſi ſolum eſſet virtualis,nõ eſſet vere, & ſimpliciter conuerſio in *Deum*: ad iuſtificationẽ autẽ requiritur, quod vere, & ſimpliciter in Deũ conuertamur:tum quia cõuerſio illa in bonũ honeſtum, nec formaliter,nec virtute,& multominus eminenter eſt dilectio *Dei*,nec enim eſt act⁹ virtutis Theologicæ,ſed moralis,nec eſt ſupernaturalis cũ non ſequatur cognitionem ſupernaturalem, ſed naturalem:ergo non ſufficit ad iuſtificationẽ ꝓpter magnã imperfectionẽ, & improportionẽ ſuã. Conf.1.quia conuerſio,quę non ſequitur fidem imperfectiſſima eſt, & ad iuſtificationẽ inſufficiens;ſed illa conuerſio nõ ſequitur fidẽ; quoniã ad aſſenſum fidei requiritur aſſentiri reuelatis à Deo vt à *Deo* reuelata ſunt,puer autem ille ignorat *Deum*: ergo eſt imperfectiſſima, & ad iuſtificationem inſufficiens. Conf.2. quia vt dicitur Hebr. 11. accedentem ad *Deum* oportet credere, quia eſt, & quod inquirentium ſe remunerator eſt, ſed puer ille nihil horum imo abſolute nihil credit:ergo non accedit ad Deum, vt requiritur ad ſalutem,vel iuſtificationem. Confir.3.in opinione aſſerentium ſcientiam & fidem actualẽ de eadẽ propoſitione non poſſe eſſe ſimul.Nã ſequendum bonum honeſtum eſt ſcitum à puero in.1.inſtanti vſus rationis: ergo non illud credit,& ita conuerſio in bonum honeſtum non ſequetur fidem, nec erit ſufficiens ad iuſtificationem. Confir.4. ex *D.* Tho.q.100.a.4.ad.1.vbi docet *Deum* eſſe primum quod creditur, ſed puer ille non credit *Deum*:ergo nihil aliud credit, & ſic non iuſtificatur.

Ex quibus reijciuntur Sotus ſecundo na- 20
turæ, cap. 12. in prima editione, & alij tenentes in ſtatu legis naturæ cognitionem naturalem fuiſſe ſufficientem ad iuſtificationem in ignorantibus inuincibiliter myſteria ſupernaturalia, quod in alijs editionibus merito Sotus retractauit eodem loco,& 4. diſtinct. 1. quæſt. 2.articul.3. & diſtinct.5.q. 1.art. 2. quia ſine fide impoſſibile eſt placere *Deo*, & quia conuerſio, quæ non ſequeretur fidem, ſed cognitionem naturalem, non eſſet ſupernaturalis in ſubſtantia (quia cognitio ſupernaturalis id ſubſtantia, non poteſt ſequi ſolam cognitionem naturalem, ſed ſupernaturalem poſcit) ac

proinde nec ſufficiens diſpoſitio ad gratiam. Vnde etiã male Caieta. Heb. 11. docuit, euidentiam de exiſtentia Dei eſſe incompatibilem cum fide actuali de eadem: eſſe tamen meliorem ad iuſtificationem, quam ſit cognitio fidei, nam cognitio ſupernaturalis obſcura melior eſt ad iuſtificationem, quã naturalis clara, imo hæc non ſufficit, quia non eſt proportionata, nec valet inferre actionem voluntatis proportionatam gratiæ iuſtificanti. Si obijcias Hieronym. ad Galat. 3. aſſerentem, quod Cornelius ante prædicationem Petri iuſtificatus eſt ex lege naturali, quæ loquitur in omnibus, bona quæq. eſſe facienda, & mala vitanda: ergo ex parte intellectus cognitio naturalis de ſequenda vita honeſta ſufficit ad iuſtificationem. Reſpon. Hieronymum coniunxiſſe auditum fidei cum lege naturali, & dixiſſe ex auditu fidei, & lege naturali, id eſt, obſeruantia legis naturalis, iuſtificatum eſſe: ſic poſſet reſponderi ad alia verba *Ambroſij* ſeu Proſperi. 2. de vocatione Gent. c. 2. 6. 7. & 8. ſed de hoc fuſius in materia de fide.

21. *Dico*. 4. Non eſt infallibile, puerum ſi in. 1. inſtanti vſus rationis ſe conuertat ad Deum

4. *Concluſ.* ex puris naturalibus, ſiue formaliter, ſiue implicite, habiturum in eodem inſtanti propoſitionem myſteriorum fidei, & auxilia omnia neceſſaria ad iuſtificationem. Probatur, quia hæc lex infallibilis nec ex aliquo teſtimonio ſcripturæ, vel conciliorum, vel patrũ, nec ex aliqua ratione conuinci poteſt, quamuis enim *Deus* non conferat prædicta in eodem inſtanti, ſed opportuno tempore ante mortem, non cenſebitur deeſſe in neceſſarijs, imo etiam ſi nunquam conferat, quia ſatis prouidit de neceſſarijs humano modo deſignãdo miniſtros, qui per totum orbem promulgarent euangelium: ſi vero ex negligentia miniſtrorum, vel ex aliorum culpa aut deſidia ad quorundam notitiam in tota eorum vita non perueniat, non eſt imputãdum *Deo*, ſicut nec quod paruuli aliqui ſine baptiſmo decedant, & ideo damnẽtur. Imo miraculoſum videtur, quod *Deus* per ſe, vel per angelos de rebus credendis illuminet, vt patet ex Paulo ad Roman. 10. quomodo credent ei, quem non audierunt, aut quomodo audient ſine prædicante, & quomodo prædicabunt, niſi mittantur. Vt autem doceat *Deũ* non defuiſſe, ſubiungit, in omnem terram exiuit ſonus eorum. Quod vero dicitur Ioann. 1, illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: etiam ſi cum Cyrillo ad pueritiam referatur, & id Matth. 13. Exijt primo mane cum Chryſoſtom. & Theophilacto, non ſignificat, quemlibet in primo inſtanti vſus rationis, ſi faciat, quod in ſe eſt viribus naturæ, infallibiliter illuminari de myſterijs fidei, ſed omnibus pueris adeſſe aliquam boni, & mali cognitionem, & multis prædicationẽ, qua vocent ad fidẽ, id vero Apo. 3. Ego ſto ad oſtiũ & pulſo indicat, vel Deũ pulſare opportunis temporib. l. ſemp quã ꝓponũtur obiecta credẽda, & diligenda ſupernaturaliter, nunquã enim deeſt gratia excitans, ſi cætera adſint ad ſupernaturales actus requiſita. Id vero. 1. Tim. vlti. vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, & Sapien. 7. Sapietia per nationes in animas ſanctas ſe transfert, amicos Dei, & prophetas conſtituit: ſignificat ſatis *Deum* prouidiſſe de miniſtris, & alijs neceſſarijs, vt quiſque ſaluetur, niſi per illũ, aut miniſtros, & alios, qui ab ipſis audierunt, ſteterit, & ex omni natione, aut terræ parte Deũ aliquos vocare, & iuſtificare..

Conf. 1: quia Caiet. opuſ. 4. de contritio. q. 1. etiã habenti contritionẽ ex gratia, & auxilio ſupernaturali, aut non ſtatim abſq. vlla mora tẽporis concedi gratiã iuſtificantem, quod licet merito reijciatur ab omnib. quia talis actus eſt ſufficiens diſpoſitio ad gratiã, & ideo non eſt, cur eius introductio differatur, tñ inde ſequitur, Caie. minime concedere debere, cũ puer facit, quod in ſe eſt virib. naturæ, ſtatim, & in eodẽ inſtanti danda ei eſſe omnia auxilia gratiæ ad ſalutẽ neceſſaria, ſatis enim eſt *Deũ* illa dare opportuno tẽpore, aut paratũ eſſe illa dare quoties homini proponatur obiecta fidei, & dilectionis ſuper naturalis cũ cæteris requiſitis ad hoc, vt potentia in actus prorũpere valeat. ¶Conf. 2. quia etiã ſi quis faciat, quod in ſe eſt virib. naturæ in cæteris inſtantib. vel tẽporib. conuertendoſe in Deum explicite, vel implicite conuerſione naturali non præſentat illi *Deus* per ſe, vel p hominẽ, vel p angelũ myſteria ſeu obiecta credenda, & diligenda, vt ſe diſponat ad. 1. gratiã, vel illã augeat: ergo nec in 1. inſtanti vſus rationis. Et ſane in vtroq. caſu eadẽ eſt ratio, nimirũ, quod ſupernaturalia ſunt altioris ordinis, & ideo infallibilẽ connexionẽ habere nõ debẽt cũ diſpoſitione naturali, ita præſertim, vt in eodẽ inſtãti cõferantur, ſiquidẽ tanta connexio nullo modo neceſſaria eſt ad ſalutẽ. Cõf. 3. quia ſi facienti, quod in ſe eſt ſolis naturæ viribus, dat Deus infallibiliter omnia neceſſaria vt ſe diſponat ad ſuã iuſtificationẽ, alijs vero nõ dat illa infallibiliter, ſed quib. placet, dat, alijs vero negat, ſequitur intuitu operũ noſtrorũ mere naturaliũ Deũ dare auxilia illa ſupnaturalia omnib. habentib. talia opa, licet nõ det ſolis illis, ſed alijs, & ſic habentes talia opa videtr mereri aliquo modo de cõgruo auxilia illa, quod nõ videtur cõcedendũ. Vnde Vega q. 7. de iuſtific. prop. 1 & 2. & ad. 2. argu. cõtra. 5. docet infideles p opa naturalia moraliter bona nõ mereri d cõgruo illuſtrationem fidei. 22.

fidei.Conf.4.nam ſi infallibiter intuitu illius
conuerſionis naturalis in *Deum* confert ſu-
pernaturalia auxilia in eodem inſtanti vel po
ſtea:ergo melius conuerſo conferet infallibi
liter maiora, & ſimiliter cuicunq. melius
operanti viribus naturæ.& ſic diſtributio do-
norum ſupernaturalium magna ex parte pen
debit ex actibus ordinis mere naturalis,quod
eſt abſurdum. Vnde Bellarmi.6.de gratia, &
lib.arb.c.5. & 6.late docet & defendit opera
effecta ſolis naturæ viribus nullo modo ad
gratiam diſponere aut præparare,nec intuitu
& ratione illorum *Deum* conferre ſupernatu
ralia auxilia.

Confirm. 5. quia ſi conuerſio illa pue-
ri facta ſolis naturæ virib⁹ in.1.inſtáti, eſt ali-
quomodo cauſa auxiliorũſupernaturaliũ.qui
bus poſſit ſupernaturaliter conuerti credẽdo
& diligẽdo *Deum* fide & charitate infuſa, ini
tiũ iuſtificationis erit à nobis & opus noſtrũ
erit cauſa primi effectus prædeſtinationis, ac
proinde reliquorum qui ex.1.dimanant & ſic
erit cauſa totius prædeſtinationis, quod non
eſt concedendum.

23 Conf.6.quia Zumel, quem ꝑ.1. opinione
retulimus,alijs locis docet, faciẽti,ꝙ in eſt ſo
lis viribus naturæ nõ cõferri infallibiliter au
xilia ſupernaturalia in materia đ gratia q.109
a.vlt.diſp.2.verſus finẽ & magis ex profeſſo q.
112.a.3.diſp.1.con.1.& 4.& Altiſio.3.ſum. tract.
2.c.1.q.5.quanuis dicat faciẽti,ꝙ in ſe eſt,*Deũ*
dare gratiã tñ aperte loquitur de gratia iuſtifi
cationis & de faciẽte,ꝙ in ſe eſt ex auxilio ſu
pernaturali,& alij quãuis dicãt,facienti,ꝙ in
ſe eſt virib⁹ naturæ,infallibiliter darĩ auxilia
quibus credere,iuſtificari& ſaluari poſſint,nõ
tñ intelligunt protinus aut ſine mora tẽporis
nec loquuntur đ facere,ꝙ in ſe eſt pro aliquo
inſtãti,ſed ꝑ aliquo tẽpore, vt Alenſ.3.p.q.69.
memb.3.a.5.in corp.& ad vltimũ &.2.p.q.129.
mem.8.caſu.1.Gab.2.d.22.q.2.a.3.& d.28.q.vni.
a.2.conc.1.Rich.art.1.q.2.Ruar.Taper a.7. cõ
tra Luther.pag.248.Dried.đ cõcordia lib.arb.
c.vlt.ad mediũ,& de capti.tract.5.c.2.p.1.(qui
plus etiã quã intẽdimus,dicit)& *Duran*. quã-
uis 2.d.28.q.5.nimiũ tribuat viribus naturæ:tñ
4.d.4.q.7.n.5.ita loquitur.Nullus dicit,ꝙ inſ-
piratio fiat ſẽper homini ſtatim, qñ venit ad
annos diſcretionis, ſed ſufficit ſi fiat ei poſt
morã tẽporis,ſi viuat ſm̄ dictamen rectæ ra-
tionis naturalis,& Henric.quodlib.5.q.20.ad
1.dicit,quod ſtatim aut cito dabitur auxilium
ſupernaturale excitans peccatori qui per vi-
res naturæ bene ſe habuit in tentatione,& po
ſtea ait,ſeruata proportione idem dicendum
eſſe de homine,qui exiſtit in ſolo originali,
& Victo.relectione de puero veniente ad vſũ
rationis p.3.n.14.ait,quidquid ſit de illo,quod
quidam dicũt,ſi puer faciat in.1.inſtãti, quod
in ſe eſt,*Deus* illuminabit illũ in fide:de quo
ſtatim dicam (qui tñ nihil dixit) ſaltem prius
eſt facere quod in ſe eſt quam quod illumine
tur,vbi videtur loqui de prioritate temporis.
Quod clarius docet Canus.2.p. relectionis de
Sacramentis ad.1.arg.contra.1.& 2.con. Cord.
lib.2.q.5 ad.4 in.2 ſolut.quanuis in.1.docuerit,
ſtatim dari auxilia ad credendũ, & pro illa.2.
ſolut.male referat Vict.relectione citata. p.2.
dub.4.n.11.ibi enim nihil de hoc dicit, ſed tñ
docet,non dari tẽpus nec inſtans,in quo puer
poſſit peccare venialiter & non mortaliter,
alio tñ loco vt dixi Victo.indicat, non ſtatim
ſed poſt moram tempori eſſe illuminandum
puerum ſi faciat quod in ſe eſt viribus naturę.
Vnde bene Medi.q.89.ar.6. hanc ſententiam
non ſolum *Duran*.& Cano, ſed etiam Victo.
tribuit:meritoq. eam ſequitur,quanuis antea
& poſtea tanquam probabilem doceat oppo-
ſitam,nempe puerum vel alium facientem,ꝙ
in ſe eſt,ſtatim eſſe illuminandum de rebus
fidei ad ſalutem neceſſarijs.Deinde. q.79. a.2.
dub.vlt.ad.1.& ad.6.aperte docet non omni fa
cienti, quod in ſe eſt recte inſtituendo vitam
dari ſtatim auxilium ad habendam fidem ne-
ceſſariã ad ſalutẽ, ſed interdum poſt aliquod
tempus.Idemque docet Moli.in cord.q.14.ar.
13.diſp.9.& 10.& Val.1. 2.diſp.8 q.4.pun.2.& q.
6.pun.5 § ſed tñ eo nomine. Qui etiam non
putant ad hunc effectum facere,quod in ſe eſt
viribus naturæ eum qui vnico inſtanti con-
uertitur naturaliter ad Deũ eo modo quo po
teſt,ſed qui certo aliquo tempore ſeruat natu
ræ legem.Non eſt ergo lex Dei de dandis ſta-
tim auxilijs ſupernaturalibus ei, qui in. 1. in-
ſtanti vſus rationis eo modo,quo potuerit,ſe
conuertat ad *Deum* ex ſolis naturæ viri-
bus.

Confirm. 7. quia ſi de conuerſione in 24
Deum explicita vel implicita in primo in-
ſtanti vſus rationis eſt præceptum, veriſimi-
le eſt à multis pueris obſeruari, ais autem
hos ſtatim illuminari de myſterijs fidei ad
iuſtificationem neceſſarijs: ergo multi e-
runt ſic illuminati & eo medio iuſtificati
quod tamen eſſe falſum ipſa experientia
conſtat: videmus enim nec puros recor-
dari huius illuſtrationis, nec in illis mane-
re notitiam Dei & aliorum quæ ad obti-
nendam gratiam credenda ſunt. Certe nul-
lum legimus vel audiuimus ex tam innu-
merabili multitudine infidelium puero-
rum, qui diuinitus acceperit illuſtratio-
nem fidei circa ſeptennium, quòd ſi aliquis
eam accepiſſet, vix potuiſſet illius obliuiſci
propter magnam admirationem,quæ excita-
ret animum vt vehementius aduerteret,nec
poſſet

Ad.2.R.ex dictis ad.1. ſententiam D. Tho. melius defendi dicendo Deum ſtatim vel poſtea oportuno tempore daturum auxilia neceſſaria ad ſalutem,quæ interdum erunt efficacia,interdum vero non,& quocumque tépore dentur,ſi homo illis non cooperetur, peccaturum mortaliter,& ſi non dentur ſtatim,Deum ſua mirabili prouidentia effecturum, nedetur.cũ. v. ſolo originali, ne ſi in eo ſtatu moriatur puer patiatur perpetuam pœnam ſenſus in inferno propter veniale factũ irremiſsibile propter vnionem ipſius cum originali.Sed quomodocumque intelligatur doctrina D.Thomæ difficilima eſt.

28. Ad.3 R.etiam ſi in eo inſtanti non darentur auxilia efficacia,ſi darentur ſufficientia ſaluari puerum poſſe.Deinde non eſſe inconueueniens,quod in aliquo inſtanti ſaluari aliquis nequeat peraccidens propter aliquod impedimentum ſomni,furiæ,amentiæ,ignorantiæ vel inaduertentiæ , quis enim dicet quemlibet infidelem poſt commiſſa plurima & grauiſsima peccata,ſi habeat in aliquo inſtanti,vel tempore breuiſsimo decretum abſolutum recte viuendi elicitum ſolis viribus naturæ vel cum auxilio gratiæ,eo ipſo momẽto illuminandum eſſe, vt tunc poſſit gratiam conſequi & ſaluari,quoties tamen homo aduertit quæ ad ſalutem neceſſario aduertenda ſunt,*D*eus confert quidquid ex parte intellectus & voluntatis requiritur ad habendas circa talia obiecta operationes ſaluti neceſſarias.

Ad.4.Reſpondetur,omnem qui ſeruat omnia mandata pro aliquo inſtanti obligantia, ſi ſtatim moriatur,ſaluari,quia vnum de mandatis obligantibus proxime ante mortem,eſt; ſi quis eſt ſine gratia,diſponere ſe ad illam, & hoc mandatum non ſeruat puer in primo inſtanti nec tamen peccat contra illud,quia excuſat illum ignorantia inuincibilis: nõ enim ſcire poteſt,ſtatim ſe moriturum ac proinde teneri in eo inſtanti debere diſponere ſe ad gratiam , imo communiter non poteſt noſſe an ſit in gratia vel in peccato originali , neq. occurrere poteſt cogitatio de tali peccato aut de gratia.

Ad fundamenta.2.& 4. ſententiæ patet ex dictis,ad fundamentum vero. 2. ſententiæ nõ oportet reſpondere;quia ea eſt , quam plexi ſumus.

SECTIO. VI.

Poſſe dari peccatum veniale cum ſolo originali.

PRob.1.quia puer nullum ha- 29
bet præceptum conuertandi *Prob.1.*
ſe in Deum,nec in bonũ rõis
vniuerſe & generatim in
1.inſtãti vſus rationis, ſed ad
ſummum intra certum aliquod tempus,ante cuius lapſum poterit verba
otioſa,aut mendacium dicere, & alia venialia cõmittere retinens adhuc originale : ergo
dari poteſt veniale cũ ſolo originali.¶ 2.Quia .2.
eſto daretur pręceptum cõuerſionis in.1. inſtãti,poſſet inuincibiliter ignorari vel non aduerti & ſic in eius tranſgreſſione nullum eſſe
peccatum:& originale non remitteretur : ergo poterit eſſe veniale(quod tunc poterit cõmitti)cum ſolo originali. Conf. quia tale præ *Conf.*
ceptum poterit ignorari vel non aduerti ex
veniali negligentia, & tunc quia homo non
conuertitur in *D*eum,retinebit originale:ergo
dabitur veniale cum ſolo originali. ¶3. Quia 3.
eſto impleatur tale præceptũ,non iuſtificabitur homo:ſed adhuc retinebit peccatũ originale,eo quod tali præcepto ſatisfiet conuerſione naturali explicita vel implicita in Deũ,
aut ſupernaturali implicita,quarũ nulla ſufficit ad iuſtificationem:ergo poterit eſſe veniale cum ſolo originali. Quod ſi dicas impleto
præcepto de conuerſione non ſufficienti ad
iuſtificationẽ, Deum infallibiliter illuminare quantum ſufficit ad ſupernaturalẽ conuerſionẽ explicitã & ſufficientẽ ad iuſtificationẽ,
& inde conſurgere obligationẽ talis conuerſionis ac proinde vel hominẽ peccaturũ mortaliter vel in gratia conſtituendum. Contra
quia nulla eſt lex infallibilis de tali illuminatione , nec ſuppoſita illuminatione eſt
præceptum conuerſionis explicitæ ſupernaturalis,poteſt etiã inuincibiliter ignorari aut
nõ aduerti,vel certe cũ ſola culpa veniali vel
violari ſine plena deliberatione:ergo põt da- 4.
ri veniale cũ ſolo orig.vnde argu.¶ 4 Quia licet daremus pręceptũ eſſe pro illo.1 inſtãti de
ea conuerſione ſupernaturali, quæ ſufficit ad
iuſtificationẽ,& tale præceptũ non ignorari,
tũ contingere põt,vt homo nequeat illud implere propter ignorãtiã vel naturalẽ inaduertentiã rerũ fidei,ſine quarũ cogitione actuali
non poſſet impleri.ergo poſſet ante eius impletionẽ,& ante peccati mortalis commiſsionem dari.p.v.cum ſolo orig.¶ Ad hæc fere omnia reſpondent Canus,Cordub.Med. citati ſectione præced.con.4.confir.6 & Zumel. ar.6.
diſp.3.puerũ illũ præſeruati à Deo illo tẽpore
ne venialiter peccet: hoc tñ non ſolũ dicitur
gratis,ſed abſurde:nã priuilegiũ immunitatis
à venialibus ſimpliciter vel pro certo tẽpore
neq. apoſtolis ipſis cõceſſum eſt : ergo multo
minus omnibus inimicis Dei,quãdiu originale ſine.m.habent,nec eſt cur *D*eus talẽ proui-

dentiá habeat,quia alia prouidétia minus ſu-
pernaturali vti poterit,nempe prouidendo ne
puer decedat in ſolo orig.&.v quãuis neq. iſ-
ta neq. illa neceſſaria ſit, quia ſi homo dece-
dens in orig.&.v.meretur æternã pœnã ſenſus
non deerit Deo locus accõmodatos ad inferẽ
dã talẽ pœnã:ergo fruſtra fingitur illa pręſer-
30 natioà.v.aut à morte inorig.&.v.ſine.m.¶5.qa
ſ. homines venienti ad vſum rõis põt prius oc-
currere materia.p.v.quam.m.vt quod turpe et
indecens ſeu in decorũ eſt mentiri, inaniter
gloriá cũ euagacione mẽtis orate:ergo tunc
poterit peccareuenialiter & nõ mortaliter,&
ſic dari.v.cũ ſolo orig.Idẽ eſt ſi tunc occurrat
materia.p.m. imperfecte tamen, vt poſſibile
putat Val.deliberet circa illã,ac proinde mo-
tu imperfecte libero.illá amplectatur,ſiue im
perfecta deliberatio proueniat tunc ex volun
taria mẽtis diuagatione.v.ad alia ſiue ex natu
ra i pſa,quæ procedit ab imperfecto ad perfe-
ctũ,vel habet impedimentũ naturale ad deli-
berationẽ perfectã,& nõ ad imperfectã. Reſ-
põdẽt aduerſarij,ſemper in.1.inſtanti occurre-
rę materiã grauẽ, cogitat enim de ſua ſalute
æterna aut de ſtatu totius vitæ & de recta eius
inſtitutione, & plene cognoſcit obligationẽ
grauẽ eligendi ſtatim vitã hõneſtã, ac proin-
de nõ admittẽdi euagationẽ mentis aut aliud
quippiã quãtũuis leue,quod electionẽ retar-
det.Ita videtur dicere Cai.a. 6.§.ad hoc dicit.
Sed nõ video cur in.1.inſtanti occurrat cogita
tio ſalutis ęternæ,vel ſtatus totius vitæ,& cur
nõ poſsit tunc puer nõ habere plenã cognitio
nẽ de obligatione graui eligendi ſtatim vitã
honeſtã,cũ nec adulti & doctiſsimi homines
plenã iſtã cognitionẽ habeant,imo exiſtimẽt
nõ eſſe obligationẽ ſub.m.cõuertẽdi ſe in Deũ
in 1.inſtãti vſus rõis tũ ꝓpter rões ſuperius po
ſitas,tũ quia alia præcepta nõ videmus ſic obli
gare vt mora vnius momẽti ſit.m.p. Si autem
puer ille nõ habet plenã cognitionẽ de illa o-
bligatione,etiã ſi habeat actũ in cõtrariũ quo
nolit tũc eligere vitã honeſtã vel habeat omiſ
ſionẽ talis electionis,nõ peccabit mortaliter,
quia actio vel omiſſio erit tñ ſemiplene deli-
berata.Nec ſatisfacit, quod ait Zum.a.6.diſp.
2.p.2. motũ ſemiplene deliberatũ in ea ocaſio
ne eſſe.p.m.quia impedit cõuerſionẽ,Nã puer
põt nõ plene cognoſcere grauẽ cõuerſionis
obligationẽ:ergo etiã ſi ſcienter admittat mo
tũ qui cõuerſionẽ impediat,peccabit tñ venia
liter ꝓpter defectũ plene cognitionis & deli
berationis.Neq. vero ſatiſfacit ꝙ alij dicunt
puerũ tunc tã fortiter moueri à Deo & à bono
honeſto totius vitæ & à cura innata quærren-
dæ ſalutis & beatitudinis vt non permittatur
ad iocos vel alia opera animũ diuertere.Nul-
lus enim fideliũ vel infideliũ dicet hoc fuiſſe
expertũ & tã grauis res tãq. ſupra naturã & ca
pacitatẽ puerorũ nõ eſſet ſine graui fundamẽ
to aſſerenda,& nũc nõ loquimur de pura ap-
prehenſione,ſed de aſſenſu & inquirimus, vn
de puer plene cognoſcat & iudicet ſibi ineſſe
grauẽ obligationẽ cõuerſionis eo tẽpore,non
enim ex natura vel inſtitutione habet ſemper
ſufficientia motiua ad plenũ iudiciũ de graui
illa obligatione ferẽdũ,nec eſt cur Deus in eo
pũcto immediate infundat tãtã cognitionem
& ſi illã infundit,nullus aut fere nullus homi
nũ ignorabit inuincibiliter myſteria fidei ad
iuſtificationem neceſſario cognoſcẽda, quia
omnes recordabũtur eorũ,quæ in.1.inſtãti co
gnouerũt.Itẽ omnes aut fere omnes cõſitebũt
talẽ obligationẽ eo in.1.inſtãti eã plene & per
fecte cognouerint:tenetur autẽ ſint homines
eorũ quæ in pueritia didicerunt.*D*einde licet
in genere quis cognoſceret pleniſsime, ſe de-
bere cõuerti in Deũ in.1.inſtanti vſus rõis, tñ
naturaliter & abſq.ſpeciali reuelatione nemo
põt cognoſcere ſe eſſe in.1.inſtanti:poterit er-
go id inuincibiliter ignorari aut non aduerti
& ſic excuſari ab impletione illius præcepti
cõiungereque.v.cũ ſolo orig.vel dicẽdũ erit,
omnibus etiã reuelari qñ ſit.1.inſtãs vſus rõis:
quod eſt abſurdũ.*D*einde ſi quis non recorde
tur,an in.1.inſtanti vel poſtea ſatisfecerit illi
pręcepto,tenebitur ſub.m.ſtatim illi ſatisface
re,quia ſicut eſſet.m.differre illud à.1. inſtanti
in aliud tẽpus, ita erit.m.differre illud ab hoc
tẽpore in aliud ſi dicas ſaltẽ ex cauſa tunc dif
ferri poſſe,cur nõ etiam in.1.inſtãti? ¶ 6. Quia
puer põt cũ venit ad vſum rõis habere liberta
tẽ ſufficientem ad.p.v.& nõ ad.m.vt dicemus
ſect.8.ergo poterit habere.p.v.cũ ſolo origin.

SECTIO. VII.

Soluuntur arg.poſitiua ſect.1. pro opinione aſſerente poſſe dari.v.cum ſolo originale.

AD 1.arg.1.loco poſitũ pro opinione aſſe 31
rente.v.nõ poſſe eſſe cũ ſolo orig.R. Si *Ad.1.arg.*
puer cõuertatur explicite in Deũ ex fi- *1.loco poſitũ*
de cognitũ diligẽdo illũ ſupnaturaliter, cõſe- *ſect.1.*
cuturũ in eodẽ inſtãti remiſsionẽ.p.orig.tñ e-
tiã ſi tũc ſic nõ cõuertatur,poſſe non peccare
mortaliter;vel quia reuera nõ habet pręceptũ
ſic ſe conuertendi pro tunc; vel quia ignorat
vel non aduertit illud ſine vlla culpa ſaltem
mortali;vel quia actu vel omiiſione non ple
ne libera aut deliberata illud tranſgreditur;
vel quia poteſt differre impletionem illius
præcepti aliquantulum abſque peccato.m.li-
cet non abſque veniali,vt patet ex dictis.

Ad.2.R.multi,puerũ illũ nõ poſſe in eo ſtatu 32
mori,quia id impediet diuina ꝓuidentia,neq.
id fore magnũ miraculũ:quia exiguo tempo-
re põt ille ſtatus durare,qui enim caret gratia
iuſtificante non poteſt diu cauere omne pec-
catum mortale; & ſi contingat mortis peri-
culum

Digitized by Google

culum, ſtriſtius obligat præceptum conuerſionis ſupernaturalis explicitæ ad *Deū*, quod ſi impleatur, conſtituetur homo in gratia, ſi vero non impleatur, ſæpe erit ſine excuſatione à peccato mortali. Deinde ſi puer faciat, quod poteſt viribus naturę cōtinens ſe à peccato mortali & proponens recte viuere, quāuis non eo ipſo recepturus ſit auxilia ſupernaturalia quoad ſubſtantiam poterit tamen recipere naturalia in ſubſtantia, & ſupernaturalia in modo, vt vitam illi conſeruari, arceri mortis pericula, remouerique aliquas eius occaſiones, vt vel ſic varijs auxilijs excitatus ſalutem poſsit obtinere. Ita Reſpōdent Valentia & Azor locis citatis ſectio.2. Fauet Bonauen.2.diſt.42 artic.2.q.7.num.45.dicens, ſi puer poſſet habere veniale cum ſolo originali. Deum nō permiſſiurum, vt moriatur antequam peccet mortaliter vel gratiam conſequatur. Hæc ſolutio multis diſplicet, quia ſine fundamento & cauſa fingit mirabilem, & ſpecialem iſtam prouidentiam Dei, qua ipſe ſuos inimicos præſeruet ab omni peccato veniali, donec ſint in gratia, vel committant mortale. Si enim poſſunt eſſe aliqui cū ſolo originali & veniali, quid abſurdi erit, quod permittantur in eo ſtatu mori, & in aliquo loco iuxta merita ſua puniātur? an forte, deerit *Deo* locus talium punitioni accommodatus?

Vnd alij reſpōdent.2. Deum præuidiſſe ne-
33 minem de facto obiturū in tali ſtatu, ideoq. pro decedētibus in tali ſtatu nullum receptaculum deſignaſſe. ſed hæc ſolutio voluntaria eſt. Vnde enim nouimus, nullum moriturum in tali ſtatu, ſi attētis omnibus cauſis naturalibus & ſupernaturalibus, id erat poſſibile? ¶ 2. Quia priuſquam videret Deus, qui nam eſſent in alijs ſtantibus morituri, deſignauit eis propria receptacula: ergo & his. Conf. quia ſicut præſcito exiſtenti in gratia, licet in ea nō ſit moriturus, deſignatur cœlum ſecūdū præſentem iuſtitiam & prædeſtinato exiſtenti in mortali deſignatur infernus, ita exiſtenti in originali ſolo & veniali debet ſuus locus deſignari, licet Deus nouerit, in tali ſtatu non moriturum. Vnde alij.

Reſpondent.3 puerum illum ſi in origina-
34 li & veniali decedat, puniendum eſſe æternaliter in inferno etiam pœna ſenſus. Alexand. 2 par.q.124.memb.9.§ 1.& 4. p. q.15.alias q.65. memb.3.artic.4.§.1.in fine. Bonauent.4.diſt.21. art.1.q.1.in fine, & 2.diſt.42.art.2.q. 2. num. 45. Richard.2.d.42.a.2.q.2.ad.5.& 4.d.45.at.1.q.2. Adrian.in.4.agens de pœniten. tit. de remiſſione peccatorum poſt mortem q.3 ad 3. idem vt probabile tenuit Henric. quodlib 5 q 20. Cordub.lib.2.q.5 ad.4 Et quamuis ſuppoſitionem impoſſibilem eſſe (ſcilicet poſſe dari veniale cum ſolo originali) putet *D*.Tho. cæterum illa data pœnam ſenſus pro illo veniali futurā eſſe æternam, docet 4.d.45.q.1.a.3.ad.6. & 2.d.42.q.1.a.5.ad 7.& addit q.69.a 7.ad.6. & de malo q.7.art.10.ad 8. Ledeſ.2.4.q.7.a. 2. ad finem fol.548. Philiarchus.2.par.ſummæ lib.3. c.5. Abulen. Math.25.q 739 Zumel q. 87.arti. 5. diſp.vnic.conc.4.D.Tho. de malo q.5.a.2.ad.8 Conrad. hîc art.6.& Capreol.4.d.16.ad.2.contra.3.concluſionem. Sotus.4.d 15.q.2. a.4. prope finem Caiet.3.p.q.87.a.4.& hanc doctrinā colligunt nonnulli ex eo, quod veniale non poteſt deleri ſine gratia, vt communiter docetur.4.d.16.& 21. quandiu autem non deletur, debet puniri. Fatentur tamen iſti, pœnā illius venialis remiſſiorem fore quacunque pœna peccati mortalis.

Vndè quarto Palud.4.d.16 q.1.art.1. in fine, 35
ſeu nu.22.&.23. admittens poſſe aliquem de- *4. Solutio.*
cedere in ſolo veniali & originali. Reſpond. illum eſſe capacem voluntariæ deteſtationis & naturalis dilectionis Dei ſuper omnia; quā ſolis viribus naturæ poteſt elicere, & eſſe gratum *Deo* ad bona naturæ habenda, & ad mala pœnæ ſenſus euadenda, quamuis non ſit gratus ad habendam gloriam & vitandam pœnā damni; & ideo per talem dilectionem conſecuturum à *Deo* remiſsionem peccati venialis ſtatim poſt egreſſum à corpore: non ex gratia gratum faciente & iuſtificante. ſed ex gratia ſumpta pro liberalitate & benignitate. Quā reſponſionem probabilem eſſe cenſet Suar.3.p.to.4.diſp.11.ſect.2.nu.16. quia homo in ſolo originali conſtitutus, quoad naturalia eodem modo ſe habere videtur, ac homo in puris naturalib. Sed addit Suar. Non nullā vero eſt differētia, quæ reddit difficilē hanc reſponſionem: quia homo conſtitutus in originali eſt eleuatus ad finem ſupernaturalem, & ideo omne peccatum actuale eius eſt auerſio aut retardatio ab illo fine: & ideo ad remiſsionem eius videtur neceſſarius aliquis actus reſpiciens aliquo modo illum finem, & conſequenter procedens ex gratia ſupernaturali ſaltem auxiliante. *De*inde qui eſt in originali, eſt vere inimicus, & dignus ira Dei, & ideo nulla gratiam vel liberalitatē meretur, præſertim in eo ſtatu, quando iam omnino diſponi non poteſt ad illud malum euitādum. Denique illa ſententia affirmat rem incertam, & ex diuina voluntate pēdentē, abſq. vlla promiſsione, vel teſtimonio: & ex illa ſequitur, etiam in hac vita poſſe hominē, ſi peccatū veniale habeat cum ſolo originali cōiunctum, illius veniam conſequi abſque gratia & manendo in peccato originali; quia nō eſt ratio cur in futura vita poſsit hoc fieri, potiusquam in præſenti: conſequens eſt falſum: ergo. Fateor, rationes has poſſe aliquomodo diſſolui, & ideo non relinquo ſententiā hanc

vt

Digitized by Google

vt improbabilem; ſed vt incertam & minus
probabilem. Hæc Suar. cui conſonat Azot ſu-
pra dicens. Hæc, ſcilicet dicta Palud. abſque
probabili ratione dici videntur: tum quia ni-
hil certi eſt de illa liberalitate *Dei*, quam Pa-
lud. futuram diuinat. Tum quia venialis culpa
maior eſt, quam vt ſolis naturæ viribus deleri
queat.

36 Vnde Suarez. n.17. addit (& ſit hæc 4. ſolu-
tio.) tali homini non remitti peccatum venia-
le per ſolam actionem, vel pœnam huius vitæ
ſine rigoroſa pœna purgatorij: quia ad illud
cõmutationis genus neceſſaria eſt gratia. Pu-
nietur ergo ille homo pro tali peccato venia-
li in futura vita pœna ignis, tamen illam non
patietur inuoluntarie, nec impatienter, ſed re
cognoſcendo, & deteſtando naturaliter cul-
pam, & voluntarie acceptando pœnam, ideo-
q; per talem pœnam tandem purgabitur pec-
catum illud: atq; ita dicendum erit, illũ homi-
nem prius deſcendere ad purgatorium, & in-
de tranſire ad limbum puerorum.

Vnde Conci. Flor. in liter. vnio, ſolum di-
cit, eos deſcendere ad infernum, qui in mor-
tali peccato vel in ſolo originali decedunt.
Tamen hæc etiam expoſitio (inquit Suar.) dif
ficultatem habet ex eodem Conci. dicente ſo
lum illas animas purgari, quæ in charitate de
cedunt, & eodem modo loquũtur patres om-
nes de purgatorio. Vel conſtituẽda erunt duo
loca purgatorij, vnus pro iuſtus alius pro his
pueris: quod etiam nouum eſt. Et præterea
ignis nõ purgat culpá ſed pœná, ſuppoſita re-
miſſione culpæ: culpa autem non remittitur
ſine gratia nec ſine diſpoſitione ſupernatura-
li nec in hac vita nec in futura. Propter hæc
Suarez n.18. recurrit ad. 2. ſolutionem a nobis
propoſitam. Subiungit autem Suarez. difficile
tamen creditu eſt illum hominem fore pu-
niendum in inferno damnatorum, qui para-
tus eſt diabolo, & Angelis eius, & ſocijs eo-
rũ in modo culpæ, ideſt in culpa mortali pro-
pria: quia non eſt veriſimile, hominem illum
qui tantum venialiter peccauit, fore obſtinã-
dum in malo & ita eſſe cruciandum, vt Deum
odio habeat, videtur enim valde improportio
nata pœna pro tam leui culpa, & ideo furtaſ-
ſe detinebitur perpetuo in illo loco ſubterra-
neo, qui eſt limbus puerorum, & ibi aliquam
iuſtitiam patietur. Nam cum hæc fiat perpe-
tua tantum ratione adiuncti, debet dari cum
proportione ad illud peccatum cui adiungi-
tur: peccatum autem originale non meretur
illa ſocietatem damnatorum.

Placet ſane hoc dictum Suarez negantis il-
lum puniendum cum damnatis ob peccatũ
37 mortale, & conſonat Azot ſupra dicens. Qui
buſdam veluti etiam *Durando*. 4. d. 21. q. 2. ad.
2. non videtur probabile huiuſmodi hominẽ
cum damnatis ob mortalem punitum iri, qui
ſunt obſtinati in malo, Deum perpetuo odio
habent, in ipſum iraſcuntur, maledicta ſem-
per conijciunt, eius leges, & præcepta contẽ-
nunt: quæ res de mortuo cum ſolo originali
& veniali vix credi poſſunt. Sed habet dicta
ſolutio ſuas difficultates. 1. eſt, quod veniale
non remiſſum quoad culpam in hac vita nec
in alia, non puniatur pœna ſenſus, ſed triſti-
tia illa quaſi naturaliter reſultante ex caren-
tia diuinæ viſionis, quam & ſimiliter perpe-
tuum carcerem limbi ſecundũ aliquos habe-
bunt defuncti in originali ſine mortali & ve
niali: ergo non maiorem pœnam ſenſus habe
bunt, defuncti in orig. & v. quam in ſolo ori-
ginali, vel dicendum erit, non omnes qui pu
niuntur pœna ſenſus, puniri igne: quoniã in
limbo non videtur eſſe ignis. Quod ſi dicas,
limbum eſſe partẽ inferni continentis ignem
ſed qui non lædat exiſtentes in ſolo origina-
li, facile erit eoſdem in inferno damnatorũ
conſtituere, ſed ſeparatos omnino ab exiſtẽti
bus in mortali & quocunq. ex his modis di-
catur, inſurgit. 2. difficultas, cur illi puniantur
æterna pœna ſenſus, nam veniale nullo mo-
do videtur illam mereri perſe, nec abſolute
inferendam, nec ſub conditione peccati ori-
ginalis adiuncti, nec originale perſe meretur
illam poenam, quæ alioqui deberet eſſe tem-
poralis, æternizari.

Senſit Suarez has difficultates ideo nu. 19. 38
ſubiungit. Quod ſi hoc non ſatisfacit, quia in
certum eſt, dici poteſt ad prouidentiam Dei
pertinere, vt non permittat in eo ſtatu aliquẽ
decedere. (Hæc fuit. 3. ſolutio à nobis relata,)
quod certe videtur inſinuaſſe Concil. Floren.
ſupra, diſtincte ac præciſe numerando duos
ſtatus decedẽtiũ ad inferna, ſcilicet, vel in ac-
tuali mortali peccato, vel in ſolo originali.
Poteſtq. ita declarari. Nam in primis hoc eſt
cõſentaneũ moraliter loquẽdo reb' ipſis, quia
homo carens gratia, & ſciens peccare, nõ põt
multo tẽpore pſeuerare quin moraliter pec-
cet. Deinde ſi intra illud breue tẽpus articul'
mortis occurrat, tenetur ad *Deũ* cõuerti, & de
ſuo fine vltimo deliberare, & quãtũ in ſe eſt,
in ordine ad hác cõuerſioné facere: Nã eſto
ad hoc non teneatur ſtatim in principiu vſus
rationis, quando alias neceſſitas nõ vrget: ta-
men periculo mortis vrgẽte ſemper tenetur,
& ideo ſi faciat, quod debet, veriſimile eſt ſo
re illuminandum à Deo vt iuſtificetur. Si ve-
ro non faciat, quod tenetur, iam peccabit
mortaliter, & tunc procedet ſententia D. Th.
ſic limitata. Solum poſſunt excogitari caſus,
in quibus hic homo in originali conſtitutus
poſtquam venialiter peccauit repentino euẽ
tu moriatur antequam poſſit, aut conuerti,
aut mortaliter peccare: & hi caſus ſunt rariſ-
ſimi

ſimi, & facile credi poteſt, Deum illos non permittere, vel ita hominum res, & ſucceſſus diſpoſuiſſe, vt illi non contingant, quia noluit propter paucos homines, & culpas leues ſpecialem locũ, & modum æternæ poenæ ſenſibilis deſtinare.

Vidit etiam huius ſuæ doctrinæ difficultatem Suarez pro ſuo ſingulari ingenio, & ideo protinus adiecit. Quod ſi tandem hoc etiam incertum eſſe dicatur, ſeruetur in hac re ſolum eſſe certum, ſine gratia aut beneficio *Dei* non poſſe veniale peccatum tolli: in eo verò caſu non defuturum modum diuinæ prouidentiæ, quo illum hominem vel præueniat, ne in eo ſtatu decedat, niſi velit aliqua diſpẽſatione vti cum his, qui voluntate ſua gratiá non amiſerunt, neque illam iam recuperare poſſunt. Hæc ille.

39 5.Solutio. 5. Solutio eſt peccatum veniale coniunctũ ſoli originali non puniri pœna æterna ſenſus ſed temporali & in loco inferni ſeparato à loco damnatorum propter peccatum mortale, priorem partem huius ſolutionis docet Dur. 4.d.16.q.2.nu.7.&.10. Gab.ead.d. licet de peccato veniali coniuncto cum mortali, & non dimiſſo in hac vita quoad culpam, aliter ſentiat vt retulimus diſp.15.ſect. 11. circa princip. vbi etiam retulimus Scotum Gab. Maiorem, Mayronem, Vegam, Nauar. & Ioan. Medi. aſſerentes, veniale etiam cum mortali coniunctum, ſolũ puniri pœna temporali: quod etiá tenet Philiarchus.2.p.ſum.lib.3 c.5. Poſteriorem autẽ partem huius ſolutionis probamus, quia decedens in ſolo veniali & originali nõ punietur in purgatorio, vt oſtendit Suar. nec in limbo puerorum decedentium in ſolo originali: quia ibi nullus eſt ignis: ergo in inferno: no autem expedit puniri ſimul cum damnatis propter mortale, vt probarunt Suarez & Azor: ergo debent puniri in alia parte inferni, vbi nullum habeant commercium cum illis, ſiue autem ſint in eadem parte inferni damnatorum, ſiue in diuerſis; quod dicitur paruulos decedentes in originali, eſſe in limbo, vel reſtringendum eſt ad eos, qui in ſolo originali decedunt, vel ſi extendatur ad eos, qui decendunt in originali & veniali, intelligendum eſt cum Alexan. ſupra, vt hi ſint in limbo non ſecundum ſubſtantiá, ſed ſecundũ pœnam peccati originalis: ſecundum ſubſtátiam enim ſunt in inferno. Et de his explicat Alex. quod ait, Auguſt. de fide ad Petrum, paruulos non baptizatos eſſe in igne inferni.

40 6.Solutio. 6. Dici poſſet, in limbo etiam eſſe ignem, quo crucientur decedentes in ſolo originali, & veniali, vel ſimul cum habentibus ſolum originale vel ſeorſum: ita tamen vt finita pœna cum alijs communicent: & ille locus non eſt illis purgatorius ſimpliciter, quia ibi nunquam mundantur à culpa, quæ ſola proprie coinquinat, nec accipiunt vllam remiſſionẽ pœnæ, vel relaxationem, aut diminutionem debiti, ſicut interdum in purgatorio accidit, ſed ſoluunt vſque ad minimum quadrantem, quod debent.

Si hæc non placeant, recurratur ad 3. ſolutionem: quæ tamen mihi non placet tum ob ea, quæ contra illam dixi. Tum quia ex eo, quod *Deus* non permittat aliquem decedere in ſolo originali, & v. ſed expectet vt cõmittat. m. vel gratiam obtineat, nullum ſequitur notabile bonum, aut euitatur malum: ergo non eſt cur in Deo fingamus talem permiſſionem. Tum quia non ſunt pauci, qui moriuntur in ſolo originali, & veniali: dantur enim pueri & ſemiamentes, qui habẽt vſum rationis ſufficientem ad peccatum. v. & non ad. M. vel etiam ſi habeant vſum ſufficiẽtem ad. m. non occurrunt illis occaſiones, aut in illis ſe poſſunt cõtinere à mortali, etiam ſi non habeant gratiam iuſtificantem, quæ ſolum eſt neceſſaria ad cauẽdum diu mortale. Et licet iſti ſint vicini morti, poſſunt ſine. m. culpa ignorare mortis periculum, aut propinquitatẽ, aut neceſſitatem conuertendi ſe in *Deum* ſeu gratiam comparandi, & alias obligationes, quibus ſatisfaciant aiunt aliqui, licet ſit ſatis incertum, fore illuminandos vt poſſint & debeant ſub. m. ſe præparare ad gratiam. Illa autem ignorantia eſt frequens præſertim in paruulis gentilium: multi ergo poſſunt decedere cum ſolo orig. & veniali. Cur ergo *Deus* non præpararet & deſtinaret locum accommodatũ ipſorũ punitioni. Quod vero ait. Cõci. flo. deſcendere in infernum deſcedentes in. m. vel originali, non indicat, nullos deſcendere in originali & v. tum quia argum. ab auctoritate negatiue, non valet præſertim hic, vbi quia iſte caſus à quibuſdam ratus ab alijs impoſsibilis iudicabatur, & eo ſuppoſito variæ erát opiniones inter doctores, potuit Concil. de illo nihil dicere. Tum maxime: quia ſicut nomine deſcendentium in m. intelliguntur, qui in m. & v. ſimul: ita nomine deſcendentiũ in originali intelliguntur, qui in originali & v. ſimul.

Ad.1. autem argumentũ eorum quæ.2. loco in.1. ſectione poſita ſunt. R. Concilium non meminiſſe tertij membri, quia rarum eſt & in controuerſia poſitum: vel ſub altero illorum illud comprehendiſſe, nam qui decedit in originali & veniali, in originali decedit. 41 Ad.1.2.loco poſitum ſect.1.

Ad.2. Reſp. recte Innocentium ſupponere adultum, niſi valde ſit proximus primo inſtãtĩ vſus rationis (in quo caſu non loquitur) ſi ſit in originali eſſe quoque in mortali, quia nemo poteſt diu ſine gratia habituali cauere omnia peccata mortalia: proximus autem præ- Ad.2.

tuo

mo inſtanti vſus rationis facile poteſt habere
ſolum veniale cum originali. Per idem patet
ad conf. ad confirmationem quæ tamē plus habet dif-
ficultatis:nam ſi ratio illa Innocentij eſt adæ-
quata,ſequitur, illum habentem ſolum ori-
ginale & veniale,iuſtificari poſſe per baptiſ-
mum ſine proprio conſenſu receptum. Vnde
dico illam rationem noneſſe adæquatum pro
omni indigente proprio conſenſu: ſed illam
procedere in habente mortale peccatum : in
adulto etiam habente peccatum originale ſo
lum vel cum ſolo veniali, eſt alia ratio,nimi-
rum quod cum ille poſsit, habere diſpoſitio-
nem propriā ad gratiam, & conſenſum pro-
prium in baptiſmum,merito ab illo exigitur.
ad.3. Ad.3.recte R.Valentia.Baſilium eo loco ni
hil minus cogitaſſe quam de præcepto con-
uerſionis in.1.inſtanti vſus rationis, ſed doce-
re tunc primum obligari hominem alijs præ-
ceptis,& obnoxium eſſe peccatis, niſi reſiſtat
prauis affectionibus,quando incipit vti ratio
de cognoſcendo bonum,& malum.
ad.4. Ad.4.R.non cum primum proponitur lex
aliqua acceptandā eſſe poſitiue ſed ſatis eſt
non reſiſtere illi neq; illam reijcere. Deinde
acceptare non eſt implere illam ſed velle
illi ſubijci tanquam legi, aut velle illam im-
plere ſuo tempore.Deinde in.1. inſtanti non
promulgari præptum conuertendi ſe in Deū
in eodem inſtanti: ſed aliquā legem pro eo-
42 dē vel alijs inſtātibus aut tēporibus obligātē.
ad.5. Ad.5.R.eum cui alterius cura incumbit,nō
teneri cum primum poteſt elicere actum quo
vniuerſaliter decernat attendere eius bono,
ſed ſatis eſt proſpicere bono illius, quando
opus fuerit, & nihil prætermittere eorū quæ
facere tenetur. Idem eſt proportionaliter de
quolibet homine:quilibet enim debet curare
de ſe ipſo per impletionem præceptorū quan
do ocurrunt,pro.1.autem inſtanti vſus ratio-
nis non eſt præceptum conuerſionis: ſaltem
poteſt inuincibiliter ignorari .1. non aduerti
ideoq; tranſgreſſor illius à peccato excuſari.
ad.6. Ad.6.R.non eſt abſurdum vt qui eſt in ori-
ginali quamuis habeat vſum rationis & non
violet culpabiliter præceptū damnetur quia
ſufficiens cauſa ſuæ damnationis eſt peccatū
originale:à quo tamen liberaretur niſi mate-
rialiter & inculpate violaret præceptum con
uertendi ſe ante mortem:à cuius præcepti vio
latiue excuſari poteſt per ignorantiam.
ad.7. Ad.7.R.illum inationem illam & vehemē-
tem motionem voluntarie poni,& contra ex
perientiā:nemo enim illam tunc experitur,
aut illius poſtea meminit;& præterea nō pec
care mortaliter eum,qui magnæ illuſtratio-
ni & vehementi impulſui non cooperatur,ni
ſi præceptum cooperandi habeat & habere
iudicet;quod hic non admittimus.

SECTIO. VIII.

Vtrum dari poſsit vſus rationis & libertas ſufficiens ad peccatum veniale,cum non ad mortale.

NEGATIVA Sentētia tribuitur D.
Thomæ in hac.q.89.a.6. quia ait, 43.
Antequam puer ad annos diſcre 1.ſententia.
tionis perueniat, defectus ætatis
prohibens vſum rationis,excuſat eum à pecca
to mortali vnde multo magis excuſat eum a
peccato veniali,ſi committat aliquid quod ſit
ex genere ſuo tale.Sed reuera non eſt hæc ſen
tentia D.Tho.ibi:quia non loquitur de omni
veniali,ſed tātū de veniali ex genere, & vult,
totalem carentiam vſus rationis,cum excuſet
omnino à malitia mortalis ex genere vt per-
iurij, detractionis, furti,homicidij,&c. à for-
tio excuſare totaliter à malitia venialis ex ge
nere & eſt res clariſsima:q enim tollit totam
malitiam rei magnæ,non mirum ſi tollat to-
tam malitiam rei paruæ, vt mendacij iocoſi,
vel officioſi,verbi otioſi, &c. & idem docet
Antoninus.1.p.to.10.c.1.

Multi vero ex Thomiſtis generatim do-
cent,nunquam eſſe vſum rationis ſeu liberta
tem ſufficientem ad peccatum veniale,quin
ſit etiam ad mortale:non loquuntur de vſu ra
tionis aut libertate actuali;ſed de potētia ſeu
de facultate vtendi ratione & habendi actum
plene liberum,nam conſtat,in omnibus motí
bus non plene deliberatis aut liberis habere
ſufficientem libertatem actualem ad veniale
non ad mortale.Sed contendunt quando or-
gana ſunt ita diſpoſita vt homo poſsit habere
actus ſemiplene liberos etiā poſſe habere ac-
tus plene liberos licet ex aliqua naturali vel
voluntaria diſtractione ad alia, contingat in
hac vel illa materia dari tātū actus ſemiplene
liberos ſeu deliberatos.In quo ſenſu hanc ſen
tentiam docent. Victoria .2. parte relectionis
de veniente ad vſum rationis,dub.4.n.11.Caie
ta.Conrad.Zumel & Med.q.89.a 6.indicant ſa
tis Viguer.ſupra Capreol. 4.d.19.q.vn.a.3.ad.
2.contra.2.conc.& D.Tho.2.d.42.q.1.a.5. ad.7.
Potiſsimum horum fundamentum eſt quia
niſi ſic dicant,fateri coguntur poſſe eſſe venia
le cum ſolo originali,ſi enim puer prius po-
teſt peccare venialiter quam poſsit mortali-
ter,contingere poterit,primum peccatum eſ-
ſe tantum veniale & ſic poterit eſſe veniale
cum ſolo originali,& ideo interpretantur D.
Thomam illo.a.6.vt velit, defectum vſus ra-
tionis,qui excuſat a mortali, ſemper omnino
excuſare

excuſare à veniali,ita vt nunquam poſſit homo peccare venialiter etiam ex imperfectione actus,quin poſsit etiam tunc peccare mortaliter,ſi non eſſet diſtractus.

44 Sed nos longe probabilius putamus, poſſe eſſe in organis diſpoſitionem ſufficientem ad *2 Senten. auctoris.* peccatum veniale,quando non eſt ſufficiens ad mortale ratione ætatis, morbi vel ſomni eripientis magnam libertatem requiſitam ad mortale non vero exiguam,quæ ſufficit ad veniale. Ita tenent aliqui recentiores cū Adriano in.4.in materia de pœnitentia,titulo de remiſſione peccatorum poſt mortem q.3.ad.3. Idem ſignificat Durand.4.d.16.q.2.n.7. Palud. q.1.& clarius Valentia diſp.6. q.19.pu.3.paulo ante ſolutionem argumentorum.Maior.3. d. 37.q.14.col.vlt.quem in hoc valde commendar Nauar.prælud10.9 nu.10.& oīale vtrumq. impugnat Lodo.Lopez.1.p. inſtruct. conſcietię c.2.Nec vrget teſtimonium,quod adducit D.Thomæ.2.2.q.154.a.2.cum enim ait,vtentē aliqualiter vſu rationis in ſomno, excuſari à culpa defectu libertatis:vel loquitur đ culpa mortali,vel de eo qui nullam habeat libertatem q amuis aliquos diſcurſus in ſomno cōficiat.Victoria hanc ſententiam tribuit No- *1. Probatio.* minalibos & probabilem arbitratur. Prob.1. quia immediate ante illud inſtans (in quo puer cœpit habere libertatem ſufficiētem ad peccatum mortale,erat aliqua libertas: ergo immediate ante illod inſtans potuit puer peccare venialiter,quia quæcumq. libertas ſufficit ad peccatū veniale.Probatur antecedens, quia in libertate dantur gradus,qui paulatim acquiruntur,& deperduntur,& non quælibet ſufficit ad peccatum mortale,vt patet in motibus non plene liberis,qui ob id ſunt tantum peccata venialia:ergo antequam habeatur libertas tota requiſita ad peccatū mortale,erat libertas quædam inſufficiens, nempe facultas habendi motus imperfecte liberos, non vero perfecte liberos. *Conf.1.* Cōf.1.nam facultas hæc prouenit ex debita diſpoſitione organorum ſecundum primas qualitates,hæc autem diſpoſitio ſucceſſiue aduenit & recedit:ergo prius eſt ſufficiens ad veniale, quam ad mortale. *Conf.2.* Conf.2.quia ſecundum Victoriam & Viguer. in pueris & amentibus,aliiſq.ſimilibus datur libertas adeo imperfecta, vt non ſufficiat ad mortale,nec ad veniale:ergo in aliis poterit dari libertas quæ ſufficiat ad veniale,& nō ad mortale propter ſuam imperfectionē. *Conf.3.* Conf. 3.quia ex prouidentia Dei,cōfirmati in gratia poterant peccare venialiter,& non mortaliter:ergo idem eſt poſſibile ex diſpoſitione naturali.

49 2. Prob.quia quotidie experimur nos cum *2.Probatio* a ſomno ſurgimus,primo quidem parum eſſe noſtri compotes deinde paulatim recuperare vim rationis & libertatem,& rurſus eam paulatim amittere,quādo incipimus dormitare, & ideo D.Tho.4.d.9 q.1.ar.4. quæſtiuncula.1. ad.5.đ eo,qui pollutus fuit in ſomnijs,ait, nec reputatur euigilaſſe (ſcilicet quantum requiritur ad peccatum mortale) donec perfectum vſum liberi arbitrij recuperauit: ergo ſenſit paulatim recuperari vſum liberi arbitrij, prius quidem imperfectum deinde perfectū, & ideo ſubdit: ſi quis đ pollutione in ſomnijs habita,cū euigilat delectetur ſemiplena deliberatione,peccare tātū venialiter,ſi vero plena,mortaliter,nēpe quādo plene euigilauit. *3.Probatio.* 3.In libertate fluēti quæ prouenit ex attētione & tollitur ex diſtractione mētis eſt latitudo & quædam ſufficit ad veniale quæ non ad mortale:ergo idē eſt in permanenriquę prouenit ex organi diſpoſitione, par enim ratio eſt.Nec tutum arbitror quod aliqui dicunt, ſemiplenam libertatem fluentem nō ſufficere ad peccatū etiā veniale: nam omnis actus quacunque ratione liber,eſt ſub dominio noſtro,ideo ſi verſatur circa obiectum cognitū vt malum,imputatur nobis ad culpam & demeritum. Deinde ad malitiam impertinens eſt facultas deliberādi,niſi,vt eſt in exercitio: ergo ſi actus ſemiplene libet profectus à plena facultate deliberandi eſt peccatum veniale:ſimiliter & profect° à ſemiplena facultate.

Quarto prob.quia rationes in contrarium *4.Probatio* nullius prorſus momenti ſunt:prima eſt,quia *1.Ratio adverſariorū.* materia peccatorum mortalium notior eſt, quam venialium, vt notius eſt, quod periurium,& homicidium ſunt mala, quam quod mendacium, vel verbum otioſum: ergo non poteſt quis ita eſſe diſpoſitus,vt poſſit cognoſcere venialia peccata, & nullum mortale. 2. *2.* Eſt,quia prima deliberatio nō poteſt eſſe circa materiam particularem puta circa mendacium,ludum, verbum otioſum, inanem gloriam,vel quid ſimile, ſed neceſſ⁻rium eſt, vt incipiat ab aliquo vniuerſali, puta, quod eſt lex cui tenemur obedire, vel quod homo poteſt bene aut male agere: talis autem deliberatio vniuerſalis ſufficit ad peccatum mortale.Et clarum eſt,quod prius eſt, vt homo cognoſcat aliquod malum eſſe graue, & aliquod leue, quam quod mendacium eſt malum,hoc enim per ſe non eſt notum, & præſupponit alias cognitiones ſufficientes ad mortale. 3. Vſus rationis, qui ſufficit ad bene *3* agēdum moraliter, ſufficit ad mortaliter peccandum:ſed impoſſibile eſt aliquem habere rationis vſum ad peccandum venialiter,quin poſſit bene agere moraliter: ergo quin poſſit peccare mortaliter. Minor patet, quia ſi quis poſſet peccare,& non bene agere,daretur viator,qui ſine culpa ſua eſſet in ſtatu peccandi, & non merendi: maior vero probatur, quia

ad bene moraliter agendum requiritur plena deliberatio, vt colligitur ex Ariſtot. 2. eth. aſſerente, quod ad bene agendum oportet, vt quis agat tanquam ſciens, & eligens & propter hoc prout ſapiens determinauerit. Conf. *Conf.* quia non poteſt ita perdi vſus rationis, vt maneat ſufficiens ad peccandum venialiter, & non mortaliter: ergo neque etiam ita acquiri ante probatur, quia inauditum eſt dari amétem qui poſſit venialiter peccare & non mortaliter, neque qui poſſit peccare venialiter & 4 non bene agere. ¶4. Alioqui poſſet dari veniale cum ſolo originali, vt ſuperius deduce- 5 bamus. ¶5. Quia quod excuſat ab eo quod maius eſt, excuſat ab eo quod eſt minus: ergo defectus vſus rationis ſeu libertatis excuſans à peccato mortali, excuſat à veniali. Iſtæ ſunt rationes Victoriæ, quas alij moderni citati imitantur.

47 *Ad.1.* Sed ad primã facile. Reſp. non ſemper notius eſſe de aliquo peccato mortali, quod ſit mortale, imo nec quod ſit peccatũ, quam de aliquo veniali, quod ſit peccatum. Nam hoc poteſt eſſe per ſe notum vel valde proximum principijs per ſe notis illud vero nó, ſed quáuis ſemper eſſet facilius noſſe de mortali, quod eſt peccatum, & mortale, quam de veniali, quod eſt peccatum, vel quod eſt veniale, non ſequitur, quoties eſt ſufficiens facultas & libertas ad veniale eſſe ad mortale, quia cognoſcere homicidium v.g. eſſe peccatum aut graue peccatum, non ſufficit, vt qui illud committit, peccet mortaliter: imo nec venialiter: nam amentes & dormientes ſæpe id cognoſcunt, tamen non poſſunt peccare mortaliter, nec venialiter, ſed debet cognoſci tanta perfectione, quanta requiritur ad libere agendum & in hac perfectione eſt latitudo, & gradus qui ſufficit ad peccandum venialiter, non ſufficit peccandum mortaliter.

Ad.2. Ad.2. R. falſiſsimum eſſe, quod prima deliberatio non poſsit eſſe circa materiam leué, imo ſæpiſsime eſt circa materiá leuem, quia leuia tantum tractant pueri, & in ordine ad leuia de ſeipſis deliberant, non quidem futura ſed præſentia: licet autem id daremus, non ſequitur initio poſſe hominem peccare mortaliter, quia in deliberatione circa materiam grauem eſt latitudo & gradus deliberationis ſufficiens ad peccatum veniale, non ſufficit ad mortale. Neq. verum eſt prius cognoſcere hominem aliquod malum eſſe graue & aliquod leue quam médacium eſſe malum, hoc enim poteſt prius cognoſci vt malum ſiue cũ diſcurſu, ſiue abſq. diſcurſu, quam quod inter peccata quædam ſint grauia & quædam leuia maxime cum ſtoici & alij nonnulli dixerint omnia peccata eſſe æqualia, ſed quanuis admittamus, prius cognoſci, quod peccatum aliquod ſit graue & aliquod leue, quá, quod médatium ſit malum, nihil poteſt inferri contra nos, iam enim diximus, cognitionem grauitatis peccati non ſemper ſufficere vt homo peccet mortaliter, imo nec venialiter.

Ad.3. R. vſum rationis qui ſufficit ad peccá- 48 *Ad.3.* dum venialiter ſufficere ad bene operandum moraliter, & ad hoc requiri aliquam deliberationem, non tamen plenam, an vero ad merendum etiam beatitudinem ſupernaturalem requiratur plena deliberatio, alia quæſtio eſt: de qua ſuperius diximus, & in materia de gratia & merito fuſius dicemus. Si autem dicatur, ad meritum requiri plenam deliberationem, quia plus requiritur ad merendum quam ad demerendum & quam bonitas actus non erit inconueniens dicere, quod per accidens poteſt quis eſſe in ſtatu demerendi, & non merendi. Si tñ dicatur ad merendum beatitudinem ſupernaturalem ſatis eſſe libertatem imperfectam & ſemiplenam, oporteblt reddere rationem, cur actus malus nó plene deliberatus, non meretur mortem æternam, bonus autem etiam imperfecte deliberatus meretur vitam æternam, & reſpódent aliqui ideo eſſe, quia in merito noſtro admiſcetur liberalis promiſsio Dei, cui meritum nititur, & *Deus* promiſit omni bono operi vitam æternam. Demeritum vero nó nititur promiſſioni ſed naturæ rei, quæ nó patitur vt leui culpæ reſpondeat pœna infinita in duratione, vt præcedenti diſputatione dictum eſt. Ad Cóf. *Ad Conf.* Reſp. cócedendo poſſe dari amentes qui poſſint peccare venialiter & non mortaliter, qui autem ſint tales, ſcire non valemus, quia neſcimus ex quo vſu rationis ſequatur, vel non ſequatur notabilis libertas ad mortale requiſita, vel aliqua, quæ ſufficit ad veniale. Ad. 4. *Ad.4.* non cenſemus incóueniens dari veniale cum ſolo originali. Ad.5. R. quod excuſat totaliter *Ad.5.* a maiori, excuſare à minori, imperfectam tñ facultatem deliberandi non excuſare totaliter à peccato mortali, ſed à mortalitate & magnitudine ipſius, quia extenuat malitiam, eamq. venialem reddit: ſicut omnes fatentur de imperfecta deliberatione ſeu libertate in exercitiu, excuſare à mortali, vt ſic, nó tamen à veniali.

Sed quæres, an poſſit à *Deo* infundi ali- 49 quis habitus, qui auferat libertatem requiſi- *Quæſtio.* tam ad mortale & non ad veniale, & eadem quæſtio eſt de paſsione, an ſcilicet poſsit dari paſsio ita vehemens, vt tollat libertatem ad mortale relicta libertate ad veniale. Aliqui iuniores in vtraq. q. affirmant, ſed exiſtimo nullum dari poſſe habitum, nullamq. paſsionem, quæ manente cognitione ſufficienti ad mortale eripiat libertatem requiſitam ad illud: habitibus enim vtimur vt volumus, & ſub

noſtro

noſtro dominio eſt apperit* noſter vt Calno dictum eſt in geneſi. Sed de hoc dicam in materia de gratia diſputãdo, an habitus, vel paſſio aliqua poſſit ad conſenſum neceſſitare voluntatem, & reſolutio erit, niſi paſſio vel habitus impediat vſum rationis requiſitum ad plenam libertatem, non poſſe libertatem ad mortale requiſitã auferre. Quæres etiam, an verum ſit quod ex Victoria & Viguerio retulimus, in pueris, amentibus & ebrijs dari libertatem quæ non ſufficiat ad mortale, nec ad veniale. De hoc ſæpe diximus tom.1.& in hoc 2. Veritas eſt nullam dari libertatem, niſi in potentibus bene aut male moraliter agere, quia omnis actus liber imputatur agenti, ad bonum, niſi obiectum appareat turpe, ad malum autem, ſi obiectum turpe appareat.

SECTIO. IX.

Vtrum puer in primo inſtanti vſus rationis poſſit peccare.

50 DE hoc agit Victo. relectione de veniente ad vſum rationis, parte ſecunda num.10.& Zumel q.89. art.6. Ratio dubitandi eſt, quia Angeli & primi parentes non potuerunt peccare in primo inſtanti ſuæ creationis, quod fuit primum vſus rationis eorum: ergo neque puer poteſt peccare in primo inſtanti vſus rationis. Sed communis & veriſsima ſententia eſt etiam in primo inſtanti peccare poſſe: ſumitur ex Ambro. ſeu Proſpero.2.de vocatione gen.c.8. vbi ait, cum primum naturam noſtram ingreſſa eſt mortalitas, obnoxium ſibi fecit omnem vitæ noſtræ diem, quoniam aliqua ratione homo immortalis dici poſſet: ſi eſſet aliquod tempus, intra quod mori omnino non poſſet: ſed neque iſto modo corruptio incorruptionis eſt particeps, ſed ſemper ſubiectũ eſt defectui, quod debetur occaſui.

SECTIO. X.

An primum, quod puero venienti ad vſum rationis occurrit, ſit deliberare de ſeipſo?

51 D. Tho. hac q.89.a.6 quem ſequuntur communiter, qui arbitrantur peccatum veniale, non poſſe eſſe cum ſolo originali, affirmant. Id vero ſic probat Caiet. in eodẽ art. quia ꝙ primo occurrit deliberandum, eſt primum amabile: id autem eſt ipſemet puer: ergo puer primo cogitat de ſeipſo vt deliberando. Minor probatur, quia amabile eſt duplex: alterum amore amicitiæ, ſcilicet is, cui appeto bonũ, alterum amore concupiſcentiæ, ſcilicet bonum, quod alicui appeto, inter hæc autem primum & præcipuũ amabile eſt amabile amore amicitiæ, ergo id primo occurrit. Rurſum inter amabilia amore amicitiæ primum amabile eſt ipſe amans quia vt patet.8.ethic. ca.2. amicabilia quę ſunt ad alterum, ſunt ex amicabilibus quæ ſunt ad ſe, & amabile bonum, vnicuiq. autem proprium: ergo primo occurrit ipſe met amans vt materia deliberationis, & quia ipſe ſecundum ſe totum, ſeu totum ſtatum vitæ ſuę, & ſecundum bonum ſuum vniuerſale integrum & completum eſt magis amabilis, quam ſecũdum partes, ſeu bona aliqua particularia: ideo primo occurrit deliberandum de ſeipſo in ordine ad totum ſtatũ vitæ ſuæ, & vniuerſa bona ſua, ſcilicet, an debeat in omnibus honeſte agere, vel non. Hæc omnia ſatis obſcure habet Caietan. quem ſequuntur eodem art. Medina, Zumel, & nonnulli alij recentiores, & Bañes.2.2.q.10.artic.1. dub.2.

*D*ico tamen.1.nõ ſemper in.1. inſtanti vſus 52
rationis homines cogitare de bonis proprijs, *1.Concl.*
ſeu de ſeipſis in ordine ad propria bona, quoniam id dicitur primum inſtans vſus rationis, in quo homo poteſt bene aut male operari, tale autem inſtans eſt, in quo & habet organa diſpoſita ad vtẽdum ratione, & reuera vtitur ratione quantum ſatis eſt ad libere operandum, quia omnis operatio libera eſt bona, vel mala moraliter. Sed cogitando de rebus alienis v.g. de vita ſalute, & alijs bonis parentum, amicorum &c. qui habet organa recte diſpoſita, poterit libere operari circa talia bona: ergo interdum in primo inſtanti vſus rationis cogitat homo de alijs, & non de ſeipſo, licet communiter cogitent tunc homines de ſeipſis, quia magis ſunt aſſueti, & maiores habent occaſiones ad cogitandum de proprijs bonis, quæ magis ſentib. proprijs occurrunt, & ita intelligendus, vel limitandus eſt D. Thomas.

Dico.2. etiam quando cogitatio, quam 53
homo habet in primo inſtanti vſus rationis, *2.Concl.*
eſt de ſeipſo, non eſt de ſeipſo in ordine ad bonum ſuum totale ſeu vniuerſum, id eſt, non ſemper in illo inſtanti cogitat homo de bonis totius vitæ faciendis aut non faciendis. Quid enim fingi poteſt, quod cogat omnes ad cogitandum, non ſolum de omnibus actionibus illius inſtãtis, ſed etiam totius vitæ? experientia ſane magis oſtendit, tunc de aliquo tantum bono particulari, & præſenti, vel proxime

proxime futuro cogitari. Vnde Baſil. pſalm 1. poſt medium. Donec quilibet noſtrum puer eſt in hac vita voluptatẽ perſequens, nullam vitæ futuræ rationem, aut curam habet, vir autem factus poſt intelligentiæ perfectionem quaſi diuiſam ſibi in vitium & virtutem vitã videt, & accurate animæ oculos vtrinque voluendo, quæ ad amborum pertinent proprietatem, diiudicat &c.

54 3.Concl. *Dico*. 3. cogitationem primi inſtantis vſus rationis non eſſe liberam, ſed naturalem, ſeu neceſſariam immiſſam à *Deo* per ſe, vel per cauſas ſecundas, vt de prima cogitatione in quolibet negocio ait D. Tho. 1 p. q. 82 ar. 4. ad 3. ex Ariſt. 8 ethi. imo & Caietanus ibi, & cum illis Victo. infra, patet quia prima cogitatio incipientis vti ratione, antecedit & dirigit primum actum liberum: ergo non eſt libera. Itẽ ſi eſſet libera, cogitaret homo de illa, hoc autem eſt falſum, quia homo tunc non facit reflexionem ſuper cogitationes habitas, vel habendas: ergo illa cogitatio non eſt libera: ſed naturalis, & ita ſignificat D. Tho. illo art. 6. & alibi ſæpe vtens verbo occurrendi, ſicut etiã cæteri doctores, qui ſequuntur doctrinam D. Th. in illo articulo, vel illam reijciunt. Vnde male Caie. eodem articulo poſtquam docuit, quod primò cogitandũ homini occurrit eſſe deliberare de ſeipſo. Verum tamen eſt, quod occurſum illum non neceſſario voluntas amplectitur, ſed poteſt non cogitare, & omittere vt in littera dicitur: certe enim cũ illa cogitatio nõ ſit libera, nõ põt puer pro tunc nõ cogitare, neq. *D*. Tho. in littera dicit poſſe nõ cogitare: quinimo clare ſignificat oppoſitũ. Vnde etiam quod paulo poſt dicit Caiet. ſi puer alio diuertat cogitationẽ, peccare mortaliter, quia impedimentũ ponit actui charitatis, ſeu conuerſioni in *Deũ*, quã tunc habere tenetur: falſum eſt. Quomodo enim peccat diuertẽdo cogitationẽ, ſi naturalis eſt? maxime cum nõ ſolum ſoleat eſſe naturalis in primo inſtanti, ſed etiam per aliquod tempus, ſolet enim cogitatio & in illo tempore, & in alijs ita hærere vt non poſſit homo illam abijcere: interdum licet de abijciendo cogitet, & licet maxime id cupiat. Vnde recte Victor. relect. de veniente ad vſum rationis parte. 1. nu. 20. & ſequentibus docet, deliberationem primam, ſeu quæ eſt in primo inſtanti, non poſſe eſſe liberam, ita vt ſit in poteſtate hominis deliberare & non deliberare, ſed ex cauſis omnino naturalibus vel extrinſecis, ſcilicet Deo vel angelo prouenire, & ideo non poſſe cadere ſub præcepto.

LAVS DEO ET INTEMERATÆ VIRGINI MARIAE.

Digitized by Google

Digitized by Google

5-2

Digitized by Google